
THEOLOGIA
NATVRALIS.
Siue
ENTIS INCREATI
ET CREATI INTRA
supremam abstractionem ex
naturæ lumine inuestigatio.
Auctore
R. P. THEOPHILO
RAYNAVDO CESPITELLENSI
EX SOCIETATE IESV
S. THEOLOGIÆ
PROFESSORE
THEOLOGIA CHRISTIANA
THEOLOGIA NATVRALIS
Nunc ex parte
LVGDVNI
SVMPT. CLAVDII LANDRI
1622.
C. Audran fecit



COELITIBVS AVGVSTISSIMIS

S. IGNATIO DE LOIOLA

SOCIETATIS IESV FVNDATORI,

ET

S. FRANCISCO XAVERIO, INDORVM AC IAPONVM APOSTOLO.



LVRIMVM intereſt COELITES GLORIOSISSIMI, *ſortiatur aliquis iudicem, an eligat. Vix fuit profectò deliberandum mihi, nedum adhibendæ in conſilium cogitationes, in cuius potiſſimum nomine, opus iſtud quantulumcunque eſt, appareret. Dum enim in veſtras laudes totus orbis effunditur, illo verba præeunte, qui omni humano faſtigio auguſtior eſt, ſibique Diuinum vobis*

epinicium ſolemni conſecratione præcinenti, ſuccinere vniuerſum orbem iubet: Dum vos longè latéque qua ſe porrigit terrarum ambitus, VINDICES ORBIS indigetat, PACIFICATORES ORBIS, ORBIS LVMINA, ORBIS COLVMINA, GENTIVM MAGISTROS, & Chriſtiani latè Imperij STRENVOS PROPAGATORES: Dum vniuerſæ pariter ac ſingulæ gentes, additum cœlis geminum venerantur ſydus: Dum ſibi orbíque vniuerſo gratulantur POTENTISSIMI QVIQVE PRINCIPES, gloriæ veſtræ apud ſupremum Chriſtianorum parentem fautores eximij, nouúmque profitentur acceßiſſe Imperiis ſuis ſtabilimentum & decus, quòd impetrata tandem IGNATII & XAVERII ſolemni veneratione, eis iam religionem cœlitum publicè tribuant, quos in priuatis tantùm larariis colebant anteà: Dum veſtris vbique terrarum nominibus, non pulpita modò perſonant ſanctiora, ſed ipſa triuia & vici, læta gratulatione & frequenti religioſè ſupplicantium pompa, ſuis prope ſedibus exiliunt, Orco nequicquam frem̃ente: Dum veſtræ Fidei, pro ſe quiſque certatim expetit patrocinium: Facturus profectò viderer minus religioſè, ni & ipſe donarium aliquod puluinarium veſtrorum tholis ſuſpenderem, qui donatiuum Dei, vitam æternam, (vt cum Tertulliano loquar,) infinitis mortalibus dediſtis.

ENIM VERÒ ecquæ tandem ædium veſtrarum parietibus appendentur à me anathemata? Quæ coronæ quibus nitentes gemmis, qui Delphini, quæ anaglypha,

quæ

quæ Phara canthara, quæ lucernæ, qui gemmiliones, quæ polycandela, quæ statuæ? Hæc Belisariorum, Chosroüm, Mauriciorum, Constantinorum, piorúmque Principum cœlitibus sunto donaria. Mihi vna est, pro sacra illa & regali supellectile, obsequiosa clientis nomini vestro addictissimi, tenuitas. Si qua tamen in re videbimur esse mediocriter instructi, illud ipsum, (quod certè sentio quàm sit exiguum,) beneficium vestrum est. Si quid à nobis ex Stoæ sanioribus effatis depromptum, ex Academiæ placitis vsurpatum, ex Lycei fontibus in hortulos nostros deriuatum, ex Memphiticis mysterijs euolutum; Si Platonis, si Pythagoræ sapientúmque reliquorum sensa, peruestigata sunt & defæcata, si fabellarum reducta siparia, hæc vobis COELITES SANCTISSIMI, tanquam opima Ægypti spolia, religiosè nuncupamus, dicamus, consecramus: si erutum à nobis ex intimæ naturæ visceribus aurum aliquod reconditioris sapientiæ; si ex instructiore Sanctorum Patrum dactylotheca, res nostra facta est quibusdam gemmis locupletior, eam quam elaborauimus vtrique coronam, ne respuite.

NON illustrabit quidem splendorem nominis vestri aurum hoc coronarium, vnionúmque contextus: imò auri huius fulgorem, nitorémque gemmarum gloria vestra quæ iam vniuersum complexa est orbem, accendet. Quibus autem votis optandum sit mihi, vt impositum aris vestris votiuum hoc donum ne dedignemini, id satis sit argumenti, quòd multum mea interest, vtrum corona hæc, diuinioribus aræ vestræ accen-

datur radijs, an in luto ſeneſcat eius lumen, & expiret. Sin verò mereri aliquem videbitur inter votiuas aliorum tabellas locum, eam vobis pro iure veſtro poſcitis, à quibus profectum eſt quicquid in ea tandem eſt ornamenti. HOC SENTIO, HOC VOVEO.

THEOPHILVS RAYNAVDVS
de Societate IESV.



LECTORI

LECTORI BENEVOLO.



ORTVNATI vulgò putantur ij, qui vel facere ſcribenda poſſunt, vel ſcribere legenda. Non adeò ſum mei amans, alterutrum vt mihi tribuam. Illud præſtare eorum eſt, quos ardens euexit ad æthera virtus. Iſtud illorum, quos iure appellare poſſis cum Ægyptiis οὐρανὸν, δρόσον βάλλοντα. Hoc tamen vnum quod fecimus, ſcribendum videtur, & exponenda inſtituti noſtri ratio, formáque ſcriptionis.

OPVS quod damus, ſemel atque iterum dictatum fuerat magnam partem à nobis è pulpito, quod vt Clemens Alexandrinus ex Pyndaro ſcitè dixit 1. Strom. ſecundis his menſis ac bellarijs, Philoſophicum epulum claudere, factu optimum videretur. Niſi ſi non ſatis honorificè de hoc humanę ſapientiæ apice, ſentio, qui quod ei nomen Clemens poſuit, ad eam menſam quam ſacræ literæ exhibent, comparato; non verear eidem tribuere, ſpectato per ſe, aut etiam contentione eius facta cum ea humanæ ſapientiæ parte, quæ rerum corporearum conſiderationi impenditur: præ qua, notius eſt quàm vt probari debeat, quantum hæc noſtra, verè ſapientia, mentem paſcat reficiátque iucundiùs: Eſt enim (quòd Magnus Dionyſius attigit cap. 4. Diuino. nom. & S. Maximus centur. 5

ex variis cap.63. & 64. ac Cardinalis Cusanus libro de venatione sapientiæ cap.. expresserunt;) vt omnibus viuentibus, ita & animæ nostræ consentaneum aliquod pabulum, non aliud sanè quàm verum. Hoc autem, quia entitatem affectatur, vt tenuè & impurum est in rebus sensum ferientibus, tantillum, vt sic dicam, vtilis succi ac medullæ intra materialis concretionis duritiem recondentibus; ita copiosum & sine fæce affluit, in rebus materia destitutis: proindéque earum vel tenuissima perceptio, auctore etiam Philosopho, menti longè iucundior accidit, quàm mensæ multis & variis rerum naturalium epulis extructissimæ. Quo magis mirum mihi semper visum, plerisque à Conuiuatore, hos cibos propè duntaxat ostentari, móxque vix degustatos remitti, non paucis ne apponi quidem.

DICAM APERTE. Alienior profectò fui iampridem ab eorum instituto, qui tam fusi sunt in tricis quibusdam, vt hoc tandem putent esse profiteri Philosophiam, si iis in rebus, (si tamen res sunt plerúmque,) quæ difficultatis habent plurimum, solidæ vtilitatis nihil, tantùm abest vt subseciuas duntaxat, tribuant horas, vt illuc potius totum appellant animum. Res verò longè grauissimas quibus Philosophia abundat, & in iis res Diuinas, quantum naturæ spiculo lumine perspici possunt, vix attingant, aut omnino etiam dimittant. Enimverò sítne hoc tandem philosophari; versari scilicet in eruditis illis ineptiis? (lubet enim de quo & alij nonnulli, & grauiter Melchior Canus 9. de locis cap.1.& 7. expostulauit, non dissimulare, alitérve appellare quàm res ferat.) Et in hoc supercilium subduximus? Hoc est quod tristes docemus & pallidi? Hoc est quod Philosophiæ nomen efficit probis simul & improbis venerabile & sacrum? Comminuitur & debilita-

tur

tur generoſa indoles in has anguſtias coniecta, quam facilè foret mille amœnitatibus, nec ſine fructu oblectare, ſi in illud intenderetur quod hominem magnificentia ſui detinet nec mercede, vt ille ait, ſed miraculo colitur. Doce quid natura diuite ſinu condat. Quid terrâ, quid aquis, quid aëre, cœlóque etiam ipſo abdiderit. Quibus oculis conſpicienda ſint vniuerſa. Teipſum, illúdque animi tui profundum nulla vnquam bolide peruaſum, tenta. Noſce ac doce naturam, lumen admoue quo diſcernantur ambigua vitæ. Doce quid natura neceſſarium fecerit. Quàm faciles leges poſuerit, quàm iucunda ſit vita, quàm expedita illas ſequentibus, quàm acerba & implicita eorum qui opinioni plus quàm naturæ credunt. Quibus gradibus ad cœlum aſcendatur. Ereptos è tenebris animos illo perduc vnde lucet. Doce quo beatarum mentium comitatu ſtipetur numen: Quod illis in ſummo otio negotium, quæ ſocietas inter ſe ac nobiſcum. Doce quænam ſit æterna illa mens & ratio complectens omnia. Quid ergo? vetamus illis aliis inſiſtere? Hæc modò non prætermittantur, liceat ſanè in illis entium (vt ita dicam) minutalibus, temporis partem ponere. Tantùm momentis ſuis æſtimentur ſingula, nec totum occupent, quibus aut aliqua temporis pars, aut maior certè, ſit ſatis. Neque ea accutiſſima eſſe cauſator. Nihil eſt acutiùs ariſta. Quædam inutilia & inefficacia ipſa ſubtilitas reddit.

IDEOQVE cùm vix aut ne vix quidem in Philoſophia tractentur Diuina vt par eſt, vel quòd hæreant Philoſophi, fatali quodam ætatis huius malo, in minus neceſſariis diutiùs, vel quòd tractationem pleniorem de Deo & ſubſtantiis à corpore ſeiunctis, quantum naturæ lumine cognoſci queunt, Chriſtianis Theologis permittant, cum earundem rerum de Fidei principiis hauſta explicatione

coniungendam ; quam hi viciſſim doctrinæ reuelatæ vbertati impares, in Philoſophos deuoluunt: vt taceam pleroſque, quibus ad Chriſtiana illa ſtudia animum appellere, conſilium non eſt: fuère qui putauerunt fore pretium operæ, & fructum fortaſſe non pœnitendum, ſi quæ de Diuinis rebus naturæ lumen docet, ſeponerentur: vt in vnum veluti corpus collecta, ſin minus per improuidam temporis diſpenſationem dictata excipi ab Auditoribus, quod longum & operoſum videri queat, at legi ſaltem alicubi poſſent. Vbi nulla, ſententiarum, quæcunque demum alibi poſitæ fuerint, incommodatio timenda, quòd per ſe cohæreat, aliiſque minimum nexa & iugata ſit hæc tractatio. Ita porrò, viſum fore vt non præterirentur omnino, præ quibus faciendum cæterorum potius diſpendium fuerat, & quibus vnis Philoſophiæ ac ſapientiæ nomen præcipuo iure, non priſci tantùm Ethnici, (quanquam & hoc perhonorificum,) ſed & ipſi Diuinioris ſapientiæ Myſtæ tribuunt. Sanè Græci partem hanc humanæ ſapientiæ, ſimpliciter Philoſophiam nominabant. Quòd vt cæteros ſileam, intelligimus ex Apollophane, apud S. Dionyſium Epiſtola 7. Apoſtolus, vt idem Dionyſius indicauit, & Dionyſij Ecphraſtes Pachymeres, perſpicuè expreſſit, Dei ſapientiam appellauit. Hæc nobis ſcribendi prima occaſio. Hoc iis conſilium quibus laboris huius noſtri principia, ante annos aliquot cùm placuiſſent plus fortaſſe quàm nobis, vt expolirentur & vulgarentur, operæpretium viſum eſt. Quos inter R. P. BARTHOLOMÆVS IACQVINOTIVS, Prouincialis tunc noſter, vir non minus ſacræ facundiæ aureo flumine vniuerſâ Galliâ clarus, quàm omnibus Religioſi Præpoſiti ornamentis inſtructus, cui omnia debemus, animos & fecit ad inchoandum, & addidit ad perficiendum. Iámque

que ante annos aliquot, hoc quicquid est operæ, Censorum iudiciis permissum, & illico ab eis manumissum, tenebras eluctandi tempestiuitatem præstolabatur, cùm interuenit quod moras vltrà nectere prohiberet. Propè refugio efferre probrum æui nostri, sed tamen dicendum est. In ea tempora incidimus in quibus *dixit impius in corde suo, non est Deus.* Non enim rediuiui tantùm bellant cum Deo & auita religione coniuratis animis terrigenæ, sed neque desunt qui ita naturæ repugnent vt sibi exsculpi patiantur ex animo, quam illa consignauit mentibus nostris Dei informationem. Quod quidem scelus flammis expiarunt non ita pridem, duo in duabus præcipuis Galliæ vrbibus. Neque mirum id quidem. Esse enim *hæreseon fundamentum, Dei abnegationem*, Clemens Alexandrinus iam olim monuit. Itaque quod ego hoc opere in numinis assertionem non indiligenter, certè pro viribus incubuerim, omnis deinceps cunctatio abiicienda visa est. Satis de nostro in hac opera consilio.

SCRIPTIONIS formam (vt de altero capite proposito fidem meam liberem,) delegi eam quæ ita breuitati seruiret, vt perspicuitati, & alicui Lectoris oblectationi accommodata esset: qui meminissem ista me oculis legenda subiicere, non in aures demittere committenda chartis. Itaque vt sentes illos ac spinas quibus schola insueuit non defugio, ita excurro etiam interdum in amœniora quædam, aut potius in ea incurrens non auertor. Eiusmodi sunt quæ de oraculis totáque re Diuinatoria affero, cum rerum futurarum prænotionem quæ Intelligentiis tribui potest, expono. Et quæ de earundem Intelligentiarum externis operationibus addo ad tractationem facultatis earum exequentis, per quam occasionem quæ de vniuersa Magia vtiliter tradi ac sciri possunt, perspicuè, ni fallor, &

breuiter comprehensa sunt. Item quæ de Polytheïsmo & Diuinitatis apud Ethnicos in tam multas propagines fruticatione, appono, disserens de numinis vnitate. Et quæ tractans Diuinam prouidentiam attexo de iudicio, pœnis animarum siue emendatoriis siue æternis, fœlicitate proborum, resurrectione corporum, ex sensu duntaxat Philosophorum, aliáque quamplurima quibus illam delicatioribus ingeniis fastiditam, scholasticarũ tricarum & nudarum speculationum insulsitaté, condire consilium fuit.

VNVM est quod sigillatim excusandum alicui videatur: si tamen excusandum quod scriptorum grauissimorum exemplo à me in hoc opere plerunque factum. Nempe quòd cùm aliàs quandoque, tum præsertim in Diuinæ existentiæ & prouidentiæ assertione, nonnullorúmque Diuinorum attributorum expositione, Antiquorum, siue Philosophorum, siue etiam Patrum ex naturæ lumine ratiocinantium, (ob causas in Prologo, n. 86. propositas,) illustria loca nec vulgaria, de quo candidus & peritus Lector æstimet, non vt vsus multorum fert recenseo duntaxat, sed integra appono; feréque sententiam meam, non meis, sed ipsorum verbis reddo. Sed nihil hac in parte peccatum, persuadent quæ pro tessellato hoc scribendi genere, eleganter disputat Cassiodorus in sui de Amicitia libri proœmio, & vsus grauissimorum (vt dixi) scriptorũ, nominatimque Eusebij & Theodoreti cum Græcis agentium. Vt taceam è re Lectoris videri, multos in vno, modò non temerè consarcinatos & tumultuariè congestos, sed certa ratione ac methodo digestos, libros habere. Deest sanè in ea scriptionis forma, periculum, ne quod non neminẽ facere res ipsa loquitur, corrasis hinc inde, verè aut falsò recẽsitis apud alios Doctorum allegationibus, nõ sine fuco Lectori facto, chartæ impleantur. Est verò etiam *benignum, &*

plenum

plenum ingenui pudoris (vt Plinius ad Naturalem historiam
præfatur,) *fateri per quos profeceris*: è contráque *obnoxij ani-
mi & infelicis ingenij esse*. (quo ille crimine plerosque æui sui
scriptores damnat,) *deprehendi in furto malle, quàm mutuum red-
dere, cùm præsertim sors fiat ex vsura.* Vtvt sit, quod de se in
hac ipsa causa dixit Nyssenus initio Hexaëmeri, mihi quo-
que gloriosum ducam. *Agricolas imitabor, qui mirabili qua-
dam ratione ex vna eadémque planta varios fructus percipiunt. Id
autem assequuntur inserendi artificio quod eiusmodi est. Pusillum
aliquod ex arbore quapiam germen, vnà cum cortice basi illius
subiecto decerptum, in alterius arboris maioris aliqua parte sic in-
cisa, vt ei cortex quadret, includunt, vt naturali maioris arboris
humore germen illud enutritum, coalescat ramúsque fiat. Meam ita-
dem ego cogitationem quasi germen aut surculum exiguum, magnæ
arbori, nempe præceptoris nostri* (de fratre suo, Magno Basilio
loquitur, idemque de alijs esto iudicium.) *sapientiæ inseram,
occasionéque mihi inde suppeditata, tanquam humore quodam irri-
gatus, pro viribus ramus eius efficiar.* Denique non aliter pu-
taui splendorem mastrucæ huic nostræ conciliari posse
commodiùs, quàm si eam decerptis ex aliena purpura cla-
uis ocularem, aut quasi gemmis distinguerem & illumi-
narem.

TV quantulumcúnque id demum fiet boni consule
benigne LECTOR, & eum fructum cui tota hæc semen-
tis iacitur, Deum scilicet per ea quæ facta sunt intellecta
conspiciendi, & à specie ac magnitudine creaturæ cogno-
scibiliter videndi, maximum atque vberem cape. Ita mi-
hi ipse non tam mea causa, quòd bene operam posuero,
quàm tua, cui profecero, gratulabor.

APPROBATIONES DOCTORVM.

NOs infrà scripti Societatis IESV Theologi fidem facimus lectum à nobis esse librum, cui titulus est, *Theologia Naturalis, siue Entis increati & creati, intra supremam abstractionem ex naturæ lumine inuestigatis*, Authore R. P. THEOPHILO RAYNAVDO eiusdem Societatis Theologo, nihilque in eo à nobis observatum, quod Fidei ac Doctrinæ Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ ac Romanæ non sit consentaneum. In cuius rei confirmationem hoc testimonium dedimus, & manu nostra subscripsimus. Lugduni die 3. Septembris 1620.

IACOBVS GAVTERIVS.

IOANNES RAOVX.

CLAVDIVS BORDONVS.

IOANNES CLAVDIVS DE VILLE in sacra Theologia Magister, in sancti Pauli Lugdunensis Canonicus & in hac Diœcesi à Domino DIONYSIO SIMONE DE MARQVEMONT, Illustrissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo in Librorum Censuram incumbere iussus, fidem facimus nos hunc Librum, cui inscriptio est, R. P. THEOPHILI RAYNAVDI *Societatis* IESV, *Theologia Naturalis*, vidisse, legisse: atque in eo Naturam natiua sua luce de Deo disserentem Euangelico Catholicæ Ecclesiæ lumine, & cælestis gratiæ reuelatione conspicasse omnino, atque adeò fidelem Theophilum comperisse. Quid autem mirum quippe, cuius opus cum opus sit Intelligentiæ, in illo tam illustri támque Religioso scientiarum orbe, clarissimum lucentissimúmque sidus ad suos de suo Authore prodendos sensus, selegerit; virum intellige, cui acre & excellens iudicium, perspicax ingenium, & in omni meliore literatura versatissimum, atque in subliniore doctrina eminentissimum. Lugduni apud S. Paulum Prid. Cal. Iunij 1621.

DE VILLE.

ERuditione plenum dico hunc Theologiæ naturalis librum, cúmque nihil à Fide alienum dicat, nihil quod in bonos mores pugnet, proponat, typis demandabitur meritò. Sic censeo, Lugduni 27. Maij 1622.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT, Episcopus Damasci.

FACVL.

FACVLTATES SVPERIORVM.

EGo IOANNES FORERIVS Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi Præpositus Prouincialis, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante 14. Februarij 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab hominibus nostræ Societatis compositos absque Superiorum eius permissione imprimant, Permitto CLAVDIO LANDRY, Lugdunensi Bibliopolæ vt librum qui inscribitur, *Theologia Naturalis, siue Entis increati & creati intra supremam abstractionem, ex naturæ lumine inuestigatio, Auctore* P. THEOPHILO RAYNAVDO, *è Societate* IESV *sacræ Theologiæ Professore*, ad sex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere possit, Datum Lugduni 2. Maij 1622.

IOANNES FORERIVS.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesiæ Lugdunensis, Prior & Dominus sancti Portiani, in suprema Dombarum Parlamenti Curia Consiliarius, Galliarum Primatiæ Officialis, & in Archiepiscopatu Lugdunensi Vicarius Generalis, librum inscriptum *Theologia Naturalis, siue Entis increati & creati intra supremam abstractionem ex naturæ lumine inuestigatio, Auctore* P. THEOPHILO RAYNAVDO *è Societate* IESV, à Theologis recognitum Typis mandari permittimus. Lugduni 17. Augusti 1622.

MESCHATIN LA FAYE.

LVDOVICI XIII. Galliarum & Nauarræ Regis Christianissimi, Priuilegio cautum est, ne quis, P. THEOPHILI RAYNAVDI ex Societate IESV, S. Theologiæ Professoris, librum, qui inscribitur, *Theologia Naturalis, siue Entis increati, & creati intra supremam abstractionem ex naturæ lumine inuestigatio*, absque CLAVDII LANDRY, Bibliopolæ Lugdunensis consensu, intra decennium, à primo editionis die computandum, typis excudat, distrahat, venalémve habeat: qui secùs faxit, pœnis Regio diplomate expressis, mulctabitur. Datum Tolosæ 29. Iunij anno 1622.

De Mandato Regis

Signatum

COVSSAV.

R. P.

R. P. THEOPHILO RAYNAVDO vero veræ sapientiæ Apelli.

Cunctas vna Sophias tenet tabella,
Æternis tabulis suo labore
Augustas Sophias referre [illegible].
Cuius pulchrior est tabella, vel quis
Lector candide, verior est Apelles?
Ante Socraticus Plato tabellis
Aspersit numeris, [illegible]
Indulgens genio, [illegible] & arti,
Stagirita [illegible] peritus,
Colligens Sapientia [illegible]
Quos olim dederat Plato lepores.
Sed quidquid tabulis videt in illis
Quibus principia, & [illegible]
Ortus exitusque cernit illis
Cursu principiis, metam quadrigis,
Sic pulchrum licet; id tamen tabellam
Et mirabile facit, [illegible]
Sunt vultus Sophiæ quibus priorum
[illegible], Chorus siue [illegible]
[illegible] aligeros, siue intuitur
Auditorem dominumque dignitatis.
Talis vna noua refert beatis
Hic vultus Sapientiæ, Tabellis
RAYNAVDVS *Sapientiæ nouellæ.*
Cuius pulchrior est tabella, vel quis
Lector candide, verior est Apelles?

I. C. S. I.

NATVRA STANS IN DEO FINE vltimo, auctori bene ominatur, & cupit.

Poscis naturæ vultúsque animósque latentes,
Illius & quonam fine quiescat opus?
Hic sunt, ille Lateir rerum vestigia condit,
Consule, quos vultus poscis, imago dabit:
Hæc tibi crystallum vinacis femina flammæ
Continet, obtutus non fugitura tuos.
Hæc meta, hic limes: sistit ista in cardine rerum
Natura, haud alio plus generosa loco.
Hinc volucres nimbos despectat, & æthera linquens,
Cælicolûm auratas visit amica domos,
In cunctis stetit aligerûm, obtutûque sereno
Lustrat euntis sancti peruia septa chori.
Ipsum adeo audaci ingenio molita tonantem
Hoc, ait, hoc nostrum fine quiescit opus.
Ille sed artifici fiat gradus alter honoris,
Dum mihi parta quies, huic labor alter erit.

CAROLVS DV LIET
Lugdunensis, Theol. Aud. A. P. T.

SYLLA

SYLLABVS

Prologi, Distinctionum, Quæstionum, & Articulorum, Naturalis Theologiæ.

PROLOGVS.

DISTINCTIO I.

De ente ab alio generatim.

DISTINCTIO II.

De intelligentiarum existentia & quidditate.

DISTINCTIO III.

De proprietatibus transcendentalibus, Intelligentiarum essentiæ accommodatis.

An

DISTINCTIO IV.

De proprietatibus vitam Intelligentiarum consequentibus.

DE ENTE A SE.

Totius entis participati essentialiter actuali & perfectissimo principio.

DISTINCTIO V.

De existentia, & naturali cognoscibilitate entis à se.

DISTINCTIO VI.

De essentia, & attributis Dei generatim.

DISTINCTIO VII.

De proprietatibus transcendentalibus essentiæ Dei accommodatis.

DISTINCTIO VIII.

De proprietatibus vitam Dei consequentibus.

Sigillatim



PROLOGVS



PROLOGVS.

Naturalis Theologia laudata, definita, distributa.

THEOLOGIAM id est interprete Alexandro 1. Metaphys. cap. 2. scientiam de Deo, ac diuinis rebus, hoc est (iuxta Philosophorum veterum phrasim) de quibuslibet materiæ expertibus substantiis, quantum naturali lumine cognosci possunt, tradere aggredior, verticem haud dubiè & apicem humanarum disciplinarũ, & vt Ioannes Cyparissiota in præmeditatione expositionis dictorum de Deo, eam appellat, *Philosophiæ partem pulcherrimam ac præstantissimam, & velut Solem quendam disciplinarum* quam eius sublimitatem cùm attentiùs expendo, non abs re videor illud vsurpaturus ex Hugone Etheriano lib. 1. contra Græcos ferè initio. *Dum supremæ Philosophiæ principium declarare aggredior, aquatili mihi videor similis esse testudini, quæ forte transire cupiat. Stupore cogitatus obsidetur, tabesco metu, lingua tanquam Ægyptiam palmam (quæ apud Græcos ἄδιψος vocatur) gustauerit retardatur. Simpliciter autem & omnis sensus quasi vehementissima sensibilium perceptione, tabescit. Porrò ignis quidem ferrùmque, Indici adamantis alteratricem respectu languidum est, cùm ferrum sculptoriis premuntur contradicens adamas dolore exsuperet, & idem igni domabilis neutiquam reperiatur sit. Ego autem arbitror adamante incomparabiliter durius & difficilius esse scribere de diuinis, quod nõ nostro sensu, verùm omnem transcendat intelligentiam.* Hæc ille, difficultate de Deo ac diuinis rebus agendi permotus, quam etiam perappositè Ægyptij Plutarcho docente libro de Iside num. 55. expressere. Harpocratem enim, sermonum qui de Deo & diuinis rebus habentur præfectum, pueri specie nec dum verba formare idonei, annulo insuper os obsignantem effingebant, non humilem ætatem (vt Plutarchus obseruat) conficti numinis designantes: Sed rudes nostros & informes de Deo rebúsque diuinis sermones, verecundo potius silentio premendos quàm promendos importunè: quippe pro exiguo nostro de rebus tam arduis captu imperfectissimos, vt præclarè philosophatur Plato Epistola 7. nec alio cõsilio Simonides apud Philosophum 1. Metaph. cap. 2. & 10. Eth. cap. 7. & latè Socrates apud Xenophontem, quem descripsit Theodoretus initio 4. cõtra Græcos, dixisse videtur oportere nos humana sapere cùm simus homines, & mortalia cùm simus mortales, eo quod solus Deus hunc sibi honorem vendicet seipsum résque diuinas

uinas cognoscendi. Non deest tamen & optimè contra Simonidem hisdem locis philosophatur Aristoteles, cum scientiam quæ nobis maximè congruit, non quærere, sed nos ipsos quoad fieri potest à mortalitate vindicare debemus, atque omnia facere, vt in ea parte nostri quæ in nobis est optima (nempe intellectrice res diuinas inquirente, de qua ibi agitur) operam ponamus. Itaque hoc Philosophi consilium secuti, quod in omnibus disciplinis seruari pulchrè tradit S. Hilar. 1. de Trin. in argumento libri vndecimi, in hac quoque obseruabimus, aliquot huic exercitationi velut præludia præmissa, quorū primum complectitur huius naturalis Theologiæ encomium, quo amaror ille à difficultatibus paulò ante propositis immissus, abstergatur. Secundum naturam huius habitus. Tertium distributionem. Tot enim sunt, quæ hoc loco præmittenda videntur, vt hanc scientiam quasi emancipare & separatarum velut latino iure, quo inter cæteras disciplinas hactenus caruit, donare valeamus.

---

§. I.

Naturalis Theologiæ dignitas, vtilitas, suauitas.

1 Sit hoc primū velut caput encomij naturalis Theologiæ, quod ex præmissis de eius difficultate peti potest: Est enim hoc ei cum quibusuis pretiosis commune, vt laboris & curæ sit indiga. Nec aberit pretium operæ, & quidem ingentissimum vt mox subditur à Philosopho loco proximè adducto, *quod cuiusq; proprium est natura, idem & optimum cuique est & iucundissimum. Ergo & homini, vita quæ ex intellectu traducitur*, seu quæ in colendo diuinarum rerū notitia animo, ponitur, *iucundissima & optima sit necesse est. Hæc videre* (inquit Seneca in naturalium proœmio) *hæc discere, his incumbere, nonne transilire est mortalitatem suam, & in meliorem transcribi sortem?* An alludit ad illud Platonis dictum à Clemente Alexandrino 4. Stromatum c. 9. laudatum, *qui Deum contemplatur, viuere Deum inter homines?* quibus verbis summa huius studij cum dignitas, tum suauitas exprimitur. Nec minus illustria illa Theagis Pythagorici apud Stob. sermone 1. *Mens in summo corporis vertice collocata, in pellucida vndique specula, rerum quæ sunt, scientiam inuestigat, & hoc à natura quod habet, vt post inuestigationem & acquisitionem melioribus ac præstantioribus vtatur. Etenim rerum diuinarum ac præstantissimarum cognitio beatitudinis humanæ principium, causa & norma est.* Sic ille. Nihil item esse hoc studio splendidius, vel quæsitu, aut scitu dignius affirmat Chion Epistol. ad Clearchum.

2 Confirmat hæc luculento Alexandri testimonio S. Cyrillus, 1. in Iulianum ad textum ex eodem secundum. *Nihil* (inquit Cyrill.) *conferendum censeo, cum certa cognitione, & exacta ac subtili contemplatione Dei; non pecuniarum substantias, non mundanum splendorem non dignitatum gloriam.* Tum paulò post subdit: *Quod autem velit hæc habeant, etiam Gentilium disputationibus edocetur; vnde Alexander Aristotelis amator, in sermone de particulari prouidentia: Amantem oportet verum dicere, inquit, de ipsa in Deum pietate; maximum enim est, & perfectissimum bonum, omnisque bona vita: Hæc enim existere in contemplatione assiduitate, contemplationisq; in cognitione optimorum: Deus item contemplationum omnium optimum est, hoc igitur cum ita se habeant, vtique in cognitione diuinorum bea-*

titudo

riendi fuit via. Itaque (concludit S. Cyrillus) *in vtili diem, nihil est splendidius* [illegible] *Dei*. Et post pauca: *Dei contemplatione, propositum est salutaris, & omnia* [illegible] *nobis & gratiam*. Quæ in hunc naturalem Dei contemplationem candere, argumento est, adductum testimonium Alexandri, hominis asserentis animæ nostræ mortalitati infusam, quem proinde, vt atque Cyrillum, longius vitæ beatitudinem illi ad quam aggredimur diuinorũ contemplationem adscribere perspicuum est.

3 Hoc ipsum Ægyptij, vt laudatus supra Plutarchus monet, adumbrarunt perelegãti symbolo. Arborem namque Perseam, numini, sectam namque qui de Diuinis rebus institutionum præfectio, propterea dicabãt, quod eius folia linguam referant, fructus cor: Innuentes, vt ille interpretatur, ex omnibus quæ homini insunt, nihil diuinius, aut quo ad beatitatem suam accedat, propinquius reperiri posse, recta de Deo ac diuinis rebus cogitatione, atque sermonibus. Et est sanè huiusmodi cognitio in nobis, assimilatio quoddam eius notitiæ quam Deus de seipso obtinet, omnis illius qua perfruitur fœlicitatis fontem: quod Aristoteles quoque nõ latuit, hanc enim maximè diuinam scientiam, & idcirco omnium præstantissimam pronunciat, cap. illo 2. *Quod enim à Deo maximè haberi par sit, eamq; solum ipse aut maximè habeat.*

Accedit ad dignitatis & vtilitatis cumulum, quòd hæc vna inter disciplinas, idonea est ad veram nobilitatem animo conciliandam, sola sapientiæ & veræ Philosophiæ nomine digna, quod cùm asseruisset S. Cyrillus libello 5. Iuliani Mastygis ad textum posteriorem Iuliani, communicandum censuit, Platonis suffragio scribens in hunc modum. *Non te solet fugere, hic quæ à me dicta sunt. Vocabant igitur in Sophistam tuus Plato, sic scribens in 5. de Republica non mediam esse sententiam, Iudicium hic omnes, & tales quosdam Mathematicis, & artifices id genus, Philosophos putamus? Minimè (inquit) sed similes quidẽ Philosophis. Quos autem dicit veros? veritatis inquam diligentes contemplatores: non enim in Geometria, quæ in principiis, & suppositionibus versatur est Philosophia, neq; in Musica scholastica, neque in Astronomia naturalibus & vulgaribus, & verisimilibus sententiis rationibus, sed in scientia & veritate eius boni: quæ cuncta quidem sunt bona & vna ad bonum. Itaque non in parte aliis artibus quæ hic considerata sunt, consistit Philosophia, sed in eo quod veritas cognoscitur, hoc est in eo quod verè est: & id quidem est Deus.* Tantùm Platonis verba illustrans Cyrillus. Vides præ hac, minutas & parnas censeri reliquas disciplinas, dignitate cæteròqui maximos ac plenissimum & micantissimum esse necesse sit, splendorem dignitatis, in ea quæ fulgore suo præstringat cæteras, & cùm de vtilitate ad vera bona capessenda (quod verbis allegatis Plato attigit, & in superioribus vberiùs tradiderat S. Cyrillus) reliquæ ad vnam omnes concedant.

4 Absque ea quoq; reliquas scientias planè cæcutire, verò pronunciat Auerroes 12. Metaphysic. ad textum 5. Ad Christianam verò Theologiam, non potest non esse opportunissima & vtilissima, cùm ob alia quæ adducit Origenis in naturales disciplinas studia commendans, Nicephorus l. 5. c. 12. & 13. & ipse Origen. homil. 14. in Genes. tum maximè quia et pulcherrimè dixit in hanc rem Basil. orat. de legendis cum fructu Gentilium libris, *velut fullones ac tinctores, qui medicamentis quibusdam rem tingendam præparant, atque ita demum colorem quem*

captiuus siue perspicuam, siue aliquem aliam est ... , &c. Ex paulò post, *Quasi Solem in aqua videre assuefacti sic ad lumen* (supernaturali Dei notitiæ aut Christianæ Theologiæ) *oculos inducimus.* Priorem cōparationem hausisse videtur Basilius ex Lyside Pythagoreo qui eam pulcherrimè epistola ad Hipparchum, in hanc rem adhibet. Porrò feliciter in hoc studium incubuit idem Basilius, adeóque diligenter & aptè humanam hāc Theologiam cum diuina connexuit, vt eum propterea Nyssenus frater in eius laudem, ambidextrum appellet, quòd non minori iure de aliis plerisque sanctis Patribus asseri posset.

5 De huius tractationis iucunditate, vt nullum commendationis caput intactum sinam, ad ea quæ ex Philosopho paulò ante attigi, grauissimam Ægyptiorū Theologiæ authoris sententiam apponam ex lib. 1. cap. 4. *Qui ad supremum* (inquit) *mentibus aspirant, intellectui substantias diuinas, easdemque vniuersas, ... premium consequitur. Quare omnino hoc negligendum est, etiamsi in eo maximus labor sit subeundus, si quidem in illo fruitur animus tranquillitate perpetua, eáque qua nulla ratione possit interturbari. Atque cùm homo ad hanc contemplationem natus sit, nihil agit si vel minimo tempore ab ea recesserit, imò animam perdit, sibique maximè contrarium efficitur: ex quo factum est, vt in obscuram cum ... fastidia premimur, quo precipue Plato homines hortatur ad erigendum intellectum in superiorum contemplationem.* Hactenus ille. Obliniit etiam eu veluti melle suauitatis & iucunditatis, tractationem hanc consecutæ ... in ea suscipiendum, Philosophus 1. de partibus cap. 5. cùm enim substantiæ genus vniuersum, in eam quæ mortalis & caduca est, & eam quæ immortalis & diuina est, tribuisset, reliquè mortales quòd eas socias familiaresque habemus, dixisset posse nosci vberiùs, diuinas parciùs, quod parca admodum de eis sensui pateant, concludit tamen vtroque se studio delectari. *Res namque illas superiores* (inquit) *tametsi leuiter attingere possimus, tamen ob eius generis cognitionis excellentiam, amplius oblectamur, quàm si hæc nobis iuncta omnia teneamus.*

6 Atenim non nisi eum qui sensus compescuerit, & in se habitauerit, occluseritque interioris animi obturbamenta, liquidis illis de Dei & diuinarum rerum cōtemplatione voluptatibus perfundendum demonstrat paulò ante adductus Ægyptiorum Theologiæ scriptor lib. 11. cap. 2. *hoc verò qui præstiterit, summam* (inquit) *concordiam percipiet, puram, illustrem, & admirandam, vt eáque maxima ... voluptate perfruatur: nec hæc in dies magis magisque accrescit, idémque ... qui in sensum cadit, & cum corporibus est coniunctus, ... superioris solam esse imaginem.* Similem præparationem ad hanc scientiam exigit Plotinus Enneade 6. lib. 9. cap. 3. & præcinerat Plato Epistola 7. doctrina rei *diuinæ ita demum percipi, si circa Deum assiduo studio quis versatur, sédemque vitam ad illius formulam componere instituat, ita enim fore vt repentinæ veluti ab emicante igne lumen accendatur, & in ipso animo ingenitum, seipsum alat.* Ita ille. Ratio in promptu est, *nam nec oculus lippiens* (inquit Isidorus Pelusiota lib. 1. epistola 304.) *in Solis orbem acriter defigere potest, & si eam defigat, frustra id agit: nam debili item lingua frustra graues sapores adhibeas, quia illa, amarore qua scatet præoccupata non sentiet.* Vt propterea, quod aliqui apud August. 8. Ciuitatis cap. 3. censuerūt Socratem purgandæ men-

tis palato, & ad diuina contemplanda præparando, moralem vitæ modestiam præmitterem. Nec plura in re tam perspicua, cùm ne vinum illud minus vendibile hacce hedera fieri videar, tum quia abundè per hæc liberatam censeo, de primo eorum quæ propositis capitum, fidem meam.

---

§. II.

Obiectum naturalis Theologiæ.

Habitus cuiuscumque explicationem ab obiecto auspicari necesse est. Nam vt optimè de necessitudine in tractandis potentiis seruando, ratiocinatur Aristoteles 2. animæ, tex. 33. obiectum in potentiarum explicatione debet primo loco tradi, cùm sit id in quod actus potentiæ, & potentia ipsa tendunt; est autem par planè ratio de habitibus, in quibus obiectum quoque est vltima radix constitutionis, & specificationis.

Supponendæ porrò breuiter sunt variæ obiecti scientiæ rationes, nempe vna quæ potest ad plures habitus pertinere, & ideo materialis vocatur, qualis est in Physica ratio corporis, & formalis triplex. Prima dicitur ratio formalis *quæ*, nempe illa quæ constituit obiectum materiale, in illo esse quod consideratur in scientia, & à quo pullulant passiones in ea demonstrandæ, cuiusmodi est in Physica, naturalitas, ipsa quoque est quæ attingitur, & terminat actum scientiæ: & ideò à Capr. q. 4. Prologi art. 1. in fine, vocatur ratio cognita. Secūda vocatur ratio formalis *propter quam*, seu ratio motiua: Capreolus supra, eam vocat rationem cognoscendi: & hæc quidem plerumque coincidit cum ratione formali *quæ*, vt in exemplo prædicto obiecti Physicæ, interdum verò ab ea differt, nempe cum motiua assensus non ex visceribus obiecti, sed ex extrinseco quopiam petuntur, ob obiecti in se inevidentiam. Quo pacto Deitas est ratio formalis (*quæ*) Christianæ Theologiæ, sed cum ratio formalis motiua, est reuelatio discursu applicata, idem Capreolus loco mox adducendo ad 4. Dur. contra 3. vocat has duas priores rationes formales ex parte rei cognitæ, tanquam quod, vel per quod cognoscitur. Tertia dicitur ratio formalis *sub qua*: hæc non est ratio quædam intellectum terminans, vel mouens, sed tantum est conditio quædam obiecti, sub scientiam certo tantum modo cadentis, cuiusmodi est in Physica cæterisque scientiis naturalibus speculatiuis, abstractio à materia, & in fide inevidentia. Propterea que Capreolus in 3. dist. 25. q. vnica ad 1. Aureoli contra 2. ait hanc rationem formalem non esse rationem ad quam, vel per quam, sed sub qua obiectum subest actui, vel habitui, aut potentiæ, nec esse rationem mouentem vel motiuam, nec primò terminatiuam, sed concomitatiuam. Ex quadruplici hac ratione, integrandum nobis est obiectum naturalis Theologiæ.

ASSERTIO.

Obiectum materiale naturalis Theologiæ est substantia immaterialis completa, Deum & Intelligentias comprehendens, immaterialitate constituta tanquam ratione formali (quæ,) eâdem formaliter spectata, munus obeunte rationis propter quam, accedente abstractione Metaphysica tanquam ratione sub qua.

8 Primo ago de obiecto mate-

stabilitu et apertius cum Durando quæst. 5. Prologi num. 6. & in 3. dist. 24. q. 1. numero item 6. ac Capreolo quæstione 4. Prologi conclusione secunda, dicendum esse,) de subiecto. Tota enim conclusio obiicitur, & scitur, quæ tamen tota non est subiectum, quia non est tota, id de quo scitur, sed tantum id habet rationem minoris extremi, cui proinde soli, ratio subiecti seu materialis obiecti competit. Hoc igitur materiale obiectum in naturali Theologia, est Substantia completa immaterialis.

Completā dico, vt excludatur anima rationalis, quam aliqui quo ad ea saltem spectatam quæ in separationis statu habet, volunt ad Metaphysicam pertinere. Ita D. Thom. 2. Phys. lectione 4. ad textum 26. Rubius quæstione 1. proœmij de anima n. 18. & ex parte Pererius 1. Physiologiæ cap. 9. & 10. idemque probabile iudicat Suarez disput. 1. Metaphysica sectione 2. numero 18. Imò Averroës & Philoponus apud Dandinum in præfatione ad libros de Anima §. *caterum de intelligentia,* adscribunt naturali Theologo, naturam ipsam & essentiam animæ rationalis absolute spectatā: quibus fauere videntur verba illa ex 1. de partibus cap. 1. sub finem, vbi Philosophus disertè negat Physici esse agere de omni anima, & clarè agit de anima rationali. Quod addo, ne forte cum Banne 1. parte quæst. 76. art. 1. dubio 5. ad primum, dicas nomen animæ sumi ibi impropriè, prout Deo & Intelligentiis potest tribui: sed cùm de solis animantibus eo loco esset sermo, non est quod suspicemur Aristotelem ibi de aliis quam de animalium animabus egisse, præsertim cùm adscribat Physico omnem animam quæ natura sit, & motuum principiū apta, qualem esse ait vegetantem, & sentientem, non item rationalem. Rationes item dubitandi quas ibi proponit, ad excludendum à Physica consideratione animam intelligentem, aquè vrgere videntur de propriè dicta anima intelligente, ac de impropriè dicta, seu de Angelica, & Diuina substantia. Denique S. Thomas 6. Metaph. lectione 1. expendit, Philosophū ibi asserere non esse Physici speculari animam quæ non est sine materia, qualis vtique est anima rationalis, saltē in statu separationis.

9 Nihilominus rectè Toletus q. 2. Proœmij ad libros de anima conclusione 1. 2. & 3. & alij, considerationem animæ rationalis, etiam quo ad operationes quas elicit separata, volunt esse iuris Physici: nam scientia de homine, vt homo est, spectat ad Physicum; est autem eiusdem scientiæ agere de toto, & de essentialibus eius partibus; atqui anima rationalis, in quocumque tandem statu spectetur, est essentialiter forma hominis, nec vnquam exuit rationem substantiæ dimidiatæ, habentis intimam habitudinem ad corpus Physicum, quod ipsa cum alia comparte sua potest compingere; spectat igitur ad Physicam, vnà cum omnibus suis operationibus, & affectionibus, siquidem hæ sunt operationes & affectiones animæ, & de ea demonstrantur, proindéque non possunt ab animæ tractatione diuelli.

10 Locus verò ex Aristotele in contrarium adductus, varias habet explicationes, quas non est necesse hoc loco expendere. Probabile est quod innuit Caietanus, initio capitis septimi de Ente, & Essentia, nempe, Aristotelem voluisse animam quoad gradum intellectiui, secundùm completam & omnimodam eius considerationem spectatam, seu præcisè & omnino

omnino abstractè sumptum, non esse Physicæ considerationis; cùm gradus ille, vt sic abstrahat à materia, & à motu, à quibus Physica non potest abstrahere. Inde enim dilui possunt, quæ contra Physicam animæ rationalis tractationem sibi obiecerat Philosophus: Nempe, quòd hæc anima abstrahat à motu, & quòd eâ vt sic consideratâ, omnia quoque entia consideranda forent à Physico, cùm intellectus respiciat intelligibile, idest (non vt malè Pererius de mente humana cap.14. & Dodus sect.7. de anima cap.3. interpretantur) substantias separatas, sed vt ex contextu apparet, omne ens: eiusdem autem sit de intellectu, & de intelligibili disserere. At si anima, non spectetur secundùm illam abstractissimam considerationem, sed vt forma corporis actu vel aptitudine, non abstrahet sanè à materia & motu, neque habebit omne ens pro connaturali obiecto, sed illud tantùm quod erit per species à sensu haustas intelligibile, (aliqui vocant ens concretum quidditati sensibili) quod constat esse Physicæ considerationis.

11 Sic exclusa à naturalis Theologiæ materiali obiecto substantia immateriali incompleta, restat sola completa, Deum & Intelligentias comprehendens. Multa enim sunt de Deo & Intelligentiis naturali lumine cognoscibilia, & demonstrabilia, quæ ad nullam aliam scientiam pertinere possunt. Aliquo quidem modo Physica Deũ attingere videtur, atque etiam Intelligentias creatas, dum perennem cœlorum circumductionem, & inferioris huius mundi administrationem perpetuo tenore procedentem ad superiora illa principia refert: tamen vt rectè aduertit Contarenus, lib.1. compendij primæ Philosophiæ initio, Physica veluti per somnium hæc attingit, cùm non possit ad eam primi principij notitiã deuenire, quæ omnibus entibus antecellit, eáque eorum causa, sed si ad tam eximiam lucem oculos verterit, cæcutiat: nec dissimili ratione vti videtur, ac si quis rusticus qui nunquam rure discessisset, ex his quæ ruri aguntur, atque ex ratione modóve totius illius rectitudinis, regiam culmẽ contemplari vellet. Itaque perfectiorem illam Dei & Intelligentiarum notitiã, permittit naturali Theologo, qui circa hæc entia tanquam circa propriã materiam, ex instituto distinetur.

12 Erit qui dicat hæc duo simul non posse vnius peculiaris scientiæ obiectum statui, cùm obiectum scientiæ debeat esse simplex, vt Capreolus quæstione 4. prologi art.1. conclusione 2. & Durandus supra n.6. obseruarunt. Deum quoque, erit qui neget posse alicui scientiæ subijci, propter singularitatem: obiectum enim scientiæ, debet esse vniuersale, ex 3. Metaph. text.12. & 6. Ethicor. cap.6. & primo Posteriorum.

Hæc tamen facilè diluuntur; nam simplicitas quæ est de ratione subiecti scientiæ vltimati, (vt illud vocat supra Capreolus) non est omnimoda vnitas, vel simplicitas: sed illa tantùm, quæ excludit coniunctionem enunciatiuam. Quod voluit supra Durandus dicens, subiectum scientiæ debere esse incomplexum, id est non debere esse propositionem. Itaque totum illud (*Deus & Intelligentiæ*) non caret simplicitate, & incomplexione, ad subiectum materiale scientiæ necessaria. Singularitas item Dei, non obest; nam singulare quod habet passiones aliquas à nobis cognoscibiles, nec à natura communi, sed ab ipso vt singulare est, oriundas, nihil vetat sub scientiam cadere. Tale singulare

est

est Deus: Aristoteles autem locis citatis agebat de singularibus illis, quæ nō habent alias proprietates demonstrabiles, præter eas quæ à natura cōmuni manant; vt proinde quidquid de eis demonstratur, vi alicuius medij de se vniuersalis demonstrari necesse sit. Tunc igitur subiectum demonstrationis, per se & primò est semper aliquid vniuersale, ipsa autem singularia sunt secundariò duntaxat scientiæ subiectum, mediante natura specifica de qua primariò fit demonstratio. Gregorius quæst. 4. prolog. in fine, ait, Aristotelem cum negat de singularibus esse scientiam, intelligendum esse de singularibus corruptibilibus, (quod rectè obseruat, manifestè patere ex 7. Metaph. textu 53.) nusquam autē negasse Philosophum, singulare incorruptibile esse scibile, cùm ipse de Deo multa conetur demonstrare variis locis. Vtraque solutio, plenissimè euacuat Argumentum. Nullas denique conditiones subiecti scientiæ, Deo deesse latè prosequitur Bonetus lib. 1. Theologiæ cap. 1. Quanquam aliquas ibi recenset subiecti scientiæ conditiones, quæ re vera tales non sunt, quod nunc non moror.

13 SECVNDO egi de formalibus rationibus obiecti huius scientiæ. Et quidem rationem formalem (*quæ*,) ac etiam (*propter quam*,) huius obiecti, dixi esse immaterialitatem, sumpto hoc nomine, non quatenus designat puram carentiam materiæ, sed quatenus importat perfectionem positiuam ex qua tanquam fundamento pullulat negatio prædicta, indicatque recessum ab imperfectionibus materiæ, & rerum à materia dependentium. Hæc enim perfectio, seu natura hac perfectione præcellens, est radix prima omnium proprietatum, de Deo & Intelligentiis demonstrabilium, nihilque in hac naturali Theologia traditur, quod per eam non concludatur, & ad eā non habeat attributionē. Quibus verbis, rationis formalis (tum *quæ*, tum *propter quam*,) ratio importatur, nam hoc loco ambæ illæ rationes formales coincidūt, quia hic notitia assensus non ab aliquo extrinseco, sed ex obiecti visceribus petuntur. Et quamuis illa immaterialitas, in Deo sit longè altior, tamen, vt postea dicam, non sequitur eam debere diuidi in duas rationes formales totales, quarum altera Deum, altera Intelligentias spectet.

14 Hoc ipsum alii verbis dicunt, qui rationem formalem Dei, prout huic scientiæ subiicitur, aiunt esse Deitatem vt Deitas est, ac prout naturali lumine est cognoscibilis: Meritò enim Deitatem, quæ secundùm nostrum concipiēdi modum, est fundamentum attributorum de Deo demonstrabilium, quibusque Deus tanquam forma constituitur, assignant pro ratione formali; ad quam etiam completè sumptam spectat lumen sub quo veritates illas penetrari volunt, quódque proinde nos sub nomine ipso immaterialitatis formaliter acceptæ exprimere contenti fuimus. Nam vt bene aduertit Siluester 1. parte quæst. 1. art. 10, annuúntque etiam Durandus quæst. 1. Prologi num. 30. & Soncinas quæst. 4. Prologi art. 2. ratio formalis, si non sumatur coniuncta cum lumine proportionato, sumitur materialiter tantùm: quatenus autem substat huic vel illi lumini, seu tali vel tali penetrationi, sumitur formaliter. Quod respexisse etiam videtur Capreolus q. 4. Prologi art. 1. in fine vbi præter rationem cognitam, seu rationem (*quæ*,) & rationem cognoscendi, seu rationem

(*per*

(*per quam*) addit aliam rationem formalem, quæ sit ratio accidens cognito, & denominans illud propter rationem cognoscendi: quæ postrema ratio non est ea quam vulgò vocant (*sub qua*) seu concomitantiam, sed vt patet ex antecedentibus, est talis penetratio mentis, quo scientia nititur, & tamen quo penetrantur immaterialitas ergo quæ est ratio formalis obiecti huius, sumenda est formaliter: id est quatenus cognoscibilis scientifico & naturali lumine, vnde postea hanc Theologiam, à Christiana, & aliis quibusuis de Deo notitiis seiungemus cum D. Thom. 1. parte q. 1. art. 1. ad 2.

15 Quod attinet ad rationem formalem *sub qua* sumendo hanc vocem, non vt interdum fit, pro ratione motiua, sed pro conditione quadam requisita ex parte obiecti, vt terminet actum scientiæ consentiunt ferè omnes, eam in naturali Theologia esse abstractionem à materia, non singulari, non sensibili, non etiam intelligibili, id est à quacumque planè materia, etiam à quantitate, quæ ad modum materiæ communiter intelligitur, & velut materia quædam per se cohæreat, ac tanquam subiectum primarium passionum de ea demonstrabilium, Mathematica abstrahitur.

16 Pererius tamen 1. Physiologiæ cap. 7. in fine, in Theologia naturali quatenus Deum attingit, peculiarem quandam abstractionem agnoscit, nempe abstractionem ab omni potentialitate, quæ est perfectissima quædam abstractio à materia, cùm potentialitas sapiat materiã ob actualitatis defectum. Fonseca quoque 6. Metaph. cap. 1. q. 6. sectione 4. & pauci alij qui eam abstractionem pro obiecto Christianæ Theologiæ inuenerunt, si consequenter loqui velint, debebunt eandem abstractionem naturali Theologiæ, qua parte Deum speculatur, attribuere. Nam Theologus naturalis, quamuis ex solo lumine naturæ consideret Deum, tamen agnoscit in eo rationem actus puri, non minus quàm Christianus Theologus, qui philosophatur ex reuelatis: proindéque si hic, quia vi luminis Fidei quo vtitur, detegit in Deo rationem actus puri, dicitur habere pro ratione formali concomitante, siue (*sub qua*) abstractionem ab omni potentialitate; necessarium videtur asserere eandem abstractionem naturalis quoque Theologi, ad eandem in Deo, essentiæ puritatem pertingentis, propriam esse.

17 Sed quicquid sit de illa sententia quoad Theologiam Christianam, naturalis, sua illa antiqua & communiter recepta abstractione, contenta est. Quamuis enim percipiat Deum esse actum purum, tamen non omnino potest, cum vt sua cognitione obiectum, à potentialitate liberare: adquòd ex modo intelligendi nostro, finito & potentiali, semper remaneat in obiecto vt sic cognito, potentialitas quædam, ob non exhaustam obiectiuam intelligibilitatem eius, vt plenius dicetur infra. Atque ita purissima Dei actualitas, tametsi ad rationem formalem naturalis Theologiæ terminatiuam & motiuam pertinere possit, non tamen ad concomitantem.

---

§. III.

Corollaria de natura huius scientiæ.

18 Ex constitutis de obiecto, facilè erit huius habitus naturam & affectiones colligere, suppo-

satis de quæ ad huiusmodi negotium generaliter in tractatione de scientia, præmittuntur.

ASSERTIO.

Naturalis Theologia scientia est, aut etiam sapientia, speculatiua non practica, specie vna, à quibusuis alijs, etiam de Deo notitijs, penes motiuum, & euidentem naturali lumine obiecti sui cognoscibilitatem distincta.

PRIMO dixi hunc habitum esse scientiam. Ita rectè affirmat Bonetus lib. 1. Theologiæ cap. 2. & Mayro. quæst. 4. Prologi in fine, nec refert quod Theologia Christiana iuxta veriorem sententiam non sit scientia propriè dicta; nihilominus enim naturalis Theologia potest esse vera scientia, ob euidentiam, quæ isti, non illi competit, vt infra dicam. Naturali ergo Theologiæ, nomen & rationem scientiæ iure tribui, probatur, quia conficit veras demonstrationes de suo subiecto, quod malè negarunt Cæsalpinus 1. qq. Peripateticarum quæst. 3. & alij antiquiores relecti à Conrado 1. 2. quæst. 57. art. 2. vniuersè asserentes Metaphysicam (quo nomine hanc quoque Theologiam vulgò complectimur) non vti demonstratione, atque adeò non esse scientiam.

19 Sanè quamuis quod ad Deum attinet, desint veræ causæ, quibus aliquid de eo probemus, nec supponant etiam propriè dictæ passiones, realiter distinctæ à subiecto, quæ maioris extremi munere fungantur, quod obijcit Serpnus in Prolegomenis Metaphysicæ, cap. 2. tamen vt latè tradit Caiet. 1. posteriorum cap. 2. dub. 2. & Ferrar. 1. contra gentes cap. 13, circa finem, Conradus suprà & Soncinnas 4. Metaph. quæst. 17. in secundo dicendi modo, post S. Thomam 5. Metaphys. lectione 5. ad rationem scientiæ humano intellectui conformis, sufficit scire ex causis essendi virtualiter, & non exigitur, scire ex causis essendi formaliter: id est non exigitur, vt causa quæ assumitur, sit vera & realiter causans, secundum aliquod genus causalitatis, sed sufficit, vt sit ratio, quod aliquid insit; ita vt si daretur interna aliqua illius inexistentiæ causa, non aliò recurrendum esset, quàm ad causam illam virtualem. Quo sensu immaterialitas animæ dicitur esse causa immortalitatis, & hæc per illam, efficaciter & propriè demonstrari censetur. Ex quo præterea patet, non exigi, vt passio quæ concluditur, sit rigorosè passio, distinguatur que à suo subiecto: quod pluribus persequitur Greg. q. 4. Prologi, conclusione 1. & Okam, quæst. 9. Prologi litera G, malè tamen tribuentes contrarium Scoto, qui quæst. 3. Prologi in 2. laterali, litera R, & Quodlibeto, 7. litera D, apertè idem tradit. Hoc igitur pacto naturalis Theologia, etiam quatenus de Deo agit, non destituitur causis ac passionibus ad demonstrationem à priori sufficientibus, estque proinde vera scientia, & vera virtus intellectualis. Non est tamen de numero illorum habituum, quos Christiani Theologi vocant virtutes Theologicas. Quamuis enim agat de Deo, non tantùm sub ratione entis, (vt malè censuit hanc difficultatem discutiens Mayro in 3. dist. 23. q. vnica art. 1.) sed etiam sub ratione entis primi & essentialiter infiniti: Tamen quæ dicuntur virtutes Theologicæ, debent attingere Deum nixæ altiori regula, quàm sit ea quæ per naturam suppe-

suppe

suppositam possit, qualis duntaxat est regula cui ille habitus nititur: qui proprie licet sit virtus intellectus sicut cæteræ scientiæ, non est tamen virtus Theologica.

20 Quatenus autē ad Intelligentias creatas se extendit, non tollit ei nomen & dignitatem scientiæ, quòd fortè huiusmodi Intelligentias dari, non sit ratione naturali, certa & euidenti confirmatum: quamuis enim hoc supponamus, tamen scientiæ abstrahunt ab actuali obiectorum existentia, ideoque tametsi de Intelligentiarum actuali productione probabilia tantùm argumenta suppeterent, tamen sufficeret earum producibilitatē certā & euidētē compertam haberi, vt ad veras de essentia sic conceptā demonstrationes, progressus fieret. Itaque naturalis Theologia, etiam ex parte scientiæ nomen sibi meritò vendicat.

Imo verò sapientia quoq; dici potest, id est altissima ac præstantissima scientia, vt habetur ex 6. Ethic. cap. 7. vbi idcirco ait Philosophus, Anaxagoram, Thaletem, & huiusmodi alios qui Diuina speculabantur, dictos fuisse sapientes. Sed plenius 1. Metaph. cap. 2. Inquirens quænam sit vera sapientia, & quisnam verè sapiens, probat scientiam rerum diuinarum sapientiam esse, ex primatu huius scientiæ & eius appetibilitate ob solam cognitionem, & causarum altissimarum a sensibus maximè remotarum, inuestigationem.

21 Secvndo dici hunc habitum esse speculatiuū non practicum. Hoc videtur per se notum, ex ratione habitus practici & speculatiui ab Aristotele tradita 2. Metaph. cap. 1. verbis illis, *Speculatiuæ* (nempe scientiæ) *finis veritas, practicæ actio opus*. Breuiter ergo dico finem huius scientiæ esse cognitionem non effectionem, atque adeo ipsam quoque scientiam speculatiuam esse, non practicam. Quod Aristoteles 1. Metaph. cap. 2. duplici argumento probat. Primum est ex eorum qui primi in hanc scientiam incubuerunt: cùm enim ex ignoratione causarum quarum effectus noti erant, admiratione ducti, philosophari cupiditatem percepissent, rerum istarum speculatione non contenti, ad altissimas vsque causas à quibus pendent vniuersa, contemplatione sua peruenerunt. Ex quo sic argumentum constituit Philosophus. *Quare si ob ignorantiam fugiendam philosophati sunt, non dubium est, quin sciendi propter cognitionem, non vsus cuiusquam gratia, sunt prosecuti.* Nempe vt in eum locum ait Alexander, ignorantiæ non actio sed cognitio medetur: Confirmat autem Philosophus suam illam priorem argumentationem ex prima origine huius disciplinæ. *Id autem* (inquit) *ipsa res testatur. Ferè enim cùm omnia necessaria suppeterent, quæque ad facilitatem & oblectationem conferrent, hæc cognitio quæri cœpta est: vnde patet eam à nobis, nullius alterius causa persequi.* Hæc Aristoteles.

22 Et quanquam tum omnis de Deo notitia, tum etiam hæc naturalis ad Dei amorem & pia opera possit impellere, præbendo occasionem affectionibus practicis illorum actuum directiuis: inde tamen vt bene notauit Carthusianus quæst. 2. Prologi circa finem, non sequitur hanc & aliam omnem de Deo notitiam esse practicam, vt perperam intulerunt aliqui: quod iure Canus 12. de locis cap. 2. ait adeò absurdum esse, vt refelli non debeat. Tantùm enim attendere oportet habitudinem intrinsecam notitiæ ad operationem, quæ habitudo in notitiis huius scientiæ non cernitur, ac

proinde est absolutè & simpliciter practica.

23 Nec placent limitationes circa hoc à Recentioribus adhibitæ. Suarez enim disput. 1. Metaph. sectione 5. n.4. & 5. vult id restringi ad naturalem Theologiam humanam, seu humanis viribus comparabilem. Hanc enim fatetur notitiis tantùm speculatiuis versari circa Deum, eò quòd Deus naturaliter cognitus, quatenus terminatiuus actuum practicorũ, seu quatenus vltimus finis hominis per media consequendus ab homine, non continetur intra Metaphysicam abstractionem, siquidem namque quibus homo in Deum tendit, materiam sensibilem concernũt aliquo modo, sicut & ipse homo: concedit tamen Suarez, quòd si de Angelis prout in se sunt, haberi posset naturalis scientia, ad eam spectaret attingere Deum, vt per media assequendum, nam ea tota notitia abstraheret à materia secundum esse, atque ita Theologia illa naturalis saltem ex parte esset practica iuxta Suarem. Qui tamen addit scientiam illam fore potius Angelicam, quàm humanam, nec vult idem asseri de naturali Theologia qualem nũc habere possumus, eò quòd quamuis in ea Deus consideretur, quatenus est prima causa in genere finis, tamen ob hominis naturalis imperfectionem & defectum abstractionis Metaphysicæ in tali obiecto, non consideratur in ordine ad mores hominum, seu in ordine ad media quibus est ab homine consequendus. At Salas 1. 2. tract. 1. disput. 1. n.7. vult Theologiæ naturalis qualis nunc habetur, proprium esse ex principiis lumine naturali cognitis considerare non modò Deum secundùm se, sed etiam quibus actionibus Angelus & Anima separata attingant Deum, vt finem: quia respectu actuum ab his agentibus elicibilium, Deus continetur intra Metaphysicam abstractionem, sub qua non continetur, prout spectatur tanquam finis actuum animæ iunctæ corpori, nam et sic materiam sensibilem concernit. Ex quo sequitur non modò Christianam Theologiam, sed etiam naturalem, qualis nunc habetur, esse, saltem aliqua ex parte, speculatiuam simul & practicam.

24 Has limitationes dicebam mihi non placere; nam quod attinet ad animam separatam, iam supra diximus, eam esse iuris Physici, semperque aliquo tandem modo inuoluere materiam, cuius respectiua est essentialiter. Et quamuis posset ab ea abstrahi, tamen quia principia honestatis eadem sunt in quacunque natura intelligente, existimo, si necesse esset assignare animæ in statu illo, scientiam aliquam, quæ ad Dei assequutionem per honestos actus dirigeretur, non fore quærendam aliam præter hanc ipsam Moralem quæ nobis est vsui. Quo eodem Argumento refellitur quod de Angelis dicebatur. Sicut igitur nostra moralis propter diuersitatem rationis formalis, & ob conditionem obiecti circa quod versatur, est scientia seiuncta à Metaphysica, & hæc inter speculatiuas, illa inter practicas numeratur: ita si daretur moralis, operationes Intelligentiarum dirigens deberet à scientia, earum naturam speculante secerni, non obstante identitate abstractionis vtriusque. Nam è contra diuersitas abstractionis non impediret quo minus Angeli & hominis actus ad eandem moralem scientiam pertinere possent, si vtrique essent regulabiles. Siquidem eadem Christiana Theologia, ad res vtraque abstractione contentas pertingit, propter amplitudinem ratio-

nis suæ formalis: idem ergo eminenter in hac scientia possit, ubi eadem (ut dixi) utrobique honestatis principia, & eadem in diversa illa materia ... bilitatem.

25 TERTIO dixi hanc scientiam esse unã specie. Non intendo asserere esse qualitatem rigorosè simplicem; id enim ex tanta diversitate ... ex quibus ... manifestationum ex quibus hic habitus, convincitur falsitatis. Nec audiendus est Bonettus lib. 1. naturalis Theologiæ cap. 3. asserens, si daretur intellectus humanus ita subtilis, qui posset unam demonstrationem formare de subiecto Theologiæ naturalis, per medium simplex, concludendo de eo omnes passiones eius simul acceptas; (quod non audet negare esse possibile, licet fateatur esse difficile;) tunc in huiusmodi homine totalẽ Theologiam demõstratione illa procreatam, fore habitum unum unitate formæ simplicis. Hoc inquam non est admittẽdum; nam rem expendenti, evidentissimum est tantam diversitatem conclusionum de Deo & Intelligentiis demonstrabiliũ, & principiorum quibus varia attributa de eis concluduntur, non posse constari in unam demonstrationem.

26 Itaque admissa partiali multiplicitate specifica naturalis Theologiæ, cum certa tamen partialium habituum concatenatione, ob quam una species censetur: Tantùm contendo eam non continere intra se plures scientias totales, quo modo in omni sententia, Physica censetur una specie scientia. Repugnantes hac in parte Pererio. 1. Physiologiæ c. 7. sub finem, ubi satis significat scientiam de Intelligentiis creatis distinctã esse à scientia de Deo; & utramque esse unam quandam scientiam totalem, per se, (ut ita loquar) cohærentem, propter obiectorum diversitatem, & multiplicitatem rationis motivæ, & abstractionis in eorum consideratione intervenientis.

17 Sed quod ad abstractionem attinet, iam supra vidimus, eandem abstractionem in nostra de Deo, & de Intelligẽtiis speculatione reperiri; semper enim in sapientiam, potentiam, & cæteras Divinas perfectiones, ut nostræ cognitioni subsunt, cadit potentialitas aliqua ad maiorem perfectionem, quatenus semper nos latent infinita obiecta, ad quæ illæ extendi possũt, ut pluribus prosequitur Fonseca 6. Metaph. cap. 1. quæst. 6. sect. 4. inexhaustaque quatenus nunquam exhauritur earum cognoscibilitas, ut infra suo loco explicabitur. Quare attendenda tantùm superest ratio motiva, siquidem materialis diversitas obiectorum si sub eadem formali ratione conveniant, non poterit has scientias discriminare, ut notum est.

18 Rationem ergo motivã supra statuimus esse immaterialitatem positivam, seu recessum ab imperfectionibus materiæ & rerum à materia pendentium; hæc autem immaterialitas quamvis in Deo sit longè perfectior, ipsumque evehat non modò supra materiam corpoream, sed etiam supra quamcumque potentiam passivam, & eum ab omni receptibilitate eximat, tamen non impedit quominus Deus & Intelligentia creata quæ à sola materia corporea immunis est, possint coalescere in unam scientiam, speculatricem obiectorum illorũ quatenus immaterialium. Sicut quia naturalitas est radix omnium passionum corporis, idcirco licèt ea in cælo sit longè perfectior, tamẽ unicam scientiam constituit ad omnia corpora pertinentem. Accedit paucitas eorũ quæ de his obiectis naturaliter agnosci possunt.

possunt, vt vel hinc appareat non nisi cum vtriusque graui incommodo, has tractationes fuisse seiungendas.

29 Est itaque naturalis Theologia habitus speciè vnus, ac per se cohærens, non tantùm quatenus rationem suam formalem habet peculiarem & ab aliorum totalium obiectorum rationibus formalibus seiunctam, omitto nunc obiectum primæ Philosophiæ de quo postea, sed etiam quatenus caret ea necessitate continuationis cum superiore scientia, quæ exigitur in scientia subalternata vt nomen scientiæ mereatur, quo solatio caret; non enim naturalis Theologia vlli alteri scientiæ subalternatur; imò verò Okam quæst. 1. Prologi litera M. vult scientiarum Reginam Theologiam Christianam Deum speculantem ei subalternari, quod non est huius loci discutere.

30 QVARTO quomodo ab aliis scientiis aut notitiis quibusuis nomen scientiæ velut ex æquo participantibus, seiungatur naturalis Theologia, facilè est dignoscere ex obiecto & ratione formali. Nec est vlla quidem hoc difficultas, nisi si conferatur cum aliis de Deo notitiis, nempe cum fide, & Christiana Theologia, cum quibus videtur habere eandem rationē formalem: nam & ipsa videtur reuelatione Diuina niti, iuxta illud Romanorum 1. *Quod notum est Dei manifestum est in illis* (Philosophis seu naturalibus Theologis antiquis) *Deus enim illis manifestauit.*

31 Nihilominus facilè à Fide & Theologia Christiana secerni potest Theologia naturalis. Nam Fides, inevidenter, & vt communis fert sententia sine discursu, fertur in Deum vt veritatem primam supernaturaliter reuelantem; Christiana verò Theologia ex eodem Fidei lumine euidenter per discursum applicato, conclusiones de Deo elicit; ita vt Fidei actus inevidentes & obscuri, habeant rationem principiorum respectu conclusionum ad quas Christiana Theologia inclinat, quasque tametsi certissimas, necesse est obscuras esse, quippe nō nisi principiorū illorum obscuro lumine collustratas: At naturalis Theologia clarè & euidenter ex principiis naturali lumine notis procedit. Quod velut Apostolus supra, lumini vultus Dei manifestato super nos, id est ingenito naturaliter humano intellectui, tribuens illam à Philosophis, siue cōparatam, siue naturaliter comparabilem Dei notitiam, & cum *Christianæ Theologiæ author de Deo Deus sit,* vt dixit Lucianus Antiochenus apud Eusebium lib. 9. Histor. cap. 6. id est, cùm de Deo tantùm dicant quæ à Deo supernaturaliter reuelante didicerunt, Theologus naturalis sistit in solis naturaliter cognitis, & euidenter penetrabilibus.

32 Quanquam fatendum est hanc euidentiam restrictione compensari: pauciora enim de Deo agnoscit naturalis Theologia, quàm Christiana, vt rectè aduertit Greg. quæst. 4. Prologi art. 2. ad tertium, & Toletus in caput primum ad Romanos, annotatione 36. nam naturalis Deum duntaxat prout vnum & orbis creatorem speculatur, cum Christiana circa Deum tum vt vnum, tum vt trinum versetur: eumque præterea non modò vt creatorem orbis, sed etiam vt creaturæ Intellectualis prædestinatorem, iustificatorem, &c. contempletur. Quò respexit Clemens Alexandrinus 1. Stromatum cap. 5. *& à multis* (inquit) *seruantur Græca veritas esse eadem nomine sit similis* (nempe Theologiæ) *& propter magnitudinem agnitionis* (hoc de maiore illo ambi-

tu

ri capum potest) *&* *demonstratiuam* *principaliter & Diuinam continens.* Hæc pertinens ad Diuinum lumen pertinet, cui nititur Christiana Theologia, et, cui nititur Christiana Theologia, & vnde præsertim distingui debet vtraque Theologia, vt constat ex D. Thoma 1. parte q. 1. art. 1. ad secundum, & Durando in 3. dist. 23. q. 1. n. 7. quamuis id neget Fonseca 6. Metaph. c. 1. quæst. 6. sect. 4. cuius fundamentum, ex dictis suprà de abstractione huius scientiæ, dissectum manet.

33 Hinc patet iure Carbonẽ 1. introductionis ad Theologiam c. 1. reprehendisse Canum 12. de locis cap. 2. qui diffiniens Christianam Theologiam, ait esse scientiam quæ doceat quidnam natura Diuina sit, & quæ naturæ eius vires, & proprietates. Hæc enim definitio aptiùs cadit in eam naturalis Theologiæ partem quę de Deo agit, seu vt Carbo loquitur, in Theologiam Philosophicã, quàm in Christianam: imò potius in neutram, cùm nõ nisi adiumẽto luminis eius quæ peruadunt, aut illa, aut illa possit innotescere. Nostrã ergo hanc Theologiam, (quam Philosophicã vocare nõ placet, quia eo nomine Dionysius vterque, Areopagita scilicet & Alexandrinus, apud Cyparissiotam decade 1. c. 1. nominant, illã Christianæ Theologiæ partẽ, quam nũc vocamus scholasticam) hanc inquam Theologiam nostram, & quidẽ potiori iure quàm quo Christianam Canus ita appellat, scientiam nominantes, dicemus esse, scientiam, quæ de Deo & aliis immaterialibus substantiis ex naturæ lumine philosophatur; Quo vno ab omnibus aliis sciẽtiis & notitiis sufficienter seiungitur præterquã à prima Philosophia, de qua superest grauis dubium: quod quia non ita facilè componi potest, separatim & per otium excutiendum est.

§ IV.

De eodem habitu ad primam Philosophiam comparato.

34 Ex dictis de obiecto naturalis Theologiæ dijudicari poterit, sintne prima Philosophia, & naturalis Theologia, eadem scientia totalis, vt communiter videntur sentire authores, sanè vt videtur Aristoteli, cui mos est eandem sciẽtiam & sapientiæ nomine appellare & primæ Philosophiæ, & Metaphysicorum, & Theologiæ, vt Stobæus sermone 3. annotauit; an verò distinguantur vt duæ totales scientiæ. Cuius rei gratia de ipsius primæ Philosophiæ obiecto, & natura, pauculæ quædam huic difficultati necessaria, attexere necesse erit.

ASSERTIO.

Obiectum omnis illius habitus qui Metaphysicæ nomine appellari solet est ens abstractum, quo & ens in communi seu ens vt ad primam Philosophiam pertinens, & substantiæ spirituales à naturali Theologia considerata continentur. Vtraque est scientia totalis, quanquam plerumque vna scientia, ob vnum Metaphysicæ nomen, & communem abstractionem, censeantur.

Primo dico obiectum Metaphysicæ generaliter acceptæ esse ens abstractum. Quamuis enim sub hoc nomine duplex totalis scientia lateat, tamẽ ambæ eodem Metaphysicæ nomine appellari solent, & eodẽ Aristotelico opere cõprehẽsę sunt, quia ambę Physicos fines transcendunt, & abstra

straction e conueniant, vt postea patebit. Si tamen in particulari quaeratur, quid sit illud ens abstractum, & quae sit ratio formalis & materialis obiecti; tunc distinguenda erit multiplex Metaphysica, vna de ente in communi, cuius obiectum materiale sit ens, formale verò illa reduplicatio, vt ens, altera verò de Deo & Intelligentiis, seu de substantiis immaterialibus completis.

53 Priorem propriè dicimus Metaphysicam cum D. Thoma in proœmio Metaphysicæ, vbi dicit, hanc scientiam dici scientiam Diuinam, seu Theologiam, quatenus substantias immateriales considerat; Metaphysicam verò quatenus considerat ens, & ea quæ consequuntur ipsum; hæc enim trans Physicam inueniuntur in via resolutionis sicut magis communia post minus communia. De hac intelligendus est Aristoteles 4. Metaphys. cap. 1. ita loquens: *est scientia quædam quæ contemplatur ens, qua ratione est ens, & ea quæ huic per se insunt: hæc autem nulli est earum quæ in parte dicuntur, nulla enim cæterarum de ente quatenus est ens, vniuersè agit, sed partem eius aliquam segregantes, id quod ei accidit, contemplantur*, &c. Quasi diceret, ens vt ens, substantiæ & accidenti commune, eoque abstractius, esse obiectum huius scientiæ. Velle enim eo loco nomine entis vt ens est, solam substantiam intelligere, vt aliqui contendunt, videtur ridiculum; cùm addat ibidem Aristoteles, scientiam hanc generalem spectare ens vt ens, scientias verò particulares, vt Mathematicas, speculari partem aliquam entis prout ens: Constat autem Mathematicas versari circa accidentia, ergo accidentia sunt pars entis vt ens est, ergo ens vt ens, non est substantia, sed aliquid substantia & accidente abstractius. Quod ex sequenti quoque capite, & aliis locis, & vniuersorum interpretum consensu perspicuum est. Accedit ratio Aristotelis supra; nempe quia ens ita abstractum est scibile, nec in vlla alia scientia spectatur: ergo in hac generali scientia consideratur, vt ex eo etiam liquet quod à Philosopho additur, nempe quod hæc scientia quærit causas & principia entis vt ens est, quod scientia non præstat nisi circa proprium obiectum. Addamus nos quoque, enti vt sic conuenire primas & maximè generales passiones: nempe vnum, verum bonum, quæ in hac scientia de ente demonstrantur, ex eo quod sit ens, nec sunt reciprocæ vlli obiecto præterquam enti communi, à quo prodeunt tanquam à virtuali causa quam vocant rationem. Hæc igitur est, vt dixi, prima Philosophia, & vna Metaphysicæ generaliter acceptæ pars.

Altera est de substantiis immaterialibus, cuius obiectum materiale sunt, Deus & Intelligentiæ: formale verò est perfectio illa positiua importata nomine immaterialitatis, qua indicatur recessus ab imperfectionibus materiæ & rerum à materia dependentium. Hæc posterior scientia, dici potest quidem Metaphysica ob ordinē tractationis & abstractionem eandem, magis tamen propriè dicitur naturalis Theologia; nam quamuis Theologiæ nomen videatur sonare solam tractationem de Deo iuxta illud S. Augustini 8. Ciuitatis c. 1. *verbo Græco Theologia significari intelligimus de Diuinitate rationem siue sermonem*: Quamuis item inde naturalem Theologiam nomen scientiæ Diuinæ, vel Theologiæ, sortitam esse tanquam à præcipuo obiecto doceat D. Thomas super Boëtium de Trinitate q. 5 art. 1:

tamen

tamen, vt bene aduertit Ammonius in præfatione ad Porphyrium, ex Platone; & Fonseca 4. Metaph. cap. 1. q. 1. sectione 5. naturalis Theologia nomine secunda est Theologiæ, non tantum quia agit de Deo, sed etiam quia agit de Diuinis rebus, quo nomine Philosophi appellant res omnes quæ ex ipsa sunt materiæ expertes: Et vt habetur apud sanctum Augustinum, supra Varro totam Theologiam naturalem vsque ad mundum & mundi animam extendit; nempe quia inesse mundo formam immaterialem arbitrabatur, quæ fuit etiam multorum veterum sententia.

37 Videtur quidem Clemens Alexandrinus 1. Stromatum ferè in fine, nomen Metaphysicæ iuxta Aristotelem huic soli habitui proprium fecisse. Cum enim Mosaicam Philosophiã quadripartitò diuisisset, nempe in partem Historicam, Moralem, Naturalem & Theologicam, *hanc* (inquit) *Plato dixit esse vt vere magnarum mysteriorum: hanc autem speciem vocat Aristoteles μετὰ τὰ φυσικὰ* hæc ille, subdens (vt hoc etiam non omittam) *Dialecticam ad Deum vsque & Diuinarum rerum cognitionem pertingere.* Nimirum ex Platonis consuetudine (quam obseruat Carpentarius in caput secundum Alcinoi num. 7.) Metaphysicam Dialecticæ nomine appellans: idem eo enim Plato 7. de Republica ait *Dialecticam velut apicem doctrinis omnibus propositam esse, neque vllam doctrinam conuenientius reperiri, sed in ea omnium doctrinarum esse finem.* Quod de ea Dialectica non diceret, cuius studiosos Aristoni apud Stobæum sermone 82. *ait esse similes cancros edentibus qui propter exiguum alimentum circa crustas plurimas versantur.*

38 Igitur quamuis Clemens Alexandrinus nomẽ Metaphysicæ apud Aristotelem restringere videatur ad naturalem Theologiam, tamen mea explicandus videtur, vt nomine quod apud Aristotelem, proprium est toti ex prima Philosophia & naturali Theologia integrato, partem significantius illius designauerit, vt plerumque fit. Quamuis, vt dixi, mihi aptius videatur (si propriè loquendum sit) vtramque partem illis quæ dixi nominibus nuncupare. Quod enim D. Thomas lectione citata, nomen primæ Philosophiæ ductum velit à primarum & altissimarum causarum tractatione, interpretari possumus iuxta ea quæ habet 1. Physicorum lectione 1. & super Boëtium de Trinitate quæstione 5. art. 1. ita scilicet vt non sit sensus, primam Philosophiam agere de primis causis effectiuis aut realibus, quæ sunt Deus & aliquo modo Intelligentiæ creatæ, sed ita vt sit sensus primam Philosophiam agere de ratione communi entis, quæ est veluti ratio & principium in Metaphysicis de ente demonstrationibus interueniens.

39 SECVNDO dixi primam Philosophiam, quæ agit de ente vt ens est, esse scientiam totalem & distinctam à naturali Theologia versante circa substantias immateriales. Quod est contra communiorem sententiam qua asseritur nomine Metaphysicæ designari vnicam scientiam ad illa omnia pertingentem, cuius obiectum sit ens vt ens, sicut videtur tradidisse Aristoteles 4. Metaph. cap. 1. Sed cõtra, quia Deus & Intelligentiæ de quibus agit Metaphysica, non tractantur ab ea vt entia, & sub tali ratione formali: Alioqui Metaphysica deberet agere de omni ente, non tantum secundum communem rationem entis, sed eo modo quo Deus & Intelligentiæ in hac scientia tra-

cantur: nempe secundum proprium & immediatam rationem suam. Hoc argumentum varie enervari potest. Operæ pretium ergo erit varias responsiones, quæ ad illud adhiberi possunt, sigillatim proponere & excutere.

Prima responsio ad argumentum propositum.

40 Responderi ergo primò potest cum S. Tho. in proœmio Metaph. & super Boëtium de Trinitate quæst. de divisione scientiarum art. 4. solum ens commune esse subiectum in hac scientia: Deum verò & Intelligentias non considerari in ea vt subiecta, sed vt principia & causas subiecti, nempe entis. Quamuis enim huiusmodi substantiæ separatæ, sint in se maximè notæ, tamen *Intellectus se habet ad eas, vt oculus noctuæ ad lumen Solis*, ex 2. Metaphys. ideóque per lumen naturale non peruenimus ad eas nisi per effectus. Quare Deus in naturali Theologia tantùm consideratur vt causa prima & principium entis, idémque est de Intelligentiis, quæ tantùm considerantur vt sunt principia secunda entis saltem per motum orbium: hæc summatim D. Thomas, cui consentiunt Vicomercatus in fine proœmij ad 12. Metaphys. Silvester 1. part. quæst. 1. art. 1. Scaynus c. 2. præfationis in Metaph. Piccolomineus gradu quinto Mor. cap. 24. confirmans id ex Platone dicente *Deum non esse ens sed principium entis*, & ex Aristotele 8. Phys. tit. 52. vocante Deum *principium entis*.

Reijcitur.

41 Sed hæc prima responsio nutat, tum quoad Deum, tum quoad Angelos. Et quidem quoad Deum patet, quia Deus vt est causa cæterorum entium, saltem materialium, videtur considerari 8. Physicorum: vbi S. Thom. lect. 23. ait Philosophum terminasse considerationem communem de rebus naturalibus in primo principio totius naturæ. Deus ergo non potest considerari in Metaphysica vt causa efficiens, vel finalis entis in communi. Deinde ens in communi, caret causa extrinseca, quam oporteret esse Deum, si consideraretur vt causa entis in communi. Nam ens in communi continet intra se ipsummet Deum quem liquet carere causis externis. Quòd verò Deus sit causa entis immaterialis creati, non sufficit vt dicamus Deum esse causam entis vt ens est, nisi fortassis in re quapiam: quo sensu D. Thom. aliquando dixit in quauis re productа ipsummet esse, siue rationem entis, tribuendam esse Deo tanquam causæ per se, eò quòd aliæ omnes causæ cùm agant ex subiecto, semper præsupponant rationem entis in effectu, nec eam primò communicent, quippe iam præiacentem in materia, quæ eis ad operandum præsupponitur: Ratio autem illa effectus quæ præsupponebatur in re ex qua aliquid fit, non censetur per se produci, sed per accidens, iuxta phrasim Aristotelis 1. Physicorum, textu 76. vt benè exposuit idem Diuus Thomas 8. Physicorum lectione 2. & Ferrar. 2. contra gent. cap. 16. & Molina 1. p. quæst. 8. artic. 1. disput. 1. In re igitur aliqua particulari, aut certè in tota latitudine entis creati, ratio entis potest dici habere causam, non tamen si sumatur prout obijcitur primæ Philosophiæ, seu prout est ens vniuersalissimum, comprehendens intra se omnia, etiã Deum: Sic enim, (vt manifestum est) non potest dici habere causam extrinsecam. Atque ita non videtur posse asseri, quòd Deus

Deus in scientia, de tali ente tractetur tanquam causa eius extrinseca. Denique Deus secundùm se spectatus, continet multa attributa naturaliter demonstrabilia: Ergo Deus est subiectum, saltem partiale, in aliqua scientia naturali, tractaturque alicubi ratione sui & non ratione alterius cuius sit causa: Nulla verò occurrit naturalis scientia, cui id adscribamus præter hanc. Et ita sanè videtur sensisse Aristoteles primo de Generatione cap.3. his verbis *De principio illo quod generationi non est obnoxium prima Philosophia est pertractare.* Similiáque habet 3. Cæli textu 2. & ita tandem concludit Nobilius 1. de Generatione cap.3. quæst. 4.

42 Quoad Angelos autem multo minus satisfacit prima illa responsio. Nam ens in communi si à Deo non fit, multo minus fiet ab Angelo. Imò iuxta D. Thomam Angelus nullius accidentis materialis, simpliciter & motu excepto, productiuus est. Denique Angelus prout est principium motus orbium cælestium, consideratur à Physico: ergo debet considerari à naturali Theologo secundùm propriam rationem, quæ verè potest esse subiectum multarum demonstrationum, quibus aliquæ passiones de ea concludantur necessariò atque per causam.

Secunda responsio ad idem argumentum.

43 Potest secundò responderi cum Suarez disp. 1. Metaph. sect. 2. n. 12. cùm dicitur Metaphysicam versari circa ens ut ens, nomen entis non esse sumendum prout designat totum quoddam actuale abstractum abstractione præcisiua, id est secundùm id tantùm quod in sua ratione formali & conceptu obiectiuo sic præcisiuè actu includit; sed sumi debere ut totum includens aliqua inferiora. Metaphysica enim non hæret in sola consideratione illius rationis formalis abstractis; sicut neque Physicus hæret in consideratione corporis naturalis abstracti, sed utrumque sub illo quasi toto species perscrutatur: nempe Physicus corpus simplex & mixtum, Metaphysicus verò ens immateriale, & omnes illas rationes peculiares entis, quæ continentur sub abstractione Metaphysici propria, vel cum ea coniunctæ sunt: nimirum quæ abstrahunt à materia quacumque, non tantùm secundùm rationem, sed etiam secundùm esse; saltem quatenus alicubi rationes illæ inueniuntur re ipsa sine materia, atque adeò in suo proprio conceptu obiectiuo non includunt materiam, licèt alicubi materiæ immergantur: qualia sunt ratio entis, ratio substantiæ, accidentis, operationis, causæ, effectus, & similes. Quam abstractionem D. Thomas 6. Metaphysicæ lectione 1. ex Auicenna refert & approbat, eandémque Metaphysico etiam attribuit 1. Physic. lectione 1. Aliqui apud Pererium 1. Physic. cap.6. eam vocant abstractionem secundùm indifferentiam: Suarez sectione 3. num. 10. vocat abstractionem permissiuam, eò quòd permittatur eiusmodi gradibus qui interdum materiæ alligantur, extra eam quoque vagari. S. Thomas super Boetiũ quæst. citata in fine corporis dicit ea omnia tractari à Metaphysico ut principia subiecti: Quod difficile est tum quoad entia immaterialia, ut iã vidimus, tum maximè quoad alia permissiuè tãtùm abstrahentia à materia, de quibus videtur agere D. Thomas. Nec enim apparet quomodo illa omnia sint causæ entis, & principia eius, aut quomodo tantùm considerentur ut causæ, cùm sint secundùm se scibilia.

44 Itaq; Suarez qui agnoscit, hæc omnia secundum se, & prout sunt talia entia, spectari à Metaphysico, tacitè occurrens difficultati supra positæ, ait n. illo 12. scientias speculatiuas & reales, nempe Physicam, Mathematicam, & Metaphysicam, debere vti abstractione, cum res considerent in vniuersali, quam abstractionem quærimus in ipso obiecto fundamentum habet, notat solere dici rationem formalem (*sub qua*) talis obiecti in ratione scibilis.

45 Caietanus 1. parte, quæst. 1. artic. 3. §. ad euidentiam, ita eam distinguit à ratione formali obiecti prout est res, seu à ratione formali (*quæ*) quòd ratio formalis (*quæ*) primò terminet actum illius habitus, & ex ea fluant passiones illius obiecti; sitq; medium in prima demonstratione, vt entitas in Metaphysica, & mobilitas in Physica, ratio autem formalis obiecti vt obiectum est, seu (*sub qua*) sit immaterialitas talis, seu talis modus abstrahendi & definiendi: puta sine omni materia in Metaphysica, cum materia intelligibili tantùm, in Mathematicis, & cum materia sensibili, sed non singulari in Physica: Quia enim obiectum scientiæ oportet quòd sit formaliter talis res, & taliter scibilis, ideò oportet quòd & habeat rationem formalem constituentem ipsam formaliter in tali esse reali, & aliam per quam constituatur in tali esse scibili. Tandémque ait Caietanus quòd differentiæ scibilis vt sic, sunt ipsæ rationes obiecti scibilis vt obiectum est: indéque si qui ait, quòd vnitas & diuersitas specifica scientiarum attenditur penes vnitatem & diuersitatem rationum formalium constituentium obiecta vt sic, vel (quod idem est) rationum formalium sub quibus obiecta feriuntur. Eandem doctrinam habet Capreolus in q. 4. Prologi, conclusione 1. qui respondens ad argumenta contra eamdem, applicansque id ad rem nostram ait, in Metaphysica eius esse rationem obiecti, vt est res, sed rationem eius vt est scibile seu formaliter vt est obiectum, esse præcisionem & abstractionem à materia & motu secundùm esse, & definitionem.

46 Horum igitur autorum vestigiis insistens Suarez sect. illa 2. n. 12. & 20. ait ex diuerso modo abstractionis intelligi variationem obiecti scibilis vt sic: & ideò ex diuerso gradu abstractionis seu immaterialitatis rectè considerari varietatem obiectorum scibilium & scientiarum, proindéque quæcumque sunt vnius abstractionis spectare ad vnam scientiam, & quæcumque habent abstractionem à materia secundùm esse, quæ est abstractio Metaphysica, spectare ad Metaphysicam, & constituere vnum eius obiectum.

Impugnatur.

47 Sed contra hunc secundum respondendi modum (dimisso examine multorum in eo adductorum & sistendo in eo de quo agimus,) instatur validè, quia in omni scientia oportet assignare, vnam rationem formalem (*propter quam*) omnibus in scientia contentis communem. Nec sufficit communitas rationis formalis (*sub qua*) seu abstractionis vt admittit ipsemet Suarez, disp. 44. sectione 11. n. 67. addens numero 68. id etiam in Metaphysica locum habere. Clarúmque est in Physica, præter abstractionem à materia singulari Physicæ propriam, assignari debere aliam rationem formalem constituentem obiecti in ratione eius obiecti specificatiui scientiæ Physicæ, quæ ratio est natu-

ralitas,

stituat, in qua continentur omnia quae in Physica sunt: partim quia ex vna conclusione Physica, quae per demonstrationem demonstratur, aliae innumerabiles conclusiones deriuantur, habentes connexionem illam de qua alibi dicimus: partim quia plures conclusiones deriuatae ab eadem essentia corporis naturalis, si fortè sint inter sese independentes, radicantur tamen omnes in naturalitate. Assignetur ergo nobis similiter in Metaphysica, talis aliqua ratio ab abstractione differens, quae sit contractiua obiecti Metaphysici ad hanc scientiam, & communis omnibus particularibus Metaphysicae subiectis, nempe Enti, Deo & Intelligentiis, & aliis ad Metaphysicam spectantibus.

48 Erit qui cum Rubio 2. Physic. cap. 1. q. 2. dicat, huiusmodi rationem formalem esse abstractionem à materia, vel vt alij loquuntur, immaterialitatem negatiuam, id est carentiam materiae, non quidem per exclusionem positiuam materiae, sed per non inclusionem eius, nihil enim considerat Metaphysicus, nisi si materiam nõ includat. Vel enim id quod à Metaphysico consideratur, vbique abstrahit à materia, vt ratio Dei, vel saltem permissiuè, atque ita non includit materiam, vt ratio entis, &c.

49 Sed certè hoc pacto deseritur Aristoteles, qui 4. Metaph. initio, asserit subiectum Metaphysicae esse ens vt ens, quod iuxta suũ commodum sensum habet; Intelligitur enim de prima sola Philosophia. At apud aduersarium non video quomodo id possit rectè intelligi, quia ens vt ens non est idem quod ens immateriale siue positiuè siue negatiuè: nam ens vt ens, est quid vniuersalissimum, superius quacumque entitate particulari, & importans tantum id quod habet essentiam non fictam, sumptum vt sic; At ens immateriale, si sumatur pro ente re ipsa non habente materiam, eamque excludente, est quid longè contractius. Si autem sumatur tantum pro ente carente materia quomodocumque, sic nihil importat praeter abstractionem, estque aliquid in quo non radicantur omnes demonstrationes Metaphysicae, planèque se habet ad Metaphysicam, sicut abstractio à materia indiuidua ad Physicam, quae certè inde non specificatur, sed tantùm penes suam radicationem motiuam quae est naturalitas: quo faciunt quae Suarez disput. 44. Metaph. sectione 11. num. 48. & Bannes 1. parte, quaestione 1. art. 3. fundamento 3. disputant, contra eos qui scientias constituunt, & diuersi specificant penes abstractionem.

50 Quae confirmari possunt, quia Metaphysica abstractio est communis Theologiae Christianae & naturali, & Fidei Diuinae, quae ex parte attingunt Deum. Omnes enim hae notitiae vtuntur eadem apprehensione terminorum in qua manifestum est consistere abstractionem; & tamen patet has notitias longè inter se differre. Vrgeri quoque idem potest de assensibus & habitibus opinatiuis, ac scientificis, circa eandem materiam: est enim ibi eadem abstractio, quamuis adsit diuersitas motiui, & notitiarum, ac habituum. Denique in Mathematicis, scientia de numero & scientia de magnitudine, sunt duae scientiae totales, quarum quaelibet est in sua specie integra ac per se cohaerens, & tamen habent eandem abstractionem à materia sensibili: E contra verò duo assensus Fidei humanae, vel duo assensus Fidei Diuinae, non obstante diuersitate abstractionis & materiae, possunt esse eiusdem speciei

propter communitatem rationis formalis motiuæ.

51 Quare ex abstractione non potest peti constitutio & distinctio naturarum & habituum, quasi ea quorum eadem est abstractio ad eundem habitum pertineant, quæ verò illam abstractionem non participant, ab eodem habitu semper arceantur. Et ratio à priori esse videtur, quia abstractio vel sumitur pro ipsa actione intellectus abstrahentis & præscindentis obiectum: quo posito constat eam non pertinere ad specificationem & constitutionem obiecti, quod ipsa supponit specificatum & constitutum, imò ipsa ab eo speciem habet, vt omnes consentiunt: vel sumitur pro denominatione extrinseca refusa ab actu illo in obiectum, quod inde abstractum & præcisum denominatur: hæc autem obiecti denominatio, & quasi status, ab actu illo non attingitur; Et cùm ex eo resultet, est eo posterior: quomodo ergo ad illius specificationem conferre poterit? Vel denique sumitur pro abstrahibilitate obiecto interna, & sic nihil est præter rationem ipsam internam obiecti, quam in casu de quo agimus, contendimus esse multiplicem, & ad varias scientias totales sufficientem.

Tertia responsio ad argumentum propositum.

52 Respondere tertiò potest, entia separata considerari in Metaphysica, prout sunt entia per se habentia perfectionem complete subsistendi extra materiam: Deum verò præterea, vt est ens per se quod est suum esse, atque ita immaterialitas seu perfectio illa positiua, per quam entia purè spiritualia, constituuntur in esse independenter à materia, non se habebit ad modum puræ abstractionis, sicut se habet in Physicis abstractio à materia singulari, cui idcirco alia formalis ratio est adiungenda, nempe naturalitas: sed se habebit vt abstractio propria Metaphysicæ, & vt differentia entis quatenus est ens, seu contrahens gradum entis vt sic spectatum, per differentiam eiusdem rationis: Sicut naturalitas corporis mixti, est eiusdem rationis cum naturalitate corporis simplicis, ideòque ambæ constituunt vnam rationem formalem motiuam Physicæ: ergo similiter ratio entis vt ens est, sumpta secundùm totum suum ambitum, (sicut sumitur naturalitas cùm dicitur esse ratio formalis Physicæ,) comprehendet non tantùm rationem formalem, quæ est radix proprietatum entis præcisè, sed etiam rationes formales peculiares, quæ sunt radices proprietatum Deo & Intelligentiis conuenientium.

Refellitur.

53 Sed contra, quia hinc sequitur, quòd nisi obesset diuersitas abstractionis, omnes scientiæ potuissent redigi ad hanc vnam. Nam rationes motiuæ aliarum scientiarum, possunt contrahere ens vt ens in eodem genere, æquè ac ratio formalis motiua, quæ vsurpatur in demonstrationibus de Deo & Intelligentiis. Sicut enim hæc dicitur contrahere ens vt ens in eodem genere, quia est differentia constituens tale ens per se, ita idem dicam de ratione formali constituente Physicam, seu de naturalitate. Est enim differentia entis, constituens tale ens. Itaque scientiæ non different nisi penes abstractionem: Quod verò ad rationes formales motiuas attinet, vna esset omnium scientia, vt voluit Bernardus

Miran

Metaphysicæ; nam omnia subiecta sunt entia, & in diuersis scientiis, sciuntur vt talia entia: Sed notatum vt optimè ad rem nostram ait Siluester 1. parte quæst. 1. art. 1. circa 6. subiecta Metaphysicæ, & aliarum scientiarum, si consideremus vt res, ita se habent vt vnum sit pars alterius, sed si consideremus vt sunt scientiarum subiecta, vel obiecta, sic sunt disparata; quia vnum includit certum modum considerandi, seu certam rationem formalem, quam non includit aliud. Itaque Metaphysicæ subiecto qua subiectum est, tantum subsunt quæ spectant ad ens commune vt sic.

54 Iuuat addere illustre in hanc rem Diui Thomæ testimonium super Boet. de Trinitate q. 5. a. 1. ad 6. *Quamuis (inquit) subiecta aliarum scientiarum, sint partes entis, quod est subiectum Metaphysicæ, non tamen oportet quod aliæ scientiæ sint partes eius. Accipit enim vnaquæque scientiarum, vnam partem entis, secundum specialem modum considerandi, alium à modo quo consideratur ens in Metaphysica. Vnde propriè loquendo, subiectum illius non est pars subiecti Metaphysicæ, sed hac ratione considerata, ipsa est specialis scientia alijs condiuisa. Sic autem dici posset pars ipsius, scientia quæ est de potentia, vel de actu, vel quæ est de vno, vel aliquo huiusmodi, quia ista habent eundem modum considerandi cum ente de quo tractatur in Metaphysica.* Hactenus Diuus Thomas. Vbi annotatione dignum videtur sanctum Doctorem non afferre in exemplum partialis subiecti scientiæ de ente, Deum vel Intelligentias, quod tamen fuisset appositissimum si re vera ad eam scientiam totalem pertineret, nec consultus fuisset adducere exempla rerum quæ vix habent rationem subiecti in demonstrationibus Metaphysicis, sed maioris tantùm extensi. Itaque immaterialitas positiua, quamuis vt res est, sit differentia contrahens ens, tamen constituit totaliter diuersum obiectũ, & ideo pertinet ad scientiam totaliter diuersam à scientia de ente communi.

55 Hoc argumento infringitur quoque alia responsio quæ adduci poterat ex Scoto quæst. 3. Prologi in 2. laterali litera T, vbi ait Metaphysicam speculari ens in communi, & etiam Deum, quia cuius est considerare passiones in communi, eiusdem est considerare easdem passiones in illo particulari subiecto cui competunt in summo. Sed hoc falsum est, si diuersa ratio motiua pro speciali illo subiecto interueniat, sicut re vera hic interuenit, si alia obiecta particularia eam habere, & idcirco ad diuersas à prima Philosophia scientias spectare supponantur.

Resolutio posita num. 39. stabilitur.

56 Restat ergo vt vel omnes scientias in vnam conflemus, saltem attendendo id per quod præcipuè differre debebant: vel (si id incõmodũ displicet) dicamus nullam omnino entis peculiaris differentiam, atque adeò neque eam qua ens immateriale constituitur, conflare vnam scientiam cum ente in communi. Et ita sentit Pererius 10. Physicor. cap. 7. videnturque annuisse veteres Græci, nam Theologiæ quæ erat prima pars in tripartita distributione Philosophiæ nullam prorsus aliam materiam assignabant præter res diuinas & penitus à materia auulsas, vt late tradit Ammonius præfatione in Porphyrium, fauetque Aristoteles loco allegato ex 4. Metaphys. assignans ens vt ens ab omnibus particularibus rationibus auulsum, vni alicui scientiæ

pecu

peculiari à ceteris omnibus distinctæ. Tota enim est disparitas rationis illius manifestæ, quia scientia de ente ut ens est constituitur, ut scientia illa nulli scientiæ inferiori coniungi ita possint, quin semper maneant distinctæ tanquam totales. In quo est disparitas maxima inter generalem tractationem de aliis contractioribus obiectis, cuiusmodi est quæ in octo libris Physicæ auscultationis traditur de obiecto Physicæ, & specialem eorundem contractiorum obiectorum considerationem, quæ rectè idcirco ad eandem totalem scientiam pertinere iudicantur.

57 Itaque validum manet argumentum, quo supra num. 19. concludebamus scientiam de ente, & aliis transcendentibus & rationibus ei connexis ut causa, effectus, aliisque huiusmodi, esse unam peculiarem scientiam, quæ ens quatenus ens, & quæcunque ad eam rationem formalem communem, & eius essendi modos pertinent, consideret: ad species autem entis ullas, secundùm rationes earum proprias, non descendat, sed id aliis scientiis concedat, nisi si interdum pauca de peculiaribus quibusdam rationibus obiter attingat, quatenus ad obiecti sui illustrationem conferunt. At quia de ente finito immateriali, nempe de Intelligentia, & de ente infinito, nempe Deo, deque rationibus connexis cum huiusmodi entibus, ut ratione viventis, intelligentis, liberi, & similibus ex immaterialitate oriundis, non debemus obiter tantùm philosophari, habentque eiusmodi entia rationem formalem motivam diversam à ratione formali motiva scientiæ de ente communi: propterea alia peculiaris scientia pro his entibus est admittenda quæ vocetur naturalis Theologia, quamvis comparatione facta obiectorum eius ad Physicæ obiecta, vel attendendo sedem eius inter scientias, Metaphysicæ quoque nomine sæpe soleat, ut supra dixi, sicut eadem Mathematicarum nomine scientias totales diversas insignimus. Quod tamen attinet ad rationes illas entibus immaterialibus connexas quas proximè tetigi, verum est hanc scientiam ius suum in eas rationes, ferè concedere Physicæ, eò quòd à nobis agnoscantur tantum ex diversis animarum gradibus, quos Physicus considerat.

---

§. V.

Breviculus Naturalis Theologiæ Antiquæ, Platonicæ, Aristotelicæ, & Nostræ.

58 V*Eram Theologiam ab initio hominibus natura tradidit, & Diuina fabula eloquia confirmarunt* ait Theodoretus lib. 3. de curandis Græcanicis affectionibus ferè initio, ex quo naturalis Theologiæ antiquitatem licet deprehendere. Siquidem omisso illo supernaturali lumine, quod semper à mundi exordio aliquibus illuxit, nunquam (quamtumuis exundante per orbem eluuione errorum) defuerunt qui se se supra corpus efferrent, verósque naturales Theologos agerent. Non me latet priscos quosdam apud Aristotelem 4. Physic. textu 52. putasse, quicquid est, corporeum esse, & *corporalia prima naturæ principia corpori deditis mentibus opinatos esse*, ut ait B. August. 8. Ciuitatis cap. 5. sed rectè addit, *eos id solum cogitare potuisse, quod cum eis corda eorum obstricta carnis sensibus, fabulata sunt,*

ubique

Ubi quae atque cadere debere spiritualis substantiae assertionem.

59 Horum de antiquissimis temporibus per manus traditam Theologiam, & auream de Deo & supernis mentibus peruulgatam, legere est apud Eusebium in libris de Euangelica praeparatione, & copiosius apud Augustinum Eugubinum in eruditissimo illo opere, de perenni Philosophia. Illos autem spiritualis substantiae infitiatores, infra ex professo refellemus, & breuiter Aristoteles 12. Metaphysicae textu 55. ita refellit: *Praeterea (inquit) si non erunt praeter sensibilia, non erit principium, ordo, generatio, & coelestia, sed semper principii principium, ut Theologis Physicisque omnibus.* Hac Aristoteles, annumerans vt videtur patronis tam delirae sententiae eos qui olim Theologi dicebantur, nempe quia licet illi nihil nisi corporeum agnoscerent, tamen Deos corporeos admittebant, vt constat ex 3. Metaph. textu 15. & ex Theodoreto, 2. aduersus Graecos circa finem, vbi refert Aegyptios & Phoenices ipsosque Graecos Philosophos & Poetas, (id est totam antiquorum Theologorum cohortem) eos quae videmus elementa Deos esse opinatos, ac humano generi beneficos viros. Itaque hos quamquam reuera Physicos tantum, tamen quod Diuinitatem aliquam, saltem verbo tenus, agnoscerent, Theologis antiquis annumerabimus: quorum quaenam & quotuplex fuerit Theologia naturalis, & quomodo tradita, operae pretium est agnoscere, saltem vt discamus nostra [illegible] habere. Eademque opera liberabo fidem meam de tertio praeludio supra proposito, hoc est de naturalis Theologiae distributione. Hinc enim constabit quomodo & distributa ab antiquis sit, & distribui recte debeat.

Naturalis Theologiae Prisca.

60 Antiqua itaque Theologia, vt est apud Plutarchum 1. de placitis cap. 6. & Eusebium in proemio lib. 4. de praeparat. triplex erat. *Et enim (inquit Eusebius) genera Theologiae percensentur. Nempe in fabulosum, quod etiam historicum appellant, Poetis maxime attributum: in naturale atque mysticum quod Philosophi approbarunt, & in ciuile, quod in singulis ciuitatibus, consuetudine & legibus defenditur.* Profert ex Varrone eandem diuisionem, sed vt videtur ea parte alio sensu S. Augustinus 6. ciuit. cap. 5. Et fabulosum quidem illud, *sum* (vt Latine dicendum esse ait si vsus admitteret,) fabulare genus Theologiae, in quo illa Diis attribuuntur, quae non modo in Deum, sed neque in contemptissimum hominem cadere possunt. Libere culpauit idem Varro, vt sanctus Augustinus testatur. *Hic (inquit) vbi poetae, vbi ausus est, vbi ingenuorum patrum quaestio mendacissimis fabulis naturae Deorum fieret iniuria, sine caligine vllius ambiguitatis expressit.* Quinimo haec communiter erant Gentilium voces apud Eusebium supra. *Primum & fabulosum Theologiae genus, & secundum, naturale scilicet allegoricum, vtrasque simul plures interpretantur ac reijciunt.*

61 Huius fabulosae Theologiae mendacissimae atque turpissimae (vt eam Sanctus Augustinus supra appellat,) initia optima fuisse tradit Aristoteles 12. Metaph. textu 50. sed superadditis sensim fabulis fuisse contaminata. Locus est illustris. *Est (inquit) ab antiquis veteribusque, fabulae modo traditum, posterisque relictum, & Deos esse, & totam naturam Diuinam continere. Reliqua vero fabulose allata sunt, tum ad multitudinem persuadendam, tum ad leges & vtile quod condu-*

in specie humana, atque aliorumque animalium specie, eos esse dicunt, alia etiam complura quæ his consequuntur, ac cum iis quæ dicta sunt similitudinem habent, asserunt: à quibus, si quis primum illud abseparans, sumpserit quod illi primas substantias Deos esse existimasse, Divinè dictum esse arbitrabitur. Ac vt verisimile est vnamquamque artem, ac Philosophiam, sæpius quoad facultas tulit inventas, et rursus deletas, has quoque illorum opiniones, quasi quasdam reliquias vsque nunc servatas fuisse. Hæc Aristoteles. Iuxta quæ primum fundamentũ & tanquam basis huiusce totius Theologiæ, fuere veritates illæ de Deo & supernis mẽtibus & mundo diuinitus administrato. Reliqua quæ Theologi illi seu potius fabulatores his appinxerunt, *euenerunt tantum sibi ipsis, nobis autem curam nullam habentes*, vt idem ait 3. Metaphys. textu 15. digna non esse quæ accuratè considerentur, ibidem dicitur.

62 In hoc primo Theologiæ genere ex antiquorum scriptis eruendo multus est Eusebius 1. de præparatione à cap. 4. concludens cap. 6. Gentilium omnium errorem, hanc scilicet fabulosam Theologiam, à Phœnicibus atque Ægyptiis exorsam, & ab his cæteros homines ac ipsos etiam Græcos aggressam, postea vniuersum orbem compleuisse. Cuius rei authorem laudat Sanconiathum Phœnicem, ante Troiana tempora florentẽ Theologum, à Philone (non illo Hebræo, sed Byblio) Græcè factum. Vtrumque Porphyrius lib. 4. aduersus Christianam fidẽ collaudauit. Græcè item factam Sanconiathi historiam, à Iosepho Hebræo, prodit Clemens Apollonium sectatur apud Cyrillum 6. in Iulianum ad textum 8. hanc autem Phœnicum Theologiam sapiẽtia eorum præstantem Tautum (hunc Ægyptij appellarunt Thoyth, Alexandrini quod cap. 6. & 7. eiusdem libri tradit Eusebius Thot, vel Thoyth, Græci Mercurium,) primum ab ignorantia vulgari, in dignitatem Doctrinæ eduxisse, ex eodem antiquissimo scriptore refertur cap. illo 7. Eadem de Mercurij illius dignitate & laudibus, permulta.

63 Vt videas indiligenter sanè Albertum apud Carthusianum in primo dist. 5. quæst. 3. scripsisse, nesciri quis fuerit Trismegistus, & se credere librum esse confictum, eò quòd omnia quæ dixisse fertur Trismegistus, inuenerit in libro quodam Magistri Alani. Audacter etiam, Goropius 2. Hieroglyphicorum in fine, & 4. Gallicorum ante medium, stoliditatis damnat eum qui fuisse aliquando in rerum natura Trismegistum credidere. Quod est magnæ oscitantiæ arguere innumeros scriptores & Patres, Mercurij dicta allegantes, & terræ filium vel etiam chymeram dicere eum, qui totius vetustatis ore celebratur. Hic enim ille Mercurius (nam iuuat de hoc perantiquo naturali Theologo aliqua adhuc addere,) hic inquam ille, *cui vester Deus tantus honor exhibetur à vobis allatus est* (inquit August. lib. de quinque hæresibus cap. 4. Ethnicum alloquens,) *ve sua nomine, Domini diem vocaretis*; Eundem *Physicorum omnium magistrum*, appellat Tertull. lib. aduersus Valentinianos cap. 15. Imo primum literas inuenisse scribit, lib. de testimonio animæ cap. 5. & de corona militis cap. 8. quod tradiderat etiam Philo Byblius apud Eusebium primo præparat. cap. 6. & Plato in Philœbo & Phœdro addítque Cassiodor. lib. 8. epistola 12. ad eum à gruibus didicisse, quæ non sunt veritate sabulosa, cùm ante Mosem viguerit sapientia &

& literæ, apud Ægyptios, quorum illis doctrina eruditus fuit; Et tamen fuisse Moysen Trismegisto antiquiorem, explicare tradit S. Augustinus 18. Ciuitatis cap. 39. & haberi potest ex illis quæ de Hebrææ sapientiæ antiquitate late disputant Iosephus libro 2. contra Appionem, Iustinus in Parænesi ante medium, Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Autolycum, Tatianus oratione ad Græcos circa finem, Clem. Alexandrinus 1. Strom. cap. 10. Eusebius 10. Præpar. cap. 3. aliique quamplurimi. Qui verò Moysen cum Trismegisto eundem faciunt nixi Artapani autoritate apud Eusebium 9. Præpar. c. 4. non meminerunt Artapanum illum multa fabulari. Quamuis igitur Mercurius, literarum & sapientiæ magister ac inuentor primus non fuerit, fuit tamen vt dicebam vir magnus, imo ter maximus, vt fert antiqua eius appellatio, dicta non ex eo quod Sacerdotis, Regis, Prophetæ, tria maxima munera obiret, vt voluit Ficinus in Argumento Pimandri: Aut quod de Trinitate oraculum insigne fuderit, vt arbitratur qui oraculum illud refert, Suidas; sed ex Græcorum loquendi more, quo hominem vndequaque maximum & admirabilissimum esse, ostendere voluerunt, vt rectè censuit Eugubinus 1. perennis Philosophiæ cap. 23. & videtur idem voluisse S. Cyrillus 1. in Iulianum circa finem. A Lactantio lib. 1. instit. cap. 6. proditur ab eruditione dictum ter maximum: Nazianz. ad Nemesium vocat [illegible]. Quanquam Aug. 8. Ciuit. c. 23. ab Apostolo Rom. 1. reprehensum fuisse cum aliis, qui veritatem Dei in iniustitia detinuerant, arbitratur. Triginta sex millia & quingenta ac viginti quinque volumina de rerum principiis ab eo conscripta ex Menetho refert Iamblicus §. 29. libri de mysteriis, subdens paulò post, suppositos ab eo de Empyreis Diis libros centũ, totidémque de æthereis, mille de cœlestibus, multos autem Mercurij nomine circumferri libros, qui opiniones tantùm Mercuriales contineant. Sigillatim quoque Clem. Alex. 6. Strom. c. 4. meminit quadraginta duorum Mercurij librorum, ex quibus sex & triginta omnem Ægyptiorum Philosophiam continerent, ac nominatim de Deo & rebus Diuinis, reliqui autem sex ad Medicinã pertinerent, ac propterea non à Sacerdotibus sacroue cultui mancipatis personis, vt priores, sed à pallium gestantibus addiscerentur. Quàm porrò Mercurius sæpe nobis sit, docet supra Lactantius. Itaque quod cum inter Theologos fabulosos numerauimus, ex Eusebij & aliorũ sententia, ita accipiendum existimo, vt initia præsertim fabulosæ huius Theologiæ, tradiderit Mercurius, quæ optima fuisse iam annotaui ex Aristotele. Et ita sanè licet conijcere ex modicis illis ruderibus, quæ ex tanta quantam memorauimus operum mole supersunt, siue sparsim apud Patres, siue in Asclepio & Pimandro Dialogis.

64 Iam verò Ægyptiorum Theologiam, Manethon quendam Ægyptium, libro quem Sacrum inscripsit, Græca lingua exquisitissimè conscripsisse, testatur Eusebius 2. de præpar. in proœmio: quã etiam Theologiã, seu potius, vt ait capite primo circa finẽ, turpi impietate orsum suam gẽtium historiam Diodorum Siculum, memorat: inde lib. 3. & 4. eiusdem historiæ, progressum ad Græcorum Theologiam, à Cadmo ex Phœnicia ad Græcos deductam, initio factũ ab ipso Cadmo. Hæc igitur fuit Phœnicium & Ægyptiorum & Græcorum popu-

latis & fabulosior Theologia, vt loquitur supra Eusebius cap. 7. post huiusmodi nomina ex Diodoro & Clemente Alexandrino relatas.

65 Non omittam quae de his & alijs priscae illius & historicae Theologiae scriptoribus, habet Theodor. lib. 2. de curat. Graecorum circa finem. *Sanchuniathon (inquit) Berytius, Phoenicum Theologiam conscripsit. Philon certe, non Hebraeus homo, sed Byblius, eam in Graecum idioma transtulit Sanchuniathonem autem Porphyrius valde admiratur et laudat; Manethon praeterea, Isidis, & Osiridis, & Apidis, & Serapidis, aliorumque Deorum Aegyptiorum, fabulosa gesta conscripsit. Mundi genituram Siculus Diodorus; Quid enim narrem Ascraei Poetae Theogoniam, cum ne adolescentibus quidem ea ignota sit? Orpheus homo Thracius, ab Odrysis, Graecis tradidit Aegyptiorum mysteria, Cadmus autem Phoenicum, Conuiua Philosophus vetustissimam Graecorum Theologiam composuit.* Haec Theodoretus. Hanc ipsam quoque Theologiam priscae citatos prosequuti sunt posteriores non pauci vt Boccatius in Deorum Genealogia, Iulianus Aurelius libris tribus de Deorum cognominibus, Lylius Gyraldus in Deorum historia, & alij minutiores.

66 Inter antiquos verò, excellentes praesertim hoc in genere Poetae, quos fabularum pictores vocat Iulianus apud S. Cyrillum initio libri 4. Iulianum suffigis. Malos tamen pictores, eos vocat Plato, apud Eusebium 3. praepar. cap. 1. Quamquam vnum quoque vtriusdam huiusmodi Theologiae, ipsummet Platonem, videre est apud Philoponum ad 18. Procli cap. 10. Quin etiam apud Athenienses Orpheum Poëtam (quamquam illius non esse poëmata quae eius nomine circumferentur, sed Onomacriti, ait Tatianus orat. contra Graecos in fine, & Clemens Alexand. 1. Strom. cap. 21.) summum Theologorum fuisse appellatum, testatur Clemens Alex. in protrep. Ex Orpheo item Pythagoricam Philosophiam produxisse innuit Nazianzenus orat. 35. num. 30. cum insectandum suadet Pythagorae silentium & fabas Orphicas, quod ex Biblico confirmabo infra num. 71. Sed & Arnob. lib. 5. num. 22. testatur Ethnicos dicere solitos, Orphei carmina antiquitatis esse diuinae. Commutas autem ille, seu vt alij passim vocant, Pharnutus, cuius meminit supra Theodoretus, ad eos de quibus nunc agam Theologos, seu ad naturales spectare videtur.

67 Alterum eiusdem priscae Theologiae membrum quod naturale & Physiologicum appellabant, D. autem Petrus epistola 2. cap. 1. doctas fabulas nominauit, vt interpretatur Franciscus Turrianus in defensione capitis sexti libri primi constitutionum Clementis. Iam olim excogitatum est, vt paulò post dicam, ex Minutio & alijs, non autem duntaxat à hominibus de maiorum Theologia erubescentibus adinuentum, quasi remedium turpitudinis Deorum in priore illa Theologia descriptae, vt voluit Eusebius 2. Praepar. c. 1., & initio eiusdem libri, has easdem Physiologicas interpretationes referens, & reijciens tum lib. 3. quod fecerunt etiam alij plerique Patres praesertim Arnob. lib. 5. à num. 17. Tertul. 1. in Marcion. cap. 13. S. Antonius cum Philosophis disputans, vt in eius vita tradit Sanctus Athanasius cap. 47. Iulius Firmicus de erroribus profanorum cap. 2. & 3. August. 4. ciuit. cap. 10. & lib. 7. cap. 27. & sequentibus. Lactantius 1. Instit. cap. 12. & 17. Athenagoras orat. pro Christianis supplicans Stoicos, Minutius num. 21. Clemens Romanus 10. recognit. circa medium &

copio

erroscopis lib. 6. alteris dictionis ro-
... Chrysostomus in Psal. ... penultimum, & qui has allegorias patrocinans interpretationes, continuat Nazianz. orat. 1. in Iulianum num. apud Billium 104.

68 Sed & inter ipsos Ethnicos, Plato, hanc vt Boecatius lib. 15. Genealogiæ cap. 8. admonet, Physiologiam potius, aut Ethologiam, quàm Theologiam apertissimè contempsit. Quod ipsimet Platonis verbis docet Eusebius 2. præpar. cap. 10. quamuis vt aduertit Theodoretus 3. contra Græcos ante medium Cratylus Platonis, huiusmodi allegoriis, & Theologiæ Ethnicæ ostendendis est plenissimus, & ex Platonicis Proclus fusissimè huiusmodi Theologiam tuetur, in volumine quod inscripsit Timæi ... memoriæ ex eius in libros Platonis de Republica commentariis excerptum in capita distribuit. Subdit Eusebius ex Dyonisio Halicarnasseo 2. historiæ Romanæ, idem quod de Platone retulerat, præstitisse Romanos. Et potuisse ab omnibus impune reijci huiusmodi Theologiam iam notaui ex proœmio 4. libri eiusdem operis Eusebij.

69 Laborasse in hoc genere Plutarchum & Porphyrium constat ex eodem Eusebio lib. illo 3. cap. 1. & 3. & ex ipso Plutarcho libro de Iside. ... laborarunt etiam Metrodorus Lampsacenus apud Tatianum orat. contra Græcos num. 37. item Phurnutus de quo iam supra, Heraclides, Palæphatus & Fulgentius, non ille Ruspensis, vel vt titulus dupliciter mentitur, Carthaginensis Episcopus, sed Placiades Chalcidij Platonici æqualis, ad quem extat inscriptus à Fulgentio illo, liber de prisco sermone. Laborarunt denique in eodem genere iam olim Zeno, Chrysippus, & Diogenes Babylonius teste Minutio in Octauio num. 32. Item Empedocles apud Athenagoram supra. Multa in hanc rem cumulatè accumulat Loyer. 7. de spectris c. 10.

70 Theologiam naturalem de qua multi à Philosophis libri relicti sunt, aliter accepisse Varronem, legere possumus apud August. 6. ciuit. cap. 5. explicans enim naturale illud & Physicum genus Theologiæ quo Philosophi vtebantur. *Secundum genus est* (inquit Varro) *de quo multos libros Philosophi reliquerunt, in quibus est, Dij qui sint, vbi, quod genus, quale, ex quonam tempore, an à sempiterno fuerint, an ex igne, vt credit Heraclitus, an ex numeris, vt Pythagoras, an ex atomis, vt Epicurus. Sic alia, quæ facilius intra parietes in schola, quàm extra in foro ferre possunt aures.* Hæc ille, qui teste ibidem Augustino, hanc Theologiam non vulgauit, contentus Philosophorum caea eum dissidia arguisse.

71 Damnauit tamen Maximus Tyrius dissertat. 25. vbi quamquam contendat Poëticem & Philosophiam, cum de diuinis rebus agunt, nomen si spectes, duo esse, vnum autem si essentiam & rem attendas, nihilque aliud esse Poëticem quàm Philosophiam tempore vetustiorem, harmoniam metricam, argumento fabulosam; Philosophiam autem nihil aliud, quam Poëticem tempore recentiorem, harmonia expeditiorem, argumento apertiorem, (vt propterea Aristoteles 1. Metaphysicæ cap. 2. velit Philosophum esse fabularum studiosum, quia ex mirandis rebus constat fabula, & Synesius epist. 1. contubernalem augustioris Philosophiæ Poëticam nominet) addit tamen Tyrius, pluris se facere occultam Poëtarum in veritate tradenda ... quàm recentiorum audaciam.

daciam, qui veteri simplicitate discussa fabularum obscuritatem nõ ferre ceperunt, & tractationem de Diuinis rebus exuentes inuolucris suis, nudis agere verbis maluerunt; Cùm tamen eorum quæ ob imbecillitatem, sesé, humana ingeni perspicuè nequit natura, speciosior interpres sit fabula. Laudat id in antiquis Poëtis Dion Chrysostomus orat. 36. circa mediũ & annuit Clemens Alexandrinus 5. Strom. cap. 2. his verbis *Poëta qui à Prophetis didicere Theologiam, per arcana ipsa multa philosophantur. Orpheum inquam, Linum, Musæum, Homerum, & Hesiodus, & si qui sunt ea ratione sapientes. Velum autem eis apud vulgus est Poëtica delectatio, fabulæque, & symbola, quæ sunt omnia hominibus abstrusa, non propter inuidiam: nefas est enim Deum intelligere passibilẽ, sed vt Ænigmatum inuolucris subtiliter inquisitione ad intelligendam veritatem perueniat.* Similia ex variis Patribus pro ea Poëtices acceptione, habet Turrianus in defensione capitis 6. primi libri constitut. Sanè vt cætera exempla taceam, Pythagoras Poëticam Orphei Theologiam habuit tanquam exemplar, ad quod ipse suam effinxeret Philosophiam, vt docet Iamblicus apud Picum in proœmio Apologiæ ferè in fine, vbi etiam additur Mosaica dicta Pythagoræ sacra, mysteria quod ab Orphei fluxerint instituta. Itaque cõclusit Maximus Tyrius, reprehendendos esse Philosophos, qui occultos Poëtarum explicarint sermones, cum humanæ imprudentiæ solent quæ obuia sunt nihili pendere, & eam ob causam increpitum visô Numenium Philosophum scribit Macro. 1. Somnij cap. 2. in F.

72 At quam non omnino sit de Diuinis rebus tractationes vulgasse Philosophos, multis cõprobari possit. De Pythagora manifestum est ex Lysidis Pythagorei ad Hipparchum epistola. Idem de Platone & Porphyrio refert Carpentarius in disputatione de ordine Physiologiæ, & Porphyrius quidem rationem addit, quòd & ipsi Dij hanc doctrinã non apertè tradiderint hominibus, ideoque cum omnibus non esse communicanda scripta illa sua, serió admonet. Quod etiam ex Origene lib. 1. contra Celsum alij constant, opera sua occultantes aut Symbolis & ipsi, ac ænigmatibus vtentes, vt de Philosophia sapientioribus, fatetur supra Tyrius, & latè prosequitur Lylius Gyraldus initio commentariorum suorum ad Pythagoræ symbola. Eodem consilio Author Theologiæ secundum Ægyptios lib. 4. cap. 3. in fine, ait se volumen suum de secretiore Philosophia inscripsisse, quod ea vulgaribus committenda non sit. Alia passim occurrunt apud antiquos, quorum hac in parte nimium studiose arguit Crispus distrib. 2. lib. 1. circa medium.

73 Tertia antiquæ Theologiæ portio, ciuilis dicebatur, nempe quia eam in vrbibus ciues, maximè sacerdotes, nosse atque administrare debebant, ex Varrone apud S. Augustinum 6. Ciuit. cap. 5. *Commentatur hoc tertium genus* ait Eusebius 4. de præparat. initio, *ciuile, vel forense, certa munditiarum, in hominibus pijs ac probis, & è contra ciuili vel vulgi mundi, in impios* Subditque cùm in duobus generibus prioribus Theologiæ, liberum cuique esset, sentire quod vellet, & illud reprobare vel reiicere, hoc tertium quod singularum legibus ciuitatum compendiabatur, neminem siue Poëtam siue Philosophum mouere potuisse, nisi vellet iure patrio tanquam impius puniri, ob decretam legibus capitalem pœnam aduersus

eos

bat qui Deos secundum leges & [illegible] visi [illegible] patriæ, non veneraretur, [illegible] cultum, quasi in [illegible]. Hunc autem cultum, quasi in rat. Hunc autem cultum distribuit idem Eusebius quatuor partes distribuit idem Eusebius lib. 4. de [illegible] supra cap. 5. de exquisitissimorum (scilicet) Theologorum sententiarum, (scilicet) Theologorum sententia: nempe in eum qui Deo, & qui bonis dæmonibus, heroumque animis exhibebatur, ac eum denique, quibus placandis prauis dæmonibus, [illegible] visus esset.

Hactenus de antiquæ Theologiæ partibus, ad quarum nullam, reuoco Theologiam Sibyllarum, cum supernaturalis esset, vt dicam infra, agens de notitia Dei comparabili per naturæ lumen.

Platonica Theologia.

74 Quisquis hæc quæ de antiqua Theologia delibauimus, attente inspexerit, agnoscet iure conclusisse S. Augustinum 8. ciuit. cap. 5. quæ toto huius Theologiæ triplicis ambitu continentur, ei cedere debere, quam Platonici professi sunt. In cuius laudibus, multus est ibi S. Pater: nec ibi tantum, sed & aliis plerisque locis, Platonem & Platonicam Philosophiam valde commendat. Vt lib. de vera relig. cap. 4. & epist. 56. & in libris de ciuit. non semel. Neque verò solus inter Patres Augustinus, Platonicam Theologiam probauit. S. Dionysium Areopagitam, Platonicis annumerat Sanctus Thomas, initio commentariorum in librũ de Diuinis nominibus. Imò vt ait Cardinalis Cusanus in Apologia doctæ ignorantiæ, pagina 66. *Sanctus Dionysius adeò Platonem imitatus est, vt sæpius Platonis verba seriatim posuisse reperiatur.* Alios denique Patres, Platonicam Philosophiam commendare ferè solitos, eò quòd Platonici facilius curarentur, & ad fidem traducerentur, quàm Peripatetici, ob pleraque Platonicis cum Christianis communia, annotauit Feuardentius ad tertium Irenæi cap. 45. estque notissimum. Platonis multa placita cum Christianis dogmatibus consentientia, notauit quoque Arnobius [illegible] num. 9. qui idcirco videtur eum *[illegible] sublimem apicem Philosophorum* indigitasse lib. 1. aduersus gentes.

75 Quinetiam tantus est Platonicæ doctrinæ & Christianæ, quoad aliqua, saltem in speciem, consensus, vt testetur S. August. 2. doct. Christ. cap. 28. & epist. 34. in fine, Platonicos aliquos insanire ausos fuisse, Christum dominum, de Platonis libris didicisse omnes illas sententias quas mirari & prædicare cogebantur. Nempe vt habemus ex 10. ciuit. cap. 29. & ex Eusebio 11. præpar. cap. 10. verbi generationem initio Euangelij Sancti Ioannis expressam. Quam impudentiam à S. Ambrosio diligentissime & copiosissime fuisse reiectam testatur S. Augustinus epistola citata, libros illos multum desiderans, quos de Philosophia, siue de Sacramentis, vel de Sacramento regenerationis fuisse inscriptos, tradit 2. retract. cap. 4. & 2. contra Iulia. c. 7. & 5. Reijcit item in Celso, eãdem de Christo & Christianis calumniam, Origenes lib. 6. contra Celsum ab initio.

76 Constans est multorum Patrum assertio, hanc de rebus diuinis doctrinam ex libris sacris à Platone haustam, quos tum illi, tum aliis Ethnicis cognitos, & ex parte descriptos, docent Origenes lib. 6. contra Celsum. S. Ambrosius sermone 18. in Psalmum 118. Iustinus in Paræneſi & in orat. ad Anton. Theodor. lib. 2. aduersus Græcos, Euseb. de præparat. Euang. lib. 9. cap. 5. & toto propè libro 11. Tatianus in fine orationis

tionis contra Græcos, Clemens Alexand. 1. 5. & 6. Strom. & sæpe alibi Tertull. cap. 47. Apolog. aliique complures.

77 De Platonis in Ægyptum ad Theologiam Ægyptiorum perdiscendam peregrinatione, qua occasione sacros libros legere & audire potuit, omnium esse testimonium ait Euseb. 2. præp. Philos. cap. 2. ostenditque illic solita suo tempore Platonis & aliorum Græcorum Philosophorum ambulacra, scribit Strabo. Multis quoque auctoribus, eam præcipuorum Philosophorũ peregrinationem, confirmat Clem. Alex. 1. Strom. cap. 6. Hieronymus epistola ad Paulinum & Theodor. 1. aduersus Græcos initio, qua etiam aliquos, non modò vt penitius & infirmiores, ad arcanorum quorumcunque communicationem, sed etiam vt decerta proposita, circumcisionem apud Ægyptios suscepisse, quod arbitrarentur Ægyptij, sine eo signaculo frustra quæri arcanorum & Astronomiæ ac Geometriæ notitiam, argumento sunt quæ de Gentilium sapientissimis propterea circumcisis scribit S. Ambrosius epistola 77. ferè initio, & nominatim de Pythagora Clem. Alexand. 1. Stromat. cap. 6. In ea apud Ægyptios peregrinatione, auditum a Platone Hieremiam Prophetam scripserat S. August. 2. de doctr. Christ. cap. 28. post suum, (vt appellat) in Christo Patrem, beatũ Ambrosium, quod postea retractauit 8. ciuit. cap. 11. & 25. & lib. 18. cap. 37. & 2. retract. cap. 4. addens longè ante defunctum fuisse Hieremiam, nec potuisse Platonem, libros sacros, nisi forte per interpretem legere, quod tunc nondum fuissent in Græcam linguam translati. Quod multis confirmat Baronius anno Christi 231. num. 11.

78 Verùm vt Aristobulus in 1. ad Ptolemæum Philometorem testatur, apud Eusebium lib. 9. de præpar. cap. 3. & lib. 13. cap. 7. & apud Clementem Alexand. 1. Strom. cap. 15. laudatque inter Recentiores constanter Serarius in Prolegom. Biblicis c. 16. q. 2. Gretserus in defensione capitis 6. libri 2. Bellarmini de verbo Dei & Leo Castrius in disputat. de translationibus Scripturæ c. 27. Mosaica volumina in Græcam linguam ante Alexandrum & ante Persarum imperium traducta fuerant: indéque plurima tum Plato, tum Pythagoras, acceperunt. Vnde illud Numenij apud Clem. Alexand. 1. Strom. c. 15. & apud Eusebium 9. præpar. cap. 3. & libro 11. cap. 6. & apud Theodor. in fine secundi aduersus Græcos *Nihil aliud esse Platonem, quàm Mosem Atticum.* Antiquiorem certè versionem, quàm Septuaginta Interpretũ, agnoscit Aristæas, in fine libri de versione Septuaginta, agens de Theopompo. Sigillatim autem quæ & quàm multa veteris instrumenti loca expressit Plato, multi docent Clem. Alexand. Eusebius, Theodoretus, Cyrillus, aliique Patres, nominatimque quod ad Psalmos spectat S. Ambros. cum alibi tum Serm. 18. in Psal. 118. & quod spectat ad librum Sapientiæ, Leo Castrius in cap. 40. Isaiæ.

79 Itaque ex his patet Platonis Theologiam, bona saltem ex parte, non fuisse discursu Philosophico comparatam, sed ex furtiuè cognita reuelatione, transumptam. Ponit tamen Plato, ex his quæ ita didicerat, admonet, vt ingenio contenderet, & ratione etiam naturali ita esse vt legerat, quod ea quæ de Deo & supernis mentibus naturaliter agnosci possunt, comprehenderet. Multa insuper

insuper Platonem ex Mercurio Trismegisto de Deo didicisse ex Augustino annotat Pamel. ad c. 2. Tertulliani de anima, vbi Platonem Mercurio præcipuè assimilasse dicit Tertullianus, & idē quoq; variis ex Platone & Trismegisto locis collatis notauit Eugub. l. 3. peren. Philosophiæ passim. Summam Platonicæ Theologiæ legere licet apud Proclum & Marsilium Ficinū in eo opere, & apud Alcinoum cap. 9. Institutionis de quo auctore dicam aliqua dist. 1. num. 42. ex illis porrò quæ infra suis quæque locis dabimus, apertum erit Platonem iure Diuinum ab excellenti rerum Diuinarum, vt in illis tenebris maxima notitia, cognominatum.

Peripatetica Theologia.

80 Aristotelem tamen, non minus quàm Platonem, Diuini cognomen promeritum esse, dixit Vicomercatus in præfatione ad 12. Metaph. annuitque Scaliger exercit. 365. num. 5. refragante Cælio lib. 2. cap. 2. & veteribus, qui Aristotelem dæmonium dicebant, quasi medij inter humanum & Diuinum ingenij, appellarunt. Verum quid Diuinius plerisque ab eo conscriptis, de Deo ac supernis mentibus lib. illo 12? Vel quod ad mentes Diuinas attinet, quod quidē naturalis ratio inuestigare posset,) penitus ita omisit, vt non attingerit, aut de re philosophandi viam non aperuerit? Si quidem quæ de substantiis separatis quæri possunt omnia, nempe, sintne, quæ, & quales, & quot sint, & quid agant, & an mundum administrent, explicat eodem ordine Aristoteles loco prædicto, quæ est breuis summa naturalis Theologiæ Aristotelicæ. Hæc autem eo magis suspicienda sunt, quod factis ingenij partus esse nemo neget, nec ab eo (vt de Platone vidimus,) aliunde hausta fuisse vspiam prodatur. Quamquam enim eum a Iudæo quodā multa accepisse prodat Clearchus Peripateticus apud Clementem Alexand. 1. Strom. cap. 6. & apud Eusebium 9. præparat. cap. 5. (partem attentat Marsilius Ficinus libro de religione cap. 26. & quod magis miror Genebr. anno mundi 2670. alium scribi à Clearcho Aristotelem fuisse Iudæum,) tamen humo rationi tantum niti solitus, vix quicquam admiserit nisi quatenus ratione cōprobare potuerit. Imo eundem Clearchi locū referens Iosephus primo cōtra Appionem post medium non habet illa verba, *quod Aristoteles ex Iudæo illo profecerit*, cum tamen ad Iosephi institutum maximè facerent: vt possit suspicio esse assumenti ad Clearchum apposita.

31 Sunt & alij libri in quibus Aristoteles Theologicam materiam trādidisse visus est, nempe octauus Physicorum, & liber de mundo ad Alexandrum, (quem Iustinus in parænesi citat nomine compendij Philosophiæ Aristotelis, & tanquam Aristotelicum partum admittunt Philoponus ad sextum Procli cap. 18. Picus lib. 1. de prouidentia parte 1. cap. 5. Eugubinus 4. peren. Philoso. cap. 4. & 6. Carpentarius digressione tertia in Alcinoum, Neouillæus lib. 3. de pulchritudine animi cap. 10. aliique non pauci) ac denique Theologia secundùm Ægyptios.

32 Verùm octauo illo libro, non tam primus motor, quàm primus motus explicatur, de quo videndus Zabar. lib. de regressu cap. 6. & lib. de naturalis scientiæ constit. cap. 12. Liber verò ad Alexandrum, à multis censetur spurius: vt à Viue in censura operum Philosophi, & ad librum 4.

ciuit. c. 2. & à Scaligero exercit. 362. à nonnullis apud Suerium 4. de fato cap. 22. nominatimque à Victorio 13. var. cap. 13. tribuitur Nicolao Peripatetico quod reprehendit Muretus 2. variar. cap. 8. eo quod Nicolaus ille temporibus Augusti vixerit, ac proinde non potuerit opus illud Alexandro inscribere. Ab aliis tribuitur Theophrasto. Nec sine Aristotelicã obscuritatem, & styli breuitatem redolet, vt alia omittam, quæ congerit nuperus Maximi Tyrij interpres in notis ad dissertationem primam, itemque coniecturam quam alij ex eo adduxit, quod in fine huius libelli citentur carmina Orphei. Quem vnquam fuisse negauit Aristoteles ex Tullio 1. de natura.

83 Denique Theologia secundum Ægyptios præcisè Arabica est, et modus procedendi, & citari sæpius Babylonij sapientes, ac nominatim lib. 14. cap. 14. demonstrant: nec refert citari sæpè ab illo, quisquis fuerit, auctore, libros Aristotelis tamquam proprios, vt lib. 12. cap. 10. libros de anima. Et ibidem cap. 15. libros de cœlo, & cap. 7. libros Metaphysicorum: Hoc inquam non refert, nam in aliis plerisq; operibus supposititiis idem factum videmus, vt in libro de elementorum proprietatibus, ac etiã in libris de plantis, vt ibi Scaliger ad librum primum annotauit. Nec est improbabile allegari illis locis, non opus ipsum Philosophi, sed commentarios in illud, vel de simili argumento disputationes, vt nos etiã, quandoque solemus allegare suas quisque lucubrationes. Quid quod innumeris locis Aristotelem deserit prætensus ille Aristoteles, & Platoni adhæret: Vt cum lib. 7. cap. 2. & lib. 1. cap. 2. & 5. concedit animas corporibus præextitisse, quod negasse Aristotelem, suo loco ostensum est, & cum eodem lib. 1. cap. 3. concedit brutorum & plantarum animas, esse immortales, quod manifestum est esse contra Aristotelem. Itẽ cum lib. 3. cap. 6. ait veteres Philosophos, vno consensu dixisse animam esse entelechiam, quod Aristoteles numquam diceret, quippe qui antiquorum reiectis sententiis, primus ita sensit, & vocem illam inuenit. Itaque imposuit citatus, non modò Petro Fauentino interpreti, & Francisco Roseo epistola ad Leonem decimum, testanti eos libros Damasci ab se visos nomine Aristotelis inscriptos, sed etiam multo ante Sancto Thomæ opusc. 16. testanti, se needum Latinè redditos, Aristotelis hos libros vidisse, quos tamen non fuisse ab eo nisi à homine fabricatos, argumento est, quod nusquam testimonium inde depromptis vsu deprehendatur, cùm tamen sit liber, si paucos errores demas, omnino insignis. Theologumena illa quę ab Aristotele scripta memorat Macrob. 1. satur. cap. 18. de Diis gentium libero, Apolline, Baccho, &c. vel alterius quam Stagyritæ nomine fuisse prænotata, ac fortè illius quẽ Laertius lib. 5. in fine vitæ Philosophi, mythum cognominatum asserit, vel Aristoteli falsò adscripta esse non dubito.

84 Itaq; quod ad Aristotelem attinet, quæ ex instituto tradita, & eius certus partus est, naturalis Theologia, ea quam dixi parte operis Metaphysici continetur, indéque præsertim petenda Philosophi de Diuinis rebus mens ac sententia, quam esse magni faciendam prudenter monet Carthusianus in 1. dist. 3. quæst. 1. allegans Hieronymum, nec esse fidei commendum leui de causa tantum viorum errorem dissimulare, & pro alienis castris stantem induere, monuit Catharinus in annot. contra Caiet. agens

de

æ peruulgatis; quod etiam notassent Recentiores aliqui, qui magnum sibi videntur pretium operæ, cum Aristotelem in Diuinis rebus impietatis traduxerunt, iure vel iniuria. Quanquam nolim ego quidem, cum aliis quibusdam, proponere Aristotelem, ut infallibilem rubricam in his rebus. Quod dumtaxat voluerunt nobiles illi Philosophi apud Guillermum Parisiensem 2. 2. de vniuerso c. 130. asserentes *Aristoteli credendum esse de illis quæ sunt sub circulo Lunæ, ubi de superioribus, quia non profundauit perfectè.*

Nostra Naturalis Theologia.

5. Tractatio hæc nostra pro duabus huius disciplinæ præcipuis partibus bipartita erit. Prior complectetur Intelligentias creatas. Posterior increatam siue Deū. Cæterùm quæ tum apud Philosophum, tum apud alios Ethnicos facient, ad hanc Theologiam quæ ex naturæ lumine procedit, illustrandam, & perficiendam, studiose delibabo, sequutus Augustini consilium 2. de doctrina Christiana c. 40. & Theodoreti dialogo 3. sub fine, cuius illa sunt eleganter de more dicta. *Sicuti herbam inuenerint, nec dulcem nec stabilem, habet tamen aliquid vtile ad mel conficiendum, non est alienum quod bonum quidem est sumere, quod verò noxium relinquere, ut apes sententiosi fructibus insidentes faciunt.* Quare vsurpabo etiam ipse illud S. Damasceni epist. ad Cosmam Majumæ Episcopū. *Primo quidem apud Græcos sapientum optima proponam, sciens quòd si quid quidem bonum, desuper à Deo hominibus donatum est, quia omne datum bonum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum. Si quid autem veritati oppositum, Sathanici erroris inuentum tenebrosa, & mentis fictio infelicis inuentum, ut magnus in Theologia dixit Gregorius, apis modum imitans cum propriis veritati coniunctum, & ab inimicis salutem fructificabo. Abjiciam autem omne quod prauum, & falsam habens cognitionem.* Hæc Damascenus & similia omnino bene Theodoretus in fine primi contra Græcos, quæ quia verè & sanctè dicta sunt, mea feci.

6. Scripturas & Patres prout ex Scriptura philosophantes, tamen sparsim meæ, non negabo. Non enim abs re Lactantius 5. Institut. cap. 1. suffragante Hieronymo epistola ad Magnum, culpauit Sanctum Cyprianū quod de rebus Diuinis cum Demetriano Ethnico homine acturus, non argumenta, & rationes, vel veterum Philosophorum testimonia, sed Scripturam, quam ille vanam crederet, adhibuisset: quæ eadem fuit Simplicij in Philoponum criminatio 8. Physic. digress. de mundi æternitate. In quam reprehensionem ne incurram, qui ex naturali lumine, ac veluti is qui de Christiana Fide nihil inaudierit, philosophari debeo, prætermittam quæcumque reuelatione aliquo tandem modo nituntur. Tamen non in eam classem censeri velim, quæ apud Patres, eosque præsertim qui cum Ethnicis ex professo egerunt, *Iustinum, Clementi, Alexandrinum, Tertullianum, Athenagoram, Origenem, Minutiū, Athanasium, Eusebium, Cyprianum, Arnobium, Lactantium, Cyrillum, Augustinum, Theodoretum,* & alios ex nudo naturę lumine ingeniosissime scripta, leguntur. Quorum, non Christianorum dumtaxat, sed etiam naturalium Theologorum præstantissimorum, rationes & in rem nostram præclarè dicta, quatenus non reuelatione, sed naturali discursu nituntur, pro occasione huc transferri, iure mihi vitio nemo vertat. Præsertim quia sicut rectè dictum est à Maximo centur. 3. ex variis c. 41. quosdam,

dum, vitam malè componendo effudere in se oculos Fidei; ita addere etiam possumus, Philosophos obscurasse intellectum suum circa res Diuinas, & illud, vt cum Tertulliano dicam, speculum lumen quo naturæ nos instruxit, in tantis nebulis ex affectibus malè subactis, parciùs in eis micasse. Nam & nebulas ex vitiis assurgentes intercludere hominibus Diuinorum cognitionem, rectè ex Homero monet Dio Chrysost. orat. 12. nec rarò verum illud Lactantij 3. instit. c. 9. *Philosophi ad corpus omnia referunt, nihil prorsus ad animum, nec vident amplius quàm quod sub oculos venit.* In Sanctis autem Patribus, vitæ integritas cum excellenti ingenio & singulari studio coniuncta, & quod caput est, gratiæ & Diuini præsidij naturam dirigentis afflatus, efficit vt naturale lumen liberè fulgeret, & penitiùs ad hæc detegenda & collustranda peruaderet. Vt proinde meritò possimus, quæ ab eis tanquam naturalibus Philosophiæ tradita variis locis fuerint, vsurpare tanquam huius instituti principia. Id quod etiam ad quendam ornatū opellæ nostræ & Lectoris oblectationem spectaturum non dubito, dum quos flores singulares ac seorsim in illorum hortis inspicit, hîc sæpe tanquam vno in serto simul iunctos contueatur. Illam verò nimis arctam & incultam, præconum qui ad manum sunt, antiquiorum Naturalis Theologiæ tractatorum, Sebundij, & Bonetti, philosophandi rationem, vt improbare non est animus, ita nec imitari. Præsertim cùm neuter quod operis fronte præfertur, præstitisse visus sit, sed dimissis apud vtrumque plerisque naturali lumine peruiis, insuper apud posteriorem integra propè Intelligentiarum creatarum tractatione præcisa, ad ea quæ reuelatio sola detexit, ratione confirmanda, excurrant, non magno pretio operæ, vt Palacius in 1. dist. 2. disput. 3. fusè tradit, & ex D. Thom. infra dicam.

8. Nunc quod Diuina aggredientem exponere, ab oratione auspicari, Deumque sibi gnomonem fieri poscere, iubeat Numenius apud Eusebium 11. Præpar. cap. 10. & apud S. Cyrillum 8. in Iul. ad textum Iuliani antepenultimū, & pulcherrimè Aristides tomo 1. orat. 1. in fine: *ad id pro viribus faciendum* (verba sunt Autoris Theologiæ Ægyptiorum lib. 10. c. 19. *Primo quidem opem atque assensum supplicemus, non voce tantùm, sed etiam gestu suppliciter, animoque deuoto sincerè, & sine vlla intermissione ad eundem conuersi, rogemus vt mentem illustret, depellat que animis accessere nebulas quæ de corpore oriuntur. Sic enim nos sperantes cognitionem totius veri boni atque honorandi consecuturos. Quoniam hoc ipsum suum lucem in nos immittit à quibus verè sinceréq; expetitur.* Sic ille Christiano, quàm siue Græco, siue Arabe dignius, meritò à nobis imitatione exprimendus. *Natura si quidem humana*, vt dixit Iamblichus lib. de Myster. §. 26. *Nec rationem quidem, nec scientiam de Diis suscipere potest, sine Dijs* (cœnosam hanc Ethnicismi aspergine, Christiana spongia abluo) *nedum opera Diuina facere valet sine illis. Est enim imbecillis, & habet vsque adeò, vt nullum malitiæ suæ remedium habeat, nisi quandam Diuini luminis portionem desuper accedentem, sine qua nihil à nobis sit Diuinum.* Hactenus ille Platonē sub Timæi initium imitatus, cum quo concludo. *Atq; in hoc quidem modo Deus à nobis inuocatur, ille verò nobis fauens & propitius ita accedat, vt & alij quæ à nobis dicenda sunt, facilè percipiant. Ego verò sicut animo & cogitatione tota complexus sum, ita commodissimè vniuersum explicabo atque demonstrabo.*

DISTINCTIO I.

De ente ab alio, generatim.

CVR præmittam ens ab alio, non tam facilior eius notitia facit, (plerumque enim est obscurius ente à se, vt obseruat Augustinus 5. de Genesi ad literam cap 16.) quàm vt seruetur modus procedendi, Theologo naturali consentaneus. De quo audi S. Thomam 2. cont. Gentes cap. 4. *In doctrina* (inquit) *quæ creaturas secundum se considerat, & ex eis ad Dei cognitionem perducit, prima est consideratio de Creaturis, & vltima de Deo: in doctrina verò fidei quæ Creaturas in ordine ad Deum tantùm considerat, prima est consideratio Dei, & postmodum Creaturarum, quæ proinde est perfectior, vt pote similior cognitioni Dei, qui seipsum cognoscens, alia intuetur.* Hæc D Thomas: iuxta quæ ab ente ab alio ordiendum est, primùm in communi, tum in particulari, quantum naturales fines, & huius scientiæ constituti supra limites patientur.

QVÆSTIO I.

De Quidditate, & generalibus affectionibus entis ab alio.

TRACTATIONEM de ente creato in communi, ordior ab eius quidditate tanquam à radice & primo fundamento omnium ad hoc ens pertinentium. Et quia cum ista radice validè connexæ sunt quædam generales huius entis affectiones, ideo eas quoque exponam.

ASSERTIO.

Ens ab alio, importat intrinsecè indigentiam alienæ opis vt sit, tanquam quæ est constitutiua illius ratio, quam aliæ omnes entis creati indigentiæ, & imperfectiones, et passiones essentiam, consequuntur.

2 PRIMO, expono rationem entis Creati per indigentiam opis alienæ, id est entis à se, ad habendum esse: Nec enim dubitari potest, quin ens ab alio, vt sic, dicat respectum ad aliquid quod non sit ab alio. Idem enim apud illos omnes qui agnoscit ens ab alio, semper ei contra ponitur alterũ membrum entis, quod vocant ens à se, vt videre est apud Trismegistum cap. 14. Pimandri, Iustinum in expositione fidei ferè initio, Cassiodorum libro de anima cap. 3. Abucaram initio Opusculi 3. & Anselmum in Monologio à cap. 10. ac alios passim; Nam

licèt illud aliud à quo aliquod ens putatur esse, possit rursus esse ab alio, necesse tamen est tandem sisti in aliquo ente quod non sit ab alio, vt infra conuincemus, probantes dari vnũ ens à se, & imparticipatum. Cùm ergo hoc ens à se, & illud ens ab alio analogicè conueniant in rationibus communissimis, cuiusmodi est ratio entis, &c. differant verò principaliter, in eo quod vnum sit à se, alterum autem ab alio, non videtur posse melius exponi quid sit creaturam esse ens ab alio, quàm aperiendo quid sit in Creatore, esse ens à se. Hoc verò nihil aliud est, quàm Deum esse tale ens, cui ob infinitatem suæ perfectionis, competit vt etiamsi nullum sit ens à quo possit accipere esse aut perfectionem suam per propriè dictam causalitatem, tamen debeat necessariò esse, quia est summè existentia, & summè actualitas ab esse exclusio impermissibilis, etiã quoad conceptum, vt suo loco infra declarabitur. Ex ea autem summa actualitate & independentia Diuini esse, habentur quoque cæteræ Diuinæ perfectiones primâ illâ & quasi constitutiuâ posteriores, nempe immutabilitas, simplicitas omnimoda, &c. vt magis infra declarabitur, cùm prima radix diuinarum perfectionum aperietur. Ex opposito igitur, Creaturam esse ens ab alio, nihil aliud erit quàm creaturam ob finitatem & limitationem, non posse esse in rerum natura, nisi ei communicetur esse ab alio.

3 Hanc autem esse primariam differentiam quæ inter Deum & nos intercedit, quòd Deus non sit indigus alienæ opis vt sit, cæteráque discrimina inter Deum & nos, ex illo consequi, docent Nyssenus cap. 16. de hominis opificio sic concludens post longam disputationem. *Quid igitur est hoc in quo natura Diuina, & ea quæ ad Diuinam est conformata discrimen perspici possit? Illud in eo perspicitur, quòd Dei natura existit increata, humana verò per creationem est orta. Hoc diuinitatis discrimen, alia quædam consequuntur, est enim planè quod omnes in confesso, naturam increatam, immutabilem eandémque semper esse, creatam autem sine perpetua transformatione consistere nullo modo posse.* Hæc ille, insinuans immutabilitatem ex imparticipatione Diuini esse, & mutabilitatem entis creati ex eius participatione ab alio, eáque indigentia opis alienæ, quam habet ens creatum ad hoc vt sit.

4 Addo verò illam indigentiam esse essentialem & intimam creaturæ, quod certum est ex creaturæ imperfectione & limitatione, & ex eo quòd cùm creatura non semper fuerit, nec fuerit simpliciter impossibile, vt semper non esset, necessariò fatendũ sit, eam non esse ex vi suæ essentiæ: Nam si esset actu ex vi suæ essentiæ, semper & ex omnimoda necessitate fuisset: Cùm ergo sine hac imperfectione ne concipi quidem possit creatura, & id intimè imbibatur in omni eo quod est ipsi intrinsecum, imò cùm nihil possit concipi in creatura anterius ac prius, manifestum est eam indigentiam esse essentialem creaturæ. Hæc est aperta mens D. Augustini libro contra Fœlicianum Arrianũ cap. 7. vbi vt probet Verbum Dei non esse creaturã, assumit definitionem creaturæ his verbis conceptam. *Creatura est, ex eo quod aliquando non est, aut aliquando non fuit, vel quæ substat corruptibilis quantum in se est, omnipotentis Dei voluntate facta substantia.* creaturam non esse, aut aliquando non fuisse, ait August. non quod careat ea creatura posse per accidens æterna esse, (est enim

hoc

hæc philosophicum problema, [illegible] vt nimirum participatiuum esse creatum, quod ex se nihil est [illegible]: ideoque si est aut fuit, paruo, aut magno, vel etiam æterno tempore, id habet ab alio, quod ex se est, nempe à Deo cuius etiam beneficio habet, ne in solum patrium, id est in nihilum relabatur, vt ibidem benè ratiocinatur S. August. Hinc factum est, vt esse creaturæ dicatur essentialiter receptum & participatum: quæ duo, aliquo sensu distingui possunt, & diuersas habitudines designare; tandem tamen eodem recidunt. Nam tametsi Caiet. 1. p. q. 44. art. 1. subtiliter Scotum, quod dixerit, Ens participatum dici quod non est ens omnem continens perfectionem includens totaliter, sed tantùm est pars entis, reuera tamen ita esse partem entis, & esse ens ab alio idem sunt, vt declarabo infra, exponens Dei quidditatem, vbi etiam exponam quotuplex esse queat illa Dei per creaturã participatio. Quare sicut esse ita partem entis est essentiale creaturæ, sic etiam esse ens ab alio, & indigum opis alienæ, est essentiale creaturæ. Cuiusmodi verò sit hæc exigentia, explicabo pressius paulò post, vbi eam ab aliis quibusdam minus principalibus Creaturæ indigentiis, & imperfectionibus secernero.

5 SECVNDO, attigi aliquas quasi proprietates huius radicis seu indigẽtiæ, per quam constituitur ens ab alio. Ex ea igitur imprimis oritur indigentia perpetuæ conseruationis, quæ est planè eadem cum illa prima indigentia, nisi quod illa prima supponit nondum fuisse collatum rei esse, hæc verò connotat antecedens beneficium. Non enim alia est primæ productionis & conseruationis differentia, per se loquendo, vt suo loco dictum est. Hanc perpetuæ conseruationis indigentiam, ex creaturæ compositione pullulare causam non modo vnientem, sed etiam vnionis conseruatiuam, colligit S. Tho. lect. 21. in lib. de causis, vbi autor illarum propositionum, imperfectionem rei creatæ, & quod sibi non sufficiat, colligit ex eius compositione. Sed infra patebit, compositionem creaturæ vniuersaliter loquendo, ex hac potius effectionis & conseruationis indigentia petendã esse, quàm è contra.

6 Rursus ex ea prima indigentia manat contingentia, quo ad esse iam collatum ei subiecto, ad alterius illius entis à quo creatura est, voluntatem. Nã illud aliud ens, quod supponitur esse liberum, posset suspendere suum illum influxum, sicut potuit eum non dare, quia neque à se, neque ab alio necessitatur ad illius esse collationẽ, vel continuationem: Non quidem à se, cùm bonum illud sit finitum & extrinsecum, ideòque non abstringat Diuinam voluntatem. Sed neque ab alio, vt manifestum est ex summo dominio eiusdem causæ, & independentia à quocunque violentiam inferente, & ad causandum adigente. Atque ita res creata, quæ non est vi essentiæ suæ, sed tantùm est & durat quasi mendicato, si Deus negaret, vel cessaret conferre suam illam eleemosynam, prorsus deficeret, & in patrium solum, nempe in nihilum recideret, vt præclarè inter alios exposuit Anselmus lib. de casu Diaboli cap. 1. post August. lib. contra Fœlicianum cap. 7. Ergo creatura non potest esse ens simpliciter necessarium. Quod etiam agnouerunt Auerroes & Auicenna apud Henricum quodlib. 8. q. 9. Itemque Platonici apud Marsilium Ficinum 2. Theolog. Platonic. cap. 7. & præclarè Trismegistus c. 11.

Pimandri

Pimandri. *Si à quodam opere* (inquit) *influxum suum ille* (Deus) *subtraxerit, deficiente vita in mortem corruant vniuersa.* Vitam ibi, vt ex consequentibus patet, vsurpat pro duratione & perseuerantia in esse: quo etiam modo frequenter eam vocem vsurpat Trismegisti studiosissimus, Marius Victorinus lib. 4. contra Arium. Similiter loquitur & sentit Aristoteles 1. de cælo cap. 9. sub finem. Sed disertissimè eandem veritatem tradit Plotinus Enneade 6. lib. 9. cap. 8. Exemploque declarat Author Theologiæ Ægyptiorum l. 14. cap. 19. *Sicut* (inquit) *centrum circuli, in seipso est, lineæ autem ab eo ductæ ad ambitum, ipseque ambitus cum punctis in eodem centro existunt; sic quoque natura omnia tam quæ ad intellectum, quàm quæ ad sensum pertinent, in agente primo consistunt & conseruantur, ab eoque pendent. Si quis verò requirat quomodo ea quæ sunt, in primo Opifice permanere dicantur, dicemus aliquid in altero permanere, vno quidem vt forma in subiecto, vel contra, altero autem vt in agente. v. g. lux in lucente, & radius in eo à quo emanat, & denique quodlibet in essentia simplici, in efficiente.* Et hoc modo concludit omnia in Deo permanere seu ab eo perpetuò pendere. Socrates item in Phædone, acriter reprehendit eos qui Atlantē mundo supponebant, nec agnoscebant Diuinam potentiam quæ ipsum bonum & pulchrū omnia continet & conseruat. Et Seneca 4. de Benef. c. 7. Deū statorem ac stabilitorem apud Romanos dictum putat, non à stantibus fugientibus in acie Romanis, sed quod per eum omnia stent. His adde elegans Emblema Ægyptiorum apud Euseb. l. 1. de Præpar. Euang. in fine. Vniuersum enim depingebant mundum inter circulum aëreum igneumque in superficie circumfusum, serpentis accipitriformis figuram extendebant in similitudinem literæ Θ: Magnitudinem mundi ac formam, per circulum significantes, per serpentem verò in circuli medio positum, ostendentes Deum conseruatorem omnium, cuius virtute mundus, & quæ in eo sunt omnia continentur. Quid quod eodem sensu Plato in Timæo, parte 2. animam vniuersi, id est virtutem & potentiam vniuersum regentem & continentem, mundo circumponit, & quidem formā crucem referente, vt expendit D. Iustinus sub finē Apologiæ ad Antoninum: Quod fuisse ex Ægyptiorum Symbolis depromptum notat Porphyrius apud Proclum in Timæum. Esse autem eam figuram peropportunam ad designandam hanc omnium omnino creaturarum à Deo conseruationem, optimè tradit Ioannes Xiphilinus Orat. de Crucis adoratione. Est autem hæc necessitas influxus perpetui cōseruatiui, tam connexa cum necessitate receptionis primi esse, vt rectè hanc receptionem ex illa influxus continuati necessitate à posteriori colligat S. Paulinus epistola ad Iouium, concludens ambigi non posse quin mundus aliunde vt crearetur eguerit, cum alienæ opis, hoc est Diuinæ, egeat vt consistat & maneat. Stultitiæque damnat Philosophos illos, qui mundum alienæ conseruationis indigum, censuerunt ex semetipso extitisse.

3 Præterea ex ea prima indigentia oritur, vt Creatura nihil causare possit absque subsidio entis illius à quo pendet in esse. Nā vt res se habet ad esse, ita & ad operari, & causare. Sicut ergo est dependenter à Deo, ita etiam dependēter ab illo causat, quomodocunque causet, præsertim quia causalitas illa est aliquid creatū, quod essentialiter est ens ab alio, vt rectè argu

argu

[illegible] D. Anselm. lib. de casu diaboli cap. [illegible] Deus ex [illegible] aliquid substantiæ [illegible] dominio cre- [illegible] non subsisteret, nisi ali- [illegible] dependeret. Nam et alibi cum li- [illegible] in 2. d. 24. q. 1. art. 1. argumen- tabimur; [illegible] actio causæ secundæ pendeat à Deo, nisi posset Deus actionem entis creati impedire, nisi vel [illegible] formam contrariam actioni, quod de plerisque actionibus communi, quod [illegible] dici non potest, vel destruendo causam & principium actionis operatiuum, quod cum non cōgruat perfectissimo illi dominio, quod Deus habet in rem creatam, tametsi non destructam, necessariò fatendum est actionem eius pendere à Dei voluntate, & hoc exigere imperfectā vim agendi creaturæ concessam, essentialiter subordinatā Enti à se, seu Virtuti Independenti. Sanè ex pleno Dei in omnia dominio, rectè infert omnia à Deo produci, ac fore Iustin. in Parænes. & ideirco negat si Deus materiam nō fecisset, quicquam Deo fore iuris in materiam. *Nihil enim* (inquit) *potestatis habet, qui non facit in id quod ipse non fecit.* An verò præter hanc subordinationem generalem, sit præterea in quouis ente ab alio subordinatio ad ens à se, vt eo principaliter mouente agat, vel ab eo recipiat quicquid non implicat contradictionem, vt multi contendunt, alterius loci est inquirere: nam intra naturæ lumen ex quo tantum nunc procedimus, vix potest id ex re exploratū quicquam statui.

8 Denique ex primaria illa indigentia entis ab alio, tanquam ex radice, oritur creaturæ compositio. Quam esse enti omni creato intimā asserunt SS. Patres cùm tribuunt Deo soli, vt singulare quod careat quauis compositione. Ita tractant August. 6. Trinit. cap. 6. Isidorus lib. 1 de parti- bus Diuinæ legis cap. [illegible] Bernardus 5. de consid. [illegible], Gelasius [illegible] Cyzicenus [illegible] 24. Nam rationē omnis [illegible] *creatura [illegible] Deus est solus ipse.* Eodem sensu sapiens quidam [illegible] laudatus [illegible] *primum principium esse hoc unatum, omne aliud esse hoc, & hoc.* Significat id ipsum autor libri de causis propos. 5. & alij veteres, cū dicunt in quouis creato reperiri aliquid Finitum, seu materiale, cui correspondēre debet aliquid formale, ex quibus necessariò exurgit compositio: Quo etiam pertinet illud ex Platonicis latè traditum à Ficino 15. de Immortalitate cap. 2. de omnium creatorum compositione ex finito & infinito, id est, ex actu & potentia, quāquam alios præterea compositionis illius sensus dabo disp. 5. num. 15. Idem significant Philosophi cùm dicunt in omni creatura, id quod est, differre ab eo quo est, quod Thomistæ iuxtà suam sententiam de reali distinctione essentiæ & existentiæ, intelligunt de reali compositione ex esse, seu existentia, & essentia: Et ideirco Maior in 1. dist. 8. quia sentit hanc compositionem præiudicaturam summæ illi simplicitati, quam Intelligentiis concedit, negauit Intelligentias componi ex esse & essentia, cuius argumentum ex summa Intelligentiarum simplicitate ductum, Palac. in 1. dist. 8. disput. 3. dicit [illegible] esse; nempe quia Angeli cùm sint entia creata compositionem aliquam à parte rei necessariò admittunt, vt proinde non possint dici summè simplices. Hanc igitur compositionem non esse in Intelligentiis veram compositionem, probandum potius fuerat ex indistinctione à parte rei inter existentiam & essentiam eius substantiæ, ex quo sequi-

ter nullam realem compositionem exurgere ex essentia & esse, siue Intelligentiarum siue aliarum creaturarum. Quare aliter explicandum est quomodo omnis creatura sit composita.

9 Omissa igitur compositione rationis de qua hic non quæritur, & compositione ex entitate & privatione perfectioris gradus entitatis, quam in quauis creatura asserit Scotus in 2. dist. 8. quæst. 2. lit. A, cum Alensi 2. parte quæst. 12. memb. 1. possumus quatuornis creaturarum compositionem realem eruere ex dictis. Vidimus siquidem omnem creaturam esse ens ab alio dependens. Ea verò dependentia, vt in Physica cognouimus est, aliquid a parte rei distinctum à re dependente: ergo in omni ente creato, habente veram rationem requisiti, & effectus producti, reperitur vera & Physica compositio ex dependentia & entitate dependente. Similitérque si agatur de ipsa dependentia, constat eam cùm sit ens diminutum & infimum niti debere re dependente, cum qua proinde compositionem faciet. Quòd si mente præscindamus à creatura dependentiam actualem à Creatore, non poterimus tamen excludere debitum talis dependentiæ, atque adeò compositionis. Præterea ex eadem finitate & limitatione essentiæ creatæ, prouenit capacitas recipiendi vera & realia accidentia, quæ faciunt propriam cum re compositionem, quod in quacumque quantumuis sublimi creatura substantiali valere, probat Scotus supra lit. C, ex Intelligentiis quæ non sunt sua intellectio quod argumentum ex Augustino tractatu 99. in Ioannem habetur apud Prosperum sent. 365. *Nullius* (inquit) *etiam incorporeæ creaturæ simplex verè substantia est, cui non hoc est, esse quod posse, potest enim esse nec tamen... at illa Diuina, non potest, quia idipsum est quod habet. Ac per hoc non sic habet sapientiam, ut aliud sit illa Sapientia qua sapit, aliud essentia qua est, sed utrumque unum: Quanquam non utrumque dicendum sit, quod unum idipsum simplex & unum est.* Hæc ille. In accidentibus verò hæc cōpositio cernitur actiuè, seu quatenus sunt componibilia. Præterea accidens compositionem habet, ex entitate & vnione ad subiectum saltem aptitudinali, quod est accidenti essentiale. Substantia verò habet compositionem ex natura & subsistentia, si excipias formas materiales. Cuius rei vltima radix, est imperfectio substantiæ creatæ. Probatio verò efficax ex reuelatis petenda est, vt alibi deducitur.

10 Omnes igitur hi quasi surculi & frutices, nempe subiectio actualis, dependentia, necessitas concursus, & debitum compositionis, ex illa prima radice progerminant, nec sunt propriè essentialia attributa creaturæ nisi in sua illa radice: formaliter autem spectata, sunt quasi proprietates Metaphysicæ, consequentes rationem quidditatiuam entis creati, seu indigentiam & debitum dependentiæ.

Ex sic exposita entis creati quidditate, eámque afficientibus imperfectionibus, S. Anselmus cap. 27. Monologij & cap. 22. Prosologij infert, *Ens ab alio, magis videtur esse & fieri non esse. Quoniam* (inquit cap. illo 27.) *omnia quæ sunt aliud quàm esse Deus, non immeritò negantur simpliciter & per se, & absolutè esse, & asseruntur ferè non esse, & vix esse, cùm de non esse venerint ad esse, & non per se sed per aliud. Et cùm de esse redeant ad non esse quantum ad se, nisi sustineantur per aliud, quomodo illis simpliciter conuenit aut per se, siue absolutè esse, & non magis vix esse, aut ferè non esse?* In quam rem alios tum Patres, tum Philosophos

plius, addicemus infra, agens de prædicatis Dei essentialibus.

Rectè quoque ex eadem essentiali [illegible] entis creati, eiusque affectionum [illegible], colligitur quàm intima sit cu- [illegible] creato paupertas, & imperfectio, & quàm verè Apollonius Español. ad [illegible] scripserit. Ad omnia & [illegible], mortales quippe qui ex se nihil sunt, Dei ope indigere. Quod [illegible] de quocumque creatura dici poterit de quocumque creatura dici poterit, cuius egentissimam paupertatem, si ex suo veluti patrimonio & [illegible], si ex suis veluti patrimonio & bonis innatis consideretur, rectè exponit illa Anselmus initio libri de casu diaboli. *Nulla creatura habet aliquid à se, quod enim seipsam à se non habet quomodo habet à se aliquid?*

11 Tandem ex eadem entis creati quidditate & affectionibus omnibusque hactenus propositis indigentiis, constat, meritò Lactantium 1. Institut. cap. 11. quosdam Ethnicos reprehendere, qui verum vnum numen agnoscebant, sed Iouis nomine designabant: ideòque quantum ei debebant eius creatorum, non attendebant. *Sciunt (inquit) quidam errores suos hac excusatione defendere, qui conuicti de vno Deo, cùm id negare non possunt, ipsum se colere affirmant: verum hoc sibi placere, vt Iupiter nominetur. Quo quid absurdius?* Et paulò post, rationem hanc reddit huius absurditatis. *Huius nominis proprietas, non Diuinā vim exprimit, sed humanam. Iouem enim Iunonemque a iuuando esse dictos Cicero interpretatur: Et Iupiter quasi iuuans Pater dicitur. Quod nomen in Deum minimè congruit. Quia iuuare hominis est, opis aliquid conferentis in eum qui sit alienus & exigui beneficij. Nemo sic Deum precatur vt se adiuuet, sed vt seruet, vt vitam salutemque tribuat, quod multò plus ac maius est quàm iuuare. Et quoniam de Patre loquimur, nullus Pater dicitur filios iuuare, cùm eos generat aut educat. Illud enim leuius est, quàm vt eo verbo magnitudo paterni beneficij exprimatur. Quantò id magis incongruens est Deo, qui verus est Pater, per quem sumus, & cuius toti sumus, à quo fingimur, animamur, illuminamur, qui nobis integram vitam impertit, salutem tribuit, victum multiplicem subministrat? Non intelligit beneficia Diuina, qui se iuuari tantummodo à Deo putat. Ergo non imperitus modo, sed etiam impius est, qui nomine Iouis virtutem summæ potestatis imminuit.* Sic Lactantius, qui non negat, nec negare potest rectè rogari posse Deum vt nos adiuuet (nihil enim in Scripturis, ac præsertim apud Psaltem frequentius. Indéque D. Augustinus in Psalm. 78. ad illud, *Adiuua nos Deus*, & sæpè disputans contra Pelagium, infert libertatem, & Diuinæ gratiæ auxilium non se excludere.) Sensus ergo Lactantij est Deum non dici iuuare eo sensu quo homo alium hominem iuuat. Seu ita vt ad omne Dei beneficium præsupponatur in nobis vis aliqua quæ iuuetur. Qualis reuera est libertas respectu auxiliorum gratiæ & beneficiorum ad ordinem supernaturalem spectantium. Ad ea enim omnia præsupponitur libertas præhabita inter beneficia naturalia, tametsi nihil ex se potens in actum ordinis superioris priusquam auxilium gratiæ accedat. Et ideò rectè, ac iuxta vim vocis, dicimur iuuari ad huiusmodi actum. At spectādo totam seriem beneficiorum ordinis naturalis & de eis solis agendo, vt Lactantius & illi Ethnici agebant, non bene dicimur à Deo iuuari, cùm totum quod in eo ordine sumus & possumus, Dei beneficium sit, non supponens aliud vllum ordinem beneficiorū præhabitorum, respectu quorum omnia illa posteriora beneficia dici possint auxilia. Atque ita ex entis creati indigentiis ante expositis,

[illegible] [illegible] magis aliud à Deo pendere in ordine naturæ de quo agimus, [illegible] vt simpliciter dicendum sit [illegible] tantum, [illegible] Deus esse illi supplex seu summus Pater, vt affirmabant illi Ethnici à Lactantio reprehensi.

QVÆSTIO II.

De actibus complentibus primariam indigentiam creaturæ constitutuam, seu de triplici dependentia entis ab alio.

1. Cùm sit ita generatim præmissis, vt primaria illa indigentia in qua constituimus rationem entis creati plenè innotescat, exponendus est triplex actus per quem illa expletur, seu triplex dependentia entis creati à Creatore. Nempe finalis, & effectiua, cui annectitur Idealis. Tot enim sunt vniuersales modi quibus omnes creaturæ pendent ab alio. Ceteræ verò causalitates formalis scilicet & materialis, non habent locum in quouis ente creato, vt per se patet, neque in illis generibus ens à se est causa entis creati, vt alibi traditur. Quare de triplici tantùm dependentia entis ab alio agendum superest. Triplicem voco propter triplicem rationem causæ, ad quam effectus dicit habitudinem, tametsi existimo dependentiam à tribus illis causandi rationibus esse vnicam tantùm, quod expendere non spectat ad hunc locum.

ARTICVLVS I.

De finali dependentia entis ab alio.

1. Causam finalem efficienti præstare excellentia docet Aristoteles l. de partibus c. 1. & consentiunt omnes Philosophi, apud quos finis est prima causarum, propterea à finali dependentia ordior.

ASSERTIO.

Ens quodcunque ab alio, ita est à Deo tanquam à causa finali formalissima & vltima, vt tamen proximè possit ab alio quoque propinquiore, illi subiuncto, fine pendere.

Primò. Quòd omnia entia creata sint à Deo tanquam à fine, certum videtur ex illo Sapientis Prouerb. 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Et quamuis Gabriel in 2. d. 1. quæst. 5. lit. M, neget id ratione naturali cognosci posse, tamen id naturæ lumine nouisse Philosophos, rectè asserit Soto in cap. 1. ad Rom. ex eo quod cùm appareat omnia esse propter finem aliquem, nec detur in finibus progressus in infinitum, necesse tandem sit deuenire ad finem aliquem vltimum rerum omnium, qui nõ est alius quàm Deus. Et quamuis omnia inferiora sint propter hominem, tamen hoc non impedit quominus illa quoque entia quæ sunt homine inferiora sint propter Deum, quia & ipse homo non est propter se, sed propter Deum, vt pulcherrimè probat Athenagoras lib. de resurrect. sub medio, vbi longam ratiocinationem sic concludit. *Si neque sine causa, neque temerè aut frustra creatus est homo*

nihil

[illegible] Deo [illegible]. ([illegible]) atque [illegible] facit [illegible] ab [illegible] quod [illegible] Deum [illegible] ab seipsum [illegible] seipsum [illegible] proficiat. Sic il-le, ut [illegible] argumentatione habe-mus hominem esse propter Deum, ergo cum omnia inferiora sint pro-pter hominem, concludendum est omnia esse propter Deum. Nam de illis ipsis rebus creatis, quæ sunt homine superiora, eodem potest ra-tione quâ de homine argumentatio, ut probetur ea quoque esse propter Deum. Cæterùm non intendo asser-re res creatas, homine aut Intelligen-tiis creatis inferiores, esse tantùm mediatè propter Deum, tanquam propter finem. In altera namque al-[illegible] parte patebit finem proxi-mum creaturarum homine inferio-rum, comparatum cum prima ratio-ne volendi instigante Deum ad ope-randum, non habere rationem finis, sed ei subseruire ut materiale formali. Tantùm igitur contendo ex illarum creaturarum ordinatione ad homi-nem, cui Deus finis est, recte inferri quòd & ipsæ factæ sint propter Deum ut finem. Nec alia fuit mens Athe-nagoræ loco allegato, ut postrema præsertim verba indicant. Expressit haud dubiè illum Athenagoræ locum Lactant. l. 7. c. 4.

14 Hanc doctrinam de finali om-nium entium creatorum dependentia à Deo tanquam à fine ultimo, fuisse Philosophis cognitam, ut rectè Soto affirmabat, ex paucis quos adducam, manifestum erit. Callicratides, Py-thagoricus lib. de fœlicitate familia-rum apud Stobæū sermone 83. *Mun-dus ad unum optimum dirigitur, est verò unum illud optimum, Deus ipse.* D. Tho. 1. p. q. 12. art. 2. ad 1. eodem sensu intelligit illud Trismegisti. *Monas ge-nuit Monadem, & in se suum reflexit ardo-rem:* non enim vult hoc intelligi de generatione filij & processione Spiri-tus Sancti, ut in à plerisque, sed de productione mundi, quem Deus pro-pter se fecerit. Et q. 19. a. 1. ad 3. ita interpretatur illud Platonis. *Primum mouens mouet seipsum, id est, intelligit semper seipsum, & amat seipsum* [illegible] tanquam obiectum primarium. Sed illustriora sunt quæ ex eodem Plato-ne in Timæo non multum ab initio 2. partis referunt, & meritò suspiciunt Seneca epist. 66. Eusebius 11. præpa-rat. c. 11. & Theodoretus l. 4. aduer-sus Græcos. *Deus*, inquit, *se est ut à nullo esse accipiat, omnibus autem quæ sunt, ipsum esse tribuat, quia bonus erat.*

15 Ad eundem locum respexit Al-cinous cap. 10. cùm ex Platonis men-te ait *summum opificem ad efficiendum accessisse, quia bonus erat*: nam cùm his verbis mutionis Diuinæ voluntatis ad creationem se accingentis, signa-tur tantùm Diuina bonitas, eo ipso asseritur illam esse finem rerum crea-tarum. Quod clariùs expressit nobi-lis ex eadē familia Philosophus, Phi-lo lib. quod Deus immutabilis, ad il-lud inuenit *Noë gratiā. Comperiit* (inquit) *gratiam Dei esse mundi, terram, aquam, aërem, ignem, solem, stellas, cœlum, ani-mantes, stirpesque, horum autem nihil Deum sibi largitum, cum hi non egeat, sed mundum mundo & partes eius in usum mutuum, atque etiam ut vniuersitati mun-danæ, idque non ut recipiat gratiam, quamuis benignissimus & in totum, & in partes, sed respectu sempiternæ suæ bonita-tis, quod arbitraretur sua beata felicique natura dignum beneficentia. Itaque si quis me roget quænam sit causa mundi creatio-nis, respondebo non quod est bonitas, quâ usus summam gratiarum [illegible].* Eadem ge-

neraliter de omni creatura pronuntiat 2. allegoria tractans eundem locum. Hoc ipsum rursus ex Platone confirmat Plotin. Enn. 6. l. 7. c. 42. *Recte,* inquit, *scribitur à Platone circa omnium Regem omnia sunt, illius gratia omnia, ipse causa est pulchrorum omnium. Continentia dicit, omnia intelligit omnia.* Hæc ille, Deum finem statuens, rerum omnium productarum.

16 Nec alia videtur fuisse mens Pherecydis asserentis *non prius Iouem mundum fabricasse, quam in amorem sese transformasset;* amorem inquam sui ipsius, nam Deus qui obiecta bona amat proportionate ad ipsorum amabilitatem, amat primò & principaliter bonitatem suã, quippe super omnes alias bonitates eam quomodolibet participantes, eminentem, & ex eo suæ bonitatis amore fertur in eius communicationem liberalius faciendam per earum productionem. Hoc ergo est Deum in amorem transformari priusquam mundum, vel quiduis aliud producat, vt affirmabat Pherecydes. Similiter eodem sensu, vt notauit Ficinus 2. de immortalitate c. 7. dictum videtur à Zoroastre *omnia esse ex vno igne genita*, id est ex Diuino amore, quo Deus seipsum prosequitur. In eandem quoque sententiam exponitur apud Platonem in Cratylo illud Anaxagoræ, quod idem sit [illegible] & [illegible], eo enim loco dicitur causam eam esse propter quam aliquid fit, illum autem specialiter dictum, propter quod omnia fiant, nihil aliud esse quàm primam mentem, quæ de Anaxagoræ sententia, omnia propter seipsum illud, id est propter seipsam fecerit. Denique idem voluisse videtur Parmenides, asserens *primum omnium factum fuisse à Deo amorem*, vt ex eo refert Plato sub initium conuiuij, & Aristoteles 1. Metaphys. cap. 3. quod item ex Orpheo, Mercurio & Hesiodo refert, & in eum quem dixi sensum interpretatur Viues 1. de veritate Fidei cap. 11. Et sanè finis ille quem Deus vt pure causa efficiens intellectualis debet intendere, cùm debeat esse nobilissimus, & Deo intendenti proportionatus, non potest esse aliud quàm ipsius bonitas vt participanda, & communicanda: Hæc ergo est quam Deus intendit, atque adeò quæ finalizat in quacũque actione Dei transeunte, atque adeò in cuiuslibet creaturæ productione.

17 Monet autem Contarenus 3. primæ Philosophiæ circa medium, hac in parte lapsum esse Auicennam, qui tractans quomodo res à primo principio productæ fuerint, videtur non posse satis intelligere quomodo agẽs liberum, agendo non quærat bonum sibi ipsi; existimat enim omnem amorem significare quandam amantis indigentiam, cuius explendæ gratia amet: ex quo infertur Deum non habuisse pro fine suam bonitatem, vt communicandam, sed bonum & commodum suum. Et idem apertè sensit Epicurus & Lucretius; vt videre est apud Lactant. l. 7. cap. 3. & 5. propterque negabant hominem factum esse propter Deum tanquam propter finem, vel Deum in hominis gratiam fecisse aliquid. Eodem denique fundamento nititur argumentatio Euripidis apud Euseb. 14. præpar. cap. 6. contra prouidentiam & rerum à Deo dependentiam. Sed in prædicta ratione est manifestum vitium, non enim amor liber quærit bonũ amantis, imò amor quò syncerior est, eò expurgatior est ab affectu illo proprij commodi. Nec credendum id negasse Auicennã, nam authore D. Thom. 2. contra Gent. cap. 93. agnoscit liberalitatem Dei esse eminentissimam, eò quod Deus bene

bene faciat aliis, atque adeò non amet, siquidem amare est velle bonum alicui: sed non pertendens bonum proprium, vel commodum. Fortassis ergo voluit Auicenna Deum non agere propter perfectionem sibi aduenturam ex effectione creaturæ: Hoc enim sensu author Theologiæ Ægyptiorum lib. 5. cap. 1. initio habet hæc verba: *Agens primum, propter finem non agit, quod eo nobilius nihil sit propter quod possit agere.* Quæ ita sibi interpretatur Carpentarius num. 1. ut agere propter finem, sit eius tantùm qui in finis assecutione nouam perfectionem speret & expetat: quo supposito euidens sanè est, Deum qui est *αὐτάρκης* & *ἀνενδεής*, ut dixit Alcin. cap. 9. propter finem eo modo non agere. Si tamen propriè loqui velimus, actio propter finem abstrahit ab eiusmodi imperfectione agentis; atque ita ex hoc capite non repugnat omnia à Deo fieri propter ipsum ut finem.

18 Erit qui aliunde petat repugnantiam, nempe ex eo quòd inde sequi videatur Deum agendo habere finem, atque adeò dependere ab aliqua causa, sic enim Aug. q. 28. ex 83. docet *non esse quærendum cur Deus mundum facere voluerit, qui enim id quærit, causam quærit voluntatis Dei, quæ dari non potest, cùm omnis causa sit efficiens* (id est dans esse) *Deus autem nihil accipiat.* Sed rectè distinguit Dur. in 2. dist. 1. q. 6. num. 8. vel enim sensus est Deum agere propter finem qui sit causa finalis ipsius Dei agentis, & hoc est falsum, & ab Augustino suprà reiectum, nam Deus & Diuinus actus immanens, caret vera causa etiam finali, quamuis possit habere rationem obiectiuam & motiuam, ut contra Medinæ censuras fusiùs prosequitur Suar. tom. 1. 3. parte disp. 41. sect. 4. & l. 2. de prædestinatione c. 22. Vel sensus est, Deum agere propter finem, qui sit finalis causa actionis productæ & rei factæ per eam: & hoc verum est, sed nullam arguit dependentiam in Deo vel in actu Diuino immanente, quem S. Maximus apud Turrianum in decadem 8. Cyparissiotæ cap. 4. rectè monet hoc carere, estque per se euidens: tametsi Caiet. 1. p. q. 84. art. 4. latè reiectus à Valentia 1. p. disp. 3. quæst. 1. punct. 3. sub §. admittat operationem Dei formaliter ut operatio est, licèt sumatur ut est in ipso Deo, habere pro fine Diuinam bonitatem, sed malè, omnis enim operatio quæ in in Deo est, idem est quod Deus, ergo nequit finaliter causari.

19 Dixi (quæ in Deo est) quia præter actum Diuinum immanentem & incausabilem, admittimus aliam operationem Dei transeuntem quæ recipitur in creatura, estque aliquod ens creatum, ut rectè distinxit Durandus, malè à Carthusiano reiectus in 2. d. 1. q. 5. in §. & hæc est quam dicimus fieri à Deo finaliter, Diuina bonitate in actum illum influente per modum causæ finalis, & rationis volendi primæ & formalissimæ, iuxta illud D. Dionysij c. 4. de Diuinis nominibus: *Hoc vero audemus dicere quod ipse, qui est omnium causa propter excellentiam bonitatis, omnia amat, omnia perficit, omnia continet, omnia conuertit ad se, & est Diuinus amor bonus & boni propter bonum, &c. Diuinus amor velut circulus quidam sempiternus, propter bonum cum vniuerso iterante circumambulans, & in eodem secundùm idem & progrediens, & manens, & reuertens.* In quæ verba S. Maximus pulchrè ait, *amatorium Dei motum prius existentem in bono, simplicem, per se mobilem, per se operantem, prius prouidentia exteriori in creaturas progredientem rursus eodem redire.* Quæ & alia collegit Cyparissiota decade 5. c. 3.

c. 1. & dicitur cap. 1. habentque de eodem [illegible] Maximum [illegible] varijs c. 36. illustrans locus geminus ille quem attulimus ex c. 4. Diuinorum nominum, *Diuinus (inquit) est [illegible] extra se [illegible] ut [illegible]* [illegible] *in sanctis ipse*, etc. Et [illegible] Dei circulatorem motum, Iamblicus l. de mysterijs 5. 37. narrat expressum fuisse ab Ægyptiis Deum [illegible] [illegible] arbori [illegible], cum folia [illegible] illa Diuinum [illegible] assignabat, rotunditas autem circularem [illegible] motus [illegible] undique [illegible], ac eodem semper modo se habentis.

20 Itaque Deus habet propriè rationem finis in productione quarumcumque creaturarum: quod ita primum exponi potest, ut sensus sit, Deū producentem creaturas, intendere communicare seipsum: habet enim propensionem diffundendi bona sua, & sui partis [illegible] impendendi aliis pro eorum capacitate. Et ita D. Thomas 2. contra gent. c. 1[illegible]. Sed quia ea communicatio & participatio, nihil aliud est quàm productio ipsa creaturæ, quæ non potest unà cum Deo [illegible] integrare rationem totalem finis, propterea aliquid aliud addendum est. In omni siquidem fine, ut constat ex Physica, inueniuntur finis cui, vel finis qui, siue obiectiuus quæ omnia idem significantium finis quo, vel formalis, vel finis ut [illegible] siquidem omnia idem sunt.

Constat autem productionem creaturarum hoc loco habere rationem effectus ob finē productum, nec sic communicationis, cuius est finis, [illegible] contingit in [illegible] productione, non posse habere rationem causæ finalis. Itaque quamuis habeamus finem obiectiuum productionis illius & communicationis, nempe Deum, superest tamen assignandus finis formalis, siue finis ut adeptus. Hunc passim dicunt esse Dei gloriam & exaltationem, seu Dei per causata manifestationem, ut loquitur D. Thom. 2. contra gent. c. 18, ita ut Deus ut glorificandus, habeat rationem finis totalis & undecumque completi in productione creaturarum. Quod videntur etiam intendere DD. cum passim asserunt Deum ut communicandum, esse finem productionis creaturarum. Videntur enim id intelligere de Deo ut communicando cum gloria, atque adeò videntur communicationē gloriosam, & Dei manifestationem, assignare per finē formalē.

Vna statim oritur difficultas ex [illegible] dicta, quod gloria Dei sit aliquid creatum: nam gloria, ut constat ex Aristotele 1. Rhetor. c. 5. & ex August. l. 83. quæst. [illegible] nihil aliud est quàm clara apud alios cum laude notitia; manifestum autem est eiusmodi nostram de Deo notitiam, creatam esse, & à Deo distinctam; quomodo ergo potest Deus eam intendere, qui nullius extra se indiget? aut quomodo sic intendendo non faceret effectus suos ob finem creatum, quod præiudicaret rationi finis ultimi? Quò factū respexit D. Thom. q. 5. de poten. art. 15. ad 14. dicens: *Finem [illegible] non esse communicationem bonitatis, sed ipsam Diuinam bonitatem.*

Respondendum est Diuinam gloriam esse quidem aliquid creatum,

nihil

nihil tamen repugnare, quominus aliquid creatum, licet rationem finis [illegible] finem vlti- mum [illegible] cum Deus sit finis obiecti- uus totalis [illegible]. Nam & nos quoque habemus pro- [illegible] aliquid intra- [illegible], nempe Deum ipsum, & tamen [illegible] illum vltimum in- [illegible] coniungi nobis per finem [illegible], vt Ethnici quo- [illegible], docéque Iamblicus [illegible] libro de mysteriis ex libris Ægy- ptiorum [illegible], quem ait ex libris Mercurialibus id hausisse. Gloria ex- terna Diuina, seu manifestatio Diuina- rum perfectionum, & clara earum notitia, ex creaturarum productione, seu Dei ad eas communicatione re- sultans, est assecutio illa Dei, quæ à Deo in omnibus suis externis opera- tionibus intenditur, non quòd eâ Deus egeat, vel quòd eius commodis aliquid inde accrescat, ipse enim est sibi [illegible], & nullo modo [illegible], vt pulchrè dicit D. Ansel. [illegible] cur Deus homo c. 15. sed quod decen- tissimum & congruentissimum sit, tan- tas perfectiones manifestare creatu- ris intellectualibus, nulla Dei vtilita- te, sed ipsarum [illegible] creaturarum: *Quando enim Deum glorificamus nobis prodest non illi, [illegible] glorificamus gloriosum dicendo, non faciendo*, ait D. August. in Psal. [illegible] ad illud, *Hymnum Dei [illegible]*. Illa porrò decentia, vel di- gnitas Dei, vt sic manifestati, est ra- tio sub qua Deus est finis obiectiuus, sicut ratio sub qua sanitas est finis ob- iectiuus medicinæ, est bonitas eius, [illegible] quæ sic appetitur. Quare restat assignandus finis qui, seu assecutio Dei sic sumpti, quæ respectu Dei intenden- tis non potest dari in alio, quàm in illa quam dixi exaltatione & manife- statione Dei. Et hoc de causa Deum non [illegible] tantùm creaturas rationa- de- finitas, sed etiam ratione prædictas, vt ab iis laudaretur, pulchrè tradit Asclepiades apud Lactant. l. 7. c. 4.

21 Instabis gloriam externam Dei cùm sit aliquis effectus creatus, debe- re fieri propter Deum, qui est finis vltimus omnium creaturarum, quod tamen non videtur posse dici iuxta ea quæ præmisimus: non enim finis qui est propter finem obiectiuum, quia finis obiectiuus nequit finalizare sine fine qui ipsum integrante, atque adeò non debet ei contradistingui in ratione finis, quod tamen fieret, si finis qui fieret propter obiectiuum.

Respondendum est effectum illum creatū, qui est ipsamet assecutio Dei finis obiectiui, esse seipso propter Deum, ita vt sicut omnes causalita- tes seipsis pendent à causis quarum sunt causalitates, ita assecutio finis seipsa sit propter finem, quatenus eum quasi consummat in ratione finis, [illegible] aliis partialis ratio- ne sint propter Deum, [illegible] est aliquid maximè pertinens ad eu- dem finem obiectiuum. Finis ergo ille formalis non contradistinguitur obie- ctiuo spectato in ratione finis, quia non fit propter illum eo modo quo effectus illi creati qui nō sunt assecu- tio finis, nempe cum ordine ad finem vt assequendū. Quod declarari potest ducto exēplo ex hoc obiectiuo crea- to, & coniunctione eius cum hoc cui- nam verbi gratia vnio sanitatis cum persona sananda, non fit propter sani- tatem tanquam propter finem cōtra- distinctum, sicut fiunt media quæ di- riguntur ad assecutionem sanitatis: sed vnio illa simul cū sanitate integrat vnum totalem finem, vt latius tradit Vasq. 1.2. d. 15. n. 13. possitque cense- ri esse propter sanitatem, quatenus est id sine quo alia nō essent propter sani- tatem: non enim appeteremus sanitat.

nec ob eam assumerentur media, nisi consequenda esset personæ cui eam expetimus. Similiter ergo quia alia non fierent propter Deum nudè sumptum, & seclusa aliqua eius assecutione (id enim pugnat cum ratione agendi propter finem) sed fiunt propter Deum manifestandum, manifestatio Dei est aliquid maximè pertinens ad Deum vt finalizantem res creatas, & ex eius censeri potest esse propter Deum tanquam propter finem. Ex his porrò patet non bene Ferrariensem 3. contra gent. c. 18. negare manifestationem Diuinæ bonitatis pertinere ad rationem formalem sub qua Diuina bonitas habet quod sit finis: quamuis enim illa manifestatio non sit ratio formalis principaliter finalizans, sed id spectet ad Diuinam bonitatem, quæ est finis obiectiuus (quod verum voluit D. Thom. art. illo 14. suprà allegato) tamen admittendum est Diuinæ bonitatis manifestationem integrare & complere rationem formalem, sub qua Diuina bonitas finalizat effectus illos, qui propter Deum sic assequendum fiunt.

12 Secundo, Dici hanc Dei in omnia creata finalizationem non præiudicare finibus particularibus qui interdum subiunguntur huic fini. Deus enim tametsi omnia propter se faciat, interdum tamen ordinat quoque alia creata ad aliquos proximos fines. Sic apud Christianos ratum est, Deum fecisse vniuersum hoc propter hominem, vt pereleganter prosecutus est Athenagoras adductus num. 14. & Nemesius c. 1. de homine sub fin. Vnde illud Christianorum apud Origenem l. 4. contra Celsum ante medium. *Nobis omnia subiecta sunt, terra, aqua, aër, astra omnia propter nos creata vt nobis seruiant.* Quod tam male Celsum habuit vt indignè doceret vespertilionum, aut formicarum, aut ranarum, aut lumbricorum agmen, terrenos vermes (his enim floribus Christianos conspergit homo Epicureus,) ita loqui ac sentire de seipsis. Et grauiter etiam id arguit Philo altero libro de Somniis ad illud, *vidi aliud somnium.* At Origenes suprà & clarius post medium, & in fine libri, non admisit ad rectè intellectum verè dici. Quin etiam (quod postea quoque præstitit Lactantius de ira Dei c. 13.) adducit Stoicos iuxta quos Deus omnia propter hominem & rationalem naturam fecerit. Adducit etiam ex ipso Celso Euripidem Anaxagoræ auditorem, de cuius sententia sol, astra, & vniuersa mundi machinarum integrantia sunt propter hominem. Laudat eandem Euripidis sententiam Theodoretus 4. aduersus Græcos circa medium; quæ obiter referre placuit, tum quia è re nostra sunt, tum vt nuperum scriptorem de Semichristianorum classe, renouantem calumniam illam Celsi, nec libenter audientem cælos & astra esse propter hominem, hac hominis Ethnici sententia percellerem.

13 Itaque vult Deus aliqua esse propter aliquos fines, quamuis simul etiam verum sit, eum omnia propter se & bonitatem suam velle. Quod vt manifestum fiat, & pugnantes in speciem Doctorum sententiæ concilientur, aduertendum est cum Suare Relectione de libertate Dei disput. 1. sect. 1. num. 21. aliud esse loqui de prima & formalissima ratione volendi, aliud de proxima, quæ se habet ad priorem vt materiale ad formale. Agendo de priore ratione volendi, verissimum est omnia pendere à Deo, eiusque bonitate, vt à fine: Deus enim nihil intuetur vt per se amabile, præter suam bonitatem, & ideò eam in omnibus

tibus actibus suis intendit vniuersitatem [illegible] proprium finem vltimum suorum actuum exteriorum: quæ causa est cur dicitur omnia extra se posita vel-le vt media, vt declarat idem autor [illegible] num. 15. At agendo de [illegible] rationem volendi, Deus ple-[illegible] runque vnam naturam ordinat pro-[illegible] tunc ad aliā vt ad finem proximum, semper tamen sub respectu ad Diui-nam bonitatem, cui fines hi proximi subalternantur vt materialia obiecta rationi formali, vel vt loquitur Dur. in 2. d. 1. q. 6. num. 12. habent se vt finis sub fine, nec enim alia ita à Deo ordinantur nisi propter Diuinam bo-nitatem. Et idcirco quamuis ratio il-la volendi proxima respectu naturæ ad ipsam ordinatæ habeat rationem finis, tamen respectu Diuinæ boni-tatis semper habet rationem medij. Nec verò mirum est quòd eadem bo-nitas quæ non est pura vtilitas, sit me-dium respectu vnius, & finis respe-ctu alterius.

ARTICVLVS II.

De dependentia effectiua entis ab alio.

24 NVNC agamus de dependen-tia effectiua, non enim quod aliqui apud Iamellum in propositio-nem 16. de causis perperam affingunt Aristoteli, res creatæ pendent à Deo finaliter tantùm, sed etiam efficien-ter, vt constat ex connexione efficien-tis & finis, de qua Physici. S. Cyril-lus 2. in Iulianum ad textum 4. Iulia-ni, dicere videtur, incomprehensibile esse quomodo res creatæ dependeant à Deo efficienter. Hæc enim sunt il-lius verba. *Ineffabili & infinibili virtute ad [illegible] producit; quomodo verò [illegible] est; est autem dico & ineffabile [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in tan-tum materie [illegible], [illegible] ab spe-rabili summe substantie, & quoniam sit [illegible] ad quælibet facienda, quomodo ab ipsa [illegible].*
Hæc S. Cyrillus respondens Iuliano, Mosem falsò criminanti, quasi Deum non rerum factorem, sed materiæ tantùm inuisibilis & vacuæ, expoli-torem & exornatorem fecisset. Non debet tamen hic effectuum à Deo ex-ortus in genere causæ efficientis, vi-deri obscurior exortu effectuum cæ-terorum à suis causis effectricibus, imò eo faciliùs quomodo Deus cæte-ra omnia efficiat concipi posse vide-tur, quod longè efficacior est vis acti-ua Dei, quàm vires limitatæ creatu-rarum. Quod autem Deus plerosque effectus producat absque materia, nec officinam quærat, vt pulchrè con-tra Philosophos disputat S. Bernardus 5. de consid. c. 6. est quidem singula-re Deo, si tamen naturam & vsum agentium imperfectorum, ac præiu-dicium inde conceptum abijcere vo-lumus cùm de Deo agitur, non ita ægrè concipiemus, & quantum [illegible] go illa in qua agimus patitur, inspi-ciemus, ab infinita virtute effectrice suppleri defectum materialis causæ alio genere influxum. His præmissis, quod huius loci est stabiliamus ratio-ne, & Sapientum ex naturæ lumine philosophantium consensu.

ASSERTIO.

Ens ab alio, in genere causæ effi-cientis ab ente à se actu & imme-diatè concurrente pendere, naturalis ratio conuincit, & Philosophi agno-uerunt.

25. Primo, Dixi naturali ratione evinci quod ens ab alio pendeat effective in entitate sua, alto & immediate concurrente; Et quidem D. Thomas solet in hanc rem uti ea ratione, quam ut ipse in librum de causis lectione 3. testatur, Platonici quoque adhibuerunt, & Aristoteles 2. Metaph. text. 4. Nempe quod, illud quod est tale per participationem & imperfecte, fiat tale per illud quod habet totam plenitudinem in illo vel in eo genere. Sed ea ratio [illegible] evinci effectionem omnium effectuum a Deo, saltem immediatam: sicut in exemplo quo utitur D. Thomas, quicquid est calidum non semper ab igne calet, saltem immediate, sed potest calere per id quod aliud iam ante calefactum ab igne. Parum quoque mihi probatur ratio quam adducit Valentia 1. p. d. 3. q. 1. puncto 1. & censet plane evidentem scilicet quod res sit a Deo etiam immediate, hoc ipso quod existit Deo intelligente & volente eam existere: hoc enim putat esse rem a Deo esse, cum dicat ordinem ad Deum, quamvis non possit esse de rei quidditate, putat tamen esse proprietatem quae necessario quidditatem sequatur. Sed fundamentum rationis huius infirmum est, cum supponat Deum carere potentia exequente ab intellectu & voluntate per rationem distincta. Deinde qui negaret Deum omnia facere, concederet Deo tantum intellectionem speculativam, non practicam illam, quae est causa rerum.

26. Nitor ergo rationibus a posteriori, in Physica contra Durandum allatis, & supra obiter tactis q. 1. Nitor item supra exposita finitati & limitationi creaturae, quae postulat immediatam dependentiam ab eo quod est ens infinitum: quam habitudinem ad tale ens iam supra dixi esse essentialem creaturae, licet non soleat exprimi in definitionibus, ut nec caetera superiora praedicata certum inferiorum, praesertim universalissima: illa enim habitudo est eadem cum ratione entis finiti sive ab alio, quae non potest non esse essentialis, cum iam [illegible] imbibatur in quacumque talis entis ratione, et sit omnino impraescindibilis.

Porro argumentis contra Durandi sententiam supra tactis, & aliis plenius expensis, ita evincitur Deum immediate concurrere ad entis cuiusuis creati effectionem, ut tamen non excludantur causae particulares. Imo per illas utpote proximiores, Deus interdum dicitur non operari immediate; non quod eius influxus non pertingat immediate ad effectum, eumque seipso (ut sic dicam) contingat & intime afficiat; sed quod idemmet Dei influxus, prodeat quoque ab alia causa minus universali & restricta ad certum effectum, cum Dei vis & efficientia pertingat ad omnes; solemus enim frequenter tribuere principio minus universali et immediate causae; quod praesertim fieri potest in nostro casu, in quo actionis determinatio quoad speciem, pendet a principio proximo & particulari. Atque ita Ferrariensis 3. contra gent. c. 70. & Vasq. 1. p. quaest. 22. artic. 3. intelligunt S. Thomam asserentem, Deum non semper agere immediate immediatione suppositi: neque enim negat D. Thom. Deum suppositum effectibus quibuscunque creaturis coexistere, cum sit interminatum localiter ac immensum. Tantum ergo vult causas secundas esse propinquiores effectui, & Dei concursum esse latius patere, nec profundi a Deo in hac vel illa specie, nisi quia se accommodat

commodat ad [illegible] creaturæ, quæ [illegible] quod talis natura est, [illegible] [illegible] concursum postulat [illegible] [illegible] Deus æquè [illegible] quàm aliam [illegible] possit conferre.

27 Itaque agere immediatè immediatione suppositi ad sensum prædicationis [illegible] Caiet. & Sylvester 1. p. q. [illegible] art. [illegible] concurrente ad effectum [illegible] rei producendæ, cuius effectum [illegible] non intendimus [illegible] tribuere de facto enti à se respectu [illegible] effectus, siue entis ab alio, [illegible] illi tantùm qua tamen adsit causa [illegible] alia, ipse tamen Deus non per eam [illegible] instituat, producendo solidantatem [illegible] & conseruando illam causam quæ [illegible] per semetipsam ad effectum [illegible] sufficiat, sed ex seipso quoque profundat concursum productioni effectus accommodatum.

28 At verò immediata dependentia, quæ concursus subordinati agentis [illegible] excludat, possit de potentia absoluta tribui enti à se respectu [illegible] entis ab alio, non est [illegible] controuersiæ. Breuiter tamen [illegible] D. Thomas 1. p. quæst. 105. art. 2. affirmans illud *quidquid Deus facit cum causa secunda posset facere se solo*, existimet esse ita [illegible] ut non possit negari sine [illegible], & Ockamus quodlibeto 6. q. 6. [illegible] illud *[illegible] fundatum in 1. Symboli articulo* [illegible] tamen quod plerisque effectus contrarium valide suadere: potest enim contingere ut aliquid postulet essentialiter fieri à causa secunda, ut plerique censent de actibus vitalibus, ac nominatim [illegible] dubitatione 1. ad illum artic. 2. qui generale dictum D. Thomæ in contrarium, non aliter soluit quàm silendo. Idem manifestũ est de [illegible] numericis actionibus essentialiter si quidem respiciunt certa quædam agentia à quibus per eas tanquam per vias manant effectus. Ac denique si [illegible] effectum extra genus causæ effectricis prætendantur, impossibile est Deum se solo producere eosdem absque modificans.

Nisi tamen adsit contradictio, [illegible] cum habet illud D. Thomæ dictum, ac propterea reijciendus est Abulensis in cap. 3. [illegible] quæst. 90. negans Deum posse seipso producere motum aut rem successiuam: quod magnæ puerilitatis damnat Maior in cap. 4. Matth. quæst. 3. Nam non apparet in tali productione vel umbra contradictionis, posito quòd actio Dei de qua agimus sit transiens & à Deo distincta, ut nobis certum est, licet Abulensis contrarium affirmet. Neque verò Abulensi fauet autor Theologiæ Ægypt. in cap. 13. cùm negat Deum operari in tempore: illud enim vniuersale dictum quo caput concludit, restringendum est ad subiectam materiam id est ad productionem Intelligentiarum, de qua peculiariter disputat, quamque constat non esse temporaneam sine successiuam.

29 Cæterùm dependentiam hanc effectiuam entis creati ab ente à se, Commentur propè initio 1. primæ Philosophiæ ostendit esse longè perfectiorem, quàm sit dependentia effectuum ab efficientibus creatis: eò quòd effectus à causis efficientibus naturalibus non pendeat secundum se totum, sed præsupposita materia à qua etiam concausatur id quod efficitur, ita ut non sit pura dependentia effectiua, sed iuncta materialiter: item ut plurimum dependentia effectiua creata, non est nisi in momento generationis, Diuina autem rem perpetuò afficiatur.

Secundo, Diui Philosophi agnouisse

[illegible] immobilitatis dependentiam cuius ab alio, ab esse à se in genere causæ efficientis. *Quòd potentissimum Dei nutibus* (inquit S. Cyrillus 2. contra Iulianum ad text. 4.) *omnis creatura condita sit, absque difficultate dici poterit, etiam ex his quæ scripserunt superstitionum Doctores; visum enim erat omnibus & superioribus, & deteriorum simul ab ipso omnia condita esse, mentalia & sensibilia, visibilia & invisibilia.* Hæc ille, quibus consonat Arist. 12. Metaph. cap. 8. text. 50. *Est* (inquit) *ab antiquis & vetustissimis fabula modo traditum, posteris relictum, & Dii esse, & totam naturam Diuinum continere*, &c. quibus verbis tum ad alios antiquos alludit Aristoteles, tum nominatim ad Orpheum, qui vt refert Vicomercatus in textum 48. eiusdẽ libri dixerat virtutes Diuinas esse in rebus diffusas, Deumque ipsum in rebus diffusum, esse illud quod eas format; Orpheum enim fuisse antiquissimum Theologum ostendi in prologo num. 66. & apparet ex S. Cyrillo 1. in Iulianum aliqua eius de Verbo Dei carmina referente ac laudante, & ex Theodoreto 4. contra Græcos circa finem, qui ait eum tradidisse Græcis mysteria Ægyptiorum. Omnino insignes in hanc sententiam Orphei versus refert Aristobulus apud Euseb. 13. præpar. c. 7. & commendantur etiam libro de mundo ad Alexandrum sub finem. Pythagoram præterea & Socratem ac Aratum in eandem sententiam laudat idem Aristobulus.

30 Inter eosdem antiquos quos Arist. supra in hanc veritatem consensisse refert, numerandus est Trismegistus, de quo ita Lactant. cap. 11. de ira Dei. *Deum esse rerum originem testatur Hermes, quem Cicero ait in numero Deorum apud Ægyptios haberi, eum scilicet qui ob virtutem multarumque artium scientiam Trismegistus nominatus est, & erat non modo Platone, verum etiam Pythagora septemque illis sapientibus longè antiquior.* Hæc Lactantius de Hermete, quem etiam S. Cyrillus l. 1. in Iulianum circa finem, & l. 2. ad tex. 4. tractatu de rerum à Deo productione, consensisse Moysi. Eius sanè est illud in Pimandro. *In Deo, & à Deo omnia.* Et ad finem eiusdem libri, *nisi fueris omnia Deus, aut superbus est, aut potius imbecillis, ac utrumque nefarium.* Et in Asclepio versus finem: *sine Deo nec fuit aliquid, nec est, nec erit, omnia enim ab eo, & in ipso, & per ipsum.* Rursus eiusdem Hermetis autoritate hanc veritatem confirmat Lactantius l. 2. c. 9. additis Sibyllis & omnium Sectarum sapientibus, ac nominatim primis illis vsque ad Platonem, ad quem (dimissis antiquis memoratis ab Eugubino 2. perennis Philosophiæ cap. 1. in fin. & l. 8. præsertim cap. 9.) veniendum est, nam & eum Mercurio Trismegisto multũ assensisse scribit Tertullianus cap. 2. de anima.

31 Illustris ergo ex Platone locus est, quem laudant Clemens Rom. 8. recog. Clem. Alex. 5. Strom. cap. 6. Æneas Gazæus post med. Theophr. & S. Cyrillus 1. in Iulianũ circa medium. *Est igitur* (inquit Plato initio 2. partis Timæi) *iuxta meam sententiam, diuidendum primùm quid illud quod semper est, natiuitatem verò non habens, & quid illud quod fit non autem semper fuit; atque illud quidem cogitatione & sermone comprehensibile est, semper & per se existens; hoc autem opinione cum sensu irrationali opinatum, & fit quidem ac perit, non autem est semper.* Ita Plato, quem sic interpretatur S. Cyrillus. *Quod est semper, & nunquam habet natiuitatem, hoc est nunquam cœpit esse, nominat supremam naturam, intelligens quam vt fieri possit: sic enim dicendo & existimando Deus ad ve-*

ritatem

[illegible] dixit in Moysen (inquit) Ego sum qui sum, quod autem Si inquit [illegible] qui sum, quod [illegible] productum vt esset, [illegible] immutabili natura, [illegible] confabili & incomparabili natura, [illegible] Deus suo artificio operatus est. Hæc [illegible] S. Cyrillus, ad probandum, vt ait, non ex solis nostris scripturis, sed etiam ex Ethnicis, omnia à Deo produci.

Male habuit hic Platonis locus aliquos improducibilitatis mundi assertores, qui proinde conati sunt locum [illegible] perspicuum obscurare, quos breuiter conuincere possumus, adductis Philoponi verbis lib. quòd mundus sit incorruptibilis, sub initium. *Quidam (inquit) sophisticè interpretantur, apud Platonem genitum dici mundum, non quo habuerit generationis principium, sed quia [illegible] factus est, non aliter quàm dictum est [illegible] partes [illegible] : quandoquidem partes eius generari & mutari videmus. Melior tamen & verior est prior sententia, non solùm quia [illegible] hoc libro patrem & conditorem & opificem illum Deum factorem ait, mundum verò hunc opus eius & progeniem, [illegible] exemplaris intelligibilis [illegible] sensibilem, quidquid in illo intelligitur in se continentem, perfectè expressum ut sensu percipiatur, sicut illud perfectione intelligitur: verum etiam quia hoc de Platone testatur Aristoteles, quem [illegible] Philosophum, & quia fide dignum creditur testimonium amici de amico, præsertim eius qui non fastidiuit doctrinam, sed superare conatus [illegible] commentis, [illegible] per singulas partes Philosophiæ. Huius autem Platonici dogmatis parentem, quidam Hesiodum [illegible].*

Illustria quoque in eandem sententiam ex Platone referuntur ab Eusebio 11. præpar. cap. 15. alia item ex eodem Platone annotauit Philoponus ad 6. Procli præsertim cap. 18. vbi refert illud ex epistola ad Dionysium, *In primum Rege, omnia sunt posita, atque illius gratia fiunt omnia, atque is autor est omnium, quæ cum pulchritudine & honestate coniuncta sunt.* Et illud ex 4. de legibus. *Deus vt veteri sermone perhibetur, prima & extrema & media rerum omnium continens [illegible] perficit, secundùm naturam progrediens.* Vbi veterem sermonem (inquit Philoponus) *appellat, vel ipsius Orphei dicentis.*

Constabat primus, stabitque nouissimus [illegible]
Iuppiter, hic caput, hic medium, ab
Ioue cuncta creata,

Vel communem omnium hominum de Deo in mentibus [illegible] ut de eo qui Rex omnium sit autor & parens. Videndus denique pro omnium rerum à Deo effectione astruenda Plato ipse in sophista sub finem, & in Philebo ante medium.

32 Ex Aristotele illustris locus habetur 2. Metaph. t. 4. vbi ait, *Quod est maximè ens & maximè verum (cuiusmodi sine dubio est Deus) esse causam omnis entis.* Item 12. Metaph. c. 7. tex. 38. ait *Deum esse essentiam immobilem, ex quo principio tum cælum, tum natura dependent.* Carthusianus l. 2. de lumine Christianæ Theoriæ alia cap. 17. Aristotelis loca ad hoc adducit, ac inter cætera vnum ex quadam eius epistola de primo principio in qua refertur asserere, *quòd nisi indeficiens primi entis communicabilitas quæ semper in actu est, esse à se diffunderet & conseruaret, omnia in nihilum verterentur.* Pulchrum & illud quod idem refert ex 2. cœli tex. 100. *ab hoc esse omnibus deriuatum est & esse & viuere.* Alia ex Aristotele ac etiam ex Platone collegit Fernelius 1. de abditis cap. 9. & 10. alia insuper ex Aristotele accumulant Palacius in 2. d. 3. disp. 1. Capreol. in 1. d. 3. q. 1. in examine obiectionum Aureoli contra tertiam S. Thomæ rationem,

nem, Caiet. tomo 3. opuscul. tractatu 2. in quæstione [illegible]. Opinio Picus l. de prouidentia parte 1. cap. 3. Scaliger exercitatione 2. & exercitatione 61. num. 3. Eugubinus lib. 4. perennis Philosophiæ, Toletus ad lib. 8. Physicorum q. 6. Maior in 2. d. 1. q. 6. Bolanus lib. 3. contra Auerroistas conclus. 3. Sed rationibus sequentia lib. 4. quæ pro contraria sententia Philosophi allegantur, opponunt Capreolus in 1. d. 1. q. 1. & Scotistæ 24. Metaphysicæ cap. 18.

Quæ autem eodem opponit quidam recentior d. 1. Metaph. §. 1. tantum enim non [illegible] iuxta Aristotelem esse æternum, non probent tamen non fuisse effectum, quod ille idem autor recte [illegible] negans libro de mūdo ad Alexand. nam eo libro cap. 7. sunt ita habetur. *Vetus sermo est, & maioribus [illegible] omnes homines, omnia [illegible] Dei, [illegible] Deum constituta fuisse, atque [illegible], nullamque naturam [illegible] esse posse ad salutem, quæ extra Dei præsidium sua ipsa [illegible].* Et paulo post. *[illegible] quæ rerum natura complectitur [illegible] est Deus, [illegible] quæcumque in hoc mundo [illegible] perficiuntur, eorum omnium genitor est.* Hæc ibi vel Aristoteles (ut etiam Philoponus ad 4. Procli cum locum in hanc rem adducens agnoscit) vel quisquis alius illius libri autor.

11 Magistris consentire discipulis. Ex Peripateticis, quia res hæc apud eos est [illegible], sufficit allegare in ea familia nobilissimum, Theophrastum [illegible] cap. 1. suæ Metaphysicæ ubi ait *Diuinum omnium principium existere, per quod & sunt & permanent vniuersa.* Consentiunt ex Platonicis innumeri, quos ut stringam. Ex Proclo prolixe D. Thom. lectione 1. in lib. de causis lit. B, apud cuius libelli super Procli [illegible], præclara in hanc rem inuenimus propositione 1. & 18. & 42. Sed illustrissimè auctor Theologiæ Ægyptiorum l. 3. cap. 8. *Agentia (inquit) omnia quæ primo inferiora sunt, illo indigent, [illegible] aliorum singulis aliquam desiderant; ideoque omnia inferiora imperfecta, eorumque aliqua imperfecta, atque eadem ratione omnia quæ perfectionem aliquam possunt suscipere, a primo agente eam recipiunt.* Et l. 3. cap. 3. *Ab eo [illegible], actiones omnes manant, cuiusque actio omnis perstat in actum extrinsecum.* Item lib. 1. cap. 8. *Corporum & spirituum creatorum omnium, principium [illegible], utriusque mundi opificem statuit Deum*, & lib. 7. cap. 4. *ab agente principe omnia perficiuntur, ipsum vero a nemine originem habet, causa denique omnis est.* Hoc autem primum agens quodnam sit exponit l. 10. cap. 14. *Primum agens (inquit) Deus est qui vere efficit, si quidem effectum præcedit, cum ipse sit vera essentia, nec fieri ullo modo potest, ut sine hoc quicquam præueniat.* Hæc ille, quibus non præiudicant quæ habet lib. 12. cap. 17. ubi negat Deum esse causam rerum; ut enim ibidem admonet, Deum esse earum principium & effectorem, sed non vult dici causam; quia existimat inter causam & causatum proportionem aliquam intercedere debere, ratione cuius inuicem se afficiant & immutent: quo supposito recte negat Deum esse causam. Quod item aliquando significat Deum non efficere hæc inferiora immediatè, non excludit Diuinum influxum in rei cuiuscumque effectionem, sed designat consortium causarum proximarum cum Deo concurrentium, ut habetur ex lib. 10. cap. 4. & l. 7. item cap. 4. quo eodem modo expositurum Plotinum de illo mediato Dei influxu subinde loquen-

tem

tem, Ennead. 5. l. 5. cap. 1. cùm tamen aliunqui explicatissime veritatem hanc tradat innumeris locis, ac nominatim Ennead. 6. l. 8. cap. 18. vbi pulchra similitudine id exponit perlegantí similitudine ad circulum centri, à quo lineæ omnes ad circulum ductæ pendent. Item cap. 14. & 15. eiusdẽ libri asserit nihil præter Deum sibi sufficere ad esse: & Enneade 5. l. 5. capit. 5. affirmat à *Deo unitatis omnia profluere, & quidem ab ipsomet, non ab aliis secundum ipsum*, nempe exclusio Deo cooperante & coefficiente. Et adhibito exemplo vnitatis quæ omnes numeros efficit immutata, subdit: *Et in numeris quidem primo ea vnitatis permanentem producit in tempore, hic autem ipsius omnis vestigium, essentiam rebus instituit, adeò vt ipsum esse vestigium sit vnius: vnde hoc ipsum dicas ad esse esse, quæ quidem denominatio est declarans vnius id est essentiam, si quis dicat denominari ab ipso id est vnum, a veritate forsan non aberrabit.* Hæc & alia vide ibi. Nomine autem vnius eo loco designari Deum, notius est quàm vt monendum sit.

34 Ex his vt hoc obiter moneam, dilui nullo negotio potest argumentatio Auicennæ & Algazelis l. 1. Philosophiæ tractat. 2. assert. 10. quam pluribus infringunt S. Thom. opusc. 15. cap. 10. & Contarenus initio 6. primæ Philosophiæ. Negauit enim Auicenna omnia pendere immediatè à primo ente, quoniam ab vno non est nisi vnum: at vides ex dictis posse ab vno proficisci multitudinem, sine præiudicio vnitatis principiantis. eam Plotinus contra eandem sententiam disputat, Aristoteli & Peripateticis eam falsò attribuens Guliel. Parisiensis l. 1. de vniuerso cap. 26. & 27. & l. 2. eiusdem operis cap. 9. Nubium sententiam ponentium Arabum, & vt vult etiam Picus libr. de prouidentia p. 2. cap. 15. quosdam Platonicorum, (quam etiam suspicatur Arctium præcipitasse,) Peripateticis communem putauit: quod item non bene factum à Bernardino Donato circa initium libelli de differentia Platonicæ & Aristotelicæ Philosophiæ, rursusque § 12.

Tandem Numenius & ipse Platonicus, apud Eusebium 11. Præparat. cap. 10. confert Deum, tum Soli, cuius benefico influxu inferiora accipiant esse, tum agricolæ seminanti esse, seu vitam, per omnia inferiora. Quæ posterior comparatio eleganter traditur cap. 14. Pimandri, laudatúrque locus ille à Cyrillo 2. in Iulianum ad text. 5. ex lib. Hermetis, de natura vniuersi ad Asclepium, vt alium appareat fuisse olim libelli illius titulum, quàm nunc præfert.

35 Nec verò intra Lycæum & Academiam se continuit hæc veritas: ad Stoã quoque permanauit. Sanè Philo lib. quòd mundus sit incorruptibilis ex Boëtho, Stoicorum vt ait valentissimo, asserit *Deum omnibus mundi partibus assistere cooperando*. Idem de aliis Stoicis testatur Seneca epist. 65. Idem denique videri possit fuisse omnium sensus: nam vt scribit Aristeas in historia de Septuaginta Interpret. *omnes homines tametsi vario nomine eum vocent, tamen sensu Deum vocant Ζῆνα, qua voce significant eum esse per quem omnia vivificantur, & fiunt.* Quod confirmat pulchrè Aristides tomo 1. orat. 1. sub finem. Sed & Philoponus ad 6. Procli cap. 18. negat fieri posse, vt quisquam sit vel minimũ sanæ mentis possidens, qui nihil seuerius communem de Deo notionem, in problematis loco ponat, vtrum res singulæ Deo autore constiterint, an verò ipsæ se fecerint. Mentis verò impotes aliquos, qui hoc secundum affirmas-

sent, ait Diu. Chrysostomus orat. 12. ne tantum quidem Deo concessisse, quantum pueri rotis, quas cùm prius ipsi mouerint, deinde sinunt à semetipsis currere.

36 Et hæc ad Philosophorum in hac veritate consensum ostendendum videntur satis. Obseruandum tamen est quædam ex testimoniis adductis de vniuersi rerum productione à Deo fidem facere, non itē de singulis creaturis, quod parū refert: quia si quod nobilius est, eguit Deo opifice, multò magis idem postulauerint quæ minutiora & imperfectiora sunt; cùm tota ratio cur vniuersum talem causam exegerit, sit ratio entis ab alio, quæ æque viget in singulis entibus particularibus. Præterquā quòd plerique ex antiquis illis, quorum testimonia adduximus, nomine vniuersi etiam singulas creaturas mundum integrantes complectuntur; & cùm mundum censuerint æternum, quod de vna creatura particulari generabili à Deo factum asserunt, de omnibus quoque sibi per totam æternitatem succedentibus dixisse censendi sunt, quia cùm nullum fuerit productionis æternæ initium intra ipsos, nec vlla item vnica creatura generabilis æternùm perstiterit, cæteroquin tantùm Deo æternam illarum effectionem tribuere potuerunt, quatenus eum ad singulas perpetuò sibi succedentes, concurrere crediderunt. Obseruabis prætereà in dictis testimoniis quàm falsò Holcot quæst. 11. determinationū art. 4. dixerit, Philosophos non cognouisse Deum cooperari creaturæ in omni eius actione; hoc enim est excludere omnium entis creati dependentiam effectiuam ab ente à se, quàm Philosophorum testimonio euicimus.

37 Tandem ab iis Philosophis quos retulimus non dissenserunt plerique ex aliis, qui rerum effectionem naturæ tribuerunt vt causæ primæ, quod apud illos ipsos quos adduximus interdum legitur. Nomine enim naturæ Deum intellexerunt Philosophi, si excipias paucos Atheos, & in iis Plinium 2. historiæ cap. 1. omnia in naturam referentes excluso Deo, quos potenter debellat Plato 10. de legibus, & Nicetas apud Clementem 8. Recognitionum post med. ita concludens longam de Deo disputationē, *Deus ergo est qui fecit omnia, & ipse à nemine factus est, qui autem naturam pro Deo nominant, & per naturam facta esse cuncta testantur, latet eos appellationis sua error. Si enim naturam irrationabilem putant, stultissimum est rationabilem facturam ab irrationabili factore progredi. Si verò ratio est per quam facta constat esse vniuersa, superfluo nomen immutant, vbi de conditoris ratione profitentur.* Hæc ibi, adhibet hoc ipsum argumentum, & Senecæ auctoritate confirmat Lactantius 2. Institut. cap. 9. & lib. 3. cap. 28. pauca ex priore loco adscribo, & finio *Natura (inquit) quā dicunt (ethnici) orta esse omnia, si consilium non habet, efficere nihil potest. Si autem generandi & faciendi potens est, habet ergo consilium, & propterea Deus sit necesse est, nec alio nomine appellari potest ea vis, in qua inest & prouidentia excogitandi, & solertia peritiaque faciendi. Melius igitur Seneca omnium Stoicorum acutissimus, qui vidit nihil aliud esse naturā quàm Deum; Ergo Deum (inquit) non laudabimus cui naturalis est virtus? nec enim illam didicit ex vllo. Imo laudabimus, quamuis enim naturalis illa sit, sibi illam dedit, quoniam Deus ipse natura est. Cùm igitur ortum rerum tribuis naturæ, ac detrahis Deo, in eodem luto hæsitas, verboque falleris. Genitus à quo enim fieri mundum negas, ab eodem planè fieri naturæ nomine confiteris.* Eandem

fere

scis sententiam cum ea quam ex Seneca adduxit Lactantius, legere licet 4. de benef. c. 7. & 8. Agapius vir plane impius, qui nomine naturæ conditricis rerum, intelligebat primum principium malum, vt est apud Photium cod. 179. alibi est impugnatus.

ARTICVLVS III.

De dependentia ideali entis ab alio.

38 IDea est complementum causæ efficientis artificiosæ, & eo nomine cõputatur inter causas, vt plenius Physici disputant. Quia ergo Deus est summus artifex omnium entiũ ab alio, quippe eorum causa efficiens intellectualis, ac proinde non naturaliter sed per artem operans; propterea de dependentia ideali entis ab alio aliquid hoc loco addendum est. Sed ne versemur in ambiguo, prætermisso præter ideam extrinsecam, siue exemplar externum, quod, philosophicè loquendo, nomen ideæ non meretur, nec interuenit in omni operatione artificiosa, multò minùs in Diuina, (vt postea dicam,) assignari insuper posse ideam quandam remotam, quam alij vocant rationem prototypam, itémque ideam proximam duplicem: videlicet primariam & secundariam. Vt cùm quis conspecta insigni aliqua basilica, efformat sibi in mente exemplar quod sit structuræ illius quasi compendium, cùmque tamen remotè referat, & exprimat ex parte. In eo casu basilica primùm conspecta habet rationem ideæ remotæ, estque aptius exemplum, si non conueniret cum effectu nisi æquiuocè; opus ipsum præconceptum habet rationem ideæ proximæ primariæ; dictamina practica de sic vel sic operando, vt exprimatur opus quod mente præconceptum est, perueniatúrque ad repræsentationem ideæ remotæ cum ea interueniunt, habent rationem ideæ proximæ secundariæ. Quæ omnia cùm in Physicis de causa ideali sermo esset, vsui autorum congruere ostendimus. Nunc quomodo in nostro casu se habeant, est inquirendum.

ASSERTIO.

Idea remota, siue ratio prototypa à qua dependet ens ab alio, est essentia Diuina, quatenus inadæquatè repræsentabilis per creaturas eminenter in ea contentas. Proxima primaria, est conceptus obiectiuus ipsiusmet entis ab alio, Diuinam potentiam exequentem, interuenientibus scientiæ practicæ dictaminibus tanquam secundarijs ideis proximis, ad operandum ex eius imitatione, determinans.

39 PRIMÒ, Dixi Diuinam essentiam esse ideam remotam cuiuscunque entis ab alio, quamuis enim huiusmodi idea remota non interueniat in omni operatione artificiosa, nec sit ad eam necessaria, quandoquidem artifex non determinatur proximè ab ea; tamen plerumque interuenit, & in Deo qui summus artifex est, semper reperitur, respectu omnium habentium ad eum rationem artefacti, id est respectu cuiuslibet entis creati, etiam singularis, & mutili, & accidentarij, & nunquam exituri, sed tamen existere apti. Quorum omnium, aliqui de nomine potius quàm de re litigantes, negauerunt esse in Deo ideas, cùm tamen omnium illorum nõ modò proxima idea, sine qua nihil

artificiosè fit, sed remota quoque, Deo inest. Omnia siquidem producit quatenus eminenter continet creaturas, estque abyssus perfectionum, quarum illæ in singulas creaturas dispergantur, tanquam in participationes plenitudinis illius. Quod si quæcunque nobiliora, sunt ideæ minus nobilium, (iuxta Clementem Philosophum à Sancto Dionysio adductum c. 5. Diuinorum nominum,) nempe remotæ, quatenus deteriora ad diminutam nobiliorum imitationem exprimi possunt, & saltem in actu exercito, ac virtualiter ita exprimuntur,) multò magis necesse erit talem ideæ remotæ rationem, respectu totius entis ab alio, in Diuina essentia agnoscere, quæ & omnibus creaturis longè antecellit, & eas habet tanquam suarum perfectionum vestigia, vt loquitur Plotinus am. 2. adductus, & Enneade 6. l. 7. c. 15. passim quoque eum loquendi modum vsurpantibus Scholasticis in 1. d. 3. tametsi quod pulchrè notauit Sotus 1. de natura & grat. c. 5. ex D. Thom. 1. p. q. 45. ar. 6. cùm homo ad creaturas inferiores confertur, meritò appellatio vestigij Diuini in hominem non cadat, sed potius dicatur imago Dei, eo quòd Dei faciem & vultum, id est rationem & libertatem repræsentet, non autem dominetur quasi pedem, hoc est nudam potentiam exequentem sine essentiam, quatenus alijs perfectionibus intellectione & libertate inferioribus, correspondet; vt inferiores illæ creaturæ faciunt, quæ propterea vestigia tantùm Dei dicuntur, exclusa ratione imaginis.

40 Facit huc perelegans Ammonij ratiocinatio sub finem commentarij ad proœmium Porphyrij. Cùm enim distinxisset sigillum annuli, & formam ei insitam, ab ea quæ per annulum, ceræ, alteriue materiæ imprimitur, subdit ideas Diuinas imprimere sui effigiem, & esse tales formas, qualis est impressa annulo effigies. Quòd si quis eiusmodi ideam Deo neget, sic conuincendum asserit. *Rei cuiusque fabricator aut quæ efficit intelligit, aut ea penitus ignorat: ac si ea quidem ignorat, ne ea fabricetur, fieri non potest, nam quis est qui rem aliquam efficere voluerit, & quid ea sit nesciat? non enim ex natura rei, rationis expers facultate aliquem gignit: atque si conversa ratione quadam extrait, quid sit ad quod aspiciat, intelligit. Quamobrem Deus res quas homines non fabricantur deterior quid sit ad quod efficit intuetur: ex quo facilè intelligi potest esse in Deo ad faciendum rerum omnium exemplar atque species, in eo autem huiusmodi rerum instar exemplar, qualis est impressa annulo effigies.* Hactenus Ammonius.

41 Hoc porrò sensu ideas posuisse Platonem multa persuadent, ac præsertim quæ in Parmenide disputat, & quæ in 6. de Republ. Quod tamen ideas quales ei attribuit Aristoteles admiserit, (quamuis Scaliger exercitatione 6. n. 4. contra excandescat,) audire non sustinent Scriptores bene multi, vt Atticus apud Euseb. 15. Præparat. c. 12. & ipse Euseb. 11. præparat. c. 11. Marius Victorinus l. 4. aduersus Arrium ferè initio, Simplicius latè 2. Physic. ad t. 19. August. 1. Retract. c. 3. & quæst. 46. ex 83. Scotus in 1. d. 35. q. vnica litera I. Gulielm. Parisiensis 1. 1. de vniuerso c. 39. & 41. Carpentarius digressione 2. in Alcinoum, Eugubinus l. 1. perennis Philosophiæ. c. 12. Franciscus Georgius in harmonia Cantico 2. tono 1. per multa capita. Bernardinus Donatus libro de differentia Platonicæ & Aristotelicæ Philosophiæ initio, Vasq. 1. p. d. 71. c. 1. Fons. 7. Met. c. 8. q. 2. s. 1. Dan-

dinus

dinis t, animæ digressione §. Ioannes Franciscus Picus in examine vanitatis doctrinæ gentium l.6. c.15. Bessarion, & alij multi apud Henriquem libello de fine hominis c.8.§.1.

42 Sed præstat illustrem Arij Didymi locum lib. de placentibus Platoni referre, nam cum ipsum locum Eusebius, menti Platonis de ideis percipiendæ, peropportunum censuit 11. Præparationis c.11. sic autem habet. *Diffiniuntur sensibilium exemplaria, quas ideas appellat, ex quibus scientiam & definitionem fieri censet: præter omnes enim homines hominem quendam intelligi, & præter omnes equos equum, ac communiter præter animalia animal, nec genitabile nec corruptibile. Vt quemadmodum ab vno sigillo multa signantur, & multa variis sunt inde imagines, sic à singulis sensibilium ideis multa formantur. Est autem idea, perpetua causa & principium, vt singularia talia sint, & qualis ipsa est; et quemadmodum primitiua sensibilium exemplaria ad hæc corpora prætenduntur, sic quæ omnia in se continent pulcherrima atque perfectissima, huius mundi exemplar est, ad quem à Deo creatore mundus similiter formatus est.* Hæc Arius Didymus, sic enim ab eodem Eusebio nominatur 15. Præparationis c.14. quæ cum verbatim habeantur apud Alcinoum in Institutione ad doctrinam Platonis c. 10. apparet hunc Didymum, non autem illum alium Alexandrinum, quod male suspicatur Carpent. præfatione in Alcinoum, esse libelli illius, qui Alcinoi nomine circumfertur, verum parentem. Quanquam si insuper quæras quis ille Arius Didymus fuerit, vix est quod respondeam. Memorant quidem Arium Alexandrinum Philosophū Augusto Cæsari charissimum, Plutar. in Antonio n.17. Themistius orat. 11. Suetoni. in Octauio c.89. vbi Torrentius annotat hunc ipsum fortassis esse, cui qui tunc florebat Dioscorides, opus suum inscripsit. Memoratur etiam Arius quidam Philosophus, diuersa à Platone & Platonicis circa animæ à corpore separatæ habitaculum sentiens, apud Tertullianum lib. de anima c. 54. & 55. An autem aliquis ille ipse sit, qui illud Platonicæ Philosophiæ breuiarium continuauit, aliorum esto iudicium. Sed his dimissis, ille quem retuli Arij Didymi locus, quod de Platonis mente asserimus, non obscurè confirmat, eumque in eundem sensum accepit Eusebius, & ex Mose confirmat, à quo Platonem suam de ideis sententiam desumpsisse contendit. Simile de Diuinis apud Platonem ideis iudicium fert Seneca epist. 66.

43 Quanquam Aristoteles Magistri sententiam, vt verba sonabant interpretatus, eam frequenter & acriter reprehendit, nec prorsus immeritò. Verba enim Platonis non erant ita perspicua, quin possent in illo sensu accipi, quem illi tribuit Aristoteles, expressitque Tertullianus l. de anima c. 18. his verbis: *Vult Plato esse quasdam substantias inuisibiles, incorporales, supermundiales, Diuinas & æternas, quas appellat ideas, id est formas exemplares, & causas naturalium istorum manifestorum & subiacentium corporalibus sensibus: & illas quidem esse veritates, hæc autem imagines earum.* Hæc Tertullianus Diuinas vocat has Platonis ideas, non eo sensu quem ex Didymo expressimus, sed propter æternitatem & incorruptibilitatem eis à Platone tributam, ob separationem à singularibus, in quibus omnis corruptio exerceretur. Hoc itaque sensu, vt verisimile est, ex Platonis discipulis, aliqui eum intellexerunt. Nam & Philo Iudæus Platonis studiosissimus lib. *quid deterius potiori insidiatur*, ad illud, *quid*

fecisti nec sanguinis &c. Videtur sic explicatam Platonis de ideis sententiam sequutus: tametsi aliis locis quæ ex ipso refert Euseb. 11. Præparat. c. 12. aliter sentiat. Itaque Aristoteles, non quidem contra discipulos tantùm Platonis pugnans, vt semetipsum aliqui tuentur à Philopono ad 1. Procli argumentum pro mundi æternitate c. 2. sed directè Platonem ipsum impetens, vt perperam sentiendi occasionem præcideret, & Platonicum illum philosophandi modum res iam satis per se obscuras verbis insuper obscurantem, minimè probandum esse ostenderet, non de magistro mentitus, vt euincunt quæ ex Philone suprà retuli num. 51. Sed optimo consilio, in Platonicas ideas vt verba sonabant intellectas, inuectus est, quod & in refutatione antiquorum sæpè ab eo seruatum notauit Franciscus Georg. in harmonia Cantico 1. tom. 2. c. 12. Et fortassis hoc volunt Aquarius in 1. d. 36. conclus. 3. & alij quos adducit, asserentes Aristotelis & Platonis hac in re dissidium fuisse tantùm de vocibus, non autem de reipsa. Quod alij liberaliores, ad omnes etiam de præcipuis quibuslibet dogmatibus controuersias extenderunt, vt Picus in Proœmio Apologiæ, & Hierocles apud Photium cod. 214. & 251. fabulosè id damnante Philopono ad 2. Procli c. 2. & meritò, cùm sæpè ipse quoque Aristoteles, dissentire se à magistro etiam quoad rem ipsam perspicuè profiteatur. Itaque etiam Plato agnouit, quem Helladius apud Phot. Cod. 279. refert solitum pulli nomine appellare Aristotelē, quòd præcipuum pastum contradixisset, & quod equinis pullis volupe est, patrem morderet. Dissidij Aristotelis à Platone quoad idearum positionem, causas adducit Mayro in 1. d. 47. q. 3. art. 2. nempe *primò, Inuidiam erga Magistrum: secundò, quod Aristoteles fuerit optimus Physicus, sed pessimus Metaphysicus, fuit enim pessimus Metaphysicus, quia nescinit abstrahere.* Ita ille, qui cùm paulò ante dixisset *eos qui nesciunt abstrahere, esse grossi intellectus,* Aristotelem non modò inter inuidos, sed & inter bardos numerat, dignus qui pro acuto hoc de Metaphysica Philosophi iudicio *illuminatus*, scilicet, *Doctor* audiat.

44 Aristotelem ideas Platonicas ad literam intellectas reprehendentem plerique Patres sequuti sunt, quod *in ideis crasso illo modo intellectis, Valentinianorum & Gnosticorum hæreticæ semina viderent*, vt loquitur supra Tertullianus, de eodem item questus l. de præscriptionibus c. 7. & plenius Irenæus l. 2. c. 19. ac male perceptam à Platone in hac re Mosis mentem annotans Iustinus in Parænesi, et omittam S. Cyrillum l. 2. in Iulianum ad text. 5. ac 6. multa de ideis à Platone inconstanter, & parum cohærenter dicta memorantem, aut censuræ, saltem ex parte, occasionem dedisse obscurum Platonis de ideis loquendi modum, crediderim. Ex quo etiam profectæ sunt aliæ de mente Platonis circa ideas sententiæ, vt ea quam tuetur Cætaneus 5. primæ Philosophiæ in fin. & l. 7. eiusdem operis, nempe quod Plato ideas inferiorum posuerit in intellectu primo, seu in mundo intelligibili id est in Angelis: quæ fuit etiam Auicennæ sententia: sed hoc pacto Angeli deberent esse effectores rerum inferiorum, quia idea debet esse in artifice, & ipsi Angeli exemplares ideas nec haberent ex arte productas. Item ex eodem Platonis de ideis loquendi modo adductus est S. Ambrosius initio Hexaëmeri, vt putaret Platonē voluisse Deum habuis-

so ideam pro exemplari externo, quasi le habent artifices; quod tamen & Deo indignum est, & à Platone ipso reiectum, vt postea dicam. Caeterùm Aristotelem, ideas quales à Platone assertas diximus n. 41. admisisse, rectè notant Foxius ad secundam partem Timaei ferè initio, adducens etiam Simplicium, qui 2. Physic. multis & testimoniis & rationibus, eam fuisse Aristotelis mentem confirmat.

45 SECVNDO, Dixi ideam proximam primariam entis ab alio, quâ Deus summus opifex ad eius effectionem determinatur obiectiuè, esse ipsummet ens, quod faciendum est, prout à Deo praeconceptum, & exequuturi mandandum interueniente Diuini conceptus formalis practici dirigentis operationem, & habentis rationem ideae proximae secundariae. Vbi praesertim est de conceptu obiectiuo, quem statuo habere rationem ideae primariae Diuinae. Ita tamen consuerunt Dur. in 1. d. 36. q. 3. Baconus quodlibeto 1. q. 9. a. 1. Aquilanus in 1. d. 36. q. 1. & 2. Gerson de vita spirituali lect. 1. coroll. 12. Albertinus disp. 1. de esse essentiae q. 2. n. 4. & principio 6. complexo in quaestione Philosophica diffic. 1. & alij.

46 Primùmque probatur, quia idea proxima primaria, est illud ad cuius imitationem res fit, vt declarat D. Thom. q. 3. de veritate, art. 1. vel certè est illud quod proximè determinat artificem, tanquam id in quod ille figit obtutum, vt effectus ei similis exprimatur: hoc enim intelligimus nomine ideae proximae primariae: atqui res creata non fit à Deo ad imitationem Diuini conceptus formalis, vt per se notum est, sed ad imitationem obiectiui, seu ipsius rei vt praeconceptae: sicut artifex creatus inter operandum non habet pro idea conceptum suum formalem, quem non intuetur, neque intueri potest nisi abstractiuè: sed habet pro idea conceptum suum obiectiuum, & eo inspecto dirigitur, vt ad eius imitationem effingat opus quod causare intendit, iuxta illud Senecae epist. 58. *illa quae me docet facere, à qua procedit imitatio, idea est, ad ideam qualecumque fieri debet exprimitur.* Et quamuis Deus videat distinctè notitiam suam & speciem rei expressam, tamen non dirigitur per eam primariò ac proximè, nisi quatenus in ea relucet obiectum: dirigitur enim per illud, cui opus cùm confectum fuerit, correspondebit: clarum autem est quòd opus efficiendum correspondebit proximè sibi ipsi, vt praeconcepto, non autem conceptui formali, quem de opere ipso habuit artifex, prout talis conceptus est cogitatio & entitas quaedam.

Dico *correspondentiam*, quia non exigimus similitudinem quae sit relatio realis inter ideam & ideatum, vt malè supponit Vasq. 1. p. d. 71. n. 7. sic enim realiter distingui deberent. Tantum ergo postulamus correspondentiam vel imitationem, quae inter eandem rem prout existentem, & praeconceptam, cerni potest, vt rectè notat Baconus quodlibeto 2. quaest. 2. bene item addens ideam in diuerso illo statu, seu vt praeconceptam, posse causare idealiter seipsam vt actu productam, aequè ac finis seipsum causat in diuerso statu: nam sanitas praeconcepta, mouet ad operandum, & interuentu operationis illius seipsam quoque causat.

47 Caeterùm quia praeter speculatiuam praeconceptionem obiecti faciendi, quae quia non est practica, nec obiectiuè quidem determinat ad operandum, non habet vllo modo rationem ideae; interueniunt etiam

dictamina

dictamina practica praeconceptionem illam subsequentia, quibus potentia exequens artificis, applicatur ad opus atque dirigitur, non tanquam eo quod exprimendum est & imitandum, sed tanquam norma & ratione modi operandi conformandi ad imitationem & expressionem illam; propterea huiusmodi dictamina plerunque appellantur nomine ideae, & quidē proximae, quia per seipsa promouent operationem artificis, sunt nihilominus tamē primaria, cùm opus non referat & exprimat dictamina, sed secundariae sine qua ideae primariae determinatio obiectiua esset inutilis, neque vnquam effectum sortiretur. Quae causa est cur plerunque authores qui ideam per conceptum obiectiuum exposuerunt, eandem postmodùm exponant per formalem, vt videre est apud Philonem elegantissimè describentem artificiosum Dei opificis supremi, & cuiusuis artificis progressum, ferè initio Cosmopoeiae, & apud Atticum Platonicum ab Eusebio adductum 15. Praepar. cap. 12.

48 Eadem etiam ex causa Sancti Patres ideas Diuinas aiunt esse substantificas, immortales & aeternas; agunt enim de idea hac secundaria, secundùm quam creatura pendet à Deo idealiter, etiam proximè: quanquàm interdum quoque agunt de idea remota, quam suprà admisimus esse Diuinam essentiam. Interdum etiam Patres reiicientes ideam quae non sit Deus, reiiciunt tantum externum exemplar, quod praesertim voluit Augustin. quaest. 46. ex 83. & Ambros. 1. Hexaemer. cap. 2. & alibi. huiusmodi enim exemplar, cùm sit tantum ad iuuandum artificem in facilius exprimenda ac menti infigenda rei praeconceptione, nec aliter influat in opus, supponit imperfectionem artificis, ac proinde à Deo abest: vt optimè vidit Plato perillustri loco, qui habetur propè initio 1. partis Timaei, & benè etiam Eurysus Pythagoricus in opere de fortuna, vbi idcirco affirmat Deum creando vsum seipso tanquam exemplari, vt refert Clem. Alex. 5. Strom. cap. 5. Fortassis autem postrema haec responsio in caput quoque 15. lib. 14. Theologiae Aegyptiorum quadrare poterit, quo sententia à nobis tradita de idea Dei primaria refelli ex professo videtur. Sed si ipsa est quae ibi appetitur, non est quòd propositis eius rationibus, quarum soluendarum semina in superioribus iacta sunt, dimoueamur de sententia; multòque minus ob censuras Bannesij 1. p. q. 15. art. 1. puncto 3. & Tegenij 1. p. S. Bonauent. quaest. 11. art. 3. d. 1. concl. 3. periculi in fide & erroris, faciliéque temeritatis culpantium sententiam praedictam, quas censuras declinari posse per appellationem patet ex dictis.

QVAESTIO III.

Quàm latè pateat, quosque perfectionis gradus habeat ens ab alio.

EXPOSVIMVS rationem entis ab alio, eiusque vniuersalissimas affectiones. Nunc antequam ad inferiora sub eo contenta, quantum per fines nostros, & abstractionem Theologiae naturalis licebit, delabamur, generatim inquirendum est quanta sit sphaera entis ab alio, quódque inter eiusmodi entia ex genere suo primatum teneat, ob maiorem accessum ad ens à se: hoc enim erit illud ipsum ens ab alio, quod in eandem cum

ente

ente à se totalem sententiam, venire potest.

ARTICVLVS I.

Ambitus entium à Deo dependentium.

ASSERTIO.

Omne ens reale vel est à se, vel ab alio, quare omne omnino ens positiuum quatenus habens verum & physicum, esse quod Deus non est, à Deo est tanquam à primo principio.

49 PRIMÒ, Dixi omne ens positiuum, esse vel ens à se, vel ab alio. Quod videtur ex terminis notum; nam omne ens vel est à se, ita scilicet vt aliunde non pendeat, vel non est à se, sed pendet ab alio; inter pendere autem, & non pendere non datur medium, ergo neque inter ens à se, & ens ab alio illi contrapositum, seu pendens ab ente à se. Hactenus autem demonstratum est quicquid pendet, pendere ab ente à se. Praeclarè tradidit haec omnia Trismegistus cap. 14. Pimandri. *Sermonis* (inquit) *veritatem continuatque dimissa, duo haec imprimis meditari oportet, generantem scilicet & genitum. Horum nihil est medium, nec quicquam praeter haec aliud. Cumque omnia intelligere volueris, horum recordare duorum, eaque esse vniuersa memento, nihilque tibi erit ambiguum, nec superiorum nec inferiorum, siue Diuinorum, siue mutabilium aut patentium, aut eorum quae in tenebris delitescunt, duo enim cuncta sunt genitor & genitum.* Haec ille, nomine genitoris quem ingenitum esse vult, intelligens ens à se. Similia habentur apud Iustinum Martyrem in Fidei expositione circa initium. *Res ipsas* (inquit) *quae sunt diuidamus, reperiemus namque omnia ita esse differentia, vt vel creata sint vel increata; quidquid enim in rebus extat, aut creata est natura, aut increata.* S. Cyrillus apud Cyparissiotam decade 8. cap. 11. luculenter id ipsum asserit, docens inter creaturam & non creaturam nihil funditus interiici posse, multaque ex aliis Patribus in eandem sententiam sibi adducuntur, quae in re perspicua omitto. Nec ista pauca quae addidi, censuissem afferenda, nisi quod S. Cyrillus testatur ibidem, & lib. 7. dialog. de Trinitate, aliquos errones, intermedium nescio quid, inter ens creatum & increatum commentos fuisse, quod in Eugubino tale quid viso asserere de Coelo Empyreo multi acriter damnarunt, & idem sibi affictum occasione cuiusdam sententiae de luminoso Thaborio, grauiter expostulat Ternianus in anapologetico de tridentia Pastorum.

50 *Porrò cum diuisio ita habeat* (verba sunt Iustini libro allegato, traditam paulò ante entium distributionem recolentis & confirmantis,) *atque Diuinitas, quae vtique increata est, & creatura, nihil praeterea medium siue tertium esse confitemur, quicquid à creatura vacat, à Diuina videlicet natura non vacat.* Adde & è contrà quicquid à Deo differt esse ens ab alio & creaturam, *omnis enim substantia quae Deus non est, creatura est, & quae creatura non est, Deus est*, inquit, Augustinus 1. Trinit. cap. 6.

Loquor autem vniuersalissimè, nihil omnino positiuum excipiens. Non materiam primam, vt materiarius ille apud Tertullianum Hermogenes, quem id de Stoicorum porticu percepisse, ait idem Tertullianus lib. contra eum c. 1. Pythagoricis quoque & Platonicis idem tribuens l. aduersus Valentinianos cap. 15. quos secutus

est recentior quidam Barzonis apud Castrum verbo mundus; accedit autem Augustinum libro de vera relig. cap. 16. nec impegisse Platonem, aut quia varia Platonis dicta, dum variorum placita congerit, non obseruarunt, monet Æneas Gazæus in Theophrast. sub initium, addens post medium, eam opinionem de materia improducta displicuisse Chaldæis, & à Porphyrio vt planè impiam fuisse reiectam. Minimè item ab vniuersali illa assertione excipio, aquam vel ignem, vt fecerunt Audiani apud Theodoretum 4. Historiæ cap. 10. Neque item Intelligentias, vt plerique tribuunt Aristoteli, de quo infrà. Nec denique vllum omnino verum & positiuum ens à Deo distinctum: nã quoduis tale ens, cùm est, causatur à Deo. A Deo, inquam, contra innumeros in hoc genere errores, quos breuiter collegit Castro verbo Creatura. Causatur item à Deo tanquam solo causante per modum principij primi, contra Manichæos duo prima rerum principia fabulantes, quos latissimè refellit Guliel. Parisiens. 1.2. de vniuerso per priora vndecim capita, & Augustinus sæpè. Tam longè autem à Manichæorum errore absunt Physici plura generationis prima principia ponentes, quàm à Christiana modestia abest Michael Beroaldus lib. 2. Chronologiæ cap. 6. Caluinismo planè supercilio pronuncians, eos inexcusabiliter in ea positione blasphemare. Quæ puerilis est calumnia, tametsi atrox, cùm Physici non agant de principiis absolutè primis, siue quæ sint entia à se, sed tantùm de principiis illis, quæ in eo genere in quo generationem principiant, non principiantur aliunde, vt Physicorum tyrones norunt.

51 SECVNDO generalem hanc doctrinam de ente non à se pendente à Deo restringi ad ens positiuum, quatenus habens verum & physicum esse, tum ob negationes & priuationes, quæ tametsi Deus non sunt, tamen non debent coerceri ambitu entium ab alio, quia non sunt entia: tum præsertim ob malum morale, siue peccatum actuale commissionis, quod tametsi materialiter spectatum quatenus ens quoddam, pendet à Deo, vt fusè contra Durandum & Aureolum demonstratur 1.2. quæst. 79. vel in 2. d. 37. tamen quatenus habens esse morale, seu prout peccatum & actus contra regulam, non est à Deo, etiamsi supponatur vera esse, siue illa sententia quæ asserit peccatũ commissionis vt sic & formaliter, esse ex parte entis positiuum, vt contendit Hieronymus à Rua Controu. 2. Scholast. siue illa quæ asserit tale peccatum formaliter esse ens omnino positiuum, vt affirmat Caietanus 1.2. quæst. 71. art. 6. & quæst. 18. art. 5. & Mayro in 2. d. 43. quæst. 3. Ochamus in 3. quæst. 12. in dubiis circa quartum articulum principalem lit. y. y. Greg. in 2. d. 34. q. vnica art. 2. concl. 3. aliique multi cùm antiqui tum recentiores, Aristotelem & D. Thomam secuti, quorum ea est sententia vt alibi ostendimus. Quocumque enim ex his modis quis sentiat de ratione formali actus regulæ siue dissonantis, siue peccati commissionis, certum omnino esse debet, tale ens vt sic non esse à Deo. *Non enim inde manat iniquitas vnde iustitia* vt rectè dixit Prosper 2. de vocat. gent. cap. 14. *nec quarum rerum odor est Deus, earum & auctor esse credendus est.* Vt dixit Faustus Rhegiensis 2. de gratia & lib. arbitr. cap. 1. imò vt rectè ait Theodoretus sermone 5. de prouid. *iustitiæ fontem, iniustitiæ nominare* nominantur autem cùm peccati autor asseritur, quia

si

fi nulla esset, [illegible] sua excideret) *nec [illegible] blasphemum [illegible], nec [illegible] in blasphemia [illegible] aliquam;* ac proinde, vt ibidem rectè addit: Proinde, *à [illegible], quia [illegible] ex [illegible] est [illegible] suo liberum [illegible] mutabiles [illegible] pendentes [illegible], à [illegible], dum [illegible] aliquam,* Quod pulcherrimè dixit Prud. in Hamartigenia,

Nil [illegible] de fonte fluit, nec turbidus humor
Nascitur, aut primo violatur origine rivus.
Sed dum liventes liquor interfluit agros
Perlambit, putrefacta inter contagia sordet.

Itaque defectus actionis illius nullo modo est à Deo, sed tantùm à causa secunda, nec refert quòd defectus ille, iuxta sententiam paulò ante tractam, sit positiuus & indistinctus ab ipsa actione physicè & materialiter sumpta, quam vt sic constat esse à Deo: non enim propterea actus ipse quatenus vitiosus & legi dissonus est à Deo, sicut quamuis vitalitas in actu aliquo sit idem cum entitate talis actus, non sequitur causam à qua actus accipit suam entitatem (ago de illis quibus vitalitas est essentialis, verbi gratia de intellectione & volitione) esse etiam causam vitalitatis. Siquidem actus intellectionis est vitalis per ordinem ad solum illud principium à quo immanenter fluit, nimirum per ordinem ad solum intellectum, & tamen non accipit totam suam entitatem à solo intellectu, sed etiam à specie & ab habitu, cùm in intellectione nulla ratio est distinguibilis entitas in tali actu quæ non sit & ab habitu, & à specie. Similiterque conclusio falsa quæ ex altera præmissa vera & ad rem pertinente, & ex altera falsa, nec connexa cum consequente, eruitur, non habet falsitatem ex ordine ad præmissam veram, nec licet dicere præmissam veram esse causam falsæ conclusionis, quatenus ipsa conclusio est falsa, quamuis illa ipsa entitas quæ falsitati subseruiat, æquè oriatur ab vtraque præmissa. Et eodem modo philosophandum est Christianis Theologis de supernaturalitate actuum: non enim à quo actus fidei habet suam entitatem, ab eodem habet vt sit supernaturalis, sed cùm entitatem suam accipiat etiam à facultate intellectus, tamen supernaturalitatem habet à solo principio infuso & à Deo. Idem denique est de quacunque denominatione comparata ad causam extraneam formæ denominationem illam conferenti. Ex quibus constat non esse necesse, vt quisquis causat actionem entitatiue & materialiter, causet etiam illam sub quocumque respectu, & aliud esse, actum sub certa aliqua ratione non esse referendum ad certam aliquam causam, aliud verò eam entitatem nõ attingi materialiter ab aliqua causa, quæ quia talem entitatem non attingit nisi materialiter, non dicitur causa eius formaliter, & sub certa illa ratione considerata.

52 Et ita prorsus euenit in hoc negotio. Deus enim efficit nobiscum actionem illam, cui prout à nobis perfectæ adiungitur respectus dissonantiæ ad regulam, à talis actionis entitate indistinctus. Sed quia respectus ille non adiungitur actioni, nisi prout mananti à nobis, propterea Deus non est causa actus quatenus dissoni, ac proinde non est causa peccati. Sicut quamuis obliquitas quæ est in motu claudicationis, sit aliquid indistinctum ab hoc [illegible] motu

 quem

quem causat & Deus & virtus motrix tibiæ insita, tamen neque Deus, neque virtus motrix, est causa claudicationis, seu motus prout deficientis, sed sola tibiæ curuitas: quod est in hanc rem D. Augustini exemplum lib. de perfect. iustitiæ cap. 2. Et hæc videtur germana solutio difficultatis in speciem validæ, quæ ex concursu Dei in actum malum inferri videtur causalitas Dei in peccatum. Recidúntque omnino in hanc solutionem qui dicunt, Deum non esse peccati causam, quia concursus eius est generalis & indifferens. Non enim sensus est actionem secundùm rationem specificam non esse à Deo, sed tantùm secundùm rationem genericam, qui est puerilis verborum illorum sensus, quem Molinæ perperam affingit Vellanus l. 3. de triplici hum. usu cap. 11. & fusè refellit Aluarez de aux. disp. 21. Sensus igitur est concursum Dei in actu primo, seu Deum vt paratum concurrere quantum est ex se, tam esse paratum concurrere ad actionem, cui vitio creaturæ adiungetur malitia, quàm eidem actioni cum vitio vacabit (vt vacare poterit si in amentia fiat, vel in somno, vel seclusa prohibitione,) ac proinde etiam concursum à Deo exhibitum in actu secundo, siue actionem, prout à Deo exeuntem, esse indifferentem ad bonitatem moralem vel malitiam, illi ex modo operandi creaturæ, obuenientem. Neque verò ex eo quòd Deus sit ita paratus ad vtramque partem, sequitur in Deo vllus defectus. Deus enim in tali modo se habendi, sequitur dictamen æternæ suæ sapientiæ, quod præscribit cooperandum esse ad actum illum materialem, cui ex vitio creaturæ & ex modo se habendi eius ad illum, poterit aduenire malitia: nempe quia creatura sponte ac liberè fertur in obiectum circa quod prohibetur agere, qui modus se habendi est apertè vitiosus. At Deus cùm creaturæ in eo materiali actu causando cooperatur, tenet modum se habendi honestissimum: quia cùm sit prima causa, cuius est secundis causis liberis iuxta earum exigentiam assistere, eisque cooperari, (alioqui non essent liberæ) non potest eis suum concursum negare, & cum præbendo eum præuidet creaturam eo abusuram, facit honestissimè: cooperatio enim ad actionem quæ alieno tantùm vitio est peccatum, tunc tantùm est mala, cùm non pendet ex dictamine prudentiæ; quod contingit, quoties qui ita cooperatur, non vtitur iure suo, aut non exequitur munus suum: quòd si ea cooperatio esset exercitium muneris debiti vel iuris sui, vitiosa non esset, vt patet in eo qui alteri ensem dare coactus iure tuendæ vitæ propriæ, quam periclitari videt si ensem deneget Domino petenti; tunc enim cooperatio illa ad actum homicidij subsecuti ex præbitione ensis, non est vitiosa respectu præbentis ensem, quia vtitur iure suo. Et idem possit in similibus aliis exemplis exponi. Similiter ergo Deus concurrens cum causa secunda, quia fungitur munere causæ primæ & iure eius vtitur, honestissimè facit: nec ex tali modo quo Deus se habet ad actum à creatura delectum, potest inferri actum illum habere à Deo vt sit malus, sed tantum potest inferri eum inde habere, vt possit esse malus à creatura, quod Deus impedire non potest saluo ordine vniuersi & munere causæ primæ ac vniuersalissimæ.

Sed hæc alibi pleniùs discussa nunc breuiter tantùm proponere ac delibare placuit, vt appareret quomodo generalis doctrina à nobis posita circa

entitatem

entium positiuorum dimanationem à Deo, nihil præiudicare Diuinæ sanctitati debeat, vt sanè præiudicaret, si Deus esset causa actus mali, vt sic. Neque verò placuit in Christianorum Theologorum mentem eadem firmamentis (quæ immittere, adductis in hanc rem (quæ alibi congesta sunt omissa,) firmamentis ex eruditione petitis. Tantùm ergo quod naturale lumen docet statuere velim, quia *feralis hæc sententia*, vt eam nominat S. Ambros. 1. Hexaëm. c. 8. *Deo inferre, vt apertissimum iniuriam Deo infert*, vt apertè tradit Euseb. 6. de Præparat. c. 5. Sed & *nefas esse infernalem facere Deum* [illegible], dicit Philo lib. de prouidentia, *quod si quis dolo aggressus* fugis ad illud *quod si quis dolo aggressus* &c. pulcherrimè idem tractans lib. de agricultura, ad illud, *si non rectè diuiseris*, &c. certùmque est Christiano, *quod peccati auctorem Deum*, [illegible] *digni dicat*, ex August. lib. de duabus c. 6. Quin potius omnes Christiano digni nomine detestantur, Deo hac in parte iniurium Mahumetem, ac eiusdem asseclas ab eo Saracenos, & Iulianum Apostatam postea allegandos, & qui his maioribus gloriari meritò debeant Nouatores, ac nominatim Caluinum ac Bezam. Quamuis enim tortuosis hi colubri, ita se hac in parte circumplicent, vt vix teneantur, ac de more ita vafrè sententiam hac in re suam aperiant, vt quandoque videantur non omnino malè sentire, tamen quòd reuera sentiant quod dixi, diligenter ostenderunt alij, & accuratè Sanctesius tract. 5. de atheismis Caluini c. 1. Quòd Iulianum ac Mahumetem & Saracenos hac in parte Nouatoribus præiuisse dixi, constat ex Caluini in hac re loquendi modo qui vsurpatur cùm à Iuliano apud S. Cyrillum lib. 4. contra eum ad textum antepenultimum, tum Alcorani Azoara 16. Idem quòd Mahumetem constat ex illis quæ habent Cedrenus in Heraclio, ac Sanderus 7. visib. Monarch. Hæresi 125. nec omittendus Abrecata opusc. 15. fere initio, vbi Christianus Saracenum ita alloquitur. *Cùm tu affirmas bona & mala Deum auctorem habeant, nimirum erit tua sententia Deus, quod dictu nefas: cùm enim Deus præceperit vt fornicator fornicetur, fur furetur, & homicidam homicida committat (imò cùm potenter ad hoc adigat vt Nouatores dicunt,) digni erunt honore, vtpote qui voluntatem Dei perfecerunt. Legislatores quoque tui mendaces erunt, & liber falsò titulis prænotatus: mandant enim vt fornicator & fur vapulentur, cùm tamen Diuinæ voluntati obtemperent, & homicidam interfici iubent quem homicidium operari.* Hæc ibi.

13 Sed et errorem Diuinæ sanctitati tantopere iniurium, naturali quoque lumini summopere aduersari, manifestius fiat, placet quæ hactenus constituta sunt, confirmare auctoritate sapientissimorum inter Ethnicos, vt vel hinc erubescant Nouatores, præ quibus Ethnici in Deum longè piissimi hac in parte videbantur. Præterquàm quod hoc pacto & rationibus quas pro hîc asserta veritate ante tetigimus, & iam præmissæ dilutioni argumenti, quod ex naturali ratione, siue ex concursu Dei ad actum, peti posse in contrarium videbatur, magna lux accedet.

Plato igitur extremo lib. 2. de Rep. publ. *negandum malorum* (inquit) *Deum causam esse, cùm bonus sit, omni ratione depugnandum & resistendum est, neque permittendum quemquam hæc in ciuitate pronunciare, nec insuper quemquam audire, siue sit ille iunior siue senior, siue carminibus inseratur, siue soluta oratione narretur, tanquam quæ neque dictu sancta sint, neque nobis vtilia, neque inter se consona.* Et paulò antè: *Bonorum quidem solus*

Deus est causa dicendus, malorum autem, quamlibet aliam praeter Deum quaerere decet. Laudat & refert eum Platonis locum Eusebius 13. praepar. c. 1. & 2. addens hanc esse illi velut primam regulam *nihil Deum esse causae [illegible] nisi bonum*. Eundem locum, aliaque ex eodem Platone in eandem sententiam adducit Theodoretus 5. contra Graecos ante medium. Sed omnino egregium quod ex eodem Platone habet Porphyr. 2. de abstinentia his verbis. *Non caloris est, ut inquit Plato, frigefacere, sed oppositi. sic neque boni nocere. [illegible] autem omnium [illegible] est ipsa Divinitas.* Vbi quod habetur (nocere) latè vsurpandum est (cum S. Dionysio hoc ipsum Platonis dictū vsurpante c. 4. Diu. nom.) pro eo quod est quoduis malum ac praesertim maximum, seu culpam causare, mala enim poenae quae infert, non infert sponte sua, & ex se, sed tamen à nobis prouocatus, cum rationem poenae & veri nocumenti habeant. Atque ita Deus ex se nunquam nocet, vt Plato affirmabat. Maximus Tyrius dissertatione 25. *Improbitas (inquit) causam ab [illegible] arbitrio [illegible], Deo semper [illegible] causam constituere.* Similia praedicat Plotinus Enneade 4. lib. 4. cap. 35.

Ante Platonem & Platonicos, eandem veritatē luculenter docuit Mercurius Trismegistus c. 14. Pimandri à *Deo omnium factore nihil turpe, nihil malum prodit.* Et ibidem referente etiam S. Cyrillo 2. in Iulianum ad text. 5. *Quod praecedit (inquit) Deus est factor, quod autem sequitur id quod fit: quod ita est dictum, propter [illegible] quae sunt [illegible] Deo adscribere, ut [illegible]: vna enim ipsi est gloria, facere omnia, & hoc est [illegible] Dei, sicut corporis [illegible] nihil vel mali vel [illegible], hae enim sunt affectiones generationi sequentes, sicut [illegible] vel macula corpori [illegible] nec [illegible] malum [illegible] qui peccarunt.* Haec ex Mercurio S. Cyrillus quae vsurpat etiā Origenes dialogo 3. qui est de causa malorum contra Marinum Bardesianistam. Ex eodem etiam respexisse videtur 6. contra Celsum post medium, vbi confirmans sententiam Celsi asserentis Deum non esse peccati autorem, malè tamen contrarium affingentis Christianis ex quibusdam, vt Origenes existimat, Scripturae locis perperam intellectis, inter alia habet haec verba: *Mala (inquit) si intelligantur propriè, Deus non facit, sed principalium eius operum quaedam consecuta sunt alia, [illegible] tamen [illegible] in hac [illegible] habuere, quales primariam fabri [illegible] consequuntur [illegible], [illegible] & quales [illegible] in fragmentis & [illegible].* Haec Origenes, apud quem etiam Celsus l. 4. post med. ait, *naturam malorum cognoscere difficile est non philosophantibus, & satis esse vulgo doceri mala non esse à Deo*; quod laudat Origenes, ostenditque conforme esse Hieremiae Threnorum 3 aliisque innumeris Scripturae locis, quae adducere instituti ratio nō patitur. Cleanthes Pisidaeus Stoicus à Clemente Alexandrino in protrept. *Deum,* seu vt ipse appellat, *Bonum, ait esse sanctum, pium, pulchrum, [illegible]*: & alia eidem tribuit quae in Deum non caderent, si mali autor esset.

14 Non possum omnino praetermittere Simplicium copiosissime de hac re disserentem in c. 14. Enchiridij Epicteti. Cum enim reiecisset impietatem illam, quae ne autorem mali Deum dicat, assignat peculiare mali principium pari & dignitate & potentia

tentia

tentia cum bono, quod ad auertentiam à Deo causalitatem in peccatum, à Cerdone & Marcione excogitatum fuisse dicam dub. 7. impugnans illa duo principia, cum inquam id reiecisset Simplicius subdit, *Si quis Deum ipsum mali auctorem esse, asserere non dubitet, nisi auctorem ... & boni* (crediderim præuenisse Simplicium nigra illa, & mille [illegible] comburiis inexpiabilia nigri hæretici verba, quo Deum Iudæ proditionem sicut ac Pauli conuersionem operatur) *at maiore quoque contentione & inuectiuis ... erga Deum & maledicis [illegible], nunc quando vera erit gratia [illegible], ... ipsa malitia Dei, omnis vera [illegible] est? at quomodo qui pulla Deus summa est & immutabilis praeditus bonitate, malum à semetipso produceret? si enim contrarium est bono malum, quomodo contrarium à contrario producatur? Præterea qui aliquid à seipso producit, eique vt sit causa est, & non solum illius habet, & ob ea causa stans id producit, si causam spectas id ipsum est quod id quod producitur, atque [illegible] ratione considerata. Itaque [illegible] ratione, præter [illegible] in Deum impietatem, & mali principium & principia malorum, vt & prior ille, Deum constituit.* Hactenus ille, Haeccine tam piè de Deo homo Ethnicus, Christianorum alioqui osor, & plerumque impugnator scripserit, iis qui se Christianos dicunt refragrantibus? Quid quod Simplicij in Academia & Christianorum odio symmistes Proclus, in defensione fabulosæ Theologiæ, quam ex eius commentariis in Platonis libros de Republica concinnauit Gesnerus, valdè laborat toto cap. 3. & 4. vt Poëtas purget ab imposita Deo per eos peccatorum origine, contendítque Deum permittere tantum peccata, & admissis pœnam decernere, nullo autem modo esse eorum autorem. Idem docet eiusdem farinæ Philosophus Hierocles ad 29. aureum (vel vt Nazianz. orat. 24. ludit) plumbeum carmen Pythagoræ. Item Chrysippus & Euripides, quos refert & quoad hoc approbat Plutar. l. de contrad. Stoicorum cap. 34. præterea Sextus Pythagoricus sententia 105. & 106. & 110. Alia ex variis Ethnicis congerit Martinus Campanus apud Feuardentium in 4. Irenæi c. 77. & idem Feuardentius in appendice ad Castrum verbo, *Adam*, hæres. 4.

53 Restat vt vnum aut alterum obseruatione in hac re dignum animaduertamus, & supplemus ad ea quæ de peccatorum permissione ex Proclo, paulò ante dicta sunt, addendum est, permitti à Deo hæc mala ob fines optimos, seu ob bona quæ inde eruit, cùm contigit hæc mala accidisse culpâ nostrâ. Annotauit hoc multósque ex his finibus proposuit Damasc. 2. fid. cap. 29. ego pauca tantùm in hanc rem Plotini verba apponã ex Ennead. 3. lib. 2. cap. 5. quæ descripsit etiam Theodoretus 6. contra Græcos à medio, *Ipsa malitia* (inquit) *omnino nihil vtilitatis ad vniuersum confert [illegible] exemplum iustitiæ ac iudicij posita, multáque sursum ex seipsa commoda nobis exhibens; vigiles enim homines reddidit, mentémque ac prudentiam eorum [illegible] excitauit, qui scelerum progressibus se opponunt. Malorum præterea comparatione quæ scelestis hominibus [illegible], ipsa nos docet malitia, quale bonum quantumque sit virtus. Dictum est autem non propter has causas mala esse producta sed quandocumque fieri ea contingat, vti Deum illis ad bonum aliquid. Est autem maximæ [illegible] potentiæ ac virtutis, bene vti posse iis quæ mala sunt, informibúsque effectis, posse in aliam varias aliarum formarum.* Hæc ibi. Clemens item Alexand. 1. Strom. cap. 8. maximum Diuinæ prouidentiæ argumentum esse censet, quòd non sinat mala esse

esse inconducibilia, sed ex eis bonum semper eruat. Neque verò rectè colligi si aliquid Deus permittat, bonum propterea id esse, rectè ostendit S. August. lib. de Diuinat. dæmonum cap. 1. & 2.

36 Præterea obseruandum est, veram huius placiti apud Nouatores, & alios paucos eiusdem farinæ Ethnicos, originem, aptè tradi à Clemente Alexand. 7. Stromatum cap. 2. his verbis. *Græci sicut Deos hominum forma similes, ita eisdem quoque [illegible] ipsi animi perturbationibus [illegible]: & quemadmodum eorum formas sibi similes singuli describunt, vt ait Xenophanes, Æthiopes quidem nigros & simos, Thraces autem fuluos & cæsios; ita et animos quoque assimilant iis qui eos effingunt: barbari quidem agrestes & efferatos moribus, Græci autem mansuetiores, sed in quos tamen cadunt motus & perturbationes. Quocirca merito est quidem vt improbi malas de Deo cogitationes suscipiant, probi autem optimas. Quamobrem qui est animo verè regio & cognitione præditus, certam persuasionem habet, Deum esse principem & auctorem bonorum, malorum autem non esse causam.* Hæc ille: radicem, vt vides, huius placiti in eo statuens, quòd vt quisque affectus est, ita de aliis, ac de ipso etiam Deo iudicat. Fatetur tamen mala pœnæ esse à Deo, in quem sensum Scripturæ loca quæ Celsum fefellerunt, latè exponit Origenes suprà. Vide & de re ipsa Tyrium dissertatione 25. Sanè Plato 4. de legibus cùm dixisset, vltricem, id est mala pœnæ inferentem iustitiam, semper assectari Deum, ait inde non præiudicari Diuinæ bonitati; qua ex causa S. Irenæus lib. 3. cap. 45. ait Platonem fuisse religiosiorem hæreticis, Deum ex ea suppliciorum irrogatione criminantibus.

ARTICVLVS II.

Quodnam sit ens ab alio ex genere suo perfectissimum.

ADdo ex genere suo, quia impossibile est dare vel concipere ens ab alio simpliciter omnium perfectissimum. Nam tali quouis ente producto, seu concepto, potest produci aliud, non tantùm accidentariò sed etiam essentialiter perfectius, vt attingemus infra agentes de Diuina potentia, & latius prosequuntur Cameracensis in 1. quæst. 13. litt. T, & Albertinus quæst. 7. de infinito à num. 5. Hoc tamen non prohibet, quin sit aliquis gradus entis ab alio, seu genus aliquod creaturæ, perfectissimum omnium, ita vt licèt intra illud genus possit esse infinitus progressus, & maior semper ac maior perfectio, nunquam tamen ex illo genere transeatur in aliud perfectius, sed in eo sistatur.

ASSERTIO.

Gradus substantiæ intellectualis creatæ, omnium summus est inter gradus entium ab alio: eiusdem autem gradus quasi verticem, substantia intellectualis completa, quam Intelligentiam vocant, occupat, omnium proinde entium ab alio, ex genere suo perfectissima.

37 PRIMÒ, Quòd gradus substantiæ intellectualis creatæ sit omnium summus inter gradus varios entis ab alio, certum est ex perfectione gradus intellectualis absolutè accepti, si cum aliis tribus vulgatis, quos Augustinus 11. ciuit. cap. 16. commemorat, vel

vel (vt Iustinus Martyr in hexaëmero, ab Anastasio Sinaita 6. hexaëmeri sub initium allegatus, partitur) cum aliis quinque gradibus comparetur. Siquidem cæteri gradus, seu vt loquitur Ferrariensis 2. contra gent. cap. 46. in fin. generales modi creaturarum, nempe esse tantum, viuere tantum, sentire tantum, qui vnà cum gradu intellectiuo conficiunt scalas naturæ, vt appellat & latè declarat Sebundius in lib. creaturarum tit. 1. sunt longè imperfectiores gradu intellectiuo, qui comprehendit ipsum ens à se, in quo non potest perfectior operatio concipi, quàm intellectio.

58 Et sanè operationis prædictæ celsitudinem & nobilitatem præ altitudine intelligendi minùs miramur. Licebit tamen eam recognoscere, si ad naturas inferiores, mentis oculos conuertamus, attendamúsque, quantis illæ bonis ob intellectionis defectum destituantur, quàm item eacent præ intellectualibus naturis. Hæ siquidem per intellectionem omnes alias naturas cùm lubet in semetipsis quodammodo formant, quin etiam semetipsas quadantenus reproducunt se cognoscendo: quodque Richardus Victorinus l.5. de contemplatione cap.2. & lib.4. cap.10. inre suspicit, huiusmodi natura potest nouum cœlum, nouam terram in momento, ac ex nihilo quasi quidam creatur procreare, & illico destruere pro arbitrio, omnibúsque quantumuis profundis & abditis sistere se potest præsentem: idque simul, & in momento, ita vt Diuinam quodammodo immensitatem æmuletur, quod Macarius homil. 12. annotauit, & iam olim Trismegistus cap. 5. Asclepij qui etiam cap. 11. Pimandri intellectus motu tametsi inter intellectus despicatissimi, celeritatem, velocitatem, potentiam & capacitatem grauissimè prosequitur. Quam in rem alia quædam adducam infra, cùm Dei existentiam ex rebus productis intelligibo.

59 Ex his ergo, & ex aliis innumeris quæ in hanc rem multiplicari possent, apparet nobilitas & eminentia substantiæ intellectualis creatæ supra cætera omnia entia ab alio. Nam vt optimè ratiocinatur D. Anselmus cap. 29. Monologij, *mirum est cum quod creatum est tantò magis esse, & tantò esse præstantius, quantò similius est illi quod summè est, & summè magnum est. Hinc etiam fortasse, imò non fortasse sed pro certo, hinc omnis intellectus iudicat, naturas quolibet modo viuentes præstare non viuentibus, sentientes non sentientibus, rationales irrationalibus. Quoniam enim summa natura, suo quodam modo singulari, non solùm est, sed & viuit, & sentit, & rationalis est, patet quòd omnium naturarum quæ sunt, id quod aliquo modo viuit, magis est illi simile, quàm quod nullatenus viuit, & quod modo quolibet vel corporeo sensu cognoscit aliquid, magis est, quàm quod nihil omnino sentit, & quod rationale est, quàm quod rationis capax non est.* Hactenus Anselmus pro eminentia esse rationalis seu intellectualis, supra reliquum esse creatum. In quam rem addit etiam argumentum à contrario, nempe quia si à re gradus illos omnes complectente, mente semoueamus modò vnum gradum, modò alium, initio facto ab intellectualitate, decrescet perfectio rei, & minor semper ac minor fiet: nempe cùm amoueris intellectualitatē, quod remanebit imperfectiorem gradum sortietur, quàm ante. Quòd si mox amoueas etiam sensum, rem quoque redegeris ad ordinem inferiorem, & ita continget in reliquis gradibus, vsque ad gradum esse tantùm detractis per mentem. Inde ergo patet intellectualitatem creatam esse apicem per-

fectionum creatarum, quia per illam res magis ac magis extollitur; vel etiam summæ intra suum ordinem exhibitæ, eaque ablata à summitate illa ita decidit, vt pro proportione elongationis ab ea, deducatur ad minus ac minus esse.

60 Hic parum moror quod aliqui cum Mol. 1. p. q. 12. art. 5. d. 2. ad 2. velint accidentia supernaturalia vt gratiam, fidem, charitatem, esse simpliciter perfectiora substantiis intellectualibus, quibus insunt. Nam quamuis id ita esset (quod tamen non sine ratione negant Scotus in 3. d. 13. q. 1. ad quæst. 1. lit. K. Suar. in Metaphys. d. 42. s. 2. n. 14. & Fonseca 7. Metaph. cap. 1. q. 2. s. 4.) nihilominus celsitudini & primatui ordinis intellectualis creati, nihil propterea decederet: quia accidentia illa pertinent ad illum ordinem, suntque eius ornamenta, quamuis naturæ indebita, & ex mero Dei beneficio supra naturæ exigentiam collata.


Secundò, Dici inter substantias intellectuales creatas eam eminere ac principem locum tenere, quæ est completè intellectualis. Nempe illam quam nos Christiani ex Scripturis sanctis nomine, Angelum, ratione officij, vt obseruat Aug. in psal. 103. ad v. 4. & lib. 15. Ciuitatis cap. 23. & Ambrosius in 1. ad Hebræos; ac pulcherrimè Hilarius 5. de Trinitate circa medium; Philosophi verò passim Intelligentiam vocant. Tametsi nomen quoque Angeli de his substantiis agendo, vsurpatum est ab Ethnicis, vt videre est apud Hieroclem ad versum 2. Pythagoræ, & apud Lactantium l. 1. instit. cap. 7. in responso Apollinis Colophonij quod ibi refertur, & apud Iamblicum de mysteriis s. 19. Vt omittam Labeonem, quem S. Aug. 9. Ciuit. cap. 19. refert annotasse, quos Ethnici bonos dæmones vocabant, ab aliis vocari Angelos: in quem locum Viues ex Trismegisto & Capella eandem bonarum Intelligentiarum appellationem refert, quæ etiam habetur apud Aristidem tomo 2. orat. 2. non multum ab initio, & in epistola Longiniani Philosophi Ethnici ad Augustinum quæ est 21. inter Augustinianas: cum enim meminisset cultorum Deorum, siue potestatum Dei, & virtutum veri & vniuersi & incomprehensibilis & ineffabilis infatigabilisque Creatoris altera, vt verum est, Angelos dici. Denique vtitur Angelorum nomine Porphyrius apud Aug. lib. 10. Ciuit. cap. 9. Nomen tamen Intelligentiæ, quod dixi frequentius esse apud Philosophos, Palacius in 2. d. 3. disp. 4. obseruat, ab Aristotele restringi ad illas substantias intellectuales completas quæ cœlos mouent. Quod erit certum, si vera sit sententia illorum, qui existimant nullas alias ab Aristotele admissas intellectuales substantias completas, de quo postea.

61 Huiusmodi ergo substantiam intellectualem esse omnium creaturarum præstantissimam, rectè asserunt Caiet. 1. p. q. 50. art. 1. & alij ibidem ac Ferrariensis 2. contra gentes cap. 76. post S. Tho. q. vnica de spiritualibus creaturis art. 1. vbi allegat etiam S. Dionysium cap. 4. de Diuin. nominibus. Annuit Chrysost. hom. 1. contra Anomæos verbis illis, *Nostis vnumquemque Angelum respondi paremque esse vniuersæ huic visibili creaturæ, vel potius multo sublimiorem ac præstantiorem.* Idem significauit Naz. orat. 37. vocans Intelligentias secundam Trinitatem, id est *primas substantias post Deum*, & oratione 38. eas nominat secundos splendores, primi splendoris administros. Sed optimè in rem nostram loquitur orat. 42. & 38. cùm enim dixisset Deu procreato mundo intelligibili, & secundis

entibus splendoribus seu Intelligentiis, cogitasse de altero mundo materiali & corporeo fabricando, subdit; *Rationem posse, ut perfectissimum fuerit si non solum sibi ipsi cognatam & propinquam, sed etiam omnino alienam posset procreare naturam. Divinitatis enim propriae quae sunt intelligentes creaturae, quaeque mente sola percipi queunt; alienae autem omnino, quaecunque sub sensus cadunt, atque his adhuc remotiores, quae anima omni & vita carent.* Hactenus Theologus. Similia Maxim. Tyrius dissert. 27. fusè ostendens Intelligentias esse medias inter Deum, & hominem inferiorum creaturarum apicem, ac proinde omnibus infra Deum naturis superiores esse.

62. Latè quoque de eadem re philosophatur Autor Theologiæ Ægyptiorum l. 10. c. 2. ac sequentibus praesertim 6. quanquam prae oculis habendum est multa ibi Platonicè dici ad Christianae veritatis amussim dirigenda. Quàm expressior verò sit in his substantiis, similitudo illa cum Deo, quam in quavis substantia intellectuali propter gradus intellectivi eminentiam agnoscebamus, gravissimè tradidit alter Platonicus, & quidem longè illustrior, Dionysium magnum dico, cuius illud est pervulgatum de Intelligentiis elogium c. 4. Divinorum nominum, postquam eas Divinos radios caeteris creaturis illustriores excipere praemisit, utpote viciniores soli intelligibili. *Imago Dei est intelligentia, manifestatio occulti luminis, speculum purum, clarissimum, incontaminatum, incoinquinatum, immaculatum, suscipiens totam (si est conveniens dicere) pulchritudinem conformem deiformitatis & mundè resplendere faciens in seipso, quemadmodum possibile est, bonitatem silentiique in abditis*, (sed est Dei) Hac vir ille semper altius, nusquam repens, & verè volucris cœli, ut eum meritò nominat S. Chrysost. orat. in haereticos, edita in calce operum sancti Ephraem per Vossium.

Accedet autem his omnibus plenior lux in sequentibus, ubi post expositam huiusmodi substantiarum naturam patebit, quàm falsò aliqui animam rationalem Intelligentiis compleris aequiparaverint, vel etiam praetulerint. In huius igitur praestantissimi entis ab alio considerationem, praetermisso supernaturali lumine, nunc incumbemus. Nam hoc solùm est inter entia ab alio, quod eadem cum Deo abstractione, & quasi generica ratione formali gaudeat, ac proinde quod in eandem cum Deo scientiam, naturalis Theologi propriam, venire possit.



DISTINCTIO II.

De Intelligentiarum existentia & quidditate.

1 NATVRALEM existentiæ & quidditatis Intelligentiarum tractationem, Philosophi fusè exsequuti sunt, teste Porphyrio in Epistola ad Anebonem, (vel vt August. aliquoties eum allegat, Anebuntem) Ægyptium. Sed vt idem Porphyrius rectè addit, ex coniectura potius, quàm ex certis principiis. Refert ea Porphyrij verba Theodoretus 1. contra Græcos circa medium, addens paulò post, Platonis locum in Timæo, profitentis supra suas vires esse tractationem illam: nempe si plena & absoluta exigatur, non autem dumtaxat coniecturalis, qualem si nudum naturæ lumen consulatur, ferè possumus profiteri. Cuius rei rationem benè attigit Dur. in 2. d. 3. q. 5. n. 4. ex eo ductam, quòd quæcumque de Angelis naturaliter scimus, ex illis venamur quæ de anima nostra cognoscimus. At animam nostram valdè imperfectè & modicè cognoscimus, quia vt præclarè dixit Philo l. 1. Allegoriarum legis ad illud *ex omni ligno*, &c. *Mens quæ inest nostrûm vnicuique, cætera potest comprehendere, seipsam nosse non potest. Quemadmodum enim oculus alia videt, seipsum non videt, sic & mens intelligit alia, seipsam non comprehendit.* Et paulò post. *Meritò igitur Adam, id est mens, alia nominans & comprehendens, sibi ipsi nomen non imponit, quandoquidem seipsum ignorat, naturamq; propriam.* Ita Philo, de notitiæ, qua animam nostram attingimus, obscuritate. Sed quamuis animam nostram dilucidè ac perspicuè intueremur, modicum tamen adiumentum ea cognitio ad Intelligentiarum exquisitam notitiam præstaret: quia cùm anima sit infima in genere substantiarum Intellectualium, imò non sit directè in eodem cum Intelligentiis genere, sed reductiuè dumtaxat pertineat ad idem genus summum, necesse profectò est pertenue ac vix plusquam coniecturale esse lumē, quod ex animæ notitia, intellectui circa Intelligentias versanti, affulget. Quare prudens Augustini monitum tenebimus, qui cap. 59. libelli de fide, spe & charitate (ita enim ipsemet quæstione 1. ad Dulcitium inscribit libellum illum quem passim vocant Enchiridion,) multa se de

Intelli

Intelligentiis ignotare professus, subdit, *Cùm illa quæruntur, & ea sicut potest quisque coniectat, non inutiliter exercitatur ingenia, si adhibeatur disputatio moderata, & absit error opinantium se scire quod nesciunt.*

QVÆSTIO I.

An substantiæ intellectuales creatæ, dentur in rerum natura.

1 INtellectuales substantias propriè appellant eas, quæ quia notitiam ex sensibus non mendicant, sunt habent in connaturalem sphæram suam obiectiuam tendendi motum, quem nos in prima principia per se nota, quorum propterea dicitur habere intellectum. Ita D. Thomas 1.p.q.58.art.3. in corpore, aduertens hominem ob contrariam causam non vocari intellectualem, sed rationalem. Non absimili vocum discrimine S. Dionys. vt obseruat Tritianus ad c.1. Decadis 3. Ioannis Cyparissiotæ, animas nostras appellare solet *intelligentes, νοερὰς*, Intelligentias verò vocare solet *νοητὰ*, id est, *intelligibilia*, seu *intellectiles*, quia Intelligentiæ habent infra se animas à quibus intelligantur; animæ verò intelligere quidem possunt superiora, tamen quia infimæ sunt in ordine intellectualium, & corpori alligantur, non habent aliquid infra se à quo intelligi queant. Igitur quærere dentúrne substantiæ creatæ intellectuales, siue intellectiles, perinde est atque si quæreretur, an dentur substantiæ creatæ omni ex parte spirituales, & à quocumque ad quantitatem ordine liberæ, ac proinde incorporeæ. Is enim vt attigit Durand. in 1. d.8. p.2. q.3. n.14. est legitimus status controuersiæ de existentia Intelligentiarum. A quo aberrarunt nonnulli, existimantes quæri dumtaxat in ea controuersia, an dentur substantiæ aliquæ creatæ intellectu præditæ, distinctæ ab homine. Quam longè aliam esse quæstionem, constat ex eo quòd, vt infra dicemus, possent fortè tales aliquæ substantiæ dari, & esse corporeæ, ac ex parte materiales. Cùm autem huiusmodi substantias omni ex parte spirituales reipsa dari, Christianis Theologis indubitatum sit, nobis incumbit expendere, ecquid de ea re consulto solo naturæ lumine, sit statuendum.

ARTICVLVS I.

Vulgatarum Angelicæ existentiæ probationum inefficacitas detegitur.

1 SOlet Intelligentiarum existentia probari, & vt aliqui etiam existimant demonstrari, ex motu cælorum, & ex mirabilibus quibusdam effectibus supra humanam vim, quos deprehendimus in rerum natura, & præsertim in energumenis, & denique ex sequutura alioquin incompletione vniuersi, si abesset gradus ille creaturarum. Nulla tamen harum rationum efficaciter rem conficit, vt patebit eas expendenti.

Expenditur prima probatio ex motu cælorum.

Ac prima quidem vsus est Aristoteles

teles 12. Metaphys. & alij passim, sed explicatè Autor libri de cognitione veræ vitæ c.6. proposita enim quæstione, an sint substantiæ incorporeæ creatæ respondet: *Angelos esse ipsa insensibilia probant, quæ tam certam sui motus legem observant. Omne quippe quod movetur, aut motum à se habet, aut aliunde; sed omne quod motum à se habet, est sensibile, ut animal, quod aliunde, insensibile, ut corpus. Quod si Sol Luna & sidera per se moventur, sensu vel ratione egere videntur, quæ tam certa tempora, tam certa cœli spatia custodiunt: & quodammodo suum tenebrosum huic mundo lumen vel signis terminant. Sed qui ea inanimalia, vel saltem insensibilia corpora arbitrantur, vera sine ratione inter irrationabilia computantur. Cœli autem vera sunt corpora sensibilia, sed motu carentia, corpora insensibilia, & tamen moventur, unde constat quod aliunde moveantur. Restat igitur ea per Angelica ministeria moveri.* Hæc Autor prædictus.

2 Hic tamen discursus non est demonstrationis, imò non vna ex parte rimas agit. Nam vel argumentum existentiæ Intelligentiarum, ducitur absolutè ex motu cœli, vel ex aliquo adiuncto illius motus. Primum non vrgetenim respondeti posset cum Valesio controu. 11. & 26. & Gulicl. Parisiensi 2. 2. de vniuerso c.97. cœlos moueri à propria forma, vel quod esset verisimilius, moueri à Deo *ipso*, siue mediatè impetu impresso ab initio, & ad finem vsque sæculi conseruando quoad aliquas saltem partes, in quo nulla est repugnantia: siue immediatè vt de omnibus cœlis verisimilius arbitratur Lessius lib. de prouidentia n. 10. idque saltem de primo mobili sonare videntur verba Aristotelis 12. Metaphys. t. 38. & 43. & apud D. Thomam ibi lectione 8. iudicatur valde probabile eam esse mentem Philosophi, astipulante Dandino 1. animæ digressione 9. Quamquam Spina rodem lib. 12. latè in contrarium disputat, & hoc versat quasi problema, idémque latè negat Scaliger exercit. 6. n. 2. nec video vnde Possevinus 12. bibliothecæ c. 4. respondens quarto Cani argumento, agnoscat in Philosophia, id vt supponit, affirmare, graue peccatum: aut cum Rubius 2. cœli cap. 5. q. 5. Philosophum hac ex causa, erroris damnet. Quòd si omnino placeat motum cœlorum substantiis creatis tribuere, responderi posset eas esse corporeas, donatas tamen corporibus subtilibus, alterius rationis quàm sint corpora animalium, & ideò nec cibo egere, nec labore aliquo fatigari, in aliqua autem modica cœli, vel astri lacuna delitescere, & cum eo gyrare.

3 Iam verò quòd ex nullo adiuncto motus cœlestis, inferre valdè liceat motores creatos esse immateriales, probat Gulicl. Parisiensis 2. 2. de vniuerso c.97. ex eo quòd adiuncta illa, siue sint maior velocitas talis motus, siue temperatio nimiæ velocitatis, vt dixit Valesius supra & 4. Physic. cap. 8. siue (quod aptiùs dici posset,) exactissima æqualitas, & in tam proportionato & artificioso motu constantia; omnia inquam hæc cœlestis motus adiuncta, in easdem omnino causas, in quas motum ipsum referri posse diximus, alique incommodo, & eodem iure quo motus, referri possunt. Audiendi autem non sunt Recentiores aliqui, asserentes motum cœlorum non posse Intelligentiis negari sine temeritate: quamuis enim ea fuerit Stoicorum, Academicorum, & Peripateticorum concors sententia, vt videre est apud Pererium lib. 2. in Genesim q. 5. tamen Philosophi id non asseruerunt tanquam

quam assumptione philosophica irrefragabili, sed dumtaxat ex verisimili. Ex reuelatis verò nihil in hanc rem firmum suppetere, rectè aduertit Palacius in 2. d. 14. disp. 1. in fin. itaque nullo imo damnandus est temeritatis qui contra sentit.

Discussio secundæ probationis ex quibusdam miris effectibus.

6 Prætermisso ergo hoc discursu tot calumniis obnoxio, secundum argumentum, quo passim censetur existentiam Intelligentiarum posse efficaciter probari, petitur ex quibusdam miris effectibus, quorum aliqui in arreptitiis cernuntur, alij verò in aliis. Agam priore loco de prioribus, quia ex iis conseruit potentissimum argumentum existentiæ Intelligentiarum desumi posse, præsertim ex detectione rerum longè positarum & occultissimarum ab energumenis plerumque facta, & ex loquutione idiomatum priùs energumeno incognitorum. Hos enim effectus Porphyrius in epistol. ad Anebuntem apud S. Augustinum 10. ciuitatis c. 11. retulit in spiritus extrinsecos. Eosdem effectus Tyræus lib. de dæmoniacis, c. 23. & 24. solos censet esse in hanc rem firmos, vsurpantéque etiam in hanc rem à Sibyllino decade 3. c. 1. q. 1. Nec possunt infringi ex eo quòd aliqui eos effectus referant ad primam causam, vel ad humores, vel ad Lunam. Nam quod ad Deum attinet arreptitij lauantur potionibus & aliis humanis remediis, itémque adiurationibus & Ecclesiasticis exorcismis, Dei ministro côrquente & increpante, ac sæpe etiam, vt experientia testatur, abigente frendentem dæmonem, quod quis non videt fore absurdum si effectus illi à Deo fierent? Accedit quod dantur alij quidam effectus, de quibus fusissimè Delrio 2. Magicorum qui per Magos fiunt adhibitis inuocationibus, comminationibus, obtestationibus, & aliis quæ lex Diuina vetat, & humana in rebus publicis bene constitutis, plectit vltimo supplicio, ad furta, homicidia, adulteria, & plerumque etiam vt de Simone Mago legimus, ad aucupandam Diuinitatem: quæ Deo tribui sine piaculo nô possunt. Quod rectè agnouit Porphyrius apud Theodoretum 3. contra Græcos post medium, & apud S. Augustin. 10. ciuit. c. 11. ac Eusebium 4. præparat. c. 11. vbi hæc ex Porphyrio profert cætera. *Sed alij non possunt perspicere, nec Deum bonum, an nocere nec prodesse, nocere vnquam posse: nam et non potest caliditas, vt Plato ait, frigiditatem inducere, nec frigiditas caliditatem, sic nec iustitia nocere potest. iustissimum autem omnium Deus est, non esset enim Deus nisi esset iustus: quare alia quædam est vis bonorum dæmonum, alia malorum.* Hæc & alia Porphyrius rectè ex nequitia quæ in eliciendis operationibus illis adhibetur, inferens, eas esse à spiritu nequam qui longè alius sit à Deo.

7 Quid quòd persæpè minas spiritui illi suo cum quo agunt, intentant Magi, vt legimus apud Iamblichum l. de myster. §. 36. initio, vbi illæ, exempli gratia, comminationes proponuntur. *Nisi vos ita feceritis, vel terra, si feceritis aliquid, cælos confringam, vel occulta Isidis patefaciam, vel arcanum in abysso reconditum diuulgabo, aut solam barim id est nauim quandam apud Ægyptios sacram, aut membra Osiridis Typhoni dispergam, cæteráq; similia.* Hæc ibi, circa quæ multa ineptit Iamblichus existimans, *comminatores illos non consueuisse dirigere minationes huiusmodi, vt Porphyrius opinatur, ad Solem & Lunam, cæteráue cælestia, sed esse in mundo genus aliquod potestatum valde densum, &*

& indifferentam [illegible], quod neque quidem ab alio vaticinium, sive sermonem, exaudierit, sed propria intelligentia [illegible]: neque verum à falso, neque possibile discernat ab impossibili. Hoc itaque genus vaticinationis latissimum potius irridari & fingere callidum Iamblichus, *[illegible] quod & ipsum nonnullis dictis [illegible] agitur, & [illegible] ducat, trahitque per stupidam quandam & instabilem phantasiam.* Sed rectius dixisses sicut non ad Deum, sic neque ad stupidum aliquod & hebes daemonum genus, sed ad spiritualia nequitiae dirigi huiusmodi minas & execrationes, quibus illa quidem se terreri aut adigi fingant, sed ut fallant, sicut cùm se per Magos pelli fingunt ut intercipiant, ait Athan. quaest. 32. ad Antiochum. Tandem compertissimum est arrepticios illos detractione humorum corruptorum levari; nec tam potenter vexari, quàm cùm copia noxiorum humorum, stabulanti intra eos Daemoni famulatur: hoc quis non videt ridiculè de Deo assertum iri? Itaque causa effectuum illorum quam necessarium est fateri esse intellectualem, ut directae ad eam precationes, adiurationes & comminationes, & redditae ab ea voces docent, non potest esse Deus; est ergo spiritus aliquis Deo inferior.

Prior vana infirmatio secundae illius probationis.

8 Respondent primò aliqui hos effectus prodire à melancholia & complexione viciata. Sed hoc omnino ridiculum est, ut latè ac optimè docet Fernelius 2. de abditis rerum causis cap. 16. Carpentarius digress. 4. in Alcinoum, Loyerius 2. de spectris cap. 8. Fazelus latè Decade priore rerum Siculorum lib. 10. Psellus libro de daemonibus circa medium. Optanda sanè esset huiusmodi melancholia, quae nos & alienorum secretorum conscios, & peregrinorum idiomatum sine labore peritos faceret. Et quamvis Aristoteles sect. 31. quaest. 2. circa medium, responsionem illam insinuet, tamen ut rectè monet Valles. c. 31. sacrae Philosophiae, quae petuntur ex problematis, modicae sunt authoritatis, cùm ibi Philosophus saepè ex alienis placitis respondeat.

Valeat ergo Levinus, & plerique de Galeni & [illegible] schola Medici, aut Physici, apud Faiium in Energumenicos circa finem, qui ad elevandum Ecclesiasticorum exorcismorum robur, causantur huiusmodi effectus à solo complexionis vitio proficisci. Quibus miror inter Theologos adhaesisse Suessanum 5. de fato cap. 8. damnantem prope stoliditatis, eos qui tales effectus semper adscribunt Spiritui latenti. Neque verò hos autores iuvant exempla quibus utuntur. Ut illud quod recitat Petrus Aponensis sect. 30. problematum de muliere Patavina illiteratissima, quae dum melancholica aegritudine detineretur, Latino sermone quàm decentissimè utebatur, postmodùm verò expurgato vitioso illo humore sanitati restituta, ne verbum quidem Latini sermonis proferre noverat. Item illud de muliere Mantuana, quam Pomponatius sutoris cuiusdam uxorem fuisse refert, & tamen multa ac diversa idiomata calluisse, cùm vix aliquando ex urbe pedem extulisset. Novisse se mulierculam illiteratissimam, dum aegrotaret per dies quindecim lingua Hetrusca bellè [illegible]modum loquutam, scribit supra Suessanus. Italum item quendam phrenesi laborantem, cùm primùm sumpto pharmaco benè multis vermibus corpus exonerasset, facultatem Theutonicè loquendi quã

per

per morbum præditus fuerat amisisse, testatur Erasmus oratione de laudibus Medicinæ. Denique S. August. 12. de Genesi ad litt. cap. 17. phreneticum quemdam refert, futuram mortem cuiusdam mulieris tunc valentis ac sanæ, modumque elationis ad sepulchrum prænunciasse.

9 Hæc inquam & alia eiusmodi non conuincunt naturam illorum intentum. Nam præterquam quod Aponensis, Pomponatius, & Erasmi ij sunt, quibus iniuratis testibus, aut sine præd. fidem adhibere non cogamur: facile etiam est admissa eorum plurium veritate, respondere, effectus illos à vi latente in corporibus illis Spiritu ortum habuisse. Nam quamuis aliquis per febrem humores exsiccantem, & adiunctam illi audaciam, cum acutius expolitionem, possit quæ iam nouerat melius & expeditius efferre, quàm sanus posset: tamen non poterit febris vel bilis atra, aliáve vlla humoris eiusmodi corporei affectio, conferre promptam & stabilem donante morbo facultatem vtendi idiomate, quod æger priùs non nosset: ita videlicet vt non vnum aut alterum dumtaxat verbum, quod casu posset fieri, sed multa, & ordine debito proferat, perinde ac si idioma & linguam quam nouerat, vsurparet. Neque enim febrilis ardor, vel natura ad hoc species conferre potest, vel præexistentes ita coniungere vt effectus ille consequatur. Itaque oporteret aliquid esse in ore, quod non fuit in mente, vel aliquid fuisse in mente, quod numquam fuisset in sensu. Quod autem Lemnius ex hoc [illegible] probet Platonicam reminiscentiam, non est quod hic refellatur, cùm id alibi copiose sit præstitum post Tertullianum lib. de anima cap. 24. Arnobium lib. 2. S. Iren. lib. 2. cap. 59. & 60. Aug. 12. de Trinit. cap. 15. & ex recentioribus Mirandula lib. 1. [illegible] sing. certam. Crisp. toto lib. 6. distrib. 1. Pierideum grad. 5. mor. à cap. 24. Tandem vt aduertit Carpentarius digressione 4. in Alcinoum, si Energumeni à morbosa qualitate corporis excitarentur ad loquendum peregrino idiomate, non aliter certè excitarentur, quàm interuentu motus naturalium vocis organorum. At plerumque Energumeni non modò lingua immota, sed ore etiam penitus clauso linguis illis loquuntur: & inde dictos ventriloquos docent Galenus in expositione vocum Hippocratis, verbo ἐγγαστρίμυθοι.

10 Quocirca causa illius effectus non alia posse esse videtur, quàm Spiritus latens, quamuis interdum sinat alia & arte cæteri illius impostoris, ad ingerendam falsæ huius sententiæ fidem, siue adempta humoris vexationi opportuni vbertate, leuetur æger depulso humore noxio. Prædictionem verò illam quæ obiiciebatur, (nisi ab eadem causa profecta est,) fuisse fortuitam, suadent similia exempla quæ refert idem S. Aug. eodem libro cap. 22. Quare prima illa responsio ad argumentum quod pro Intelligentiarum existentia ex Energumenis petebatur, est omnino inanis.

Altera vana infirmatio secundæ probationis.

11 Respondent secundò aliqui hos effectus à Luna & aliis astris proficisci. Sic enim lunaticos à Luna iuxta Nonnum in Dionysiacis dictos existimant, (quanquam varias de vocis illius notione sententias refert Iansen. cap. 15 & 68 concordiæ,) quos verò in solidum occupauerit siue ille [illegible] passim tribuunt, eos à signo Virginis id pati tradit Iu-

lius Firmicus, non ille prophanarum Religionum nouus ac strenuus impugnator, sub Constantini Magni filiis, sed alius Astrologicæ famitatis assertor, lib. 8. Astronomicon cap. 24. Verum hæc responsio, refutatione indigna est, eamque iam olim à quibusdam Medicis traditam contriuit Origenes tract. 4. in Math. ad illud *Lunaticus est & male patitur*. Item Psellus lib. de dæmonibus loco cit. num. 8. Videtur autem ei responsioni fauere quòd certis Lunæ periodis plus vexantur Energumeni; sed hoc referendum est in humores tunc magis indispositos, vel vt monet Chrysologus serm. 51. *Dæmon vexat corpus lunaribus incrementis, ut ipsa Luna credatur quod est diaboli commissum*: intendens scilicet vt blasphemetur creatura Dei; quod Origenes supra aduertit, & S. Hieronymus in c. 4. Math.

Anne verò corruus ille Austriacus, quem Sibyllanus decade 5. cap. 5. q. 1. extraordinaria locutum & operatum refert, lunaticus & non potius à dæmone actus censendus fuit? idem quæritur de Simonis Magi cane, quem Nicephorus lib. 2. cap. 27. humana voce locutum, & pro foribus astantem, arcuisse quos Simon ingredi nollet, alios verò admisisse commemorat. Alium item canem suo tempore articulate loquutum memorat Grillandus tractatu de sortilegiis cap. 7. num. 23. Quis ibi dæmonis, non Lunæ opera, non agnoscat? Dæmone malo dæmone actum canem illum rabidum cuius morsum curasse fingebatur Apollonius, censuit Euseb. in confutatione scripti Hieroclis, ob curam homini à se demorso præstitã ab eodem cane. Quis item ibi lunarem effectricem comminiscatur? Itaque hæ responsiones non euertunt argumentum propositũ pro existẽtia Intelligentiarum.

Vera informatio eiusdem secundæ probationis, quatenus ex experientijs ducitur.

12 Nihilominus aliunde ostendi potest argumentum illud non esse omnino efficax, nec persuadere eam naturam à qua prodeunt effectus prædicti, esse purè intellectualem & completam substantiam. Posset enim aliquis dicere, eos effectus oriri ab anima separata, vna vel pluribus, vt S. Tho. quæst. 16. de malo art. 1. ex Aug. 9. ciuitatis cap. 11. refert sensisse Plotinum, vel potius (vt ex contextu patet) Apuleium. Videtur etiam idem sensisse Iustinus in apolog. ad Antoninum: nam vt persuadeat animæ immortalitatem, ita loquitur. *Credite vel necromantiæ vestræ & puerorum incorruptorum inspectionibus, euocationibusque animarum, & his quos magi somniorum familiares vocant, immissoresque somniorum, peritisque talium artium, animas humanas etiam post mortem sensu esse præditas asserentibus. Credite idem confitentibus qui agitantur à defunctorum spiritibus, quos arreptitios & furiosos vulgus vocat, præterea vestris mantiis &c.* Hæc & alia Iustinus, ex quibus apparet eum sensisse Energumenos agitari ab humanis animabus separatis, & eamdem esse pleraque opera, passim tributa dæmonibus.

13 Nec satisfaciunt quæ contrà opponit Abulensis in cap. 8. Math. quæst. 124. ait enim animam separatam non loquuturam idiomate incognito, nec ingentes moles moturam, vel secreta reuelaturam, cùm id non potuerit in corpore. Similiterque argumentatur Tatianus oratione contra Græcos num. 16. *Dæmones (inquit) qui hominibus imperant non sunt animæ hominum. Quomodo enim illæ post mortem separatæ, efficaces ad agendum essent, nisi*

vana

[illegible] homo insipiens & immobilis dicatur: [illegible] morte verò efficaciorem demum vim as-[illegible] fuerit existimentur. Virtus itaque hui ita [illegible] [illegible], vt alibi demonstrauimus, & de-[illegible] est spiritum animam immortalem, à [illegible] corpore eiusque membris impeditam, postea [illegible] cum inde migrauerit segregatum fe-[illegible]. Hæc Tatianus. Sed respondeti po-test, si anima vna non sufficit, plures eam ad hæc applicare, quarum aliquæ loqui possint ignotis illis linguis, sibi dum in corpore essent, bene notis. Ex quo omnino inefficax redditur argumentum illud ex peregrinis idiomatibus, quod Lyranus in cap. 9. Matth. iudicat esse manifestum. Ad illa verò secreta detegenda ex quibus præcedens argumentabatur Abulensis, sufficit naturalis perspicacia, alioqui si essent planè secreta, nec à dæmone quidem possent detegi. Maior porrò videtur esse perspicacia animæ corpore solutæ, præsertim ob acquisitas nouas species in exitu à corpore.

Quod autem Abulensis ibi, & Victoria relectione de Magia quæst. 4. Conradus Brunus lib. de imag. c. 13. Pererius lib. de Magia cap. 11. Loyer 7. de spectris cap. 6. & lib. 6. cap. 14. Mengus in fuste dæmonum cap. 3. omnes post Athan. q. 11. ad Antioch. contendunt animas damnatas (quibus solis possent hi effectus tribui) nunquam redire in hæc superiora: hoc inquam nec naturali lumine probari potest, nec ex reuelatione suaderi, cùm sint vrgentes experientiæ in contrarium etiam nuperæ, præter antiquiores. Atque ita eum reditum confirmant Thyræus lib. de apparit. spirituum cap. 11. num. 25. & cap. 13. n. 27. & lib. de locis infestis c. 86. Sanchez 1. 2. in Decalog. cap. 38. num. 25. Maldonat. in cap. 16. Lucæ num. 99. Bellarm. l. 2. de purgatorio cap. 8. in fine secundi [illegible] quæstionis. Item Pamelius in Tertul. Paradoxo 12. Quid quod ex aduersariis, Brunus & Loyerius concedant quandoque ex dispensatione id contingere? Hoc autem nobis satis nunc est, quia inde infringitur argumentum quod examinamus.

14 Esto verò demus hæc omnia, nec idem tamen habebitur intentum. Nam etiamsi causæ illorum effectuum neque sint humores, neque animæ separatæ, neque Deus, non tamen continuò sequitur eas esse creaturas purè intellectuales completas, quales nunc inquirimus. Quid si enim causæ illæ donentur tenui corpore, à quo non impediantur subire, etiam ingenti numero, in corpus humanum? Vasquez 1. p. d. 107. cap. 2. ait naturam corpoream intellectualem ab homine distinctam esse impossibilem: quod fatet quibusdam, qui posito quòd effectus prædicti eliciantur à natura intellectuali, vt constat ex adiurationibus, comminationibus & cæteris quæ ad naturam tantùm intelligentem diriguntur; inferunt eam naturam intellectualem quam concessum est non esse Deum, nec animam separatam, nec hominem, esse necessariò Intelligentiam completam, cùm nulla possit esse spiritualis forma corporis præter animam rationalem, quæ corpori alligatur vt interuentu sensuum hauriat species discursui necessarias. Omnis ergo alia forma intelligens vnita corpori, esset discursiua, atque adeò omne compositum ex tali forma, esset homo, qui iam exclusus supponitur.

Ita illi ex eo fundamento, quod tamen est ruinosum, neque enim vt supponitur *est discursiuum quandocunque* est differentia hominis, cùm sit probabilissimum Angelos quoque discurrere. Deinde D. Thomas quæst. vnica de spiritualibus creaturis art. 8.

ad 1m. gratis refragante Vasque supra, & Lumeracensi in 1.q.15.art.5, & gratis etiam dubitante Suare 1.p. tract.1.l.5.c.9.n.26. insinuat plures species animalium rationalium esse possibiles licet vnica de facto detur, quod expresse docet Ockam in 1. d.44. lit.D. Sunt quoque qui admittunt quosdam homunciones, quos Scaliger in 2. de Plantis pag.142. & Agricola c.12. Berkmanni & l. de animalibus subterraneis c.37. tripunculos montanos appellant, ob pumilam staturam quæ sæpè eis sunt, quos dicunt minores quam nos ratione pollere, esse tamen rationales, & ab eis prosilisci nocturnos tumultus: In quo tamen refellimus à Tyræo libro de terrificationibus c.2. hoc tamen ostendit non esse illis visam impossibilem talem naturam. Sed & nonnulli Patres apud Mol. 1.p. quæst.50. art.1. & Vasquem ibidem d.178. c.2. senserunt Angelos esse corporeos, & antiqui Ethnici censuerunt dæmones esse medios inter Deos & homines, atque adeo esse corporeos, vt videre est apud Maximum Tyrium dissertatione 26. n.215. & dissert.27. num.157. & 159. Mirum autem esset non fuisse ab illis animaduersam, repugnantiam naturæ intelligentis corporeæ ab homine distinctæ.

15 Denique quidni possit creari intellectus aliquis corpori vnitus, qui ad operandum egeat determinatione per sensus posita, tamen ex determinatione fit naturaliter aptus ad veritatem iudicia, imò & ad notitiam intuitiuam, non accidentium tantùm sed etiam substantiæ? Sicut pleraque bruta [illegible] specie per sensus externos, determinantur naturaliter ad certa iudicia, & ad perceptionem certarum quarundam rationum [illegible], quas sensus externus non attingit. Talis etiam substantia esset intelligens, & forma corporis, distincta specie ab anima rationali, cui modus ille cognoscendi non competit. Quidni etiam intellectus non discursiuus ex speciebus per sensum haustis, vel etiam nullo plane modo discursiuus, alligari possit corpori, tantùm vt illud moueat certo modo qui exigat in motore vim intellectiuam? Ita licet verum sit quod Caietano id in c.2. ad Ephesios asserenti opponit Catharinus in annotationibus contra Caietanum cap. de substantia Angelorum, nempe posse ad hoc sufficere motorem extrinsecus assistentem; tamen ad maiorem coniunctionem posset propterea interuenire vnio mouentis, & mobilis. Neque tunc mouens esset in mobili propter materiam, sed propter resurgens inde compositum, & alios fines compositi illius ita motiui vel ob gratiam propter finem boni communis eius vniuerso si fingeremus motorem Solis vnitum corpori solari. Quare argumentum pro existentia Intelligentiarum ex prædictis effectibus ductum, non est omnino efficax.

Infirmatio eiusdem secundæ probationis quatenus nixa aliis effectibus.

16 Quod multò magis asserendum erit de alio in eam rem argumento petito ex aliis quibusdam effectibus, ex quibus dicebam peti in hanc rem argumentum, cùm ab aliis, tum ex parte à Nipho l.2. de dæmonibus cap.10. Castro 2. de vaticinio c.12. & Pererio l.1. in Danielem. Cuiusmodi sunt corporis motus velocissimus, robur extraordinarium, voracitas longè maior solito, motus & locutio statuarum & imaginum, & huiusmodi alia ex quibus interdum deuentum est in licentia

spiritus

spiritus natiuitatem, vt annotat Tyraeus lib. de daemoniac. c. 25. merito tamen, addens haec non esse valida indicia. Quamuis enim interdum haec opera eas causas tenera habere queant, vt illustri exemplo quoad voracitatem declaratur apud Theodor. in Religios. histor. c. 3. 11. & apud Palladium in vita Macarij sect. 15. Lausiacae historiae; quoad celeritatem verò in vita S. Bernardi l. 1. c. 4. & denique quoad robur in vita S. Nicetij à Gregorio Turonensi conscripta: tamen possunt hi effectus ex aliis praetereà causis oriri. Tanta siquidem proditur fuisse Maximini Imperatoris voracitas, vt libras carnis quadraginta, vel vt alij scribunt sexaginta, vno die deijceret in stomachū voratricem, superfusa vini amphora. Mithridatem Regem & Heraclidem quendam pictorem infiniti prope cibi & potus fuisse memorat Ludouicus Caelius l. 19. c. 27. Polydamas currum vna manu comprehensum, contra equorum & aurigae equos exigentis impetum, continuisse perhibetur. Cui verò incognitum Milonis Crotoniatae monstrosū robur? Quamquam etiam robur illius quem scribit Crusius in Turcograecia, non ita pridem, superpositam veteri incudem sustinuisse quam octo fabri feriebant, quinam silebit fabricatione? Alia exempla dabit Plinius mox allegandus. Puerum nouennem Coss. Fonteio & Vipsanio, summa celeritate viguisse, quippe qui à meridie ad vesperam octoginta millia passuum perpetuo cursu emetiretur, scribit Plinius l. 7. c. 20. Alia in eo genere planè mira legere est apud Iust. Lipsium centuria 3. Epist. 59. & apud Alex. Neapolit. l. Gen. c. 21. Nemo tamen celeritatem hanc tantam, vt haec monstrosas illas vires & edacitatem, alteri causae, quàm vegetae ac robustae naturali virtuti assignandae vnquam censuit.

17 Similiter motum statuarum & imaginum qui praeterea adducebantur, manifestum est posse ad corpoream & materialem causam referri: vt patet ex automatis, siue (vt apud Aristot. 2. de generatione animalium c. 1. vertit Interpres) spontaneis, in quibus quàm excelluerit Daedalus, docet idem Aristoteles 1. animae text. 44. & Plato in Menone, qui memorat Daedali statuas ligandas fuisse ne aufugerent. Nec placent Euseb. in Chron. citans Palaephatum, & Themistius orat. 15. qui hunc statuarum Daedali motum diffiteri videntur, asserentes cùm ante Daedalum simulachra omnia, rudi informique modo fingerentur, primum Daedalum simulachrorum pedes distinxisse, ideoque creditum vita ac spiramina fabricere. Hoc inquam non placet, saltem si excludatur motus: tum quòd tenerà mouerentur simulachra Daedali, consentiunt antiqui omnes. Videndus Scaliger ad citatum Eusebij locum, Viues ad 18. Ciuit. c. 13. & Billius ad orat. 34. Nazianzeni, n. 16. post Eliam ibidem. Quamquam fabulosius illius quorundam Daedali simulachrorum motus apud Aristotelem in admirandis cap. 75. eodem quo Aristoteles ipse, loco habeo. Nota est etiam Architae lignea columba volans, referente Gellio lib. 10. c. 12. & aquila aenea item volans, oblata Carolo V. & argentea triremis quam ab argenteis remigibus impulsam, & cùm ad extremam tabulam cui superferebatur ventum esset, ab iisdem retroactam memorat oculatus testis, qui & alia in hoc genere quamplurima refert Loyer l. 1. de spectris c. 8. Nimirum haec omnia per eam artem praestantur quam Petrus in 5. partem directorij

directionj inquisitorum scholio 32. ait vocari pegmaticam, vel magiam Mathematicam, adhibitis naturalibus & materialibus causis, ac celerante plerumque ope rotarum & ponderum. Sic enim Aristoteles [illegible] ait Dædalum ligneam Venerem per se mobilem, & huiusmodi alia effecisse, immisso argento fuso, quod Philippum quendam comœdum asseruisse testatur.

18 Locutio denique statuarum & imaginum (vt omittam artificium loquentium per occultos tubos, de quo videndus Eusebius 4. præparatione c.1. Ruffinus 2. historiæ c.23. & pulchrè Nicephorus l.12.c.26. & lib.14. cap.18.) instrumentis similium machinamentorum, aut certa aëris sine ventorum interceptione, non rarò contigit, citra spiritualis substantiæ in eis inclusæ operam. Nota vocalis statua Memnonis apud Ogygias Thebas, *vbi mane [illegible] clare Memnonis [illegible]*, vt ille [illegible] recensetque Pausanias in Atticis. Tacitus 2. Annalium, & Plinius l.36. c.7. Illustre & illud quod de statua quadam Tartariæ Borealis scribit Sigismundus Baro in relatione de rebus Moscouiticis, [illegible] ei visæ tubas & fistulas quamplurimas, in quas insinuans se ventus, artificiosos nec vtiles sonos edit. Similia de rebus Persicis montibus & auro Britannico scribit Clemens Alexandrinus 6. Stromat. c.1. in fin. Tandem Cassiodorus l.1. variarum, Epistola penultima, Boëtij ingenium commendans, ait eum *arte sua fecisse metalla mugire, [illegible]*. Et paulò ante: *Dum ingenio sa dispositione [illegible], Diomedis in ære grues buccinant, æneus anguis insibilat, aues simulatæ fritinniunt, & quæ propriam vocem nesciunt habere, [illegible] probantur emittere cantilenæ*, &c. Nemo tamen propterea Boëtium commercij cum dæmone reum egit. Itaque neque ex his effectibus, argumentum validum ad astruendam Intelligentiarū existentiam duci potest.

Tertia probatio examinatur.

19 Restat argumentum tertiò petitum ex secutura alioquin incompletione vniuersi, deficiente gradu illo creaturarum qui inter substantiam spiritualem diminutam, & substantiam spiritualem increatam mediat. Quo argumento præter D. Thomam 2. contra gentes c.46. & 50. vsus quoque est Claudianus Mamertus lib.1. de statu animæ c.4. & Rich. Victor. 4. de Trinit. c.23. vbi ostenso spiritualis substantiæ creatæ accessu ad Deum, infert eam dari, *quia quod est in operatione humana humani corporis effigies sine capite, hoc esse videtur in operatione Diuina, vniuersitatis fabrica sine optima creatura*, nempe sine substantia intellectuali completa. Idem argumentum multipliciter versat, & concludens esse pronunciat Guliel. Parisiensis 2. 2. de vniuerso c.1. 2. & 5. cùm ergo animæ rationales separatæ & subsistentes extra corpora, quibus [illegible] formis, status ille per accidens tantùm conueniat, oportuit dari substantias intellectuales quibus ob suam completionem status ille per se competeret, vt in genere creaturarum intellectualium daretur non modò imperfectum, sed etiam perfectum, id est substantia intelligens, non tantùm præuio sensu, sed & absque sensu præuio, quod est valdè consentaneum intellectioni: & hoc pacto vniuersum perfectum redditur habendo omnem gradum naturarum completarū possibilium, & nominatim hunc rationem [illegible] sit simillimum Deo,

quibus

quibus est possibile, ob creaturas quas continet, substantiam & modum operandi Dei æmulantes. Vnde verum fit illud Ecclesiastici 44. *omnia duplicia, vnum contra vnum, & non fecit quicquam deesse*. Et verò Deum ob vniuersi perfectionem debuisse omnes rerum gradus condere, esse Theologorum quasi dignitatem, affirmat Catharinus lib. 5. pro immaculata conceptione, persuasione 11. ideoque ipse libro contra Caietanum cap. de substantia Angelorum, malè præcipuè vrget Caietanum, existimantem dæmones esse corporeos, quod defuturus sit gradus alter, quia sit generalis modus creaturarum possibilium, nempe purè intellectualium. Generalis, inquam, nam modi particulares & specifici intra quatuor vulgatos gradus, tametsi deessent, non facerent vt vniuersum esset mutilum, vt aduertit Ferrariensis 2. contra gentes cap. 46. Ex generalibus verò gradibus possibilibus nullum deesse, contra Val. 1. p. d. 4. q. 1. puncto 2. in fin. videtur probari ex oppositione vulgatorum quatuor prædictorum generalium graduum, ob quam adæquatè exhauriuntur eis.

20 Ego tamen totum hunc discursum adhibitis etiam omnibus condimentis quæ adhibet Suar. d. 35. Met. sect. 1. à num. 10. ad 13. puto ad summum euincere conuenientiam existentiæ Intelligentiarum considerata rerum natura. Nec plus voluisse S. Thomam fatetur Ferrariensis suprà cap. 51. in fine; non enim vniuersum, etiam posito quòd totus aliquis possibilium creaturarum gradus deesset, propterea dici deberet imperfectum: quia aliud est imperfectum esse, aliud verò esse omni omnino modo perfectum. Hoc secundum deesset vniuerso facta illa suppositione, non tamen ei idcirco conueniret primum. Quod præsertim ex eo confirmatur, quòd perfectio illa quæ deesset in tali casu, non esset debita; nemo autem imperfectus dicitur ex eo quòd perfectione indebita careat. Omitto schemata quibus eleganter eiusdem argumenti refutationem construit Hurtadus d. 12. Metaph. §. 10. Itaque naturalia argumenta quibus Intelligentiarum existentiam demonstrari à plerisque creditum est, non sunt efficacia & demonstratiua.

Aliæ quædam inefficaces probationes expendantur.

21 Non annumerandi naturalibus argumentis, alia quædam quibus nonnulli tanquam efficacibus rationibus vtuntur, tum quia reuera non nituntur modo naturæ lumine ex quo nunc procedimus, tum quia supposita etiam reuelatione non conuincunt. Tale imprimis est illud quod multi vsurpant ex Richardo 4. de Trinit. cap. 25. vbi ex eo colligit dari substantias completas omnino incorporeas, quod testetur S. Lucas cap. 8. in vno homine stabulata esse dæmonum 6. millia supra sexcentos sexaginta sex, quot legione continentur; impossibile autem censere videtur Richardus, tot corpora quantumuis subtilia, contineri posse naturaliter intra humanum corpus: inde ergo infert substantias illas fuisse omnino spirituales.

22 Facilè tamen dicat aliquis, Intelligentias dato quòd ipsæ & non animæ quædam separatæ corpus illud subiissent, prædictas esse pertenui corpore, ac perpusillo, & nihilominus eis accommodato & sufficienter perfecto. Non enim in corporibus quæ vastiora sunt vt balænarum, aut elephantorum, censentur propterea perfectiora: *sic corporum possidere*, (ut quis)

do

de dæmonibus Apuleius de Deo Socratis circa med. *rara, splendida, & tenuia, usque adeo ut radios omnes nostri cernendi, & raritate transmittant, & splendore reverberent, & subtilitate frustrentur.* Itaque dici posset Intelligentiarum corpora ex tenuitate habere ut insensibiliter subire possint loca crassioribus corporibus impervia, & magno numero intra angustissimum capedinem consistere. Neque verò in eo Evangelicæ loco qui allegatus nomen legionis significat summam illam quæ proponebatur, ut pessimè supponunt qui inde in hanc rem argumentantur: sed tantum significat magnum aliquem numerum, ut advertit ibi Toletus annot. 27. potuit autem numerus nobilis, minor esse illo ex quo conficiebatur argumentum. Quanquam ut nullum subesset in proposita argumentatione vitium, liquet eam rationem supponere revelationem, nec provenire ex solo naturæ lumine, qualem probationem nunc quærimus.

23 Idem dico de argumento Clichtovei in 2. Damasc. de fide cap. 3. colligit enim Intelligentiarum incorporeitatem ex disrumpenda alioquin per eas cœlorum contextione cùm mittuntur à Deo è cœlo ad nos. Hoc argumentum eo quem proximè dixi modo, facilè enervatur. Nam quamvis verisimilius sit invitis licet nuperis Astrologis, cœlum saltem stellatum solidum esse, & de Empyreo id non posse negari, tamen non constat nobis lumine naturali, Angelos de Cœlo ad nos mitti, aut si inde mittantur non delabi per aliquam quasi fenestram.

24 Idem præterea dico de illo argumento quod aliqui in hanc rem petunt ex celerrimo motu Angeli orbem circumeuntis penè in momento, & avium quantumcunque volatum incomparabiliter vincentis, ut ait Augustin. l. de divinat. dæmonum cap. 3. & refertur in Decreto cap. sciendum 26. quæst. 4. videtur enim dissipandum & rumpi quantumvis bene firma compage distinguendum fore corpus quod tam celeri motu cieretur. Sed in primis an non celerrimus est Solis, Astrorum & cœli motus? Celeritas certè Solis tanta est, ut una hora suo cursu dicatur ambitum terræ æquare quinquagies, & plus una hora conficere spatii, quàm globus tormento excussus quinque millibus horarum absolveret. At hunc ipsum gressum per motu stellarum fixarum & firmamenti videri posse testudineum perhibent Astronomi, eo quòd motus stellarum fixarum circa æquinoctialem sit quadragecuplo velocior motu solari, ambitumque terræ bis millies conficiat una hora. Vide Clavium in c. 1. Sphæræ sub finem & Lessium l. de providentia num. 30 & pulcherrimè Cleomedem l. 2. inspectionis circularis Meteororum sub initium, quorum longioribus subductionibus prætermissis breviter dabo pauca verba Guilielmi Parisiensis 2. 2. de universo cap. 27. quibus hinc ostendit quod intendimus, nempe Angelos quamvis corporei essent, modò tamen haberent corpus æthereum, fore celerrimè movendos. *Congruere* (inquit) *videtur huiusmodi substantiis* (Intelligentiarum de quibus agit) *cœlestis huiusmodi corporeitas, propter ipsam habitationem & optimam dispositionem ad motum, præsertim secundum illos qui tantam agilitatem, tantamque velocitatem motus ponunt in eis, ut simul in locis à se invicem remotissimis esse videantur, propter insensibilitatem motus, quæ est in tanta adeò corporis subtilitate natura. Et hoc apparere potest ex velocitate motus cœli stellarum fixarum qui in illa vix videtur*

esse

esse mille milliarium vel spatij amplioris: si enim consideraueris eius integrum, quem peragit 24. horarum spatio, posueris esse per stagia quadraginta milliarium circa vt [illegible] esse 365. diametri, inter vtrumque [illegible] milliaria, inuenies in ictu oculi caelum stellatum stellarum longè plus percurrere, quam sit iter mille milliarium. Nec absurdum quod dixi de motu caeli istius, quòd motus ipsius, vnius diei, est iter sexaginta millium annorum ad mensuram & computationem praedictam. Hoc enim, vel prope hoc, inuenitur per aestimationem infallibilem, sicut contingit per diametrum terrae ad diametrum caeli, & diametrum caeli ad ambitum ipsius caeli, & cogitaueris quantum vnius horae atomus, & atomi quantacunque particula, de caelo sui ambitus transeat dictum caelum. Apparebit igitur tibi euidenter, non esse incredibile quod dixi de agilitate substantiarum huiusmodi, si corporea sint corporeitate caelesti. Hactenus Guilielmus.

Verùm quamuis non ex hac parte labaret argumentum quod expendimus; vndenam quaeso scimus, quòd Angelus tanta pernicitate mouetur, vt orbem circumeat penè in momento? Quod enim Tertull. cap. 22. Apologet. Naz. orat. 34. circa fin. & Hieronymus epist. 51. aliique Patres de hac re asserunt, ex reuelatis petitum est, non ex nudo naturae lumine, quo solo nunc dirigimur.

25 Tandem Viues lib. 1. de veritate Fidei cap. 11. inde putat efficaciter probari Intelligentias, quòd coelum tam vastum ac nobile opus fabrefactum sit à Deo, vtique vt incoleretur à viuentibus aliquibus, vt caeterae mundi partes: non à viuentibus corporeis, quorum locus proprius est sublunaris; ergo à viuentibus creatis purè spiritualibus, iuxta illud Theophili Alexandrini initio 2. Paschalis, scitè appellantis *Coelum Angelorum*

municipium. Sed haec ratio multipliciter peccat. Nam nec verum est coelum ob Intelligentias fabrefactum fuisse, quippe quae cùm incorporeae sint, loco non egent; nec etiam verum est caeteris mundi partibus viuentia aliqua fuisse addicta, Vt infrà suis dicemus locis. Denique si id verum esset, constare nobis naturaliter posset, coelos non incoli ab aliquo viuente corporeo. Praeterquàm quòd nemo coelis mobilibus assignat incolas, si excipias Varronem apud August. 7. Ciuit. cap. 6. Quae verò aliqui Patres de creatis in coelo Empyreo Intelligentiis prodiderunt, & quae Aristoteles 2. Coeli t. 100. de degentibus in supremi coeli extima parte Intelligentiis, scripsit, non excedunt probabilitatem, saltem nudo naturae lumine consulto.

ARTICVLVS II.

Quaestionis resolutio.

26 Ostendimus rationes quae vulgò afferuntur ad probandam Intelligentiarum existentiam, nõ esse omnino efficaces vel demonstratiuas. Nunc statuendum est quid tenendum sentiendum sit in hac re, consultò vt proposuimus, nudo naturae lumine. Quod semper addo, quia si spectemus lumen superius, fide certum est dari substantias creatas, intellectu praeditas, homine superiores, iuxta illud Augustini in Psalm. 103. *quamuis non videamus apparitionem Angelorum, absconditum est enim ab oculis nostris, & est in quadam republica magni Imperatoris Dei, tamen esse Angelos nouimus ex Fide, & multis apparuisse scriptum legimus, & tenemus, nec inde nobis dubitare fas est.* Multa in hanc rem ex superiore illo lumine petita, contra insaniam simul & impietatem Cop-

phil eiusdem & Quintini (quorum dogmata refert Bellarm. l. 1. de amiss. grat. & statu peccati cap. 1.) & aliorum de eodem grege Sadducaeismi renouatione infamium, vegeat Feuardentium in appendice ad Castrum, verbo Angelus, haeresi 1. Easdem verò substantias esse completè spirituales, tametsi nō videtur apertè de Fide, est tamen fidei proximum, vt ibidem plenius ostenditur. Atque ita dari de facto Intelligentias, quales initio quaestionis descripsimus, non diffitebitur Christianus Theologus, qui ex principiis ad lumen fidei superius pertinentibus, philosophatur. Nobis autem sola naturalis ratio consulenda est, & ex ea de proposita controuersia, statuendum.

ASSERTIO.

Dari substantias creatas completè spirituales, ratione naturali non euincitur, quamuis suadeatur, & communi sapientum ac Philosophorum suffragio ratum habeatur.

27 Primò, Dari existentiam Intelligentiarum non euinci ratione naturali, sed tantùm suaderi, seu verisimiliter astrui. Quòd enim non euincatur, inde manifestum est, quòd neque possit in eam rem adduci demonstratio à priori, neque à posteriori. Intelligentiae siquidem carent necessaria existentiae suae causa, qualis exigeretur ad constituendam de ea demonstrationem à priori. Nullum item habemus effectum naturaliter cognitum, ex quo à posteriori demonstremus dari Intelligentias. Si qui enim essent effectus eiusmodi, non alij profectò essent, quàm qui superiore articulo adducti sunt: at ostensum est eos non euincere causam aliquam à Deo distinctam, anima separata superiorem, vel completè spiritualem. Itaque verò de Intelligentiarum existentiam non posse demonstrari. Et ita Contarenus 5. primae Philosophiae circa finem, Dandinus 2. animae, digress. 12. Valentia & Becanus initio tractationis de Angelis.

28 Quòd tamen existentia Intelligentiarum possit congruè suaderi, & non improbabiliter stabiliri, affirmat idem Contarenus adducta hac Platonis argumentatione, quam etiam ex Chrysippo adducit Franciscus Georgius cantico 1. tono 6. cap. 12. anima rationalis duplicem quodammodo habet naturam, vel potiùs in eadem natura duplicem gradum & perfectionem: altera enim ex parte habitudinem dicit ad corpus materiale & diuisibile, cuius ipsa est forma & actus, ex quo respectu, concretionem quamdam & veluti diuisibilitatem ac materialitatem contrahit, non quidem intrinsecam & substantialem, sed connotatiuam, quatenus scilicet ex materiae quam connotat contagio sordescit etiam ipsa quodammodo. Altera verò ex parte anima nostra quatenus intelligens est, & intelligibilia attingit, atque adeò intrinsecè, & secundùm suam entitatem, est indiuisibilis & immaterialis. Ergo quemadmodum infra animam rationalem est corpus, quod natura est penitus diuisibilis, ita supra eandem animam consentaneum fuit produci naturam intellectualem purè indiuisibilem, & nullo modo ex materiae faecibus, ac ne ex respectu quidem & connotatione eius, sordentem: alioqui parcitatis quodammodo notari posse videretur naturae opifex, quòd cùm substantiam corporalem in tam multiplices ac diuersas species distribuerit, substantiam tamen spiritualem creatam noluerit esse in natura rerū aliter quàm dimidiatam

distantem & maximam, imò concretioni materiæ permixtam, ob respectum essentialem ad materiam, impuratam in anima rationali.

29 Præterea productis substantiis intellectualibus seu spiritibus completis, vniuersum perfectè (quantum fas est,) assimilatur Deo vt ostendit D.Thom. 2.contra gent.c.46.quatenus inter creaturas reperiuntur aliquæ non aliter operantes quàm per potentias gradum intellectiuum assequentes, qui est modus operandi Deo consentaneus. Et tametsi creaturæ hac ex parte Deum æmulantes, hoc ipso quòd creaturæ sunt, longè eo sint despiciliores, tamen inferiores creaturas excedunt, interque eas & Deum rite mediant & interponuntur. Quod sapientissimè à Deo prouisum fuisse annotat Potius Pruntensis l.4. de statu domus Dei, c.5. & ex Hebræorum doctrina Nemesius de natura hom. c.1. nempe vt homo medius inter naturam purè corpoream & purè spiritualem, & in vtriusque confinio statutus, vt loquitur Philo in Cosmopœia, perficiendo quod habet spirituale, sustolleretur ad statum Intelligentiarum statui purè consecutus verò faciens, deprimeretur ad ordinem inferiorem, comparatusque iumentis insipientibus illisque similis fieret. Itaque supposito intermedio hoc substantiarum inter Deum & hominem ordine, quem latè quoque stabilire nititur Maximus Tyrius dissertatione 26. & 27. non fit transitus ab extremo ad extremum, sine progressu per medium, vt benè expendit Hierocles ad versum 30. Pythagoræ, & Richardus Victorinus 4. Trinit. c. vltimo, & Guihel. Parisiens. 2.2. de vniuerso c.2. qui c.1. elegantur in eundem sensum, tametsi aliis verbis præmiserat, inter primum ens, siue Deum, & animam rationalem, esse veluti locum spiritualem & distantiam infinitam, producibilibus Intelligentiarum speciebus infinitis replebilem. Nisi igitur aliquæ Intelligentiæ productæ essent, reliquisset Deus in naturarum existentium catena, immanem quasi hiatum, & vacuum naturæ propè immensum. Cùm ergo natura vacuum abhorreat, & concentum illum qui ex contiguitate & coniunctione quantitatum oritur, tanto studio in corporibus affectet, quantò magis inter ipsas naturas credenda est idem illum, perfectioni & pulchritudini vniuersitatis longè incommodiorem, auersari? Attigit quoque hanc congruentiam Iacobus Faber in illud Richardi paulò ante allegatum. Tandem argumenta quæ ex cœlorum motu, & aliis quibusdam effectibus suprà adductis petebantur, non ita euidenter diluta sunt, quin aliquam retineant probabilitatem. Atque ita secundùm Philosophiam naturalem probabile esse dari dæmones, (nempe ob huiusmodi effectus,) asseruit Gerson tractatu de erroribus circa artem Magicam dicto 1.

30 His igitur ac similibus non demonstrationibus, sed verisimilibus & non improbabilibus probationibus, efficitur dari Intelligentias; rectéque in oraculis Chaldaicis pagina 10. ita asseri. *Natura suadet esse dæmones sanctos, & malæ materiæ germina frugi & bona.* Quæ verba ita interpretatur Pletho vt nomine germinum malæ materiæ, intelligantur formæ ex materia pendentes, quam prauam vocari potat, quia nouissima est inter substantias, parcissiméque omnium boni particeps, atque adeò quodammodo mala est. Vult igitur Pletho asseri eo oraculo, si materiæ fructus seu formæ ex ea natæ, non ta-

tem bonitate, multò magis asserendum id esse de dæmonibus, quòd ordinis sint excellentioris, vtpote impermixti materiæ, & ab eius fæcibus ac concretione liberi. At non potest naturalis ratio bonitatem dæmonum suadere, vt ex oraculis asseritur, quin existentiam quoque, cui bonitas illa superuenit, suadeat; esto non persuadeat, nec irrefragabiliter conuincat.

51 SECUNDÒ, Dixi Philosophos ferè omnes consensisse in admittendis Intelligentiis creatis. Dixi *ferè*, quia excipiendi sunt pauci aliqui apud Platonem in Sophista sub medium, vbi eos latè refellit, & apud Aristotelem 4. Physic. t. 58. & 57. qui nihil agnoscebant nisi corporeum. Item excipiendi sunt alij quidam, qui tametsi Deum faterentur esse incorporeum, tamen inter substantias creatas nihil agnoscebant non sensibile: quos tanquam nimis addictos sensibus reprehendit Autor Theologiæ Ægyptiorum lib. 1. c. 1. autoritate Anticlis, (id est vt ibi Carpentarius interpretatur,) Socratis, qui apud Platonē in Phædone Physicos antiquos & maximè Anaxagoram ea occasione sugillat. Siquidem iuxta Anaxagoram, vt D. Thom. etiam aduertit, opusculo 15. c. 1. nullæ dantur in rerum natura Intelligentiæ creatæ, sed vnica increata, siue Deus. His ergo paucis sensuum mancipiis exceptis, cæteri Philosophi Intelligentias creatas admiserunt.

Et quidem fateor, aliquot ex eis ita concepisse Intelligentias creatas; vt tamen illis tenuia & subtilia corpora concederent, quæ illi præ nostris corporibus crassioribus, corporum nomine nōn dignarentur, ideòque displicent Binsfeld. tract. de confess. maleficorum præelud. 11. scribens, apud Philosophos nullam de Angelorum incorporeitate esse controuersiam: Tamen non minùs displicet Valles. c. 16. sacræ Philosophiæ, contendens de omnium Philosophorum sententia nullam dari purè incorpoream substantiam creatam. Maior enim & potior Philosophorum pars Intelligentias purè spirituales, quales nunc descripsimus, concessit. Quod voluit Pius 2. Epistola ad Morbisanum Turcorum principem, cùm ait, *Philosophos asseruisse, omnes Intelligentias esse incorporeas*, increpatque Mahumetem, quòd corporeas ex parte fecerit. Sed & in Concilio 2. Niceno actione 5. non longè ab initio, refertur fragmentum libelli Ioannis Archiepiscopi Thessalonicensis disputantis cum Ethnico, cùmque reprehendentis, quòd cum cæteris Ethnicis assereret Intelligentias esse purè spirituales, & corpore tenui carere.

52 Hanc fuisse Pythagoræ sententiam testatur Pletho in oracula magica pag. 15. ideòque de mente eius, Intelligentias completa spiritualitate Deo similes, asserit Onatus Pythagoræus libro de Deo & Diuino apud Stobæum in eclogis Phys. c. 3. malè tamen eas appellans Deos minores, quæ est communis apud Ethnicos appellatio Intelligentiarum bonarum, vt notauit etiam Chrysostomus homil. 5. de incomprehensibili Dei natura. Verba Onati sunt: *Et ipse Deus, nec visu, nec sensu vllo percipi potest, sed ratione ac mente cernitur ita eius opera atque facta euidenter ab omnibus sentiuntur. Neque vnus tamen esse videtur Deus, verum vnus quidem maximus ac summus, & Vniuersum gubernans; alij autem multi diuersis prædicti viribus. Imperat autem omnibus, si qui robore, magnitudine, ac virtute præstat; qui quidem sit Vniuersi moderator Deus, reliqui verò Dij sint, qui per cælum Vniuersi vnum decurrunt, primum*

ordine

in Deos sequentes intellectum. At qui dicunt vnum esse Deum, non plures, falluntur. Principem supremam fallisque Diuini digni-tatem, quæ in imperando similibus, & re-gnum, quæ in præstando consistit, non considerant. Reliqui verò Dij erga primum ac summum sic se habent, vt chorus ad coryphæum, & milites ad ducem, & equites ad magi-strum, quorum est officium ritè ducentem sequi. Et quamuis commune sit cum Impe-ratoris, cum subalternis opus, tamen du-ce destituti subditi, ad opus componi non possunt, sicut nec ad concordiam chorus, nec ad expeditionem exercitus, si præeunte caruit, ille quidem coryphæo, hic autem duce. Ita Omanus, astruens Intelligen-tias creatas purè spirituales, quippe sensu imperceptibiles, & Deo similes. Eandem fuisse Platonis sententiam constat ex Eusebio 3. de demonstra-tione c. 3. quanquam quoad aliquas controuersia sit de Platonis mente, vt infrà dicam.

Quòd item Aristoteles agnouerit Intelligẽtias purè intellectuales, con-stat ex illis quæ de hac re ex professo disputat 12. Metaph. c. 6. & 7. & 8. vt mirabile sit Eugubinum 8. perennis Philosophiæ c. 16. conari trahere Phi-losophum in suum errorem de cor-poreis Intelligentiis, eo quòd 5. Me-taph. text. 15. habeat hæc verba. *Sub-stantiæ dicuntur simplicia corpora vt terra, ignis, aqua, & id genus alia, omninóq; corpora, & ea quæ ex his constant, & ani-malia, & dæmonia, & partes eorum.* Sed in his verbis Philosophus non dicit In-telligentias esse corporeas, sed tan-tùm esse substantias, quare illud (*par-tes eorum*) debet intelligi cum accom-modata distributione, ita scilicet vt cadat in elementa, & composita ex elementis, non autem etiam in dæ-monia, siue Intelligentias. Peripate-tici vero Magistrum sequuti, Intelligen-tias omnes fecisse incorporeas, fate-tur Caietanus in c. 2. ad Ephes. ferè initio. Annuit etiam Autor libro de causis propositione 7.

31 Denique S. Damascenus ora-tione 2. de Assumptione ait, Intelli-gentiarum omnimodam incorporei-tatem, omnes quantumuis cæcos vi-disse, subditque in eam rem duos Ho-meri versus. Sed de ea rursus infrà.

QVÆSTIO II.

Quid sint Intelligentiæ explica-tiùs & pleniùs.

EXPLICATIVS, inquam, nam superiori quæstione vt legitimum cõtrouersiæ sta-tum de Intelligentiarum existentia constitueremus, supponen-dum fuit quid essent Intelligentiæ, easque de facto dari quales supposui-mus ostensum est, quantum per natu-ralis luminis in hac parte tenuitatem licuit. Nunc ergo quæ sibi tantùm *quoad an est*, tractata sunt, diligentiùs & distinctiùs sunt vestiganda; additis insuper aliis, quæ ad notitiam quiddi-tatis Intelligentiarum vndecumque integram pertinent. Quamuis enim intuitiuam Intelligentiarũ notitiam, multóque minùs comprehẽsiuam ex-pectare in hac caligine minimè de-beamus, ipsique *Ethnici Philosophi*, vt obseruat Chrysostom. homil. 5. de in-comprehens. Dei natura, contra Anomæos, *non planè definierint Intelligentias, sed ob-scura quadam expositione, ac potius descri-ptione quàm definitione, quid illæ essent de-clararint*; Tamen abstractiuam earum cognitionem, (vt in his tenebris) suf-ficientem ad definitionem, sperare li-cet, & reipsa assequi, vt ex dicendis constabit.

ARTICVLVS I.

Essentialia Intelligentiarum prædicata communia.

AD fabricandam Intelligentiarum definitionem communia earum & propria prædicata quærenda sunt; ex vtrisque enim essentia quam definitio explicat, Metaphysicè compingitur. Dari autem prædicata aliqua rebus aliis creatis & Intelligentiis communia, constabit ex proximè dicendis, nec id negauit S. Chrysost. homil. 2. contra Anomæos, tametsi enim ait nihil homini rebusque inferioribus, & Intelligentiis commune esse: sensus tamen est, Intelligentias longè excedere hominem, ideòque frustrà hominem ad Dei comprehensionem aspirare si Intelligentiis non conceditur ad eam pertingere, qui erat eo loco scopus Chrysostomi. A communibus ergo Intelligentiarum prædicatis, quia latiùs patent ordiamur.

ASSERTIO.

Intelligentiæ quæcumque, sunt substantiæ, à Deo productæ, de Philosophorum etiam sententia.

32 PRIMÒ, Dari Intelligentias esse substantias, de quo vt certè [illegible] ad propositionem 7. de causis dubitari non potest; sunt enim aliquid superius homine, tribuuntque eis effectus superantes vim accidentium. Præterquam quòd accidens aliud quod fingi posset sufficere ad aliqua ex huiusmodi operibus, deberet inesse alicui substantiæ quæ erit ipsa Intelligentia; cùm supponamus subiectum illum esse aliquid vi intelligendi præditum, nec tamen esse hominem, vel Deum.

Hinc refellitur, cùm [illegible] Theologaster apud Cocceium t. 2. Thesauri l. 4. art. 1. asserens Intelligentias nihil esse nisi bonos & malos affectus tacitè interpretes; quod item nonnullos suo tempore affirmasse refert, & latè reiicit Lensæus lib. 2. de libert. Christiana c. 10. idemque multi Platonici senserunt apud Viuem in 9. Ciuitatis c. 21. Tum etiam Gnostici apud Plotinum, Enneade 2. lib. 9. c. 14. asserentes, dæmones non esse substantias, sed morbos, & accidentales temperiei deprauationes, quod approbant Cardanus apud Carpentarium digress. 4. in Alcino, & pauci alij medici vel naturalibus causis nimium dediti, vel eleuandorum Catholicæ Ecclesiæ exorcismorum studiosi, quos adduxi q. superiore art. 1. Aliqui etiam contendunt idem sensisse Hippocratem lib. de morbo sacro, ibi tamen Hippocrates tantùm reiicit eos qui morbum comitialem dæmonibus inferri asserebant; an verò ij quos vocamus arreptitios, morbo aliquo laborent nec à dæmone vexentur, non dicit.

33 Dimissis autem rationibus quibus hanc opinionem refellit Plotinus suprà, faciliùs & robustiùs impugnari potest, ex eo quòd arreptitij linguis prius incognitis loquuntur, & [illegible], comminationibus, aliisque ad rem inanimatam & intellectu destitutam, nõ nisi stultè & absque fructu dirigendis, sæpe vtuntur. Ergo effectus illi proficiscuntur à natura aliqua intelligente, non à solo morbo vel vitio temperiei accidentaria; ergo cùm illa natura supponatur non esse Deus vel homo, concedendum est esse Intelligentiam, quæ proinde est substantia. Et quidem Categoricè, inuitus licèt Flaminio 1. de

gener.

gener. cap. 8. quæst. 9. Ægidio & aliis quos Simplicium secuti 1. Phys. ad t. 15. & Averroem 5. Met. ad t. 15. & l. 10. ad t. 16. asserunt Intelligentias esse substantias Categoricas, quod bene evidunt Venerus cap. de substantia, Sirenius lib. de unitate nat. Angel. & cap. 19. Rob. quæst. 3. de substantia, & aliis; spectabuntque eodem quæ dicentur infra de compositione Intelligentiarum ex genere & differentia.

56 Secundo, Dei hanc substantiam esse creatam. Contra Manichæos apud August. 13. contra Faustum cap. 7. in fin. & contra Priscillianistas, quorum, de cuius & Manetis sententia, animam & Intelligentias ex substantia Dei extitisse refert, & anathemate ferit Concilium Bracharense 1. can. 5. Cum enim substantia Dei sit infectibilis & intransmutabilis, utique si Intelligentiæ extitissent ex Dei substantia, fatendum esset eas esse ipsummet Deum, atque adeo esse increatas. Quod breviter sed efficaciter reiectum est quæst. sup. ex malis actionibus, quæ fiunt quibusdam Intelligentiis instigantibus, vel immediate causantibus. Alia in hanc rem peti possunt ex illis quæ contra ea (ut ait) Cerdonis & Marcionis, animam rationalem ex Dei substantia extitisse comminiscentium, disputat Theodoretus in epitome Divinorum decretorum cap. de homine, & Tertull. 1. in Marcion. c. 9. Prudentius in Apotheosi poëm. 5. Castro v. anima, hæresi 4. & nos alibi. Itaque Intelligentiæ humanæ immediate superiores, sunt substantiæ à Deo distinctæ. Ex quo manifeste efficitur eas esse creatas & à Deo productas. Quod ex Scripturis, contra insaniam cuiusdam Batasel, late probat Castro v. Angelus. Nobis potentissima ratio hoc persuadet, nempe quod omne factum & dependens, ab ente independente manat, ut suprà tractatum est, necnon(?) fusiusque infra disputabitur astruendo ens à se.

57 Hic opponitur Aristoteles quem aliqui contendunt negasse Intelligentias esse productas. Ita Holcot quæst. 11. determinationum art. 1. & Gregorius in 2. d. 1. q. 1. art. 1. cuius sententiam esse admodum probabilem censet Vasq. 1. p. d. 81. cap. 1. Sed contrarium meritò sentiunt S. Thomas opusc. 15. cap. 3. Valent. 1. p. d. 1. q. 1. puncto 1. Suarez disp. 29. Metaph. 2. num. 11. & s. 3. n. 12. Mairo in 2. d. 1. q. 8. concl. 2. & copiosè Isidorus de Isolanis l. 3. in Averroistas conclus. 2. late retundens Gregorij argumenta, quod etiam facit Iavellus propositione 16. & 18. de causis, & 12. Metaph. q. 8. Soncin. ibid. q. 16. Scot. quodlibeto 7. lit. Gg. ac graviter de iniuria hac in partes Philosopho illata conqueritur Nicolaus de Orbellis 12. Metaph. q. circa secundam. Et videtur sanè mens Philosophi aperte haberi ex 2. Metaph. t. 4. ubi dicitur, *Quod maximè est ens, esse causam aliorum entium, sicut ignis quia maximè est calidus, est fons caloris.* & 5. Metaph. t. 6. dicitur, *dari duplex ens necessarium, quoddam à se, quoddam ab alio.* Ubi nomine entis necessarij ab alio, intelliguntur Intelligentiæ & cæli, ex quod naturaliter non possint destrui, & 1. cæli cap. 9. ait Philosophus *cæteras Intelligentias habere esse, & vivere à primo.* In quibus & aliis huiusmodi locis, fatetur Gregorius habere aliqualiter sonum verborum pro nobis; respondet tamen vel Aristotelem locis illis non agere de necessariis rebus, sed de propositionibus; vel malè à nobis inferri Intelligentias ex Aristotele habere causam, saltem efficientem. Verùm primam harum responsionum, esse valdè violentam

Philoso-

Philosophi interpretationem, docet Caiet. 1.p.quæst.44. art.1. in fin. ex 8.Physic.& 5.Metaph. vbi enti incompleto à se, opponitur ens incompletum ab alio, nempe Intelligentia. Quòd verò rectè inferamus, si Deus est causa Intelligentiarum, esse causam effectiuam, patet, quia causa formalis & materialis non habet locum in Intelligentiis; finalis verò & idealis non causant nisi mouendo causam efficientem; præterquam quòd Philosophus ibi agit de causa effectiua.

38 Instabis, Aristoteles 12. Metaph.t.44. iuncto 41. sentit Intelligentias esse infinitæ perfectionis, quod pugnat cum dependentia ab alio. Respondeo eam infinitatem non posse esse infinitatem simpliciter, quæ pugnaret, & cum ente ab alio vt rectè obiicitur, & cum inæqualitate essentiali quam Philosophus ibidem cap.8. ponit inter Intelligentias, asserens eas quoad perfectionem ita ordinatas esse, sicut ordinantur cæli quos mouent. Rectè ergo Palacius in 1. d.3. disp.2. sub fin. concedit Intelligentiis ex mente Aristotelis, infinitatem tantùm durationis. Itaque non placet Suarez, qui de infinitate simpliciter Aristotelem intelligens, tandem disp. 35. Met. s.3. *num.* 14.& 12. concludere cogitur nihil sibi occurrere quod satisfaciat, adeóque tacitè concedit Aristotelem sibi contradicere. Sed de Philosophi mente in illis textibus, aliisque antecedentibus, agendum rursus erit infrà, tractando Intelligentiarum simplicitatem, vnde plena Philosophi expositio habebitur.

39 Videtur etiam opponi posse alius Philosophi locus ex 8. Metaph. t.15. cap. 16. vbi cùm asseruisset in compositis & corporibus, causam cur hæc sint per se vnum, esse materiam & formam, ex quibus ab agente educatis existit compositum, negat rem ita se habere in substantiis immaterialibus, eo quòd earum vnaquæque statim sit id quod est, nec aliud quidquam sit causa cur hæ substantiæ sint ens aut vnum. Sed rectè Iauellus ad propositionem 25. de causis & Fonseca ad t.illum 16. lit.O,& Y, aduertunt Aristotelem cùm negat substantias immateriales carere causa per quam sint entia & vnum, non agere de causa quomodolibet dante esse, sed de causa educente vel agente per motum: talis enim est causa illa quæ confert rebus materialibus vnitatem & entitatem, quod facit vniendo formam materiæ, vt toto eo capite tradit Aristoteles. Cùm ergo negat Intelligentias talem aliquam causam habere, atque eas seipsis esse quod sunt, non negat absolutè omnem causam Intelligentiarum, sed tantùm (vt dixi) eam quæ agit per motum. Apertè hoc totum tradit Commentator 12.Met. t. 44. quem propterea Caiet. cap.5. de ente & essentia quæst. 10. ac licet Capreolus in 1.d.3. quæst.1. *art.* 3. *secundum D.Thomam*, contendant Intelligentias à Deo productas asseruisse, reclamante Gregorio suprà, & Iauello ad propositionem 16. de causis, quamuis hic propositione illa 25. videatur rectam sententiam Commentatori tribuere.

40 Productas item Intelligentias agnouit Plato 6.ep. ad Coriscum scribens vt notauit Theodoretus 2. contra Græcos sub fin. *est epistola numero 6. inter Platonicas*, tum illustrissimè in Timæo parte 2. quem locum in hanc rem allegat Iulianus Apostata apud S. Cyrillum lib.2. in Iulianum t.5. & 6.& ibidem Cyrillus ad t. 4. Iustinus in paræn. circa med. Arnob.l.2.n.29. Origenes 6. cõtra Celsum sub initium & alij Patres ac Philosophi, passim.

Expres

Expressissima etiam sunt quæ colligit Eusebius 11. præparationis cap. 11. & Eusebius 11. præparationis ad S. Prus. lib. 13. cap. 9. & ... Eadem de pro mundi æternitate cap. 13. Eadem de Platonis mente affirmat S. Thomas opusc. 15. cap. 4. & 9. Nec moror quod Iustinus supra contendit Platonem sensisse Deum, hoc est Intelligentias, conditas non factas, hoc est productas ex materia, non autem ex nihilo; ita enim apud Platonem distinguuntur ποιεῖν factor & δημιουργός fabricator, ut ibi affirmat Iustinus, suntque S. Basilius homil. 1. Hexaemeri, & Nyssenus orat. 2. de hominis generatione, notantes vocem ποιεῖν designare creatorem, & creandi presse & rigorose accepta. Hoc inquam nunc nō moror. Quamuis enim falsum sit Intelligentias productas esse ex præiacente materia, tamen nunc tantum contendimus productas fuisse de Platonis mente. Quod autem apud Platonem in Timæo legitur de non orto eo entis membro, quod ratione & Intelligentia comprehenditur, ita interpretatur Philoponus supra, ut sensus sit, huiusmodi ens non esse ortum in tempore. Atque ita admittit Philoponus iuxta Platonem Intelligentias esse quidem productas, sed tamen ab æterno & non in tempore. Qui tamen dum nimium intentus est ut aduersario accommodet, & mundi ab eo initium extorqueat, videtur non aduertisse se hominum Platonico gratiam summam immeritò facere, admittendo nobilissimam, & principem in vniuerso creaturam, æternam esse de mente Platonis. Atque Plato eo loco nomine entis, quod ratione tantùm & Intelligentia comprehenditur, intellexit solum Deum. Verba eius sic habet initio secundæ partis Timæi. *Principio hæc putanda & distinguenda sunt, quid est quod semper sit, ac ortum nullum habeat unquam, & quod gignatur nec unquam sit; quorum alterum intelligentia & ratione comprehenditur, & idem semper atque idem est, alterum vero opinione cum sensu quodam rationis experte opinabile, & gignitur & interit, nec unquam esse verè potest.* Horum membrorum primum de Deo solo interpretatus est Theodoretus 1. contra Græcos circa medium & ferè in fine, ac etiam Iustinus in paræenesi circa medium. Cyrillus 1. in Iulian. circa med. & Clem. Alex. 5. Stromatum c. 6.

Nec refert quòd Plato ens quod semper est, & intellectu tantum percipitur, contra ponat enti sensibili, quale non est Intelligentia; nam inde tamen sequitur Platonem eo loco non agere voluisse de omni ente abstracto, sed tantum de ente per sensus perceptibili, quale est illud quod pertinet ad constitutionem mundi, de quo ibi quærebat, ut ibi etiam notauit.

41 Porrò ob illam Intelligentiarum, eo loco prætermissionem, maiorem culpæ notam non debet Plato, quàm Moses, qui ut pulchrè tradit S. Cyrillus 2. in Iulianum ad res. 4. Nyssenus in Hexaemero non multum ab initio, & Cæsarius dialogo 1. sollicitus tantùm ut homines vtilia & necessaria doceret, proposito Deo creatore increato, & creaturis sensibilibus ab eo conditis, circa quas ferebat tunc idololatria, omisit substantias immateriales, quarum notitiam scire non ita intererat, & capere difficile erat; ut malè proinde Mosi peccans hoc silentium vitio verterit illo loco Iulianus: nec aliter in Platonem peccatum sit, quisquis similiter obiecerit, in eum modo a nobis proposito explicatum. Alia porrò Platonici illius loci expositio, haberi poterit ex illis quæ infra suo loco dicentur.

tractandæ locum quendam Aristotelis, quo asseri videtur, Intelligentias omnes esse actus puros. Quæ enim circa eum Philosophi locum diximus, æquè valere possunt ad eum quem expendimus Platonis locum exponendum, etiamsi admitteremus illud prius membrum à Platone propositum, complecti & Deum & Intelligentias creatas, vt contendunt qui inde eruunt Platonicos diis Intelligentias Deo inferiores, facere improductas, & à Deo independentes.

42 Tandem productio Intelligentiarum disertè quoque traditur à Trismegisto cap. 9. Asclepij, Seneca in exhortationibus apud Lact. 1. Instit. cap. 7. Hierocle ad 1. aureorum Pythagoræ carminum, Plotino apud August. 10. Ciuit. cap. 2. & ab Authore Theologiæ Ægypt. lib. 7. cap. 4. Quòd autem eo loco significari videtur, Intelligentias dempta prima, non esse à Deo immediatè, expositum est superius quæst. 1. art. 2. Denique idem asseritur propositione 16. & 18. de causis. Quòd si propositione 26. dicitur *Intelligentias aliquas esse incorruptibiles, quia essentia earum est ipsa causa*, sensus est, essentiam earum esse illis loco causæ internæ, quæ est corruptionis origo, vt benè ibi exponunt interpretes, & infra plenè tractandum erit.

ARTICVLVS II.

Prædicata essentialia Intelligentiarum propria & distinctiua.

QVæ exposuimus Intelligentiarum prædicata essentialia, pertinēt ad rationem earum genericam & communem aliis, quibus quidditas Intelligentiæ non competit; nunc ad gradum earum differentialem, quo ab aliis quibusuis discernuntur, veniendum est.

ASSERTIO.

Intelligentiæ gradum intellectualem, non dimidiatum sicut animæ rationales, à quibus proinde longè absunt, sed completum ac integrum, & ab omni ad corpus ordine intrinseco liberum, obtinent.

43 PRIMÒ, Dixi Intelligentias nō esse dimidiatas substantias in gradu intellectuali, siue non esse animas, & formas corporum. Quod breuiter nunc tractari potest, quia agendo de animatione cœlorum, multa ad controuersiam illam præmissa sunt, quæ non vacat hic repetere. Aliqui ergo existimarunt Intelligentias esse animas & formas corporum, cum Origenes vt late tradit S. Thomas Opusc. 15. cap. 12. & habetur ex S. Hieronymo epist. 59. & ex S. August. 11. Ciuit. cap. 23. constatque etiam ex sententia Origenistarum, quæ refertur ab Orosio in consultatione ad August. Angelos, animas rationales & dæmones, eiusdem naturæ esse pronunciabat, solàque voluntate ac statu discernebantur: ita vt animæ quæ in cœlestibus perseuerarent ob non abiectam sanctitatem primam, Angeli essent: Quæ autem de cœlis in corporis carcerem ob leuiores culpas in cœlo contractas relegarentur, essent animæ rationales, quas ψυχὰς idcirco dictas volebat ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι, quòd calorem pristinum quo feruebant cùm Angelorum statu potiebantur, amisissent, vt refert Epiphanius epist. ad Ioannem Hierosolymitanum, quæ est 60. inter epistolas Hieronymi. At eas animas quæ se grauibus criminibus

inquinassent

impiassent, dæmones esse affirmabat, & in Tartarum detrudi, donec ex- piatis noxis illis reuerterent ad gra- dum pristinum. Quam vanissimam (vt appellat) impietatem, didicisse Origi- nem à Philosophis testatur S. August. hæresi 43. & hoc ipsum multis Peri- pateticis tribuit Niphus 1. de dæ- mon. c. 5. & alij quos refert c. 9. idem Gentilibus indiscriminatim tribuit S. Chrysost. homil. 29. in Matth. & aper- tè eandem habet Maximus Tyrius dis- sert. 27. n. 159. & 160. quantum atti- net ad eandem dæmonis & animæ es- sentiam, quod vnum nunc attendi- mus. Idem affirmauit Philo libr. de mundo dicens *Angelos, dæmones & ani- mas nomine differre, reipsa vero idem esse.* Videturque idem asserere libro de plantatione Noë non multum ab ini- tio. Tribuitur etiam Tertulliano, sed inimicè, vt ostendit Pamel. Parado. 12. qui annotat, tribuendum id potiùs fuisse Tertullianistis, quàm Tertul- liano, qui Platonem hac in parte re- fellit, quod hæreseon condimentarius hac quoque in parte factus sit.

44 Sanè vt cæterorum erroris illius tanquam infœlicis spiritis tamen ab initio alienos non persequar, mul- torum fuit sententia, Aristotelem sensisse Intelligentias esse formas cæ- lestium corporum, atque adeò ani- mas quasdam. Ita Contarenus 1. de Immort. Addens tamen se relinquere Theologis iudicandum de huius pla- citi veritate, & l. 2. eiusdem argumen- ti, suppositione 2. soluit omnia Pom- ponatij argumenta in contrarium. Idem de Philosophi mente pronunciant Balduinus quæstin 11. c. 2. Vasq. 1. p. d. 185. c. 1. & Carpentarius in c. 12. Al- cinoi n. 10. quibus præiuit S. Thom. l. 2. contra gentes c. 70. videturque ita colligi ex 2. Cœli t. 13. vbi Aristote- les docet, cœlum quod est animatum habere sex differentias positionum. Quod dictum volunt ratione Intelli- gentiæ cœlum animantis. Alia quæ- dam loca colligit Ficinus 4. de im- mortal. c. 1. *sub fin.*

Quanquam Gulielmus Parisiensis 1. 2. de vniuerso à c. 5. ad 9. aliter re- fert, & latissimè refellit Aristotelis sententiam, ita scilicet vt de eius sen- tentia cœlum quidem animatum sit, non tamen ab Intelligentia, sed indu- tum habeat animam intellectualem percupidam assimilandi cœlos Intel- ligentiis à materia abstractis quas con- templatur. Idem de Philosophi men- te traditur apud S. Thom. opusc. 15. c. 2. & apud Carthusianum l. 1. de lu- mine Christianæ theoriæ art. 84. qui hunc ordinem entium spiritualium ex Philosophi mente distinguit, vt pri- mo loco & quasi in vertice sit Diui- nus Intellectus, sequantur substantiæ separatæ siue Intelligentiæ, tertio lo- co sint cœlorum animæ intelligentes, postremò rationales. Rationem huius ordinis inter hæc entia, subdit esse, quòd non deceat vt substantiæ illæ quæ ex purissimo Diuinæ lucis fonte manant, corporibus nectantur, ne intellectuale lumen à prima luce pri- mò exortum, ita confestim tenebre- scat, vt fiat corpori communicabile.

Tandem siue Aristoteles admiserit cœlos ab Intelligentiis informari, siue non admiserit, sed peculiarem eis ani- mam intelligentem indiderit, Aureo- lus apud Capreolum in 2. d. 9. artic. 2. vult cœlum ab Intelligentia verè ac propriè informari, ita tamen vt Intel- ligentia illa non det cœlo actum pri- mum, sed proprietates. De sphærarum quoque elementarium animatione per Intelligentias, Orphei & Platonico- rum sententiam adducit Ficinus su- prà, addens Intelligentias ut illarum numina ex Orpheo.

45 Ego respondeo quod ad Aristotelem attinet, nego assertam ab eo fuisse cælorum animationem per Intelligentias, vt aperte etiam negat Pererius l.2. in Genes. q.7. & Dandinus 2. de anima digress. 1. post S. Thomam, qui tamen Commentatorem impugnans quoad inseparabilitatem intellectus cum corpore, interdum asserit tanquam Philosophi placitum, quod contra verbosum eius vtcumque fert, nempe quod Intelligentiæ vniantur cælis tanquam formæ; Tamen cum de Philosophi mente absolute disputat, interpretatur eum de forma assistente tantum, vt constat ex q. de spiritualibus creaturis art. 6. & notauit Ferrariensis 2. contra gentes c.70. nec repugnabunt, qui contendunt apud Aristotelem omnes Intelligentias esse actus puros: cum ratione namque actus puri, vt infra tractandum est, pugnet esse formam & actum informantem. Sed ne dum Aristotelem criminemur paganum, fideliter inquirentibus, similiter apud Aristotelem Intelligentiam mouentem non esse in toto cælo, vt habetur ex 8. Physicorum text. 18. & 84. at nullam formam debere correspondere toti corpori. Similiter Aristoteles eodem lib. t. 51. & 52. affirmat (idque per se euidens) formam informantem per accidens moueri, moto corpore in quo est: At ibidem t. 78. & 86. & 12. Metaphysic. t. 30. & 41. id denegat Intelligentiis, quas etiam addit non esse formas in magnitudine. Itaque Aristoteles non asserit Intelligentias esse cælorum formas nisi assistentes, & extrinsecus mouentes, quod latius prosequitur Alexander de Angelis l.1. contra Astrologos c.14.

46 An verò cælis animas aliquas intelligentes induxerit quæ essent veræ eorum formæ, non est huius loci quærere. Dubitet tamen existimo id esse falsum, iniuriaque sententiam illam quam Eugenius opusculo de cælorum animatione, Pineda in c.1. Ecclesiastis ad versum 6. n.3. & Delrio 1. Magic. c.3. q.1. teste muniunt, plenam esse periculi Philosopho multis cum infinitis affingi. Quæ enim de animabus cælorum quandoque significat, in Intelligentias translata cadunt, quas tamen iuxta Aristotelem non esse proprie cælorum animas, contendunt supra reiecti cælestium animarum ab Intelligentiis distinctarum, ex Aristotelis sententia propugnatores.

Iam si dimisso Aristotele de reipsa agamus, negandum omnino est Intelligentias esse formas, siue cælorum, siue aliorum corporum. Id enim pugnat cum ratione substantiæ spiritualis completæ & integræ, qualis debet esse Angelus, & inter actum purum & naturam corpoream intermediæ, vt quæst. superiore tractatum est. Quod si interdum apud Philosophos, aliosque probatos auctores, Intelligentia dicitur esse forma quædam; intelligendum id est de forma accepta pro actu, ita vt non dicatur forma ab actu informandi, sed ab actualitate essendi, vt notauit Gregorius in 2.d.7. q.2. in fine. In quo Intelligentiæ discrepant a formis corporum, quæ dicuntur formæ ab actu informandi.

47 Hinc euidenter contra Origenem & Origenistas supra adductos infertur, naturam rationalem & intelligentiam, specie differre; quod late tradit Gabriel in 2.d.1. q.6. non repugnante Iustino ad quæst. 4. de incorporeis, cum ait Angelos & animas rationales esse consubstantiales & homousias; id enim tantum intellige de gradu generico incomplete sumpto,

sed

tia de spiritualibus aut corporibus commu- ni. An vero ex distinctione specifica ani- mi rationalis & intelligentiæ, perti- nentes intelligentiæ immobilitatem tur potius intelligentiæ immobilitatem ad corporis an potius modum operandi, ut docet Suarez 12. Metaph. q. 1 n. & tradidit Soncin. 12. Metaph. q. 1 n. & verumque verum esse potest, quamuis vtrumque negat Mayro in 4. male. Idemque negat Mayro in 4. d. 1. q. 1. artic. 2. & sane quoad 2. Ru- bus, ibid. d. 1 & p. 2. artic. 1. concl. 2.

Excludit præterea ex eodem prin- cipio adeptum Intelligentias ne de pri- cipio quidem absoluta esse corpori- bus visibiles, contra Sibyllam & ceteris, q. alicubi enim aliis completum transi- re in incompletum, sicut eique dimi- diata substantia, quæ supponitur intelligentia. Ridiculè autem Auerro- es supra, admissa in Intelligentiis ratione actus propriè informantis, ita ut se habeant eodem modo quo se ha- bet forma ignis ad materiam, addi- dit Intelligentiam non conferre cœ- lo actum suum primum: id enim ut rectè Capreolus ad primum eius ar- gumentum aduertit, fictitium omni- no est, quia implicat in adiecto, ut forma non conferat actum primum rei illi cuius est forma, alioqui res non constitueretur, nec ab aliis distin- gueretur per formam. Fictitium item est quod idem addit de secundis per- fectionibus siue proprietatibus cœli, quas vult ab Intelligentia cœlo con- ferri. Verùm passiones sunt appendi- ces & consectaria actus primi sub- stantialis; ergo si Intelligentia non confert cœlo actum primum, neque passiones conferet.

4º SECVNDO, Dixi Intelligen- tias esse substantias completas purè spirituales, & ab omni ad corpus or- dine liberas, quod manifestè sequitur ex dictis. Supponimus enim Intelli- gentias pertinere ad gradum intelli- gentium; videmus autem eas non es- se in eo ordine aliquid incompletum & dimidiatum, ergo sunt aliquid com- pletum & purè spirituale. Quatenus autem hoc ipsum naturale lumen pro- bari possit, ostensum est in supe- rioribus. Nunc ex ibi dictis, cum ita se habere supponentes, paucorum contrà sentientium opinionem expo- nimus, & argumenta diluemus.

Intelligentias igitur, saltem ali- quas, corporeas ex parte esse, & ma- teria tenui constare, censuit Pytha- goras, & Xenocrates, & Chrysippus apud Plutarchum lib. 1. de Iside n. 12. Idemque asseruit Plato cùm alias fre- quenter, tum nominatim in Sympo- sio, vt annotauit Minutius n. 25. *Plato (inquit) in suo Symposio naturam dæmo- num exprimere conititur, vult enim esse substantiam inter mortalem immortalem- que, id est, inter corpus & spiritum me- diam, terreni ponderis & cælestis leuitatis admixtione concretam*, &c. Idem latè tradit Hierocles ad 1. Pythagoræ car- men, & ex Platonis mente Maximus Tyrius, in duplici dissertatione de Deo Socratis, quarum priore, quæ est numero 26. ait immortales illas *potestates quæ inter Deos & homines me- dium, dæmones inquam, humanam na- turam ad Diuina ita conciliare, ut inter- pretes fuerint, qui populos lingua diuersos inter dissimiles, vtrorumque voces suscipien- do conciliant, & commercijs iungunt*. Po- steriore verò dissertatione, quæ est 27. ait dæmones perinde ad nostram & Diuinam naturam se habere, *ut media volat inter aquosissimum & grauissimum, & ut aer medius aether & elati siquidem, inter ignem & aquam conciliationem commouent*. Idem ex Apuleio Platonico tradit S. August. 9. Ciuit. c. 12. & l. 8. c. 17.

Denique Leonicus, dialogo quem inscripsit Alcinous seu de tribus ani- marum vehiculis, ex Platonis mente triplicis generis substantias creatas

 intel

intellectu præditas ponit: primas, quæ æthereo quodam tenuissimóque corpore & simplicissimo præditæ, viuant immortales; alias quæ nostrate hoc, & vt Plato vocat, asperiore terrestri ac caduco corpore constent: medias denique, quæ corpore neque æthereo, neque terrestri constent, sed composito ex elementorum simplicioribus & purioribus particulis, quod à prædominio vel aqueum, vel aëreum, vel igneum denominetur. Iuxta quam sententiam, Plato, quod tamen suprà notauimus, si non aliquas duntaxat, nempe dæmones, sed omnes omnino Intelligentias creatas, fecisset corporeas. Quod fecit etiam Psellus lib. de dæmonibus ex quodam Marco eorum dæmoniacorum oblongum cum dæmonibus consuetudinem consultissimo; omnibus enim Intelligentiis corpus tribuit, sed bonis quos Angelos vocamus luminosum, perque omnia permeans, & minus passionibus obnoxium, quam sint Solis radij, malis autem quos vocamus dæmones, subiectum passionibus, & combustibile ac tactile, tametsi ob tenuitatem inuisibile, & tactu flexúque facile, & ad omnem configurationem prout libuerit aptum. Accedit ad hanc Pselli opinationem, sententia quam S. Fulgent. lib. de Trinitate sub finem ait asseri à magnis & doctis viris, iuxta quā bonis Angelis corpus æthereum, hoc est (vt idem Fulg. interpretatur) igneum: malis verò aëreum assignatur.

49 Non displicent plerisque vel Recentioribus, vel non ita Antiquis, hæc Intelligentiarum, saltem quarundam, corporeitas. Ita enim censet Eugubinus 8. perennis Philosophiæ c. 27. 30. & 41. Psellus l. 3. de dæmonibus à c. 3. Cart. in c. 2. ad Ephesios, Marsilius Ficinus in l. 5 Enneadis 3. Plotini c. 5. Conradus Brunus l. de magicis c. 14. Sarnanus in directorio 7. Angelus, in annotatione ad §. 4. Sed & ante hos omnes Nicetas 4. thesauri cap. de Cledonismo, hæresi 42. refert quorundam sententiam de Intelligentiis materia constantibus, quæ Solis radios non sustineant, & ideò noctu tantum insidias struant, vbi ad marginem Scholiastes hæreticos ait, tales esse quos vulgò *fatuos* vocant. Denique de dæmonum corporeitate anceps est Loyer 3. de spectris c. 1. in fine.

Primum caput argumentorum pro Intelligentiarum corporeitate, ab experientia & effectibus.

50 Fundamenta huius sententiæ varia apud varios leguntur. Argumentari ergo imprimis possumus ex eo quòd Eugubinus l. 8. c. 30. ex variis auctoribus asserit, dæmones gaudere nidoribus, & locis humectis: vtique quia corporales sunt. Quòd de nidoribus ex Porphyrio confirmat Iulius Firmicus lib. de error. profan. c. 14. & repetit cap. 17. Annuit Nicephorus Gregoras ad Synesium de insomniis, cùm explicat ritus Necromantiæ, qui etiam addit Magos incantationibus dæmoniacis operam dantes, cogi gestare gladios, quibus dæmones perterrefaciunt, nempe propè se accedere sinunt, sectionem veriti, quod est euidens indicium corporeitatis eorum. Nec dissimile est quod Proclus lib. de magia & sacrificio refert, nempe visos quandoque dæmones leonina fronte, quibus si gallus obiiceretur repentè disparuerunt, nam timent etiam leones obiectum gallum. Addunt alij quòd non modò enses reformidant, & igne abiguntur, sed etiam vt paulò ante referebamus, lucem non sustinent,

quasi

quasi eorum insessu aruli inimicam. Sustinendis item quibusdam facem. Pulsari gemur, alia autem adlocantur. Pulsari dixisse (aut ait, aut refert Cælius Rhodig. lib. 2. cap. 5.) & igne admodo dignus lib. 2. cap. 5.) & igne admodo conspicuo, cauterantur, cineme item conspicuo, quod in Thuscia quandoque factum prodita memoriæ. Quæ omnia asseruit Psellus lib. de dæmonibus ferè initio, iuxta finem. Videndus de hoc etiam Ficinus 4. de immortalitate cap. 1. Subdit Cælius, de aquis dæmonibus, quas Nereides vocauit Orpheus, & cap. 6. meminerat ex August. 15. Ciuit. cap. 23. dæmones sylvanos & faunos, quos fuisse corporeos testantur historiæ.

Plura ex variis pro dæmonum corporeitate habentur apud Siuernum 4. de fato cap. 13. Sed nominatim adduntur alia quædam argumenta ex prole, quæ interdum per dæmones suscepta traditur. Itē quod dæmones in peculi nonnisi concauis annulis includi possint, vtique non nisi ob corporeitatem, vt senserunt aliqui apud Anianam lib. 3. de natura dæmonum c. 11. Quæ videtur etiā causa cur multi Patres negent vnam Intelligentiam posse inesse seu illabi, alteri siue Intelligentiæ, siue substantiæ, tantumque concedunt posse ei adesse nonnisi quam intrando, vt disertè loquitur S. Bern. 5. de consider. cap. 5. & sermone 5. in Cant. sub fin. consentientque Basilius initio 3. contra Eunom. Paschasius lib. 2. de Spiritu sancto in fine. Fulgent. de Fide ad Petrum cap. 3. Beda attor. 5. At quidni posset vna Intelligentia in aliam intrare, vel alterius cuiuis substātiæ coexistere nisi corporeitate sua præpediretur? Pauci tamen ex aduersariis vrgent hoc postremum argumentum. Imo Niphus cum propter quasdam experientias, videret corporum penetrationem non posse negari dæmonibus, respondet eorum corpora esse prædita dote subtilitatis, qualem Theologi Christiani tribuunt corporibus Beatorum. Ita ille 3. de dæmon. c. 9. miscens ima summis, & naturales perfectiones cum supernaturaliter collatis, ac promde dæmonum per corpora subitio non potest ea ratione exponi, sed neganda est si corporei sunt, vt eam idcirco videri poterunt prædicti Patres negasse. Hoc igitur sit primum veluti caput argumentorum pro Intelligentiarum (saltem aliquarum) corporeitate, ductum ab experientia & effectibus.

Rationes philosophicæ pro eadem corporeitate.

51 Alterum caput continet rationes quasdam Philosophicas, quibus non dixi est imprimis ratio qua vtitur Caietanus in cap. 2. ad Ephesios ferè initio, vbi probat aliquos Angelos esse corpore aëreo præditos, non aëris illius quod est vnum ex elementis, sed alterius valdè subtilis; vt detur in rerum natura non modò vegetatiuum sine sensitiuo, & sensitiuum sine motiuo secūdùm locum, & intellectiuum absque motiuo secundùm locum, sed etiam localiter motiuum sine sensitiuo; quod ait esse, ponere aëreos spiritus constantes ex gradu intellectiuo, & progressiuo motiuo absque sensitiuo. Vniuersalius, nempe quoad omnes Intelligentias, ita argumentatur nuperus quidam ex Batauis in apologetica Exegesi cap. 7. enim hæc est ratiocinatio Intelligentiarum substantia verè finita est vtpote creata, & sic quidem finita, vt locum etiam definitum occupet: Id verò quantitatem aliquam, si nō sensibilem, at intelligibilem arguit; at vbi finita seu terminata quantitas est, debet adesse figura terminans: Hæc autem non est

sint locis & superficiebus, atque vbi-
que absque corporeitate, & parti-
bus extra partes. Item Angeli in loco
successiue mouentur, & per spatia de-
finitione transeunt, omnia sua in tem-
pore successiue peragunt, veris affe-
ctibus & passionibus, tametsi nostra-
rum dissimilibus obnoxij sunt, quae
omnia sunt materialitatis & corpo-
reitatis indicia, vt ille ait, *philosophis*
verisimilia.

Denique rationem hanc, ex Pro-
clo, & quibusdam aliis cum Aegyptiis,
affert Steuchus 4. de fato cap. 15. Ad
perfectam mundi consonantiam opor-
tet non solum animalia quaedam ra-
tionalia & immortalia, atque e contra
irrationalia simul & mortalia, sed
etiam alia quaedam existere, quae inter
haec media, rationaliaque sint, sed
mortalia & nobis feliciora ac viua-
ciora, non in terra solum, sed in cae-
teris quoque elementis. Non enim
decet vt a caelestibus animalibus ra-
tionalibus, sempiternis, & felicissi-
mis, ad animalia terrena, rationalia
quidem, sed infelicissima, vitaque
breuissima, subito & nullius medij
interiectu descendatur. Instituendus
ergo fuit gradus quidam animalium,
homine feliciorum & diuturniorum,
sed tamen nec sempiternorum, nec
felicissimorum, (quales sunt superio-
res Intelligentiae,) ac proinde cor-
poreorum. Placuit haec argumentatio
Plutarcho, & apud eum Demetrio
Philosopho l. de cessatione oraculo-
rum, itemque Maximo Tyrio locis
supra allegatis, & vt videtur etiam
Aristidi tomo 1. orat. 1. circa med.
tametsi paulo post aliud tradit. Habe-
tur item apud Platonem in Epino-
mide sub medium. Haec itaque sunt
quae pro Intelligentiarum saltem qua-
rundam corporeitate afferri possunt,
quae tamen diluere nō erit operosum.

*Responsio ad argumenta ab ex-
perientia & effectibus.*

52 Ad primum ergo caput demon-
stis permultis, quae in eam rem congesta
accumulant Thyraeus l. de locis infestis
a cap. 57. ad 63. & Serarius in cap. 8.
Tobiae per primas quinque quaestiun-
culas, fatemur dici delectari quidem
daemones nidoribus sacrificiorum
quae eis incenduntur in Dei iniuriam
offeruntur, vt ex Porphyrio in 2. de
abstinentia late refert S. Cyrillus 4. in
Iulianum ad c. 2. non tamen nidorem
illum, quasi substantiae suae nutrimentum
concoctum, vt optime tradit S. Aug.
10. Ciuit. cap. 11. & lib. 21. cap. 6. Vbi
ait *Intelligentias non vt animalia cibis, sed
vt spiritus signis allici.* Negat item Iam-
blicus l. de mysteriis, Intelligentias
quas Deos appellat, nidoribus vel in-
fici, (vt somniabat Porphyrius ibi-
dem adductus) vel ali. Itaque
tenera peccatum amant non nidorem,
de quo plenius disputat Vallesius
cap. 1 sacrae Philosophiae. Ex eadem
et causa, immundum plerumque in
Scripturis dici daemonem, nempe non
corporali immunditia, cuius est inca-
pax, sed spirituali inquinatione per
peccatum inducta, recte exponit He-
sychius presbyter centur. 1. c. 63.

Similiter dicitur interdum, vel si-
gnificatur in Scripturis, eum dele-
ctari locis humentibus & aquosis,
nempe mystice non ad literam intel-
lectis: Quatenus molles, & caenosas,
ac voluptatum humore diffluentes
animas inhabitat, vt glossa annotauit
in cap. 40. Iob, & ibidem Caiet. ad il-
lud *sub umbra dormit* (Behemot daemo-
nis typus) *in secreto calami & in locis
humentibus*, & Euthymius ad illud
Psalmi 67. *increpa feras arundinis*. & S.
Diadochus lib. de perfectione spirit. cap.
82. vbi Turrianus ex Marco Anacho-
reta.

rem. Quod si cupiditas lecitat in locis pinguibus & humidis comperiri frequentes sit sicciss, et docent quædam exempla apud Tyræum de locis infestis cap. 14. num. 5. Respondendum est cum eodem Tyræo de dæmonum lib. cap. 15. num. 5. dæmonum infundi loca effectuose, quod signa sint eorum quibus delectantur nefariorum hominum, utpote luxuriæ & sanguinaræ, quorum vel sola figura afficitur. Secluda autem mystica hac intelligentia, non est gratior dæmoni palus, vel pratum, aut hortus irriguum, quam sabuletum vel reliqua loca apud Cassianum collat. 7. c. 23. Palladium cap. 2. in Lausiaca & alibi, legimus, multos infestiores fuisse dæmones, quam in vastis & horrendis solitudinibus, locisque aridis & inaquosis, in quibus tamen Domini sententiam, requiem quærit. Quod docent etiam Cyrillus in cap. 34. Isaiæ & Procopius in cap. 13. Causas inquirit Ribera in cap. 18. Apocalypsis ad num. 1.

53 Quæ addebantur de abactione dæmonum per gallum, strictos gladios, vel igneos, aut lucernas seculis igniferis cum sacra religiosæ benedictione, ut aduertit Ammias lib. 1. de natura dæmonum cap. 7. fabulosa sunt. De suffitionibus quoniam idem simpliciter dicemus, facit autoritas sacra, quæ certam incensionem depellendo dæmoni à Raphaële adhibitam refert non sine efficacitatis testificatione, quam continent verba illa Angeli cap. 6. Tobiæ. *fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere*, quæ istam suffumigationi illi vim physicam tribuere videntur. Attamen dicendum nihilominus est, dæmones nullis suffimentis, aut aliis ullis remediis naturalibus ac sensibilibus vexari aut fugari posse, nisi vel virtute Dei superbiam eorum per hæc infima & vilia castigantis, ut in illa apud Tobiam suffitione philosophatur Valesius cap. 28. sacræ philosophiæ, & Loyerus libro 8. de spectris cap. 1. fere in fine, vel tanquam signo Diuinæ in dæmones efficaciæ, ut arbitratur Tyræus supra & lib. de dæmoniacis cap. 48. vel indirecte tantum, quod bene attigit Sibyllinus decade 3. cap. 8. quæst. 2. adducens Lyranum & Turrecrematam, superiusque Binsfeldius tractatu de confessionibus maleficorum dub. 1. principali, conclusione 11. & 12. & Mengus in flagello dæmonum cap. 5. Angelus v. superstitio, num. 6. Indirecte inquam, hoc est auocando aut temperando dispositiones corporeas vexationi opportunas. Quo sensu valere potest, quod Serrarius supra quæstiuncula 5. contendit, nempe aliquam quoque naturalem efficacitatem in illa apud Tobiam suffitione fuisse, nec videtur ab hoc sensu alienus esse in notis ad 1. Regum cap. 16. Hinc etiam iudicium fieri potest, an dæmones fomentis aliquibus aduocari possint. Nempe concedendum id est indirecte, quatenus dispositiones vexationi opportunæ inde prouenient, nisi si, quod de nidoribus dicebamus, præsiciantur fumis aliquibus, mysticè tantum. Quod pulsari doleant, fabulosum est, nec magis verum quod de excussione eorum corporea, & incineratione addebatur, ut infra etiam dicam.

54 Nec ea quæ postea obiiciebantur, quod ex parte eorum corpus & solidam substantiam habent, non sunt dæmones, ut ex Orpheo generatim pronunciat Ficinus 4. de immortalitate cap. 1. & Lyd. Cælius lib. 2. cap. 7. et Psellus lib. de dæmon. passim ostendunt. Sunt igitur multi ita quæ ad

 multi

indefinitam materiæ permistionem refert Cardin. Baronius tomo 5. anno Christi 545. num. 5. Quod vt non irrationabiliter dici constet, & quorundam quibus sine alio examine omnia liceat ad fabulas reiicere, præpropera fuisse iudicia appareat; Aduertendum est, experimentis frequentissimis testatum haberi, visos plerumque esse quasi homines marinos quos Tritones & Nereides appellant, neque id posse ad præstigias referri. Visos certè Patrum suorum memoria scribit Alexander 5. genialium cap. 8. addens suo item tempore ex vltima Mauritania hominem marinum, vultu & corpore prorsus humano, absoluta similitudine pube tenus, postremis verò in piscem desinentibus, allatum in mellis; & in Epyro per ea tempora captum ex insidiis alium, qui ex spelunca littori proxima certis vestigiis desiliens, mulierum, si quas forte conspexisset aquatum ex oppido venientes, aut solas in litore obambulantes, pudicitiæ ac saluti infestus erat, nam abreptas deferebat sub vndas. Addit denique eodem æuo, Nereidem corpore squammis hirto ad pubem vsque, cæteris in locustæ caudam desinentibus, in Peloponneso post fœdam maris tempestatem, allisam ad littus, visam à Theodoro Gaza, & aliam in vndis lasciuientem visam à Georgio Trapezuntio. Repertum item iam olim Nereidis cadauer, ex Platone scribit Philoponus lib. posteriorum parte 2. cap. 13. Sed & Viues lib. 2. Fidei Christianæ ferè initio, annis 12. antequam ea scriberet, captum in Batauia marinum hominem memorat, quem refert visum à quamplurimis, ac detentum esse supra duos annos mutum, & iam fari incipientem remissum esse in mare, occasione pestilentiæ qua bis ictus fuerat. Præterea cadauer humana prorsus forma, nisi quod squammis coopertum erat, & capillagio fila durissima præferebat, repertum esse suo tempore ad Oceani Æthiopici littora refert Rhamusius t. 1. itinerariorum in fine dissertationis ad Hannonis nauigationem. Adhæc in æstu quodam Scotiæ, apparere interdum corpora humano vultu, cucullata monachorum instar ac vmbilico tenus aquæ extantia, scribit Hector Boëthius in Scotiæ descriptione circa medium. Eandem humanam speciem, & cucullati monachi figuram, in pisce capto suo tempore in Noruegia, exhibet Rondel. p. 1. lib. 16. de piscibus cap. 20. addens cap. 21. de alio pisce specie Episcopi, suo item tempore capto in Polonia, itémque de Nereidibus eadem ætate visis in Pomerania, nonnullorum testem addiscit c. 22. Tandem Damianus Goës in descriptione vrbis Olisipponensis non multum ab initio (habetur tomo 2. rerum Hispanicarum,) multa in hanc rem recentia exempla refert, illéque præter cætera, cuiusdam qui pisces hamo captans, prædam in aridum scopuli anfractum proiiciebat, interdum verò nudum adolescentem imberbémque inibi conspicatus, ratus aliquem esse ex incolis quos ibi frequenter nare solitos non ignorabat, tandem aduertit pisces ab eo manu captos & ori admotos esitari. Itaque accurrens iniuriam vlturus, delusus est ab cachinnante, & se non terrestrem, qualis putabatur, hominem prodente. Hæc ille & alia de hominibus marinis & Tritonibus ac Nereidibus per ea littora iam à Plinij sæculo visa, vt ipse Plinius lib. 9. cap. 5. confirmat ex Olisipponensi legatione ad Tiberium principem ob id missa, & ex aliorum quos adducit testificatione. Alia recentia

[illegible] exempla dabit Scaliger exercitatione 2[illegible]. & Serarius in c.16. Iudicum q. 21. & planè insigne est quod legitur 2. parte historiæ Societatis lib. 4. n. 276.

15 Quæ adduxisse placuit, vt constaret non esse meras fabulas quod de huiusmodi rebus circumfertur, vt aliqui re minus expensa censuerunt. Reliquè porrò addit Scaliger, huiusmodi monstra homines videri, sed non esse. Quamuis enim constet fuisse interdum aliquos veros homines, qui præ naturali peritia, & longa in aquis degendi exercitatione, pisces viderentur, vt Nicolaus ille quem refert Alexander ab Alexandro l.2. c.21. ac fortassis etiam ille Astronomiæ peritus, quem ex Helladio refert Photius cod. 279. Oem nomine, habentem in specie, & vt ferebatur, cætera membra piscis, caput & pedes & manus hominis: Quamuis, inquam, tales aliqui fuerint, tamen homines marinos seu Tritones & Nereidas, quorum ex Plinio meminimus, tales censere, quod facit Vines supra, itemque existimare Tritones, Nereides, reliquosque, quos referunt historiæ, squammis opertos aut in piscem desinentes, verè homines esse, absurdissimum est. Sed neque absurditate vacat hæc dæmonibus annumerare.

Itaque vel lusit natura nudam humanam effigiem piscibus illis communicans, vt aliàs non semel peregrinas formas ex parte tribuit, quod tamen difficilius est credita in adductis exemplis: Vel quod Baronius supra censuit, ex hominis admixtione cum pisce, enatum primò monstrum nihil hominis præter effigiem habens, multiplicatum postea est. Dæmon autem ipsi est neque [illegible], huiusmodi monstrorum operationibus se immiscens, vel etiam quandoque eorum speciem simulans, olim quidem vigente Idololatria Deorum & Dearum marinarum fabulis locum præbuit; apud eos verò qui minus desiperent, dæmonum corporationis inde inducendæ, aut scelerum aliorum occasionem captauit. Quod non latuit Porphyrium vt refert Eusebius l.4. præparationis c.11. & ex nuperis apud Boreales, Nympharum specie, dæmonum apparitionibus declarat Saxo Grammaticus.

16 Nec aliud de Faunis & Satyris, qui deinde obiiciebantur, iudicium tulerim. Faunos enim & Satyros non esse rem commentitiam, vel nudas dæmonum præstigias, constat ex Gulielmo Parisiensi 2.2. de vniuerso c.7. qui refert tempore Anastasij Imperatoris, occisum sagittis fuisse Faunum: rectè proinde statuens aliud esse Faunum, aliud dæmonem. Plutarchus item in Sylla captum propè Apolloniam Satyrum à militibus ad Syllam adductum refert, & quisnam esset per Interpretes interrogatum, vix quicquam quod intelligi posset pronunciasse, potiùsque vocem asperam equi hinnitu, hircique balatu permistam, emisisse, & à Sylla fuisse dimissum. Dari Satyros confirmat idem Plutarchus in Numa, & Plinius l.7. cap.2. & l.6. c.30. & l.8. c.54. Sed & locupletissimus testis S. Hieronymus in vita Pauli primi Eremitæ c.7. Faunum D. Antonio apparuisse testatur, specie haud grandis homunculi, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desineret: interrogatum verò quis esset, responsum dedisse in hæc verba. *Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi quos vario errore delusa Gentilitas Faunos Satyrosque & Incubos vocans, colit.* Subdit autem paulò post S. Hieronymus. *Hoc ne cuiquam ad incredulitatem scrupulum moueat, sub Rege Constantino,*

[illegible] mundo recte defenditur. Nam [illegible] hominis pro- [illegible], [illegible] præ- [illegible], & [illegible] ex [illegible] in a- [illegible] desiderantur, sub [illegible] Antonio, ut ab Imperatore videretur, allatum est.

57 Itaque quamuis verum sit, Satyros, ut Plinius l. 5. c. 8. recte dixit, præter figuram nihil esse moris humani, tamen non placet quod Vallesius 4. variarum, c. 2. quæ de Satyris & Faunis referuntur, fabulis annumerat. Displicent etiam Conimbricenses in Physic. c. 9. q. 1. art. 2. & Gazæus ad caput 12. collationis 7. Cassiani, ac Thyræus de locis infestis c. 11. n. 4. cum dicunt Faunos & Satyros dæmones fuisse fictitiis corporibus indutos; fictitia enim corpora quæ interdum dæmones assumunt, etiam cum valide fiunt, hoc dumtaxat præstigia, facile euanescunt, cum ex aere compacta sint & ex facile dissoluuntur: At illa [illegible] vulnera diu perseuerarunt.

Ergo idem & illis quod de Tritonibus & Nereidibus statuere possumus, videlicet primam hominum monstruosam originem, ex indubitata permixtione [illegible], quod etiam laudatus iam allegatus Baronius numero 3. nunc allegati pronunciauit de hippocentauro illo quem S. Antonius in eadem [illegible] conspectum meminit supra S. Hieronymus. Quinimo hippocentaurum quoque, atque ac Satyros, reis esse omnino commentitium existimauit Cornelius 4. variar. c. illo 2. sed contra Plinium qui l. 7. c. 3. asserit se vidisse allatum Claudio Cæsari ex Ægypto in melle Hippocentaurum. Vide plura apud Ioannem Cornelium 5. miscel. l. m. iuris c. 2. Fernandum c. 8. multiplicis didascaliæ, & multos quos allegat Reinerius in onomastico, verbo hippocentaurum. Eodem spectant quæ refert eadem ex cultis cynocephalis, et grauissimis auctoribus adducit Maiolus colloquio 2. Idem ergo de Faunis & Satyris censeri potest. Quod valde fauere videtur Marianus Victorius in scholiis ad lucubrationem illam Hieronymi de vita Pauli Eremitæ. Negans enim hæc esse veros homines, admittit esse bellua & monstra, quod censent etiam Bellarminus lib. de Beat. c. 7.

Quanquam quod supra circa Tritones & Nereides diximus, dæmones Satyrorum & Faunorum specie, plerumque videri voluisse, aut monstrosorum illorum animalium operationibus se immiscuisse, ut terrestrium Deorum, vel corporeorum ac mortalium dæmonum, fidem adstruerent. Ita sensisse videtur Ribera in c. 18. Apocalyps. ad v. 2. & Ioan. Franciscus Picus l. 4. de prænotione c. 3. Fauetque Pererius in c. 6. Genes. disp. 2. in fine. Nec aliter intellexerunt Interpretes in c. 13. & 34. Isaiæ, cum nomine Onocentaurorum, & [illegible] animalium deserta inhabitantium, intelligunt dæmones.

58 Postremo urgebantur in primo illo difficultatum capite, colores varijs dæmonibus notari, & eorundem prole, ac exiguitas cuiusdam annuli si includenda fuit. Sed de prole quidem fusè infra agendum est, cum de dæmonum possibilitate ad transfundendam operationem, ubi patebit præmissas illas circa dæmonum prolem experientias, nihil eorum spiritualitati præiudicare. Colores vero, cum dæmon absque reali corpore ascititio conspiciendum se præbet, sunt dumtaxat apparentes: at cum verum sibi ex aere aliove terreni corpore [illegible], possunt colores illi veri esse ac stabiles, tametsi corpora imperfecto tantum mixta incrustant.

[illegible]unt. Nam oculis & glaciei, veri colores sunt, quamuis non sint mixta perfecta.

Multo magis poterunt colores esse veri, si quod dæmones sæpe præstitisse compertum est à defunctis hominibus circumferant. Quo pacto Phylinnio mortuæ, Machati adstitisse viuâ, dæmone effictum eius cadauer mouente. Et Principes cuiusdam corpus quasi viuum per aliquod tempus mansisse dæmone exhibitum est, apud Cæsarium 12. mirac. c. 5. Quæ eadem olim quandoque excitati resurrexisse, quorum cadauera subeuntes dæmones, perinde ac viua corpora circumferebant, vt notat Amalarius q. 23. in Script. & nunc res est testatissima, non raro dæmonem sagis assumpto corpore mortui cuiuspiam concubuisse, propterque cadauerosum odorem sagibus afflare, vt 10. de subtilitate refert Cardanus. seque id [illegible] à quadam, cui dæmon Amasius rem aperuerat, scribit Carthusianus in 2. d. 8. q. 1. in fine. In huiusmodi ergo corporibus facilè est dæmoni, elementorum actionum applicatione, speciem viui corporis, & veros colores exhibere.

15 Denique necessitas cauitatis in annulo vt dæmonem contineat nulla est, sed licet dæmon vt capiat, teneri se fingit, & vt illaqueet simulat se à Mago pelli, vt notat Athanas. q. 32. ad Antiochum. Ita, vt persuadeat corporeitatem suam, fingit annulum in quo includendus est, debere esse sic figuratum. Longè verò alia fuit mens Patrum, cum asseruerunt dæmonem, vllamve substantiam creatam non posse creaturis spiritibus, aut etiam quibusuis substantiis illabi; non enim id intelligunt de illapsu & immeatione purè locali, vt supponebatur in argumento, & iuxta hunc sensum eodè Guliel. Paris. 2. 2. de vniuerso c. 3. affirmat Intelligentias posse illabi animabus nostris, & intra eas recipi. Cùm ergo Patres & Doctores, Diuinum illapsum ad quascumque substantias extendant, Deoque tanquam proprium assignant, quòd possit illabi quibusuis substantiis, intelligunt Dei solius esse ita indistare localiter à substantiis, vt simul vim habeat, qua eas regere & conseruet. Dependentia autem in genere causæ idealis simul & primò efficientis, quam supra indistantiam importari ab hoc Diuino illapsu volunt aliqui, non sufficit ad explicandum illapsum Deo proprium cùm possit aliquis effectus accidentarius, alteri Intelligentiæ impressus, pendere primò ab alia Intelligentia tanquam à causa efficiente, (vt ipsimet concedunt,) ac etiam tanquam ab idea remota, seu ratione prototypa, eo modo quo effectus creati pendent à Diuinitate tanquam ab idea; nec tamen idcirco vna Intelligentia illabatur alteri. Frequentius verò, ac ferè semper, Patres illapsum Deo proprium, restringunt ad creaturam intellectualem quatenus intelligentem, & volentem; & tunc sensus est, Dei solius esse docere immediatè intellectum, & mouere affectum, præsertim respectu actuum supernaturalium, ad quos Deus in iustis concurrit illabendo animæ per gratiam, & habendo rationem principij quodammodo connaturalis, & quasi formæ seu vitæ primæ supernaturalis, iustis communicatæ, cùm è contrà non excitet peccatores, aut cum eis coefficiat, nisi illabendo potentiis & per modum principij extrinseci ac præternaturalis, seu non cohærentis esse, ac vitam primam supernaturalem; ac ne hoc quidem modo docere, aut mouere possint Intelligentiæ, siue nos, siue se inuicem,

vt alibi diligentius expositum est; nunc enim tantum intendimus aliter ostendere, compenetrationem & purè localem illapsum, siue spirituum, siue corporum, non esse Deo proprium, nec posse Intelligentias censeri corporeas, ex eo quod negentur illabi posse corporibus, vel sibi inuicem. Id porro duntaxat quod diximus intendisse Patres, ac etiam communiter Theologos in 2. dist. 8. illapsum illum Deo proprium asserentes, multis ostendere liceret. Sed ne in re alterius instituti, & alibi plenè discussa, fusior sim, subdam tantum vnum Bernardi locum, ex sermone illo 5. in Cant. vt quo præter cætera ducebatur obiectio. *Aliud fateor* (inquit) *nullum creaturarum spiritum per se nostris membris applicari, vt videlicet nullo mediante vel nostri vel sui* (si suum habet de quo Bernardo non liquebat) *corporis instrumento, ita nobis immisceatur, & infundatur, quo eius participatione docti, siue doctiores, vel boni, siue meliores efficiamur. Nullus Angelorum, nullus animarum hoc modo mihi capabilis est, nullius ego capax. Nec ipsi Angeli ita se alterutrum capiunt. Sequestretur proinde prærogatiua hæc summo, ac incircumscripto Spiritui, qui solus cum docet Angelum, siue hominem scientiam, instrumentum non quærit nostræ corporeæ auris, sed nec sibi oris. Per se infunditur, per se innotescit, purus capitur à puris. Solus nullius indiget, solus ipse sibi, & omnibus de sola omnipotenti voluntate sufficiens.*

Responsio ad rationes philosophicas pro Intelligentiarum corporeitate.

60 Alterum caput difficultatum contra Angelorum spiritualitatē propositarum, facilem habet explicationem. Imprimis verò Caietanus quicquid sit de possibili, de quo dictum est q. 1. absurdè censuit, dari de facto substantiam corpoream intelligibilem, nec tamen sensitiuam. Nam simili argumento (id est ex vlla combinatione earum illarum, ex quibus ipse argumentabatur deducebat) probaretur, dari debere sensitiuum, sine vegetatiuo. Quod tamen inopinabile esse dixit Catharinus lib. contra Caiet. c. de substantia Angelorum, rectè addens falsò supponi à Caietano quod inter animata, de quibus in ea distributione agitur, detur Intellectiuum, quod non sit motiuum secundum locum; hæc enim omnia Aristotelicæ illi doctrinæ ex 2. Animæ, in qua totus Caietani discursus fundatur, repugnantia sunt, vt meritò proinde Palacius in 2. d. 3. disput. 1. sub finem queratur Caietanum propter dæmones à Schola Peripatetica desciuisse.

61 Quæ deinde afferebantur de Angelorum figuratione, atque adeò partibilitate & corporeitate nullo negotio dissoluuntur. Est igitur Angelorum substantia finita, nec expanditur in infinitum, non tamen propterea figuratur propriè. Aliud enim est vltra certos loci, sic vel sic se habentis, terminos non porrigi, (quod vnum voluisse debuit Scaliger exercit. 359. num. 4. Intelligentiis figuram concedens) aliud intrinsecè figurari. Quia hoc importat connaturale gestamen quantitatis ad rem figuratam connaturaliter pertinentis & ei debitæ; At definitio illa localis nihil tale importat, sed tantùm quod substantia finita non porrigatur vltra loci terminos, quod non est connaturale Intelligentiis, vt infrà dicemus, cùm ostendemus Intelligentiam posse constitui punctaliter, & non esse connaturaliter astrictam ad extensionem certam quoad quantitatem, etiam si velit spatio coexistendi. Et sanè hoc ipso argumento probaretur, animā nostram

quæ

quæ corpore definitur figuratam proprie & corporeum esse, proindeque etiam corruptibilem. An hoc etiam argumento ille cuius argumentum dissolgimus ille cuiat argumentum dissolgimus, vt hoc vno omnes concisum volet, vt hoc vno ipsa spem omnem nostram, idest, vt Clem. Alex. 1. pædag. cap. 6. appellat, fidei sanguinem, efficiens strage infinita omnia compleat?

62 Successiuæ mobilitati & operationi nihil necessariò est cum corporeitate commune, vt perperam præterea assumebatur. Potest enim spiritus finitus moueri successiuè, & agere etiã successiuè, vt constat ex animabus separatis. Quanquam falso supponebatur in argumento, Angelos omnia sua successiuè peragere. An non enim intelligunt, volunt, ac etiam vt verisimile est loco aliter quam per motum se coaptant in momento? Tandem quod in eodem argumento dicebatur Angelos veris passionibus & affectibus esse obnoxios, admittendum est, si nomen passionis & affectus, non cadat in corpoream illam commotionem quæ in nobis, passionis nomini causam dedit, sed in actum voluntatis, ex quo in nobis per sympathiam commotio illa exoritur, non item in Angelis, quorum proinde corporeitas ex prædictis actibus non infertur.

63 Ratio Ægyptiorum & Procli, quæ postremo loco in secundo hoc difficultatũ capite vrgebatur, eãque etiam Platonis in Symposio, & Antorum plurimorum apud Niphum 1. de Dæmon. cap. 1. nullius momenti est. Interpositio enim illa mediæ inter Deum & hominem substantiæ, sufficienter retinetur concessis substantiis creatis purè intellectualibus. Friuola item est, quæ in eodem discursu attingitur, necessitas suos cuique elemento incolas transcribendi; tametsi præter citatos alij quoque apud Saxoniam 4. Physic. quæst. 6. vt nullas in vniuerso sedes incolis vacuas permitterent, regionem ignis elementaris assignarunt Dæmonibus & Salamandris, tanquam connaturalem & propriam sedem, regionem verò aëris aliis quoque Dæmonibus. Quod expressè sensit Philo initio libri de Gigantibus. Minus verò improbabiliter, tametsi etiam falsò Guillandinus apud Paccium 4. Meteororum cap. 7. eam sedem adscripsit animalibus quibusdam vt Manucodiatæ, de qua Cardanus 7. de subtilitate, & Scaliger exercit. 228. num. 2. & 145. num. item 2. At apud Alcinoum cap. 15. & apud Aristidem tom. 1. orat. 1. post medium Dæmones per omnes Mundi partes & elementa collocantur, ne vlla mundi pars sit naturæ intelligentis expers, quod apud Ficinum 16. de immortalitate cap. 6. fusius traditum, & apud Gulielmum Parisiensem 2. 2. de vniuerso cap. 36. & l. de legibus c. 24. sub finem.

64 Ego vt cætera prætermittam falsa aut incerta quæ in huiusmodi doctrina implicantur; nego necesse esse, cuius elemento suos connaturales incolas assignare. Multæ enim aliæ vtilitates esse possunt, ob quas elementum aliquod condi oportuerit, tametsi nullis hospitibus excipiendis destinaretur. Et ita saltem est de igne, quicquid circa hoc debeat Tomselius ad 6. mundi diem. Mecum autem videtur facere Aristoteles 4. Meteoror. cap. 4. nec sibi repugnat 5. histor. cap. 19. de quo loco alibi plura. Alius locus ex Philosopho quem allegat Franciscus Georgius cant. 1. tono 6. cap. 32. quasi asseruerit Philosophus, regionem æthercam animalium generationi aptissimam, non debere esse vacuam animalibus ibi genitis, &

hæc

hoc esse Intelligentias, hic [illegible] locus in eo ipso Philosophi libro è quo desumptus est, sua Philosophi exponitur, vt nobis non [illegible]. Consulat locum Franc. Georgius.

Resolutio initio posita, denuo firmatur.

65 Quare nihil contra Intelligentiarum assertam à nobis spiritualitatem quomodolibet, opponitur, quod [illegible] dissolutum non maneat. Vnde verò graues adductum supra Philosophorum [illegible] consensum, & naturales rationes non [illegible], confirmant eorum spiritualitas plena & completa, ex ipsa varia notatione. Themistius enim lib. 3. aduersus Græcos in medio, ait Intelligentias tribui nomen [illegible], quod idem sonat atque [illegible], vt significetur eas nihil terreni & corporei habere. Vt videas contra ipsam vocem peccasse, quicunque Intelligentias crearunt corporeas ac partium [illegible], vt sæpe alias, Mahumetem Angelos Diuinæ vt fabularum sedis baiulos, tantæ corpulentiæ & molis commenctum esse, vt si continuò volaret unus, vix mille annis ab vna eorum aure perueniret ad alteram. Ita ex eo refertur in libro qui inscribitur Doctrina Mahumeti.

Sed dimisso in [illegible] hoc nomine, breuiter monendum, plerosque antiquorum qui putantur censuisse in eodem errore, corporeasque asseruisse Intelligentias, reuera non ita sensisse. Nam nomine corporeæ substantiæ, intelligunt substantiam creatam, siue potentialem, quam per asta [illegible] volunt dici corpoream; tametsi non negent absolutè, Intelligentias & animas nostras, esse spirituales. Itaque plerisque antiquorum in hoc sensu Intelligentiarum corporeitatem astruentes, non repugnant earum spiritualitati; rectè notauit Guil. Parisiensis 2.2. de Vniuerso cap. 28.

ARTICVLVS III.

Origo intellectualitatis Intelligentiarum aperitur; definitio earundem colligitur.

66 ASseruimus Intelligentias (quod vel ipsum nomen docet,) intellectuales esse, & quidem completè, seu exclusis quouis ordine ad materiam. Nunc placet intelligere, possitne intellectualitas illa ex immaterialitate deduci; cui controuersiæ connexa est præuia potius [illegible] alia, quam magnam & difficilem vocat S. August. 12. de Genesi ad lit. cap. 10. nempe, an omne immateriale sit intellectuale. Nam quamuis Aristoteles 3. [illegible] t. 15. & 16. videatur id affirmare, & certum sit nullam dari substantiam immaterialem, quæ non sit de facto intellectualis, tamen reperti sunt qui censuerint de potentia absoluta immaterialitatem substantialem, (de qua sola nunc agitur) posse distingui ab intellectualitate.

Opportunum ergo videtur, vtramque hanc controuersiam eadem opera dirimere, vt inde eruamus probationem à priori intellectualitatis, quæ est vltimum commune Intelligentiarum prædicatum essentiale; sic enim plena quidditatiuorum prædicatorum expositione & confirmatione præmissa, integram earum definitionem colligemus: quod in calce huius articuli præstabimus, postquam varias de controuersiis propositis sententias excusserimus.

Ratio intellectualitatis ex immaterialitate, iuxta D. Thomam.

67 Auicenna itaque apud Capreolum in 1. d.35. q.5. ad primum Aureoli contra secundam, sensit non solùm omne immateriale esse intellectuale, & è contra, sed etiam radicem intellectualitatis esse immaterialitatem. Quod S. quoque Thomas asserit q.2. de veritate art. 2. & aliis plerisque locis apud Siluestrum q.14. conflati art. 1. & videtur etiam sententia S. Dionysii in lib. de Hierarchia caelesti, colligentis Angelos esse intellectuales, quia sunt immateriales, asserentisque eò excellentiores esse in intelligendo, quò remotiores sunt à materia; eandemque sententiam Caiet. de ente & essentia q.10. tribuit Aristoteli t.15. & 16. libri 3. de Anima. Aquarius autem in 1. d.35. propositione 2. ait eam esse omnium praeterquam Nominalium.

Est autem D. Thomae discursus huiusmodi. Res aliqua dicitur dupliciter perfecta 1. secundum perfectionem sui esse in propria specie, quod esse quia distinguitur ab esse specifico aliarum rerum, tantundem imperfectionis importat rei, quantum perfectionis reperitur in aliis rebus. Huic imperfectioni vt occurreret autor naturae, prouidit secundum perfectionis modum, quo perfectio vnius rei transeat in aliam rem, quod fit per cognitionem. Per hoc enim cognoscens differt à non cognoscente, quod ipsum obiectum cognitum est aliquo modo apud cognoscentem, imò cognoscens & cognitum idem sunt, vt de intellectu & re intelligibili dicitur 12. Metaphysicae t. 39. Et quia anima cognoscit omnia, dicitur esse quodammodo omnia ex 3. Animae t.5. 8. 18. 27. 37. Idem dicitur Theologiae l.2. c.3. & l. 8. c. 6. & 8. *Omnia idem est, & vbique idem est*, ait Trismegistus cap. 4. Asclepii agens de humano intellectu. Non potest autem perfectio vnius rei esse in altera secundum illud determinatum esse quod habet in re illa, & ideò vt transeat in aliam rem, debet considerari absque illis quae apta sunt eam determinare. Quia verò formae & perfectiones rerum determinantur per materiam, vnde est quod secundùm hoc res est cognoscibilis secundum quod à materia separatur; ideo oportet quòd illud in quo talis res perfectio suscipitur, sit immateriale: nam si esset materiale, perfectio recepta esset in eo secundum aliquod esse determinatum, & ita non esset in eo secundùm quòd est cognoscibilis scilicet immaterialiter, proindeque non cognosceretur. Imo ex contrario, vbi quam non cognoscentia non possunt habere nisi suam formam & perfectionem, oritur à materia ex eodem D. Thoma 1. p. q. 14. art. 1. & ideo quò res sunt immaterialiores, eò magis accedunt ad quandam infinitatem vt patet inductione. Concludit ergo ibi D. Thomas, manifestum esse quod immaterialitas alicuius rei, est ratio quòd sit cognoscitiua, & secundùm modum immaterialitatis, est modus cognitionis.

68 Sed claritatis gratia potest totus D. Thomae discursus syllogisticè ita proponi, vt ferè proposuit Caiet. ibi & q. 84. art. 2. Quicquid praeter id quod est, potest fieri alia omnia, est intellectuale; sed res immaterialis, praeter id quod est, potest fieri alia omnia; ergo res immaterialis est intellectualis. Maior, posito quòd cognoscentia per hoc differant à non cognoscentibus, quod ipsa sola possunt

sit fieri alia omnia, vt suprà diximus, manifesta est. Nam inter cognoscentia, sensus non potest fieri nisi sensibilia; quare solus intellectus potest fieri omnia, siquidem omnia sunt intelligibilia. Minor verò, seu quod res immaterialis, possit fieri alia omnia, probatur ex amplitudine naturæ immaterialis, quæ ipsa non coarctatur per materiam, facilè potest intentionaliter transire in alia omnia, & cùm possit cognoscere vnum immateriale sibi proportionatum, proindéque eam in illud quàm in omnia alia immaterialia quæ eiusdem ordinis sunt transire, & fieri ipsa, multò magis, vt dicitur 3. Animæ t. 7. poterit fieri alia inferiora, nempe materialia & sensibilia. Ergo omne immateriale est intellectuale.

Quæ Nominales discursui proposito opponant.

69 In hunc discursum & illationem, multa obiiciunt Aureolus apud Cap. in 1. d. 35. q. 1. in argumentis contra secundam, & Gabriel eadem distinctione & quæst. initio. Omisso autem inani illo argumento quod petunt ex forma cæli, quam constat non esse cognoscentem, ipsi verò falsò supponunt esse immaterialem. Argumentantur præterea ex eo quòd multa sunt accidentia immaterialia, quæ tamen non sunt cognoscitiua. & ex eo quòd nihil vetet substantiam immaterialem non cognoscitiuam, produci à Deo, & denique ex eo quòd cognitio animæ non impeditur ex eo quòd anima det esse materiæ, alioquin anima post resurrectionem imperfectiùs cognosceret quàm ante cùm separata erat, quod est absurdum. Addit etiam Aureolus, immaterialitatem non posse esse radicem intellectualitatis, siue ratione priuationis quæ in immaterialitate includitur, (quomodo enim priuatio esset causa perfectionis positiuæ?) siue ratione illius positiui in quo negatio illa fundatur: quia cùm intellectualitas sit essentialis differentia rei intelligentis, non potest habere causam, ne virtualem quidem, definitionem & partes eius dicuntur immediatè de definito. Præterea cùm sit eadem ratio intelligibilis & intellectiui, secundùm S. Thomam, ac res materialis sit intelligibilis, manifestè sequi dicit Aureolus, immaterialitatem non esse causam cognoscitiuitatis intellectualis, sicut non est causa cognoscibilitatis intellectualis.

70 Denique propositiones syllogismi propositi non videntur esse firmiter stabilitæ, præsertim maior, nempe quòd res cognoscens possit fieri alia, atque adeò quòd res intellectualis, quia cognoscit omnia, possit fieri omnia; vel enim cognoscens, dicitur posse esse aliud per identitatem; & hoc non, quia anima non potest esse lapis; vel per informationem naturalem; & hoc etiam non, quia lapis non potest informare animam, nec haberetur intentum licèt informaret, nam albedo informat lapidem, & tamen lapis non est cognoscens; vel denique per informationem intentionalem, & sic aër recipiendo species colorum fieret alia, & esset cognoscens. Ita ferè Ocham in 1. d. 35. q. 1. Minor quoque, quòd scilicet res immaterialis possit fieri alia omnia, non videtur vera; quia sic anima posset fieri Deus. Thomistæ tamen non sunt solliciti de hac minore, quia tantùm intelligitur intentionaliter, sed multùm laborant quoad maiorem, quoniam de eo speculationes operæpretium est audire.

Quod

Quid Thomistæ pro discursu D. Thomæ, & ad obiectiones Nominalium respondeant.

71 PRIMO, Siluester q. 14. conflati art. 1. dicit rem cognoscentem subsistentem, de qua loquitur S. Thomas, non fieri alia, neque esse alia (quod tamen concesserat q. 12. art. 4. initio;) sed tantùm habere formam alterius, nempe speciem, quod negat conuenire non cognoscentibus. Ait enim speciem coloris v. g. non recipi in aëre merè intentionaliter, sed secundùm statum realem diminutum, indéque fieri vt parietes colorentur, quando lumen ad virides plantas reflectitur. Addit quoque aërem recipere tantùm species colorum, prout conuenit cum visu in diaphaneitate, & sic aërem censeri vnum cum sensu; in speculo autem ait speciem non esse, nisi quia est in aëre contiguo. Præterea iuxta eum species quæ in aëre recipitur, non est forma rei subsistentis, sed est tantùm species accidentis; in sensu verò, multóque magis in intellectu est forma substantiæ, vt est coniuncta accidentibus.

72 SECUNDO, Ferrariensis 1. contra gent. c. 44. *circa rationem quartam* respondet, formas & naturas alienas diuerso modo recipi in cognoscente & in non cognoscentibus. Nam aër v. g. nō recipit essentias substantiales aliarum rerum, sed tantùm accidentia; perfectio quoque earum non est in ipsis vt perfectio alterius, sed tantùm vt propria perfectio, recipitque accidentia aliena secundùm aliquod esse naturale eorum: in cognoscente autem præsertim intellectiuo, possunt esse essentiæ non accidentium tantùm, sed etiam substantiarum. Similiter non recipiuntur in eo secundùm esse naturale, sed secundùm esse intentionale, & recipiuntur non tantum vt perfectiones potentiæ, sed etiam vt perfectiones rerum extrinsecarum; sicut natura & perfectio lapidis recipitur in intellectu prout est perfectio lapidis, quia species lapidis in anima, est ipsa natura lapidis quæ est extra animam, sed in esse intelligibili, quod fusius dixerat, ibidem *circa rationem quartam*. Denique proprium est naturæ cognoscitiuæ, recipere formas aliarum rerum gratia sui ipsius, idest vt propria operatio perficiatur, quod non competit aëri v. g. qui colorati speciem recipit non vt ipse agat, sed vt ad sensum eam deferat.

73 TERTIO Caiet. 1. p. q. 14. art. 1 ad declarandum hoc (vt ait) *difficile & arduum fundamentum magnæ partis Metaphysicæ & Philosophiæ naturalis* obseruat intuēdum esse differentiam inter modum quo cognoscens est cognitum, & quo materia habet formam, quámque differenter fiat vnum ex cognoscente & cognito, & ex materia ac forma. Differentia ergo in hoc est, quod cognoscens est ipsum cognitum actu vel potentia, materia autem nunquam est ipsa forma; & ex hac differentia quoad esse, sequitur differentia quoad vnitatem. Cognoscens enim & cognitum, sunt magis vnum quàm materia & forma, quia ex his fit aliquid tertium, nō autem ex cognito & cognoscente, vt patet ex Auerroe 3. Animæ, commento 5. & ex Philosopho, dicente animam esse sensibilia omnia & intelligibilia. Hanc esse veram differentiam cognoscentium à non cognoscentibus, probat Caietanus ex communibus loquendi modis, quibus dicitur per accidens esse quod cognoscitiuum & cognitum differant, & compositionem faciant; Item quod cognitum

habeat esse intentionale in cognoscente; & quod in solo cognoscente & cognito subiectum & forma possint ita eleuari, vt vnum sit idē alteri.

Quæ omnia affirmat niti duobus principiis Aristotelicis. Alterum est quod *vnumquodque operatur secundum quod est actu*, vt habetur 3. Physicorum. Alterum quod *operatio est specificatiua agentium*, ex 12. Metaphysicæ. Ergo fit, quod cùm cognoscens debeat esse sufficiens principium suæ propriæ operationis, quæ est cognoscere, oportet quod sit principium specificatiuum eius quod est esse cognitum. & sic addito ex 2. Cœli t. 17. quod *vnumquodque est propter suam operationem*, sequitur quod natura cognoscitiua est talis secundùm se, vt sit actu vel potentia ipsum cognitum, quod est esse non solùm ipsam sed & alia. Denique inde manifestatur differentia quæ est inter cognoscentia & non cognoscentia: nam hæc non recipiunt formas propter ipsarum formarum operationem, vt aqua calorem, & vniuersaliter subiectum formam accidentalem; aut propter operationem tertij coalescentis ex recipiente & recepto, vt in formis substantialibus, quas materia nō recipit propter operationē ipsius materiæ, sed compositi ex ipsa & forma. Ratio est, quia materia non est actiua, ideòque non potest fieri idipsum quod constituitur per formam: sed non potest esse principium completum operationis, cum nullo modo sit actiua, & consequenter ex ea forma fit tertium quid: At verò cognoscens recipiens cognitum non recipit ipsum propter operationem alicuius compositi resultantis ex eis, neque propter operationem ipsius cogniti, sed propter specificationem operationis propriæ ipsius cognoscentis. Vt visus recipit visibile propter speciem visionis, quæ est propria visus operatio. Et licet visibile ita receptum in visu ratione suæ speciei sit accidens visus, tamen id est per accidens, & ex necessitate materiæ, nec species visibilis specificat in quantum accidens, sed in quantum transiens in visum, ita quòd si natura sensibilis id pateretur, non fieret vnum concretum ex specie & visu, sed fierent planè idem, sicut in Deo idem est cognitum & cognoscens. Cùm ergo potentia cognoscens, assumpta specie seu forma rei cognoscendæ, sit principium cognitionis, & producat cognitum in esse intelligibili, necessarium est vt potentia fiat ea ipsa quæ cognoscit, tanquam quod producit hominem, est homo saltem eminenter, & *qui opus facit, operatione opus ipsum quodammodo est*, ex 9. Ethic. c. 7.

74 Hanc doctrinam repetit Caietanus infra q. 84. art. 2. & inde quæst. 79. art. 2. explicat quomodo intelligere sit causaliter pati, & non formaliter; est enim intelligere, pati causaliter, quia intellectio causatur ex receptione intelligibilis: non est autem pati formaliter, quin potiùs ex eo transitu potentiæ in obiectum & inhibitione intelligibilis in potentiam, intellectus fit obiectum, atque ita id quod agit est intellectus factus obiectum, quia intellectus & species non se habent vt materia & forma. Consentit Caietano Valentia 1. p. partim d. 6. puncto 2. in fine, partim d. 1. q. 14. puncto 1. Possetque eorum placitum confirmari ex Prisciano Lydo in c. 17. Theophrasti de phantasia & intellectu, *Intellectus* (inquit) *vere est res ipsa quæ intelliguntur, non secundum participationem, non diuisim, non vt alius, non vt ab ea determinatus, vel inde profectus, sed in re ipsa existit.* His Carpentarius in 2. de Theologia Ægyptiorum c. 3. addit

alia

alia ex Plotino lib. quod intelligibilia non sint extra intellectum, negat earum cū eodē Pasiano, sensum planè fieri ipsum obiectū sicut Intellectus, licet sensus sit alia, ratione speciei.

75 QVARTÒ, Alij tum hanc declarant, supponendo potentiam ante receptionem speciei impressæ, non esse actu obiectum suum, ideòque tunc non denominari intellectum actu sed potentia seu possibilem: denominari autem intellectum actu, cum informatus fuerit specie impressa, & completè in obiectum transit, & efficit quasi actum primum; inde ergo colligunt ex intellectu & specie non fieri tertium, sicut fit ex subiecto & accidente, quia potentia obiectiua & actus ei respondens sunt eiusdem generis, id est sunt planè idem, nec differunt nisi statu. Cùm ergo intellectus, cum specie & sine specie, se habeat vt intellectus actu, & intellectus possibilis, & vt obiectum actu & obiectum possibile, inferunt ex intellectu & specie non fieri tertium. Sanè intellectus possibilis vt Vasq. obseruat 1. p. d. 195. c. 2. non appellatur possibilis, eo quòd possit recipere species, sic enim potius dicendus esset passibilis, repugnatque in Angelis contra D. Thomam; Dicitur ergo possibilis, quia priùs erat potentia in genere intelligibilium, nec erat actu obiectum suum, sed fit talis per speciem quam recipit.

Approbatio illationis, & probationum D. Thomæ.

76 In tanta sententiarum varietate vt tandem quid sentiendum videatur manifestum fiat, feram primò iudicium de sententia D. Thomæ, tum de Thomistarum speculationibus circa illam. Sententiam ergo D. Thomæ tenendo probabilem, cum Molina 1. p. q. 14. art. 1, Trigosio 1. p. Sancti Bonauenturæ q. 9. art. 1. dub. 1. Palatio in 1. d. 35. disp. 1. Immaterialitatem enim esse rationem cur res cognoscens possit cognoscere, ex eo suadetur, quòd experiamur quæcumque cognoscunt, eo ipso aliqua ex parte recedere à materiæ conditionibus, & aliquem gradum spiritualitatis sortiri, ideòque recipere formas sine materia. Itèm constat quò res est à materia remotior, eò nobiliùs cognoscere, vt patet in brutis, homine, Angelis, Deo; inter sensus quoque, illi qui magis ad spiritualitatem accedunt, suntque à materia liberiores, vt visus, meliùs cognoscunt. Suarez d. 35. Metaphys. 3. num. 18. idipsum declarat ex illa comparatione quam materia refundit in formam materialem, nam materia non est actiua, sed purè receptiua; ergo quò magis forma superat materiæ conditionem, eò perfectiùs est operatiua. Quæ ergo omnino elongatur à materia participabit optimum modum operationis, qui consistit in vita actuali, & præterea participabit optimum modum vitæ actualis, qui consistit in intellectione. Hoc ferè modo propositum D. Thomæ discursum approbant prædicti autores, parum solliciti de aliis propositionibus, quas S. Doctor inmiscet illationi intellectualitatis ex immaterialitate, quæ tamen licet iactare eas nolim quasi euidentes, possunt commodè defendi vt rationabiles, & animis nō indocili ingenio satisfacientes, si benè penetrentur. Quod Diuo Thomæ sufficit, qui omnes rationes quas proponit, non vult haberi vt demonstrationes, (quia in re aliquos S. Doctoris nimium studiosos reflè arguit Canus 1. de locis c. 7.) sed contentus est vt sint idoneæ pro capacitate materiæ.

77 Dicamus ergo imprimis rem cognoscentem fieri obiectum suum, contra Siluestrum suprà, & contra Scaligerum exercit. 307. num. 6. (licèt hic propriè magis inuehatur in monstrosam quandam Cardani circa hoc loquutionem.) Probatur ergo ex Philosopho 3. Animæ t. 37. *Anima* (inquit) *est quodammodo ea omnia quæ sunt: nam quæ sunt, aut sunt sensibilia, aut intelligibilia; est autem scientia quidem, scibilia quodammodo, sensus autem sensibilia.* Hæc ibi Philosophus; ubi aduerte, eum cognitioni actuali tribuere, quod anima per eam fiat ipsum obiectum. Item 3. Animæ t. 5. negat intellectum fieri aliquid antequàm actu intelligat, ideoq; intellectum illũ qui omnia fit, ait esse intellectũ possibilem, qui elicit intellectionem, ita loquitur t. 18. & de eodẽ intellectu agit Commẽtator 3. Animæ, comment. 5. cùm ait intellectum fieri suum obiectum, nec repugnat Philosophus 3. Animæ t. 8. dicens *intellectum factum singula, ut alia scientem, esse adhuc quodammodo potentia ad intelligendum*. Sensus enim est intellectum cùm intellexerit, factusque fuerit obiectum suum, manere in potentia, ut transeunte hac intellectione, aliam recipiat. Ex verbis quoque Philosophi in t. illo 37. redarguitur Priscianus Lydus suprà relatus, negans sensum fieri sua obiecta, cùm tamen ibi Aristoteles id expressè dicat, atque par ratio sensus & intellectus quoad hoc.

78 Cùm ergo potentia cognoscens per cognitionẽ fiat obiectum suum, & ut loquitur Richardus Victorinus l. 3. de contemplatione c. 21. & l. 4. c. 22. illud trahat intelligibiliter, rationabiliter asserit D. Thomas, naturam intelligentem, cùm omnia intelligat, fieri quodammodo omnia, proindeque habere infinitatem quandam repugnantem materialitati, quia materia sicut est obtusa, & iners, determinata in se, & ad se, omnisque actiuitatis expers, ita inuoluit finitatem, determinatque illud cui inest pro proportione qua inest, impeditque ne se extendat ad alia, ut egregiè tradit in 2. contra Gent. c. 47. Et ideò idem D. Thomas 1. p. q. 50. art. 2. ad 4. refert ex lib. de causis *Intelligentiam esse superius finitam* quatenus accipit esse, *& infinitam inferius*, quatenus caret materia: & ibid. ad 2. ait intellectum recipere intellectionem secundùm rationem formæ, id est, cum sua extensione & amplitudine ad quæcumque, sine contractione illa quæ confertur per materiam, ut latè explicant Caiet. & Banner ibi. Quare sola natura immaterialis potest esse intelligens. Natura inquam; nam immaterialitas non potest esse radix intellectualitatis nisi in substantiis, ut constat ex 2. contra Gentes c. 51. eo quòd intellectualitas pugnet cum gradu accidentis antecedente immaterialitatem, nempe cum ratione ipsa accidentis. Nam esse intellectiuum, est esse primum vitæ principium, quale est sola substantia.

Dilutio argumentorum in contrarium num. 69. adductorum.

79 Hinc diluta manet prima ratio quâ discursus D. Thomæ impugnabatur. Quæ verò addebantur de substantia immateriali, non cognoscente diuinitus producibili, Palacius supra negare non audet, nec nisi trepidè ea negat Bannes 1. p. q. 14. art. 1. absolutè tamen neganda sunt, cum Henrique lib. de fine hominis c. 3. num. 1. lit. G. & Suare d. 35. Met. s. 3. num. 22. qui rationem huius reddunt ex eo quòd talis substantia quippe immaterialis spiritualis, neque

posset

possit agere immanenter, quia omnis actio spiritualis immanens pertinet ad gradum intellectualem; neque transeunter, quia non communicaret immateria cum aliis rebus, qua communicatione egent res creatae vt agat transeunter. Sed an non Cœlum ex probabili sententia caret materia, & tamen agit extra se?

Vera ergo ratio est quam attigit Suar. 12. Metaph. quaest. 57. concl. 1. nempe quia res immaterialis cùm sit natura actiua, vt quaevis alia natura creata, debet posse agere circa obiectum sibi proportionatum, & eiusdem ordinis, proindeque substantiale & immateriale, qualis ipsa est; obiectum autem illud cùm fiat per creationem, non potest secundùm esse reale produci à creatura quantumuis immateriali; si ergo actio aliqua rei immaterialis, versari debet circa tale obiectum, non potest esse nisi cognitio eius, vel appetitio; omnis enim alia actio esset impertinens. Quis enim fingat obiectum naturae substantialis immaterialis, esse motionem localem, seu impulsionem causandam in alia substantia immateriali, cùm non deceat hanc aliam substantiam ex natura sua ita subdi impulsioni alienae, multique dubitent an ea motio dari possit? Praeterquam quod necessarium esset substantiam motam cognosci à mouente, quam proinde rectè asserimus fore intelligentem. Accedit summa nobilitas substantiae immaterialis quam decet nobilissima actio, nempe intellectio, quae inter actiones creaturarum proprias, nulla nobilior dari potest, siue immanens sit, vt patet attendenti, siue transiens. Creatio enim quae sola posset cum intellectione de primatu contendere, est actio Dei solius principaliter propria, quamquam etiam superetur infinitè ab intellectione sumpta in tota sua latitudine, ac prout claudit diuinam intellectionem.

80 Quòd adiicitur perfectionem animae intellectiuae, non augeri vel minui ex vnione vel disiunctione animae cum corpore, facilè diluitur. Anima enim non obstante vnione, est immaterialis, quamquam ob accessum illum ad materiam, vitiatur puritas intellectionis aliqua ex parte, ob inde consequentem necessitatem naturalem conuersionis ad phantasmata. Principiat porrò immaterialitas intellectualitatem, etiam radicalem & substantialem, contra Capr. in 1. d. 35. q. 1. ad 1. Aureoli contra secundam, qui id tantùm concedit de intellectualitate designante facultatem proximam intelligendi. Et quamuis immaterialitas non causet physicè intellectualitatem, cùm sint vna & eadem entitas, quod duntaxat euincit ratio penultima Aureoli, est tamen causa eius virtualis, quatenus licet dicere naturam posse intelligere, quia est expedita onere materiae caretque coarctatione illa quam inuehit materia. Vltimum Aureoli argumentum diluitur, dicendo rem materialem cùm intelligitur transferri in ordinem intelligibilium per intellectionem, de quo plura alias. Denique argumentum Ochami solutum est cùm ostendimus naturam cognoscentem fieri obiectum suum per speciem duntaxat expressam, et non cognoscenti incommunicabilem. Itaque sarta tecta manet illatio illa D. Thomae, imò & Aristotelis, vt vidimus, & Platonis, ac aliorum apud Henriquem suprà, litera, E, *Est immaterialis, ergo & intellectualis.*

Iudicem

Iudicium de Thomistarum placitis supra propositis.

81 At verò si ad assignatas à Thomistis sententiæ D. Thomæ explicationes accedamus, mirabimur tantis viris fictas fuisse tam planè falsas. Imprimis expositio Silvestri multipliciter peccat, nec potest ostendere quo peculiari modo species impressa sit in cognoscente, nec similiter sit in non cognoscentibus, aut quomodo propterea sit cognoscentium fieri alia per receptionẽ speciei impressæ cùm hæc æquè recipiatur in aere; & quidem merè intentionaliter, nec verum sit aërem fieri vnum cum sensu, nisi si etiam dicamus eum verè cum sensu cognoscere; & denique cùm certum apud nos sit, substantiam non plus esse in sensu per suam speciem impressam, quàm in aëre per quam deuehitur nimis species impressa oculo.

Omnia quoque Ferrariensis dicta, vel sunt falsa, vel non ad rem, excepto fortè vltimo, quod posset ad veritatem accommodari, dicendo speciem impressam peculiari modo recipi in cognoscente, quatenus recipitur in eo vt comprincipium determinatiuum ad operationem propriam cognoscentis. Quod ad Caietani discursum attinet multis eum impugnat Silvester supra. Sed breuiter dico totum eius discursum eò reduci, quòd obiectum cognitum, specificet cognitionem; ergo natura cognoscentis quæ est principium sufficiens suæ cognitionis, atque adeò principium quoque specificatiuum eiusdem, debet esse ipsum obiectum cognitum. Sed hoc fundamentum est inane, nam vt rectè ait Silvester supra, cognitum specificat cognitionem per modum obiecti, quia ratione cognitio non specificatur à cognoscente; nec est opus vt cognoscens sit vniuersale principium cognitionis, sed tantùm in suo genere, nempe in genere causæ efficientis. Denique quarta expositio iisdem propè vitiis quibus superiores laborat, estque nimis metaphorica & extorta.

Clauditur Quæstio, & Intelligentiarum definitio consummatur.

82 Sic constituta Intelligentiarum intellectualitate, declarataque eius origine ex immaterialitate, quicquid ad earum quidditatem pertinet constitutum manet, quàm commodè licet, intra naturæ lumen ex quo procedimus. Præterea verò ex disputatione hac, & superioribus articulis composita manet Intelligentiarum definitio quam quærebamus. Sunt igitur Intelligentiæ, *substantiæ creatæ intellectuales.* Per primam particulam, à Deo differunt, qui integer spiritus est, sed increatus & à se. Per secundam, differunt ab animabus nostris, quæ sunt essentialiter formæ corporum, ac proinde non intellectuales, sed intelligentes appellantur, vt q. 3. notauimus.

DISTIN

DISTINCTIO III.

De proprietatibus transcendentalibus Intelligentiarum essentiæ accommodatis.

1 EXPOSITA Intelligentiarum quidditate, accedendum est ad earum affectiones & accidentia, inter quæ primùm exponenda veniunt quæ pluribus rerum generibus sunt communia, qualia sunt quæ transcendentalia vulgò dicuntur. Sed quia inter hæc, veritas & bonitas, parum aut nihil peculiaris difficultatis in Intelligentiis continent, propterea in vnitate eiusque variis appendicibus, aut defectibus præcipuè sistam. Nam ex dicendis circa Deum, constabit vnitati perfectæ, cuiusmodi est Diuina, adiungi simplicitatem, immutabilitatem, immensitatem, æternitatem. Rectè ergo tractationi vnitatis imperfectæ ac diminutæ Intelligentiarum, subiungemus expositionem imperfectæ simplicitatis, simúlque compositionis in eis repertæ, & aliqualis immutabilitatis ac mutabilitatis, itemque localis & temporalis circumscriptionis. Quibus expositis pauca illa quæ ad transcendentalem Intelligentiarum veritatem & bonitatem pertinent, attingenda erunt. Tum ad affectiones Intelligentiarum minus communes, imò proprias, nempe intellectum, voluntatem, eisque subordinatam exequentem delabemur.

QVÆSTIO I.

De Intelligentiarum vnitate.

1 QVANTVM à Deo vero & summo vno (vt sæpè philosophatur Plotinus, attigitque autor libri de causis propositione 4. & 10. & Autor Theologiæ Ægyptiorum l. 10. c. 6.) tantùm etiam ab vnitate deflectitur. Ideóque non est quod in Intelligentiis quæramus perfectionem illam vnitatis, quam in vnitate Diuina infrà exponemus; nempe quæ Angelum & vnum, & essentialiter vnicum constituat: nam neque Intelligentiæ sunt prima vnitas, sed tantùm secunda post primam & participata, vt loquuntur Platonici apud Eugubinum l. 8. per Philos. cap. 10. Quod voluit etiam Iamblicus lib. de mysteriis §. 16. cùm ait *in formis separabilibus, vnitatem superare multitudinem, & in Diis adeò superare, vt illorum esse sit vnitas quædam; dico autem*

quedam (inquit) quæ primum principium est ipsa simplex unum. Simile illud Pythagoricorum, corpus appellantium, *multa qualitatum multa & unum,* Angelum, *unum multa.* Deum denique, unum: Ut refert & latius exponit Ficinus 5. de immortalitate c.1. & astrigit ex Platone D. Thomas opusculo 11. cap.1. ac plenius Proclus in Timæum, vocans corporum unitatem, plantatilem unius, ob divisibilitatem & discontinuitatem, extremamque illis rationem unitatis; animæ vero & Intelligentiarum unitatem, ob mixturam multitudinis, vocans temporalem. Satis ergo erit si Intelligentia creata, sortiatur unitatem perfectam, quantum per naturæ creatæ ac finitæ potentialitatem licet, id est, talem cui multiplicitas semper sit admixta, qualem perspicuum est esse, unitatem individualem consortij capacem, itemque unitatem specificam & genericam, id est uno verbo, omnem unitatem præter illam unitatem individualem, quæ est essentialiter singularis, excluditque sui subiecti multiplicabilitatem ob infinitatem essentialem, quæ ipsum prædictum est. Illud ergo in hac re primum ostendemus, unitatem Intelligentiarum esse consortij & multiplicationis participem, & quæ ad eam multiplicationem pertinent breviter exequemur. Tum expendemus an unitas rationis in consortio illo fundata specifica, an generica esse possit, & qualis etiam in ipsa sit.

ARTICVLVS I.

Suntne plures Intelligentiæ, & quo numero.

1 PRætermitto ipsam multiplicabilitatem, tum quia hæc ex finitate naturæ perspicua videtur, tum quia ex dicendis de ipsa actuali multiplicatione erit manifesta. A multiplicatione igitur ordior.

ASSERTIO.

Ingens omnino est Intelligentiarum numerus; non tamen infinitus, vel stato aliquo numero individui à nobis definibili, comprehensus.

PRIMO, Admitto multitudinem Intelligentiarum magnam esse, quamuis numero finitam. De hac multitudine, quindecim discrepantes sententias refert Serr. in c. 12. Tobiæ quæstiuncula 5. tribuens Aristoteli, quòd tantùm posuerit tot Intelligentias quot sunt cœlestes orbes, quod etiam ei tribuit Molina 1. p. q. 50. art. 3. & art. 4. ad 1. Itémque Sebyllanus decade 2. c.1. q.3. & Franciscus Picus 6. examinis c. 16. Ferrariensis 1. contra gentes c.92. & ibi D. Thomas num. 2. Zabarella lib. de mente agente c.12. Vives 1. de veritate Fidei c.14. & Ægidius opusculo de erroribus Philosophorum, numerans hunc decimumquartum inter errores Philosophi, qui iuxta hanc sententiam non plures posuisset Intelligentias quàm 47. Tot enim orbes concentricos posuit 12. Metaph. c.8. ut ibi fusè exponit Fonseca; imò iuxta Carthusianum in Elementatione Philosophica proposit. 66. & Guilielmum Parisiensem 1. 2. de universo c. 11. grauiter id impugnantem, non nisi decem posuit, vel etiam ut postea ait idem Guilielmus 2.2. c.112. non nisi nouem, nempe octo pro cœlis, & unum pro mundo.

2 Sed multò plures apud Aristotelem Intelligentias agnoscunt Eugubinus 4. perenn. Philosophiæ c. 2. & l. 8. c. 4. & 5. Scaliger exercitat. 365. num. 1.

quæst. 7. Fabrius in 2. d. 3. disp. 4. Iauellus l. de immortalitate c. 4. Vasq. 1. p. d. 180. c. 1. Suar. d. 35. Metaph. s. 1. num. 24. Et hi rectius mentem Philosophi exposuerunt. Nam ille c. 8. libri 12. Metaphysicæ, Aristoteles videtur tantùm agere de numero illarum substantiarum immaterialium, quæ possunt à nobis inuestigari per ea quæ in cœlis conspicimus, vt ibi aduertit Fonseca lit. C. Et quanquam idem notat lit. K. adhuc Aristotelem ibi putare alias Intelligentias præter ibi positas fore otiosas, ideoque non admittere, tamen 1. Cœli cap. 9. tit. 100. dum agnoscit Aristoteles extra Cœlum, aut supra eius verticem, esse substantias separatas, beatam vitam degentes.

5 Expressius multiplicitatem Intelligentiarum tradiderunt Platonici, nominatimque Maximus Tyrius dissertatione 26. vbi de dæmonibus Deorum ministris disserens *magnus* (inquit) *est eorum numerus.*

Ter sunt mille etenim per terrã vberrima regna
Genii immortales famuli Iouis.

Quod ter mille legantur in eo versu quem Tyrius allegat, lapsus est interpretis. Versus enim quos Maximus refert Hesiodi sunt in lib. de operibus, allegunturque etiam ab Oenomao apud Eusebium 5. Præpar. c. vltimo & vtrobique *τρὶς μύριοι* idest tribus myriadibus comprehensi, atque adeo triginta millia, non tria millia esse dicuntur famulorum Iouis. Et adhuc menti Tyrij congruentiùs, Latinus Hesiodi interpres sensum non verba respiciens, pro triginta millibus vertit innumerabiles. Quem esse germanum Hesiodi sensum notat Niphus 3. de dæmon. c. 14. & ita etiam ex mente sua, tametsi reiecto Hesiodo, diserte dixit idem Tyrius dissert. 1. fere in fine, qui, loco quem allegate exceptum, ita pergit. *Horum alij morbis medentur, alij in rebus ambiguis consilium dant, alij occulta manifestant, alij in exercendis artibus auxilio sunt, alij sunt itinerum comites. Rursum alij sunt vrbani, alij rustici, sunt marini, sunt terrestres. Alius vero sub aliud corpus subijt, hic Socratem, ille Platonem, ille Pythagoram, Zenonem ille, ille Diogenem. Hic terribilis, ille humanus & mansuetissimus, hic ciuilis, ille militaris. Quot denique hominum sunt ingenia, tot dæmonum genera.*

Namque Dei similes peregrinis sæpe colonis
Quaslibet vrbes peragrant conuersi terras.

Hæc ille ex Diuinorum ministrorum muneribus erga nos, atque officiis, ingentem eorum numerum colligens. Quam eandem numeri horum colligendi viam iniuit, & diligenter persequutus est Scortia l. 4. de Missa cap. 9. numero 5.

6 Illustre & illud alterius Platonici, Æneam Gazæum dico, in suo Theophrasto post medium. *Euenit quoque intelligentias præditas substantias, plenum esse etiam cœlum, plenum etiam æthera Angelorum atque dæmonum, itemque plenum aërem, plena terra, plenum mare, plena denique quæ sub terra sunt eiusmodi quadam admodum quidam spirituum multitudine, adeò nihil sit eis in rerum natura vacuum, vt nec sit etiam quo capillum inijcias. Sed etsi mortalibus in dies multorum corpora hæc ex terris singulis exponentia producatur, nunquam tamen superatæ Angelorum atque dæmonum multitudini humanarum animarum numerus par erit.* Ita Gazæus. Similiter autem dæmonibus plenum esse, qui continuè ac velut ex exspiratione terrenorum corporis influunt, de Magorum sententia affirmat Lucret. l. 1. non multum ab initio, qui idem repetit l. 2. in Psyla-goræ. Tametsi hæc communi cum aliis

multis errore, dæmones, quibus totum aërem plenum esse asserebat, animas esse affirmabat. Denique plena Angelorum cum bonorum tum malorum esse omnia, aërem, terras, mare, Ecclesias, dixit quoque S. Ambrosius ad v. 1. Psalmi 118. imitatus S. Hilarium in eundem locum. Similia de bonis Angelis Aristides tom. 1. orat. 1. circa medium.

7 Platonicus tanti Intelligentiarum numeri rationes proponit Marsilius Ficinus 1. de immortalitate, quarum illa elegantissima est, quòd intelligibile genus suapte natura videatur magis multiplicabile esse, quàm corporeum. Siquidem numeri, dimensiones, figuræ, proportiones, corporum varietas, motuum velocitas, in ipsis corporibus semper terminata sunt, in mente autem nullos certos fines habent, sed in immensum protenduntur pro arbitrio. Item quæ in rebus particularia sunt, in mente fiunt vniuersalia. Cùm itaque intelligibile genus sit multò capacius amplificationis quàm sensibile, hoc autem valdè dilatatum videamus, est quòd suspicemur genus intelligibile multò pleniori numerositate gaudere. Præterea ordo vniuersi cùm suo infinito bono dispositus quàm optimè, exigere videtur, vt quæ meliora in ipso sunt, super deteriora multiplicentur, aut grandescant. Quò enim nobilior est sphæra corporum ad mundi constitutionem spectantium, eò & amplior & grandior est, adeò vt terra & aqua præ superioribus sphæris pūcti instar censeantur: at id in rebus incorporeis videtur esse numerus, quod dimensio in corporibus; vt quando quantitate continua, quâ carent, corporibus præcellere non possint, præcellant quantitate discreta.

8 Visa quoque est his rationibus S. Thom. 2. contra gent. c. 92. quamquam in posteriore labefactanda nimius est Dur. in 2. d. 3. q. 4. num. 8. quem meminisse oportuerat eam à S. Doctore, non vt demonstrationem, sed vt congruentiam (qualis reuera tantùm est) adhiberi, comparatione facta Intelligentiarum non cum indiuiduis, sed cum partibus vniuersi integrantibus, vt Caietanus 1. p. q. 50. art. 3. annotauit. Non enim ignorabat S. Thomas, si naturæ inferiores, quæ sunt mundi velut supellex, inter se conferantur, plura esse & multipliciora quæ viliora sunt, vt tradit Aristoteles 1. Rhetor. c. 7. & Theophrastus in fine suæ Metaphysicæ, & Guilielmus Paris. lib. de legibus c. 21.

9 Cæterùm quod S. Thom. cap. 92. allegato ratione 3. ait, hæc nobiliora entia quæ propter se existunt, & non propter alium particularem finem inferiorem, ex quo determinationem accipiant multiplicari debere quantùm possibile est; non ita est accipiendum quasi voluerit S. Doctor Deum produxisse omnes Intelligentias quas facere poterat, vt inconsultè nimis asserit Æneas Gazæus in suo Theophrasto, pretexto amouendæ à Deo inuidiæ, quod inanissimum est argumentum, infrà cùm de Diuina voluntate agetur contexendum. Sensus ergo est, huiusmodi entia multiplicari debere quantùm possibile est, spectata exigentia totalis perfectionis vniuersi, vt interpretatur ibi Ferrariensis; vel certè quantùm possibile est, spectata natura Dei, & modo operandi Deum decente, vt dixit Siluest. q. 19. Conflati art. 2. exponens simile dictum S. Doctoris, asserentis Deum quippe bonum & diffusiuum sui, communicare se creaturis quantùm possibile est. Ait enim Siluester, ad naturam, & voluntatem

pertinere

pertinere communicare bonum suum quantum est possibile, spectata natura & modo communicantis, ideóque communicans per naturam, quale est agens necessitate & libertate carens, communicat se quantum potest absolutè, communicans verò per voluntatem, cuiusmodi est Deus communicans se Intelligentiis, communicat quantum potest, non absolutè, sed subordinatè ad intellectum diri- gentem communicationem, & commensurantem communicatum ad finem communicandi; vel denique (quæ videtur expositio omnium simplicissima & commodissima) vult Deus se communicare Intelligentiis aliisve rebus quantùm possibile est, intra latitudinem possibilitatis, sine aliquo modo possibili citra vltimum potentiæ suæ quod nullum est. Ita S. Thomam in simili exponit Suar. tit. de attributis Dei positiuis c 6 num. 9.

10 Aliam eiusdem multitudinis Intelligentiarum astruendæ rationem vsurpat Guil. Paris. 1. 2. de vniuerso c. 18. & 2. 2. c. 12. in fin. & cap. 16. vbi hanc viam idoneam indicat. Breuiter autem in eo consistit, quòd Dei summi Principis & potentissimi Imperatoris, numerosam familiam, & copiosum exercitum esse deceat, *quia in pauciate populi,* (siue exercitus) *ignominia principis.* Vtitur hac ipsa ratione Franciscus Georg. in harm. Cant. 3. tono 3. c. 4. atque fuisse etiam Pythagoreorum, maximè Hieroclis, asserentium cuilibet sphæræ & signo tanquam in atriis aut vestibulis Palatij summi Regis, insistere multos Angelicos ministros. Addit item illud ex Arabum Theologia, *Tot in vnaquaque cælorum haberi Intelligentias, quot enumerare nullus possit, nisi solus Deus.* Nempe excubare tam multos in Diuinæ illius Regiæ propylæis, consentaneum fuit tanti Regis magnificentiæ & potestati. Ad extremum placet hanc rationem confirmare ex Lactantio 1 Institutionum c. 7. qui ne Deum si viuat esset desertum ac solitarium degere Hortensio concederet, respondet habere Deum apud se quos nuncios vocamus, ac vt Seneca in exhortationibus vocauit regni Dei ministros, *quos* (inquit Lactantius) *non duodecim esse dicimus, aut trecentos sexaginta quinque vt Orpheus, sed innumerabiles, & arguimus eorum errores in diuersum qui tam paucos putant.*

11 Inconsultè itaque nonnulli, (quibus tamen absque sufficienti motiuo annumerantur Bartmus in 2. d. 3 1. artic. 1.) modicum esse Intelligentiarum numerum censuerunt. Quod mirum esset Christiano Theologo excidisse, qui nosset tantam in Scripturis Intelligentiarum multitudinem astrui, vt ex eis colligit Magnus Dionysius c. 14. Cœlestis Hierarchiæ *Intelligentias mortalium vulgarem numerorum, infirmam breuemque numeram superare.* Imò ex iisdem Scripturis Irenæus l. 2. c. 6. Chrisostomus homilia 2. & 4. de incomprehensibili Dei natura, ac in Psal. 45. & alij quidam Patres, innumerabiles & numero infinitas Intelligentias videntur astruere. Quod tamen non est accipiendum de multitudine reipsa carente finibus, (fecit enim Deus omnia in numero & mensura,) sed tantùm de maximo numero, etsi supponamus multitudinem infinitam Intelligentiarum ob incorporeitatem & inextensionem non implicare. Quæ in re displicet Guiliel. Parisiens. 2. 1. de vniuersi c. 17. idcirco duntaxat negans dari de facto infinitas Intelligentias, quia putat infinitatem multitudinis repugnare. Nunc quandoquidem Intelligentiarum numerus, magnus quidem,

dem, sed tamen finitum esse, quantus præcisè sit, quærendum superest.

12 SECVNDÒ, Ergo dico nihil de illius numeri quantitate perspicuè ac certò à nobis statui posse. Quod longa probatione vel declaratione non indiget, quia constat neque ex effectibus, neque ex vllo alio capite innotescere posse, quot præcisè sint Intelligentiæ, sed in Diuinum beneplacitum referri debere quod tot, non plures vel pauciores productæ de facto sint. Neque verò ex naturalibus duntaxat principiis, sed etiam ex supernaturalibus, & consulta reuelatione, certi quidquam de hoc numero affirmare licet, vt bene vidit Athanas. quæst. 2. ad Antiochum, qui aliorum super ea controuersia coniecturis adductis, iudicium prudenter sustinet, satis significans Scripturæ loca, quibus certi illius Intelligentiarum numeri assertores nituntur, non vrgere. Ita porro iudicasse Athanasium, nec posse eius auctoritatem declinari, abrogando illi, quod quidam faciunt, eo opere, probat Turrianus in proœmio ad Constitutiones Clementis, auctoritate Anastasij Sinaïtæ, & Ioannis Damasceni agnoscentium illud opus esse legitimum Athanasij fœtum; quamuis assumenta quædam operi illi ac sæpe contingit postea adiecta; quibus vetustum quoddam exemplar suum caruisse affirmat idem Turrianus, contrarium nuper illustrissimo cuidam Scriptori persuaserit.

13 Diuinarunt ergo quotquot certum aliquem ac definitum Intelligentiarum numerum constituere ausi sunt; vt qui apud Gulielm. Parisien. 2.2. de Vniuerso c. 16. & 31. nouem Angelorum constituunt ordines, quorum quilibet tot legiones contineat quot huiusmodi substantias contineat legio vna, ita vt sint in vnoquoque ordine sex mille, & sexcentæ & sexaginta sex legiones Intelligentiarum. Diuinarunt vel qui Intelligentias pares numero esse stellis asseruerunt, apud Archangelum in commentario dogmatum Cabalisticorum. Et qui apud eundem incognita pro certis citra hoc venditant, Cabalici Rabbini, bene de more somniorum commentatores.

ARTICVLVS II.

Quanta possit esse in Intelligentijs rationis vnitas.

14 IDest an Intelligentiæ numero illo de quo hactenus comprehensæ, secundùm absolutam Dei potentiam spectatæ, differant inter se specie infima, vel subalterna, an numero tantùm & indiuiduo, vel certè vtroque modo. Totidem enim circa hoc inuenio sententias; quas excutere necesse est, priusquam quid de facto contigerit pronunciem.

ASSERTIO.

Possunt Intelligentiæ genere & specie differentes, possunt etiam differentes solo numero, specie autem conuenientes produci.

PRIMÒ, Admitto Intelligentias posse habere diuersitatem specificam & genericam. Nulla siquidem apparet contradictio in huiusmodi multiplicitate Intelligentiarum. Quod etiam possumus positiuè ostendere ex potentialitate, & essentiali finitate intellectualitatis creatæ. Sola enim infinita essentia perfectione vlla comparem naturam vel superiorem excludere. Natura ergo intellectualis, quia finita est, & certo perfectio-

nis

nis modulo clausa, multiplicari poterit specie, quia facta vna specie Angelica, non excluditur essentialis ratio alterius essentiæ ad eumdem genericum gradum pertinentis, & sic in infinitum. malè enim Guilielmus Parisiensis 1.2. de vniuerso c.5. finem in progressu illo videtur agnoscere.

Multiplicabilitas Intelligentiarum secundum genus subalternum astruitur.

15 Simili verò discursu probari potest multiplicabilitas generica secundum genus subalternum, ita vt possibiliter probetur non modò dari posse diuersas species Angelorum in vno genere proximo conuenientes, sicut diuersæ species infinitæ animalium in vno proximo animalis genere conueniunt, sed etiam dari posse diuersa Intelligentiarum genera, quæ superiori alicui generi in contractiora genera diuisibili subiacerent, sicut generi viuentis subsunt alia quædam contractiora genera, nempe plantæ & animalis. Nam ex quo constiterit posse dari vnum genus Intelligentiarum ex diuersis speciebus infimis coalescens, quæremus an vnus gradus perfectionis per illam genericã rationem obiectiuam importatus, sit determinatæ perfectionis; quod vbi manifestè eniceremus ex eius potentialitate & producibilitate, illicò addemus gradum communiore ratione obiectiua constantem, ac secundum quem aliqua plus inter se quoad essentiam differunt, quàm alia inferiora iam inter se specie differentia, non excludi per priorem illum gradum, nec posse stare per Deum quominus hic quoque communior gradus producibilis sit, ideóque concludemus eum similiter esse possibilem, vt rectè censuit Vdalricus apud Carthus. in 2. d. 3. q. 1. & ibidem Mayronis ac Rubeonius q. 4. & Albertinus concl. 3. ex 1. principio complexo num. 13. nequicquam reclamante Thoma non Angelico sed Anglico opusc. 42. (*inter D. Thomæ opuscula*) ac sine causa hærente Suarez d. 35. Metaph. sect. 3. num. 44. Confirmatur ex diuersis modis tendendi in obiecta intelligibilia, penes quos specifica & generica Intelligentiarum diuersitas desumitur. Diuersi namque illi modi tendendi multiplicabiles sunt in infinitum, licèt nos ægrè eos concipiamus: posito ergo quòd dentur varij specie modi tendendi, penes quos Intelligentiæ specie infima differant, & genere conueniant; quatenus habent eumdem genericum modum in obiecta sua tendendi, quid vetat agnoscere hunc tendendi modum eidem tantum specierum ordini, non omnibus esse communem, dari verò præterea alias species, quibus communis sit alius tendendi modus item genericus? Inde autem perspicuè habetur possibilis quarumdam Intelligentiarum distinctio, non modò specifica, sed etiam generica; tametsi tandem omnes in superioribus quibusdam & communissimis generibus conueniant, nempe in genere spiritus & substantiæ, seu in gradu substantiæ intellectualis.

De multiplicabilitate intra eandem speciem.

16 SECVNDO, Dari Intelligentias posse differre inter se numero tantùm, atque adeò posse dari multas Intelligentias in vna specie infima conuenientes. Quæ est receptissima sententia extra scholam D. Thomæ. Imò inter ipsos quoque Thomistas quidam nunc posteriores, consentiunt, si de possibili tantum aga-

tur,

tur, vt nunc agimus; an tamen cohaerenter id faciant, paulò post attingam.

Pars negans.

Sententia ergo est D. Thomae c. 4. aliàs 5. de ente & essentia, & ibidem Caietani q. 5. Valesij in sacra Philosophia cap. 41. Antonini Mallei q. 4. idem tribuentium Philosophis, Intelligentias ita esse singulares, vt non inueniantur in eis plura indiuidua sub vna specie, sed quot sunt indiuidua tot sint species; quam esse expressam Auicennae sententiam notat suprà S. Thomas. Ex quo vides eos qui hanc sententiam sequuntur, non negare singularitatem huiusmodi naturarum, vt eis tribuat, qui inde eos refellit, Gulielmus Parisiens. 2. 2. de vniuerso c. 10. & 12. tantùm enim negant singularitatem similem, seu dari posse indiuidua numero tantùm distincta, conuenientia in natura specificè communi.

17 Fundamẽtum huius sententiae vnicum, & D. Thomae perpetuum, vt obseruat Capr. in 2. d. 3. q. 1. concl. 1. in fine, est immaterialitas Intelligentiarum; materia enim iuxta D. Thomam, est principium multiplicationis indiuidualis non specificae. Et quoniam animae rationales sint immateriales, & tamen multiplicentur numero, quod argumentum in S. Thomam intorquet ac multipliciter confirmat Sirenius libro de vnitate naturae Angelicae cap. 16. nihilominus vt Capreol. suprà ad 5. Scoti contra 5. ex varijs D. Thomae locis obseruat, longè alia est Intelligentiarum & animae rationalis immaterialitas. Nã anima rationalis cùm sit essentialiter compars materiae, idcirco tantùm dicitur immaterialis quia non pendet à materia quoad esse; at Intelligentia excludit omnem omnino intrinsecum ordinem ad materiam, ideóque non potest penes materiam multiplicari numericè, sicut facit anima rationalis. Quod si quaeras vndenam habeat materia vt sit principium numericae tantùm multiplicationis, respondẽt multis in locis ita tradidisse Aristotelem, ac nominatim 12. Metaph. t. 49. vbi fit haec consequentia, *Caelum est vnum specie & plura numero, ergo est materiale; vnde expressè datur intelligi (inquit suprà Caiet.) quod immaterialitas est sufficiens causa non pluralitatis numeralis.* Sed & 3. Animae t. 9. cùm dixisset Aristoteles *aliud esse magnitudinem ipsam, aliud magnitudini esse*, subdit *non contingere idem in alijs rebus*, nempe vt passim exponunt, in rebus immaterialibus, in quibus proinde iuxta Philosophum videtur idem esse principium formale speciei, & vnitatis numericae, & quo est, non distingui in eis *ab eo quod est*, vt habetur etiam 7. Metaph. tex. 41. & l. 8. t. 16. Alia Philosophi loca in eandem sententiam, satis trita sunt, vnde factum vt hanc verè fuisse etiam mentem censuerit Guilielm. Parisien. 1. 2. de vniuers. c. 21. Molina 1. p. q. 50. art. 4. ad 1. Vasq. 1. p. d. 181. in fine Sarnanus 1. Conciliationis, controuersia 10. Sonc. 12. Metaph. q. 51.

18 Sed ne principium illud quod est huius sententiae veluti cardo, sola Aristotelis autoritate nitatur, duplici praeterea ratione illud stabilit Caiet. alterâ circa textum quaestioni citatae praeuium, alterâ in corpore eiusdem quaestionis. Sic igitur primò argumẽtatur; cùm actus sit qui diuidit & separat, omnis diuisio aut est formalis aut quantitatiua, vt agnoscit etiam Aristoteles 3. Metaph. t. 11. Ex his autem diuisionibus, posterior siue formalis non competit formis specificis,

ficis, ergo formæ specificæ si in materia recipiantur, poterunt ad materiæ divisionem dividi quantitatiuè, & distribui in plura individua, quæ formaliter idem sint, & materialiter differant. At si extra materiam sint, & ab omni ad eam ordine sint immunes, cuiusmodi sunt Intelligentiæ, non modò carebunt divisione formali, quia sunt formæ specificæ, sed etiam quantitatiua; itémque non poterunt esse in multis individuis, quia multitudo sequitur divisionem, quæ ab his formis omnino exclusa est ob immaterialitatem. Clarius hanc ipsam rationem proponunt aliqui in hunc modum. Multiplicatio numerica fieri non potest sine divisione, non quidē formali, ob essentiæ identitatem in omnibus individuis, sed quantitatiua; hæc autem non potest dari si desit materia, cùm quantitas supponat materiam; ergo distinctio numerica est à materia. Altera ratio est, id quod caret ordine per accidens, non habet plura individua eiusdem speciei: ordinem enim per accidens vocant illum qui cernitur inter plura individua eiusdē naturæ & speciei, quem contraponunt ordini per se qui cernitur inter subordinata essentialiter, vt explicatur 2. Metaph. c. 2. Atqui suprema pars vniuersi ad quam Intelligentiæ ob immaterialitatem & intellectualitatem suam pertinent, caret ordine per accidēs, quia hic imperfectius est, & deficiens à perfectione ordinis per se, idcirco ne in astris quidem cernitur, non enim sunt plures Soles & Lunæ; ergo inter Intelligentias non dantur plures eiusdem speciei.

Pars affirmans stabilitur.

19 Contraria tamen sententia cui subscripsi est omnino vera. Vt autem eam rectè stabiliamus, & commodius de altera pronunciemus, statuendum imprimis censeo, si principium propositum rectè habeat, omnino repugnare vt individua solo numero plura, intra eandem Intelligentiarum speciem reperiantur, etiam secundùm potentiam Dei absolutam. Si enim materia est principium formale, materialiter distinctiuum, vt loquitur suprà Caietanus, seu si ratio cur aliqua natura sit communis pluribus individuis numero tantùm differentibus, ex illius naturæ materialitate ducitur, proptereáque natura immaterialis dicatur de se esse hæc, & nō esse secundùm se communicabilis multis singularibus specificè conuenientibus, vt Thomistæ contendunt: profectò impossibile est ubi tale principium plurificabilitatis deest, reperiri plurificationem prædictam, sicut repugnat Socratem multiplicari numero, quia caret principio formali multiplicabilitatis illius, seu naturâ vlteriùs restringibili, & quia de se est hic & singularis. Quare non possum non mirari Capreolum suprà concl. 5. & ad argumenta contra eandem conclusionem, itemque Ferrar. 2. contra gent. c. 93. qui admittunt naturam immaterialem esse de se singularem, asseruntque materiam esse fundamentum multiplicationis tantùm numericæ, addere tamen nullam esse contradictionem in illa Individuali tantùm multiplicatione Intelligentiarum, & ita sensisse D. Thomam, quem volunt solum exercitium multiplicationis illius reiecisse, admissa potentialitate. Quæ certè (quidquid sit de Diui Thomæ sententia) non cohærent. Nam multiplicabilitas, omninò pugnat cum illa naturæ secundùm se restrictione & singularizatione, nec Deus potest supplere

formale principium distinctionis rerum, cum res non pro Dei arbitrio, sed suapte natura, & ex eo quod ipsis inest, distinguantur hoc vel illo modo. Itaque cum illa immultiplicabilitatis numericæ formali principio naturæ Intelligentiarum insito, quod est Thomistarum fundamentum, non cohæret Intelligentiarum numero tantùm differentium producibilitas secundùm potentiam Dei absolutam, vt optimè aduertit Scotus in 2. d. 3. q. 7. initio corporis.

20. Iam vt de principio illo cui tanta aduersariorum sententia superstruitur, iudicium feramus; negandum est materiam esse principium formale multiplicationis tantùm numericæ: negandum item est quod inde postea infertur, nempe naturam creatam immaterialem esse de se hanc & singularem; ac perfectionem qua huiusmodi natura limitatur ad hoc numero indiuiduum non distingui saltem per mentem à quidditate & natura specifica. Vt enim optimè argumentatur Scotus supra litera B, fundamentum Diuinæ immultiplicabilitatis indiuidualis, non est aliud quàm infinitas essentiæ, ob quam natura Diuina est essentialiter hæc, quia habet quidquid potest esse in tali essentia, ac proinde comparticipia eiusdem naturæ indiuidua, excludit. At natura quæuis creata hoc ipso quòd est essentialiter limitata, caret principio illo immultiplicationis, & repugnantiæ habendi naturâ indiuiduam similem sibi in essentia; potest ergo aliquid in ea natura concipi commune pluribus illis similem illam naturam participare capacibus, & aliquid cuiuis eorum proprium nempe singularitas; quamuis vt supponimus absit materia, & quilibet ad eam ordo. Sunt in intellectionibus quibus nos ipsi immaterialia intelligimus vel quibus saltem Intelligentiæ obiecta illa immaterialia attingunt, cerni potest distinctio tantùm numerica, etiam in eodem intellectu, & tamen nullus ibi est ordo ad materiam. Item anima rationalis quamuis sit essentialiter respectiua materiæ, tamen non indiuiduatur per ordinem ad subiectum, sed seipsa & per suammet entitatem, vt alibi latiùs tradimus, rectèque asseruit Tol. 3. animæ q. 18. concl. 3. immeritò contrà excandescente Bannez 1. de gener. c. 5. q. 1. art. 9.

Ad rationes pro parte negante propositas num. 17. & 18.

21 Argumenta pro Thomistis contra indiuidualem tantùm Intelligentiarum multiplicabilitatem adducta, operosum non est diluere. Aristoteles quem aliqui ante allegari, hac in parte apertè deserunt, potest benignè exponi cum Fons. 12. Met. c. 8. sub fin. & Suare d. 5. Met. s. 3. n. 34. qui aiunt Aristotelem proponere diuersitatem materiæ tanquam signum palpabile & sensibile distinctionis indiuidualis corporum & materialium rerum, non tamen vniuersaliter quarumcumque rerum indiuidualiter distinctarum. Nec incongruè cum Auerroë 7. Metaph. commento 28. & initio libri de substant. orbis, ac Soncino opusc. de principio indiuidu. cap. 33. dici potest, materiam quantam esse causam multiplicationis indiuiduorum materialium, iuxta Aristotelem, quatenus materia per quantitatem fit sectilis, quod sine quantitate naturaliter non haberet, per sectionem autem constituuntur plura indiuidua. Itaque materia, non quidem per se, sed quatenus quantitate sibi coæua afficitur, est causa vel

occasio

occasio plualitatis individuorũ materialium ex variis materiæ diuisæ portionibus constituendorum; quæ plurificationis indiuiduorum occasio nihil mirum est quòd ad substantias materiæ expertes non pertineat. Multa alia Aristotelis glossas habet Zabar. l. de indiuidui constitut. c. 10. Existimauit aliquando Scotus materiam in illis Philosophi locis, in quibus ipsa videtur assignari pro principio indiuidualiter distinctiuo, accipi pro hæcceitate, quasi voluerit Philosophus dicere, illa habere vnam materiam quæ vnam habent hæcceitatem, suntque proinde vnum numero. Ita illo in 2. d. 3. q. 6. lit. T, & alibi non semel. Sed rectè notauit Vicomercatus 12. Metaph. t. 49. & ingenuè postea fassus est Scotus, expositionem illam non quadrare Aristoteli. Locus qui ex 3. de anima allegabatur, nihil nobis officit. Ibi siquidem Aristoteles tantùm agit de toto illo coniuncto quod ex materia & forma ac rei accidentibus exurgit, obiicitúrque sensibus. Tale ergo coniunctum in solis rebus materialibus agnoscit Aristoteles, non autem in substantiis separatis, in quibus sensus nihil habet quod percipiat, contra quam venit in rebus corporeis & materialibus, in quibus sensus percipit vnum, nempe illud coniunctum, & intellectus alterum, nempe essentiam.

Quæ expositio fusissimè alibi probata est, & confirmari potest ex illis aliis Philosophi textibus qui allegabantur; in illis enim Aristoteles, vt quæstione seq. expendemus nomine entis cuius in quo *illud quod ipsum est*, differt *à quod est*, intelligit ens per accidens, quod etiam 7. Metaph. c. 11. vocat *ens materiale*, in quo proinde entè aut definitionem differre à definito hoc *quod quid est*, *ab eo cuius est*, secus quàm contingat in ente per se, quod *immateriale* appellat; in tali siquidem ente definitio eadem est cum definito, ac proinde in eo *quod quid est* non distinguitur *ab eo cuius est*. Eodem ergo modo exponi potest textus ille tertij de anima, tametsi alias quoque expositiones habeant ibi Themistius & Simplicius, quæ nullo modo iuuent aduersarios. Nam Themistius de puncto, Simplicius de cælo agi putat, non autem de substantiis separatis. Nihil ergo ex Aristotele firmum habent aduersarij; quòd si haberent præstaret sequi monitũ ac exemplum ipsiusmet Philosophi 1. Ethic. c. 6. & veritatem amicitiæ anteponere.

22 Caietani argumenta proposita num. 18. nullius sunt momenti. Et quidem illud quod priore loco proponebatur, nititur tantùm æquiuocatione. Quemadmodum enim formę nomen æquiuocum est, & interdum accipitur pro quidditate, interdum pro entitate omnino abstracta à materia, ita distinctio formalis interdum idem sonat quòd distinctio specifica & essentialis, interdum verò idem quod distinctio intercedens inter formas, quamuis non sit ratione quidditatis & essentiæ talium formarum. Hæc posterior distinctio ad perspicuitatem posset vocari distinctio formalis entitatiua, vel distinctio formarum non formalis & specifica, sed realis tantùm. Porrò has duas distinctiones exponit ipsemet Caietanus ibid. q. 3. ad 6. Scoti, quem ait peccasse peccato maximo ens non discernendo, idque etiam paulò post appellat errorem valdè puerilem, tametsi immeritò eum attribuat Scoto, vt patet ex argumento quod ibi ex Scoto refert Caietanus, & ex Scoto ipso in 2. d. 3. q. 7. lit. F.

Ex eo ergo quòd admittamus di-

distinctionem ac diuisionem inter entitates quæ sunt formæ, seu inter Intelligentias, habetur tantum distinctio formalis entitatiua, qualem contendimus etiam posse inter formas completas, formaliter sine specificè conuenientes; non tamen habetur distinctio penes quidditates, seu formalis specifica. Quare falsum est vbicumque reperitur diuisio, si adsit communitas essentiæ, debere intercedere quantitatem & materiam, quæ sint ratio & principium formalis diuisionis. Posterior quoque Caietani ratio est prorsus infirma. Ordo namque per accidens non reperitur vbicumque sunt plura eiusdem speciei, veluti ex æquo se habentia, quo pacto se habent indiuidua quæ eidem naturæ subsunt; sed necesse est vt illa plura eiusdem naturæ pendeant ab inuicem, & vnum sit prius, aliud posterius. Atque ita filius, pater, auus, cæterique maiores, dicuntur inter se habere ordinem & subordinationem per accidens. Fateamur ergo inter Intelligentias eiusdem speciei non fore ordinem illum per accidens, quia neutra penderet ab altera, sed omnes à principio superiore æquiuoco ortum haberent; non tamen propterea non essent eiusdem speciei atque essentiæ.

Ad alia quædam argumenta.

23 Prætermisi alia quædam Thomistarum argumenta; quia & infirmiora sunt iis, quæ proposui, & passim à Scholasticis in 2. d. 3. diluuntur, ac nominatim à Scoto citata q. 7. & latè quoque à Sirenio lib. de vnitate naturæ Angelicæ c. 25. ad 35. Obiter tamen in hac mea placet referre & diluere congruentiam quam nobis opponit Clychtoueus in 4. de fide Damasceni c. 3. Ait ergo ordinem rerum postulare, vt perfectiora sint minus multiplicata & magis vna, quia hoc ipso magis accedunt ad Deum qui maximè vnus, & vt alicubi loquitur S. Bernardus, vnissimus est. Vt autem Angelica natura sit magis vna quàm natura humana illi subiacens & in pluribus indiuiduis multiplicata, censere videtur Clychtoueus necesse esse, vt natura quæuis Angelica postulet esse in vnico indiuiduo, nullæq; possint dari Intelligentiæ indiuidualiter tantum distinctæ. Sed inprimis minorem illam entium perfectiorũ multiplicationem negat S. Thomas, asserens quæ perfectiora sunt esse magis multiplicata numericè vel dimensiuè vt vidimus art. superiore; qui tamen propterea non differetur perfectionum illorum entium naturam magis accedere ad Diuinam ratione vnitatis maioris formalis, siue adunationis plurium perfectionum in essentiis pluribus inferioribus dispersarum, congregatarum verò in ea sola, & in quibuslibet eius indiuiduis quantumlibet multiplicioribus quàm sint naturarum viliorum indiuidua. Deinde quis non videt iuxta aduersarij sententiam euerti ordinem illum in quo fundatur eius ratiocinatio, & naturam Intelligentiarum, eò minus vnam reddi in eius sententiâ, quo specifica distinctio, quam solam inter Intelligentias possibilẽ agnoscit, maior est numerali tantùm, pro cuius possibilitate nos pugnamus.

Habemus itaque posse inter Intelligentias & numericam tantùm, & specificam quoque, ac genericam distinctionem intercedere.

ARTICVLVS III.

In quam rationis vnitatem constituta superiùs Intelligentiarum multitudo conueniat.

24 NVNC agimus de facto, inquirimusque an Intelligentiæ illæ quæ reipsa productæ sunt, distinguantur genere, an specie, an numero tantum, an etiam partim numero partim specie, aut etiam genere, quandoquidem omne hoc vnitatis & distinctionis genus possibile est in Intelligentiis, vt ostendimus.

ASSERTIO.

Intelligentiarum de facto productarum vniuersa multitudo, quamuis an specie, an genere vna sit, certè statui nequeat; verisimiliter tamen ita asseritur vna genere, vt non nisi specifica vnitas inter plerasque indiuidua intercedat.

PRIMÒ, Negari statui certò posse cuiusmodi rationis vnitas intercedat inter Intelligentias de facto productas, nempe an sit generica tantùm, an etiam specifica. Posito enim quòd Intelligentiæ de se sint vtriusuis illius vnitatis capaces, pendet ex Dei libertate statuere, an producendæ reipsa sint cum hac vel illa vnitate, seu cum tanta & non maiori, vel minori diuersitate. Nec de Diuino decreto pro hac potiùs quàm pro illa parte lato, certi quidpiam nobis innotuit, siue ex Intelligentiarum effectibus, aliisue vllis mediis ad naturale lumen pertinentibus, siue etiam ex reuelatis, vt confirmari potest vno aut altero Diuini iuris consultissimorum testimonio. Damasc. 2. fidei c. 3. *De essentia* (inquit) *an æquales inter se an dispares sint Angeli, haudquaquam compertum habemus; solus ille scit qui eos creauit Deus, quique omnia perfectè habet.* Approbat consilium hoc Damasceni Hugo Victor. in Dionysij cælestis hierarchiæ librum. Eandem ignorantiam consultus de hac re ab Orosio Augustinus disertè professus est in responsione ad eundem Orosium c. 11.

25 Est tamen, cui videatur naturale lumen non prorsus in hac re cæcutire, eò quòd vel penes motus cælestium orbium aliqua inter Intelligentias dignitatis & efficientiæ disparitas induci possit, vt videtur fecisse Aristoteles 12. Metaph. t. 44. vel certè penes effectus quosdam aut munera, vel etiam pronitates quarundam Intelligentiarum, non cæterarum. Sic enim S. Maximus 1. ex centuriis partim Theologicis partim Oeconomicis c. 82. varias in dæmonibus aptitudines & habilitates agnoscit; vt & S. Hieron. Oseæ 4. Sed & disertè Orig. sub finem 4. contra Celsum cùm recensuisset varia bruta apud Hebræos impura, quorum vsus esset ad Diuinationem, admiratur Mosis sapientiam, quòd diuinitus edoctus quid cognationis cum singulis dæmonibus habeant singula animalia, siue ex sua sapientia peruestigatis eorum ordinibus, talia animalia pronuntiasset impura. Et concludit videri vnamquamque dæmonum speciem, habere inter animalia speciē quampiam sibi similem. Serenus item apud Cassian. collat. 7. c. 17. & 32. varia esse in eis studia & quasi pronitates tradit, ex quibus aliqui Fauni, vel incubatores, alij spiritus blasphemiæ aut luxuriæ denominentur. Consentiuntque alij Patres apud Tol. in c. 4. Lucæ annot. 51.

& in c.11. annot.59. & apud Rosweydum in notis ad vitam S. Antonij n.14. & 38. ac vt vnicum exemplum proponam scribit Pallad. c.17. Lausiacæ historiæ, esse quendam dæmonum ordinem quem igneum vocant, quorum proprium sit voraces facere eos quibus insident, eo quòd immissa alimenta quantumuis copiosa, non secus ac ignis aquam, resoluant in vaporem. Ex eo autem ordine dæmonem adolescentis corpus subingressum, ita eum vexasse vt cùm is trium modiorum panes comedisset & calicem aquæ bibisset, vtraque eructata in vaporem resoluta, ad nouos cibos hiaret. Similis alius descriptus habetur à S. Paulino natali 8. sancti Felicis.

Omitto Præfecturas Intelligentiarum; sic enim dæmones aliquos locustis immittendis, alios pestilentiæ præfectos scribit Synesius Epist. 57. alios item dici spiritus procellarum, propterea quòd tempestates cieant, & naufragia procurent, censet Guilielm. Parisiens. 3.2. de vniuerso, c.7. vnicuique autem horum Præfectorum suos esse subpræfectos, rectè affirmat Binsfeld. de confess. malef. præl. 10. post Origenem homil. 15. in Iosue, & ex eo depromptam glossam in illud Iosue 11. *omnes bellando cepit*. Quomodo enim vnus & idem spiritus per seipsum tot simul personis in tam distantibus locis, infensus sit.

26 Verùm hæc nullam in Intelligentiis essentiæ disparitatem euincunt, etiamsi gratis demus omnes illos effectus qui propositi sunt ab Intelligentiis proficisci, quod naturali lumine spectato non esse euidens, tractatum est superiùs. Quamuis ergo Aristoteles 2. cœli 44. ordinem quendam non situs tantùm, qui per se perspicuus erat, sed etiam dignitatis inter Intelligentias mouētes agnoscat, tamen non affirmat ordinem illum ex varietate essentiæ proficisci, tàm vt postulare. Nec videtur satè id potuisse affirmare, cùm Intelligentia mouens sit aliquid cœlo extrinsecum, nec aliter se habeat ad cœlum suum vna, quàm alia, sed omnes eadem ratione demandatam sibi torquendi orbis prouinciam exsequantur. Varij verò effectus qui à cœlis proueniunt, non in ipsas Intelligentias, quæ sunt, vt dixi, puri motores, sed in internam cœlorum efficacitatem sunt referendi. Itaque ægrè persuaderem quod ait ibi D. Thom. lect. 9. & Iauellus quæst. 22. nempe nobiliores esse Intelligentias illas quæ latiorem & vniuersaliorem agendi vim obtinent, seu quæ superiorē & grandiorē, ac proinde etiam actiuiorem sphæram mouent. Hoc inquam si de essentiali nobilitate intelligatur, ægrè persuaderem, ob similem imò parem Intelligētiarum omnium in mouendis suis orbibus operam. Præterquàm quòd difficillimum videtur affirmare Solem, quia inferior est astris fixis, & superioribus Planetis, atque adeò etiam orbem solarem, cuius est ad Solem eadem proportio, quæ cæterorum orbium ad sua astra, ignobiliores esse superioribus astris & orbibus, cùm tamen tam illustris sit Solis actiuitas & efficacia, vt præ eo cætera astra iaceant obliqua, & languescant in operando. Quod autem ibidem Fons. lit. D. affirmat virtutem orbium & astrorum inferiorum, etiam Solis, subordinari superiorum astrorum & orbium virtuti, non video quomodo stabiliri queat. Itaque non obstante orbium superiorum granditate & extensione maiore, cœlum & astrum Solis longè dignius superioribus videtur, ac proinde si ex dignitate orbis & astri, dignitatem Intelligentiæ metiamur, non poterit ex do

ille

ille qui inter cœlos est quoad continentiam & situm, in Intelligentias motoribus illis mouendis destinatas refundi, vt prius supponebatur. Sed attento ordine cœlorum penes efficacitatem, quomodocumque se habeat ordo eorum localis, similis ordo dignitatis inter Intelligentias mouentes admittendus erit, absque tamen vlla, vt dictum est, essentiæ inæqualitate in illa dignitatis inæqualitate fundata. *Non enim si quid ordine ac dignitate secundum aut tertium est* (inquit magnus Basilius 3. contra Eunom.) *id & naturam alteram habet. Nam quemadmodum Angelorum alius princeps, alius subditus, & tamen omnes Angeli natura sunt; & in dignitate quidem diuersitas, in natura vero communitas est, sic &c.* Allegat & confirmat sententiã hanc Basilij de Intelligentiarum non inæquali essentia ob dignitatis inæqualitatem, Ioannes Turrecremata Latinorum Theologus sess. 20. Conc. Flor.

27 Diuersa illa munera quæ præterea obiiciebantur, variique illi effectus à variis Intelligentiis profecti, ac denique diuersæ illæ quasi præfecturæ, quarum in difficultate proposita fiebat mentio, nihil euincere possunt de essentiæ diuersitate. Nam neque inter homines qui variis muneribus distinguntur, variáve munia obeunt, specie propterea differunt. Itaque varia illa variarum Intelligentiarum munera & studia non ex natura, aut peculiari genio, qui in substantiis incorporeis quippe temperamento carentibus, locum non habet; sed ex suscepta siue ex pacto, siue ad superioris potestatis arbitrium curâ illâ, ortum habent, vt docet Nilus apud Damasc. 3. parall. c. 28. idémque significauit loco allegato Palladius, nam cùm dixisset effectum illũ quem memorauimus à dæmone igneo indicis esse profectum, subdit (*Sunt enim dæmonum quoque sicut hominum differentiæ, non mutata essentia, verum mente diuersa.*) Ioculares denique illos, aut vt passim vocant, famulos, quive incommodis aliquibus procurandis præpositi videntur, non inde argui naturâ ab aliis differentes, rectè affirmat Guilielmus Paris. 2. 2. de vniuerso, cap. 7. vbi de eis plura.

28 SECVNDO, Dixi verisimile esse plerasque Intelligentias de facto productas, differre numero tantùm. Quibus verbis satis significo omnia indiuidua multitudinis Intelligentiarum de facto productæ non esse talia, sed aliqua etiam differre plusquàm numero. Ita docuisse videtur Damascen. orat. de duabus Christi volunt. circa principium. *Vt sapientiam* (inquit) *ac potestatem ostenderet multas species fabricatus est. Res autem in quaque specie tum differentes, tum conuenientes, quoniam quod vnum est & solum, à societate & communione abhorret, ac insuaue est. Societate autem contingi non ut quæ sunt eiusdem generis secundum & suaue. Ob eam causam Dei natura in tribus personis perspicitur.* (Caue causam quasi finalem in Deo suspiceris, sensus enim tantùm est hoc de quo agitur reipsa cerni in Deo.) *Ob eam quoque causam non in singulis modo Angelicarum virtutum ordinibus diuersas res singulas condidit, verùm etiam in quaque specie, vt tum natura conuenientes inter se consocientur alia etiam aliis voluptatem afferant & naturali habitu & figura coniuncta, aliæ aliis & prosint & consolentur.* Hæc Damascenus, quibus vtramque asserti nostri partem perspicuè tradit.

29 Priorem autem, seu quòd dentur Intelligentiæ numero tantùm distinctæ, non negauit Aristoteles, vt

ei assingit Iauellus ad proposit. 11. de causis, referens ex 12. Met. t. 49. hæc verba, *quæcunque sunt numero multa, habent materiam.* Iam enim suprà exposuimus quomodo ea Philosophi verba cum entium spiritualium indiuiduali tantum diuersitate cohæreant. Alia quæ idem Iauellus eodem libro ad proposit. 4. concl. 2. in eandem sententiam colligit ex Philosopho & aliis, diluta iam sunt in superioribus. Tradiderunt autem priorem illam assertionis nostræ partem plerique Patres, quos non affulgente circa hoc eruditionis lumine, necesse est naturali discursu qualem ex Damasceno paulò ante retuli, verisimiliter id conclusisse, nullis præsertim suppetentibus indiciis maioris diuersitatis, siue ex effectibus, siue aliunde. Disertè ergo Nyssenus l. de hom. opif. cap. 17. ait *Intelligentias habere vnam naturam, in qua tamen sint plures numero.* Basil. l. 3. cõtra Eunom. sub fin. *Angeli omnes vt appellationis vnius, sic eiusdem etiam sunt naturæ inter se.* Cyrillus 2. in Ioan. c. 1. *humanæ naturæ ratio vna & eadem in omnibus est, nec minus aliquid quæ vnum homo hominis in quantum homo est possidet, nec Angelus ab Angelo in ratione qua vterque Angelus est, qua videlicet ad vnam speciem atque naturam omnes includuntur, differre vnquam poterit.* Particula illa, (*omnes*) in hoc & aliis similibus locis ne plus probet quàm nunc intendimus, restringenda est ad omnes qui intra vnam speciem continentur. Geminum huic Cyrilli locum, legere licet apud Athan. q. 3. & 4. ad Antioch. Annuit Aug. 12 ciuit. c. 1. negans naturas esse diuersas in bonis & malis Angelis. Anselmus item l. 2. cur Deus homo c. 21. ait *omnes Angelos esse eiusdem naturæ.* Quod autem addit eos non esse eiusdem generis sicut homines, exponitur per subsequentia verba, addit enim Anselmus, idcirco omnes Angelos non esse eiusdem generis sicut homines, quia non sic sunt omnes Angeli de vno Angelo, quemadmodum omnes homines de vno homine. Sensus ergo est Angelos non esse genitos ex eodem patre Angelo, sicut omnes homines ab vno Adamo prodierunt.

50 Hinc vides quo iure Aquatius in 2. d. 3. concl. 7. disertis, sententiam negantem multiplicabilitatem tantùm indiuidualem intelligentiarum, esse contrariã probabiliorem propter auctoritates sanctorum. Quo item iure idem Autor concl. 5. dicat eandem illam sententiam negantem, esse omnium bonorum Philosophorum quasi hi Patres non fuerint boni Philosophi. Quinetiam tam compertum inter Philosophos erat tempore Damasceni, aliquas Intelligentias esse infimæ speciei, vt & in Dialectica c. 31. inter cætera speciei infimæ exempla proferat Angelum, & in primis institutionibus ad Ioannem Laudicensem Episcopum cap. 2. & 7. disertissimè idem repetat. Quæ duo posteriora loca cùm allegasset Scotus in 2. d. 3. q. 4. & 7. visus est Sirenio libro de vnitate naturæ Angelicæ c. 10. in aliquo alterius alicuius docti viri libro ea verba legisse ob anceps Damasceni de hac cõtrouersia iudicium 2. fid. cap. 3. sed Scoti in allegando fidem, deprehendere vnusquisque potest, consulto Damasceni opere, quod extat apud Billium. Addi verò potest Damascenum c. illo 3. libri secundi de fide, in Theologico rigore locutum; iuxta quem statui certo nequit, differantne de facto Intelligentiæ aliquæ, numero tantùm, an non. In illis autem aliis locis quæ Scotus allegabat, quid communiter sentiret de aliquibus saltem Intelligentiis,

ris, & communem illius temporis Philosophorum sensum, expressisse.

31 Aliqui immultiplicationē nu-
merĭcam Intelligentiarum ex earum
incorruptibilitate collegerunt, rati
causam numericæ individuorum mul-
tiplicationis hanc vnam esse, vt spe-
cies conseruetur pereunte vno indi-
uiduo dum alterum dilabitur, & ita
sentire videtur Aristoteles 2. Ani-
mæ t. 34. & 35. Certum tamen esse
debet illam non esse causam vniuer-
salem & adæquatam multiplicatio-
nis numericæ, vt bene monet Dur.
in 2. d. 3. q. 3. n. 17. nam etsi causa il-
la desit, tamen connictus politicus,
& iucunditas agendi cum indiuiduis
eiusdem naturæ, potuit esse sufficiens
motiuum huius intra eadem speciem
multiplicationis, quam finitas natu-
ræ induci patitur. Et ideo multipli-
cationem hanc numericam Intelli-
gentiarum intra eandem speciem, ex
nullo capite validè impugnari, post
longam concertationem concludit
Guilielmus Parisiensis 2. 2. de vni-
uerso, cap. 11.

32 Item posteriorem dicti illius
nostri partem, quòd scilicet dentur
de facto Intelligentiæ plus quàm in-
diuidualiter distinctæ, tradidisse vide-
tur autor libri de causis proposit. 4.
& Ludouicus Cœlius l. 1. cap. 3. hic
referens tantam diuersitatem dæmo-
num, medioxumorum, patellario-
rum, &c. Idem videtur suaderi ex
gradus intellectualis creari multipli-
cabilitate, cùm enim natura corpo-
rea in tam varias species distributa
sit, non est verisimile Deum in sola
spirituali natura, parcitate vsum, vni-
cam speciem produxisse. Et ita affir-
mat autor libri qui inscribitur alter-
catio Ecclesiæ & synag. cap. 5. Simi-
liter Chrysostomus hom. 2. de in-
comprehensibili Dei natura, ait dari
cœtus innumeros incorporearū vir-
tutum, & genera cælestia innumera-
bilia, quæ verba repetit hom. 4. eius-
dem argumenti. Item Proclus ille, cu-
ius lōgam disputationem refert Epi-
pha. hær. 64. expresse enim affirmat,
non esse vnam ordinem ac familiam incorpo-
ralium, siue Intelligentiarum de quibus
agit, *sed esse in eis genera & tribus ac*
differentias, & naturam quamlibet aliam
esse à natura aliarum. Verùm quia hic
Autor talem inter Intelligentias na-
turæ ac speciei diuersitatem, consti-
tuere videtur, penes earum diuersos,
vt vocant ordines, quod aliqui ex
Scholasticis secuti sunt, vt Palac. in 2.
dist. 3. disp. 3. de illis autem ordini-
bus apud Ethnicos quoque nonnul-
la leguntur, placet non omnino de
eis silere, quantum instituti ratio pa-
tietur; cùm vt infirmitas ratiocina-
tionis quā essentialis diuersitas Intel-
ligentiarum ex his ordinibus infer-
tur, tum etiam vt Ethnicorum hac in
re furtum detegatur.

ARTICVLVS IV.

Obiter quid Ethnici de Intelli-
gentiarum Hierarchijs, v-
triusque intra eas ordinibus,
balbutiuerint.

53 Hic præmittendum in primis video, illud Clementis Ale-
xand. 7. Stromat. c. 8. in fin. *Quicquid*
est pulcherrimū sequitur Momus. Vere enim,
quod idem Clem. 1. & 3. Stromat. la-
tè prosequitur, Momus suus semper
habuit doctrina reuelata quosdā scili-
cet, qui cùm incidissent in Scripturas
sacras, eorumve libros, qui de Scriptu-
ris, aut traditione antiqua edocti fue-
rant, quæ legebant interpolando, par-
tim ex ignorantia, & quòd ea minus

bene intellexissent, partim etc, quod erant, alienorum bonorum vsurpatores apparerent. Mihi videri quam discipuli eorum per quos profecerant, maluerunt. Sic Tertull. c. 47. apolog. probans Diuinam Literaturam thesaurum fuisse posteriori cuiusuis sapientiæ. *Quis* (inquit) *Poetarum, quis Sophistarum, qui non omnino de Prophetarum fonte potauerit? Inde igitur Philosophi sitim ingenij sui rigauerunt, vt quæ de nostris habent, ea nos comparent illis. Inde opinor & à quibusdam Philosophia quoque eiecta est, à Thebanis dico, à Spartiatis & Argiuis. dum ad nostra conantur, & homines gloriæ & eloquentiæ solius libidinosi, si quid in sanctis Scripturis offendissent, digestis pro instituto curiositatis ad propria opera verterunt; neque satis credentes Diuina esse, quo minus interpolarent; neque satis intelligentes vt adhuc tunc subnubila, etiam ipsis Iudæis obumbrata, quorum propria videbantur. Nam & si qua simplicitas erat veritatis, eo magis scrupulositas humana fidem aspernata nutabat, per quod in incertum miscuerunt etiam quod inuenerant certum.* Subdit exempla quibus id confirmetur, tum subdit. *Nec mirum si vetus instrumentum ingenia Philosophica interuerterunt. Ex horum semine & nostram hanc nouitiolam paraturam viri quidam suis opinionibus ad Philosophicas sententias adulterauerunt.*

34 Postrema hæc verba tametsi à Tertulliano in hæreticos, Patriarchas Philosophis (vt alibi ait) progenitos, intenta, tamen aptissimè quoque cadunt in Philosophos quosdã Ethnicos, qui iam exorta Euangelij luce scripserunt. Cuiusmodi in primis sunt, Proclus, Simplicius, Hermias, Damascius, Plotinus, Porphyrius, & alij, à quibus, vt paulò post idem Tertull. cap. illo 47. de hæreticis illis Philosophastris loquitur, *salutaris disciplina quam in Christianorum libri ingerunt, adulteria saluberia, & quædam etiam fabulis immisisse.* In quam sententiam cum complura exempla afferre liceret, tum illud illustrissimum est quod subministrat præsens locus de Intelligentiarum in ordines suos distributione, in Scripturis tacita, & à D. Dionysio ex Apostoli Pauli (vt videtur haberi ex cap. 2. Diuin. nomin. sub finem) & Apostolici viri Hierothei ore excepta, & explicatè tradita in libro de cœlesti Hierarch. Cum enim sanctissimi huius Patris libros Philosophi illi Ethnici Dionysio posteriores accuratè peruolutarent, ac in primis Proclus, vt testatur Suidas in Dionysio Areopagita; factum est vt quæ apud illum de Angelis, & Angelorum Hierarchiis, variisque ordinibus leguntur, apud horum quosque aliquos, præsertim apud Proclum & Iamblicum reperiantur, sed contaminata & multipliciter fœdata.

35 Quod vt appareat, summa capita doctrinæ Dionysij de his Hierarchiis & ordinibus paucis verbis, ex Damasceno referã 2. fidei c.3. *Quemadmodum* (inquit) *sanctissimus sacerrimusque & Deiloquentissimus Dionysius Areopagita ait, Omnis Diuinus sermo, sacra videlicet Scriptura, cœlestes substantias nouẽ nominauit, quas hic Diuinus sacrorumque consummator, in trinis distinxit ordines* (id est in tres Hierarchias, quarũ quælibet pluribus ordinibus constat.) *Et primum quidem dicit illum esse qui circa Deum semper & è vicino & immediatè vniri traditus est, estque Seraphim sextipennatorum & Cherubim multi-oculorum, & SS. Thronorum. Secundum autem qui Dominationum, & Virtutum & Potestatum est. Tertium verò & in fine constitutum, eum qui est Principatuum, Archangelorum, & Angelorum.* Hæc Damascenus paucis complexus Dionysij de Intelligentiarum Hierarchiis ordinibusque

eiusque doctrinam, quam Ecclesia Catholica antiquitùs allatam nobis à Nunciatoribus, vt ostendunt Feuard. in append. ad Castrum hæresi 1. & Gretser c. 1. l. 4. art. 2. semper venerata est. Tradiderat autem eodem capite Damascenus, quod Dionysius frequenter etiam repetit, nempe Angelos Dei internuncios esse ad nos, & superiores illuminare inferiores, eisque scientiam communicare, non tamen vel eos, vel substantiam villam, creasse, aut creare.

36 Hæc Dionysij præclarè dicta ex parte vsurparunt Platonici aliqui, cum nouenarium ordinū Intelligentiarum statuerēt. Quod è Dionysio ac nostris esse petitum ambigi non potest, cùm Iamblicus vt notauit Ficinus 16. de Immortalitate c. 1. & patet ex §. 15. de Myster. nomina ipsa Angelorum, Archangelorum, & Principatuum, quæ apud Dionysium & nostros legerat, retinuerit. Rationem huius nouenarij ordinum inter Intelligentias à Platonicis constitutorum, reddidit ex Platonicis Ficinus suprà. Nempe quia hæ substantiæ, intellectus quidam sunt, summum ipsum intelligibile contuentes, in quo essentiam vitam & intelligentiam contemplantur. Sed illic in essentia, tum vita, tum intelligentia est, per essentiæ modum. Rursus in vita sunt similiter reliqua duo, per modum vitæ; Item in intelligentia similiter duo reliqua, per modum intelligentiæ. Summum igitur intelligibile in tria quasi diuiditur, pérque tria deinde multiplicatur in nouem. Eodem autem ordine intellectuales creaturæ summum illud vnum considerantes, distribuuntur in nouem ordines iuxta Platonicos, vt testatur supra Ficinus. Addens tamen hanc iuxta eos non esse omnium Intelligentiarum distributionem, sed earum duntaxat quæ soli contemplationi deditæ sunt. Præter quas obseruat, duodenarium ac septenarium Intelligentiarum Orbi præsidentium ab eis agnosci, secundùm duodecim Zodiaci signa, septemque Planetas; ac etiam alios quosdam Angelorum exercitus, pro stellarū numero in quauis sphæra mundi certis officiis incumbentes; totidem quoque dæmonum Heroúmque turmas Angelis obsequentes; ac denique totidē particularium animarum ordines sese accōmodātes superis numinibus. Hæc de Platonica Intelligentiarū distributione ex Ficino.

37 At Proclus eadem Intelligentiarum Triade triplici admissa, dissimulato fonte, & vnde profecisset nolens prodere, conatus est trium inter Intelligētias generalium classium distributionem ex Platone, præcipuè in Philebo, deducere, vt late persequitur Eugub. 8. perenn. Philosophiæ, à c. 10. ad 18. attigerúntque Sirenius 4. de fato cap. 14. Scaliger exercitat. 355. num. 8. Leo Castrius in cap. 6. Esaiæ ad vers. 5. Toxius in 2. partem Timæi pag. 175. Tres ergo in Intelligentiis Trinitates agnoscit Proclus, quæ primò & imparticipabilis Dei internunciæ sint; distinguuntur autem præter hoc, quòd prima Trinitas sit Intelligentiarū intelligibilium duntaxat, ob summū accessum ad Deum, nulliúsque à qua doceri possint Intelligentiæ interpositionem, inter ipsas & Deum. Secunda & media sit earum quæ & intelligibiles sunt ab inferiori Trinitate quam docent, & superiorem intelligunt, à qua docentur. Mediam hāc statuit Proclus iuxta Chaldæorum oraculū quod adducit, *quæ semper intelliguntur & intelligunt, mediæ in ordine sunt.* Tertia & infima sit earum quæ intelligunt tantùm, quia non habent sub se inferiorem Trinitatem

tatem à qua intelligantur, ſeu quam illuminent & irradiationibus ſuis illuſtrent. Et bene quidem in his Proclus quæ conſentaneè ad Dionyſium, cuius plerumque ipſa quoque verba & periodos vſurpat, vt diligenter oſtendit Eugub. loco allegato.

38 Sed illud ab eodem Proclo impiè factum, quod Chaldæi fontes è quo hauſerat, occulendi ſtudioſus, violentis ac frivolis Allegoriis, ſeu veriùs commentis, tres illas Intelligentiarum Trinitates, ſeu Hierarchias, ex Platonis Philebo eruere tentauit, quod illæ ſint terminus, & indeterminatio ſeu infinitas, idq; quod dicitur mixtum. Verum Plato nihil minùs quàm de Intelligentiarum ordinibus cogitauit, ſed cùm in eo dialogo quæreret vbinam reponendum ſit ſummum bonum, oſtendiſſetque neque in voluptate, neque in ſcientia collocari poſſe, vt deueniat ad tertium quoddam, in quo felicitatẽ collocandam eſſe contendit, nempe ad Deum, diſtinguit in rebus naturalibus, infinitum, & finitum, ſeu terminum, ac mixtum ex ambobus illis. Infiniti nomine intelligit materiã, quòd infinita ſit eius capacitas. Nomine finiti ſeu termini, aut determinationis, intelligit formã, quæ hoc nomine ab Ariſtotele quandoque inſignitur, quòd materiæ vagam & infinitam amplitudinem coarctet & reſtringat certis finibus. Tandem mixti nomine, intelligit compoſitum ex materia & forma exſurgens. Tribus his, Socrates ibidem monet adiungendum eſſe quartum, quod ſit mixturæ illius ſocietatis & commixtionis cauſa, quam poſteà luculenter oſtendit eſſe Deum. Vnde ad detegendum qui in eo eſt bonorum cumulum, & congeriem ei ſummi boni rationem progreditur. Platonicæ huic doctrinæ, germana eſt illa Pythagorica, quòd tria ſint rerum initia, Infinitum, vnum, duo: Infiniti nomine Deus deſignatur, nomine, vnius, forma, quòd materiæ multiplicem rationem ad vnam ſpeciem coarctet: deniq; tertium nomen, materiam deſignat apud Pythagoricos, eo quòd dualitas ſit prima multitudo, ac reliquarum omniũ multitudinum radix & origo, quod ipſam materiæ competit, vt aduertit Iamblicus in libro de ſecta Pythagorica, tametſi Ariſtoteles 1. Metaph. cap. 5. in fine duo tantùm rerum principia ex Pythagoricis referens, nẽpe infinitũ & vnum, nomine infiniti intelligit materiam. Hoc itaq; eſt Platonis in Philebo inſtitutum, quod quomodo Proclus ad Hierarchias Intelligentiarum detorquere niſus fuerit, valdè mirum eſt.

39 Iam illud ab eodem Proclo ad excerpta ex Dionyſio nequiter & impiè additum, quod à prima Intelligentiarum Trinitate, exiſtimauit creationem rerum emanare. Quod qui dixerit, *eſſe inſtrumentum diaboli*, aſſeritur apud Damaſcenum in citato ſuprà capitis calce. Origo autem erroris Proclo fuiſſe videtur, quod de furto celando ſollicitus, primam Intelligentiarum hierarchiam, quam apud Dionyſium legerat, tranſmutauit pro arbitrio in Trinitatem idearũ illarum, per quas iuxta Platonem omnia creata ſunt. At Plato, vt veriſimiliter multi contendunt, ideas illas à Deo non ſeiunxit, ideóque meritò poſuit omnium rerum originem & creationem tribuere ideis, tanquam primæ rerum cauſæ, ac principio ab omnibus participato, quod de ideis extra Deum, quæ ſint primariæ quædam creaturæ Deo viciniores, vt Proclus contra Platonis & Platonicorum mentem comminiſcitur, impiè omnino & abſurdiſſimè affirmatur.

40 Similia ferè ex Dionysio, & contaminationes eorum quæ ab eo tacitè pronunciata fuerant, in Hermia, & ea quem Photius cod. 130 impium & atheum appellat, Damascio, obseruauit Eugub. loco allegato c. 13. & 18. Quid quod alij ex eadem Platonis familia, sicut nouem in cœlis beatarum Intelligentiarum ordines distinxerunt, ita & in nouem ordines distribuerunt malos dæmones, quibus respondere voluerunt nouem pœnarum gradus, sicut nouem etiam esse volunt præmiorum gradus inter bonos Angelos. Ad nouem illos pœnarum gradus allusisse Poëtam verbis illis.

—— *Nouies interfusa coërcet.*

Arbitratus est Ficinus lib. de religione c. 14. & è Christianorum placitis expressum contendit 18. de Immort. c. 8. graduum illorum inter Intelligentias rationem latè prosecuimus. Itaque ratione de illis dixerim quod de homine simillimo Porphyrio, censuit Theodoretus 7. aduersus Græcos, post medium; cùm commentatus esset furta eius ex Scripturis. *Iure (inquit) id Porphyrio contigisse dixerim, quod contingere Simijs solet; sicut enim illi quoque quosdam humanos gestus imitantur, neque tamen propterea transeunt in humanam speciem, sed permanent in Simiorum natura, ita & Porphyrius è sacris literis quæ ibi sufsuratus, nonnullis inde sententijs per sua monimenta intersitis, pristinam veritatem perdidit, Simiusque dumtaxat verum permansit, vel vt verius dicam, Gracululus quidem fuit alienis plumis exutus.* Hæc Theodoretus de Porphyrio quæ sibi quoque dicta existiment Proclus, & Damascius, imò & his anteriores Temporarum (vt latè tractat Clem. Alexand. 1. & 5. Stromatum) fures & latrones.

ARTICVLVS V.

De Intelligentiarum Simplicitate & Compositione quoad substantiam.

41 Q*Vod simplex est, verum est, quod autem compositum est, non potest esse verum*, vt rectè dixit Apollinaris in libello compendiario apud Theodoretum in dialogo immutabilis, ferè in fine. Quare simplicitatis eique oppositæ compositionis explicatio, cum veritatis & multiplicitatis expositione connectitur, vt iam suprà attigi, & pleniùs infrà dicam cùm de Deo. Cùm autem simplicitas ex compositionis exclusione pendeat, compositio autem generatim loquendo duplex sit, nempe realis & rationis, quomodo vtraque in Intelligentiis se habeat inuestigabimus; inde enim gradus perfectionis in simplicitate Intelligentiarum, perspicuus erit. Porrò realis compositio, pro partium vel extremorum diuersitate, alia est substantialis, alia non item, saltem directè vt posteà patebit. Et quidem in Intelligentiæ substantiâ, duplex intelligi potest compositio Physica; nempe primò, per partes essentiales re distinctas, materiam videlicet ac formam. Secundò, per partes integrantes, & eiusdem cum toto, rationis. Tametsi autem materiam, quantitatis principium, atque adeò compartem eius, seu formam, ab Intelligentiis suprà iam remouimus: superest tamen difficultas huius loci propria, de materia quadam spirituali, eique correspondente forma, quas aliqui in Intelligentiis admiserunt, secuti vt putabant Aristotelem. Partes item integrantes substantiales, videntur posse Intelligentiis, tametsi omnino spiri-

tialibus concedi, proportione se habentes eodem modo quo partes cœli apud eos qui cœlum componunt ex partibus diuersæ entitatis. Quare ducendum hinc tractationis huius initium.

ASSERTIO.

Materia spiritualis, nullam dicens habitudinem ad quantitatem, & compars formæ item spiritualis, ex quarum adunatione existat Intelligentia sine fundamento admittitur. Partibilitas item integralis, non cadit in Intelligentiam: quæ proinde quoad Physicas substantiæ suæ partes, simplex omnino est, & incomposita.

42 PRIMO, Reiicio ab Intelligentiis materiam & formam spirituales re distinctas, quales in Intelligentiis admiserunt plerique antiqui. Ita enim Commentatori tribuit, ac vt probabile sequitur, Baconus quodlib. 2. quæst. 10. concl. 2. Propterea que Commentatoris autoritatem in tota hac materia nihili fieri vult Capreolus in 2. d. 3. q. 1. ad argumenta contra primam, quæ adduxerat ex Aureolo, Physicam illam Intelligentiarum compositionem adstruente, & pro se allegante Aristotelem & Commentatorem. Eandem compositionem aperte docet Pelbartus in rosario 2. verbo Angelus §. 24. & 26. allegans multos Scotistas. Insinuant eandem sententiam Faber Stapul. in c. 11. cœlestis Hierarch. vbi eam illi tribuit, & sequitur eum quondam auditor Clychtoueus. Eandem denique sequi videntur Scaliger exercit. 359. n. 12. in fine & alij nonnulli.

Quosdam tamen qui pro eadem sententia adducuntur, perperam allegari, vehemens mihi suspicio est. Aliqui enim nomine materiæ illius spiritualis quam in Intelligentiis admittunt, non intelligunt subiectum Physicum, actui suo substantiali coniunctum, sed vel rationem generis, vel potentialitatem & receptiuitatem, seu vim subiectiuam accidentium Physicorum, aut etiam Metaphysicorum, quibus omnibus nomen materiæ late tribui annotat D. Thomas q. vnica de spiritu creat. artic. 1. Quod autem hoc intellexerint nomine materiæ illius, coniectare inde possumus quod in anima rationali, quam incompletam essentialiter non negant, similem materiam ponunt. At nisi materiam eâ quâ dixi ratione acciperent, manifestum est animam iuxta eos fore completam substantiam, quod, vt dixi, diserte negant. Item eam materiam nolunt vocari Physicam, sed Metaphysicam, & tamē si ea materia spiritualis distingueretur Physice, & à parte rei à comparte sua substantiali, nullo iure negari ei posset nomen materiæ Physicæ, vt à materiis mentaliter tantùm componentibus, secerni posset. Et ita fortè exponendus est autor libri de causis propos. 9. asserens in anima & Intelligentiis esse suum Eliachim & suum formale, idque deesse soli Deo: & tamen ex multis eiusdem libri propositionibus, ac nominatim ex 28. constat autorem illū, partes Physicas essentiales ab anima & Intelligentiis remouisse, nec aliter antiquos omnes qui materiam in Angelis concedunt, exponit Argent. in 2. d. 2. q. 1. art. 1. in fine, vnum excipiens Auicebronem, quem ait disertissime materiam propriè dictam (spiritualem tamen) Intelligentiis concessisse in libro fontis vitæ, quem tamē fontem quia turbidus est, & plerumque venenatus vocandum

vegitandum potiùs formam mortis, asserunt, Argentina cum aliquibus (vt ferunt) solemnibus Doctoribus. Pelbartus quoque, Aureolus, Scaliger, & Clychtoueus ita disertè loquuntur vt expositionem non admittant.

Simplicitas Intelligentiarum, quoad partes Physicas essentiales, astruitur.

43 Quare breuiter refelluntur, quia materia illa dicitur esse spiritualis. Ergo debet esse intellectualis; hæc enim est tota radix intellectualitatis, quia restrictio & coarctatio, propter quam res impeditur fieri omnia, siue intelligere, prouenit tantùm à materia corporea, atque adeò omnis substantia spiritualis est intellectualis vt supra tractatum est, rectéque docet D. Thomas & Auicen. apud Capreol. in 2. d. 53. q. 1. ad 2. Aureoli contra 2. vbi Aquar. propositione 2. ait eandem esse omnium sententiam præterquam Nominalium. Cōstat autem materiam illam spiritualem non fore intelligentem, quia sic Angelus haberet duo principia æquè formalia. Cur enim hæc quæ ab aduersariis dicitur materia, subiret materiæ rationem & nomen, potiùs quàm comparsem eius, cùm ambæ sint spirituales & principiatiuæ omnium operationum Intelligentiæ, nec sit potior ratio cur vna dicatur receptiua, vel cōparsis suæ, vel accidentium aduentitiorum, quàm altera? Accedit quòd vt post agitatam problematicè hanc controuersiā tandem concludit Rubionius in 2. d. 5. q. 1. in fin. nullum prorsus suppetit indicium spiritualis illius materiæ. Nam transmutatio ex qua Philosophi venati sunt materiam primam, non habet locum in Intelligentiis, & ita Intelligentias ex hoc capite simplices esse, agnoscit Aristoteles 8. Metaph. t. 16. & lib. 12. textu 30. & Autor Theologiæ Ægypt. lib. 12. c. 7.

44 Quæ aduersarij opponunt facile est diluere. Clychtoueus inde argumentatur quòd solus Deus sit omnino & absolutè simplex. Item quòd nihil idem, natum sit aliquid efficere, & illudmet secundùm idem omnino in seipso suscipere, quandoquidem aliud debet esse agens, aliud patiens, iuxta Philosophum 3. de Anima, inde inferentem intellectus agentis & possibilis discrimen. Quod ferè etiam est Aureoli & cæterorum aduersariorum argumentum, nisi quòd aliqui absolutè ex receptiuitate qualicumque inferunt materiam, tametsi agens à quo aliquid recipitur, sit extrinsecū. Addi denique potest Intelligentiam si omninò sit absque subiecto & materia, habituram etiam vim agendi extra materiam & subiectum, vt modus operandi conformis sit modo essendi: At certa sententia est (saltem ex Patrum autoritate) Intelligentias non posse creare. Alia pleraque in hanc rem Aureoli argumenta congerit Capreolus d. illa 5. q. 1. in argumentis contra primam, sed quæ leuiora sint quàm vt in eis refellendis, aut referendis, terendum sit tempus. Illa autem quæ proposui videntur minùs inefficacia.

45 Verùm quod ad prætensam illam Intelligentiarum ac Dei æquiparationem, attinet, perspicuum est eam malè inferri ex simplicitate Physica essentiali Intelligentiarum. Multæ enim præterea reperiri poterunt compositiones reales in Intelligentiis, vnde patet eas non esse eiusdem cum Deo simplicitatis, quantumuis quoad Physicas partes essentiales, compositione careāt. Quod item spectat ad distinctionem illam agentis

cuiuscun

cuiuscumque à passo, manifestis instantiis conuincitur nihil vetare quominus agens quod operatur immanenter, suimmet operationem recipiat per illam ipsam entitatem quâ agit. Quomodo enim differt voluntas quæ agit, à voluntate quæ recipit? quomodo cor ipsummet mouet & mouetur? quomodo grauitas & leuitas quæ vnà cum corporibus per ipsas motis motum quoque in se à se ipsis suscipiunt? Multò autem magis falsum est ex quacumque receptione formæ distinctæ, inferri veram materiam quæ sit potentia Physicè distincta à forma substantiali eam perficiente; vt plenius tradit Guiliel. Paris. 2.2. de vniuerso, c. 7. & argumentis pro hac compositione Intelligentiarum latè respondens Ægidius in correctorio corruptorij primæ partis Sancti Thomæ art. 10. Tandem potentialitas entitatis Intelligentiarum earumque per entitatem illam sum passiuitas, sufficit vt ex modo essendi Intelligentiarum absque omni materia, non liceat inferre Intelligentias posse operari sine subiecto vel materia quacumque. Nam ad hoc vt Intelligentiæ habeant modum essendi proportionem modo operandi ex subiecto, satis est vt non sint actus puri, sed entitates passiuæ & receptiuæ.

De earundem simplicitate quoad partes entitatiuas.

46. Secundò, Negaui Intelligentias componi ex partibus integrantibus spiritualibus. Quod probare videri posset superuacaneum, cùm apud omnes sit quasi per se notum, nullas tales partes concipi posse in substantia spirituali, vt habetur ex Aristotele 12. Metaph. textu 31. vbi disertè affirmat *omne non habens materiam esse impartibile*. Idem asseritur propositione 7. & 28. de causis, & à Iulio Firmico lib. de error. profanorum c. 5. verbis illis, *Quod potest diuidi corpus est*. Imò Augustinus, aut quicumque alius autor librorum de incarnatione verbi, qui habetur tomo 4. Augustini, ait, l. 1. c. 21. *diuisionem de incorporea natura vel humore sufficiant, non solum extremæ impietatis esse, sed etiam vltimæ insipientiæ, aut mentem vel Intelligentiam confingere, vt incorporea natura, substantialis diuisio possit intelligi*. Et ibidē lib. 2. non multum ab initio, ait *partem, & partem in incorporeis* (nempe naturis) *admitti tantum posse ab illis qui naturam substantiæ incorporeæ & indiuisibilis ignorant: et quod impossibile sit, de incorporea diuisionem aliquam fieri*. Idem videtur *omnium sensus* vt autem rectè dixit, Seneca epist. 118. *multum dare solemus præsumptioni omnium hominum, veritatisque argumentum est aliquid omnibus videri*.

Pars negans.

47. Nihilominus contrarium innuit Scaliger exerc. 359. num. 6. & exercit. 6. num. 2. nec est certè ita facile ratione euidenti ostendere, Intelligentias non esse ex partibus integrantibus spiritualibus compingendas. Nam concursus huiusmodi partium non pugnat cum spiritualitate quacumque. Vt enim omittam gradus intensiuos spiritualium qualitatum, qui sunt veræ partes, quantumuis ad intensionem, non ad extensionem pertinentes, nec se habentes veluti ex æquo, sed præsupponentes anteriorem perfectionem eiusdem rationis, eamque consummantes: vt inquam has partes omittam, constat rationem Intelligentiæ esse spiritualem, quippe subiecto spirituali inhærentem, & tamen ratio illa est essentialiter partibilis extensiuè. Item modus extensionis quâ Intelligentia loco adaptatur, est exten-

siuè

fuit partibilis, iuxta sententiam probabiliorem infrà proponendam. Præterea iuxta eorum sententiam, qui vel duas vniones in homine ponunt, vel vnicam se tenentem ex parte animæ, necesse omnino est admittere; vnionem illam ex parte animæ se tenentem, atque adeò spiritualem, esse partibilem; vt rectè asserit Suarez t. 3. 3. parte d. 44. s. 1. probatque ex abscissione humani alicuius membri, in qua iuxta prædictam de vnione spirituali sententiam, amittitur partialis vnio animæ ad illam materiam, reliquâ vnione conseruatâ. Et certè nisi in ea sententia hoc concedatur, posset aliquis inferre, aduersarios habere pedes in capite. Nam iuxta ipsos, vnio animæ ad pedem est impartibilis & simplicissima; inest ergo vbicumque est anima, atque adeò etiam capiti: vnio autem, quia est nexus actualis extremorum, non potest esse sine extremis; ergo vbi est vnio, ibidem sunt vnibilia. Ergo cùm vnio animæ & pedum sit in ipso capite, pedes in capite erunt. Alias huius rei rationes alibi proposuimus, aliquasque infrà attingemus agentes de locali extensione Intelligentiæ. Quidni ergo substantia Intelligentiæ, tametsi spiritualis ob elongationem à quantitate, possit tamen esse partibilis entitatiuè & integraliter? Sententiam enim quæ ponit rationem quantitatis in huiusmodi partibilitate, supponimus alibi esse reiectam.

Variæ inefficaces rationes pro parte affirmante.

48 Accedit inefficacitas vulgarium probationum, quibus substantiarum spiritualium impartibilitas astruitur. Autor Theologiæ Ægypt. l. 5. c. 5. in fine sic ratiocinatur. *In formis Intelligibilibus, partium nullam differentiam existere, hoc argumento ostendi potest. Quod totius nomen absolutum de partibus etiam enunciatur, nec de eis quærere licet, propter quod toti insint; in partibus verò, quæ à se inuicem sunt distincta, quærere est propter quod insint: neque enim res tota alterius appellationem absolutè suscipit, quoniam illa à se inuicem differunt; neque enim homo, oculus, aut manus absolutè esse dicitur; at res intelligibiles, cuiuslibet partis appellationem subire possunt, quoniam in illis, sicut sæpius dictum est, causa eadem est, per quam quod res sit, & propter quod sit explicatur. Quod res corporea, hoc ipso quod corporea est, nomine conuenit.* Hæc ille qui probare, non autem quasi per se notam affirmare debuit, disparitatẽ illam quam proponit inter substãtias spirituales & corporeas. Qui enim substantias spirituales, partibus constare dixerit, affirmabit, sicut in corporibus partes non suscipiunt appellationem alterius partis, vel totius, déque singulis partibus quærere licet cur toti insint, vt dicebatur de oculo & manu comparatis ad hominem; ita etiam euenire in substantiis immaterialibus & spiritualibus.

49 Proclus, approbante D. Thoma in propositionem 28. de causis, argumentatur ex eo, quòd si substantia spiritualis esset partibilis, quælibet pars eius fundaretur in qualibet, & constaret per quamlibet, atque ita vna & eadem pars, esset causa & effectus respectu eiusdẽ, quod repugnat. Hæc tamen probatio non videtur firma. In ea enim supponitur partem integrantem, pendere à comparte, quod est falsum. Nec firmiora sunt quæ initio propositionis 7. de causis, ex eiusdem Procli doctrina contextæ, proponuntur & in hanc formam à Iauellio ibi redacta sunt, perspicuitatis gratiâ. Omne quod diuiditur, aut diuiditur quia habet magnitudinem, siue

per se, vt linea & superficies, siue per accidens, vt albedo extensa in superficie diuiditur ad superficiei diuisionem; aut diuiditur, quia est corpus, aut quia est sub motu, aut quia continet in se multa, quorum vnum est ab altero separabile. Sed Intelligentia nullo horum modorum est diuisibilis, quia omnis diuisio est in tempore, de ratione enim diuisionis est tendentia seu motus ad pluralitatem & multitudinem; sed omnis motus est in tempore, ergo omne diuisibile quando diuiditur, mensuratur tempore; atqui Intelligentia durat per æternitatem participatam, seu per æuum, non autem per tempus: ergo Intelligentia est omnino indiuisibilis entitatiuè, & secundùm suam substantiam.

Hoc argumentum nego esse efficax. Dicet enim aduersarius Intelligentiam constare partibus multis ab inuicem separabilibus saltem Diuina vi, nec idcircò concedet durationem intrinsecam Intelligentiæ fore tempus, alioqui duratio interna lapidis, alteriúsve substantiæ habentis partes integrales in quas resolui possit, non esset instans permanens, sed tempus, quod constat falsum esse. Admittet tamen, quod duntaxat colligitur ex argumento proposito, nempe, tempus esse durationem diuisionis illius localis, quæ saltem diuinitus posset inter partes Intelligentiam integrantes intercedere, quod item verum est de simili motu partium integrantium substantiam corpoream, quantumuis substantiæ ipsius corporeæ alia sit duratio interna vt dictum est. Quare impartibilitas entitatiua Intelligentiæ, aliunde confirmanda est.

Legitima probatio eiusdem partis.

50 Vt ergo eam efficaciùs euincamus, seruanda in primis est methodus Augustini, qui libro contra epistolam fundamenti à c. 15. ad 20. probaturus Deum esse extensiuè impartibilem, exorditur ab inferiori spiritus (nempe animæ nostræ) impartibilitate. Animam ergo rationalem esse impartibilem Dur. in 1. d. 8. parte 2. q. 3. n. 21. tam indubitatū censuit, vt scripserit, hoc eadem fide tenendum esse quâ tenetur ipsiusmet animæ immortalitas. Huius sui dicti rationem latè prosequitur ibidem Durand. quam non placet hic repetere, quia aliò pertinet, vbi plenissimè tractata est contra Gerardum de Carmelo apud Argent. in 1. d. 8. q. 2. art. 1. & 4. & apud Baconum in 1. d. 17. & 18. & contra Zabar. lib. de partit. animæ c. 21. Pauca tantùm Tertulliani verba apponam ex libro de anim. cap. 43. *Perit* (inquit) *anima si minuatur*, & cap. 14. *singularis anima, & simplex, & de suo tota est, non magis instructilis aliunde, quàm diuisibilis ex se, quia nec dissolubilis: si enim structilis & dissolubilis, si dissolubilis iam non immortalis. Itaque quia iam non mortalis, neque dissolubilis, neque diuisibilis. Nam & diuidi, dissolui est, & dissolui mori est, diuiditur autem in partes, seu vires & efficacias ac operas anima, hoc est non membra substantiæ, sed ingenia*, &c. Similiter argumentatur Iulius Firmicus l. de erroribus prophanorum. c. 5. sic supposita animæ rationalis impartibilitate muniti, ne asserant corruptibilis, saltem in ratione totius, quod ad corruptionem sufficit, vt ex hominis interitu patet, quantumuis non sufficiat ad rigorosè acceptam corruptionem, vt patet ex diuisione quam materia prima subit, sine propria corruptione: sic inquam supposita impartibilitate animæ, ita infero Intelligentiæ impartibilitatem.

51 Quod pertinet ad maiorem rei perfectionem, compositque inferiorem,

non

non debet denegari superiori; atqui anima rationalis, quæ inferior est Intelligentia, est impartibilis, idque ad maiorem eius perfectionem spectat, ergo Intelligentia quoque debet dici impartibilis. Sola secũda pars minoris eget probatione, vel potius declaratione, quã facile est afferre, ex eo quòd anima per huiusmodi impartibilitatem proximiùs accedit ad Deum, qui est omnis perfectionis canõ ac mensura. Id autem quò res fit proximior Deo, non potest non spectare ad magnam rei perfectionem. Sed facit omninò ad hunc locum elegantissimus Plotini discursus, Enn.6.l.6.cap.1. vbi declarat imperfectionem rei habentis partes, ex eo quòd talis res, quò plures ei partes accedunt, eò magis à seipsa procul abit, & ad externa quidem magis effunditur, minus autem est sui ipsius, vt ex eo est euidēs, quòd accedētibus pluribus partibus, maior distinctio accedat, fiatque totum minus idem, quàm ab initio esset, cùm è contra res impartibilis habeat seipsam vnitissimè, nec à seipsa procul abeat, & quasi dispergatur. Ex quo ille præclare infert. *Cùm malum quoddam sit magnitudinem, idque sentiamus rem quæ magna sit, si sentire posset se à se procul abire, tum etiam quod appetit sic fieri magnum, ignorare quò reuera sit magnum, festinareque quò non expedit.* Itaque carere partibus spectat ad maiorem rei perfectionem, nec debet denegari Intelligentiæ, cùm concedatur animæ rationali. Hinc autem fiet vt Intelligentia, inter Deum & animam media, non cedat inferiori, nempe animæ, & imitetur superiorem, nempe Deum, qui vt suo loco probabitur, latéque prosequitur August. li. contra epistolam fundamenti à c.15. ad 20. impartibilis est, & inextensus: & sanè Intelligentiam, ex maxima ad Deum summè vnum propinquitate, debere concedi impartibilem, asseritur propositione 7. de causis.

52 Alia eiusdem veritatis probatio, duci potest ex eodem medio quo probatur animæ immaterialitas, ex quo etiã animæ indiuisibilitas ostendi potest. Nempe ex modo operandi seu cognoscendi, qui debet esse proportionatus modo essendi. Sicut ergo ex eo, quòd anima attingat obiecta immaterialia, eáque saltem per alienas species, & abstractiuè attingat, agnoscendo se in hoc suo operãdi modo, defectu specierum natiuarum, aliter obiecta illa apprehendere, quàm ipsa postulent & deberent apprehendi; rectè colligimus animam habere operationem immaterialem, atque adeò ipsammet quoque animam esse immaterialem, cùm operatio non debeat esse altioris ordinis quàm potentia, & principium primum eius, sicque necessarium seruari inter ea proportionem, cùm debet & potest fieri, hæc est cùm & actio naturalibus viribus efficitur, & aliunde non constat perfectionem illam obiecti repugnare actui vel principio eius: Ita ex eo quòd anima naturaliter ratiocinando agnoscat Deum esse hac negatione præditum, & integraliter insectilem, atque etiam videat ens creatum, non modò corporeum vt punctum, vel instans, sed etiam eiusdem secum ordinis, & incorporeum, impartibilitate præditum non repugnare, rectè inferimus operationem animæ, & ipsam quoque animam esse integraliter indiuisibilem. Neque video qua ex parte nutet hæc ratiocinatio, si prior firma sit, vt sanè firmum esse satis suo loco tractatum est, dilutis paucis quæ cõtra opponi possunt. Ex quo autem constiterit animam ob intellectualitatem suam esse

integraliter indivisibilem, manifestum quoque erit Intelligentiam, quæ est anima superior, nec rationalis, sed intellectualis est, debere esse eodem modo impartibilem. Confirmatur ex propositione 7. de causis, quia substantia intelligens est redditiva, & conversiva super seipsam. Hic autem modus operandi sicut immaterialitatem & incorporeitatem, ita & impartibilitatem arguit; res enim partibilis ob elongationem sui quoad aliquas partes à seipsa, ratione aliarum item suarum partium, videtur incapax reflexionis illius, ac (ut loquitur Autor propositionis illius 7.) reditionis in seipsam.

13 Porrò super argumentatus sum de substantia tantùm spirituali, non autem generatim de ente spirituali, quia sicut ex immaterialitate non infertur intellectualitas nisi substantiarum, ut supra dictum est contra Nominales, ita ex spiritualitate quarumcumque non infertur impartibilitas entitativa, ut patet ex quibusdam accidentibus quæ suprà obiiciebantur, ac præsertim ex latione Angelica. Quanquam cùm idonea ratio non evincet contrarium, negandum non erit quin accidentibus quoque substantiarum spiritualium competat indivisibilitas entitativa, ut hoc pacto se conforment substantiis quas afficiunt; id enim est consentaneum, ut per se patet.

14 Quòd si quæras radicem impartibilitatis integralis quorundam entium spiritualium, cùm alia entia item spiritualia sint partibilia integraliter, ut admisimus; ratio ducenda erit ex natura & muneribus utrarumque illarum entitatum. Nam substantia spiritualis, debet esse impartibilis, quia ex ea, eiusve aliqua ratione non germinaret intellectualitas, nisi præintelligeretur habens entitativam impartibilitatem, ut explicatum est. Illa verò accidentia spiritualia quæ admisimus esse partibilia, non adveniunt substantiæ intellectuali quatenus intelligenti, nec dicunt ordinem aliquem cum intellectione, quo pacto excluderent partibilitatem eodem modo quo substantia. Idcirco ergo esse possunt partibilia, quia ex ratione sua non pugnant cum extensione, & dicunt ordinem aliquem ad extensionem entitativam alicuius extrinseci; ut extensio Intelligentiæ respicit locum extensivè partibilem, cui coaptat Intelligentiam, & idem est de latione. Unio verò animæ rationalis (si ex parte eius se tenet,) respicit partes extensivas corporis quibus uniri debet anima.

Ex disputatis hoc articulo, manifestum est Intelligentiam quoad substantiam & entitatem suam esse aliquid omnino simplex, & realiter incompositum, seu simpliciter simplex, ut minùs accuratè loquitur Gabr. in 1. d.8. q.7. lit. D. Nec tamen propterea Intelligentia pertingit ad simplicitatem Divinam, cùm hæc sit mera simplicitas, ut rectè dixit S. Bernard. 5. de consideratione. Simplicitas autem entitativa Intelligentiarum plerisq; adventitiis compositionibus realibus fit obnoxia, ut mox patebit.

ARTICULUS VI.

De reali Intelligentiarum compositione ex natura, & suppositalitate, subiectoque & accidente.

15 PRæter compositiones reales proximè ab Intelligentia reiectas,

ctæ, assignantur aliæ quædam ex compositio ex esse & essentia, ex natura & subsistentia, ex subiecto & accidente. Verùm prima illa non est huius loci, quidquid contrà sentiant Thomistæ. Suppono enim ex prima Philosophia, essentiam quæ reipsa actualis est, non differre realiter aut vllo modo à parte rei, ab existentia & actualitate suamet: idcircò esse creatum, dici receptum, quod essentiæ reipsa substratæ aduenit tanquam verum & reipsa ab ea diuersum accidens. Idem iudicium est de illa Intelligentiarum compositione ex finito & infinito, quæ assignatur propositione 4. de causis, & ex Platonicis latè traditur apud Ficinum 17. de immort. c. 2. Hæc enim compositio in Intelligentiis existentibus non potest esse realis, saltem peculiaris; quia eius extrema nihil aliud sunt quàm finitas essentiæ, & eiusdem efficacitas ad producendos per cœli motum infinitos effectus, si mundus infinitè duraret, vt habetur ex D. Thoma in 1. d. 43. q. 1. art. 2. ad 4. quo pacto hæc compositio, vel non est realis, vel est subiecti & accidentis. Quòd si compositionis illius extrema sint essentialis finitas Intelligentiæ, & eiusdem æuiternitas, seu capacitas ad debitum infinitè durandi à parte post, vt interpretatur Iauellus ad propos. illam 4. conclus. 3. manifestum est eam non esse realem. Essentia enim & eius duratio non differunt reipsa. Quare supersunt dumtaxat duæ reales compositiones Intelligentiis competentes, nempe ex natura & subsistentia, & ex subiecto & accidente. Vtramque breuiter exponemus.

ASSERTIO.

Est in Intelligentijs vera compositio ex natura & suppositalitate, itémque ex varijs accidentibus potentiali earum naturæ superuenientibus à parte rei.

56 PRIMÒ, Admitto in Intelligentiis compositionem realem ex natura & suppositalitate. Suppono autem suppositalitatem esse formam à parte rei distinctam à natura creata, siue modaliter tantùm, vt est probabilius, optiméque tradidit Argent. in 3. d. 6. ar. 1. concl. 2. & vt videtur Damasc. 3. de fide c. 5. dixeréque innumeri Recentiores, siue vt rem firmam ab alia re item firma, vt multi Recentiores contendunt. Et in homine quidem compertam habemus huiusmodi aliquam suppositalitatis & naturæ distinctionem ex humanitatis assumptione per Verbum Diuinum, communicans tali humanitati subsistentiam suam consumptâ creatâ, vt loquuntur Concilia & Patres. Ea autem consumptio non est intelligibilis sine interuentu formæ alicuius distinctæ, quæ idcirco possit loco cedere subsistentiæ æternæ aduenienti. Nec id tantùm Fide docemur, sed inter Ethnicos quoque Porphyr. cap. 2. variarum quæst. possibile id esse docuit, vt ex eo refert Nemesius c. 3. de homine in fine, plerisque licet Ethnicorum, vt addit idem Nemesius, impossibilitatis & indecentiæ damnantibus, quod de suppositali naturæ nostræ per Diuinam subsistētiam terminatione Fides docet. Nec minus, quippe qui omnimodam suppositalitatis & naturæ identitatem docerent, vt annotauit Theodor. initio dialogi, quem inscripsit *immutabilis*, & S. Hier. Epist. 57. sine distinctione autem suppositalitatis creatæ à natura, non posset (vt dicebam) terminabilitas illa intelligi.

57 Ex eo ergo quòd de humani-

tatis suppositali assumptibilitate fide docemur, manu ducimur, vt idem quoque in quibusuis substantiis saltem intellectualibus possibile fuisse agnoscamus; præsertim cùm Scripturæ & Patres non obscurè doceant beneficium ac decus homini ea ex parte impensum, potiùs conferri Intelligentiis, indéque exaggerent Diuinam in nos beneficentiam quòd Verbum Diuinum sublimioribus illis substantiis prætermissis, lutum nostrum apprehenderit. Quæ exaggeratio non esset apta, nisi Intelligentia, æquè ac homo, esset suppositaliter assumptibilis. Itaque sicut hinc colligimus humanitatem distingui à parte rei à sua subsistentia, ita de Intelligentiæ subsistentia ob possibilitatem similis assumptionis, idem est dicendum. Est enim apertè falsum quod asserit Ferrar. 4. contra gent. c. 55. nempe quòd possit Angelus hypostaticè assumi, non obstante omnimoda identitate naturæ & subsistentiæ Angelicæ. Hoc namque dato, vnde colligere poterimus non euenire idem in homine, in quo tamen Ferrar. rectè admittit distinctionem à parte rei inter suppositalitatem & naturam? Sed nimirum torsit Ferrariensem, vt & alios Thomistas, difficilis locus S. Thomæ 1. p. q. 3. art. 3. in speciem negantis in rebus spiritualibus suppositum differre à natura. Verùm aptam eius loci cum aliis in quibus S. Doctor contrarium docet conciliationem dabit Silvest. q. illa 3. art. 4. circa §. 2.

18 Sed restat circa hoc difficultas de mente Aristotelis, quem aliqui vel generaliter contendunt negasse distinctionem naturæ à subsistentia, vt putant aliqui haberi ex 7. Metaph. c. 6. & 11. vbi dicitur *quod quid est*, esse *idem cum eo cuius est*. Ita Fonseca ibi. q. vnica sect. 1. Vasq. 3. p. d. 31. n. 21. Vel saltem affirmant ita sensisse tantùm de substantiis immaterialibus. Ita Argent. in 3. d. 6. art. 1. ad 5. contra 1. at alij contendunt Philosophum vniuersè admisisse distinctionem suppositalitatis à natura. Ita Val. 3. p. d. 1. q. 4. p. 2. & Albert. disp. 3. de substantia q. 1. n. 31. post Caietanum, quod colligant ex Aristotelica diuisione substantiæ in primam & secundam, id est, in essentiam & suppositum, vt ipsi interpretantur, consentiente vt videtur Iacobo Gretsero ad cap. 6. *ὁδηγῶ* Anastasij Sinaitæ.

Existimo tamen nihil firmum pro alterutra parte adduci posse ex Philosopho. Et quidem loci illius quem prior sententia pro se adducebat, sensus non est quem prætendunt autores aliqui illius primæ sententiæ, nempe *quod quid est*, (id est naturam) esse idem cum *eo cuius est*, (id est cum supposito.) Sed sensus est, in illis quæ sunt per se, hoc est in substantiis quibusuis, *quod quid est*, hoc est definitionem, & *id cuius est*, id est definitum, idem esse: secus quàm euenit in ente per accidens, quod Aristoteles vocat ens materiale, in quo essentia & quidditas substrata, non est eadem cum toto resultante ex essentia & forma accidentaria. Ita rectè Vasq. 3. p. d. 31. nu. 20. post Aphrodisæum in eumdem Philosophi locum. Locus verò quo nitebatur posterior sententia, non videtur idoneus. Falsum enim est quòd substantia prima & secunda, idem sint quod suppositum & natura. Hæc enim non est ens categoricum propter incompletionem, quod tamen nemo dicat de secunda substantia, quæ iuxta illos idem est quod natura. Item quamuis nomine primæ substantiæ intelligendum esset suppositum, facilè dici posset primam substantiam à secunda sola ratione distingui, atque

adeò

adobetiam suppositum non plus dif- ferret à natura. Quare neutra pars cen- seri quicquam pro se habet ex Aristote- le. Quamuis si is naturam à subsisten- tia non distinxisset à parte rei, mirum non esset; cùm plerisque etiam qui- bus Christianæ fidei iubar illuxit, idem visum sit non obstante Incar- nationis mysterio, quod (vt puto) vul- tum est efficax, astruendæ inter na- turam creatam & subsistentiam veræ distinctionis fundamentum.

59. Hinc patet Intelligentias ex hac parte simplices non esse, sed compositas. Nam si suppositalitas est vera res firma, manifestum est eam pugnare cum simplicitate rei cùm aduenit. Si autem sit modus tantùm, vt verius videtur, mihi quoque in- dubitatum est quòd inde inuehatur compositio, & excindatur simplici- tas, quicquid contrà sentiat Dur. in 1. d. 33. q. 1. n. 37. Nam composi- tio reperitur vbicumque est vnio plu- rium, vt videtur notum esse ex ter- minis; atqui modus & modificatum cùm non sint vnum, habeántque se- parabilitatem (tametsi non mutuam,) sunt verè plura & vnita, siue seipsis vniantur vt verius est, siue per inter- iectum aliud vinculum, (quod iam non moror,) ergo verè ex eorum adu- natione exurgit compositum; ergo Intelligentiæ ex hoc capite non sunt simplices, sed compositæ.

60 SECVNDO, Admissi in Intel- ligentiis compositionem ex subiecto & accidente. Quod manifestum fiet infrà cùm agam de intellectione In- telligentiarum, & disertè asseritur à Prospero ex Aug. sententia 366. Imò idem habetur ex generali ratione creaturæ. Nam creatura, vt sic, im- portat dependentiam ab extrinseco principio, quæ dependentia est ve- rus modus de categoria accidentis, faciens compositionem à parte rei cum creatura tanquam cum subiecto. Multa in hanc rem efficacia argumen- ta suppeditaret Christiana Theolo- gia, ex gratiæ & formarum superna- turalium quæ à natura distingui ne- cessariò debent, communicatione di- uinitus facta Intelligentiis. Sed Spar- tam nostram colamus.

Hîc videntur opponi posse graues aliqui tum Christiani tum Ethnici Philosophi, qui existimasse viden- tur Intelligentias nullis accidentibus subiacere. Nam S. Maxim. in cap. 7. cœlestis Hierarch. & in cap. 4. de Diuin. nomin. omnem in Intelligen- tia compositionem velut accidentis & subiecti, negat: quod sequitur Ioan. Cyparissiota decade 10. cap. 2. in fin. & vt videtur etiam Theodo- rus cognomento χαττὴς apud eun- dem Cyparissiotam dec. cit. c. 4. as- serens *in simplicibus & incorporeis, ener- giam non differre à substantia, sicut in re- bus corporeis.* Quod aliter dixit Boe- tius l. de Trinit. *forma simplex non po- test esse subiectum.* In eandem cum Ma- ximo sententiam Simplicium allegat S. Thom. 1. 2. q. 50. art. 6. Sed quod magis pungit Aristoteles 12. Met. t. 30. asserit Intelligentias esse actus puros, & ita ei tribuit Iauellus 12. Metaph. q. 4. cum Soncin. q. 6. licet q. 64. contendat Aristotelem negasse Intelligentias esse infiniti vigoris & omnem perfectionem cõtinere, quod est dicere eas iuxta Aristotelem non esse actus puros, sicut ei tribuit ipse Soncinnas priore loco. Idem videtur voluisse Commentator 12. Metaph. comment. 39. vbi generaliter ait *in il- lis quæ sunt sine materia, dispositionem & dispositum* (id est vt interpretatur Ba- conus in 2. d. 5. q. 1. art. 1. subiectum & prædicatum accidentarium) *eadem ad totam intentionem omnibus modis, &*

nullam

accidens esse nullum quo distinguatur extra intellectum. Et propterea ibidem commento 51. disertè ait Commentator: *in illis quae moventur coelum, intellectum & intellectionem non distingui sicut in nobis.* disertè denique hoc voluisse videtur Iamblicus libro de mysteriis §. 2. cuius haec sunt verba: *Compositis & formis quae sunt in subiectis competunt accidentia, formis immaterialibus non conveniunt. Quicquid est in formis separabilibus, est esse & essentiale, praecipua quadam aequalitate forte. Neque aliquid ibi accidens, aut consequens reperitur.*

61 Persistendum nihilominus est in sententia proposita; Auctores verò allegati, quantum fas erit, benignè exponendi. Et Maximum quidem S. Thom. 1. p. q. 50. art. 6. ad 2. interpretatur de accidentibus materialibus, quasi ille dumtaxat neget Intelligentiis accidentia materialia. Hoc tamē nec bene cohaeret cum illis quae de eiusdem Maximi mente praemiserat S. Doctor initio corporis, nec cum verbis Maximi quae generalia sunt. Tractans enim dictum magni Dionysij habitum in Intelligentiis agnoscentis, *non oportet (inquit) existimare hoc nomen mentium Divinarum, tanquam accidentia in illis sicut in nobis, vel hoc aliud in alio, subiecto tanquam qualitatem advenire. Illud enim tanquam accidens & tanquam subiectum non habet illic locum, quia omnino confusionis, & illud informis materiae, illius cuiusdam est; si enim esset aliud in alio, tanquam accidens in subiecto, non staret per se substantia illa.* Haec & alia ibi Maximus, quae nō materialia tantùm accidentia, sed & omnia videntur removere ab Intelligentiis, praesertim quia dubitari apud eum non poterat an haberent Intelligentiarum corporei & materiales essentiam spirituales. Verisimilius est quod Turria. in c. 2. dec. 10. Cyparissiotae, tradit ex S. Diadocho Episcopo Photices in Epiro cui S. Maximus addictus esse solet, neque quod sint quidem in Intelligentiis vera accidentia spiritualia, sed quae tamen non donentur nomine accidentis, quia ob immaterialitatem transeunt quodammodo in Intelligentiae substantiam atque naturam, habéntque longè minorem mutabilitatem quàm in nobis. Esse autem hoc cōforme menti huius Auctoris patet, quia in illo ipso c. 7. secutus Hammonem Adrianopolitanum libro contra Origenem de resurrect. admittit in Intelligentiis virtutes acquisitas. Et in c. 1. Divin. nom. apertè seiungit potentias Intelligentiarum à substantia earum. Quòd si hoc Emplastrum, Cyparissiotae quoque & Simplicio mederi possit, eò meliùs. Et sonat sanè locus eiusdem Simplicij, quem ex eius expositione in Categorias adducit supra D. Thom. in eius. Expositiùs exponitur Theodorus, qui negās energiam à substantia separari, agit de Deo tantùm. Nomine verò incorporeorum & simplicium in quibus ait energiam & substantiam identificari, intelligit Divinas personas, sicut etiam Boetius nomine formae simplicis, intellexit formam quae est actus purus, ut interpretatur D. Thom. 1. p. q. 54. art. 3. ad 2.

62 Aristotelem circa hoc varij variè intellexerunt. Fons. 12. Metaph. ad c. 6. lit. D, existimat Philosophum loco illo qui allegabatur, non asserere Intelligentias esse actus puros, sumendo hoc nomen prout excludit omnem potentialitatem, sed tantùm asserere Intelligentias esse actus puros in genere substantiae, quatenus nec sunt pura potentia ut materia, neque coniungunt essentialiter materiam, ut forma, neque ex utrisque

coalitu

realium existunt vt composita corpo-
rea, sed sunt purae formae totales.
Haec tamen expositio difficile apparet
contextui: videtur enim Philosophus
disertè agere de substantia quae sit suus
actus, & existat essentialiter, vt ex-
pendemus infra, tractantes argumen-
tum Philosophi pro existentia Dei. Et
ita ibi grauissimi quique interpretes,
nec difficetur Fons. Aristotelem inse-
riùs supponere se hoc ipsum quod di-
co tradidisse in isto loco. Bacon. in 1.
d. 5. quaest. 1. art. 1. ad 1. & quodl. 3.
q. 5. art. 3. ait nomen *actus puri* non
sumi eo loco ab Aristotele pro enti-
tate prorsus excludente potentialita-
tem, sed pro entitate quae semper sit
in actu agendi & nunquam sub pri-
uatione actus; hoc enim duntaxat
posteriori modo, Intelligentias iux-
ta Philosophum esse actus puros, col-
ligit ex textura totius illius capitis
sexti, & ex initio capitis octaui. Sed
haec expositio iisdem quibus praece-
dens incommodis vrgetur. Disertè
enim Aristoteles intendit, rationem
actus puri propriè dicti reperire in or-
dine Intelligentiarum, vt habeatur
fundamentum motus perpetui & exi-
stentiae rerum potentialium, quod non
haberetur si nullum esset ens essen-
tialiter actuale & purissimum, rerum
materialium & corporearum ordi-
nem longè transcendens: hoc au-
tem non assequeretur Philosophus, si
tantùm ageret de substantia quae ta-
men tamen dicatur actus purus,
quatenus semper est in actu mouen-
di. Imò Philosophus hanc in motu iu-
gem perseuerantiam fundat in essen-
tiali actualitate reperta intra ordi-
nem substantiarum mouentium. De-
nique aliqui apud eundem Baconum
q. illa 1. ad 1. aiunt Aristotelem nus-
quam asserere Intelligentias esse actus
puros, sed cùm cap. 6. & 7. probasset

varia attributa primi motoris, ac in-
ter caetera quod debeat esse actus pu-
rus, postea initio capitis 8. cum pro-
ponit inuestigandum numerum Intel-
ligentiarum motricium, texitque bre-
uem summam conditionum motori-
bus competentium illuc vsque expo-
sitarum, non meminisse purae actua-
litatis, sed duntaxat aliarum quarun-
dam conditionum Deo & Intelli-
gentiis creatis communium; ac pro-
inde concludunt eum non asserere
Intelligentias esse actus puros. Non
video tamen vnde habeatur haec re-
sponsio. Nam Aristoteles initio capi-
tis 8. tantùm proponit quaerere quot-
nam sint numero substantiae illae de
quarum conditionibus illuc vsque ege-
rat, quas conditiones in calce 7. ca-
pitis in breuem summam redegerat
numerando inter eas immobilitatem,
quae Aristoteli interdum in illis capi-
tibus eadem est cum purissima actua-
litate.

63 Quare commodiùs Aristote-
lem exponemus, si paulò altiùs rem
repetentes totum eius in illis capiti-
bus progressum generatim & breui-
ter spectemus, quantum ad praesen-
tem materiam pertinet, relictis aliis
ad infrà tradendam Diuinae existen-
tiae ex his Philosophi textibus inue-
stigationem. Aristoteles ergo initio
libri illius 12. proposuerat tractan-
dum esse de substantia, quam trimem-
brem fecerat t. 5. nempe sensibilem
duplicem, sublunarem scilicet & cae-
lestem, ac substantiam non sensibi-
lem, quam etiam immobilem appel-
lat. Eam substantiarum partitionem
post tradita quaedam circa substan-
tiam sensibilem, rursus resumens c. 6.
t. 29. aggreditur ad substantiae illius
non sensibilis tractationem. *Cum verò*
(inquit) *tres sint substantiae, duae quidem
naturales, alia autem immobilis, de hac est*

 dicen-

ducendam, quòd necesse est perpetuam aliquam & immobilem substantiam esse. Et paulò post subdit, *nullam fore vtilitatem ponere substantiam perpetuam, nisi talis sit, cuius substantia sit actus, seu quæ substantialiter & essentialiter existat, nullaque non mixta.* Tum huius substantiæ (vel potius pluraliter huiusmodi substantiarum) immaterialitatem astruit, & in primi mouentis perfectiones excurrens, concludit t. 41. *manifestum esse præter substantias sensibiles dari aliquam sempiternam, & immobilem, magnitudine carentem, impassibilem, & inalterabilem:* statimque t. 42. dubitare incipit, an huiusmodi substantia eiusmodi vna sit vel multiplex, & concludit esse multiplicem pro numero cælestium motuum.

64. In hoc progressu, aduerto Aristotelis intentū fuisse, tradere tertium illud genus substantiæ intra quod omnes Intelligentiæ vnà cum Deo continentur; & ideo interdum de substantiis illius tertij ordinis, pluraliter loquitur ob earum multitudinem; interdum singulariter: siue quia attendit illam Intelligentiam quæ cæteris totius illius ordinis longè eminet, siue quia totam multitudinem Intelligentiarum, (Deo etiam comprehenso,) contraponit illis aliis substantiarum sensibilium generibus per modum vnius membri. Hæc igitur causa est, cur huic substantiarum ordini interdum aliqua tribuat quæ soli Deo accommodari possunt, vt quòd sit substantia actu, & mouens immotum; interdum verò quædam eidem ordini tribuat, quæ in Deum & omnes Intelligentias cadunt. Non enim nouum est, cùm intra aliquem totum ordinem multa continentur diuersæ rationis, vt totus ordo ab vno aliquo totum, tametsi vnicò, denominationem suscipiat. Sic Theologi Christiani negant hominem posse sibi esse causam totius collectionis effectuum suæ prædestinationis, eò quòd spectata tota beneficiorum illorum collectione reperiatur vtique aliquid quod nullomodo possit in illius meritum cadere, nempe prima gratia. Et eadem ex causa Augustinus & Cōcilia Africana inter gratiam iustificationis, (quo nomine totam seriem auxiliorum & donorum supernaturalium, à prima gratia actuali vsque ad habitum gratiæ sanctificantis complectuntur,) negant esse vlla merita. Similiter ergo Aristoteles disputans de tota Intelligentiarum multitudine, Deum & omnes tertij illius membri substātias comprehendente, interdum toti illi collectioni tribuit aliqua, ratione vnius alicuius Intelligentiæ ad multitudinem illam pertinentis, quæ non sunt indiscriminatim quibusuis eiusdem multitudinis indiuiduis seorsim spectatis tribuenda. Sed cùm aliqua ex illis indiuiduis considerantur extra eam collectionem, prædicata illius collectionis sunt eis tribuenda cum distributione accommodata, hoc est ea tantùm quæ toti multitudini competebant ratione illorum indiuiduorum de quibus agitur.

Hac igitur ratione Philosophum exponere posse videmur, cùmque non modò à tam falsa sententia, sed etiam à cōtradictione liberare. Ex aliis enim eius locis, habetur Intelligentiarum finitas essentialis & dependentia à Deo, quæ non posset cum earum pura actualitate & omnimoda simplicitate cohærere, vt patebit infrà, agendo de ente à se. An verò Commentator eodem modo exponi possit, aut quoad hoc lapsus sit, vt aliàs infinities, (quod docet spissum Ambrosij Nolani de Auerrois castigationibus

vola

volumen,) mea quidem non admi- randum refert. Purgat tamen tum hæc in dum refert. Purgat tamen tum hæc lo- pare diligenter Baconus locis alle- gatis. Iamblicus expositionem com- mendam non admittit.

ARTICVLVS VII.

De compositione rationis, Intelligentijs competente.

65 HÆc compositio propriè quidem non excindit simplicitatem, vt infrà pleniùs dicam, ex- tatem, vt infrà pleniùs dicam, ex- pendens an competat Deo; tamen pendens an competat Deo; tamen retractanda est hoc loco. Tum quia removimus ab Intelligentiis compositionem ex partibus Physicis essentialibus, quas aliqui putant esse radices partium præcipui membri compositionis huius mentalis, nempe generis & differentiæ, ex quo sequitur compositionem ex genere & differentia Intelligentiis non competere; quod verè ne asseratur examinandum est: tum quia vertex simplicitatis esse videtur, compositionem mentalem excludere. Quare interest scire an & quantum inde elongentur Intelligentiæ, vt pleno notitia simplicitatis earum habeatur.

ASSERTIO.

Intelligentiæ compositionis per mentem capaces sunt, ac nominatim eius, quæ ex genere & differentia metaphysicè tantùm adunatis, exurgit.

PRIMÒ, Generatim admitto Intelligentias esse capaces compositionis per mentem. Vbi suppono ex prima Philosophia, dari aliquam compositionem rationis, in eo positam, quod plures rationes obiectiuæ in vnam aliquam entitatem materialiter concurrentes, & identificatæ reipsa, possint per intellectum varias vnius illius entitatis perfectiones inadæquatè concipientem secerni, & ab inuicem cogitatione diuelli, perinde ac si reipsa differrent. Hanc ergo compositionem generatim loquendo nihil vetat reperiri in Intelligentiis, sunt enim entia limitata & essentialiter finita, ac proinde nihil vetat intelligere in eis varias rationes obiectiuas finitas, seu mentaliter excludentes, seu quarum vna nullo modo actu attingatur, cùm attingitur præcisè alia, quod est dicere Intelligentias coalescere ex variis perfectionibus, reipsa quidem indistinctis, sed tamen prout aciei intellectus subsunt, habentibus rationem compartium, atque adeò componentibus Intelligentias per rationem.

66 Talem infrà ostendemus esse compositionem Intelligentiæ ex substantia & æternitate sua. Talis quoque est compositio ex esse & essentia, quam compositionem plerique malè contendunt esse realem in Intelligentiis & quibusuis creaturis, cùm tamen, vt ex prima Philosophia suppono, desit fundamentum quodcunque, distinctionis à parte rei inter existentiam & rem actualem: hæ enim debent esse duo extrema comparanda, cùm agitur de distinctione inter existentiam, & essentiam, vt benè aduertit Durand. in 1. d. 8. p. 1. dist. q. 2. num. 17. Nam si existentia exercita cum essentia non actuali conferretur, manifestum est non defuturam distinctionem realem, qualis inter ens, & non ens intercedere potest, nempe negatiuam. Inter existentiã ergo exercitam seu esse, & essentiam actualem, cum in Intelligentiis, tum alibi vbi-

liber, intervenit tantùm compositio rationis, quatenus esse actuale & essentia, reipsa quidem existens, sed tamen concepta absque existentia exercita, distinguitur per rationem ratiocinatam, fundamentum distinctionis duarum rationum obiectiuarum ibi intervenientium inde petitur, quòd extra creata non sit essentialiter existens. Inde enim fit, vt quamuis eius essentia sit vna & eadem entitas cum existentia exercita, tamen conceptibilis sit absque ea & contrà, quòd est duo illa distingui ratione ratiocinata, & importare compositionem Metaphysicam ex essentia & esse.

67 SECVNDO, Admisit in Intelligentiis compositionem ex genere & differentia, contra Durand. in 2. d.3. q.1. num.12. & Iamblichum l. de mysteriis, §.2. cuius hæc sunt verba: *Si qua compositio substantiæ separatæ & separabilium insit, non est ex genere per se indeterminato, & differentiis terminante. Illæ enim substantiæ sunt completæ species vndique in actu determinatæ, atque compositæ. Si substantiæ separabiles tanquam simplices non differunt inter se per differentias speciales sub eodem genere, ergo neque per indiuiduales sub eadem specie discrepant. Quælibet autem est quasi totum genus vel species per se existens, differunt verò seipsis, & ordine graduum, & quoniam ad primum aliter referuntur. Intelligentiæ inter se non conueniunt, vel differunt genere & differentia vllo; simplicissimæ enim sunt, sed quatenus vel eædem, vel diuersæ ratione referuntur ad primum, & aliæ in primis, aliæ in sequentibus perfectionis gradibus dispositæ sunt.* Et paulò post. *Si dicamus vnum esse genus separatarum, confundemus Theologiam. Substantiæ separabiles non conueniunt vno quodam genere, in quo per differentias distinguantur, sed seipsis & ordine graduum distinguuntur, quatenus per alios perfectionis gradus referuntur ad primum. Conueniunt autem magis inter se, quæ per similem modum referuntur ad primum atque distant.*

68 Sed facilè est id impugnare, quia hoc ipso quòd natura aliqua non est essentialiter infinita, sed est conclusa certis limitibus perfectionis, eo ipso intelligimus eam importare perfectionem alicuius generis, non importantis perfectionibus specierum aliarum, sub vno illo genere cui ipsa subiicitur contentarum saltem possibiliter. Cùm autem natura illa, vt supponimus, differat quoque ab iisdem speciebus, generis illius comparticipibus, manifestè habetur eius conuenientia & disconuenientia essentialis cum aliquibus, quod est eam habere genus & differentiam, quandoquidem supponimus rationes illas, penes quas naturæ illæ conueniunt & dissentiunt, tametsi materialiter & entitatiuè identificatas, excludere se inuicem quoad conceptum præcisum, cùm neque sint transcendentes, neque essentialiter infinitæ, nec sit cur propterea nequeant ab inuicè præscindere simpliciter & perfectè per mentem.

Hæc itaque est germana ratio fundandi alicubi genus & differentiam, vt benè attigit Ferrar. 1. contra gent. c.95. & Argent. in 2. d.3. q. art.3. ac proinde cùm reperiamus huiusmodi fundamentum in Intelligentiis, iure dicimus eas ex genere & differentia componi. Quod Aristoteles non negauit, vt malè ei tribuit Gillius l. 2. tract.4. c.8. num.4. quia falsò supponit Aristotelem existimasse Intelligentias esse omnino simplices, quod supra reiecimus. Addit etiam Aristotelem 5. Metaph. c.12. negare posse quemquam decipi circa substantias separatas, quod putat eum non fuisse dicturum, si substantias illas ex genere &

re & differentia compingi censuisset, quia in illis quæ hoc modo composita sunt, potest contingere error intellectus, attingentis genus non differentiam, & contrà. Verùm Aristoteles eo loco agit tantùm de simplici apprehensione, affirmátque tum in Intelligentiis, tum in quibusuis aliis rebus, nunquam contingere vt fallamur ita simpliciter apprehendendo, vt contingere posset componendo aut diuidendo. Nam simpliciter apprehendendo, vel rem omnino attingimus, vel nullo modo. Alia ad eius solutionem adducit in hanc rem Soncin. 12. Metaph. q.47. ad 5. Itaque nihil inde pro hac compositione excludenda ab Intelligentiis de Philosophi mente, erui potest. De Commentatore, cui eandem sententiam tribuit Gillius non sum admodum sollicitus, cum tamen aliter sensisse voluit Baconus in 2.d.3. q.1. artic.2. & Gregor. in 1.d.3.q.1.art.2.

69 Fundamenta Durandi, & aliorum aduersariorum non est difficile euertere. Existimat ergo Durand. ad hoc vt aliquid sit compositum ex genere & differentia, requiri vt componatur ex partibus facientibus vnum per essentiam, quod ait deesse rebus simplicibus, siue sint substantiæ siue accidentia, & idcirco quamuis admittat simplicia creata posse esse genus, vel esse in genere propter limitationem suam, tamen negat ea componi ex genere & differentia. Confirmant hoc alij quantum ad Intelligentias attinet, ex effato illo quod tanquam Aristotelicum passim refertur, *genus sumitur à materia, differentia autem à forma*; & ita disertè habet D. Thom. q.3. de verit. art.2. ad 3. Vnde Soncinas 4. Metaph. q.18. & Capr. in 1.d.2. q.3. ad argumenta Aureoli, inferunt omnem compositionem rationis reduci ad aliquam realem compositionem, & in ea fundari. Cùm ergo ab Intelligentiis seclusa fuerit compositio ex materia & forma, in qua sola inter reales compositiones videtur fundari posse compositio ex genere & differentia, concludi videtur hanc compositionem rationis in Intelligentias non cadere. Sed hæc non sunt tanti.

70 Ac in primis quoad ad Durandi rationem attinet, quamuis verum sit rem ex genere & differentia compactam, coalescere ex duabus partibus vnum per se constituentibus, falsum tamen est partes illas debere esse re ipsa distinctas, sed sufficit earum distinctio per intellectum, quæ non officiet prædicationi partium illarum de toto, vt perperam supponit Durand. num.13. quia inclusio illa quæ requiritur inter prædicatum & subiectum, non est opus vt sit formalis, sed satis est si sit materialis; qualis vtique inter differentiam ratione simpliciter præcisam à genere, & ipsum genus reperitur, sublata formali distinctione inter hæc extrema se habentia ad inuicem per modum determinabilis & determinatiui per mentem; et necessariò dicendum est in accidentibus, quibus falsò Durand. num.15. negat ab vllo assignatas vnquam esse differentias, vel definitionem. Quasi verò non passim assignentur nouem accidentium Categoriæ, & in iis, (saltem plerisque,) multæ species, quarum cõstitutio necessariò importat differentias, vt constat ex logicis rudimentis) Specierum autem constitutionem, sequitur rei definibilitas, ob quidditatem finitam quam res habet hoc ipso quod est in certa specie. Interdum tamen negatur accidentia esse definibilia, non quòd non sint veræ definitionis capacia, sed quòd non

non sint definibilia se solis, eo modo quo substantiæ, definienda autem sint per additamentum, vt explicat Zabar. 4. de Method. cap. 14. & Sonc. 7. Met. q. 16. quare totus Durandi discursus ad abigendam ab Intelligentiis compositionem generis & differentiæ, rimosus est.

Imbecilla item est confirmatio quæ adducitur, nempe quòd Intelligentiæ careant materia & forma, à quibus genus & differentia sumi debent. Negandum enim est differentiam à forma Physica desumi, in eáve fundari, quod etiam de genere ad materiam comparato, negandum est. Neque vnquam Aristoteles tale quid asseruit, sed tantùm 8. Metaph. c. 3. dixit genus esse vt materiam, differentiam verò esse vt formam, ita vt compositum Metaphysicum, seu species, exurgat ex duobus illis extremis re indistinctis; seu ex re sub ratione indeterminata, ac determinata, diuersimodè concepta, per modum compartium ad inuicem comparatarum, eodem proportionali modo quo se habent materia & forma in Physica essentiali compositione. Quam analogiam pulchrè explicant Alexand. 1. Metaur. quæst. c. 28. & S. Thom. 7. Metaph. lect. 9. aliisque locis apud Capreol. in 1. d. 8. q. 2. art. 1. conclus. 3. ac nominatim quæst. vnica de spiritual. creat. art. 1. ad 24. vbi disertissimè tradit quod intendimus, reiicitque falsum illum sensum eius quasi effati, cui contraria sententia innitebatur; quod item facit in responsione illa ad 3. quæ malè suprà allegabatur, ad probandum quod omnis compositio & differentia mentalis, in reali aliqua compositione & distinctione fundetur & ad eam reducatur: expressè enim ibi S. Doctor affirmat id non semper valere, sed interdum ad compositionem rationis sufficere vnitatem rei quæ sit diuersimodè intelligibilis. Admittit tamen genus respici ad materiam, & differentiam ad formam, ratione proportionis illius quam attigimus inter genus & differentiam ex vna parte, & formam ac materiam ex altera.

71 Ex quo vides malè Vasquem 1. p. d. 179. c. 5. contendere, S. Thomam aliter intellexisse illud quasi effatum. Frustrà item Ferrar. 2. contra gent. c. 95. post Ægidium, (inconstantiæ circa hoc notatum ab Argentinate in 2. d. 5. quæst. 1. art. 3.) laborare vt ostendat quomodo in rebus saltem materialibus, genus sumatur à materia Physica primordialiter & remotè, differentia verò à forma. Nullibi enim radix illa Physica partium Metaphysicarum quærenda est. Vides insuper falsò Capreolum & Soncinatem suprà adductos, velle omnem compositionem rationis fundari in compositione aliqua reali, quod plenius reiicit Gill. l. 2. tract. 4. c. 13. Tandem vides falsò aliquos excludere Intelligentias à Categoria, tanquam Physicè atque adeò etiam Metaphysicè incompositas. Ita Flamin. Nobil. 1. de gener. cap. 6. quæst. 9. sed certè vt ait Venetus cap. de substantia notab. 5. iuxta eam sententiam, genus generalissimum substantiæ deberet esse corpus, ac proinde substantia Categorica non deberet diuidi in corpoream & incorpoream, quia omnes aliæ substantiæ spirituales præter Deum, (qui ad Categoriam non pertinet,) incompletæ sunt, & Categorici ordinis ac iuris expertes.

ARTI

ARTICVLVS VIII.

An & quatenus intrinsecè, immutabiles mutabilésve sint Intelligentiæ.

72 HÆc mutatio opportunè in hunc locum cadit; tum quia immutabilitas ad vnitatem pertinet, eiusque defectus quidam est mutabilitas, vt dicetur infrà agendo de Vltima vnitate; tum quia ex proximè tractatis circa Intelligentiarum simplicitatem & compositionem, facile erit, quæcumque ad Intelligentiarum mutabilitatem vel immutabilitatem pertinent tanquam consectaria eruere. Mutabilitas itaque triplex distinguitur à Gabriele in 1. d. 8. q. 7. lit. A, & F, larga, stricta, & strictissima. Quæ membra facilè quoque erit ad immutabilitatem per oppositum transferre. Largè accepta mutabilitas, est, quâ res potest se aliter quomodolibet habere. Sic posse transire de non esse ad esse, vel contrà, pertinet ad mutabilitatem, quamuis propriè loquendo transitus ad esse vel non esse simpliciter, non sit mutatio, atque adeò neque possibilitas eius sit mutabilitas. Qua de causa S. Thom. 2. contra gent. cap. 17. negat, creationem & annihilationem esse mutationes, nempe propriè dictas. Strictè accipitur mutabilitas, pro capacitate transeundi à forma aduentitia inhærente, ad non formam, vel à non forma ad formam, siue eadem res substernatur vtrique illi termino, & permaneat sub vtroque, siue non permaneat. Strictissimè verò accepta mutabilitas, erit si subiectum quod aliter se habet, permaneat in se idem sub vtroque termino mutationis, nec destruatur finita ea mutatione, sic enim subiret alteram mutationem, nec tam fuisset mutatum, quàm de nouo mutaretur. Tres hos mutabilitatis & mutationis modos proponit Gabriel. Nos tamen tertiû hoc membrum missum faciemus, quia quantum attinet ad præsens negotium, videtur esse impertinens, quòd res vnam mutationem subiens, alteram postmodum vel etiam concomitanter subeat, vel non subeat. Tota autem ratio mutationis & mutabilitatis propriè dictæ, attendenda est penes subiectum commune, mutationi substratum pro eo momento quo fit mutatio, siue subiectum illud posteà perseueret, (quod Gabriel non benè existimat ad perfectiorem mutabilitatis rationem pertinere,) siue non perseueret: sed per aliam mutationem, nempe per eam quam largè acceptam vocauimus, desinat esse secundum suam substantiam.

Iuxta hæc ergo inquirendum nobis esset an Intelligentiæ sint largè mutabiles, positiuè aut negatiuè. Id est an sint mutabiles per transitum à non esse ad esse, aut ab esse semel accepto, ad non esse. Item an sint mutabiles strictè ac propriè, nempe per transitum ad formas aduentitias inhærentes, earúmve abiectionem. Sed quia hæc posterior difficultas expedita manet ex dictis circa compositionem Intelligentiarum ex subiecto & accidente, non est quod vlteriùs in ea immoremur. Est enim per se notum, Intelligentias, si sunt capaces verorum accidentium, vt ibi probatum est, esse quoque mutabiles hoc modo. Quare restat agendum de sola prima mutabilitate, quæ est quoad esse ipsarummet Intelligentiarum, siue accipiendum siue amittendum.

ASSER

ASSERTIO.

Intelligentiæ quoad acceptionem ipsius esse, mutabiles sunt, sed non nisi largè & impropriè. Quo item duntaxat modo mutabiles sunt quoad desitionem, diuinitùs tantùm fallibilem contra exigentiam naturæ ipsarum Intelligentiarum, quæ proinde suapte natura à mutatione illa negatiua latè accepta immunes sunt, sibique simpliciter dictam immortalitatem & incorruptibilitatem vendicant.

73 Primò, Dixi Intelligentias esse tantùm largè mutabiles quoad acceptionem sui esse. Quod est dicere eas esse producibiles, nec aliter quàm per creationem, quæ est mutatio tantùm largè dicta, vt benè probat Durand. in 1. d. 8. p. 1. distinctionis q. 5. num. 4. ex ratione suprà adducta, quæ habetur etiam ex Philosopho 11. Metaph. cap. 10. nempe quòd de ratione propriè dictæ mutationis, sit, vt aliquid secundùm se vnum & idem (putà subiectum mutationis illi,) habeat se nunc aliter quàm priùs; quod constat in creatione non reperiri, sed in eductione tantùm, non quidem ratione formæ eductæ (quæ mutari non dicitur, quia non præsupponitur sibi ipsi, habétque rationem termini, quem Philosophus suprà ait esse immotum,) sed ratione subiecti, eductioni & formæ per eam inductæ substrati. Subiectum autem in creatione nullum est, atque ita in suprà asserta productione Intelligentiarum, nulla nisi largè accepta mutatio, siue creatio locum habet, iuxta veram sententiam suprà traditam de earum Physica simplicitate essentiali.

Quod addo, quia qui asserunt eas constare materia spirituali, fateri debent Intelligentias per generationem produci, aut posse produci, quatenus tametsi illa pars quæ in eis haberet rationem formæ, fieret per creationem sicut anima nostra, tamen totum compositum inde exurgens, producibile esset per eductionem, ratione vinculi ambas illas partes colligantis, sicut etiam contingit in homine. Atque ita non haberemus vnde affirmaremus Intelligentias fuisse per creationem productas. Quod enim Pelbartus Rosario 2. verbo Angelus §. 27. ait Angelos factos esse ex nihilo actualitatis suæ, ideóque sufficere vt dicantur creati, minimè satisfacit. Quia sic omnia omnino quæ facta fuissent initio mundi, antequàm existissent quicquam præiaceret, fuissent facta per propriam creationem, quamuis subiectum ad eorum productionem priùs naturà interuenisset. Itaque dicendum est Intelligentias per propriam duntaxat creationem fieri posse, (saltem connaturaliter,) quia sunt entia omnino simplicia ratione partium essentialium Physicarum.

Philosophorum suffragium pro Intelligentiarum propria ingenerabilitate.

74 Tradidisse hoc videtur Aristoteles 9. Metaph. c. 12. vbi ait *substantias non compositas, siue separatas, actu esse omnes non potentia; gignerentur enim, & interirent* (si potentia essent) *nunc autem neque ipsum non ens oritur nec interit, ex aliquo enim gignitur.* Quod ait has substantias non esse potentiâ, sed actu, non est sensus eas esse actus puros, & potentialitatem omnem excludere; sed sensus est eas non esse in potentia vllius subiecti, quippe quæ subiecto carent, ideóque non possunt gigni

gigni per generationem propriè dictam, quia sunt *ens ipsum*, id est, non habent esse per actum in potentia subiecta receptum, sicut res materiales Physicè compositæ ex partibus Physicis essentialibus, sed habent esse primò per se ipsas. Quod autem est tale ens, non potest propriè generari, licet possit creari. Idem voluit Ocellus Lucanus lib. de uniuerso ante medium, probans supra Lunam, vbi Dij degunt, deesse omnia generationis principia. *Illimis enim (inquit) immortalitatis & generationis est Luna confinis.* Vsurpauerat ante Ocellum, eum de Luna loquendi modum, Trismegistus cap. 13. Pimandri. Sed pergit Ocellus. *Quod quidem supra Lunam est, Deorum genus continetur; quod verò deorsum Luna subiacet, natura est & natiuitatis. Partim enim est generatio, partim corruptio generatorum.* Rectè etiam hoc expressit Author libri de causis proposit. 25. his verbis. *Substantiæ verè intelligibiles non sunt generatæ ex alia re, omnis substantia stans per essentiam suam non est generata ex alia re. Quod si aliquis dicat, possibile est vt sit generata ex re alia, gradualiter est substantia illa diminuta, intelligimus vt illud ex quo generatur, compleat eam, quia generatio non est nisi via ex diminutione ad complementum, &c.* Quasi diceret, generationem esse transitum à materia, quæ est substantia tantùm diminuta & incomposita, ad totum compositum, ac proinde substantia Physicè incomposita, cuiusmodi est Intelligentia, non potest accipere esse per propriam generationem.

75 Interdum tamen, latè vsurpato generationis nomine, dicuntur Intelligentiæ fuisse genitæ. Quo pacto exponendus est Seneca in exhortationibus referente Lactantio l. instit. cap. 5. cùm dicit. *Deus enim prima fundamenta molis pulcherrimæ iaciens, & hoc ordiens quo neque maius quicquam nouit natura, nec melius, vt omnia sub ducibus suis irent, quamuis ipse per totum se corpus intenderat, tamen ministros regni sui Deos genuit.* Hæc ille rectè & accommodatè ad infra tradendos Intelligentiarum natales. Latè tamen vsurpanda est vox generationis, (vt dixi) & vox *Deorum* in ea impropria acceptione quâ passim apud Philosophos ad omnes substantias separatas extenditur, accipienda est, vel potius abradenda. *Dauni enim ministri & nuntij* (vt ait eadem Senecæ verba ex parte resumens, & corrigens Lactant. sup. cap. 7.) *neque Dij sunt, neque Deos se vocari aut coli volunt.* Et paulò post. *Sciant quo nomine appellari debeant, ne Deum verum violent, cuius nomen expugnant, dum pluribus tribuunt. Credant Apollini suo, qui eodem illo responso* (adduxerat illud Lactantius initio capitis) *vt Ioui principatum, sic cæteris Deis abstulit nomen. Tertius enim versus ostendit, Dei ministros, non Deos verum Angelos appellari oportere.*

Error contrarius in nonnullis notatus, & reiectus.

76 At non impropriè sed propriè acceptam generationem concessisse Intelligentiis debuerunt, Cabalici & Arabum nonnulli, inter quos Auicenna apud Auaniam l. 1. de natura dæmonum cap. 5. qui Intelligentias progenitas fuisse ab aliis Intelligentiis censuerunt. Nam cùm via creandi in creaturas non cadat, quisquis Intelligentias à creatura effectas dicit, propriè genitas fuisse, fateatur necesse est. Fauetque huic de Arabum illorum sententia opinioni, quod mortales quoque Intelligentias fecerunt, vt idem Auanias commemorat, vt inferius attingemus. At mortalitas illa naturaliter obueniens, pro-

priò dictam rei sic pendentis esse, generationem arguit, iuxta illud Nysseni hom. 4. in Eccles. *Genesim, sequitur Exitus*, id est, generationem corruptio. Eandem de Intelligentiarum propria generatione sententiam, deque multiplici inter eas sexu ad procreationis usum, Græcis Philosophis & Poetis tribuere videtur Theodoretus in epitome Diuin. decretor. c. de Angelis. Sed hallucinati sunt vehementer quicumque tandem sic senserant, & ex ipsa Intelligentiarum incorruptibilitate inferiùs astruenda, sufficientissimè reuincuntur. Nam ut ut rectè philosophatur Lactant. 1. instit. cap. 8. Rebus inferioribus propter maiorem à principio primo distantiam, prouisa est propriè dicta generatio, aliarum ex aliis, ut quandoquidem essent conditione mortalitatis obstrictæ, mutua possent successione seruari. Intelligentiis itaque, quia immortales sunt, neque alter sexus, neque successio necessaria est. Præclarè idem attigit Aristoteles 2. de gener. t. 59. ut perinde mirer contrarium ei tribui à Franc. Georgio in harmonia cantic. tomo 8. c. 31. Hæc etiam respexit Plato apud Theodor. l. 12. contra Græcos sub fin. inter hominis bona nuptias collocans, easque immortalitatis tutelam inuentum, generisque humani stabilitatem appellans. Nempe Intelligentiis quæ ex natura sua stabiles sunt, & immortales, bonum illud nobis proprium, consentaneum non est.

77 Sed præclarè hoc inter nos & Intelligentias discrimen, tradidit idem Theodoretus l. 3. aduersus Græcos sub fin. & capite citato de epitome Diuinorum decretorum, cuius posterioris loci hæc verba sunt. *Quoniam mors hominum naturam depredatur, & tamquam messor quidem non solum secat sed etiam [illegible] amputat, matura nuptiarum opus habuit, ut qui interim cadebant, & seminarent, & pro iis qui excidebantur aliis spicas introducerent, & per agriculturam conterent maturæ messoris. Immortali autem naturæ superuacanea est generis diuisio,* (nempe per sexum) *neque enim incrementis opus habent, dum non diminuuntur, &c.* Additque paulò post, Deum hac de causa non duas tantùm Intelligentias solas ab initio produxisse, quemadmodum in hominibus fecit, sed simul quotquot voluit produxisse Intelligentias. Omnem generis humani cum segetibus, mortalisque cum messoribus, ac denique nuptiarum cum seminante aut plantante analogiam elegantissimè prosequitur castus Ioseph apud eundem Theodoretum serm. 8. de prouidentia [illegible] ut loquitur Chrysost. in 2. ad Thessal. hom. 4. *amatorem pyram*, his præter cætera relinguere verba conatus. *Matrimonium generis, mensuram, & vie ad vitam hanc deducentis, semitam, violare non ausim. Cuius beneficium est quod humanum genus non defecit. Quod idem naturam hanc morte absumi non permittit, sed plantationes suas secantis manum cæcè, & germinatione messoris falcem superat, quod verni temporis naturam innouare, quod post eam quæ hyeme facta est prædationem apparent, quæ per hyemem spoliata & excisa fuere denuo vestit.* Hæc ille. Legendus præterea ad comparationis illius absolutionem Nilus orat. 1. de Pasch. apud Phot. cod. 276. Itaque Intelligentiæ quibus nec æstas, nec hyems infesta est; nec sementis, nec vere renouante, ad dispendia sua sarcienda egent, sed per solam creationem ab æquiuoco principio fiunt, connaturaliter loquendo.

Intelligentiæ nullo vi sunt generabiles.

78 Addidi connaturaliter, ne cogar hic exactè acquiescere in sententiâ, quam videtur sequi Galu. lect. 44. in Canon. neque quid Intelligentia potestate Diuina vi educi ex subiecto. Si enim id possibile esse defendatur, certum tamen est, quod sit præternaturale. Mihi tamen, vt obiter tantum exponam quid de ea re sentiam, videtur ea eductio contradictionem implicare, non quidem ex ratione substantiæ immaterialis, quia stando præcisè in hoc, non video repugnantiam. Cur enim dicemus implicare vt anima rationalis diuinitus, ac præter connaturalem exigentiam suam producatur, interueniente concursu subiectiuo materiæ, non quidem tanquam connaturali aut requisito, sed tanquam ex Diuina voluntate obedientialiter ad hoc vsurpato? Neo itaque ex eo capite puto implicare eductionem illam, sed ex eo quid Intelligentia sit substantia completa, ac proinde inunibilis alteri per modum actus, contra Caietan. in 1. q. 3. art. 1. lit. G, abundè concedentem Angelum esse compossibilem alicui eâdem ratione quâ anima vnitur corpori, ita vt resultet inde vnum per se; qui certè non video quâ viâ ostensurus sit Caietanus implicare contradictionem, id enim tantum asseritur, quia supponitur plures substantias completas non posse ad inuicem vniri, & habere habitudinem illam perfectiui ac perfectibilis, quæ exigitur ad substantias diuersas constituentes vnum per se. Impugnauimus eam suprà in hac parte Sibyllarum, agentes de Intelligentiarum spiritualitate, dist. 2. numero 47.

Intelligentiæ non sunt propriè corruptibiles.

79 Secundò, Dixi Intelligentias esse tantùm largè mutabiles quoad desitionem, quatenus scilicet non nisi per annihilationem diuinitus factibilem, desinere possunt ob simplicitatem suam substantialem, corruptionis seu resolutionis substantialis incapacem. At annihilatio vt Durand. in 1. d. 8. parte 1. q. 3. n. 4. rectè docet, est impropria & largè dicta mutatio, quia per eam res penitus destruitur, nec subest eadem vtrique termino, quod est de ratione propriæ mutationis. Ab hac ergo qualicumque mutabilitate, eximere se nequeunt Intelligentiæ, ob perpetuam à Deo dependentiam, quâ subtractâ illicò relaberentur in nihilum, & mutationem hanc negatiuam late dictam subirent. Quod tamen mutationem propriè dictam, quoad desitionem nequeant subire, manifestissimum est ex earum productione quæ per creationem fuit; At creationi non potest respondere corruptio, quia res quæ connaturaliter creatur, simplex est & per se stans, ac proinde non potest esse obnoxia corruptioni, quæ est interitus per dissolutionem vinculi annectentis partes Physicas essentiales, perque abscessum formæ à materia, ex 3. contra gent. c. 55. *Vnum enim quodque simplex* (verba sunt Cassiodori lib. de anima c. 10.) *habere nescit aduersum, & ideò semper manet, quoniam in essentia sua non habet finem.* Quod ille & in anima nostra & in omnibus spiritualibus substantiis valere asserit, omnes enim ait esse immortales & incorruptibiles propter simplicitatem & independentiam à subiecto.

Hac de causa S. Dionys. c. 4. Diuin. nom. ait: *Deum nominari bonum tam respectu*

spectu rerum quae sunt, tum etiam respectu earum quae non sunt. Priore tollitur designat Intelligentias, posteriore res materiales, quod solemne illi esse, ex S. Maximo docente Turriano ad Decadē 3. Cyparisso 1, [illegible] quòd Intelligentiae quippe [illegible], [illegible] quaeque capaces sunt [illegible], dicuntur *esse*. Materialia verò ob [illegible] materiae [illegible], vt cum Philosopho loquamur, [illegible] & [illegible] formam productis, interitui ac dissolutioni sunt obnoxia, ideoque dicuntur *non esse*. Quae esse [illegible] Platonicorum loquendi modum, late tradit Proclus ad secundam partē Timaei [illegible]. Eodem pertinet discursus authoris libri de causis, qui constat ex Procli [illegible], sicut Proclus profecit ex Dionysio. Propositione siquidem 26. ita habemus. *Omnis substantia stans per seipsam, [illegible]* est Intelligentia, vt constat ex propositione 13. & 21. [illegible]. Et propositione [illegible] *Omnis substantia destructibilis aut simplex [illegible] aut est composita, aut est [illegible]* Vtramque propositionum probare licet vnicō illo argumento quod cōnectit Author ille pro priore propositione, nempe *quod omne quod corrumpitur, [illegible], quia separatur à causa sua.* (intellige intrinsecè componente ac interna, cuiusmodi est materia & forma: nam separatio ab extrinseca rei causa, non sufficit ad veram rei corruptionem de qua agimus) atqui Intelligentia cùm sit simplex substantia, [illegible] sibi ipsi interna causa, sicut ergo est à se inseparabilis, ita etiā nullo modo est corruptibilis propriè, cōtra quam [illegible] materialibus & compositis ob contrariam causam. Id [illegible] docet Max. Tyrius dissert. 17.

[illegible] Praeterea his Platonicis Magister, cuius illud est apud Patrem decantatissimum, conditoris nomine in Timaeo parte 2. *Dij* (inquit) *Deorum, quorum ego & pater sum & [illegible], immortales quidem omnino non estis, [illegible], quia procreati estis, neque tamen dissoluemini, hac vinculo constricti ex [illegible] quae mortem superat voluntatis.* Sensus est, Intelligentias quia procreatae sunt, posse quidem desinere, nunquam tamen destruendas fore, ita sanciente Deo, qui vt post relatum eum Platonis locum expendit insignis Platonicus Aeneas Gazaeus circa medium dialogi quem inscripsit Theophrastum, nullam earum quae sunt rationis compotes substantiarum, mortalem fecit; eò quòd omnis huiusmodi substantia, sit Dei imago ob participationem intellectualitatis, eamque consequentis libertatis & dominij in res non liberas. Atqui quod mortale est, non est imago & similitudo rei immortalis; sed ei potius opponitur è diametro, ergo Intelligentiae immortales sunt. Nexus autem quibus Plato suprà, ait colligatas fuisse Intelligentias cùm procreatae sunt, quósque ait Dei voluntate fore potiores, non sunt vincula quaedam, siue vniones materiae & formae Intelligentiarum, quod & earum spiritualitati & simplicitati & incorruptibilitati praeiudicaret; sed sunt actiones quibus Intelligentiae à Deo pendent, aeternumque pendebunt. Ex illis enim actionibus, & Intelligentiis dependentibus, exurgunt composita quaedam, actionum illarum suspensione dissolubilia. Et hoc sensu valet ratio ibidem praemissa ad probandam Intelligentiarum destructibilitatem diuinitus factibilem; *dissolubile esse, omne siquidem quod vinctum est, solui potest; sed malè est, quod pulchrè compositum est, atque habet bene, velle dissoluere.* Quae dicta sunt, supponendo quod locus ille ad Intelligentias pertinent,

e passos supponunt Patres, & illas loca accipientes, ut nesciam qui sint illi eradicatores quos Cœlius 2. lectio. antiquar. c. 8. ait eius locum ad cœlus ex elementis constitutos referre. Sed & ante Platonem Hermes iure quoque a Cyrillo laudatus 2. in Iulia. ad t. 5. confert Deum agricolæ varia semina terræ committenti, & hic quidem hordeum, hic triticum, alibi verò aliud quippiam seminanti. Ita enim Deus iuxta Hermetem in cælo immortalitatem seminavit, (creando immortales Intelligentias) in terra, vicissitudinem & mutabilitatem, in omnibus universè vitam & motum, latè sumpto vitæ nomine ut diss. 1. n. 6. notavimus.

81 Aristotelis in hac parte mens non est obscura, disertè enim t. 29. libri 12. Metaph. affirmat Intelligentias esse sempiternas & immortales, ac idcirco carere materia. & 9. Metaph. t. 19. negat in Intelligentias cadere compositionem. Et denique 1. cæli t. 100. affirmat Intelligentias esse impassibiles & inalterabiles, optimamque vitam degere per æternitatem. Sed non est mirum innotuisse hoc Philosophis acutissimis, quandoquidem id quoque semper fuit Poetarum ac vulgi sensus. Quinetiam inter Saracenos, gentem barbaram & literis semper infestam, viguit semper hæc opinio, ut aliis multis ostendi posset, tum præsertim lepido illo Alamundari Saracenorum Principis facto apud Theodorum lectorem 2. collectaneorum & Nicephorum l. 16. c. 31. Cùm enim Christianismum cogitaret, utrimque ad partes suas & hæreses submissis factionis suæ hominibus, pellicere tentaret Severus Antiochenus, duplicis in Christo naturæ inficiator, atque adeò Divinitatem passam ac mortuam docens; confinxit Saracenus delatas ad se literas, quibus nunciaretur Michaëlem Archangelum, nuper admodum vita defunctum esse. Negantibus Saracenis id ut eam esse quæ fieri posset; annuit Saracenus: at *quomodo igitur* (inquit) *si duas naturas Christus non habet, nudum enim Deum passum, cum ne Angelum quidem, puta incorporeum, vel mori queat?* Quo responso pudefacti fabulones illi, abscesserunt.

Cardani circa Intelligentiarum corruptibilitatem error, & fabula.

82 Atque utinam asseruisset mortalitatis quarundam Intelligentiarum assertor Cardanus, ut & ipsum non indecoro rubore perfundi contingeret. Sed pudorem abiecisse omnem oportuit, qui scribere non erubuit l. 19. de subtilit. ferè initio & l. 16. de variet. cap. 93. Facium patrem suum, (quem per annos ferme triginta, familiarem habuisse dæmonem refert,) scriptum reliquisse, audiisse se à dæmonibus duobus, quorum alter trecentorum, alter ducentorum dæmunculorum scholæ præesset, qui etiam Averroistas se profiterentur, & Averroëm allegarent, & immortalitatem animæ rationalis diffiterentur: (congruentiorem sibi sectam & doctrinam profiteri non poterant;) audiuisse inquam, ipsos quoque dæmones, sicut & nos, interire & nasci, quamuis vita sint longiore, utpote quæ ad annos trecentos extendatur, quod Cardanus priore loco ex ipsorum dæmonum responso, compertum ait, posteriore verò negat, sed à patre coniectatum esse ait ex eorum facie, eos ad ducentos aut trecentos annos vitam prorogare. Ut non modo in patrem contumeliosus, hîc eius probra æternùm occultanda vulgando, sed etiam aperte mendax deprehendatur,

in breui fabella semel recantata Cardanus. Liberalius mentitus est Cleombrotus apud Plutarchum libro de defectu oraculorum n. 8. & 9. asserens dæmones certis temporum curriculis interire, eorúmque vitæ cursus mille septingentos viginti annos esse subductos. Panis quoque dæmonis mortem sub Tiberio, & Britannorum dæmonum interitum, ex certis ipsius allegat hominibus compertum suo tempore fuisse refert n. 17. Descripsit eum Plutarchi locum Euseb. 5. præpar. c. 9. Eodem pertinet exustio dæmonum & ex ea conspicui cineres apud Tuscos, vt scripsit Cælius l. 2. c. 5. citato ex Porphyrio, quem suis temporibus castiles & terreos dæmones in Tuscia videri solitos, scriptum reliquisse, memorat Marsil. Ficinus 4. de immortal. c. 1.

Sed hæc omnia nugas esse, nec aliunde quam à gloriosis illis, quos Cardanus paulò ante memorabat, & Auctoris familiæ Magistellis profecta, compertum est ex incorporeitate & spiritualitate dæmonum, quibus iidem Magistelli immortalitatem non negassent, vtpote naturâ perfectioribus, si animæ concessissent. Quo ex capite dæmonum immortalitatem & incommutabilitatem in quamcumque aliam substantiam, probat Max. Tyrius dissert. 27. num. 159. præmittens n. 157. consentaneum esse, ne eos ex aliquo constare existimemus, quod dissolui dissoluive possit; sic enim necessitatem naturæ eorum, cui prospectam esse debet, fore excindendam. Magni tamen illius Panis interitum, Eusebius loco allegato, non incongruè ad excessum, Christi tunc passi morte, dæmonis imperium, (quæ mystica eius mors fuit,) referendum esse censet.

Intelligentiæ sunt suapte naturâ perpetuæ, & an per ordinem ad Deum.

8. Tertiò, Addebam Intelligentias esse suapte naturâ immortales, ac immunes à corruptione, etiam latè dicta. Quamuis enim concesserim, Intelligentias esse annihilabiles per subtractionem concursus conseruantis, ac proinde latè corruptibiles; tamen natura earum aliud postulat, quia cùm non habeant materiam, sed sint actus substantiales simplices, nihil intra se continent quod sit dissidij fomes, & dissolutionis origo. In quo differunt à corporibus, quæ suapte natura sunt corruptibilia, quia continent intra se materiam quæ est potentia positiuè inclinans ad non esse, quatenus exceptam formam perosa, excidium ei machinatur, cum superuenturis formis adiura eadem fide, quæ est corruptibilitatis corporum prima radix.

Pars negans.

Controuersia tamen est, fortè potiùs de vocibus quàm de re, sintne Intelligentiæ, respectu quoque Diuinæ potentiæ, dicendæ suapte natura immortales, ac latè incorruptibiles. Negat Aur. apud Capreol. in 1. d. 8. q. 1. in argumentis contra 2. Vasq. 1. p. d. 182. cap. 2. Less. 3. de summo bono, n. 114. & alij qui multos pro se Patres ac Scholasticos adducunt, pronunciantes Intelligentias immortales esse per gratiam non per naturam, quibus adde illustrem locum S. Ambrosij 3. de fide, c. 2. *Alia (inquit) immortalitas Diuinæ naturæ, alia nostra est. Non sunt fragilia comparanda Diuinis. Vna sola substantia Diuinitatis quæ mori nescit. Vnde & Apostolus cum sciret animam & Angelos immortales, quod solus Deus im-*

mortalis

mortalitatem habeat, prædicant. *Nam & animæ moriuntur, anima enim quæ peccat ipsa morietur. Nec etiam Angelus natura sua immortalis est naturaliter, cuius immortalitas in voluntate est Creatoris.* Illustria verò sunt quæ ex Philoxeno in capitulis contra Diodorum Tarsensem recitat Moses Barcephas parte 3. expositionis de Paradiso ad secundam quæstionem. *Immortalitas* (inquit) *ad solum Deum spectat, & si alia sit natura quæ non dissoluatur, non ex sua natura hoc permanet, sed ex gratia donatum sibi ab illo habet; id autem quod aliunde acceptum fertur, id rursus pro illius arbitrio adimi potest.* Ita Philoxenus, alludens vt ibi aduertit Andreas Masius ad Platonem in Timæo quem adduximus numero superiore.

Pars affirmans.

Alij verò, è contrà affirmant Intelligentias esse suapte natura indestructibiles, & immortales, etiam respectu Diuinæ potentiæ, quamuis præternaturaliter & contra exigentiam naturæ suæ, nullam positiuam potentiam habentis ad destructionem, possint destrui ac desinere esse. Ita Val. 2. p. d. 4. q. 1. p. 4. in fin. post Caiet. 1. p. q. 9. art. 2. & q. 44. art. 1. videturque sententia D. Thomæ 2. contra gent. cap. 55. & q. 5. de potentia art. 5. aliisque locis quæ allegat Capr. in 1. d. 8. q. 3. concl. 2. & 3. & idcirco vt notant Caiet. art. illo 1. admittit plura entia necessaria, quod aliqui grauiter notarunt, defendit autem ibi Caietanus.

84 Hæc lis, vt dicebam, videtur potius de nomine. Consentiunt enim omnes, naturaliter loquendo, Intelligentias esse indestructibiles, eisque naturæ eorum conseruationem, vt diuinitus non destruantur. Consentiunt item, eas diuinitus destrui posse. Itaque controuertitur tantùm, an ea destructibilitas diuinitus factibilis contra exigentiam naturæ Intelligentiarum, dicenda sit naturalis, & an perpetua conseruatio, interitum ac destructionem inhibens, censenda sit ad connaturale debitum, vel ad gratiam & beneficentiam conseruantis Dei pertinere, quæ modica res est, cùm parum intersit, admissis illis quæ apud omnes rata esse diximus, hoccine vel illo modo loquare.

Præfertur modus loquendi posterioris partis.

Tamen quia non est negligenda vocum proprietas, cùm sine rerum dispendio eam retinere liceat, modus loquendi posterioris partis cōgruentior videtur. Vt enim rectè philosophatur Capreol. suprà, & ad argumenta Aur. contra 2. illam conclus. Intelligentiæ carent potentia positiua inclinante ad non esse, ergo sunt suapte natura indestructibiles. Sola autem non impossibilitas destructionis, non est censenda potentia positiua ad non esse, vt alij censuisse videntur: sed minus benè, cùm ea non impossibilitas, non sit propriè potentia naturalis, sed tantùm non repugnantia, vt admittit etiam Vasq. 1. 2. d. 21. num. 17. Et quia vox principij interni destructionis, sonat potentiam illam positiuam ad non esse, propterea non placet Argentina qui in 2. d. 1. q. 1. art. 2. in fin. tale principium in Angelis admittit, eò quòd conseruatione egeant.

85 Patres & Scholastici in contrarium adducti, facilè explicantur. vt enim aduertit Gabriel in 2. d. 5. q. vnica litera A, mens eorum duntaxat est, asserere Intelligentias ex vi coherentiæ terminorum essentiam earum compingentium, non esse ra-

les

les quas repugnet destrui, sicut id repugnat Deo vi suæ essentiæ. Minimè tamen negare volunt, connaturalem esse Intelligentiis indissolubilitatem, etiam per comparationem ad Deum destruentem, si principia earum intrinsecè & connaturalis exigentia perseuerantiæ in esse, consideretur. Et ita significat Isid. Pelus. l. 4. epist. 149. & expressè Moses Barcepha suprà ad primam Iuliani Halicarnassæi obiectionem. Posset tamen alicui videri hanc explicationem non ita commodè aptari Damasceno Dialog. contra Manich. num. 5. eo enim loco Damascenus non tantum admittit dissolubilitatem Intelligentiarum diuinitus factibilem, sed etiam concedere videtur, eas post certum temporis ætatis quasi senescere, & defecturas esse, nisi adsit Diuina vis continuans illas esse. Verba eius ita habent. *Quicquid initium habuit, semper naturâ finem quoque habebit: ac rursus quicquid finem habet, initium quoque habuit. Nam etiam Angeli, cum initium habuerint, finem quoque suâ naturâ habent, etiamsi diuinâ gratiâ esse rursus incipiant ac renouentur. Quemadmodum enim [illegible] corpus, [illegible] spiritu, cum [illegible] corpus, à loco [illegible]; cum autem ad eum locum peruenit unde exsurgit, [illegible] suam ac [illegible] motum absoluit, ac rursus motum suum [illegible], [illegible] motum [illegible], [illegible] suum motum non [illegible], quod is [illegible], qui ipsum mouere iussit. Eodem modo Angeli quoque, qui [illegible] agitantur, cùm ad [illegible] suæ finem peruenerunt, [illegible] vitalem motum rursus [illegible]. Semper enim à Deo, cum [illegible] sint, [illegible] in [illegible], [illegible], [illegible] naturâ [illegible] habeant. Et [illegible], quòd si perpetuò impellitur, perpetuò quoque mouetur, [illegible] à se motum haud [illegible] habet: sic etiam Angeli cum à [illegible] sint, ne habeant tamen per [illegible], [illegible] semper [illegible] mouet. Quod si ille non mouetur, motum deficeret. Itaque quod initium habet, omnino finem quoque habet; ac rursus quod finem habet, id initium [illegible].*

Verùm in his verbis, analogia Intelligentiarum & corporis perpetuò mobilis, id est cæli, quod perfecta continuatione eget noua actiuitate motoris mutum perpetuantis, hæc inquam analogia non est in eo collocanda, quòd sicut cæli motus sensim elanguescat defluente & dilabente paulatim impetu; ita & vita Intelligentiarum paulatim ad senium vergat, ideòque egeat Diuina vi eam renouante, & ad iuuentam reuocante. Id enim est prorsus absurdum, meritóque notatur à Trismegisto cap. 8. Asclepij, agnoscente in Intelligentiis immortalitatem, & vnius semper ætatis vigorem, vtpote ex nobilissima perenne naturæ effectis. In eo igitur collocanda est analogia, quòd sicut motus cæli eget continuo influxu motoris, ita & vitalis agitatio, seu persistentia Intelligentiarum in vita, eget Diuino concursu conseruante, quo subtracto deficerent illicò, tametsi contra subtractionem suapte natura refugiant. Similiter explicandus erit locus Arnobij l. 2. n. 28. affirmantis *[illegible] animas mortem posse extinguere spiritus [illegible] quæ adeò sit non naturâ, sed Dei tantum munere immortales esse*: Quam expositionem approbat Feuard. ad similem Irenæi locum l. 2. cap 64. quanquam quoad Arnobium attinet, si ea expositio displiceat, licebit ex Hieronymo epist. 76. commodiorem petere.

ARTI-

ARTICVLVS IX.

De Intelligentiarum circumscriptione ac mutabilitate, quoad locum & durationem.

86 Restringo me ad localem & durationis Intelligentiarum circumscriptionem, quia hæc sola inter reliquas, quæ de his formis ad Intelligentias comparatis tractari possunt, pertinet ad tractationem de vniuerso, cuius illuc finibus continetur. Et eo siquidem quòd res immensa & æterna sit, seu nullis locorum ac temporum terminis clausa, habent eius immutabilitas quoad correspondentiam ad varia loca & tempora, quod ad rei vnitatem perfectam, vt infrà circa Deum declarabimus, permultum confert; & è contrà rei quoad tempus & locum circumscriptio, multiplicitatem quandam rei adducit, ac mutabilitatē cum perfecta vnitate pugnantem. Itaque de ea circumscriptione, breuiter nunc est agendum; quæ verò præterea, præsertim circa locum, & modum quo Intelligentia ad eum se habet, disputari possent; infrà, cùm de potentia Intelligentiarum motrice sermo erit, opportunè tractabuntur.

ASSERTIO.

Intelligentiæ, ex quo sunt, necessariò sunt in aliquo & quidem finito duntaxat spatio, ideoque & immensitate carent, & immutabilitate quoad locum. Durationem omnes habent extrinsecè duntaxat partibilem, iisdémque finibus à parte ante, quibus mundi corporei duratio terminatur.

PRIMÒ, tribuo Intelligentiis localem circumscriptionem, eiusque appendicem, nempe localem mutabilitatem. Cuiusmodi autem sit locus cui coëxistere potest ac debet Intelligentia, an scilicet sit punctalis tantùm, qui impropriè locus dicitur, vel partibilis; item an positiuus, an duntaxat imaginarius; adæquatus, an inadæquatus; nunc non moror. Tantùm contendo, Intelligentiam si supponatur existere in rerum natura, debere necessariò esse in aliquo loco vero vel imaginario, punctali vel sectili, suæque virtuti adæquato vel non adæquato, contra quam senserunt Thomistæ, & alij nonnulli, qui affirmant Intelligentias nullibi fore, si nullibi agant, itémque alij apud Durand. in 1. d. 37. parte 2. q. 1. num. 12. affirmantes Intelligentias nullo modo posse esse in loco corporeo; ac tandem alij quibus visum est Intelligentias esse vbique, quod Platonicis quibusdam tribuit Marsil. Ficinus 2. de immortalit. cap. 6. & videtur haberi ex Plotino Ennea. 6. l. 5. c. 4. & disertè ex Iamblico l. de mysteriis 5. & voce tenus duntaxat, id docet Porphyrius initio libri de occasionibus & §. 25.

Intelligentiæ non sunt nullibi.

87 Et quidem Thomistas relinquere videtur communis omnium conceptio, quam experientia testatur, approbátque Aristoteles 4. Phys. t. 1. *Quæ sunt* (inquit) *omnes existimant alicubi esse: quod enim non est, nusquam esse, vbi enim est Hircocerus aut Sphinx?* Quæ verba proferri contra eos qui substantias nullas separatas agnoscebant, solaque corpora in rerum natura esse putabant, docuit ibi cum Alexandro aliquis. Allusit autem Aristoteles verbis illis, verè ea sua

monte prolatis, ad illud Platonis in Timæo parte 5. nō multùm ab initio. *Affirmamus necessarium esse, vt quidquid est, alicubi sit collocatum, regionémque aliquam occupet. Quod verò nec terra, nec vllo vniuersi situ comprehenditur, hoc nihil quicquam esse arbitramur.* Idem dixit Tull. 1. Tuscul. *quod est* (inquit) *nullibi esse non puto.* Itaque inferos si sunt necessario alicubi esse, mentiō intere. Denique apertè idem tradidit Aug. epist. 57. verbis illis, *Tolle spatia corporibus, & nusquam erunt, & quia nusquam erunt, omnino non erunt.* Vbi vides Augustinum disertè concedere rem si nullibi sit, omnino non esse; nam quod de corporibus agat, parum refert, quia necessitas asserendi quòd corpus si est, alicubi sit, non oritur ex ratione corporis, sed generaliter ex ratione existentis in natura rerum. Et verò quis vel concipere queat rem aliquam in rerum natura existere, & nulli parti vel puncto spatij imaginarij coexistere? Quis item imaginetur rem aliquam verè à Deo pendentem, eidem per omnia spatia infinitè ex porrecto nullibi coexistere, seu nec adesse nec ab eo abesse? Vrgetque id præsertim in sententia aduersariorum, quibus alibi ratum est, causam non posse operari, atque adeò neque effectum posse fieri, nisi causa, & passum, effectúsque in ea productus, localiter coexistant. Quare ego quidem placitum illud quòd Intelligentiæ possint aliquando esse in natura rerum, & tamen nullibi esse, non modo iudico inintelligibile cùm Alberti coroll. 5. de vbi dubit. 1. num. 11. sed etiam contra eundem num. 12. iudico impossibile. Et ita rectè censuit Mol. 1. parte, quæst. 52. art. 1. d. vnica membro 4.

Possunt esse in loco corporeo & quatenus.

88 Iam qui Intelligentias esse vllomodo in loco negant, inter quos videtur Porphyr. initio libri de occasionibus; præter Fidei sacra quæ concessimus, (docet enim Fides, Intelligentias ingredi ad nos, & egredi, aliaque præstare certissima argumenta localis præsentiæ,) manifestè etiam repugnant Aristoteli & experientiæ. Nam Aristoteles quidem Intelligentias cœlorum motrices in eorum certa parte constituit, vbi velocissimus est motus: plerumque etiā effectus quos Intelligentiæ in quibusdā corporibus eliciunt, earum ad huiusmodi corpora præsentiam, vel vt cauillos præcidamus, indistantiam à corporibus illis, euincunt. Ergo Intelligentiæ sunt aliquo tandem modo in loco corporeo. Quod ita perspicuum censuit Guilielmus Paris. 2. 2. de vniuerso, cap. 83. vt dicat eos qui id negant, esse intolerabiliter incredulos. Neque eis fauet Aristoteles 1. cœli cap. 9. t. 100. cùm ait Intelligentias illas, quas admittit extra cœlum, non esse aptas in loco esse. Quin potiùs eo capite, vt notauit Genebrard. 3. de Trinit. ad ver. 39. symboli Athanasij, & Eugubinus in fine libri de rebus corporeis & incorporeis ac 3. de perenni Philos. cap. 15. annuente Simplicio, & Platonem aliósque veteres allegante 4. Physic. in digress. de loco, Intelligentias locat in cœlo Empyreo, quod non negarunt alij quidam Philosophi apud Guilielmū Parisiensem 2. 2. de vniuerso, c. 82. affirmantes Deum esse locum Intelligentiarum. Id enim mysticè dictum est, ad designandam inquietum esse cor omnis creaturæ, donec requiescat in Deo, (vt pulchrè etiam traditur à

D.Gregor.

D. Gregor. 8. Moral. c. 15. ad illud, *ne-que cognoscet eum amplius locus suus.*) nec excludit Intelligentiarum existentiam in Empyreo, et ab eodem Gulielmo asseruisse videmur ibid. c. 86. & asseruisse videntur assertores Empyreorum Angelorum, Trismegistus apud Iamblichum de myster. 5. 59. & Porphyrium apud August. 10. civit. c. 9. Nec alibi Intelligentias locasse Aristotelē non male contendunt praeter illi quos adduximus.

Sensus autem eius in verbis allegatis duntaxat est, Intelligentias non posse esse in loco more corporum, seu, *circumscriptiuè*, aut vt modernioribus hunc loquendi modum (verba sunt Gregorij in 2. d. 2. q. 2. art. 2.) antiquiore commutemus, *dimensiuè* ac *quantitatiuè*. Nempe secundùm varias sui partes, variis loci partibus, & secundùm sui vltimum, vltimo spatij ac loco correspondendo. Hoc tamē non vetat quominus tota Intelligentia ita adsit toti alicui spatio, singulisque eius partibus, vt inter Intelligentiam & vltimas spatij illius partes nihil medium, quem esse quendam Intelligentiæ & spatij contactum, rectè admittit Gabr. in 2. dist. 2. q. 2. littera D. Passim eum modum loco correspondendi vocant *definitiuum* communi eiusdem locationis nomine ad istam restrictè, ob vocabulorum penuriam. Dicitur enim ens loco definiri, quia clauditur quibusdam quasi finibus, extra quos non funditur, quā ea parte locatiu definitiua eius circumscriptiua convenit. Vsus tamen, vocem locationis definitiuæ restrinxit ad talem intra spatium conclusionem, quæ circumscriptiuæ ac dimensiuæ paulò ante propositæ contraponatur.

Non sunt vbique.

19 Tandem qui Intelligentias fecere immensas, aut vbique diffusas, non attenderunt finitatem essentialem Intelligentiæ, cui finita localis præsentia correspondere debet. Præsertim quia admissa in Intelligentiis immensitate, aut vbiquitate, admittendum etiam foret eas vbique simul agere posse, quod non est finitæ earum actiuitati consentaneum. Aristoteles quoque locis suprà allegatis, Intelligentias certis spatiis manifestè definiuit; à quo immeritò defecit Scalig. exerc. 359. n. 6. Intelligentiam motricem diffundens per totum suum orbem. Quod videtur quoque asseruisse autor Theolog. Ægypt. l. 4. c. 7. & fuerat etiam quorundam sententia apud Guliel. Paris. 2. 2. de vniuerso, c. 80. qui ait, *Eum præter admirationem habere etiam horrorem unumeratione habere etiam ... dicta manetur, atque periculosa ... multiplici contradictione laborare.* Sed & Capr. in 2. d. 9. ad 3. & 7. principale, ait eam sententiam non esse consonam Fidei. Quia si Intelligentia esset in toto suo orbe, posset (quod Patres negant, ac nominatim Damasc. 2. Fid. c. 3.) esse simul in cœlo & in terra, cùm maior sit longitudo, latitudo, & profunditas octaui cœli verbi gratia, quàm capedo inter cœlum & terram. Sed dimissis censuris, mihi satis est dicere sententiam illam omni rationabili fundamento destitui. Nullum enim est indicium tantæ in Intelligentia expansionis, quia ex modico spatio facilè concredimus sibi orbem vel astrum mouere poterit, sicut neque figulus adest toti rotæ, quam torquet, sed alicui tantùm eius parti. Monstrosius est quod refert Cantacuz. orat. 2. in Mahometem n. 5. & 4. nempe iactatum à spurcissimo illo fuisse, visos ab se duos Angelos, vnum millies, alterum decies millenis vicibus maiorem vniuerso mūdo. Verùm haec eum.

communem auctori suo tribuisse, confutasse est.

Finitas loci earum, qualis.

90. Habent ergo Intelligentiæ locum finitum, & absolutè maximum, vltra quem profundi nequeunt, quod, vt dicebam, finitas essentiæ & actiuitatis earum persuadet. vnde præterea licet colligere cum Gregor. in 2. dist. 2. q. 1. artic. 2. Intelligentiam determinari ad maximum locum secundum quamcumque dimensionem, ita vt sit vna aliqua summa longitudo cui Intelligentia possit correspondere, & non maiori; & vna item summa latitudo, altitudo, atque profunditas. Rationabiliter etiam, alij inde idem colligunt, Intelligentias quò perfectiores sunt essentialiter, eò amplioris loci et actiuitatis esse capaces. Facilè autem diluitur quod opponit Rubion. in 2. d. 2. q. 3. artic. 2. in fin. nempe quòd anima vegetatiua quæ imperfectior est sentiente, multò plus loci occupet, quàm sentiens, vt constat ex tanta quarumdam arborum proceritate, quam ne sagittæ quidem superare queant, teste Plinio l. 7. cap. 2. ex quo alia quoque in eam rem petit pollicet l. 12 cap. 1. & ex Scalig. exercit. 166. ac Iosepho a Costa 4. histor. Ind. c. 30. Item quòd anima sentiens multò plus loci occupet, quàm rationalis, vt docet vastitas multorum brutorum præ homine. Nota vastitas elephantorum, sed longè adhuc maior balenarum de quibus Scalig. exerc. 114. n. 10. Merula parte 1. Cosmogr. l. 3. c. 5. in fin. & iam olim S. Basil. homil. 7. Exaem. referens Cete quædam quasi montes & insulas. An non his comparati quicúmque homines, etiam de genere gigantæo, velut locustæ videbuntur? Colligit ergo hinc Rubionius ex maiori essentiali Intelligentiarum perfectione, non inferri maiorem earum diffusionem localem. Sed dicebam hoc facilè retundi, quia formæ illæ quæ opponebantur sunt materiales, & partibiles, crescuntque extensiue, nec correspondent maiori spatio per simplicem suam entitatem, sed per nouas partes: At in Intelligentia, plus extendi, arguit maiorem perfectionem ob spiritualitatem & impartibilitatem, idemque valeret in anima rationali, nisi in ea extensio inæqualis prodiret ex conditione materiæ, & dispositionum inæqualitate, omnibus cæteróqui animabus rationalibus, quantum est ex se, æquè diffusibilibus, si materia informanda id pateretur.

91. Quanta verò præcisè sit sphæra illa maximi loci Intelligentiæ cuiusuis, definiri à nobis non potest. Certè Ockam quodl. 1. q. 4. ad dubium 2. cum tenuisset id definire per maximum spatium quod informare posset Intelligentia, si esset forma corporis, videtur adhuc plus debere Intelligentiæ, quippe perfectiori, quàm debeatur animabus, concluso per (*nescio*.) Nec verò occurrere potest expeditior via ad satisfaciendum interrogationi propositæ.

Localis earundem mutabilitas, colligitur.

Iam quomodo huic locali finitati Intelligentiarum, iungatur earundem localis mutabilitas, est per se notum. Quid enim vetat rem non vbique diffusam, sed certis spatij finibus clausam, & quod rectè contra nonnullos affirmat Suar. d. 51. Metaph. sect. 4. num. 16. loco minimè vnitam, sed tantùm extrinsecùs appositam, variare locum? Fingi siquidem non potest quod vni potius quàm alteri loco addicta sit, cùm à loco eiusve illis conditionibus

stitutionibus, vt corpora sublunaria, non dependeat. Sed hæc omnia plenius illustrabuntur in sequentibus, cùm de vi essentiæ Intelligentiarum sermo erit, nunc enim earum durationem localem finitatem, & mutabilitatem ei adiunctam, quia cum perfecta rei vnitate pugnat, considerauimus.

Externa Intelligentiarum duratio, ab eis differt.

92 SECVNDO. Egi de duratiua Intelligentiarum circumscriptione, eò quòd per hæc quoque, vt initio notaui, violetur summa veritas, tacebam, violenter summa veritas mecum non quantumuis volunt qui affirmant Intelligentiæ durationem differre ab ea à parte rei. Ita affirmat Scalig. exerc. 359. num. 7. quamquam fortassis durationem extrinsecam confundit cum interna, quæ tamen seiungendæ fuerant. Nam quemadmodum in corporibus, præter internam durationem, seu instans permanens ab eorum existentia indistinctum iuxta veriorem sententiam, assignatur alia externa duratio internam illam dimetiens, quæ tempus vocatur, ita etiam in Intelligentiis idem seruari potest. Et externam hanc durationem ab Intelligentiis distinctam, assignare voluisse videtur autor prædictus, cùm ait durationem Intelligentiarum esse extra eas. Quanquam malè existimat æternitatem Diuinam dimetiri extrinsecam Intelligentiarum durationem. Æternitas enim ob infinitatem, & limitum exclusionem, est inepta vt assumatur siue ad mensurandum tum aliam definitam, cuiusmodi est duratio Intelligentiarum, siue etiam ad mensurandum simpliciter, cùm sit æquè ignota, ac omne illud cui mensurando adhiberi potest; quod pugnat cum ratione mensuræ, ad quam, vt habetur ex Philosopho 10. Metaph. cap. 2. & 3. exponitque Durand. in 1. d. 2. quæst. 5. & 6. pertinet notificare mensuratum, vt proinde debeat esse eo notior.

Idem quorundam placitum de duratione interna.

93 At non pauci Intelligentiarum durationem, non iam extrinsecam, quæcumque tandem illa sit, sed intrinsecam, quam Aristoteles 1. cæli t. 100. æuum nominat, distinxerunt à parte rei ab ipsa Intelligentia, cum satis simultatem ac permanentiam Intelligentiæ, & successionem æui, quam putant asseri à Patribus interdum affirmantibus carentiam præteriti & futuri esse propriam æternitatis Diuinæ. Et sane nisi æuum successionem habeat, cum sit simul in æuiterno, præsens, præteritum & futurum, ex quo sequi videtur, impossibile fore vt æuiternum posito quòd semel fuerit non sit futurum, ac proinde omnia æuiterna essent indestructibilia etiam diuinitus, quòd constat admitti non posse. Non liceret item dicere, Intelligentiam fuisse creatam, & nūc creari, ac creandam seu conseruandam fore, nec vna Intelligentia posset esse antiquior vel iunior alterâ. Ita ex antiquioribus Mayro in 2. d. 2. q. 1. & 4. ex recentioribus verò Salas tract. 7. d. 2. n. 122. & Arri. 1. de gener. q. 44. s. 2. circa f. & alij quidam, tametsi non omnes eodem modo. Nam nonnulli statuunt omnem durationē creatam esse simpliciter successiuam, atque adeò perpetuum in ea fluxum, æquè ac in tempore, agnoscere videntur; alij autem volunt durationibus creatis permanentibus, cuiusmodi est æuum, accedere quidem semper aliquid nouum, nihil tamen præiacens decedere. Consentiunt tamen omnes quòd in æuo sit successio, saltem qua-

tempus non habet ab initio, quicquid posteà intrinsecè habet.

Improbatur.

94 Hanc sententiam S. Thomas quodl. 10. art. 4. negat esse intelligibilem & 1. p. q. 10. art. 5. ait eam implicare contradictionem. Et quamuis ea censura Scoto displicuerit in 2. d. 2. q. 1. indicanti sententiam illam esse probabilem, & pro se habere rationes probabiles, tamen si rectè constituamus naturam æui, apparebit rectè S. Thomam censuisse eam sententiam implicare contradictionem. Nã cùm sit duratio Intelligentiæ, duratio autẽ nihil sit distinctum à rei existentia, prout connotante antecessionem sui, seu quòd non tunc primò habeat esse in rerum natura; ergo sicut existentia Intelligentiæ est tota simul, & ita permanens, vt neque eius quicquam defluat, neque ei quicquam adueniat, ita æuum debet simul totum ac permanens. Nihil in hac ratiocinatione dubium est, præter illud quod assumo de internæ existentiæ & durationis identitate, quod cùm alibi fusè confirmatum fuerit, nunc sic breuiter ostendi potest: quia quicquid aliud ad rationem durationis explicandã connotaueris, præter existentiam vt connotantem sui antecessionem ac perseuerantiam in esse, superfluum erit, posita namque existentia, & connotatione illa, præcisisque aliis quibuscumque, non potest non intelligere eam coëxtitisse spatio temporis reali vel imaginario, ac tantum eius dilapsum, quod est rem durasse hactenus. Itaque Intelligentia sicut existit tota simul, ita etiam æuum & durationem suam entitatiuè & intrinsecè, siue quoad illud quod in recto dicit spectatam, habet totam simul. Quod expressit August. 12. Ciuit. c. 15. cùm dixit immortalitatem seu durationem Angelorum, non transire in tempore, nec esse præteritam quasi iam non sit, nec futuram quasi nondum sit. Consentiunt communiter, cùm Philosophi vt Sonc. 12. Metaph. q. 35. & 36. & alij recentiores, cùm Scholastici, partim in 2. d. 2. partim 1. p. q. 10. quo vtroque loco passim reiicitur S. Bonauentura tanquam successionis æui assertor, qui tamen si legatur in 2. d. 2. q. 17. fortassis eundem sensum subscribere poterit, quem mox dabimus Patribus in contrarium allegatis.

Ad rationes Aduersariorum.

95 Quæ suprà pro æui successione adducebantur, facilem habent explicatum. In primis Patres cùm interdum dicunt carentiam præteriti & futuri esse propriam æternitatis, non propterea assumunt dari in æuo successionem intrinsecam, sed tantum volunt in re æuiterna, esse, fuisse, & fore, non esse simpliciter idem. Non quod quamdiu res æuiterna est, non retineat idem esse indiuisibiliter absque vlla partium successione vel nouitate; sed quòd esse eius, non sit essentialiter indefectibile, sed possit abrumpi, & ita nunc sit, vt de potentia absoluta possit posteà non esse: quod longè aliud est quàm successionem habere, vt rectè aduertit Durand. in 2. dist. 2. quæst. 3. num. 10. Hoc ergo sensu dicunt Patres Dei solius durationem non esse futuram & præteritam. Minimè autem curant, an entitatiuè duratio seu forma interna per quam Intelligentia coëxistet tempori futuro, cùm continget ipsum fluere, sit iam nunc in Intelligentia, vt nos asserimus; nequaquam idcirco differentes Intelligentiam esse mutabilem, ac pugnantium accidentium successiuè susceptibilem, vt aliqui aduersarij

udeassarij opponunt. Quamuis enim Intelligentia in eadem duratione ex- terna non possit simul recipere for- mas pugnantes, bene tamen potest eas suscipere habens eandem internam formam, quæ accedentibus & re- cum ipsam tamen dilabentibus, variis temporis partibus, denominabitur duratio. Ita porrò vnam ex illis op- positis formis suscipiet, vt cùm eam habebit, non sit habitura oppositam, simul, per comparationem ad tem- pus extrinsecum; quamuis ipsa Intel- ligentia, eiusque duratio interna, quo- ad illud quod in recto importat, fuer- ea sit prorsus eadem sub vtraque illa forma, in diuersis temporis extrinseci partibus adueniente. Similiter quam- uis Intelligentiæ, prædictaque eius duratio, non accrescat accessu par- tium, sed sit posteà eadem quæ nunc est, tamen antequam creuerit tem- pori aduentitio, potest desinere esse, & destrui subtracta conseruatione. Atque ita Intelligentia mutabilis est quoad esse, non obstante interna si- multate durationis. Tandem spectan- do diuersas partes temporis externi successiuè quibus impartibilis entitas In- telligentiæ quam importat duratio in recto, successiuè coexistit, licet de In- telligentia dicere, quod creata fuerit, & creetur, ac creanda sit conseruan- da sit, & quod plus vel minus durau- erit, sitque alia iunior vel antiquior. Omnibus enim his loquendi modis importatur successio, & maior vel minor extensio in solo tempore exter- no, quod duratio Intelligentiæ con- notat, non in ipsâ formâ in recto importatâ per talem durationem, de quâ tamen solâ formâ est præsens controuersia.

96 Itaque mutabilitas, & ille à summa vnitate recessus qui in æuo cernitur, aliunde pendi debet; nem- pe ex finibus quibus hæc duratio vtrinque claudi potest. Nam quam- uis æuum possit fieri vtrinque inter- minatum, iuxta probabiliorem sen- tentiam de producibilitate entium permanentium ab æterno; quamuis item à parte post, nulli debeant da- ri fines in æuo, connaturaliter lo- quendo; tamen æternitas illa ante- rior, manifestè est indebita Intelli- gentiis, quibus esse ex mera Dei li- beralitate confertur, vt notum est. Exclusio verò limitum in eadem du- ratione semel collata, non est ita se- rata, quin possint durationi illi de facto apponi limites, si ita videatur ei è cuius nutu pendent durationes omnes creatæ. Ex hac ergo termi- nabilitate connaturali à parte ante, & non connaturali à parte post, quæ est differentia durationi non extra- nea, vt rectè tradit Albertinus 1. prin- cipio compl. coroll. 16. dub. 3. n. 9. alibique plenè confirmauimus con- tra Scotum in 2. d. 2. q. 4. lit. A. (ta- metsi nonnihil quoad hoc ambiguum) & contra Perer. 10. Physiol. cap. 7. & 13, ex hac inquam terminabilitate, primùm quidem optimè distinguitur æuū à propriè dicta æternitate, quæ est essentialiter indefectibilis vtrin- que spectata quacunque vi; & ab in- stanti permanente quæ est duratio vtrinque connaturaliter terminabi- lis, & propria rerum mutabilium per- manentium, vt bene tradit Durand. in 2. d. 2. quæst. 6. num. 6. & 7. A tem- pore autem quatenus est duratio in- terna successiuorum, manifestè dif- fert æuum per simultatem, & succes- sionis exclusionem suprà probatam. Deinde verò ex illa eadem æui termi- nabilitate liquet, recessus æui à sum- ma vnitate. In æternitate siquidem, nulla potest esse multiplicitas, nulla variatio, ob necessitatem essendi &

indefecti

indefectibilitatem, [illegible] autem sicut his independentiæ appendicibus caret, ita etiam prædictis defectibus est [illegible].

Quando productæ primùm sint Intelligentiæ.

97 Quales porrò fuerint termini illi anterioris durationis Intelligentiarum quos admisimus, non potest naturali lumine definiri; tum quia ex dictis, verisimile est Intelligentias potuisse ab æterno fieri, & quòd exinde factæ non sint, si secludamus reuelationem, non liquet: Tum quia concesso quòd nullum ens creatum possit esse æternum à parte ante, vt multi contendunt, certum tamen est initium primæ durationis creaturarum, cùm à libera Dei voluntate pendeat, non posse ratione naturali intelligi. Quare tametsi Fide dicamus mundum ante certum annorum numerum initium habuisse, fatendum tamen omnino est, potuisse ante multas annorum myriades incipere procreari, nec aliam esse causam cur tunc factus non sit, quàm quia Deo non placuit. Quod ergo de mundo dico, de Intelligentiis quoque dicendum est. Rectè tamen asseruit Seneca in exhortationibus, referente Lactantio 1. instit. c. 5. Intelligentias, factas non esse ante mundum corporum. *Dij (inquit) cùm prima fundamenta molis pulcherrimæ iacerent, & hoc ordirentur, quo neque maius quicquam nouit natura, nec melius, vt omnia sub ducibus suis irent, quamuis ipse per totum se corpori intenderat, tamen ministros regni sui Deos genuit.* Hæc ille Deos appellans, quos Angelos vel Intelligentias vocare debuit, vt rectè corrigit idem Lactantius eod. lib. cap. 7. Sed satis nunc nobis est, quòd rectè sentiat de termino anterioris durationis ministrorum illorum regni Diuini. Quamuis enim nihil sit Fide compertum de hoc anteriori termino, & quæ ex Pontificum supposititiis scriptis adducuntur aliò spectare possint, vt latè præter cæteros expendit Turrian. in doc. S. Cypriani ad cap. 5. addátque D. Thomas opusc. 15. cap. 17. nimis præsumptuosum videri damnare alterutram in ea re opinionem, cùm vtraque sit grauissimorum Patrum, tamen securius sine dubio est, & Ecclesiæ sensui conformius, easdem Intelligentias anterioris durationis fines assignare, quos mundo ipsi.

98 Mendacium ergo est Apollinis responsum referente Ænea Gazæo post medium sui Theophrasti. *Apollo (inquit) quendam oraculo editum respondit, ante homines mundique creationem dæmones factos esse.* (vocem dæmonis vsurpat in bonam partem iuxta vsum antiquorum, & quæ alias,) cuius [illegible] *subscriptum* [illegible]. *Oraculum autem ipsum sic habet.*

[illegible]

[illegible]

Id est, antiqui sunt ante nos Dæmonesque mundi genus [illegible] *immortales* [illegible] *in nostram vtilitatem.* Verùm si in nostram vtilitatem conditi, quomodo ante nos, cùm æquè nobis vtiles esse potuerint facti nobiscum, ac si per innumera annorum curricula antecessissent, cùm facti sint perfecti ac non egeant sicut nos externis adscititiis doctrinis per ætatum incrementa? Eandem Intelligentiarum ad nos ac sensibilia antecessionem, tribuit Platoni ab eodem Gazæo, fortéque inde multi Græci placitum illud hauserunt, quorum ea fuit sententia Intelligentias ante mundum corporeum fuisse conditas, & quidem multis sæculis ante aliquos, quibus ex Latinis

nis

nis scriptoribus recentioribus adhærere Caslan, opusc. de gloria bonorum Angel. proposit. 1. & Genebr. init. Chronol. ætate 1.

Sed quæcunque tandem durationi Intelligentiarum meta figatur à parte ante, rectè Theodor. in epit. Diuinorum decret. c. de Angelis & l. 3. aduersus Græcos, ac Guilielm. Paris. 2. 2. de vniuersio, cap. 19. affirmant omnes Intelligentias, quia per creationem productæ sunt, nec aliæ ex aliis propagatæ, accepisse simul esse. Generatio enim quia est productio vnius ex alio, expostulat processionem alterius, & non fit simul quoad omnia indiuidua; at creatio ob contrariam causam fit simul, quia scilicet vnum indiuiduum non pendet ab alio, & ex parte Dei nõ est occasio vel causa retardandi productionem aliquorum ex pluribus illis quæ per creationem postulant fieri.

QVÆSTIO II.

De transcendentali Intelligentiarum veritate & bonitate.

99 Conivnxi hæc duo, quia vt initio huius distinctionis præmonui, pauca sunt quæ circa Intelligentias de eis sunt disputanda à naturali Theologo. Cùm autem veritas idem hoc loco sit quòd cognoscibilitas, vt exponã infrà cùm agam de Diuina veritate transcendentali, propterea inquirendum nobis hoc loco est, an & quatenus Intelligentiæ possint à nobis cognosci in hac vita. Quatenus verò à seipsis cognosci et ad inuicẽ possint, exponetur commodiùs proximè, explicando connaturale obiectum intellectus Intelligentiarum. Exposita veritate quæ propter causas in prima Philosophia assignatas, præit bonitati, ad bonitatis explicationem veniemus.

ARTICVLVS I.

De veritate, seu cognoscibilitate Intelligentiarum.

Sintne Intelligentiæ à nobis in corpore constitutis distinctè & clarè intelligibiles, dubitationem mouit Philosophus 3. Animæ, cap. 7. in fin. & aliò distulit. Auerroes tamen in eundem locum negat dissolutionem vspiam fuisse à Philosopho; quod confirmat in opusculo de beatitudine animæ, vbi Niphus commento 45. varias auctorum opiniones circa eum Philosophi processum adducit, mordacem & temulentam appellans solutionem illorum, quibus visum est, Aristotelem controuersiæ illius dissolutionem nullibi tradidisse, quòd eam ignoraret; tandémque concludens, Aristotelem satisfecisse huic quæstioni, non quidem speciatim & diffusè, sed generatim ac breuiter 12. Metaphys. t. 39. cùm ait *substantias separatas eodem modo semper degere, quo nos breuissimo illo tempore quo optimè affecti sumus*, nempe cùm inspicimus nobilissima illa entia. Sed hanc interpretationem, optimæ nostræ dispositionis, non habet Aristoteles. Quare S. Thom. 9. Metaphys. l. lect. 11. & ibid. Alex. ad 2. vltimum existimant Aristotelem satisfecisse quæstioni propositæ, in fine libri illius noni, cùm ait, *in simplicibus non contingere falsitatem, sed tantùm ignorantiam, quòd si quis simplicia on hæc intelligat, ignorantiam illam non fore similem cæcitati quæ totam laborat*

quasi diceret, non sicut caecis colorum visibus [illegible], ita & hominis in corpore degenti necessariò contingit carere notitiâ Intelligentiarum, cum possint eò pervenire, qui intellectum ut par est, defaecaverint. Sed cuiusmodi sit ea notitia Intelligentiarum quam Aristoteles ibi concedere videtur, examinandum superest, restricta quaestione ad Intelligentias creatas, tametsi auctores allegandi eam universaliter agitent.

ASSERTIO

Intelligentiae non sunt à nobis distinctè & per genuinam notitiam conceptibiles, sed per confusam tantùm, tametsi aliquatenus propriam, & in nullum aliud ens cadentem.

100 PRIMÒ. Nego Intelligentias esse à nobis distinctè conceptibiles, quod intelligo de nostris naturalibus viribus parte. Nam quòd Deo supernaturaliter roborante intellectum, possimus pertingere ad intuitivam Intelligentiarum perceptionem, imò quod multò plus est ad comprehensionem, indubitatum est. De sola ergo notitia clara naturaliter comparabili, disputamus, quam Averroes in cap. 7. suprà allegatum concessit intellectui hominis viatoris, allegans pro eadem sententia Avempace, Themistium & Alexandrum, aliosque praeterea adducit, & quoad creaturum Intelligentiarum notitiam planè sequitur Carthus. in Elementatione Philosophica propos. 75. Averroes tamen, ab illis aliis quos allegat ab eo dici, dissidet quoad modum probandi & declarandi conclusionem illam in qua cum eis convenit, ut latè prosequitur Toletus 3. Animae q. 23. & Dandinus digress. 8.

Sed quod admiratione dignum est, numquam aut Averroes aut illi alij naturalis nostrae evidentis Intelligentiarum notitiae assertores, ostendunt hanc notitiam esse nobis concedendam, ut benè suprà advertit Dandinus, sed subtiliter explicare conantur quanam ratione evenire possit ut substantias separatas cognoscamus. Nisi quod Averroes 2. Metaph. comment. 1. hoc argumento conatur id astruere, quòd si substantiae separatae à nobis nō cognoscerentur, essent otiosae. Ut plurimùm tamen totus est in exponenda ratione perveniendi ad notitiā illarum Intelligentiarū. Quae ratio, ut breuissimè dicam, iuxta ipsum in eo consistit, quòd postquàm intellectus possibilis fuerit nobis unitus per omnium possibilium species, tunc unietur quoque agens, & per agentem intelligemus substantias separatas, quod dicit esse *intellectum adeptum* & vitae huius beatitudinem, consurgentem ex continuatione intellectus possibilis cum agente.

101 Haec commenta non egent longa impugnatione. Dimissis autem illis quae acutè de more urget Caiet. in 1. de ente & essentia q. 14. in 3. punctu, post S. Thomam 3. contra gent. cap. 41. & seqq. breviter urgeo rationem obiecti nostri intellectus connaturalis. Nam illud solùm est distinctè & intuitivè cognoscibile, quod est connaturale obiectum potentiae (loquor de notitia naturaliter comparabili), atqui Intelligentiae non spectant ad connaturale obiectum intellectus nostri, ut patebit ex dicendis quaest. seq. ubi id convincemus ex disparitate connaturalis modi essendi, ergo non sunt à nobis distinctè & intuitivè cognoscibiles naturaliter loquendo.

Nec rationem hanc nostram infringit

fingit quod animus noster non se videat, cùm tamen videatur esse obiectum sibi maximè connaturale; nam ratio cur non se intueatur est, quia cum modo essendi quem habet est ex modo essendi quem ... quod sit forma corporis ... ita ... sicut est in corpore, ita ... interueniente ... corporis ... ac proinde quia ad cognitionem sui per seipsam & sine specie per ... sensibus ... nulla interueniret cum sensibus ... & sensuum opera, oportuit denegari animae intuitionem sui in corpore, ne modus operandi modum essendi excederet, de quo alibi diligentius, & benè Valent. 1. p. d. 4. q. 7. p. 2. ad 1. Itaque anima informans corpus non est obiectum connaturale ac euidenter cognoscibile à seipsa. Idem ergo de Intelligentiis asseri, cùm enim sint ordinis superioris, & altiorem essendi modum habeant, non sunt à nobis connaturaliter & intuitiuè cognoscibiles.

102 Dixi *cognoscibiles*, vt significem non modò eas non cognosci de facto, in quo omnes modò contra Auerroem & alios ante adductos consentiunt, sed ne cognosci quidem posse, & intellectum nostrum non habere ad hoc naturalem aptitudinem, vt Durandus suprà, & alij aliqui Recentiores perperam admittunt, eo argumento moti, quòd Intelligentiae clauduntur limitibus adaequati obiecti intellectus, ac proinde sint ab eo naturaliter cognoscibiles intuitiuè, licèt in corpore non cognoscantur, propter dependentiam intellectus à sensu in hoc statu. Hanc ergo aptitudinem naturalem ad videndas distinctè Intelligentias, dico reiiciendam esse, nisi nomine aptitudinis intelligatur remota capacitas, quae est in intellectu vt ope sibi indebita ad huiusmodi notitiam assurgat. Quòd si eo nomine intelligatur positiua ac connaturalis inclinatio ac facultas, ad Intelligentiarum perceptionem euidentem, ratio quam proposui conuincit eam non esse admittendam, & ratio quae ad eam probandam adducitur aequè concluderet Deum esse à nobis naturaliter cognoscibilem euidenter, licèt à nobis in corpore constitutis non cognoscatur, propter dependentiam cuiuscumque notitiae nostrae à sensu. At Fide sancitum est, animas corpore exsolutas non esse connaturaliter, sed tantùm remotè & obedientialiter aptas ad videndum Deum. Itaque quamuis substantiae separatae claudantur finibus obiecti adaequati nostri intellectus, sumendo obiectum adaequatum pro eo quod est quomodolibet à nobis intelligibile, tamen non clauduntur finibus obiecti connaturalis, quod solum est cognoscibile intuitiuè & euidenter vi naturali. Fonseca Metaph. c. 1. q. 2. sect. 7. n. 2. secutus Caietanum suprà, in 4. *post ... ad secundum* obiectum adaequatum quomodolibet cognoscibile, vocat adaequatum extensiuè; alterum verò obiectum quod connaturale & euidenter perceptibile est, appellat adaequatum intensiuè.

103 Reuertor ad Auerroem, in cuius placitis plura sunt monstra, quàm apices. Intellectum enim ille separatum & subsistentem, qui sit nos reddit intelligentes, quatenus in nobis extrinsecus, innumeras secum absurditates inuehit, vt alibi latissimè ostendimus, cum Gregor. in 2. d. 16. ar. 1. Ficino 15. de immortal. à cap. 2. Pereno 6. Physiol. à c. 23. Val. 1. p. d. 6. q. 2. p. 2. Fuitque ita semper bonis omnibus, & alicuius notae Philosophis exosum commentum illud, vt neget Scotus in 4. d. ... q. 1. inueniri notabilem

bilem Philosophum qui ita senserit: *Latet (inquit) nos maledictus Averroes in sua, scilicet tertij de anima, quæ non est sibi nec aliis intelligibilis, contrarium putat.*

Sed quoniam hoc figmentum non esset fundamentum sententiæ quam impugnamus, quorsum beatitudo nostra in ea intellectus nostri possibilis cum intellectu illo separato continuatione collocabitur, cùm impossibile sit saltem regulariter & per naturæ vim, ad continuationem illam pertingere, quæ dicitur non obtineri nisi postquam quis per intellectum possibilem sciuerit omnia scibilia? At hoc impossibile esse nobis per nostram industriam nemo dubitat, cùm tam pauca sciamus & tam multa ignoremus, ut latè tradunt Arnob. l. 2. initio. Philo l. de somniis. S. August. ep. 119. ... & breuiter, sed benignè Nazianz. orat. 1. de Theolo. enim illud est perillustre, *ignorare quam paucissimum est usum ignorantiam ignorare.* Quin etiam illi ipsi qui sapientiæ laude claruerunt, turpissimè plerumque hallucinati sunt, ut videre est apud Ægid. in opusc. de erroribus Philosophorum, & apud Olaum 4. de sapientia. Quare Auerroës assignat beatitudinem impossibilem, quod est omnino fatuum, cùm inde sequatur, hominem qui ad beatitudinem factus est, frustra factum esse, atque adeò cætera quoque omnia, quæ hominis gratia facta sunt, frustrà erunt.

104 Argumentum quo Auerroës suam sententiam probabat, iudice D. Thoma 2. Metaph. lect. 1. in fin. est valde debile. Non enim sequitur, quòd si Intelligentiæ nobis sint incognitæ, frustrà sint: quia illud tantùm frustrà est, quod non consequitur finem ad quem ordinatur; atqui Intelligentiæ non idcirco sunt ut à nobis cognoscantur, sed potiùs si inter Intelligentias seu substantias separatas connumeremus primam, ut fecit in hoc negotio Auerroës, nos idcircò factos ut Intelligentias cognoscamus, conditi enim sumus (Deo naturam nostram supra finem sibi debitū sublimante) ut clarè Deum videamus. Conantur quidem Iandunus 3. animæ, quæst. 37. & alij eiusdem furfuris, hanc sui Auerroës rationem corroborare, sed quàm infœliciter id præstent ostendit Caiet. suprà in 4. puncto & Ferrar. 3. contra gent. c. 45.

105 Secundo, Dixi Intelligentias esse à nobis confusè tantùm cognoscibiles, quamuis possimus earum notitiam aliquatenus propriam consequi. Vtramque asserti huius partem confirmat experientia. Nam quòd tam confusè tantùm, & per corporum similitudines Intelligentias cognoscamus, nemo est qui non experiatur, non tantùm si de integra Intelligentiarum notitia gradus earum omnes attingente sermo sit, sed etiam agendo de quocunque earum grado Categorico, contra Font. qui loco allegato, sect. 4. admittit unum essentiale prædicatum Intelligentiarum creatarum, nempe gradum substantiæ, percipi à nobis quidditatiuè & perfectè. Quod tantùm abest ut circa Intelligentias admittam, ut potiùs, ne quoad substantias quidem materiales, id concedendum existimem, suffragante experientia, quæ docet substantiam concipi à nobis abstractiuè tantùm, ad modum cuiusdam accidentis intra alia accidentia abditi. Omnis enim nostra scientia ex sensibus hauritur, vnde cùm substantia non sit aliquid sensibile, non potest à nobis distinctè & intuitiuè cognosci, siue gradus ille ad corpora, siue ad Intelligentias pertineat.

106 Quare omnis nostra de Intelligentiis

ligentiis notitia, confusa est & abstractiua, quod voluit Aristoteles 2. Metaph. c. 1. cùm ait, res quidem superiores esse ex se maximè intelligibiles, cur tamen à nobis non intelligantur, causam esse infirmitatem ac veluti hebetudinem visus nostri mentalis. *Nam quemadmodum* (inquit) *vespertilionum oculi se habent ad lucem diurnam, sic & animæ nostræ ad ea quæ sua natura sunt omnium manifestissima.* Vbi analogia, (quod aliqui perperam faciunt,) non est constituenda in eo quòd sicut vespertilio tenuiter tantùm, non etiam distinctè & intuitiuè, videt lucem diurnam, ita intellectus noster idem patiatur circa Intelligentias; sed in eo quòd sicut vespertilio deficit à plena lucis diurnæ perceptione propter imbecillitatem visus sui, tametsi ipsa lux eò sit visibilior quò plenior, ita intellectus noster obiecta intelligibilia imperfectissimè concipiat, quamuis illa ex se sint apta videri perfectè ab intellectu proportionato, & sufficientem vim habente intelligendum in ea obiectum suum. Eodem sensu Aristoteles 1. de part. c. 5. dixit: *Res superiores leuiter à nobis attingi.* Sed illustrissimè Maximus Tyrius sermone 1. ait. *Intellectum nostrum ob diuturnam cum sensibus familiaritatem, ita sensuum quasi plebis immodica voce obstrepi, [?] vt nihil nisi plebeium loquatur, neque ad ea quæ supra sensus locata sunt, assurgat;* nempe vt ea distinctè ac prout in seipsis se habent queat attingere. Tractat hunc locum Plato fusè in Phædone & aliqua attigi initio distinctionis secundæ, quibus adde illud Procli in Alcibiadem primum Platonis. *At Diuinas similiter substantias dæmonum, & communiter omnium nobis superiorum, contemplari nobis difficillimum est, nisi intellectum habuerimus perfectè purgatum,* (quod in hac vita nunquam contingit,) *quandoquidē & animæ essentiam cognoscere non semper facile.* Iungo his Platonicis, studiosissimum Platonis, Philonē lib. 1. de monar. ad illud *ostende mihi teipsum.* Inducit enim Moisen rogantem vt si minus liceat Deum videre, at saltem liceat videre eius satellitium seu potestates Dei assistentes pro apparitoribus. Subdit autem hæc Dei responsionem. *Quas quæris potestates, natura intelligibiles sunt, non visibiles, sicut ipse sum inuisibilis & intelligibilis. Intelligibiles inquam, non quòd iam intellectæ sint, sed quia dumtaxat mente non sensibus sunt attingibiles. Attamen quamuis earum essentia sit imperceptibilis, videre licet sigillum quoddam & effigiem earum efficaciæ.* Hæc ibi.

107 Quod tamen possimus huiusmodi obiectorum notitiam aliquatenus propriam efformare, declaratur: Quia vt Toletus supra concl. 4. rectè aduertit, tripliciter possumus cognoscere substantias immateriales, nempe conceptu communi contracto per negationem sensibilium attributorum; vt dicendo quòd sint entia, vel substantiæ completæ, carentes materia & quantitate, semper vegetæ, nulli obnoxiæ substantiali vicissitudini, aut corruptioni. Deinde conceptu communi contracto per effectus; vt cùm dicimus eas esse entia à quibus cœli mouentur, & hæc inferiora administrantur. Tandē per conceptus communes coniunctos, vt cùm eas vocamus entia incorporea completa, vel substantias creatas ab omni ad materiam ordine liberas. Vtrumque enim membrum duplicis huius cōbinationis, si per se spectetur, commune est aliis quæ non sunt Intelligentiæ; si tamen simul iungantur in solam Intelligentiam cadunt, eique ita conueniunt, vt nulli alteri possint competere. Si ergo conceptus pro-

prius appellentur illi qui terminantur ad rationem aliquam abstractam ita eis convenientem ut non possit convenire alteri, manifestum est conceptus illos nostros de Intelligentiis, tametsi confusos & imperfectos ac per alienam speciem elicitos, vocari posse proprios Intelligentiarum conceptus, quod negandum erit si nomine conceptus proprij intelligatur conceptus distinctus, & genuinus, ac per propriam speciem. Hinc tamen non impeditur quominus possit quod de his substantiis aliquid scientificè concludamus, licet affirmare scientiam nostram esse evidentem & distinctam, quia alia est claritas & distinctio conceptus simplicis extremorum, quae hic deest, aliud claritas & distinctio conceptus extremis nectendis vel disiungendis, quae ad scientiae evidentiam sufficit, alioqui magna pars evidentiae scientiarum periret, cum notitiam distinctam simplicem non habeamus nisi de paucis accidentibus, quae tamen non cadunt sola sub scientiam.

128 Caeterum ex hoc puncto apparet crassissimus Cardani 16. de varietate c. 93. scriptum esse non plus posse hominem de daemonibus cognoscere quantumvis doceatur, quam possit canis de homine, quod probat ex excessu daemonum [illegible] excessu, [illegible] magis de bonis Angelis id diceret, nam daemonum ille & corporeos & mortales fecit, sicuti nos sumus. At enim asserere, canes de nostra quidditate & operationibus, eadem agnoscere quae nos de quibuscumque Angelorum essentia ac operationibus agnoscimus, absurdum est eo homine dignum qui sociam & canem & suum gladium conferri posse admittat. Nam & canem, vinum hominis gladium definit Nyss. lib. de hom. opificio c. 7.

ARTICVLVS II.

Obiter de Intelligentiarum effabilitate atque nominibus.

COgnoscibilitatem sequitur effabilitas atque nominabilitas, et propterea opportunè post expositam Intelligentiarum cognoscibilitatem, de hoc duo quasi geminis agendum videtur. Sed ut praemonui non nisi obiter, quod & res facilis sit, & à naturali Theologo intra sua septa [illegible] breviter possit. Generatim autem quoad effabilitatem dicere possumus, sicut Intelligentiae non sunt à nobis nisi confusè & secundum quid intelligibiles, ita non esse nisi secundum quid & confusè effabiles. Operosior quidem est effabilitas quàm intelligibilitas, quippe quum haec illam comitari debeat, insuperque accedere necesse sit expressionem, & illam veluti [illegible] externi sensus obstetricante lingua, aut potius mentalem prolem parientem, quae etiam plerumque difficilè enititur. His praemissis, superest tantum circa rem hanc solum difficultas quoad propria Intelligentiarum nomina, quam tametsi nondum exposita Intelligentiarum ab Intelligentiis cognoscibilitate, (eo quod inferius commodiorem locum sit habitura,) tractabimus quoque quoad ipsas inter se Intelligentias, nempe quaerentes, sitne inter ipsas, uti apud nos assolet, usus propriorum nominum quibus se invicem designent. Tum de nostratibus earundem nominibus pauca subdemus.

ASSERTIO.

Intelligentiae nominibus proprijs sese invicem designare possunt, quae tamen de facto ad se invicem designandis

signandos non adhibent. Nos verò & adhibere possumus, & reipsa adhibemus.

109 PRIMO, Egi de vsu nominum inter ipsas Intelligentias & mediam quandam viam iniui inter extremas circa hoc sententias. Nam Abul. in cap. 13. Iud. quæst. 35. negat Intelligentias habere nomina quibus inter se vocentur, & negare etiam videtur posse habere. Fundamentum affert multiplex. Dimisso autem illo quod petit ex numerica tantum immultiplicabilitate Intelligentiarum, quia hoc iam suprà discussum est, agendo de vnitate, argumentatur primò, ex eo quòd nomina idcirco cudantur vt tollatur incertitudo, ferámurque determinatè in rem aliquam in quam aliqui non ferremur, atqui Intelligentiæ cognoscuntur determinatè & intuitiuè à singulis Intelligentiis, quorsum ergo nomina? Causatur præterea Abulensis defectum impositionis & deputationis nominū illorum, & tamen constat deputationem esse ipsam (vt ita dicam) animationem nominis. Addit denique potestà nomina non posse deseruire nisi ad abstractiuā rei notitiam vt probat Suar. l. de attribu. Dei negat. cap. 31. num. 7. atqui Intelligentiæ se mutuò cognoscunt intuitiuè, ergo non possunt internuntiis nominum se designare.

110 Econtra verò eruditi Recentiores, Serar. in c. illud 13. Iudic. quæst. 14. & Iustinianus in c. 1. epistolæ ad Hebr. ad versum vltimum num. 13. & posse Intelligentiis nomina propria competere quibus se inuicem designent, & de facto etiam competere, arbitrantur. Imò Iustinianus hoc secundum nō modò probabilius, sed omnino etiam certum existimat, tam quoad Deum, quam quoad ipsas inter se Intelligentias. Qua de re Plato in Cratylo, sigillatim de quorundam Deorum nominibus acturus, ita pronuntiat. *Si sana mente iudicio præditi essemus, certissimam illam ac pulcherrimam regulam commodè diiudicandi de Deorum* (hoc est Intelligentiarum iuxta Platonis & aliorum veterum loquendi modum,) *nominibus sequeremur, nihil nos videlicet de Diis, id est de ipsorum natura & nominibus nosse quibus seipsi vocant. Perspicuum enim est illos verè se nominibus nuncupare.* Sed & Philo sub initium libri de nominum mutatione, docet non modò Dei proprium nomen esse nobis occultum, sed etiam propria nomina Intelligentiarum: & quamuis ea hic frustrà à nobis quæri dicat, non videtur tamen ea negare. Ratio est quia propriorum nominum excogitandorum fundamentum tunc non deest, cùm gradus rei indiuidualis penetratur, atqui & Deus Intelligentias omnes & earum quoslibet gradus intimè penetrat; & ipsæ Intelligentiæ aliæ aliis sunt peruiæ, ergo & Deus vt omnibus stellis, ita & Intelligentiis, nomina vocat, & ipsæ inter se Intelligentiæ nomina propria vsurpant. Quam sententiā quoad dæmones, tradere videtur Iustinus, aut (quia in illa ipsa quæstione citatur Origenes Iustino posterior,) Auctor quæstionum ad orthod. in 82.

111 Mediam vt dixi, viam ineo. Et quidem quòd Intelligentiæ possint propria sibi nomina cudere, & inuicem vsurpare, non existimo esse negandum. Nam quisquis potest deputare aliquod signum quo is qui deputationem illam nouit, commonefiat, vt rem signo designatam percipiat, potest nomen instituere & instituto vti, vsurpando rem sic deputatam:

tatam: atqui Intelligentiæ possunt ita inter se pacisci, vt indicato ab vna tali signo, seu vna excitante aliam ad perceptionem certæ cuiusdam rei, altera vi præcognitæ deputationis feratur ad percipiendam vnam quandam Intelligentiam, ergo possunt habere inter se nomina propria. Debebit autem res illa quæ vt signum assumetur, percipi non absolutè & materialiter, seu vt res talis est tantùm, sed comparatiuè ac cum respectu ad Intelligentiam cui designandæ deputata præconcipitur, vt constat ex generali doctrina de signis. Et hinc fit vt difficilimè videatur assignare quid possit inter ipsas Intelligentias rationem signi habere. Nam apud nos, res quæ vsurpantur ad alia designanda, tales sunt, vt absolutè spectatæ non sistant intellectum, non enim perspiciuntur a nobis; & idcirco facillimè est eis superficie tenus contactis, ferri per eas in aliquid aliud, verbi gratia cùm vocem aliquam audimus, intellectus non sistit in voce ipsâ vt res quædam est, quasi ibi hæreret, sicut Physici faciunt naturam vocis speculantes, sed rectà fertur in rem voce designatam, nec nisi minùs principaliter ac velut obliquè fertur in vocem, tanquam in tesseram; quod ideo facilimum est, quia abiectior est natura vocis secundùm se sumptæ: at si vocem ipsam eiusque quidditatem intuitiuè penetraremus, non esset vox ita idonea vt per modum signi vsurparetur, facilius enim remoraretur intellectum, eiusque ad res significatas properantem distineret velut in via, quatenus illi se obiiceret absolutè ac sine adiunctione respectûs ad rem designandam, quod esset contra vsum vocis in ratione signi. E contrario igitur quia omnia eundem cum Intelligentiis essentiæ modum, vel inferiorem nulla, videntur ab ipsis intuitiuè ita ea quæ diximus explicantes obiectum intellectus Intelligentiæ, non est ita facile assignare quid inter eas rationem signi ad alterius Intelligentiæ nomenclationem habere queat.

112 Nihilominùs hinc non ostenditur vsum signorum & nominum esse inter Intelligentias impossibilem, quamuis ostendatur non esse necessarium, vt paulò post declarabo. Possunt enim Intelligentiæ ex pactu, ac præsupposita deputatione, ita percipere rem aliquam, ad cuius perceptionem se excitent, vt neglecto quasi cortice rei illius, in intimum eius significatum ferantur, seu in Intelligentiam, cuius intuitiuam perceptionem excitat illa alterius rei notitia, non nisi in hunc finem excitata ab alia Intelligentia vt supponitur. Quod præsertim locum haberet, si essent apud Intelligentias res quædam seu reales qualitates, quarum non alius esset vsus quàm ad significandum, vt aliqui voluerunt explicantes locutionem Intelligentiarum. Nam quamuis Intelligentiæ penetrarent harum qualitatum naturam, tamen hæc non possent obiici absolutè tantùm & seclusa habitudine ad rem significandam; imò quia munus eius esset excitare cognitionem illius alterius rei, frustra & otiosè intellectus in eam intenderet gratia sui, ac velut in principale obiectum. Tamen quia hæc signa ad locutionem explicandam inutilia sunt vt infrà dicam, eorumque assertio videtur non paucis difficultatibus implicata, malo absque eis nomenclationem hanc Intelligentiarum exponere.

113 Primum Abulensis argumentum probat tantùm nomina propria inter ipsas Intelligentias necessaria non esse, quod paulò post admittam; minimè

minimè tamen euincit, (sicut ille videtur velle,) impossibilem esse vsum horum nominum. Secundum quoque argumentum non concludit. Nã præsupposita in Intelligentiis facultate colloquendi absque nominibus, facilè fuit ipsis per collocutionem prædeputare res aliquas, vt rationem signi haberent respectu aliarum, nempe in casu nostro respectu Intelligentiarum designandarum. Quod postremò addebatur, facilè diluitur. Falsum enim est quod in ea ratiocinatione supponitur, nempe quòd in nominibus videantur res significatæ, eo modo quo in accidente viso & ad eius similitudinem videtur substantia, cùm tamen dici non possit rem videri in nomine, sed tantùm rem videri cognito nomine, quia scilicet nomen non habet rationem medij cogniti terminantis conceptum quo qui audit fertur in rem, sed tantùm excitat ad formandum conceptum illum, estque veluti tessera qua qui audit excitatur ex pacto ad talem vel talem quem habitualiter habet rei conceptum, non in nomine vel ad nominis imitationem, sed iuxta placitum & pro pertinenter rei notitia, exprimendum. Quare si deputatio sit ad intuitiuum rei conceptum habitualiter prælabitum excitandum, excitatur haud dubiè ex nominis conceptus rei intuitiuus. Atque ita eueniret Intelligentiis, si inter seipsas nomina propria vsurparent. Itaque possunt propria illa nomina sibi instituere, eisque vti, contra primam sententiam.

Notandum tamen quòd huiusmodi nominum vsus necessarius non sit, adeòque quòd de facto contra secundam sententiam nulla sint talia inter Intelligentias nomina, videntur disertè tradere Salmeron in cap. 8. Dan. & Gregor. homil. 34. in Euangel. & inde persuadent, quòd nomina non cudantur nisi vt subrogentur rebus conceptis, quas in medium proferre non potest qui vsurpat nomen, vt recte tradidit Aristoteles: atqui facile est cuiuis Intelligentiæ excitare in ea cum qua loquitur, conceptum indiuidualem communis alterius Intelligentiæ, quam loquens designare voluerit, prætermissis mediorum conceptuum ambagibus, quorsum ergo superfluè vsurpabit nomina? Quod intelligo de nominibus spiritualibus. Nam nomina quidem corporalia Intelligentiarum propria, non esse vsui inter ipsas Intelligentias, suppono vt per se notum, & ferè frustra probatur à Guliel. Paris. 3.2. de vniuerso, c. 16. Item quòd conceptus vocum nostrarum, & nominum quibus eas appellamus, non possint eis congruenter assignari loco nominum, manifestum est ex eo, quòd tam pauca Intelligentiarum propria nomina haberemus, ex quo fieret omnes propè Intelligentias manere innominatas, ac etiam ex eo, quòd sic Intelligentiæ statuerentur à nobis dependentes in sua compellatione, quandoquidem hæc deputationem vocum nostratum eisque notitiam & pactum nostrum circa eam deputationem præsupponeret. Argumenta secundæ sententiæ tãtum probant nomina Intelligentiarum propria cudi ab ipsis & vsurpari posse, quod vltrò dedimus, non tamen probant fabricari & vsurpari de facto, vt contendebat ea secunda sententia.

114 SECVNDO, Egi de vsu nominum Intelligentiis propriorũ apud nos. Quæ in re perspicuum est, adhiberi à nobis talia aliqua nomina proportionata ad notitiam quam de Intelligentiis habemus. Quamuis enim nonnulli nec ignobiles, post Abulensem in c. 13. Iudic. q. 35. pauca illa In-

telligentiarum nomina, quæ in sacris libris habentur, non existiment esse propria, sed appellatiua, id est officij potiùs ac muneris, quàm substantiæ, & ideò mox vni Intelligentiæ, mox alij, ac plerumque simul eidem multa competere velint: Tamen probatior sententia est, nomina illa, singularum quarundam Intelligentiarum propria esse, eoque consilio fuisse fabricata, vt certæ quædam Intelligentiæ, quarum effectus ex reuelatione innotuerunt, compellarentur, cùm occasio ferret, & vel sermo de præstitis per eas effectibus miscendus, vel ad eas dirigendus esset. Similique consilio poterant fabricari nomina aliarum Intelligentiarum quarum tu- singularis notitia saltem confusa ad nos deuenit. Vt quia infrà ex ipsis Ethnicis ostendemus esse vnicuique mortalium etiam quandam Intelligentiam præsidem, facilè possemus eam designare certo aliquo & proprio nomine. Item quia admittimus diuersis cælis ac saltem planetis varias Intelligentias motrices præesse, facilè possemus singulis singula nomina indefensa, qualia etiam nominas ab hæretico, & Rabbinis ac vtriusque Symmisti Magorum pueris indita.

115 Sanè Agrippa in suo occultæ ac potiùs execrandæ Philosophiæ opere, nomina Intelligentiarum planetis ac signis præsidentium recenset, quæ aliter recenset Trithemius & alij, vt videre est apud Serar. in c. 12. Tobiæ quæstiuncula 10. & sequ. Omnibus item comperta, quæ in eandem rem commenti sunt antiquiores hæretici apud Iren. l. 1. contra hær. cap. 14. & apud Tertull. contra Valentin. ac Epiphanium hæres. 26. ac latè apud Origenem l. 6. contra Celsum circa medium. Vulgata item sunt quæ à nequam illo Adelberto excogitata, damnauit Zacharias Pontifex apud Baronium anno Christi 745. vt omittam quæ Mahumetes in suum illud spurcitiarum nominum horreum conclusit MAROT, (en cuius versificatoris cantiones adulterinis & erroribus refertissimas, loco Psalmorum vsurpet Caluini caula,) Aroth &c. portenta veriùs quàm nomina. Horum tamen & aliorum similium nominum Intelligentiis propriorum, præterquam etiam in Scriptura non propositorum, vsurpationem apocryphis propositionum, vsurpatione ac fabrica, prudenter Christiani Pontifices, ac etiam Imperatores, vt apud allegatos Recentiores videre est, interdixerunt Christianis, ad eorum tum à commentis elongationem.

ARTICVLVS III.

De bonitate absoluta seu perfectione Intelligentiarum.

116 Bonitas transcendens vt in prima Philosophia traditum, & attingam infrà cùm de Diuina bonitate, alia est absoluta, quæ non distinguitur à perfectione rei, alia respectiua, qua res conueniens est & congrua alicui. Et de priore quidem sufficere fortassis possem, quæ generatim dicta sunt in fine distinctionis primæ, vbi ostensum est Intelligentias occupare verticem rerum creatarum. Ne tamen aliquem hæc tractatio quasi hiatum habeat, placet tam multarum, quibus Intelligentiæ sunt prædite, perfectionum, breuiculū congerere, sed extra breuiculum, per summum duntaxat quasi verticem attingendo, quæ spectant ad earum substantiam & facultates naturales, in illis etiam qua respectiuè malæ sunt integras, dimisso supernaturali decore.

decore, quod ad nos non pertinet, nec est omnibus Intelligentiis commune.

117 Substantia itaque Intelligentiarum est valde perfecta, quippe quæ inter omnes quæ mundo continentur substantias emineat, quamvis illæ multitudine & dispari perfectione, ingentem diversitatem sint sortitæ. Et sanè cùm hæc substantia careat [illegible] & omni ordine ad materiam, necesse est vt omnes imperfectiones materiam consequentes, ab hac quoque substantia procul absint. Consequuntur autem materiam, quantitas & per hanc omnia accidentia corporea, & sensibilia, quorum pleraque contrarium habent, & quia formis [illegible] in materiæ velut cubili recumbentibus opportuna sunt, ad eorum varietatem consequitur vicissitudo illa formarum substantialium, quæ & exitium priori composito parat, & nouum esse alteri composito confert, quod vt rectè collatum, & non sine [illegible] in materia velut hospitis [illegible], ita aliquando eandem subibit sortem, aduenicnte nouo hospite deturbandum.

Has omnes imperfectiones effugiunt Intelligentiæ ob suam immaterialitatem & incorporeitatem. Itaque neque partibiliter diffusæ sunt per locum, partes substantiæ suæ partibus spatij adaptando, neque frigori, calori, siccitati, humiditati sunt obnoxiæ, neque cibi, potus, somni, lecti, aut vestium indigæ, neque defatigationem vnquam sentiunt, aut vulnera, morbosve vllos subeunt. Si antiquitatem spectemus, omnium creaturarum sunt antiquissimæ, aut saltem nullis creaturis duratione cedunt. *Quarum primigenam* (inquit Petrus Damianus serm. de S. Michaële) *quàm [illegible] [illegible] in hac [illegible] [illegible]*

[illegible] [illegible] & singulari gloria præfulgeret, quod de [illegible] [illegible], [illegible] creatione [illegible]. Neque verò earum Genesim, (vt de mundi pulchrè lusit Nyssenus hom. 4. in Ecclesiastem) sequitur Exodus, sed in eo substantiali statu quem ab initio acceperunt, persisterunt semper, perstabuntque in æternum, *neque tempus ipsa facit senescere* (inquit Aristoteles 1. cœli t. 100.) *neque vlla transmutatio [illegible] eorum quæ super extimã dispositã sunt latione, sed inalterabilia & impassibilia, optimam habentia vitam, & per se sufficientissimam, perseuerant toto æuo.*

118 Iam perfectio intellectus Intelligentiarũ ex parte obiecti & modi intelligendi pensari potest. Nullum ergo est ens naturale, ex quo ipsæ esse acceperint productum, quod eis non innotuerit, si excipias secreta alienarum cordium, ad quæ tamen cognoscenda pertingere quoque illis licuerat per naturæ suæ perspicacitatem, nisi aliter prouideri iussisset conueniens naturæ intellectualis administratio, & politicus conuictus, vt alibi ostenditur. Cætera omnia naturæ finibus conclusa siue superiora sint, vt Intelligentiæ superiores, siue inferiora, vt entia materialia, à quibusuis Intelligentiis, etiam in infimo ordine locatis, percipiuntur ex quo producta sunt. Modus verò intelligendi non est per compositionem & discursum, vt in nobis qui varia rei attributa primùm seorsim concipimus, tum ea mentaliter quasi vinculantes, rem inadæquatè prius conceptam adæquare intelligendo conamur: ex vnius autem alicuius attributi notitia, post longum mentum & mentis discursum, deuenimus ad aliquid aliud quod obscurum ante erat, quæ omnia quantam cognitionis imperfectionem importent, nihil attinet

 dicere.

diceret. At Intelligentiæ si de obiecto connaturali ac proinde intuitiuè percepto sit sermo, cùm totum & adæquatè primo obtutu percipiunt, nec cum per frusta primum ac concisum, sed integrum per intuitus pabulum habent, vt cum S. Maximo loquar. Item non per aliud, sed per seipsas, ac proinde euidentissimè & distinctissimè res cognoscunt. Vnde etiam fit vt non sint falsitati & erroribus obnoxiæ quoad res naturales, quod nobis sensuum interuentu ac ministerio cognitionem comparantibus, est frequentissimum. Quod si animæ nostræ tantum sit spiritui mixtæ si diuulsæ, tanta est pernicitas, vt iure dixerit Theodoretus serm. 5. de prouid. *animis alas celeritatis volucribus ac etiam ventis celeriores esse, quippe quæ cælum ac terras momento obambulent, & cum plurimis gentibus versentur & cum quantumlibet dissitis, sermones misceant*. quid de Intelligentiis cogitandum, quas terreni corporis sarcina non grauat, suntque puri spiritus? Nulla sanè locorum capedine à connaturalis obiecti distinctissima perceptione, & mutuis inter seipsas colloquiis, prohiberi possunt.

119 Neque verò quod semel animus combiberint, effluunt vnquam; nulla eis obliuionis quasi rubigo, suemina mentis semel insitas exedit, nullas eas quasi sopor obstipas & inertes reddit. Non ita quod de pena memoriæ nostræ queritur. S. Aug. 10. confess. cap. 8. quædam, cùm vult mens, statim prodeunt, quædam requiruntur diutius, & tanquam de abstrusioribus quibusdam receptaculis eruuntur, aut quædam aliud petitur & quæritur, quædam cateruatim se proruunt, & prosiliunt in medium quasi dicentia ne forte nos sumus. & abigenda sunt manu cordis à facie recordationis, donec enubiletur quod vult mens, & in conspectum prodeat ex abdito: Sed omnia ibi, imperturbata serie, sicut posita sunt, suggeruntur, denuoque reconduntur vere grandibus memoriæ recessibus, & vt idem Augustinus de memoria nostra addit, nescio quibus secretis & ineffabilibus sinibus, quando vsus ea proponi non fert, recondita seruantur. Tandem non vt nos, singulis mentis actibus, singula obiecta, sed vno & eodem plura percipiunt, nec vnquam intellectu intermisso feriantur. Hinc videas non immeritò S. Gregorium 2. Mor. cap. 3. intellectum humanum quantumlibet aliquando perspicacem damnare cæcitatis si conferatur ad Angelicum, *cuius scientia, longè (vt ait) super nos scientiæ comprehensibiliter dilatatur*. Quod plurale verbum, innuit, S. Gregorium non de sola intellectione beatifica Angelorum, de qua ibi etiam egerat, sed de naturali quoque, quæ sola est multiplex scientia, agere. Similiterque S. Chrysostomus hom. 5. contra Anomoeos ait, *quantum inter hominem cæcum & videntem differentia est, tantum naturas illas incorporeas à nobis differre*.

120 Voluntas perfectionibus exornatur omnino illustribus. Nam & per seipsam, sine habitus pondere, saltem quoad bona quamplurima ad quæ nos habitu egemus, præcipitat in bonum. Nullum in ea ex rebellantibus aduersus superiorem partem inferioribus facultatibus, intestinum dissidium. Constantia in suscepto bono proposito, planè singularis, ità vt propè ad immobilitatem & inflexibilitatem accedat. Libertas quanta plenitudinem luminis intellectualis consequi decuit. Nulli in ea actus surreptitij & indeliberati, quales in nobis. Et quod laudis cumulum exaggerat, cùm tantis ac tam multis

naturæ

narum dotibus instructissimæ sint Intelligentiæ, nec dedignantur (quæ quidem per malitiam obcæcatæ non sunt) Dominum suorum omnium fontem agnoscere, & etiam orbem portent, currunt sub eo, & ad eius nutum in rebus vilissimis nostrâ causâ distinenti.

121 Vis exequens, seu facultas, cum se tum alia mouendi, planè mira, vt non sine causa potentes virtute dicantur. *Magnificentia quædam est in Angelis, & tanta potentia, vt si faciant Angeli quicquid possunt, sufficere* (homo) *non possit*, ait D. August. in Psal. 95. ad illud, *confessio & pulchritudo*. Sanè vnica Intelligentia, & quidem non de perfectissimarum numero, immensam propè primi mobilis vastitatem, quàm celerrimè, & quàm facillimè, ab orbis initio circumduxit, & circumducet infatigata vsque ad orbis finem, possetque in simili torquendi opere, semper vegeta distineri per totam æternitatem, si è re nostra esset. Celeritas huius Intelligentiarum facultatis, quanta nec aliarum, nec globi tormento excussi, nec ventorum. Momento propè ad distantissima loca pertingunt, vt coniectare licet ex immensis spatiis quæ sydera orbesque cœlestes per impressum ab eis motum intra breue tempus decurrunt. Ducunt quasi lignum putridum, æs, nec est potestas super terram quæ cum earum potestate conferri queat. *Neminem existere qui dubitet, eas quoad hãc nam, quæ volent fortitudine fungi*, ait S. Anselm. *in tantum vt nullatenus obsistere eis quicquam valeat, vel si mouendo, aut tenendo, voluerint quid à suo statu quouisque dimouere non illis cedat.* Hæc ille sermone de beatitudine. Quæ habemus etiam libro de similitud. c. 51. eiusdem libri c. 47. & sequentibus ad 71. totus ille sermo continetur, perpaucis mutatis, quod non videntur aduertisse, qui nuper sermonem illum separatim euulgarunt, tanquam non visam antehac Anselmi lucubrationem. Sed ad rem.

122 Hæc qui expenderit, non dubitet admirabilem cum Iamblico l. de myster. s. 19. Intelligentiarum pulchritudinem quæ ipsa earum perfectio est, inspicienti, occurrere *incredibilem, incomparabilem, admirandam, supra modum delectantem, quamuis gradatim inæqualis sit, & pro celsiore inter eas ordine maior*, vt ipse ibidem prosequitur. Ex quo æstimare etiam vel potiùs coniicere liceat, quanta sit supremarum Intelligẽtiarum pulchritudo atque perfectio, cùm quæcumque diximus, etiam infimis inter eas conueniant. Disputat multis de hac naturali Intelligentiarũ pulchritudine Carthus. lib. de venustate mundi artic. 15. 16. & 17. & breuiter multa complexus est S. Chrysost. serm. de ieiuniis & initio Geneseos, vbi naturalem Intelligentiarum præ cæteris initio productis pulchritudinem admiratus, *si ex frequentia* (inquit) *& magnitudine creaturarum conditor intelligitur, multò magis ex virtutum excellentia conditione potest agnosci. Magnum est cælum; sed non ita vt Angelus. Decorus est Sol, excelsior Archangelus.* Sic ille.

Est igitur quod miremur ruditatem nostram, qui tum demum Angelos nobis videmur imaginari pulcherrimos, cum pusiones formosulos expresserimus, quibus facies hilaris & exporrecta, crines in ceruicem effusi, pinnæ humeris admixtæ, vestis candida & mundissima, tota species absque labe & næuo. Nempe hoc est testam suam quasi cochleam semper circumferre, vt bene in simili dixit Philo libro de sacrif. Abelis. Nec secus profectò rustici, si quando Regiam ex-

primere maiestatem quam nunquam conspexerint, aggrediamur, iis duntaxat ornamentis quae in paginis sunt maxima, rem conciliant. Quanquam nemo difficile erit, fateri etiam in hac delineatione Angelicae pulchritudinis nihil [illegible] imperfecta, subesse arcanum sensum legitimum. Facies enim splendentem [illegible], & vestis candor, naturalem Intelligentiarum puritatem designant, teste Nazianzeno orat. 13. mitto, cum Hieronymi laudat quod Cyprius cum esset ac proinde vestis albae uteretur, pro more Cynicorum, vt ibi notantur Elias, (inter Philosophorum omnium [illegible] Theolor. orat. 2. de [illegible] initio,) Angelicam vitae integritatem [illegible]. Pinnae celeritatem naturae indicant, vt censet Chrysost. homil. 4. contra Anom. circa med. & Hieron. in c. 6. Isaiae, vel exemptionem a materia, vt ait D. Dyonis. c. 15. coelest. hierar. Mitto caetera quae prolixe circa huiusmodi ornatum & mysticos eius sensus tradit Conradus Brunus lib. de imag. a cap. 8. ad 12. & Tayr. in append. 1. ad librum de appar. spirit. c. 1. ex quo profecit Molanus 4. de imag. cap. 41. Claudo verbis Theologi Aegyptiorum, quibus vnde Intelligentiarum pulchritudo, symbolis & his adumbrata symbolis, pulchra ducetur. Ita habet l. 4. c. 5. *Qui [illegible] ipsius bona [illegible] pulchritudinem [illegible] belli [illegible], atque [illegible] Gratiis [illegible], & de [illegible] formasse [illegible] oculis nunquam [illegible], idem etiam tandem [illegible] ingressus, quibus constat [illegible] pulchritudo quae sola intelligentia percipiuntur.*

ARTICVLVS IV.

De respectiua quarundam Intelligentiarum bonitate.

123 QVanta sint commoda quae in nos ab Intelligentiis deriuantur, in sacris literis saepe ac dilucide proditum est. Sunt etiam apud Ethnicos in eam rem conscripta non pauca, quae ex Oceano illo Theologiae, a quo flumina omnes Ethnicorum deriuati sunt, vt Theodoretus 2. contra Graecos recte dicit, aut ex antiqua traditionis superstite apud Dei populum fama, ad caeteros dimanasse, dubium non est. Ex his pauca huic loco opportuna annotabimus, subiunctis [illegible] argumenti affinitatem, quae ad respectiuam quarundam Intelligentiarum malitiam pertinent, quantum finis noster patiatur.

Intelligentia de Ethnicorum sententia, quaedam bonae, quaedam malae.

In primis vero haec ipsa Intelligentiarum partitio in bonas & malas confirmanda est. Vbi accommodata videntur de hac re Eusebij verba 4. praepar. c. 5. *In quatuor (inquit) genera [illegible] Theologi, Theologiam [illegible] partiuntur. In primis enim Deum Patrem [illegible] atque Regem [illegible] putant. [illegible] Daemonum [illegible], quarto [illegible] daemones, [illegible] Daemones [illegible] alios bonos, alios malos arbitrantur.* Hactenus Eusebius apud quem ibid. l. 5. c. 4. Plutarchus eam partitionem naturae intellectualis ex Hesiodo adducit, & eandem hic tradit Martianus Capella libro 2. post medium.

Iamblicus

Iamblicus l. de myster. s. 5. additis tantum post heroes animabus puris. Alia ratione diuisionem illam ex Platone instituit S. Thomas opusc. 15. diuidens creaturam intellectualem in Deos secundarios, intellectus separatos, animas cœlestes, & dæmones tum bonos tum malos. At alij Platonici apud S. August. 8. Ciuit. cap. 14. trimembrem tantum faciunt eam diuisionem, nempe in Deos, dæmones, homines: quorum Dij in cœlo sedem habeant, dæmones in aëre, homines in terra. Idem ex Platone tradit Apul. initio libri de Deo Socratis, & Tertull. c. 24. Apolog. & perspicue Hierocles apud Phot. cod. 251. ac Philo prope initio libri de plantatione Noë. Ipse autem Plato in Epinomide post medium, post summos Deos collocat dæmones, & semideos siue heroës, de quibus fuse Viues 10. Ciuit. c. 21. Sed communiter Platonici varia dæmonum genera admittunt, atque ita non tam stricte vsurpant vocem illã, quin plura alterius diuisionis mẽbra complecti possit. Et ita habetur ex variis Platonis locis, quæ annotauit Fernel. l. 1. de abditis cap. vltimo, & idem ex Platone tradit Euseb. 13. præpar. c. 4. Hoc etiam sicuti Magi quorum bona pars de Academia prodiit, præter Angelos bonos & dæmones malos, multa admittunt dæmonum bonorum genera, quorum alij cœlestes sint, & præsint stellis, alij sublunares, ex quibus alij sint terreni, alij aquatici, alij aërei, alij ignei, vt videre est apud superioris seculi Archimagum l. 3. occultæ Philosoph. c. 16. Vtut sit, & siue ea Platonicorum & Magorum diuisio in quadrimembrem illam diuisionem Hesiodi & cæterorum antiquorum Ethnicorum Theologorum ab Eusebio commemoratorum, reducatur, vt sane videtur, siue ab ea differentiis quæris nobis nunc est; bonas & malas intelligentias ab vtrisque agnitas fuisse, & agnouerunt etiam eas cæteri, vt constabit.

In vtrasque apud veteres cadebat nomen dæmonis.

124 Illud namque annotandum (quod tamen ex his quæ addidimus satis liquet,) nempe dæmonis nomen apud antiquos, non semper in malam partem accipi, quod vocis notatio confirmat. Plato namque in Cratylo, δαίμονας dictos vult quasi δαήμονας, hoc est quasi scientes, quod Grammaticis quoque placuisse docet Lactant. 2. Instit. cap. 15. & approbat D. August. 9. Ciuit. cap. 20. vbi Viues, Capellam, Chalcidium, & magni Ethymologici authorem, in eandem sententiam allegat, quibus adde etiam Macrob. 1. Saturn. cap. 23. at Posidonius apud Lips. 1. Physiol. Stoicæ dissert. 19. ἀπὸ τοῦ δαιομένου eam vocem deriuat, quia ex ætherea substantia diuisa illis qualitas est. Christiani tamen Theologi & Patres, Diuinas literas secuti, quibus nomen dæmonis in malam semper partem sumitur, alias vocis illius notationes excogitarunt. Sic Euseb. 4. præparat. cap. 5. dæmones ab eo quod est δειμαίνειν, id est à terrendo vel pauefaciendo deriuat. Eugub. 8. perenn. Philos. cap. 19. existimat dæmones ab Hebræa voce Schedim, resecta priore litera, dictos esse dædim, quasi fortes, & euersores, aut vastatores.

Iuxta hunc Scripturæ vsum accipi potest quod legimus apud Origenem initio 5. contra Celsum. Arguit enim Celsum magnæ cæcitatis, quod non vidisset vocẽ dæmonis non esse adiaphoram, sed semper sumi in malam partem. Non enim Origenem latere potuit, qui sciuisset apud Ethnicos vsus

vocis

vocis illius, cui Porphyrius 3. contra
Christianos, vt refert Euseb. 6. histor.
cap. 14. & attigit Vincent. Lyrinen.
in commonitorio cap. 23. præclarum
illud, reddunt Elogium. *Assiduus fue-
rat omnia Platonis secreta, versatus fue-
rat in libris Numenij, & Cronij, &
Apollophanis, & Longini, sed & Mode-
rati atque Nicomachi in Pythagoricis eru-
ditis summorum virorum non tam lauere
commentarij: Attigit etiam Chæremonis
Stoici, & Cornuti volumina, ex quibus
omnia secreta quæcunque & mystica apud
Græcos habentur assumens, ritus barbaros
& superstitiosissimus Iudaicis coniunxit, ac
Philosophorum gloriam ad dogmata exte-
ra & peregrina conuertit.* Sic ille & re-
ctè quantum ad Origenis eruditio-
nem attinet, quem veneratos vt Ma-
gistrū Philosophos omnes dixit Vin-
centius suprà, & ex facto Plotini quod
Porphyrius in eiusdem Plotini vita
cap. 8. refert, perspicuum est. Non
igitur latuit Origenem, quo sensu
Ethnici antiqui vocē dæmonis vsur-
passent, sed Celsum arguit qui Chri-
stianorum de Angelis sententiam im-
pugnans, scripserat de Christiano-
rum sententia, Angelos esse genus
dæmonum. Hoc reprehendit Orige-
nes, dicens, nomen dæmonis non
esse indifferens ad bonas & malas In-
telligentias, nempe in sacris literis, &
apud Christianos, vt affirmauerat
Celsus, quamuis aliud esset apud
Philosophos, ac nominatim Plato-
nem vt latè refert Lilius Gyraldus
syntag. de Diis 15. init. Carpent. ini-
rio, digress. 4. in Alcinoum, & latè
etiam Apuleius libro de Deo Socra-
tis post medium. Quem libellum D.
August. 8. Ciuit. cap. 14. aduertit præ-
notatum esse ab Apuleio de Deo So-
cratis, quem de dæmone Socratis præno-
tare oportuerat iuxta Platonicā, quam
Apuleius eo opusculo latè tradit do-
ctrinam de dæmonum à Diis minori-
bus differentia, ac vt alij in eodē ar-
gumēto versati, Plutarchos, Maximus
Tyrius, Cicero, Xenophon, Plato,
aliique innumeri cōpellauerant. Sed
addit Augustinus, maluisse Apuleium
in sua disputatione, quàm in libri ti-
tulo vocem illam adhibere, quòd di-
lucescente iam humanis rebus sanā
doctrinā, omnes, vel penè omnes
dæmonum nomen exhorrerēt, agnos-
ceretque Apuleius, se fatuum inde-
cendum, si libello suo epigraphem
illam de Socratis dæmone appoluisset.
Itaque, vt ille ait, etiam in nomini-
bus, triumphasse Christum videmus
de hostibus suis, quod pulchrè lectat
idem S. August. 9. Ciuit. cap. 19. Sed
& Tertulliani tempore, Ethnicos,
dæmonis nomine impios quóque ap-
pellare solitos, reuiltat ex libro eius
de testimonio animæ c. 2. & ex c. 12.
apolog. & fortassis quòd cap. illo 3.
addit Tertull. *Satanam in omni vexa-
tione & aspernatione & detestatione pro-
nuntiat, quem nos dicimus malitia Ange-
lum, totius erroris artificem, totius sæculi
interpolatorem.* Illud inquam *Satanam*
pronuntias formaliter, non materiali-
ter, accipiendum videbatur, ita scili-
cet vt non ipsum vocis *Satanas* corti-
cem, sed eiusdem apud nos vsitatā vo-
cem dæmonis vsurparent, saltem ali-
qui. Nam quod apud omnes nō idem
esset de voce illa sensus, etiam seneſ-
cente idololatria, docent acclamatio-
nes Libanij ad Iulianum, quæ haben-
tur 7. tripart. cap. 2. Non est autem
adeò verisimile, quòd Romani quos
ibi alloquitur Tertullianus, aspernan-
do & detestando passim vsurparent
vocem *Satanas*, quam Hebræam esse,
& Apostatā significare docet S. Iren.
l. 5. cap. 21. & his verbis Iustinus lon-
gè post medium Tryphonis. *Satan
Iudæorum Syrorumque linguā, desertorem
significat.*

Dysymus. Hoc autem vox Nas, quod interpretatur serpens. Hebraeis idem quod Satan valet, ita ex vtroque vocem diabolum componunt Satanas. Ita Iustinus.

Intelligentiae praesides annumeratae daemonibus, & quibus.

126 Nunc vt ad institutum, Intelligentiarum, in respectiuè bonas ac malas, diuisionem deueniam, tradit idem Apul. loco allegato vocem daemonis ad illum quem dixi Ethnicorum sensum acceptam, interdum ad animum humanum extendi etiam in corpore constitutum, quem esse eundemque bonũ Genium interpretatur; Alias verò designare humanum animum, sed iam solutum corporis vinculis, quam daemonum speciem, generatim Lemurum nomine dictam ait apud veteres Latinos, subdiuisum autem in lares, laruas & Manes Deos. Lares siquidem dictos qui obito recte vitae cursu, posterorum suorum curam sortiti, placato & quieto numine domum possiderent. Hos eosdem esse cum Geniis censuit Flaccus libro de indigitamentis apud Censor. c.3. tametsi longè aliter ex quibusdam antiquis lares interpretetur Arnobius ferè in fine libri tertij, & Mutã eorum matrem memorans Lactant. 1. instit. c.21. addens eam etiam dictam & Larundam. Aliò itaque spectat Grundules lares in honorem Scrophae quae triginta porcos pepererat, à Romulo constitutos, vt attigit Nonius verbo Grundules, & plenius ex Cassio Hemina Diomedes lib. 1. de dubia verborũ positione. Qui verò ob aduersa vitae merita incertis sedibus vagari credebantur, inane bonis terriculamentum, noxium malis, hos dictos laruas ait supra Apuleius. At quibus incertum esset quae sortitio contigisset, dictos Manes. Memorat haec daemonum ex hominibus genera ab Apuleio tradita S. August. 9. Ciuit. cap. 11. quae ibi Viues multis illustrat, & pluribus Lilius Gyraldus de Diis gent. Syntag. 15. & annuunt communiter alij si Philostratum excipias 4. de vita Apoll. cap. 8. apud quem malè confunduntur Lamiae cum laruis & lemuribus.

127 Ex hoc daemonum numero non esse Intelligentias illas de quibus agere intendimus, sed ex alio superiore, constat ex eodem Apuleio, recensente sublimiores alias, & vt ait, augustiores daemonum copias, semper à corporis compedibus & nexibus liberas, ex quibus existimet Platonem addi singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos, qui nemini conspicui, semper adsint arbitri, omnium non modò actorum verùm etiam cogitationum. Idem perspicuè expressit Capella loco allegato. Quomodo autẽ ex Platonis mente addatur animae comes ille Angelus, declarat Clem. Alex. 5. Strom. c. 6. *Praeterea* (inquit) *Angelos quos etiam nostri curatores & vigilatores quae ad nos veniunt per Angelos qui nobis praesunt, indicans Plato, non veretur scribere postquam omnes animae vitam elegissent, eas vt sortitae erant ordine accedere ad Lachesim. Illam autem, cum quem vnusquisque elegit daemonem, cum eo mittere vitae custodem, & vt adimpleat ea quae elegerit.* Ita Clemens. *Proinde* (subdit idem Apuleius paulò pòst) *ita animos vestros ad quaecumque vel agenda vel meditanda formate, vt sciatis nihil ei homini prae illis custodibus nec intra animum, nec foris esse secreti, quin omnia curiosè ille participet, omnia visat, omnia intelligat, in ipsis penetralibus vice conscientiae deuersetur. Hic quem dico proprius custos, singularis praefectus, domesticus speculator, proprius curator, intimus cognitor, assiduus*

[illegible], [illegible] adiutor, [illegible] lis reslu, malorum [illegible], bonorum prodeuntur, qui in rebus obscuris præsident, dubijs præmonent, periculosis vocantur, egenis opitulantur, qui nobis quidem tum in somnis, tum in signis, tum etiam fortassis vnquam, cum opus fuerit mala avertentes, bona proferentes, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura illustrare, prospera regere, adversa corrigere. Hæc ille ex loco de Platonis mente, in quam etiam multa petere licet ex Ficino in librum quartum Enneadis tertiæ Plotini c. 1. & ex Platonicis quos latè in hanc rem allegat Sixtus 4. de fato c. 14. & 15. sed præsertim ex Porphyrio 2. de abstinentia post medium, & Iamblico §. 31. & 42 & 43 libri de mysterijs.

12 Similia passim leguntur apud alios Ethnicos, nisi quod non dicunt hos præsides Intelligentias esse de numero dæmonum, Dijs minoribus seu Intelligentijs superioribus inferiorum, sed à substantiæ intelligentias præsides cognoscunt. Pauca de innumeris dabo. Imprimis verò Aristotelem præsides has intelligentias agnouisse negat Lud. Coel. l. 2. cap. 10. sed Clem. Alex. 6. Strom. c. 2. sub fin. ex Isidoro Basilidis filio hæc verba refert. *Dicunt Attici, quidam fuisse significatum Socrati à dæmone eum consequente. Dicit etiam Aristoteles omnes homines vti dæmonibus, qui eos sequuntur eo tempore quo migrant in corpore, propheticam accipiens doctrinam, & eam ponens in suis libris, non confitens vnde hanc surripuerit orationem.* Præclarè item Trismeg. cap. 12. Pimandr. *quibuscunque autem viris (Intelligentia diligens) præsidet, sua illis fulgore illustrat, earum mentibus [illegible] ... Mens illa repugnans, sic animus [illegible] corporis [illegible], vt [illegible] Medicus. Quicunque [illegible] gubernatrix [illegible], eadem quæ & brutorum animæ patiuntur.* Hinc porrò certum esse, vt apud Homerum certis quibusdam hominibus, vt Vlyssi, Diomedi, &c. Numina quædam Dij periculorum depulsores, & vitæ præsides adiungerentur, non malè coniectura aliqui apud Sixtum 4. de fato c. 14. & disertè affirmat Ammianus l. 21. Testimonium Phocylidis in hanc quam astruimus tutelam, refert Clem. 5. Strom. cap. 7. Ex Menandro, Empedocle, & Plutarcho, idem comprobat Eugub. 8. perenn. Philos. c. 40. & qui non pauca alia in hanc rem eruditè congessit Lips. 1. Physiol. Stoicæ dissert. 18. 19. & 20. Sed nemo disertiùs inter Ethnicos hanc hominis tutelam per singularem Intelligentiam prædicat, quàm Epictetus apud Arrian. l. 1. c. 14. *Suum cuique curatorem dæmonem (Latini Genium appellant Lares) assignat Deus, qui custodiat eum [illegible] vigilantissimum, & quem fallere non possit nec fallere. Et quem tu alij aut meliorem, aut diligentiorem [illegible] custodiam committere potuisset? Quamobrem claustra ianuæ ac lucem, cum in tenebris consederitis, videte dicere vos solos esse: non enim estis, non certè estis, sed Deus est intus, & vester dæmon non abest. His opus non est ad videndum lumine, & ad cognoscendum vestra opera nihil opus est.* Eadem ex alijs Stoicis luculenter tradit Sen. Epist. 110. Duos vnicuique præsides ab Ethnicis assignatos, Genium & Iunonem, commendat Pamelius ad cap. 39. Tertulliani de anima. & fauet Seneca Epistol. illa 110. & Plin. l. 2. cap. 7. Verum viris Genium, mulieribus Iunonem fuisse assignatam, rectiùs asserit Lipsius l. 1. Physiol. Stoicæ dissert. 19. & vnicum esse bonum cuiusque dæmonem, disertè traditur apud Iamblicum §. 43. libri de mysterijs.

Ex

Ex quo & quamdiu Intelligentia tutari hominem credita.

119 Hæc hominis tutela malè ab eodem Iamblico ibid. §.42. dicitur incipere ante conceptionem, cùm animæ iuxta Platonicum errorem præexistentes, non inclinantur ad sensibilia. Tolerabilius à conceptu exordium ait Aristoteles loco allegato. At Christianis Theologis congruentius sentiunt, Menander apud Clem. Alex. 5. Strom. cap. 7. & Empedocles apud Eugubinum suprà, & Censorinus libro de die natali cap. 3. iuxta quos ea tutela à primo nativitatis inchoatur, & durat per totam vitam: & ita quidem iuxta Censorinum, vt nec puncto temporis à nobis longiùs abscedat bonus Genius. Et quod de Socrate in Platonis Phædone tradit Proclus in Alcibiadem 1. pag. 206. nunquam mutatur, sed quamuis loca mutemus (quicquid aliqui apud Cælium l.1.c.42. contradicant,) idem per totam vitam nostram perseuerat, quousque iudici nos sistat, ac etiam vsque ad locum de meritis cuiusque decretum perstat, vt docet Proclus ibidem pag. 187. & Iamblicus suprà, & explicatè Apuleius libello sæpe allegato de Deo Socratis sub fin. vbi ex mente Platonis sic habet. *At vbi vita edita remeandum est, eundem illum qui nobis præditus fuit, raptare & trahere veluti custodiam suam ad iudicium, atque illic in causa dicenda assistere, si qua commentiantur redarguere, si qua vera dicat asseuerare, prorsus illius testimonio ferri sententiam.* Hæc ille, quæ discretè etiam habemus apud Platonem in Phædone, & inter Christianos Theologos confirmantur à Iustino q.d. q.30. Orthod. quanquam quod vult Angelum custodem adesse animæ vsque ad resurrectionem, non placet; nisi sit fortè sensus sit collaboraturum in eo puncto Angelum custodem, vt corpus animæ coniungatur, collectis materiæ particulis. Quod tamen toto intermedio tempore, animæ adstiterit, nemo de animabus damnatorum asserat. Nec de aliis, cessante tutelæ necessitate, est verisimile. Sed hæc Christianis Theologis discutienda permittamus.

Dæmon Socratis, qualis.

120 Ex hoc Intelligentiarum præsidum ac tutelarium numero, fuisse dæmonem illum, quo vitæ doctore Socrates gloriabatur, existimauit Ægid. in 2.d.11. q.1. art.2. & Dand. 3. animæ dig. 11. annuuntq. Apul. suprà Clem. Alex. 5. Strom. c.6. & Max. Tyrius serm. 26. & 27. Plutarch. l. de Socratis dæmonio, Chalcid. in Timæum Proclus in Alcibiadem primum pag. 208. omnes post Xenophontem in Apologia Socratis, & initio primi & sub finem quarti memorab. & post Platonem, apud quem Socrates in Theage sic loquitur. *Adest mihi Diuina quadam sorte dæmonium, quod me à pueritia est secutum, quæ vox quædam est dissuadens quod sum facturus, ad faciendum verò prouocat nunquam. Quod si quis interdum amicorum mecum sua consilia communicat, desertur illa vox dissuadens, & me exequi non permittens.* Item in Apologia apud eundem Platonem, inde infert Socrates, bonum sibi esse mortem tunc subire, quòd vox illa dæmonis, quæ illuc vsque in rebus leuissimis aliquid minus rectè facturo opponere sese consueuerat, & medium sæpe sermonem alias inhibuerat, nullo tunc signo prodidisset impendens malum. Et in Phædro refertur, transituro Socrate flumen, audisse tam vocem dæmonis quæ transitum prohibuerit. Quæ omnia argumentum bonitatis dæmonis illius, & præ-

ſtinæ per eum tutelæ, acceperunt gratiati amores.

131 Mihi contrarium magis placet, fuiſſe ſcilicet hunc dæmonem, non Angelum Socratis cuſtodem & bonum, ſed malum dæmonem. Quæ fuit aperta plurimorum Patrum ſententia. Ita enim Tertull. c. 22. & 46. Apolog. S. Cypr. l. quod idola Dij non ſint num. 52. Lactant. l. 2. c. 15. Gelaſius Cyzicenus lib. 1. de actis Nicenæ ſynodi apud Gretſerum t. 2. de cruce ſub finem. S. Auguſt. 8. de Ciuit. c. 14. Minutius in Octau. n. 45. Conſentiunt multi Recentiores, vt Loyerius 4. de ſpectr. c. 17. & Lenſæus 2. de liber. Chriſt. cap. 4. Coniecturæ ſunt quod Socrati, hominis vt infrà de aliis agens oſtendam, virtutis non niſi fucatæ & inſignitæ iniquitatorum morum, non ſit concedendus boni Angeli vſus familiaris, quem vix perfectiſſimis hominibus Deus in hac vita elargitur. Item quòd dæmon ille nunquam Socratem ad bonum impelleret, tantùm à malo reuocaret, vt ipſe Socrates teſtatur locis allegatis. At bonus Angelus ad bona quoque hominem incitat. Et quanquam Xenophon locis allegatis, referat dictum fuiſſe à dæmone Socratem quæ facienda, quæ vitanda eſſent, aſſipulantúrque Minutius & alij quidam, tamē nemo penitius res Socratis calluiſſe videtur, quàm Plato, qui ex ea Socratis cum dæmone familiaritate, transfudiſſe videtur in ſuos Platonicos, ſummam illam quæ ipſis ſemper cum malis dæmonibus interceſſit neceſſitudinem, & communicationem, quam rectè notauit Carpēt. digreſſ. 4. in Alcinoum, aliam inſuper eiuſdem Platonicorum cum dæmonibus neceſſitudinis cauſam reddens in 6. Theol. Ægypt. c. 2. Additque prætereà Valeſc. c. 8. ſacræ Philoſophiæ ex hac cum dæmonibus ſocietate, & adhibita eis à Platonicis fide factum, vt nulli magis quàm Platonici à dæmonibus fuerint deluſi, ſcribentes, & pro certiſſimis iactantes, quæ nequam illi ſpiritus de natura ſua & efficacia, ac actibus mentiebantur. Quod verum eſſe Iamblici, Procli, Porphyrij, Plotini, & aliorum Platonicorum ſcripta teſtatiſſimum.

132 Ac ne quis Socratici illius dæmonij bonitatem, teſtimonio Xenophontis tueatur, aſſerentis pauculum quoque fuiſſe Socratem à dæmone illo ſuo ad quædam bona; non piget annotare ex Iamblico l. de myſter. §. 31. & Auguſt. 2. Ciuit. cap. 26. vafrum illum, transfigurantem ſe in Angelum lucis, hominem ad bona quædam interdum inducere, vt hac boni ſpecie obducat virus quod porrigit. In quam rē cum innumera ſint exempla apud Aſceticos, tum illud omnino illuſtre, ac iis quæ de Socrate narrantur perſimile, quod fusè refert Bodinus 2. dæmonol. c. 2. Nam ex totius narrationis progreſſu ſatis apparet fuiſſe dæmonem malum, quamuis contra ſenſerit ille Bodini familiaris & ipſe Bodinus, & tamen ad multa bona moralia ſuum illū clientem inducebat. An ipſius eſt, de quo Scalig. in 2. de plantis, pagin. 143. refert viſum ab illo ignis ſpeciem: nam hac quoque forma exhibuiſſe ſe interdum ſynmiſtæ illi ſuo Angelum illum, ſcribit Bodinus, & malo dæmoni vt Deum æmuletur (quem ignis ſpecie frequentiſſimè apparuiſſe docent quæ congerit Tyraq. l. de nobilit. c. 31. n. 177.) non infrequens eſſe in igne ſe exhibere, conſtat ex Iamblico lib. de myſteriis §. 25. tum initio, tum circa medium cùm de pythiis, & §. 22. & ex noſtris idem optimè docet S. Diadochus lib. de perf. ſpiritu. c. 36.

Porrò

Porrò vt ad Socratem reuertamur, compertissimum est ex dictis, perperam Ficinum sub finem Timæi pag. 951. Socraticum hunc dæmonem censuisse aliud non fuisse quàm habitudinem rationis, mentem gubernantis. Eatenus aliquos Platonicos, & inter Plotinum libro de dæmone cuique proprio, qui est quartus Enneadis tertiæ, ita intelligere quæ dicunt de dæmone cuiusque præside. Sed vt admonet Ficinus ad initium eiusdem libri, non propterea differentiam externis, non substantiæ intelligentis, de qua hactenus locuti sumus, directionem ac præsidium.

De Intelligentijs præsidibus aliarum quarumuis rerum extra hominem.

153 Satis multa de singularis vnius Intelligentiæ in singularem aliquem hominem beneficentia, vnde Intelligentiarum quarundam bonitatem colligere licet, quod intendebamus. At non minus luculenter id probant, communia, vt ita dicam, beneficia & locorum, vrbium, prouinciarum, rerumque etiam inanimatarum aut irrationabilium, ad bonum & commodum nostrum, suscepta ab Intelligentiis cunctis. Voluit forte hoc Antisthenes apud Lactant. l. de ira Dei cap. 11. & 1. instit. c. 5. docens vnum esse naturalem Deum, quamuis gentes & vrbes suos habeant populares Deos (id est, vt Labeo iam olim sacra popularia exposuit, cuiusque eiusdem populi proprios, quamuis non displiceat aliam sententiæ Antisthenis expositionem innuere Tullium 1. de nat. fortasse probabiliorem.) Quæ eadem ferè Aristotelem cum suis Peripateticis, & Zenonem cum suis Stoicis sensisse, ait Lact. At idem de Aristotele confirmat Scal. supra pag. 142. ex Clemente, quem scripsisse dicit editum ab Aristotele librum de Geniis regionum. Hinc orta Deorum euocatio in vrbium expugnatione, vt memorat Plin. l. 28. c. 2. & Macrob. 3. Saturn. cap. 9. vnde illa tanta cura, Romanæ vrbis Genium celandi, ne similiter euocari posset.

Quanquam cur Genium Romæ mihi fingitis vnum,
Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
Assignare suos Genios, perque omnia membra
Vrbis, perque locos, Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus vllus ab vmbra?

Ita Romanis Ethnicis insultat Prudentius 2. contra Symmachum. Ea Geniorum multitudinis opinio ex rumore de Intelligentiis locorum præsidibus primùm nata, in multiplex postea numen impiè transiit, vt infra dicam agens de Polytheismo. Nec vrbes tantùm sed & domus, Genios suos habere creditæ, vt præter Prudentium docet Lactant. 2. instit. c. 14. qui quod Genios omnes malis dæmonibus annumerat, quod fecit etiã Tertull. l. de anima, c. 39. & c. 32. apolog. proposuit suam non Ethnicorum Genios asserentium mentem, sed & imbribus, auris moderatis, serenitatibus, anni tẽpestatibus legitimè temperandis, aliisque huiusmodi, præfectos bonos Genios, agnoscit Porphyr. 2. de abstinentia post medium.

154 Imò quod minimæ quæque res non careant suis præsidibus Intelligentiis, Celsus apud Origenem l. 8. post medium, probat ex Ægyptiis, dicentibus humanum corpus in triginta sex partes esse distributum, & suum cuiusque partis esse dæmonem, vel etiã plures, quos vocarent Chnu-

men, Chnachumen, Cnas, Sicat, Bio, Erebius, Ramanor, Reianoor, aliisque huiusmodi nominibus Ægyptiacis, quorum vsus esset ad eos dæmones inuocandos cùm aliqua pars ægritudine afficeretur. Viginti quatuor dominantur, nempe 12. pro animæ Patriarcharum nominibus insignitos, & totidem pro corporis partibus, commiscebantur Priscillianistæ per inanem Philosophiam seducti, vt eis obiicit S. Leo epist. 93. cap. 12. docet item Iamblicus lib. de myster. s. 35. singulos dæmones, singulis spiritibus animalia distributos, proximam eorum curam & perfectionem esse sortitos. Quinetiam nullam esse in tota terrarum orbe naturam, & plantæ vel animantis speciem, quæ aliquo dæmonum genere non custodiatur, & hos quidem vitem, illos abietem, aut quercum, alios bouem, cæteras reliqua viuentium & inanimatorum genera custodire, ex Platonicis refert Sixtus. 4. de fato cap. 14. & 15. Notum etiam euocatos è duobus fontibus, Gadaræ in Syria, à Iamblico, frequente populo præsides fontium illorum Genios, quod tametsi per magiam factum, quia non boni Angeli sed mali dæmones euocati sunt, tamen testimonium præbet sententiæ Ethnicorum de Geniis rerum inanimatarum præsidibus. Præter quos etiam, miniscebant, vt ita dicam, præsides; addit Sixtus ex Ficino 4. de immortal. cap. 1. & Proclo 6. Theolog. Platon. c. 18. alios quoque 12. principes orbi vniuerso fuisse præpositos; nempe animæ orbis stellati, & septem Planetarum, quatuorque elementorum, quorum vnumquodque ex Orpheo duplici vi polleat, altera cognoscendi, regendi altera. Priorem in elemento terræ dictam Plutonem, posteriorem Proserpinam; similiterque in aqua & aëre Intelligentias illas pro duplici vi, Oceanum & Thetim, Iunonem & Iouem nominatas; Quæ apud Ficinum ad finem citati capitis plenius tradita videre licet.

135 Quinetiam vnam aliquam supremam cæterarum omnium Intelligentiarum præsidem, veluti cæterarum caput homogenearum agnouisse Ethnicos, probari potest: videtur quoque esse ille ipse Genius quem generalem nominat Mart. Capella l. 2. verbis illis. *Ex superiorum Deorum arbitrio, & secundarum cum eis, & generalis omnium præsul, & specialis singulis mortalibus Genius admouetur, quem & præstitem quod præsit gerendis omnibus vocitarunt. Nam & populi Genius, cum generalis poscitur, supplicent, & vnusquisque gubernatori proprio dependit obsequium.* Hæc Capella generalem Genium ad populos tantum singulos rebesse vt videtur restringens. Sed haud dubie præter mentem antiquorum à quibus illud nomen fuit impositum, vt facilè est colligere ex Varrone apud S. Aug. 7. Ciuit. cap. 14.

ARTICVLVS V.

De malitia respectiua quarundam Intelligentiarum.

136 EX dictis primum membrum instituti de Intelligentiarum partitionibus, satis superque explicatum manet. Ad alterum, seu ad Intelligentias malas, veniendum est, quas ab Ethnicis agnitas concors est sententia Sanctorum Patrum. Ita enim tradunt Tertull. cap. 22. apolog. Cypr. de vanit. idol. num. 5. Minut. n. 46. Cyrillus 4. in Iulia. ad l. 1. Euseb. 4. præparat. à cap. 5. & l. 5. cap. 4. & 5. de demonstrat. cap. 5. vbi speciatim

Platoni

Platoni compertos fuisse malos dæmones asserit, consentientibus Platonicis, Iamblico, Porphyrio, Chalcidio, denique Plutarcho, qui l. de defectu oracul. num. 14. idem tribuit Xenocrati, Chrysippo, & Democrito, eiusdem Chrysippi verba referens lib. de contrad. Stoicorum num. 34. Sed Chrysippo contrarium tribuunt videant Tertull. lib. de testim. animæ cap. 3. vt & Democrito Victoria relect. de Magia num. 10. Sed leui sanè argumento; nempe quòd adolescentibus quibusdam personatis, malorum dæmonum figuram & habitum ad incutiendum terrorem simulantibus, dixisse legatur Democritus, Desinite, desinite ineptire. At hoc certè multoties de Christianis audimus in familiari coetu, quamquam malos dæmones dari non ambigant. Viues l. de verit. fidei c. 15. refert ex Pherecyde, Homero, & Ægyptiis, infestos nonnullos dæmones, fuisse à Deo de cælo deiectos, & ab eorum simulque Heracliti narrationibus, hausisse Christianos quæ de dæmonibus malis cælo deiectis docent, garriebat Celsus apud Orig. l. 6. circa med. Eiusdē deiectionis testis est Empedocles apud Plutarchum lib. de fænore. Porrò plusquam triginta millia cum principe dæmone deiectos esse dixit Oenomaus. Tandem Trismeg. vt est apud Lactant. l. 2. instit. cap. 16. disertè malos dæmones asserit, vocatque ἀγγέλους πονηροὺς & ab eorum incursionibus tutos esse pronunciat eos qui cognouerint Deum. Non sunt omittenda quæ apud eundem Trismegistum leguntur c. 9. Pimandri *Dæmon (inquit) transfundit in hominem semina propriæ notionis [illegible]. Atque [illegible] pregnans, [illegible] adulteria, stupra, homicidia, parricidia, sacrilegia, [illegible] ingratitudines, [illegible], pestes hominum, & reliqua omnia, quæcumque malorum sunt opera dæmonum.* His verbis Mercurius non modò malos dæmones admittit, sed ab effectibus quoque graphicè depingit. Rectè itaque asfirmauit Origen. 7. contra Celsum in fin. *esse malos dæmones non eos solùm dicimus, sed alios quoque [illegible] qui possunt esse dæmones.* Ex initio ferè eiusdem libri, nominatim [illegible] Pythagoricum quendam, qui scripsit de reconditioribus Homeri sensibus, annotasse agnitos ab Homero fuisse malos dæmones, quod expressissimè docuit Iustinus in parœn. quem audire non pigebit. *De proiectu è cælo hoste humani generis, quem diabolum vocant sacræ litteræ, propter calumniā [illegible] primum [illegible], considerate diligenter quæ dicit; [illegible] poetam, [illegible] diabolum, fingere tamen ei nomen ab ipsis [illegible]. Aten tamen nominans, ait à suo Deo præcipitatum de cælo, videlicet memor quid Esaias Propheta de hoc scripserat. Carmen sic habet.*

Statim prehendit Aten pinguem capillis,
Indignatus animo suo, iurauitque firmissimum iusiurandum,
Nunquam se in Olympum, stellatumque cælum,
Rursus accepturum Aten, quæ omnes lædit.
Sic fatus deiecit eam de cælo stellato,
Manu circumcirca, atque ea peruenit ad [illegible] hominum opera.

Hactenus Iustinus de Homero, cui in malis dæmonibus agnoscendis astipulati veterum primores, quos adduximus partim paulò ante, partim initio articuli superioris, quibus adde Dionem Chrysostomum orat. 21. & Orpheum in hymno ad Titanes.

157 De Hippocrate tamen aliter censuerunt aliqui, propter quædam

eius

eius verba in libro de morbo sacro. Reuera tamen quod iam d. 2. monui tantum voluit non omnes qui dæmone acti existimantur agi à dæmone. Sed plerumque pati morbum epilepsiæ; à quibusdam verò circulatoribus, quos eo libro exagitat Hippocrates, vexationem illam perperam referri ad dæmonem. Hinc tamē non infertur Hippocratem vniuersè negasse siue malos dæmones, siue eosdem Energumenis infestos. Certè hodièque multi, quod morbo tribuendum esset tribuunt dæmoni, vt rectè aduertit Valles. c. 28. sacræ Philosoph. neque tamen qui id perperam fieri monet, deberet dæmonum infitiator audire.

138 De Aristotele item controuersia est malosne dæmones admiserit. Negant Auerr. epist. de resurr. Boccass. in l. de Diuinat. per somn. lect. 29. Anan. 1. de nat. dæmo. cap. 1. & l. 4. cap. 26. Binsfeld. tract. de confess. malef. prælud. 1. Victor supra. Delr. lib. 2. de Mag. Mal. 1 p. q. 50. art. 1. Vasq. ibid. d. 78. n. 4. Durand. 2. animæ digr. 12. & frequenter Guliel. Parisiac nominatim 1. 2. de vniuerso, c. 45. & 12. cap. 55. & 98. & lib. de legib. c. 24. affirmans hunc errorem Aristoteli persuasum fuisse à suo quodam Paredro. Eandem generatim dæmones malos negantem Peripateticis tribuunt D. Thom. q. 16. de malo art. 1. in corp. & autores malef. p. 1. q. 8.

Nihilominus admisisse Aristotelem dæmones malos affirmant Eugub. 8. peren. Philos. cap. 26. Scaliger exerc. 355. & Loyer. l. 3. de spectr. cap. 3. & colligitur ex loco Philosophi de annulis incitatis Execesti Tyranni, vt refert Clem. Alex. 1 Strom. cap. 21. in fin. Item colligitur ex consensu præstantissimorum Peripateticorum admittentium dæmones, vt videre est apud Niphum 3. de dæmon. c. 1. Excipiendus tamen est Alexander, & eius sunt, qui eius nomine circumferuntur commentarij in Metaphysicam. Ibi enim autor ille lib. 4. ad tex. 15. apertè negat dæmones, & ea admittentem illo loco Philosophum, ex aliena mente locutum pronunciat, vel de cælestibus corporibus exponendum esse affirmat. Quarum responsionum, prior apertè est hominis aliud quod dicat non habentis; posterior verò est prorsus negatoria, vt vis ipsa vocis sufficienter conuincit. Sed minus hunc Alexandri lapsum mirabitur, qui densos eius errores & frequentes impietates animaduerterit apud Picū lib. de prouidētia parte 1. c. 10. de cæteris antiquis illustrioribus Peripateticis donec cōtrarium euincatur, autore Nipho.

139 Itaque in admittendis malis dæmonibus, consentiunt Ethnici, vt mirandum sanè sit post illatam mundo Euangelij lucem infausta quædam Lutheri germina, apud Prateolū verbo *Antidæmonian*, diabolum & malos quoscumque spiritus negare ausa esse, & tentasse etiam Cardanum (quod grauiter queritur Carpent. digr. 4. in Alcino.) friuolis planè ratiunculis, ostendere non dari dæmones, texisseque ad extremum impietatem suam, addendo in fine decimi noni de subtilitate, se illa dicere non vt Christianum, (quod monere non oportebat,) sed vt Philosophum; id est si perspicuè loqui volumus, vt Atheum. Ferè enim ita res habet vt qui dæmones Diuinæ Iustitiæ administros, ad commenta pertinere sibi persuadet, inferna quoque fabulis annumeret, quod qui persuasum habet, ad Atheismi suburbia se peruenisse ne dubitet. Nec minor Pomponatij culpa, qui idem conatus in opere de incantationibus, ad

ad extremum usque sederit opus ad [illegible] Ecclesiæ, à qua vt [illegible] Carpentarius [illegible] supra diminui [illegible] potuit, quàm aliud expectare non potuit, quàm [illegible] à principio ad finem [illegible] factu est, collo-que distum. [illegible] mum, inter repræ-[illegible] in quo [illegible] de [illegible] summum lect. 19 sit asse-[illegible] à Pomponatio, *multa falsa, & mul-ta ac magnas nugas.*

140 Argumenta quibus Ethnici [illegible] ad concedendos malos dæmones inducti sunt, ex operationibus sunt petita, vt frequentissimè ex ipsismet Ethnicis ostendit Euseb. 4. & 5. præpar. & 4. de demonstrat. in [illegible] ac Theodor. l. 3. contra Græcos. Sed præsertim copiosè id tradidit Porphyrius l. 2. de abstinentia post medium. Multa paucis complexus est Tertull. c. 22. Apolog. *Operatio eorum* (inquit) *est hominis euersio. Itaque corporibus quidem & valetudines infligunt, & aliquos casus acerbos: animæ verò repentinos & extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis ad vtramque substantiam hominis adeundam, subtilitas & tenuitas sua. multum spiritalibus viribus licet.* Et paulò post. *Aspiratio dæmonum & Angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus & amentiis fœdis, aut sæuis libidinibus cum erroribus variis, quorum iste potissimus quod deos istos captis & circumscriptis hominum mentibus commendat, vt & sibi pabula propria nidoris & sanguinis procuret simulacris, imaginibus oblata, & quæ illis accuratior pascua est, hominem à recogitatu veræ Diuinitatis auertat, præstigiis falsis.* Hæc & alia ibi Tertull. *Turpia consulunt & peragunt,* (inquit Iamblicus l. de myster. §. 31.) *negant malum ferre [illegible], atque nobis ad iniusta [illegible].* Subdit que de eorum instabilitate & inconstantia, qualiter non pudeat eos incitare cultores suos ad turpes libidines, cùm tamen sequentes se non cauendo inuacantium, nisi castum, de quo grauiter queritur ex suo Porphyrius, qui refertur etiam à Theodoreto 3. contra Græcos circa medium, & à D. Aug. 10. Ciuit. c. 11.

141 De ea crudelitate qua humanas hostias sibi deposcebant innumera exempla adducunt Macrob. 1. Saturn. c. 7. Lactant. 1. instit. c. 21. Euseb. 4. præp. c. 7. ac orat. de laud. Constantini post medium [illegible]. Cyrillus 4. in Iulian. ad text. 1. ex Porphyrio & Theophrasto, Alex. 6. Genial. c. 6. ac Genebr. Psal. 105. ad v. 37. Nec sunt tantùm, sed & aliis numinibus dæmonibus, vt Dionysio & Dianæ, multis in locis sic litatum testatur Hesychius in c. 15. Leuit. Et durauit etiam ea carnificina tempore Iustini, vt patet ex Apologia ad Senatum, sub finem, vbi narrat [illegible] apud Romanos illustrissimum & nobilissimum his sacris operatum. Sed & Iustini quondam discipulus Tatianus orat. ad Græcos hanc sibi inter cæteras abiiciendi Ethnicismi causam fuisse memorat n. 46. Durauit etiam tempore Tertulliani, vt constat ex paucis his quæ habet c. 7. Scorp. *Scytharum Dianam, Gallorum Mercurium, Afrorum Saturnum, hominum victimâ placari apud sæculum licuit. Et Latio ad hodiernum Ioui, media in vrbe humanus sanguis ingustatur.* Sed & Tertulliani æqualis Minutius n. 55. eadem paulò etiam explicatiùs tradit. *Saturno* (inquit) *in nonnullis Africæ partibus à parentibus infantes immolabantur, blanditiis & osculo comprimentes vagitum, ne flebilis hostia immolaretur. Tauris etiam Ponticis, & Ægyptio Busiridi, ritus fuit hospites immolare, & Mercurio Galli humanas vel inhumanas victimas cædere. Romani, Græcum & Græcam, Gallum & Gallam, sacrificii viuentes obruere, hodieque ab ipsis Latiaris Iupiter homicidio*

colerat. Et quod Saturno filios suos immolarent, & nouo hominum sanguine sagarent. Idem suo tempore factum testatur Lactant. supra. Recentiora feralium illarum hostiarum exempla, dabit à Costa 1. histor. Ind. c. 19. & sequentibus. Nequitiam dæmonum ex hac crudelitate præter citatos insinuat Plutarch. apud Euseb. 5. de præpar. c. 4. & pulchrè Iustinus q. 83. ad Orthod. vbi refertur Ethnicos humanis hostiis fecisse tanquam præstantioribus ad maiorem Dei cultum.

142 Denique vt Porphyrij verbis vtar ab Eusebio dictis l. 4. c. 11. dæmones vitiis dediti, quicquid malè excogitare aut efficere possunt, libenter aggrediuntur, omniáque sursum & deorsum perturbant. Ab illis quinque maleficæ artes constitutæ sunt, vt idem tradit l. 5. c. 7. quod pleniùs exequitur Lactant. l. 2. c. 17. & Minut. n. 45. Hominem verò ipsum (cùm licet) in corpore vexant, permissi ob fines quos tradit Tol. in cap. 4. Luce annot. 34. quod mirum est à Medicis non paucis cùm negatis quos adduximus & retexuimus l. 2. num. etiam antiquioribus apud Guliel. Parisiens. 3. 2. de vniuerso, c. 13. negari potuisse, contrarium asserentibus, præter Patres, grauibus quibusque auctoribus apud Coccium 5. c. l. 4. art. 7. Nec hominem tantùm, sed & bruta quoq; in hominis odium & incommodum à dæmone corripi, testatur Origenes sub finem 4. contra Celsum agens de mustelis, è quibus aliqui diuinationes captabant, & de auibus augurialibus, & in fine 7. libri asserit, Christianos animalia bruta à dæmone correpta curasse, eiúsque ea de re exempla posteriora Origene, vt apud S. Hieronymum in vita Hilarionis, & apud S. Greg. 1. dialog. c. 10.

143 Tandem homini quoque externis in rebus incommodant mali dæmones, domus infestando, & incolis vacuas reddendo, quod illustribus exemplis declarant Plin. Iunior, l. 7. Epistol. 27. & Lucianus in Philopseude, August. 22. Ciuit. c. 8. alióque recentiora Alex. Neapolit. 5. Genial. c. 23. & alia congerit Comm. 4. variar. c. 6. ac plura etiam Thyr. de locis infestis cap. 1. Siue autem hæc damna sponte propria inferant, siue ex Diuino imperio, tanquam carnifices in hoc Vniuersi principis Republica, & Diuinæ iustitiæ ministri, vt innocat Orig. in fine 7. contra Celsum. Synes. Epistol. 44. Basil. in c. 13. Isaiæ & August. in Psalm. 77. ad illud, *immissiones per Angelos malos*: ac etiam ex Chrysippo Plutarchus q. 51. rerum Roman. Vtrouis tamen modo hæc damna inferant, non possunt nisi mensuram à Deo vel præscribente, vel permittente, definitam excedere, vt latè S. Gregor. 2. Moral. à c. 9. & Cass. collat. 7. c. 22. Quod aduerto, quia his quæ dixi malis auertendis, mitigandisque, tantarum harum potestatum feritati, impensum eis à plerisque Ethnicis cultum, dumtaxat ne nocerent, sæpè legimus apud Iamblicum & Porphyrium; idque prætendisse Ethnicos cùm de nequitiâ quorundam Deorum suorum egerentur, meminit Arnob. lib. 7. num. 10. & 16. quibus occinere sanè licet illud Chrysologi serm. 17. *Miser est qui rebelle iudice, frustrà conscios rogaturi fautorem, qui nec tenere, nec parcere, nec minuere poenæ tormenta nec addere, sed fieri iussum, ab lictorum ipse verbera ad iussum arbitrium iudicantis.* Et idem latius vrget S. Basil. in c. 13 Esaiæ.

144 Hæc sufficiant ad colligendam quarundam Intelligentiarũ nequitiam, ex indiciis quæ ad eas pertinere, saltem probabiliter ducet naturale lumen. Fusior in hoc argumento

ro est. Psellus libello de dæmonibus non multum ab initio, ac sub finem, sex insuper referens malorum horum dæmonum genera, ac velut classes, ex Marco quodam Mago; Nempe igneum, quod circa sublimiorem aërem peruagari dicit; aëreum quod aut oberrare in aëre nobis propinquo; terreum quod plurimum circa terrã versatur; aquatile & marinum quod humoribus se immergit ac libenter circa lacus & fluuios habitat, multósque perdit aquis, & in mari excitat tempestates; subterraneum quod habitat sub terra, terræque patentium effossores, terrámque concutit & flammiuomos ventos suscitat; ac denique lucifugum, penitus tenebrosum ac passionibus frigidis violenter res perdens. Eadem legere licet apud alios multos, quos collegit Serar. in cap. 3. Tobiæ q. 6. Cauendus autem error Pselli & aliorum, has denominationes non ex habitatione tantùm aut operibus circa aliqua loca aut corpora, sed ex ipsorum dæmonum temperie, vel affectione corporea, repetentium. Vbi dupliciter labitur Conradus Brunus lib. de imaginib. cap. 14. tamen iis modis denominans dæmones, à crassiori corpore quod eis assingit supra naturam.

Notandus insuper ex eodem Psello sub finem libelli allegati, error Græcorum circa dæmonũ malitiam. *Opinio Græcorum* (inquit) *paruam dæmonum partem iudicat malam, & hanc quidem, non tantum electione malam, sed ex prima rerum dispositione sic affectam, ceterum vero genus aduersus animas distinguerent.* Hunc errorem in Chrysippo carpit Plutar. lib. de contrad. Stoicorum c. 34. & in quibusdam hæreticis damnarunt Pontifices & Concilia apud Castrum v. diabolus, hær. 4. Non fuisse tamen hunc errorem omnium Græcorum, docent quæ ex Homero suprà addiximus. Videtur autem in hoc errore fuisse Iulianus Apostata, nam Deum naturas aliquas substantiales malas procreasse censuit apud S. Cyrillum 4. in Iulian. ad extremum penè. docet autem S. Cyrillus esse manifestam blasphemiam contra Deum, asserere dari quasdam malæ naturæ, vt respondeat ordinationibus Dei, quod asseruerat idem Iulianus. *At quomodo* (inquit S. Cyrillus) *absistet vniuersorum opifex ne compendio sit omnis quod malorum naturarum sit factor, si enim è contrà operans ad hoc venerit, quomodo bonus est?* Faciunt hæc quoque illa Augustini apud Prosperum sententia 176. *Cùm Deus commendabiliter bonus, omnes creaturas fecerit bonas, nec vlla omnino nisi ab ipso sit creata natura, nulla est substantia mala, quia quod auctorem Deum non habet non est.* Hæc ille. Quòd si nulla prorsus est natura simpliciter natura & substantialiter mala moraliter, certè nec dæmones. Atque ita eos non esse simpliciter natura & secundùm substantiam malos, sed voluntate, latè prosequitur Didymus Alex. opusc. cõtra Manich. à medio. Tandè dæmoniarcham, malarum harum Intelligentiarum principem, ex Trismegisto memorat Lactant. 2. Instit. c. 15. & ex Porphyrio Euseb. 4. præpar. c. 12. annotans cum Ægyptiis dictum Serapidem, Græcis Plutonem, qui tamen orat. de laud. Constant. Plutonem quasi πλούτων & locupletẽ à dominio in omnes, Deum mortem, habitum refert. Succenturiatam ei de Ethnicorum sententiâ copiam, fusiùs persequi liceret, nisi res passim esset obuia. Legesis Loyerium 3. de spectris toto cap. 8.

DISTINCTIO IV.

De proprietatibus vitam Intelligentiarum consequentibus.

1 QVæ exposuimus Intelligentiarum accidentia generalissima sunt, quippe cum entis vel creaturæ ratione coniuncta. Nunc ad affectiones Intelligentiarum proprias, aggredimur. Quas vt in naturis intellectualibus, & prorsus immaterialibus, tres duntaxat assignare licet, nempe intellectum, voluntatem & vim exequentem. Et quidem intellectus ex ipsa Intelligentiæ differentia constitutiua, proximè manat, vt docet ipsum nomen, ideoque cæteris facultatibus, est origine prior. Intellectum sequitur voluntas, quæ in quouis cognoscente necessaria fuit ad boni cogniti prosecutionem & mali fugam. Quid enim bonum vel malum cognoscere attinebat, nisi facultati obiectorum illorum cognoscitiuæ, adiuncta fuisset proportionata vis, eorundem prosecutiua, vel auersatiua? Rectè id expendit D. Thom. in 1. d. 45. art. 1. eiusdem appetitiuæ facultatis, ex cognoscitiua dimanationem declarans 1. contra gent. cap. 72. & opusc. 43. cap. 6. Intelligentiam vi cognoscente & appetente instructam, consequitur facultas motrix tanquam pedissequa intellectus & voluntatis, ad bonum cognitum & appetitum, si procul absit, prehendendum, vel malum illic ingruens, declinandum. Nam quia Intelligentia, certis vt dimus spatij finibus clauditur, nec in immensum funditur, necessaria sanè illi fuit facultas aliqua qua mutare posset locum, & obiectis se sistere, vel subducere, cùm occasio aut libertas feret; & hac ipsa facultate vt infrà patebit, Intelligentia exequitur quæcunque transeunter operatur, vt proinde sit hæc vltima vitalium in Intelligentia potentiarum, nullæque sint præterea in ea facultates. Quod euidens erit, consideranti indigentias quibus naturæ autor potentiarum collatione consultum voluit. Has ergo facultates eodem ordine quo ad originem se habent, explicandas suscipimus, initio ducto ab intellectu.

QVÆ

QVÆSTIO I.

De Intelligentiarum intellectu.

1 QVIA potentiarũ expositio, iuxta rationem à Philosopho 2. animæ initam, ab obiecto inchoatur, ab eo autem per actus ad potentiam ipsam deuenit, ibique consummatur: propterea primo loco de intelligibili Intelligẽtiarum sphæra obiectiua disputabimus. Et est sane id consentaneum. Intelligibile enim, ut pulchre dixit Mer. cennir. 5. ex variis cap. 53. & 54. post S. Dionys. c. 4. Diu. nom. late annuente Ficino l. de immortalit. cap. 2. *Est alimentum & pabulum intellectus.* Quod proinde agnosci ante omnia, & prouideri decet.

ARTICVLVS I.

Sphæra obiectiua, Intelligentiarum intellectui connaturalis.

CVr me restringam ad obiectum connaturale, & in quo sita sit ea obiecti connaturalitas, intelligetur exactius paulo post. Nũc sufficit prænoscere, obiectum illud dici connaturale alicui facultati, quod est viribus eius non eleuatis commensuratum, ideóq; ab ea attingitur sine extraordinaria ope, & absq; subsidio indebito.

ASSERTIO.

Obiectum intelligibile Intelligentiis connaturale, limitibus illis terminatur, ad quos earum connaturalis essendi modus porrigitur, ita ut entia duntaxat immaterialia creata quæ eodem cum Intelligentiis essendi modo gaudent; & materialia, quæ illum accidentario participare possunt, ambitu suo cõplectatur.

Circa hanc assertionem statuam primò generatim quodnam sit Intelligentiarum obiectum connaturale, tum id sigillatim & in particulari exponam, vnde licebit eruere amplitudinem obiectorum cõnaturalium intellectus Intelligentiæ.

De hoc obiecto generatim.

PRIMÒ, ergo generaliter claudo sphæram obiecti intellectus Intelligentiarum, finibus modi essendi cõnaturalis Intelligentiis. Quod hoc modo probari potest. Obiectum connaturale debet esse in cognoscente per speciem ei commensuratam: atqui hoc non contingeret si obiectum connaturale transcenderet modum essendi naturæ intelligenti connaturalem, ergo obiectum connaturale non debet habere perfectiorem essendi modum, quàm sit is qui naturæ cognoscenti competit. De hoc discursu multa per aliam occasionem habet S. Thomas variis locis, eumque secuti Capreolus in 4. d. 49. q. 4. concl. 1. & ad argumenta contra eandem, Soto eadem d. q. 2. art. 1. Richardus ibi art. 2. principali q. 6. Ferrar. 3. contra gent. c. 51. Caietanus et Siluester 1. p. q. 12. art. 4. Sed cùm ipsa ratio per se obscura est, tum ob adiunctas à quibusdam contemplationes & mysteria, multò difficilior, quæ causa fuit cur Mol. & Vasq. 1. p. q. 12. art. 4. post Scotum in 4. d. 49. q. 11. lit. B, eam non approbarent. Quare in ea elucidanda & confirmanda laborandum est.

§ Ac primum, tamen duas partes continet. Prior est, quid obiectum debeat esse in cognoscente

secunda quòd debeat esse in eo per speciem commensuratam. Vtraque facilè stabilitur. Et quidem quòd obiectum debeat esse in cognoscente, perspicuum erit ei, qui attenderit, esse cognoscitiuum in hoc consistere, quòd cognoscens possit fieri alia, vt loquitur Aristoteles 3. animae, text. 37. fit autem alia, primùm quidem quasi remotè, per susceptionem speciei impressae, tanquam seminis quo intellectus foecundatur ad intentionaliter producendum obiectum cuius species illa est vicaria. Sicut enim res est in semine, nō proximè sed remotè tantùm & causaliter, ita cognoscens transit remotè in rem cognoscendam seu remotè fit idem quod ipsa, cùm suscipit eius semen seu speciem impressam. Deinde idem intellectus proximè & in actu secundo ac intra limites intentionalis huiusmetamorphoseos formalissimè fit ipsummet obiectum intentionaliter & intelligibiliter, quatenus est forma conferens potentiae quam afficit exhibitionem obiecti. Multa de hac potentiae in obiectum cognitum transformatione, dicta sunt, tractando originem intellectualitatis ex immaterialitate. Itaque prior pars maioris perspicua est, nempe quòd obiectum cognitum debeat esse in cognoscente. Nec minùs facilè probatur posterior pars eiusdem maioris, seu quòd obiectum connaturale debeat esse in cognoscente per speciem commensuratam cognoscenti. Vnumquodque enim (vt ad hoc propositum obseruat Siluest. suprà §. 2. circa ratione 1. & Iauel. ad proposit. 8. de causis) recipitur in alio secundùm modum eius si connaturale sit, & naturae recipienti proportionatum: potentia autem cognoscens, secundùm quòd fit aliud, transitque in obiectum, recipit illud in se saltem mediatè, & per substitutam sibi vicariam speciem: debet ergo obiectum connaturale esse in ea iuxta modū ipsius cognoscentis, atque adeò commensuratè ad ipsum. Maior ergo argumenti propositi euidens est.

4 Iam verò minor eiusdē primi argumēti, scilicet quòd haec speciei & obiecti commensuratio cum cognoscente deficeret, si obiectū connaturale transcenderet modum essendi naturae intelligentis, facilè suadetur. Quomodo enim interuenire posset commensuratio requisita ad cōnaturalitatem, si obiectum esset in cognoscente nobiliori modo quàm ipsum cognoscēs sit in se? Sic autem ita haud dubiè fieret, si connaturalis species obiecti, habentis modum essendi superiorem modo essendi cognoscentis, communicaretur cognoscenti. Species enim connaturalis, quippe vicaria obiecti & genuinus eius partus, ad eundem cū patre ordinem pertinet, non quidem quòd entitatiuam cum eo obiecto à quo prodit aequalitatem sortiatur, (id enim impertinens est, vt rectè vidit Ferrar. 3. contra gent. c. 52.) sed quòd sit aliquid connaturaliter pertinens ad tale cognoscibile quatenus cognoscibile, proindéque eundem cum eo essendi modum ac ordinem participet saltem reductiuè. Sicut dispositio vltima, quod notauit idem Ferrar. suprà c. 54. post S. Thomam q. 8. de verit. art. 3. in corp. censetur ad eundem ordinē cum forma ad quam disponit pertinere, quia licèt à forma entitatiuè transcēdatur, habet tamen cum ea vt in materiam inducenda, correspondentiam & connexionem. Quod item Theologi Christiani de habitibus ac formis supernaturalibus ad Deum comparatis affirmant. Quod autem de illa speciei impressae connaturalis & obiecti quasi aequalitate dictum

distinctum est, multò magis valere debet in specie expressa, quæ est viua ipsa obiecti delineatio, & formalis ac vltimus transitus potentiæ in obiectum cognitum. Ergo manifestum videtur, speciem connaturalem tum impressam tum expressam, non debere transcendere modum essendi cognoscentis, quod tamen facerent si obiectum cum sint species illæ quodque in eodem est ordine cum ipsis, modum essendi naturæ intelligentis transcenderet.

5 Confirmat hoc Cap. supra ad 1. Scoti, palpabili experimento. Siquidem anima nostra est immaterialis, tamen quia est forma corporis, habetque modum essendi in materia ratione compositi ad quod pertinet, (quamuis ipsa quoad esse suum, à materia non dependeat,) propterea nihil connaturaliter intelligit, nisi materiale, eundémque cum ipso generatum essendi modum habēs, nempe modum essendi in materia. Quod attigit magnus Dionys. cap. 1. Diuin. nom. ferè initio & cap. 1. cœlest. Hierarch. docens, ob corpoream constitutionem Diuinum radium hic non affulgere nobis nisi per velamina sensibilia opertum, ac consentaneè ad nostram materialitatem vestitum. Eadémque ex causa Isidor. Pelus. l. 2. epist. 1. eleganter omninò tradit, viuum à sapientia nobis propinandum miscere oportuisse. Nō pauca etiam in eam rem habet Chrysost. in Psalm. 43. ad vers. 2. Nec sistit in nobis ea industria. Nam vt rectè, vniuersaliter de quauis natura intelligēte pronunciat Autor quæstionum veteris & noui Testam. q. 1. *Quantum natura distat à natura tantum sententia* (id est cognitio connaturalis) *à sententia*. Suffragatur Autor libri de causis proposit. 8. docens, omnem cognoscentem, cognoscere ad modum suæ substantiæ & sui esse, nempe si sermo sit de cognitione connaturali. *Omnis* (inquit) *sciens non scit rem meliorem, & rem maiorem, & rem inferiorem, & deteriorem, nisi secundum modum substantiæ suæ & sui esse, & non secundum modum secundum quem res sunt.* In his verbis, quod ad obiecta cognoscente inferiora attinet, difficultas aliqua est quam postea attingam.

Tandem hanc quam stabilire nitimur, cognitionis connaturalis cum modo essendi correspondentiam, insinuare fortassis voluit Xenocrates apud Clem. 5. Strom. cap. 6. in fine versibus illis.

Si instrumenta, manus, boues atque leonibus essent
Pingere queis possent, hominúmque operarier artes,
Depingenda ab eis esset si forma Deorum,
Tales hi formas facerent, & corpora eorum,
Talia, quale sibi corpus natura dedisset.

Nempe quia bestiæ si pingere Deus possent, vellent eis dare præstantissimam speciem & formam quam possent. Non possent autem cognitione connaturali transcendere suum essendi modum, & aliquid supra illum sibi fingere, ergo Deos ad modum sui depingerent. Quod idem Xenocrates referente Theodoreto 3. contra Græcos post medium, ex eo confirmabat, quod in ipsis hominibus experientia deprehenditur: dicebat enim Æthiopas, *sunt sibi Deos effingere atros presso ac simos, qua videlicet corporis habitudine Æthiopes ipsi nascuntur. At Thracas, Deos effingere glaucos ac rubore suffusos; pari modo Persas Medósque, sibi per quadrare similes Deos facere. Ægyptios vero formare illos ad imaginem suæ exemplum.* Nempe omnes isti Deos ad modum sui

sui efformabant, quia connaturalis cognitio nō assurgit supra perfectionem modi essendi cuilibet cognoscenti connaturalis. Ex quo fit, vt qualis quisque connaturaliter est, talia sibi efformet obiecta connaturalia.

6 Hinc insuper factum, vt pro triplici generali modo essendi, tres connaturalium obiectorū cognoscibilium ordines, & triplex natura intelligens distingueretur. Triplicem generalem essendi modum statuo cum S. Tho. 1. p. q. 12. art. 4. nempe habentium esse in materia Physica; carentium materia Physica formaliter vel æquivalenter accepta, (quod addo propter corpus ex solis entitatiuis partibus compositum si datur, aut dari potest) sed importantium Metaphysicam, seu potentialitatē; & denique entis prorsus abiuncti à materia etiam Metaphysica. Hos essendi modos appello generales, quia intra vnumquemque duorum priorum datur latitudo perfectionis continentis varias species, quæ tamen non attenduntur cùm agitur de ordine connaturali, quem aliquod obiectum connaturaliter sortiri debet, vt rectè notauit Caiet. 1. p. ad articulum illum 4. & Ferrar. 3. contra gent. cap. 52. sic enim omnes Angeli habent eundem essendi modum quatenus omnes sunt extra materiā Physicam, quamuis non sint omnes eiusdem perfectionis. Item cælum habet eundem essendi modum cum homine, quatenus & cælum & homo est in materia. Cur hi modi essendi generales appellentur, alia ratio sed nimis mystica, peti potest ex Silu. q. 12. citatum ad articulum 4. circa §. 1. *ratione prima.*

7. Pro hoc ergo triplici generali modo essendi, exsistunt tres classes connaturalium obiectorū intelligibilium, alicui naturæ intelligenti eundem essendi modum sortitæ, proportionatarum. Nempe intelligibilium materiæ, subiectorum à materia Physica, & carentium materia quantumque, etiam Metaphysica, quibus respondent totidem classes naturarum intellectiuarum. Nempe primò intellectuum ordini natura intellectiua materiæ immersa sine homines; Secundò, Angelica; Tertiò Diuina. Quia enim, vt diximus, potentia cognoscēs sibi effingit obiectum, accommodate ad connaturalem suum essendi modum, qui idem est connaturalis modus essendi obiecto competens, vt proportio seruetur, & obiectum cognitum recipiatur in cognoscente secundùm modum eius proprium; ideo sicut dantur tres generales modi essendi obiectis cōnaturales, ita dantur quoque tres ordines naturarum intellectiuarum, proportionatum obiectis illis essendi modum habentium, vt explicatum est. Quòd si anima nostra nunc non pertingit ad connaturales substantias materiales habentes modum essendi in materia, quem diximus esse modum essendi proprium homini, causa non est potentia ex excessu substantiarum illarum supra intellectum humanum, sed ex defectu specierum, quas in hoc statu connaturale est animæ haurire per corpus. At cùm primùm anima sarcinam corporis deposuerit, attingere poterit substantias illas mediantibus speciebus diuinitus eius sibi communicatarum, non supra naturam & vim suam, sed prorsus conformiter ad eam cognoscēdi amplitudinem quam postulat eius connaturalis modus essendi. Quod videtur velle Palu. in 2. d. 3. disput. 5. concl. 3. quæstionis tantæ.

8 Ex his omnibus sufficienter elucidata & confirmata videtur minor

illa

illa primi argumenti, quæ asserebant obiectum connaturale non fore in cognoscente per speciem cognoscenti communicatam, si obiectum illud transcenderet modum essendi connaturalem naturæ intelligenti; ac proinde oportere vt obiectum connaturale, tum ratione speciei impressæ, tum expressæ, sit in intellectu congruenter & consentaneè ad modum essendi proprium naturæ, cui intellectus ille est implantatus. Vt inter naturas intellectiuas habentes certum aliquem essendi modum, & obiectum eundem essendi modum nacta, sit proportio & connaturalitas necessaria.

Perspicua ergo est argumenti illius conclusio, nempe quòd obiectum connaturale & natura cognoscens debeat habere eundem essendi modum. Et quamuis ratiocinatio proposita identitatem duntaxat ordinis & modi generalis essendi inter potentiam intellectiuam & obiectum generale videatur euincere, tamen mediatè saltem, idem euincit de natura cui intellectus ille subsistit. Siquidem potentia nunquam assurgit supra conditionem naturæ quam afficit, vt rectè contra Pomponatium disputat Contarenus 2. de immortal. Non enim planta habere potest sensum per suã potentiam, neque item potentia deprimitur vnquam infra ordinem naturæ cui debetur, vt ex eodem exemplo est perspicuum, sed semper natura, potentia, actio, & obiectum connaturale, eiusdem sunt ordinis, ac veluti eodem tenore procedunt, similique gradu incedunt quoad illud de quo agimus.

9 Cæterùm quæ hucusque constituimus de æqualitate modi essendi inter obiectum connaturale, & potentiam, ac naturam intellectiuam in illud tendentem, præiudicare non debent legitimæ & connaturali notitiæ obiecti inferioris, comparandæ per superiorem naturam. Quamuis enim Autor libri de causis propos. 8. suprà allegata, dixerit obiecta quoque inferiora cognosci ab intelligentia ad modum suæ substantiæ, quod etiam habet proposit. 14. tamen certum esse debet Autorem illum eo negare rem inferiorem cognosci posse à natura superiore intuitiuè seu attingendo obiectum illud inferius legitimè, ac prout ipsum est in se, id enim absurdissimè negaretur, cùm intellectus creatus, & increatus, distinctissimè intueatur materialia & corporea. Tantùm ergo contendit, quòd sicut ob æqualitatem illam non arithmeticam, sed quasi geometricam, quæ interuenire debet inter obiectum, potentiamque & naturam cognoscentem, superiora cùm ab inferiore natura cognoscuntur, deprimuntur ad modulum naturæ inferioris ea cognoscentis, eiusque modo essendi attemperantur, ita inferiora, cùm cognoscuntur à natura superiore, sustolluntur quodammodo in ordinem superiorem. Ideòque vt pulchrè tradit D. Thom. 1. Cor. 2. lect. 2. cùm superiora dicantur descendere cùm intelligimus, inferiora è contra dicuntur ascendere super cor, quatenus ratione cognitionis superioris qua percipimus, accipiunt esse intelligibile, sublimius quàm sit ipsum naturale esse huiusmodi obiectorum in seipsis spectatorum. Atque ita vt aduertit supra Capr. ad 1. Scoti contra 1. naturalis eorum essendi modus accidentalis, seu eis adueniens per species & cognitionem, est consentaneus modo essendi connaturali naturæ cognoscitiuæ. Argent. in 2. d. 3. q. 2. art. 4. ad 2. contra 1. aliter exponit hunc locum, nempe vt sensus sit, cognitionem materialium in Intelli-

 gentia,

gentia, pendere à cognitione substantiali eius, quod puto falsum, & à mente Authoris propositionis illius alienum.

10 Quare licet Deus quamuis sit in vertice intellectualitatis & intelligibilitatis ob essendi modum quo singulariter est, & planè supereminentissimus, tamen non tantùm pertingit ad obiectum suo essendi modo commensuratum, nempe ad seipsum, sed etiam ad alia quæcumque inferiora. Sic Intelligentiæ, non debent connaturalis sui obiecti sphæram ita concludere limitibus sui modi essendi, vt ad entia inferiorem in seipsis essendi modum sortita, non porrigatur connaturaliter. Et idem nobis eueniret si nullus essendi modus non esset infimus. Neque enim in hac obiectiuorum inferioris ordinis attingentia per naturam superiorem, sequitur incommodum illud quod occurreret si obiecta altiorem essendi modum habentia, attingerentur connaturaliter per naturam inferiorem. Siquidem in eo superior vilescit, & dignitate sua excidit, si ad inferiorem naturam, ita se demittat vt sit in ea connaturaliter: quia eo ipso species cùm impressa tum expressa, neque entitatiuè vt patet, cùm sit consentanea inferiori naturæ intell. neque repræsentatiuè ob inde quandam ignobilitatem, cognosceretur natura illa superior quæ proinde non repræsentabitur connaturaliter, & sicut eius modus essendi postulat. At ordo inferior cum cognoscitur à natura superiore, eius splendore collucet, & altiùs euehitur quoad esse suum intelligibile, quod Capr. vocabat accidentale, ita tamen vt attingatur quale est in sua natura, quatenus est in cognoscente superiori per speciem & cognitionem, materialiter quidem & entitatiuè proportionatam cognoscenti, formaliter tamen, siue vt est repræsentans, correspondentem naturæ inferiori repræsentatæ. Potest enim species connaturaliter superior, exhibere legitimè naturam inferiorem, licèt natura superior nequeat legitimè per speciem inferiorem repræsentari.

11 Itaque tria illa quæ diximus connaturalia obiecta naturarum intellectiuarum, seu tres illæ sphæræ obiectorum intelligibilium, triplici intellectiuo essendi & triplici naturæ intellectiuæ inde oriundæ respondentium, ita se habent inter se, quod attinet ad naturarum illarum intellectiuarum determinationem, vt se habent ad inuicem orbes Lunæ, Mercurij, & Veneris, quoad situm & dispositionem localem. Liceat enim exempli saltem gratia plures illos Planetarum orbes admittere, bona Astronomorum suum in dies non animum mutantium venia. Sicut ergo orbis Lunæ quia est infimus, non concludit orbem immediatè superiorem, sed ab eo concluditur; hic autem quamuis orbem Lunæ complexu suo coerceat, à superiore tamen concluditur, qui & hunc immediatè sibi subiectum, & illum alium adhuc inferiorem multò magis coercet: ita sphæræ illæ obiectorum ita se habent, vt quæ respondet naturæ inferiori, contineatur intra eam quæ respondet naturæ superiori, non contrà; humana scilicet intra Angelicam, non vicissim, & Angelica intra Diuinam, non contrà. vt rectè attigit Proclus in Alcibiadem 1. Platonis pag. 134. Quanquam (quæ est intellectus cuiuscumque amplitudo,) superiores quoque illæ sphæræ ab intellectu inferiore aliquo modo attingi possunt, nempe confusè, & proportionatè ad modum essendi naturæ inferioris. Quinetiam accedente liberalitate

relatæ superioris agentis, poterunt intuitiuè cognosci, nimirum beneficio speciei impressæ & expressæ, quæ sit improportionata naturæ illi inferiori, eique altior. Et idcircò superiora illa obiecta quatenus perceptibilia per notitiam claram, cuiusmodi est connaturalis, non sunt extra sphæram obiecti adæquati naturæ inferioris. Nam saltem obedientialiter sunt clarè intelligibilia ab intellectu sublatus posito, ad id euecto supra vires & exigentiam suam connaturalem: sunt tamen extra sphæram obiecti connaturalis. Longè enim differunt, obiectum connaturale & obiectum quomodolibet attingibile, seu quomodolibet adæquatum, vt rectè attingit Capr. in 4. d. 49. q. 4. ad argumenta Durandi contra 1. Indidem etiam liquet, obiectum naturaliter quoquo modo attingibile, valde differre ab obiecto connaturali. Nos enim naturaliter pleraque de Deo & Intelligentiis cognoscimus, etiam euidenter quoad iudicium de nexu vel disiunctione extremorum, tametsi conceptus simplices extremorũ confusi sint & illegitimi, ob excessum obiectiuum illorum, & non connaturalem à nobis cognoscibilitatem, cuius fines in nobis non porriguntur vltra sensum ac phantasiam vt rectè dixit Theodor. serm. 3. de prouid.

Ab his generalibus, & cuiuis naturæ intelligenti communibus, quæ tamen præmissa oportuit, delabi commodè possumus ad ea quæ primo loco generatim constituebamus de finibus connaturalis obiecti intellectus Intelligentiarum, asserentes illud circumscribi connaturali modo essendi Intelligentiarum, ita vt quæcunque modum illum essendi participant, vel saltem accidentaliter illius sunt capacia, ratione speciei superioris ea legitimè repræsentantis, pertineant ad ambitum illum connaturalis Intelligentiis obiecti, exclusis aliis. Accedet autem his omnibus magna lux, si quæ de iisdem obiectis paulò distinctius in assertione subiunximus, expendamus.

De eodem connaturali Intelligentiarum obiecto, sigillatim.

12 SECUNDÒ, ergo dicebam obiectum connaturale Intelligentiarum complecti immaterialia entia creata, & materialia. Ita asserit vniuersaliter Iustinus q. 76. ad orthod. cui malè aliqui contrarium eo ipso loco affingunt occasione quorundam verborum, in quibus tamen duntaxat negat, Intelligentias per cogitatiuam aliamve corpoream facultatẽ ab ipsis speculantem, percipere sese. Expressè autem addit, per sensum mentis seu per intellectum, Intelligentiam & seipsam, & alias Intelligentias, & res etiam corporeas percipere. Huius autem rei probatio, per se liquet ex dictis. Nam immaterialia quidem habent eundem genericum cum Intelligentiis essendi modum. Materialia verò cùm eum non excedant, sed sub eo iaceant, possunt sine præiudicio claritatis illius quæ in connaturali & intuitiua notitia exigitur, subuehi ad eum essendi modum per speciem eorum impressam & expressam in Intelligentiis acceptam, eaque qualia in se sunt repræsentantem.

Itaque Intelligentia imprimis seipsam percipere potest, vt rectè asseritur propositione 13. de causis, deinde alias quoque Intelligentias, saltem æquales & non superiores, vt suadet commercium & societas politica naturæ intellectuali consentanea, & maxima proportio vnius Intelligentiæ ad aliam in ratione obiecti.

Quod autem veteres Peripatetici apud Scalig. exercitat. 359. num. 9. existimarunt Intelligentiam minoratum iri, si concedatur percipere Intelligentias inferiores, reiiciendum est: sic enim homo nihil perciperet quod infra ipsum sit, & Deus nihil extra se cognosceret. Multò ergo magis Intelligentia inferiorem Intelligentiam eundem secum essendi modo gaudentem percipiens minorari censenda est. Praeterea ipsas quoque superiores Intelligentias creatas percipere cõmunis aliter potest intelligentia, vt rectè asseritur proposit. 12. de causis, & politicè 4. Theolog. Aegypt. cap. 7. Tandem potest quoque Intelligentia corpora omnia, & eorum appendices percipere: cum enim haec claudantur intra obiectum intellectui humano connaturale, multò magis intra latiorem sphaeram obiecti Intelligentiarum comprehendentur. Alia ratio additur proposit. 8. de causis, ex eo ducta quòd Intelligentia cognoscet quae sub se habet, (nempe saltem plerasque, & interuentu actiuorum adiumentum,) non causat autem quae nescit.

12 Sed circa Intelligentias creatas superiores, aduertendum est, quia in eis est latitudo intra eundem generalem essendi modum, (nam enim substantiae omnes quae à materia Physica abstrahunt, sunt eiusdem perfectionis, & saepè recedunt à potentialitate,) propterea quamuis omnes sint connaturaliter aptae videre alias etiam in indiuiduo spectatas, ob generalem illum omnibus communem essendi modũ, vt rectè tradidit Capr. in 4. d. 49. q. 4. ad 1. Scoti contra 1. tamen inferiores nõ comprehendunt superiores, iuxta illud Chrysostomi hom. 3. contra Anomaeos, *sub Leonis superiorum substantias intelligere nequaquam possunt, etiamsi parum inter eas intersit.* Officit enim maior perfectio, & excessus quarundam supra alias, et quamuis latitudo illa non sit curanda cùm agitur tantùm de connaturali cognitione, & idcirco admittimus Intelligentiam superiorẽ videri connaturaliter ab inferiore, tamen comprehensio supra rei intuitionem importat penetrationem commensuratam, fundamentali eius cognoscibilitati adaequatam, ad quod exigitur vt eodem illo actu quo res intuitiuè percipitur, attingantur quoque omnia cum re naturaliter connexa, omnesque perfectiones rei competentes sinat, non restrictè, sed quàm reipsa patent. At Intelligentia inferior non pertingit ad totam latitudinem obiectorum à superiore Intelligentia attingibilium, eò quòd careat comprincipiis ad illorum obiectorum perceptionem requisitis, (vt infrà explicabitur,) saltemque nequeat illo vno actu quo superiorem Intelligentiam videt, tantam obiectorum ei correspondentium multitudinem simul attingere, quod tamen exigitur ad comprehensionem. Item inferior Intelligentia non detegit perfectionem superioris, nisi pro modulo suae perfectionis: id est non exhaurit fundamentalẽ intelligibilitatẽ perfectioris Intelligentiae, quoniam perfectio illa non appareat maior superiori & perspicaciori Intelligentiae, quamuis ambae totam videant. Sicut qui turrim eminus intuetur, nullam quantitatis illius, quae in turri est, partem omittit quàm visu non percipiat, & tamen grandescet ei turris si propiùs accedat, perfectiori specie comminus immissa perfectiorem notitiã producente, de quo exemplo pleniùs cùm de Diuina incomprehensibilitate. Sicut ergo hic, ob visionis è longinquo ex-

pressa

cessa inadæquationem cum granditate rerum, non comprehendit totum; quamdiu hęc potest per visionem perfectiorem abijci grandior, ac eā perfectiorem. Sic extensiue mole res Intelligentia inferior, spiritualem molē superioris Intelligentiæ non nisi pro modulo suæ virtualis quantitatis & perfectionis inspiciens, eam non comprehendit.

14 Videtur hoc Autor libri de causis prop. 8. asserens inferiorem Intelligentiam cognoscere superiores ad modum sui. Non quòd non intueatur eas, etiam specificè & individualiter sicut ipsæ in se sunt, vel quòd in eis intelligendis se habeat eo modo quo nos, qui dicimur superiora cognoscere ad modum nostri, quatenus abstractiuè, & per alienas species superiora illa obiecta apprehendimus, specie corporea: id enim nobis euenit, quia modo essendi generico ab obiectis illis differimus, quod ipsis inter se Intelligentiis non competit. Et hoc si voluisset Autor propositionis illius, iure reiectus fuisset à D. Thom. q. 8. de verit. art. 7. in corpore. Non videtur tamen hoc voluisse, sed quòd (vt dixi,) intuitiua notitia inferioris, terminata ad superiorem, non sit adæquata fundamentali cognoscibilitati superioris, sed tantùm correspondeat mensuræ perfectionis Intelligentiæ inferiori competentis. Ago de eo tantùm quod inferior in superiore intuetur; nam si agatur de eo quod confusè & indistinctè percipit, certum est inferiorem attingere excessum illum quo à superiore Intelligentia transcenditur, nec excedi finibus suæ perfectionis, & correspondentis sibi sphæræ connaturalium obiectorum. Sed nimirum nos quoque quamuis nullo modo intueamur Intelligentias, tamen præter perfectionem nobis competentem, quam in eas transferimus, satis agnoscimus eas præterea longè perfectiores esse quàm à nobis concipiantur, quòd sucta postmodùm exaggeratione eiusdem perfectionis à nobis concepta, eisque attributa, & ascitis negationibus supplere & adæquare conamur.

15 Iam verò circa obiecta materialia, addendum est ea non modò generatim & confusè, sed etiam distinctè ac in indiuiduo, percipi posse ab Intelligentiis. Sanè Intelligentia mouet cœlum per intellectum & voluntatem ex 12. Metaph. t. 36. & 37. Ergo distinctè cognoscit cœlum cui mouendo se applicat; quidni ergo alios quoque cœlos, & sydera, & vniuersam mundanæ huius domus supellectilem? Prior consecutio euidens est, nisi si quis vt lusit Scalig. exerc. 359. n. 11. existimet Intelligentias mouentes esse sicut iumenta, ad ingens molæ trusatilis alligata, molam quam versant cognitam non habentia, quia obuoluto capite ad opus faciendum adiguntur; vel certè (vt mitior sit collatio,) esse sicut Sansonem effossis luminibus circumactioni illi addictum. Idem argumentum peti potest ex innumeris singularibus actionibus, ab Intelligentia circa hæc inferiora prodeuntibus, certo consilio & liberè, proindéque non cæco modo, sed contuendo tum actionem ipsam, tum eius subiectum, nempe rem materialem singularem. Quare Auerroëm 12. Metaph. t. 51. materialium singularium notitiam, Intelligentiis (vt videtur) abrogantem, castigat Scaliger suprà, quod fecit etiam Caietanus 1. p. q. 57. artic. 2. quanquam rectè hac in parte sensisse Auerroëm affirmat Iauellus propos. 10. & 11. de causis, & Bacconus in 2. d. 3. q. vnica, art. 3. qui Auerroëm exponit, quasi tamen negantes Intelligentiis scientiam inferio-

rum in singulis tanquam obiectis omnibus per se actiones in alio &c. (vt ille loquitur.) consecutiuè cognitionum. Quo de re infrà pluribus tractandū simile dubium circa Diuinam scientiam.

16 Excellius perfectionis Intelligentiæ supra materialia, & horum modos essendi depressiores, non obest distinctæ horum materialium per Intelligentiam perceptioni, vt supra ostensum est, vtriusque declaratur ex phantasia & intellectu nostro. Phantasia siquidem quamuis sit altior sensibus externis, percipit tamen omnia quæ illi percipiunt, & aliquid plus. Similiterque intellectus noster fertur in omne phantasiabile, & in aliquid plus, saltem abstractiuè. Quod enim euidenter quoque & intuitiuè non attingat res non phantasiatas, ex imperfectione connaturali sibi status peregrinationis, seu quia animæ cui ille insertus est, connaturaliter est forma corporis, omnia cognitionis intuitiuæ subsidia hauriens à sensibus. Sed quod nunc nobis sufficit, phantasiæ sphæra obiectiua connaturalis recipit ambitu suo omnia externorum sensuum obiecta, & intellectus sphæra, phantasticam, quamuis omnes illæ potentiæ ad eandem naturam atque adeò ad eundem essendi modum pertineant, nec differant nisi altioribus quibusdam intra eundem ordinem gradibus. Quanto ergo magis Intelligentia quæ toto essendi genere est altior, pertinget intuitiuè & connaturaliter ad inspectionem obiectorum, inferiorem illum essendi modum habentium, non obstante præcellentia sui modi essendi. Sicut quamuis Diuinus ordo & modus essendi, superet infinitè quemcumque creatum essendi modum & ordinem, tamen eum distinctissimè & connaturalissimè percipit.

Amplitudo obiectiua, intellectus Intelligentiæ correspondens.

17 Sic expeditis difficultatibus quæ circa connaturalia Intelligentiarum obiecta, siue immaterialia creata, siue materialia occurrunt, annectagi potest de numero obiectorum virtutisque illius gradu. Distinguendum autem est multiplex eorum status. Nam vel spectantur vt possibilia tantùm, vel vt connotantia differentiam aliquam temporis. Quod ad possibilia attinet, quamuis certum sit Intelligentiam aliqua ex illis à Deo determinata cognoscere, vt tot quot necessaria sunt ad constituendam summam eorum quæ simul possunt produci à causis creatis per Intelligentias comprehensis, & quædam etiam quæ Deus se solo posset exequi, quandoquidem id ad distinctionem Diuinæ potentiæ notitiam Intelligentiis dignam pertinet: Quamuis item intra ea quæ supra enumerata sunt, fatendum sit possibilia quæcumque horum ordinum, non excedere fines obiecti Intelligentiis connaturalis, tamen quòd Intelligentiæ omnium huiusmodi possibilium habeant scientiam velut habitualem, incredibile esse, meritò dixit Mol. 1. p. q. 14. art. 13. disp. 2. membr. 3. & asseritur, quisquis attenderit ad infinitatem specierum imperfectarum ad hoc necessariarū, quam nemo Intelligentiis concesserit. Aliud verò est de notitia habituali infinitorum entium particularium, quæ potest per vnicam speciem haberi. Hanc enim notitiā, cum sit Intelligentiæ rem materialem comprehendenti concedendam esse, siue ea comprehensio fiat vt simul & eodem actu omnes illæ partiales entitates eo distinctæ videantur absque vltima, quod facilè defendi potest

[illegible] hæc dicantur omnes quidem illas [illegible] habitualiter cognosci, quamquam actu distincte non cognoscantur actu, sed tantum plures certo numero, quibus se Intelligentia applicare voluerit. De ratione enim comprehensionis talis entis, non est adæquatæ eius actu materialem pluralitatem partium eius, quia inde tale totum partium non magis innotescit, cum partes sint prorsus vniformes vt supponimus. Sicut de ratione comprehensionis causæ, non est penetrare simul numeralem multiplicitatẽ effectuum ab ea educibilium successiuè, quia causa vis inde non penetratur magis. Nego igitur Intelligentiis infinitatem totalium specierum, quæ exigerentur ad notitiam omnium possibilium. Quamuis autem hæc intellectionis comprincipia eiusdẽ sint ordinis cum iam obiecta quæ ab eis exhibentur, possintque censeri connaturalia, quatenus modum essendi naturæ intelligentis non excedunt, sicut neque obiecta de quibus nunc agimus excedunt modum essendi Intelligentiæ; tamen non ita connaturalia sunt cõprincipia illa vt debeantur, proindeque Intelligentia possit illis carere, atque adeo etiam prohiberi cognitione obiectorum ex illis promanante. Itaque quod dixit Maximus centur. 5. de charit. c. 14. *Intelligentias nihil prorsus particularium ignorare*, non est de possibilibus accipiendum, sed de præsentibus ac præteritis obiectis ordinis naturalis, quæ ad alterum membrum supra propositum spectant, de quo breuiter attingenda sunt aliqua.

18 De obiectis ergo ordinis prædicti differentiam aliquam temporis connotantibus, dicendum est, seclusis futuris de quibus postea, & contingentibus vt vocant liberis, de quibus item infra, cetera omnia Intelligentiis patere. Si quidem Intelligentia cognitionem suam ab obiectorum locali præsentia non mendicat, nec est vlla occasio denegandi eis habitualem notitiam & totum actum primum requisitum ad expressionem actualis notitiæ obiectorum illorum cùm tempore præsentia sunt, quandoquidem ipsi quoque homines eam notitiam comparare sibi possunt, tametsi Intelligentiis mentis perspicacitate & habituali scientia longè inferiores. Itaque non admitto restrictiones quas adhibet Gulielm. Parisiens. 2. 2. de vniuerso, cap. 51. affirmans Intelligentias nescire numerum arenæ maris, & guttarum pluuiæ. Sed certè si Archimedes numerum arenæ inuestigare potuit, quomodo Intelligentiæ eum habitualiter ignorabunt? Apollinem sanè, hoc est dæmonem oraculi præsidem, fama tulit omnem arenam in numerato habere, vt refert Æneas Gazæus in Theoph. post medium, & refert etiam illud oraculo Porphyrius in vita Plotini c. 14. Eodem item iure dici posset, Intelligentias non nosse omnes herbas, omnes plantas, omnia reptilia, omnes aues, omnes pisces, omnia metalla, omnes lapides, quæ tamen cum omnibus eorum efficaciis ac virtutibus perspecta esse Intelligentiis, ex S. Thoma & Siluestro, rectè affirmat Grillandus tractat. de sortilegiis cap. 9. num. 8. Non affirmo Intelligentias hæc omnia simul intelligere, aut etiam intelligere posse; tantum dico eas pro arbitrio, posse in hæc vel illa ex prædictis obiectis iuxta virium mensuram intendere, quod est habere scientiam eorum habitualem. Ex quo innotescit plenitudo atque immensitas scientiæ Intelligentiarũ, quæ multò clarius deprehenditur ex præteritis obiectis. Quæ enim præsentia

sentia peruenerunt, eorum numquam obliuiscamur; et ingentem planè oporteat esse penum Angelicæ memoriæ, vastosque recessus, in quibus tam numerosa obiectorum congeries delitescit. Nec plura de obiectis, ad connaturalem Intelligentiarum sphæram intelligibilem, spectantibus.

ARTICVLVS II.

De obiectis intelligibilibus extra connaturalem Intelligentiarum sphæram positis.

19 NVnc attingenda supersunt, quæ ambitu illo non concluduntur; nec difficile erit, ex iactis fundamentis, quod de eis ferendum sit iudicium intelligere.

ASSERTIO.

Quæ ad superiorem ordinem pertinent; Deus videlicet vt in se est, & quæ ad eius ordinem reductiuè spectant, nempe res secundum essentiam supernaturales; item quæ cum decreto Dei libero implicantur, nempe futura quæcumque, à connaturalium Intelligentijs obiectorum, serie excluduntur.

PRIMO, Dici ab ordine obiectorum, per Intelligentias connaturaliter, atque adeò intuitiuè attingibilium, eximi quæ sunt superioris ordinis, nempe Deum & quæ Diuini ordinis sunt, cuiusmodi esse omnia quæ secundùm essentiam supernaturalia dicuntur, eò quòd spectata quidditate sua, important aliquid naturæ cuiuis creatæ indebitum, ac secretis potentialitatis finibus quibus inclusum est, Deo soli reciprocum, pleniùs tradunt, quorum id interest Christiani Theologi. Sed vt falcem in alienam messem non immittamus, satis erit ostendere, Deum vt in se est, modóque essendi purissimo & actualissimo gaudet, transcendere sphæram illam quam diximus obiectorum ab Intelligentiis connaturaliter perceptibilium. Hoc ipso enim apparebit illud, vt ita dicam, & germana Diuini esse, censebuntur quoque exclusa.

Deum ergo vt in se est transcendere Intelligentiarum connaturalem captum, euincunt quæcumque circa primam propositionis partem adducta sunt. Ostendimus enim inter connaturale obiectum & potentiam ac naturam cognoscentem debere intercedere proportionem in eo sitam, quòd vtraque sint eiusdem ordinis, pertineántque ad eundem genericum modum essendi; atqui Deus est actus purus, Intelligentiæ autem sunt potentiales, ergo sunt improportionatæ ad connaturalem perceptionem Dei vt in se est. Ideóque ipsamet Cherubim vt obseruauit Chrysost. hom. 1. de verbis Isaiæ, *vidi Dominum*, & elegantissimè Anastasius Sinaita 1. Hexaem. sub finem, contra Deum locata, velant facies suas quasi irreuerberatum obtutum in tantã lucem figere non valentes, quantum est ex suis viribus; vel vt tradit Cyprian. in prologo libri de oper. Cardinal. & Origenes 4. Periar. cap. 2. velant Dei faciem & pedes, significantes, patentibus illis quæ in medio sunt, principium tamen & finem, hoc est Diuinam maiestatem, quæ est rerum principium & finis, omnem intellectum superare, quod Cyprianus aut quisquis alius operis illius autor, latiùs ac fusiore nitore prosequitur.

20 Non nego Intelligentiis, conna-

tura

naturalè Dei notitiam. Hoc ipso enim quod quamcunque essentiam creatam, ac generatim suam, distinctè intuetur, videret intrinsecum & essentiale esse huiusmodi essentiis, pendere ab alio, & non esse à se, tandemque necesse esse sistere in aliquo ente independenti, ne virtus activa imitetur soli potentiæ passivæ, sive obiectivæ, quod omnes agnoscunt esse impossibile: ergo illo ipso actu quo huiusmodi essentias ut dependentes intuentur, illud quoque ens à se tanquam primum fontem totius esse creati, evidenter (quoad an est,) attingunt, ut attigit Hierocles 1. de providentia apud Phot. cod. 251. & rectè traditur proposit. 8. de causis, verbis illis: *Omnis Intelligentia scit quod est supra se, quatenus acquirit ab eo bonitatem.* Et paulò post. *Intelligentia scit quod illud quod est suprà eam, est causa ei, & quod est sub ea, est causatum ab ea, & cognoscit causam suam, & causatum suum, per modum qui est causa eius, scilicet per modum substantiæ suæ, & sic esse.* Hæc ibi. Dicebam porrò Intelligentiam illomet actu quo rem creatam intimè penetrat, Deum quoque attingere, quia cùm ille actus sit intuitivus, & quasi definitivus essentiæ creatæ, impossibile est ut non porrigatur ad omnes terminos quos essentialiter connotat essentia creata, inter quos saltem numeratur ens à se. Ex quo fit ut hæc de Deo notitia, defectu pluralitatis actuum, non sit discursiva, contra Argent. in 2. d. 4. q. unica in fine.

21 Circa hanc quoque de Deo notitiam, advertendum est, Deum per eam cognosci in alio, ac proinde non habere rationem nisi obiecti secundarij. Creatura autem priùs ratione cognita, quantumvis inferioris ordinis, est tamen medium quo Deus eodem cum ipsa actu percipitur, ac proinde non minùs habet rationem obiecti formalis & primarij, respectu Dei ut per talem notitiam attingibilis, quàm Deus ipse in altiore notitia, eandem rationem medij & primarij obiecti habeat, respectu creaturarum. Quod neque dedecet, neque ullam Deo imperfectionem adducit, sed tantùm notitiæ nostræ imperfectionem indicat. Nam quia medium in hac notitia Dei, est inferioris ordinis, propterea Deus tametsi attingatur evidenter quoad an est, tamen quoad quidditatem suam attinet, manebit impervius, quia licèt creatura intimè penetrata non possit intellectum non deducere in notitiam existentiæ Dei cum quo ipsa essentialiter connectitur, tamen ea notitia non erit nisi abstractiva, & confusa, qualem medium ignobilius potest ingenerare, atque ita Deus non obiicitur intellectui in illa puritate & celsitudine, quam modus eius essendi importat, sed quodammodo vilescet, & culpa creati ingenij deteretur. Et medium quidem ipsum clarè & intuitivè attingi supponitur; non est tamen necesse, ut terminus connotatus cognoscatur eadem claritate qua cognoscitur res eum terminum connotans, ut malè supposuit Mayro. q. 25. prologi.

Quòd si instes cum Molina 1. p. q. 16. art. 5. iuxta hæc, unam numero notitiam fore abstractivam & confusam sive obscuram, similque claram & intuitivam, quod ille concedere, existimat esse nimis durum. Respondendum erit cum Suare t. 1. 3. p. d. 28. s. 2. nihil esse incommodi in eo evidentiæ & obscuritatis concursu. Duritiem autem illam quam in hac sententia invenit Molina, sufficienter molliri ex eo quòd in illo unico actu, evidentia respicit unum obiectum, & cōfusio seu obscuritas alterum. Quod

non videtur cõceptu difficilius, quàm quomodo possent aliqua per eandem notitiam exhibita, non exhiberi omnia æquè distinctè, quod tamen sæpe contingit, ac nominatim cùm attributum aliquod Diuinum distinctè à nobis extra essentiam cõcipitur. Nam essentia quoque ipsa actu & formaliter, (tametsi confusè) terminat notitiam illam in attributum explicitè directam, de quo infrà cùm de Diuina quidditate. Illa ergo distinctior & expressior vnius obiecti perceptio, non minus deberet excludere ab eadem simplici actu confusam tantùm & implicitam alterius obiecti attingentiam, quàm notitia intuitiua vnius obiecti, abstractiuam & adulterinam alterius.

22 Hæc igitur ex creaturis mendicata Dei notitia, vt nobis, ita etiam Intelligentiis competit, & quidem eò illustrior quò specula, ex quibus Intelligentiæ assurgunt in Deum, tersiora sunt, & earum visus perspicacior ac vegetior. Tamen sicut nulla creatura quantumuis perfecta Deum perfectè exhibet, quia Deus vires suas in nullius rei fabrica omnes exprompsit, vt elegantissimè tradit S. Basil. ferè in fine libri secundi contra Eunomium, ita notitia illa de Deo ex impressis eius per creaturas vestigiis collecta, imperfecta est, nec potest dici intuitiua, vel propriè quidditatiua, licèt possit quoquomodo dici cognitio quidditatis, vt in simili ait Caiet. in c. 6. de ente & essentia q. 14. initio, quatenus est notitia quidditatis, quamuis non plena & exacta.

Alio sensu Scotus in 2. d. 3. q. 9. lit. H, concedit Intelligentiis quidditatiuam Dei notitiam naturalem, quæ tamen non sit intuitiua. Concedit enim Intelligentiis speciem impressam qua essentia Dei distinctè repræsentetur, quamuis non intuitiuè, quatenus non exhibebitur vt præsentialiter existens, eo modo quo notitia sensitiua exhibet rem vt præsentialiter existentem hîc & nunc; quæ est germana nota cognitionis intuitiuæ, vt idem Scotus suprà attingit lit. C, & quodl. 6. lit. F, hanc autem speciem ait fore naturalem Intelligentiis, quatenus licet eis aduenia(t) deforis, nec eam ipsæ sibi comparent propria industria ac viribus, tamen est principium cognitionis naturalis, nec est perfectio gratiæ aut gloriæ. Ex quo fit vt Deus quidditatiuè hoc sensu cognitus, non transcendat Intelligentias, sphæramque earum intelligibilem. Idem aliis verbis docet Scotus quodl. 7. litera E, & annuunt cum Ockamo Gabr. q. 1. prologi artic. 2. & in 2. d. 3. quæst. 2. & Maior q. 15. prologi concl. 2. Sed non sunt audiendi, vt fusè prosequuntur Argent. & Durand. q. 3. prologi, Capr. in 2. d. 23. q. 1. & d. 3. q. 2. ad argumenta contra 6. Caiet. 1. p. quæst. 56. art. 3. Val. 1. p. d. 4. q. 7. p. 3. & alij permulti. Breuitérque ratio est, quia de essentia & quidditate Dei, est, esse vbique, & semper, atq; adeò quisquis Dei quidditatem distinctè attingit, necesse est vt agnoscat Deum esse aliquid hîc & nunc existens. Ergo illa Diuinæ quidditatis distincta cognitio, quam Scotus idcirco tantùm dicebat non esse intuitiuam, quia non exhibet Deum vt existentem hîc & nunc, impossibilis est, & in adiecto implicans.

23 Itaque Deus etiam respectu Intelligentiarum quomodocumque ex viribus suis connaturalibus spectatarum posuit tenebras latibulũ suum, & seclusa benigna Dei se ipsum supernaturæ exigentiam & vires exhibentis dilectione, impossibile est Intelligentiis ad Diuinæ essentiæ, vt ipsa in se est, introspectionem penetrare.

SECVN

SECVNDO, quia constat idem de quibuslibet Dei liberis consiliis dicendum esse quod de ipso Deo, petere inde licebit germanam causam cur Intelligentiæ nulla futura intueantur distinctè, certò, & infallibiliter, vt addidimus in altera parte assertionis, estque communis sententia Patrum tanquam proprium Deo tribuentium quod nondum præsentia cognoscat. Ita Tertull. cap. 20. apolog. Orig. 6. contra Celsum, Iustinus quæst. 2. & 146. ad orthod. Athanas. quæst. 27. ad Antiochum, & apud eundem S. Antonius in vita Chrysost. hom. 18. in Ioan. August. de Diuinat. dæmonum cap. 6. Isidor. Pelus. l. 1. epist. 195. Anastas. Nicænus quæst. 23. & alij passim, repugnante Proclo in Alcibiadem 1. Platonis, certam futurorum quorumcumque præsensionem Intelligentiis concedente, quod Iamblico etiam tribuit.

24 Cur igitur futura quæcumque, id est sine quæ respectu causarum secundarum, à quibus necessariò ac sine indifferentia prodibunt, dicuntur necessaria, sine quæ contingenter à causis suis, quippe liberis, proficiscentur, Intelligentias lateant, ratio non est petenda ex ipsorum futurorum secundùm suam entitatem spectatorum eminentia (constat enim quid vt sic non transcendant sphæram obiectorum Intelligentiis connaturalium) neque ex inhabilitate obiectorum illorum ad agendum & emittendam sui speciem: hanc enim Intelligentia, non ab obiectis, sed à Deo habet, vt infrà dicemus. Petenda igitur ex eo est, quòd futura quatenus futuritioni subsunt, pertineant ad Diuinum secretum, nec sciri possint, nisi Diuinum ipsum secretum saltem abstractiuè sciatur. Idque duplici ex capite licet colligere. Nēpe primò, quia nulla futura sunt causanda aliter quàm interuentu Diuini concursus liberè conferendi, & subtrahibilis si ita Deo videatur. Secūdò, quia oportebit quoque accedere Diuinam determinationem qua ex pluribus hic & nunc à causa producibilibus, terminis & actionibus, hæc potiùs quàm illa efficienda decernātur. Causa enim cùm sit ex se perplexa, non potest per seipsam deligere hanc potiùs quàm illam actionem, aut hunc potiùs quàm illum effectum, ex plerisque quos perinde illi esset profundere in iisdē circumstantiis. Itaque à Deo determinanda est quoad indiuiduum, vt benè ac latè Rubion. in 1. d. 38. quæst. 1. conclus. 3. & in 2. d. 34. q. 2. sub fin. Adamus apud Camerac. in 4. q. 1. litera M, Gregor. Arim. & multi Recentiores allegati cùm de Diuino concursu.

Si ergo intellectus creatus posset effectum nondum productum prospicere intuitiuè, & in eum aciem suam certò defigere, deprehenderet vtique, certò, tametsi abstractiuè, quæ sit Diuina determinatio de effectibus illis & concursu præstando, certòque sciret Deum nihil extraordinarij circa futura illa operaturum, nec immutaturum ordinem rerum naturalium, sicut aliquando fecit. At ea scientia non debet cōcedi Intelligentiæ. Quia si Intelligentia nequit secretum alterius creaturæ, quamdiu secretum est, certò deprehendere, tametsi ex certa notitia non sit intuitiua sed abstractiua tantùm, quanto minùs poterit certò peruadere latebras Diuini secreti, quamdiu secretum est? Atqui decretum Diuinum de illis externis actionibus & effectibus, ipsæque externæ actiones & effectus vt illi substantes, ex quibus decretum illud innotescit, pertinent ad Diuinum secretum non-

dum sūæ propalatum; detegitur enim tunc duntaxat cùm effectus in lucem existentiæ editur, & accipit esse exercitum, sicut in nobis tunc latitur secreti sigillum, cùm effectus externus eum interno secreto connectens, efficitur: ergo res quæcumque, quandiu futuritioni subsistit, non est ab Intelligentia viribus propriis certò & infallibiliter cognoscibilis, tanquam actu extitura in tali differentia temporis. Et quamuis Intelligentia futuritionem effectus et debitam tali causarum concursui, si eum siuerint, prænoscat vagè & indeterminatè, quo etiam pacto eclypsis futura cadit sub Astrologi scientiam, habeátque apud eum certitudinem illam quam Suarez lib. de superstit. cap. 8. n. 7. & Salas tract. 5. d. 5. num. 20. vocant Physicam tantùm; nihilominus hoc non est intueri determinatè & non vagè futuritionem actualem, quæ est aliquid contingens ac minimè scibile naturaliter, sed est tantùm scire futuritionem his causis debitam. Ita optimè Argent. in 2. d. 7. q. vnica art. 2.

25 Addendum tamen est, Intelligentias quæ sunt ingenij sagacitate & perspicacitate, pleraque de futuris, etiam liberis quatenus seipsis extituris, si non certò & intuitiuè, at abstractiuè & valde verisimiliter posse conijcere, tametsi diuersa sit prænotionis huius ratio quoad futura necessaria, & quoad libera, non quidem respectu claritatis notitiæ, quæ vtrobique est obscura & abstractiua, sed respectu certitudinis competentis actui, quem Intelligentiæ de his obiectis eliciunt. Nam necessaria quidem, ferè certò prænoscunt, quatenus & ordinē causarum naturalium, & eius omnia impedimenta naturalia præscire possunt, simúlque non ignorant Deum vt plurimùm non violare naturæ leges, idóque hæc futura prænoscunt cùm maxima verisimilitudine, & quæ ad moralem ferè certitudinem sufficiat, tametsi non est omnimoda certitudine. Quod addo, quia Intelligentia potest dubitare an Deus in huiusmodi effectus productione vsurus sit potentia absoluta. Item quia raró contingit vt causæ omnes horum inferiorum, & adiumenta vel impedimenta earum, citra causæ liberè creatæ interuentum, ponantur in rerum natura. At vbicumque libertas immiscetur, hæret aqua Intelligentiæ, ob libertatis versibilitatem, nunquam fixam determinatè in actum, sibique ipsa frenum iniicit per determinationem liberam. Nihilominus Intelligentiæ, de his futuris, multa verisimiliter coniectant: norunt enim propensiones voluntatis, & quod ad nos attinet, optimè perspectam habent corpoream complexionem, cui se plerumque libertas accommodat. Itaque quantum humanam perspicacitatem in his penetrandis superant, tantum etiam præcellunt, in futuris quæ causas illas consequuntur, prospiciendis, vt rectè tradit Aug. 5. ciuit. cap. 22. & Ioan. Saresber. 2. polycrat. cap. 28.

ARTICVLVS III.

Excursio de oraculis & dæmoniaca prænotione ac prænuntiatione futurorum.

26 EX dictis facile erit, de Intelligentiarum malarum, seu dæmonum, prænotionibus, ac prænuntiationibus & oraculis, ferre iudicium, nam de bonorum Angelorum prædictionibus, quatenus à Deo de futuris docen

ducentur, contemplando in Deo cardinales rerum causas, vt loquitur August. 9. ciuit. c.22. nihil attinet monere eas certissimas & infallibiles esse.

Ignoratio futurorum in dæmonibus, & quomodo eam tegant.

Itaque de malis duntaxat Intelligentiis agendo, in quibus vt plurimum sola se naturalis sagacitas prodit, dicendum est eas id quod prædicunt, aut ex bonis Angelis Deo sic volente, prænoscere vt docet August. 4. Trinit. c.17. & de diuin. dæmon. c.6. & 2. de Genesi ad lit. c.17. Ideoque etiam plerumque prænouisse videntur, quia quæ nobis futura videntur, illis iam sunt præsentia, vt obseruant S. August. 12. de Genes. ad lit. c.17. & 4. Trinit. c.17. Basil. in caput 8. Esaiæ sub finem. Chrysostomus sermone 3. in epist. ad Thessalonic. in fine. & S. Athanasius q.27. ad Antiochum: *Tanquam spiritus,* (inquit agens de prædictionibus eluuionum Nili,) *prævident imbres qui fiunt apud Indos, præcurrunt, & anteueniunt in Ægyptum.* Similia latius S. Antonius apud eundem in vita c.17. & Anastas. quæst. 25. in Scrip. Ac pulcherrime Tertull. c.22. Apolog. *Omnis* (inquit) *spiritus ales est. hoc Angeli & dæmones. igitur momento vbique sunt. Totus orbis illis locus vnus est: quid vbique geratur, tam facile sciunt, quam enuntiant: velocitas. Diuinitas creditur, quia substantia ignoratur, &c.* Addit autem Tertull. plerumque cum de naturalibus effectibus agitur, ex cœli constitutione & certo syderum influxu, tum ab Intelligentiis coniectari. quod etiam ex Porphyrio tradit Eusebius 6. præpar. c.1. & 4. Minusque mirandum esse monuit Clychtoueus ad 2. de fide Damasceni c.4. cum etiam homines Astronomiæ periti potuerint hoc pacto aliqua futura prænoscere, vt de Thalete olei vbertatem prævidente ex syderum notitia, refert Aristot. 1. Polit. c.2.

27 Idem confirmat Anastas. Nicenus q. illa 25. ex Sarracenorum prædictionibus, qui quasdam in corpore partes ac notas intuiti, prænoscebant quis in bello moriturus esset. Quanto ergo magis hoc poterit nequam ille notarum illarum, similiumque naturalium indiciorum longè peritior, ait Anastasius? At enim Sarracenos illos nō id naturali aliqua peritia prænouisse, sed à dæmone edoctos, coniectasse potius quam præsciuisse quod prænuntiabant, certum esse debet, nec vlla talia dari signa mortis fortuitæ prænuntia, perspicuum est, non minus quam quod non dentur signa cogitationum, corporeis membris impressa, quæ à se olim disertè admissa dolet ac ferè retractat D. August. 2. retract. c.30. quamuis ea simpliciter exscripserit Rabanus lib. de præstigiis Magorum, capite 5. & Rabani opus tanquam Augustini allegans Gratianus 26. q.4. cap. *Sciendum est.* Quod autem his Magis solam futurorum coniecturam tribuam, mirum non est, cum & ipse dæmon nihil se de futuris nisi per coniecturā prænosse disertissime professus sit in vita S. Pachomij à Dionysio Exiguo Latinè facta cap.49. sæpè etiam casu euenit vt vera prænuntient dæmones, quis enim non aliquādo collineet? Rectè id tradidit Diogenianus apud Theodor. lib.10. contra Græcos, non multum ab initio, & Minutius n.45. ac Nyssenus sub finem orationis de Fato.

28 Tandem quod frequentissimum est, & annotatum etiam ab Aristotele 1. Rhetoric. cap.5. & Lactant. lib.2. c.15. responsorum ambiguitate satis detegunt inscitiam suam, & variabilem tantum veritatē, vt loquitur

Petrus Blesensis epistola 65. Exempla suppeditat idem Theodoretus eodem libro ante medium, nominatim Aristomachi, Crœsi, & Iuliani Apostatæ, ambiguis oraculis delusorum: Alia similia sed recentiora exempla dabit Sibyllanus decade 3. c. 5. q. 3. & Grillandus tract. de sortilegiis, c. 6. num. 6. hanc enim fuisse vers[utiam] ... illius & ambiguitatis in respondendo veram causam, non ea quam comminiscitur Plutarchus lib. de Pythiæ ... n. 25. certissimum est; luculenter idem tradit Oenomaus apud Eusebium 5. præpar. cap. 20. & Tull. 2. de Diuin. Flexiloquum & ambiguum Apollinem criminatus, de quo item pulchrè Tertull. c. 25. Apolog. Chrysost. orat. de S. Babyla, S. August. 3. ciuit. c. 17. sub fin. Nazianz. orat. 3. sub fin. vbi Elias notat Apollinem ab his ambiguitatibus cognomen traxisse, λοξίας enim dictus est, vt obliqua & sinnosa ob ignorantiam vaticinans, quod confirmant Synes. libr. de insomn. Clem. Alexandr. 5. Strom. cap. 1. & Hieron. Epist. 65. tametsi alias Physiologicas appellationis illius causas, comminiscantur Cleanthes & alij apud Macrob. 1. Saturnal. c. 17.

19 At euidentius futurorum in dæmonibus ignorantiam detexit falsitas multorum oraculorum. Rectè enim dixit Cyprian. lib. de vanit. idolor. n. 55. post Minutium num. 46. annuentibus Aristotele & Peripateticis apud Origenem initio 7. contra Celsum. *Dæmones in oraculis & falsis & falsitur*, vt splendidè mentiatur Plutarch. lib. de Pythiæ num. 27. negans oracula Apollinis Pythij communes vnquam ... falsitatis; & quidem vel maximè in oraculis fallere testantur Lactant. lib. 2. c. 17. Iustin. q. 2. Orthod. & Euseb. 4. præpar. c. 1. verbatissimúmque id faciunt manifestæ falsitatis conuictæ prænuntiationes & oracula ab Oenomao Cynico vt Euseb. 5. præparat. c. 20. & sequentib. ipsiusmet Oenomai verbis latè refert innocens, quod etiam præstitisse Porphyrium & Diogenianum liquet, ex illis quæ tradit Theodoret. 10. contra Græcos paulò post initium. Denique Chrysippum falsis Apollinis oraculis volumen implesse testatur Tullius 2. de Diuinat. nec omittendus Nicephorus libr. 10. c. 29. Specialiter verò Iustinus (aut quisquis est Autor,) ad quæstionem secundam Orthodoxorum, affirmat nihil eorum quæ Ethnici vates prædixerunt, aut contra Deum verum & eius cultores, aut pro rerum Ethnicarum constitutione, irrita accidisse.

20 Quod de oraculis & prænuntiationibus futurorum per ipsos dæmones immediatè fusis constitutum est, ad quorumcumque fatidicorum & diuinatorū prædictiones est transferendum; nō enim nisi dæmone docente prænuntiant, vt de Apollonio rectè tradidit Euseb. in confutatione sexti Hieroclis, & de eo qui templi Serapidis euersionem prædixerat, August. lib. de Diuinat. Dæmonum initio; & vniuersè Isidorus 8. Ethymolog. c. 9. Lactant. lib. 2. c. 17. August. 2. de doctrina Christ. cap. 21. Euseb. in proœmio sexti de demonstr. & Theodoret. initio decimi contra Græcos. *Passim itaque* (inquit de dæmonibus agens) *per orbis terrarum spatia sua fraude lapsos apparuerunt, commenti varios diuinandi modos, multiplicésque magyenia. Hi namque docentibus prodierunt, qui ex farina, qui ex perna, qui ex ... nomen ac munus diuinandi sumpserunt, &c.* (addit oracula apud antiquos illustriora) *fuisse verò hæc oracula malignorum dæmonum qui Dei sibi nomen vsurparunt, coniicere satis possumus ex tacitur...*

taciturnitas quam illic vere impositam esse ceremoniis. Etenim postquam Servator noster humana carne apparuit, fugam arripuerunt qui divinationis dolis nobis imposuerunt. Hæc ille: qui quæ de dæmonibus oraculorum auctoribus dixerat, ex Plutarcho statim confirmat lib. de defectu oraculorum.

31 Beneficio autem adventus Christi factum, vt elingues fierent cum dæmones, tum dæmonum organa, fatidici ac vates illustrissimè tradunt Athanasius, orat. de Incarnat. verbi sub fin. Nazianz. orat. 4. num. 47. Clemens Alex. in protreptico longè ante medium, Prudentius in Apotheosi aduersus Iudæos versu 155. Cyrillus 6. in Iulian. ad l. 6. Hieron. in cap. 41. Esaiæ ad illud: *Nuntiate quæ ventura sunt*, latique inter Recentiores Franciscus Picus Hymno suo secundo. Sed præclarè ac fusè Theodoretus eodem lib. 10. circa medium vbi hæc inter cetera. *Vniuersorum Dominus ac conditor Deus aliorum* (dæmonum per se vel per suos oracula fundentium) *aras ac stationes funditus abolevit: nulla itaque divinatrix ad Castaliam aquam fluente, nulla ad Colophonium fontem, nihil prædicit lebes ille Thesproticus, nihil tripus ille Cyrrhæus. Dodonæum tintinnabulum nihil nugatur, nihil loquitur vulgatissima illa quercus: sed tacet Pythius Dodonæus, tacet Colophonius Apollo, Delius, Pythius, Clarius, Didymæus; silentium est in Lebadia* (hic aliis oraculis iam silentibus adhuc suo tempore data responsa testatur Plutarchus de orac. cessat. num. 4.) *& in Trophonij antro: obmutuit Amphilochus, Amphiaraus obmutuit, & Ammonis oraculum. Cessavit etiam illa Chaldæorum ac Tyrrhenorum per portenta divinatio: His enim locis, atque dæmonibus illis silentium imperavit, qui ex Prophetia inquit abyssum increpat, eamque exsiccat.* Hæc Theodoretus addens de moto ad S. Babylæ martyris ossa Apolline, qui cum ea aliò transferri iussero conaretur, de cœlo tactus est; hoc autem in omnibus his oraculis quondam vocalissimis & ad Christi aduentum obmutescentibus notari vult Nazianz. orat. 39. quod vnum hoc vaticinari minimè potuerint, nimirum silentium suum: Inde autem S. Hieron. in illud Isaiæ 41. *nuntiate quæ ventura sunt* colligi vult totius diuinationis inanitatem. Ea dæmoniacæ diuinationis per Christum facta abrogatio quomodo plena sit docebit Iustinus ad quæst. 81. orthodox.

Variæ futurorum præsignificationes, & quæ sit propriè dæmoniaca.

32 Quæ verò priore loco attigerat idē Theodoretus de variis modis, quibus dæmones futurorum prænotionem ementiti de futuris docebant, (quæ fuit illis præcipua ad Idololatriæ inductionem ratio, vt obseruat Gulielmus Parisiens. 3. 2. de vniuerso, cap. 18. & Nyssen. epist. de Pythonissa) plenius & eruditissimè de more tradit Clem. Alexandr. in Protrept. non multis ab initio paginis, quem cōtraxit in pauca Euseb. 2. præpar. cap. 5. sed ita vt dispendium in compendio illo sit, ac proinde illa non ita multa, quibus totam dæmoniacæ apud antiquos futurorum prænuntiationis rationem complexus est Clemens, non pigebit exscribere.

Impia ergo adyta (inquit) *ne inuestiges, nec hiatuum ora prodigiis plena, aut lebetem Thesprotium, aut Tripodem Cyrrhæum, aut æs Dodonæum. Gerandryum autem arenis desertis honoratum, & quod illic est oraculum, quod cum ipsa quercu emarcuit, antiquis fabulis relinquito. Silentio quidem certè mandatum est fons Castalius, & alius fons Colophonius, & alia similiter*

similiter perierunt sæva diuinationis, quæ vanè facta plena, siue quidem tandem tacita commissa sunt, vt quæ vnà cum suis extinxere fabulis. Narra mihi alia quoque diuinationis, vel insanæ potius vaticinatis oracula, Clarium, Pythium, Didymæum, Amphiaraum, Apollinem, Amphilochum. Quod si vis & monstrorum inspectores augures, & aruspices, & somniorum coniectores vnà cum eis consecra. Ad Pythium, autem adducito simul stantes Alphitomantes & Crithomantes, & eos qui apud multos sunt in honore ventriloquos. Iam verò adyta Ægyptiorum & Necromantiæ Etruscorum demandentur tenebris, sunt hæc verè insana hominum infidelium commenta. Ad horum præstigiarum mercaturæ societatem adducuntur capræ, quæ sunt ad diuinationem exercitatæ, & corui qui ab hominibus docentur dare responsa. Hæc Clemens, circa quæ nonnulla in sequentibus annotabo: operæpretium enim videtur, indigestam hanc molem componere, & omnes hos dæmoniacos futura præsignificandi, ac de aliis quoque occultis respondendi modos in quædam capita digestos breuiter persequi: in quo fusiores sunt qui de prænotione ac oraculis scripsere, vt Picus in opere de prænotione, Calcagninus opusc. de oraculis, Molina 2. paramel. Sirenius 9. de fato, Delrio 4. Magic. Castro lib. 2. de vaticinio. Maiolus tomo 2. colloquio 2. aliique ab eis allegati.

33 Pertinent autem ad hanc tractationem innumeræ propè varietates signorum, quibus dæmones in futuris detegendis abuti iam olim soliti. Nam apud Trismegistum cap. 12. Pimandri memoratur diuinatio per somnia, per portenta, per aues, per intestina, per spiritum, perque Sibyllam. In illis signis recensendis, & diuinationum generibus penes ea constituendis multi sunt auctores prolixi. Sed breuiter S. Thomas, quem itaque placet 2. 2. quæst. 95. art. 3. præmissa diuinationis dæmoniacæ partitione in eam qua futurorum prænotio à dæmone quæritur prauo pacto implicito, & eam qua eadem prænotio quæritur, interueniente pacto explicito, priorem bifidam facit, nempe vnã quæ exercetur per solam considerationem dispositionis vel motus alterius rei, quò pertinent nugæ Astrologicæ, auguria, auspicia, itemque omina, ac somniorum & variarum humani corporis partium, eisque incidentium signorum consideratio; alteram quæ exercetur per considerationem dispositionis eorum quæ ab hominibus consultò fiunt ad eam prænotionem acquirendam, quò pertinent, protractio punctorum, quæ quid sit videndus Sirenius 9. de fato, cap. 18. & figuræ nascentes ex plumbi liquefacti proiectione in aquam, ac sortium vanitas. Posteriorem verò illam dæmoniacam diuinationem, qua dæmon expressè inuocatus futura prænuntiat S. Thomas generaliter Necromantiam appellat variéque diuidit, nam vel dæmon præstigiosis quibusdam apparitionibus aspectui se, aut auditui hominum ingerit ad futura prænuntianda, vel idem præstat per somnia, vel per mortuorum aliquorum apparitionem & loquutionem, vel per homines viuos furore aliquo correptos, vel denique per res sensu destitutas, puta ignem, aërem, aquam, terram, & corpora terrestria, vel animalium cadauera.

34 Et certissimum quidem est frequentissimè dæmonem absque explicito vllo pacto futura præsignificasse per ea indicia, quæ priore loco proposita sunt, vt de plerisque signorum illorum docent, non modò Origenes homil.

homil.16. in Numeros & 4. cōtra Celsum sub finem, sed & Apuleius in lib. de Deo Socratis ante medium ex Platone in Symposio, confirmátque Alcinoüs cap.15. disertè tradentes interuenire in ea præsignificatione operam ac industriam, mediarum inter Deos & homines potestatum, seu (vt paulò post inquit Apuleius) *Mediorum Diuorum qui in aëris plagis conuersantur, nec mixto conspectui cœli perinde versantes in quacunque parte natura propria commoda, in arbore volantia, in aëre gradientia.* Nos illiusmodi potestates malos dæmones esse non dubitamus, qui se prioribus quoque illis futurorum indiciis plerumque intermiscent vt præmittebam. Tamen in membris ad priorum illam diuinationem pertinentibus, potest interdum cerni mera inanitas, dæmone, nullis peculiaribus signis per semetipsum editis, futura præmonstrante, sed tantùm quam quis ex rebus ad priora illa membra spectantibus motiuè concipit, futuri prænotionē promouente & fouente. Quod agnouisse videtur Plato in Phædro, & ex eo Aristides in prima Platonica, agens de Oionistica, & Alcinoüs c.15. omnem diuinandi rationem diuidens in eam quæ externo afflatu fit, & eam quæ humana arte constat. Nec fortassis dissidet S. Augustin. quamuis paulò obscurius loquatur 2. de doctr. Christ. c.24. dicens: *Hæc omnia tantùm valere, quantum præsumptione animorum, quasi communi quadam lingua cum dæmonibus fœderata sunt, & plena esse pestiferæ curiositatis, cruciantis sollicitudinis, mortiferæ seruitutis*, neque respexit D. Aug. ad illud quod interdum admittimus posse contingere, licèt plerumq; interueniat mera inanitas in priorum illorum signorū obseruatiōne, & propterea de singulis dictant diuinationē, quæ propriè dæmoniaca dici potest (vt benè notauit Castro lib.2. de vaticinio cap.5.) pauca subiiciam, pauca inquam, nam omnia exactè huc conferre, non est instituti nostri.

55 De priore autem illa, ne penitus intacta videatur, dabo tantum pauca verba Nonni in expositione historiarum, insertarum orationi tertiæ Nazianzeni n.69. quia & nugarum illarum bonam partem, & earum tractatores paucis attigit, quod fecit etiam Elias ibidem num. (apud Billium) 91. verba Nonni sunt: *Diuinatrix scientia partim* [illegible] *est, quam Phryges inuenerunt, partim* [illegible], *partim* [illegible], *partim* [illegible]: [illegible] *est, cum volantes hac vel illa aut, aue vel recta* [illegible] *vel sinistrorsum, quid hoc significet dicimus; quam* [illegible] *Telegonus inuenisse dicitur:* [illegible]*, cum quis ea quæ in domo contingunt intuetur, quidque hoc portendat, exponit: verbi causa, quoniam in tecto felis, aut serpens, aut mus apparuit, aut exhaustum est oleum, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis, aut aliud quiddam, hoc significat. De quo genere opus edidit Xenocrates:* [illegible] *autem, cum ea quæ in via occurrunt, enarrantur: Vt si occurrerit quispiam hoc gestans, hoc tibi accidet: si autem illo, hoc tibi eueniet. De quo genere Pollux peracta.* [illegible] *est, cùm ex* [illegible] *inspectione ac rugis diximus vero hunc illum manere, vel quòd ipsius nuptias ambiuerint, vel quòd liberos procreabit, vel huiusmodi aliquid; de quo volumen conscripsit Helenus:* [illegible] *denique, cùm ex corporis palpitatione aliquid cognoscitur: Vt si palpitet oculus dexter, hoc indicat, aut si humerus, aut reliqua pars corporis: de quo genere opus elaborauit Posidonius.* Hæc ille.

Rident vaticinium hoc palmicum Iustinus quæst.15. Orthod. & August. 2. doctr. Christ. cap.20. vbi quoque ac

etiam cap.14. tides auguria, quæ latè item reiicit Orig. sub fin. 4. contra Celsum, illud præter cætera docens, animalia rapacia ad hunc visum designata fuisse à dæmone, & ad certos motus adacta, quorum etiam ipse specie plerumque apparens motus illos ederet: & hanc ob causam animalia ex quibus Ægyptij augurabantur, à Mose relata esse inter impura. Dæmonis artificium, in procurandis certis illis auium motibus, notauit quoque S. Basil. in c.2. Esaiæ. Tusci item apud Senecam 2. natur. c.32. motum auium tribuebant Deo, quod de illo Deo quem ipsi sibi fingebant, vtpote dæmone, accipiendum est. Cæterùm Elias suprà, omnia membra ex Nonnio adducta ad augurationem reuocat. Huius prioris diuinationis membra quædam, cum membris posterioris diuinationis recurrunt, nempe quoties specialem dæmonis futura prædocentis operam continent, ratione vocis alicuius, vel signi, expressam dæmonis responsionem, & prænuntiationem importantis, vt de augurio tradit S. August. 2. doctr. Christ. c.24. & habetur ex Iamblico §.25.

56 Sic dimissa priori illa futurorum præsignificatione, posterioris singula generalia membra suprà proposita, paucis attigisse, nec extra rem, nec absque fructu erit, vt vel hinc discamus quàtis nos malis eripuerit aduentus illius, qui orbe exegit omnes huiusmodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis artes ex quadam pestifera sorte hominum, & dæmonũ, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, vt loquitur S. Augustin. 2. doctr. Christ. c.23. ac etiam vt minimè cum dæmonis ingenium appareat, qui futurorum prænotionem quæ tota [illegible] ad *Deum attinere*, vt pulchrè tradit Synesius init. libri de insomniis, *ísque Dei & hominum commercia*, vt ait Plato in conuiuio, imò quæ est *propriu Diuinitatis character*, vt eleganter dixit Origenes 6. contra Celsum, iisdem modis ementiri conatus est, quos olim vsurpauit Deus in futuris præsignificandis, vt ex dicendis constabit, & ex parte notauit Valesius, c.30. sacræ Philosophiæ.

Prænuntiatio per præstigium.

Primum ergo generale membrum, D. Thomas vocat præstigium, quum nimirũ dæmon futura præmonstraturus, variis apparitionibus oculos perstringit, exhibẽs sese hac vel illa forma conspiciendum. Extenditur quoq; à D.Thom. hæc præstigiosa prænũtiatio ad auditum, cum videlicet dæmon futura præsignificat, soli se auditui ingerendo, nulla interim sensibili specie visum feriente, tametsi vox quidem præstigij rectè cadit in solam exhibitionem visibilem, de qua proinde primùm est agendum.

57 Et quidem quomodo dæmon illudere visui possit, seque sub hac vel illa specie exhibere, exponam agens de vi Intelligentiæ transeunte operatiua. Quòd autem persæpe ita faciat, variisque se formis videndum præbeat, indubitatum est: nec refert quòd Plato sub finem 2. de Rep. acriter carpat credulitatem huiusmodi præstigiarum, idq; confirmet Deum, & Deorum vnumquemque cum à mendacio abhorreant, inanes de se species nobis ingerere nolle, hæc enim ratio in spiritu mendaci locum nullum habet, vt agnouit etiam Iamblicus in fin. §.19. de myster. & Porphyr. 2. de abstinentia; quamuis posse quoque id totum sine mendacio præstari constat ex iis, quæ alia occasione disputant Maldonat. in c. 24. Lucæ ad versum 18. Suares tom.3. partis d.55. f.1.

Sed

Sed quidquid sit de veritatis dispendio, quod apud daemones non est tanti, indubitatum est vt dicebam, eos futura pronunciaturos praebere se hominibus conspiciendos, nec vna specie; sic Laertius l. 1. non multum ab initio testatur Magos diuinationem praedictionemque exercuisse, asserentes sibi Deos apparere, & idem refert Iustinus quaest. 81. ad orthod. monuit corpora quibus fucum faciunt daemones apparentes, non esse solida sed spectra duntaxat & imagines corporum: late de his exhibitionibus disputat supra Iamblicus, in eo tantum hallucinatus, quod in Theurgia, si nihil in ea peccetur existimet bonas semper Intelligentias apparere.

38 Theurgiam vocat honesto nomine quam Periergiam vocare oportuerat, vt ait August. 10. ciuit. cap. 16. qui etiam ibid. cap. 9. Iamblici Symmistem Porphyrium refellens Mangoniam vniuersam huius (vt etiam vocabant) conciliatricis Angelorum & Deorum disciplinae luculenter exponit. *Hanc* (inquit) *nefariae curiositatis artem, vel Magiam, vel detestabiliore nomine Goetiam, vel honorabiliore Theurgiam vocant; qui quasi conantur illa discernere, & illicitis artibus deditos alios damnabiles, quos & maleficos vulgus appellat; hos enim ad Goetiam pertinere dicunt: alios autem laudabiles videri volunt, quibus Theurgiam deputant, cum sint vtrique ritibus fallacibus daemonum obstricti sub nominibus Angelorum. Nam & Porphyrius quandam quasi purgationem animae per Theurgiam, cunctanter tamen & pudibunda quodammodo disputatione promittit: reuersionem verò ad Deum hanc artem praestare cuiquam negat, vt videas eum inter vitium sacrilegae curiositatis, & Philosophiae professionem sententiis alternantibus fluctuare. Nunc enim hanc artem tanquam fallacem, & in ipsa actione periculosam, & legibus prohibitam cauendam monet: nunc autem velut eius laudatoribus cedens, vtilem dicit esse mundandae parti animae, non quidem intellectuali, qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum, sed spiritali qua corporalium rerum capiuntur imagines. Hanc enim dicit per quasdam consecrationes Theurgicas quas teletas vocant* (hanc vocem aliter vsurpari docet Plato 2. de Rep. nempe pro manium expiatione, quae scilicet malis in vita homines liberet) *idoneam fieri, atque aptam susceptioni spirituum & Angelorum ad videndos Deos. Ex quibus tamen Theurgicis teletis fatetur intellectuali animae nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad videndum Deum suum, & perspicienda ea quae vera sunt: Ex quo intelligi potest, qualium Deorum, vel qualem visionem fieri dicat Theurgicis consecrationibus, in qua non ea videntur quae vera sunt. Denique animam rationalem siue quod magis amat dicere, intellectualem in superna dicit posse euadere: etiamsi quod eius spiritale est nulla Theurgica fuerit arte purgatum. Porrò autem a Theurgo spiritalem purgari hactenus, vt non ex hoc ad immortalitatem aeternitatemque perueniat.* Haec & alia in hanc rem eo loco Augustinus, quae vrget etiam c. 26. & 27. & 28.

39 Spectat ad hunc locum breuis Theurgiae diuisio, quam Ethnici Philosophi ac Theurgi Iamblicus, Porphyrius, & Proclus, sic instituere apud Psellum in orationem 42. Nazianzeni ad illa verba, vt *Deo clarificem & videam, & sentiam: Diuinam enim hanc contemplationem in tria partiuntur, atque alia ipsam partem intellectualem vocant aliam imaginariam, aliam inductiuam. Si qui igitur animae intelligentia & mente, ac splendore fruuntur illud, vt natura est, perspicit ipse vtpote cognatum ac spectator ipsi dicitur. Si qui autem imaginatiuo animae vehiculo rei Di-*

nimas cogitationes inserunt, ab aliorum propheticas Theologia ad id invenitur, interius hic [illegible] possis. At saepe mentis per imaginationem [illegible], sed oculis solis Divinas praestare visiones per aërem dilatas [illegible] [illegible] dici possit. Nam corporeum quoque lumen Divinis rebus substratum esse affirmant, quod quidem arripiunt alij vocibus magicis, ex [illegible] natura humana praeditis, quia & Socrates & Platonicæ [illegible] ad certas circumstantias, ad lumen Lunæ, fortassis mentis [illegible] [illegible]; Ægyptij autem in [illegible], vel [illegible], sic enim vocant, [illegible] [illegible], vel [illegible] [illegible] vel [illegible]; Assyrij verò [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], substratum aliud [illegible] [illegible] lumen [illegible]. Hac Porphyrius & Iamblicus, & ille praestigiatorum [illegible] [illegible] Proclus magis sunt, ut Psellus.

Nec plura de Theurgia generatim, si breviter monuero ex Augustino 10. ciuit. c. 10. *quòd qui has sordidas purgationes sacrilego ritibus operantur, quasdam mirabiliter pulchras, sicut ille commemorat, vel Angelorum imagines, vel Deorum tanquam purgato spiritu videre; si tamen vel tale aliquid vident, illud est quod Apostolus dicit, quoniam Satanas transfigurat se velut Angelum lucis. Eius enim sunt illa phantasmata, qui miseras animas multorum fallaciumque Deorum fallacibus sacris cupiens irretire, & à vero Dei cultu quo solo mundantur & sanantur, avertere sicut de Proteo dictum est, formas se vertit in omnes, hostiliter insequens, fallaciter subveniens, utrobique nocens.* Meritò eam caecitatem deplorat idem Augustinus 10. confessionum cap. 42.

40 Iam quod attinet ad speciem externam, qua dæmon futura praemonstraturus se exhibet, cùm non sit alia ratio in hac & in aliis apparitionibus à dæmone ad alios fines susceptis, nil est quod hic peculiariter de ea agam. Itaque generatim tantùm dicã dæmonem futura praemonstrantem interdum humanâ, interdum bruti alicuius specie visum esse.

Circa humanam speciem innumera suppetunt exempla, nihil enim frequentius in historiis, & veterum monumentis, quàm dæmonum humana specie res futuras praenunciantium, & cum hominibus colloquentium narrationes. Sane Origenes 7. contra Celsum circa med. refert ex Celso in Trophonij Amphiarai & Mopsi manteis, Deos humana specie visos, eâque manifestè conspicuã. Addebatque Celsus Deos illos humana specie se offerentes, cum quibusvis colloquium eorum expetentibus versari familiariter. Max. Tyrius serm. 27. visos sibi vigilanti Herculem & Æsculapium narrat, alia Deorum aliorum spectra oblata specie humana memorans.

Caeterùm Binsfeldius de confess. Malefic. praelud. 12. & Anan. lib. 3. de natura dæmon. c. 16. adversum speciẽ humanam nunquam à dæmone post Christi ad nos adventum apparere, (atque adeò etiã cum Celsus & Porphyrius aliique Theurgi suprà adducti ea scriberent) assumptam integrã sine peregrino aliquo additamento, ut pedum arietinorum, vel anserinorum, vel frontis cornibus asperatæ, aut aduncorum unguium, vel cicatrionis virginum, quod illi ad incarnationis reverentiã referunt, ob quam boni Angeli integra humani corporis exhibitione malos impediant, quod tametsi frequens esse certum sit; nec dumtaxat à Christo nato, sed & iam olim contigerit, (serpentinos enim pedes dæmonum ex Pherecide Syro memorat Vives 10. ciuit. cap. 16. &

Empu

Empusæ diabolici spectri alterum pedem æneum esse refert Suidas, verbo Empusa? Minimè tamen constat potentiam esse, cùm in plerisque exemplis apparitionum dæmoniacarũ simplis apparitionum hominis, quæ refert Thyræus lib. de locis infestis c.16. num.4. nihil tale notetur.

41 Speciem verò hominis, quia de dæmonibus hic tantùm agitur, intellige speciem cuiusuis humani sexus; nam quamuis bonos Angelos fœminea specie nunquam se exhibuisse mortalibus rectè affirmet idem Thyræus lib. de apparit. spirit.c.7. nec vnquam auditum esse contrarium testetur Gul. Paris. 3. 2. de vniuerso, c.24. ac denique quamuis Iustinus Apolog. ad Anton. sub fin. carpens figmentum de Iouis filia Minerua, dicat perridiculum esse imaginem Intelligentiæ præ se ferre formam fœmineam; tamen quoad malos Angelos compertissimum est eos specie fœminea apparentes de futuris docuisse. Illustre est, vt cætera omittam, quod refert Plin. Iunior lib.7. epist.27. de eo cui species mulieris humana ordinariâ grandior occurrit, itéque Romanum & summos honores & futurã quondam in Africa mortem prænuntiauit, & aliud quod habetur apud Sozom. lib.7. cap.24.

Quod verò attinet ad brutorum formas, quia nihil etiam hîc peculiare occurrit, præter ea quæ de dæmonum apparitionibus ad alios fines susceptis passim leguntur, omittis exempla congerere. *Tanta est* (ait S. Basil. in cap.2. Isaiæ.) *tamque perdita inimici aduersus homines proteruia, vt vel in fele, aut mustela figura se afferat, commutatione se omnis fit dispergens.* Sed hæc omitto, quia passim obuia. Tantùm addere visum Thyræo, lib. de apparit. spirituum, c.7. nunquam dæmonem specie columbæ, vel agni exhibuisse sese, siue quia formas illas odit quibus Deus ipse visus est, siue quia à moribus quos animalia illa designant procul abest; sed an efficiatur Dodoneæ columbæ fatidicæ, infrà videbimus.

42 Notandum ad primum hoc generale membrum à D. Thoma propositum, pertinere quoque iuxta eum prænuntiationem factam à dæmone auditum solum feriente: Sane Angeli boni, vt notauit Abulens. 3. Reg. c.9. q.2. ac etiam ipsemet Deus interdum specie humana oculis se obiicientes, interdum sola voce, formata non per humana instrumenta se prodentes, futura prædocent: quod Abulensis exẽplis ex Scriptura petitis illustrat; eòque in hanc rem perillustre, quod de responsis voce è propitiatorio redditis, docent Sacræ literæ, & quod in iisdem legimus de futurorum prænuntiatione, per Vrim & Thummim; nam quamuis sint de eius præsignificationis modo innumeræ sententiæ quas referunt & expendunt Serar. lib. de Sacerdotibus c.2. & in cap.9. Ios. & q.24. Magallian. in append. ad Iosue, sect.7. annot.8. & 9. Thyræus lib. de apparit. Dei vocalib. cap.11. Delrio 4. Magic. c.1. q.2. sect.1. Castro 3. de vaticinio c.3. & ad c.4. Osee n.12. Salianus tom.2. anno mundi 2544. & alij quos iidem referunt, tamen vt cæteri modi quos alij excogitarunt non sint reiiciendi, ille tamen nullo modo videtur excludendus quo extitisse vox sensibilis vox inde emissa, saltem plerumque, & cùm non generatim tantùm prænuntianda erant fausta vel tristia, sed cùm ad specialia quædam respondendum erat.

Scio quæ recenset vir doctus 4. de spectris c.19. ex Rabbinis referat, vt vocem sensibilem ab hoc prænun-

tiandi modo prorsus excludat: præter nomina siquidem duodecim tribuum, quæ duodecim lapidibus rationalis inscripta erant; nomina quoque trium Patriarcharum lapidibus illis adscripta volunt Rabbini, vt integre alphabetum Hebraicum, in rationali legi posset; quo posito, iuxta eos, variæ illæ literæ quæ formando responsis necessariæ erant extraordinariè collucentes, responsum exhibebant legendum non audiendum. At quominus Rabbinicam hanc sententiam pro oraculo habeamus multa faciunt, illúdque imprimis, quod cum eædem literæ possent deseruire innumeris & diuersissimis responsis pro varia appositione ipsarum efformandis, nulla suppetebat via sistendo in visu, ex qua hoc potius, quàm illo modo combinandas esse literas innotesceret. Item cum in eodem responso esset plerumque geminanda, aut multoties repetenda eadem litera, nec tamen toties rationali inscripta supponatur, non poterant multiplices ad eam fulgores fieri vt multoties legeretur. Omitto gratis addita trium Patriarcharum nomina, & alia per otium noscenda.

41 Itaq; in eo quē dixi Diuino per Vrim & Thummim respondendi modo, adhibenda fuit nuda sensibilis vocis efformatio, saltē plerumque. Hunc ipsum igitur Diuinū per nudā vocem prænuntiandi modum, nulla interueniente specie externa visum mouente, æmulatus est plerumque Satan, & nominatim per Teraphim, quæ fuisse statuas humana specie, per quas dæmon responsa dabat ex variis Scripturæ locis declarant Bellarm. 1. de verbo Dei c. 13. & Castro locis allegatis.

His dæmoniacis futura prænuntiandi modis, quasi fusius non persequar, quia, quæ circa illos addi præterea possent, communia sunt cum apparitionibus dæmonum ad quoslibet alios fines susceptis, subiūgere placet alium quemdam futura prænuntiandi modum, quo dæmon per seipsum vaticinia apud Assyrios Hierapoli edebat adhuc insignibus præstigiis. Dabo ad hoc pauca Luciani verba lib. de Syria Dea. *Oracula quidem* (inquit) *multa sunt apud Græcos, tum apud Ægyptios sunt multa autem & in Africa, & in Asia nō multa; sed illa quidem neque absque Sacerdotibus, neq; absque interpretibus responsa dant: hic autem Apollo & ipse per se mouetur, & vaticinia ad plenum ipse per se peragit. Modus autem vaticinandi talis est. Postquam illi placitum est vaticinari, in sede sua primum mouetur, sacerdotes autem ipsum continuò in sublime attollunt; quòd si non attollant, ille & sudorem emittit, & se in medium etiam commouet. At postquam illi subeuntes portant ipsum, tum & illos in orbem agit, circumcirca vertendo sese, & ab aliis in alios subinde transilit. Postremò Princeps Sacerdotum supplicans interrogat illum de omnibus rebus. Ille verò siquid non vult fieri, retrò recedit: contra autem siquid approbat, agit in anteriorem partem gestantes, perinde ac si currus habenas moderentur; atque ita illi colligunt oracula, & neque sacram rem vllam neque priuatam absque hoc gerunt. Prædicit autem illis & de anno, & de tempestatibus omnibus, & quando amplius futurum non sit.* Addit verò postmodum Lucianus se præsente, cum Sacerdotes Apollonem ferrent, illos quidem in terra reliquisse, ipsum verò solum per aëra delatum. Eadem legere licet apud Macrobiū 1. Saturnal. c. 23. nisi quòd quam Lucianus Hierapolim ipse Heliopolim nominat, & addit ferculum subiuisse plerūq; prouinciæ proceres, raso capite, longi temporis castimonia puros; motos autem non suo arbitrio, sed quò Deus propellebat vehentes, vt videmus (inquit Macrobius)

apud

apud Arrianum permanere simulacra fortunarum ad dandum responsa. His addit de consulto huic Deo ab absentibus, & obsignatis codicillis quod alibi spectat. Magis ad rem præsentem faciunt quæ de Iouis Ammonis oraculo legimus apud Strabonem lib. 17. nempe ibi non vocibus, vt in aliis oraculis, sed signis subobscuris, & nutibus falsi numinis reddita oracula.

Onirocritica.

44 In secundo generali membro reponebat S. Thomas dæmoniacā futurorum præsignificationē per somnia. Hanc diuinationem apud Telmesses primùm natam testatur Tatianus initio orationis contra gentes, & Nazianz. orat. 3. n. 92. plurimi certè apud eos factam Tertull. cap. 46. de anima testatur, vbi etiam prisci onirocritici referuntur, Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, Dionysius Rhodius, Hermippus, quibus apud Artemidorum lib. 1. capite 49. adduntur Geminus Tyrius, & Demetrius Phalereus, quos omnes non est existimandum aliis quàm dæmoniacis, vel ad summum naturalibus somniis impendisse operam; Diuinorum enim somniorum futura præsignificantium notitiā nulli gentiliū concessam, probat latè Thyreus libro de apparitione imaginaria c. 9.

Cæterū Pythagorici Hebræos (vt Damasc. ait 2. de fide orthod. c. 19.) imitati, hanc solam vaticinationem veram esse censuerunt; quamuis Plutarch. 5. de placitis cap. 1. solam diuinationem ex victimis à Pythagora improbatam fuisse testetur. *Epicharmus* verò (vt paulò post addit loco citato Tertullianus) *summum apicem inter diuinationes somniis tribuit, cum Philochoro Atheniensi: nam & oraculis hoc genere,* (nempe in genere præsignificationis futurorum per somnia) *stipatus est orbis, vt Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Trophonij in Bœotia, Mopsi in Cilicia, Hermionæ in Macedonia, Pasiphaë in Laconica, cæteria cum suis & originibus, & ritibus, & relatoribus, cum omni deinceps historia somniorum, Hermippus Berytensis quinque voluminibus satiatissimè exhibebit.* Hactenus ille. Ex quo etiam cap. 57. discimus Nasamonas propria oracula apud parentum sepulchra mansitando captasse, & Celtas apud virorum fortium busta eadem de causa abnoctasse.

45 Nimirum dæmon fingendæ fidei, connexionis animarum in dæmonas futuri præscios, ac mortuorum sepulchra præsignificationes aliquas futuri immisit, & circa ea oberrare & varia operari sæpe deprehensus est, vt adnotat D. Chrysost. & Porphyr. apud August. 10. ciuit. c. 11. quod Plato in Phædone φιλοσωμάτοις ex Niceta 2. Thesa. cap. 80. impuris & pollutis animabus tribuit, vnde & Goëtiam maleficorum dæmonum circa sepulchra oberrantium euocatricem Suidas verbo Goëtia, & Elias Cretensis in orat. 3. Nazianzeni num. apud Billium 92. notant, dictam à lamentis & plactibus sepulchralibus. Ex Apuleio autem lib. de Deo Socratis colligi videtur omnem istam, per somnia respondendi prouinciam iuxta Ethnicos creditam competere animabus illis, quarum sors dubia esset, quas non lares, vel laruas, sed manes appellabant: ex quo nō sequitur Ethnicos negasse immissionē somniorum à dæmonibus: nam vt alibi diximus, & ostendit hunc ipsum Apuleij locum refellens August. 9. ciuit. cap. 11. Ethnicorum erat sententia animas dæmones fieri.

46 Ritum autem captandi à dæmone futurorum præsignificationem per somnia in illis quæ dixi templis attigit Strabo 6. Geogr. cùm de templo Calchæ ad montem Garganum & Pausanias in Atticis, vbi cùm dixisset eos qui ad Amphiarai oraculum venirent, purgationem & sacra præmisisse, subdit eos his peractis arietem Amphiarao sacrificasse, pelléque arietis substrauisse, ac dormiisse, significationem somnij expectantes: quod expressit doctus Poëta in 6. cùm de Fauni oraculo,

——*huc dona Sacerdos*
Cùm tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnósque petiuit;
Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturque Deorum
Colloquio.

Idem paucis attigit S. Hieronym. in c. 65. Esaiæ ad illud, *in delubris idolorum dormiunt*, nempe propter insomnia vt addiderunt Septuaginta, vrgétque contra Christianorum vigilias ad sepulchra martyrum, Iulianus apud Cyrillum lib. 10. tex. 4. Ait ergo S. Hieronymus qui somnia prænuntia quærerent, solitos stratis pellibus hostiarum incubare in templis, vt somniis futura cognoscerent, ac nominatim id in Æsculapij fano factitatum ad sua vsque tempora memorat: nempe vt asserit qui idem suo tempore quotidianum fuisse refert Iamblicus de myster. §. 22. ad accipienda somnia quibus morbi curarentur; ipsam siquidem medendi artem somniis Diuinis fuisse comparatam ait ibi Iamblicus: quod confirmant alij apud Artemidorum lib. 4. cap. 24. qui etiam meminit lib. 2. cap. 45. de tribus libris Gemini Tyrij, & quinque Demetrij Phalerei, & viginti duobus Artemonis Milesij, quibus complexi præsertim essent compositiones medicamentorum ac curationes à Serapide dictas: nam etiam in Serapidis non minus quàm in Æsculapij fano captabantur somnia futurorum prænuntia. Tametsi autem in Æsculapij templo aliorum quoque futurorum prænuntia somnia captabantur, vt constat ex Philostrato in vita Apollonij, referente eum in templo Æsculapij somnium cepisse, futura prænoscendi gratia; & ex sacris orationibus Aristidis qui se in Epidaurij huius dæmonis templo doctum per somnia de rebus publicis ac domesticis quamplurima testatur: tamen Æsculapium pro sua in rem medicâ voluntate de illis præsertim quæ ad morbos & sanitatem spectant, fuisse consultum nemo nescit: Porrò quod de somno in templis capto ad captanda somnia præsaga hactenus dixi, non est ita accipiendum, quasi non etiam plerique lectulo suo tanquam tripode Pythio vsi fuerint, vt pulcherrimè dixit Synesius lib. de insomniis, addens de præmissa somno manuum ablutione & fausta precatione, quod ex Poëta quoque confirmat.

47 Existimabant autem, vt Iamblicus lib. de mysteriis §. 22. memorat, somnia futuri prænuntia vigilantibus immitti, vel saltem non oppressis sopore, sed medio quodam modo se habentibus; idéoque quia sub proximam lucem minus grauis somnus, sola quæ tunc contingerent somnia attendere solitos Oneirocriticos affirmat Philostratus lib. 2. vitæ Apollonij: & passim apud Poëtas obseruare licet, qui veritatem somnij alicuius & acceptæ in eo prænuntiationis confirmare volunt, matutinum fuisse

som-

somniorum inductæ. *Certiora* (inquit Tertull. lib. de anima, cap. 48.) *& clariora somniari affirmant sub extimis noctibus, quasi iam emergente animarum vigore prodacto sopore.* Rationem præterea aliam de Platonica pene addit Ficinus lib. 15. de immortalit. c. 5. nempe Solis Phœbique vatis accessum, quo vaticinium roboratur, & sanguinei igneique spiritus ea hora dominantes claritate sua ad claram conferunt visionem. Trismegistus tamen in Pimandro circa initium, dictum suum insomnium in sopore gravissimo accepisse se refert. Vbi obiter adverte, etiam viris ingeniosis, nec tantùm rudi plebeculæ, & simplicioribus prænuntia futuri somnia à dæmonibus immissa, tametsi Iamblicus suprà §. 19. solis simplicioribus Diuina somnia concedat, & Perer. lib. de obseruation. somniorum q. 5. inde Diuina somnia à dæmoniacis secernat, quod hæc soli plebeculæ, illa doctis quoque & prudentibus adueniant. Certè & Trismegistus & Iamblicus non erant de plebe, qui tamen de dæmoniacis somniis ex propria experientia loquuntur, quibus adde Indorum Philosophum, de quo multa in hanc rem habentur apud Photium cod. 242. initio. Quod autem Iamblicus gloriæ animal, & popularis auræ (vt eius semper scripta docent) vile mancipium, se ipsemet simplicioribus annumerarit, mea parum refert.

48 Frequentiorem per somnia de futuris respondendi modum suprà adducti Poëtæ versus exhibent. Præterea tamen apud Tullium 1. Tusculana & apud Plutarchum in consolat. ad Apollonium c. 13. legimus datum aliquando in somnis responsum in tabella: sed frequentior, vt dixi, modus est somnia ipsa immediatè conciliando, & excitatione certarum actionum interni sensus per humorum commotionem & spirituum transmutationem, quâ omnino ratione, tametsi interim illis multis præstigiis exponenda videatur immissio illa diuinorum, id est, dæmoniacorum somniorũ apud Iamblicum §. 22. ait enim: *Quod item somnia Diuina veniunt, breuis audiantur voces, quid agendum sit admonentes, & aliquando spiritus quidam non comprehensus, non tractabilis, se accumbentibus circumfundit: qui tamen non perspicitur, sed alio quodam sensu, & animaduersione, quæ in conscientia percipiunt, prospectu quodam ingrediens, & se vndique circumfundens absque contactu, atque mirificè passiones animæ, corporisque expellit, aliquando verò lumen splendidum quietumque fulget, sub quo visus clauditur animus patet. Sed alij sensus interim peruigiles sunt, perspiciuntque quando Dij in lucem se effundunt, & quæ illi loquuntur argumentis conuenientia animaduertuntque percipiunt, perfectius verò id tunc discernitur, quando visus quoque perspicit, atque intellectus corroboratus, quæ fiunt assequitur.* Hæc ille, quæ ad phantasticam ludificationem pertinuisse necesse est, si vera erant somnia vt supponitur.

49 Qua verò ratione hæc aut illa somnia conciliare possit dæmon (posse enim certum est, vt rectè Iustinus, q. 21. ad Orthod. Tertull. c. 47. de anima. Irenæus lib. 1. cap. 20. referens Oniropompos Simonianorum) patebit ex dicendis, cùm de potestate eius transeunter agitur; quod Aristoteles non videtur considerasse lib. de diuinatione per somnium, cum visa improborum, quia in Deum referre indecorum censuit, naturalia putauit, idem iudicium de quibusuis somniis faciens (quod innuit etiam Seneca 2. natur. c. 32.) aliter iuxta prædicta iudicaremus, si & à Deo malis prænuntia somnia interdum immitti posse sine indecoro, pro ea quæ est in omnes

 benefi

beneficentiam considerasset, & et à Deo vel bonis Angelis ea immitterentur, à dæmonibus immitti posse perpendisset. Itaque Philosophum, quem in hac re dubitasse ait Artemidorus lib. 1. c. 7. reprehendunt, Carus 1. de diuin. c. 1. & Suar. lib. de superstit. cap. 15. num. 18. & ante hos Gregoras ad Synesium de insomniis. Excusat autem Pamelius ad c. 46. Tertull. de anima. Item Leonicus in Trophonio, adducens à Tullio annotatum ex Aristotele exemplum somnij non naturalis atque adeò diuini, seu potius, vt ex circumstantiis constat, dæmoniaci. Idem Aristoteli tribuit Plutarch. 5. de placit. c. 1.

50 De dæmoniaca diuinatione per somnia non pauca præterea habent Gyrald. Syntag. 9. sub fin. Scaliger ad Hippocr. de insomniis, & interpres Philostrati ad imaginem Amphiarai, vt omittam gerras dicti illius Artemidori, quæ ex tot antiquis somniorum propolis vnum habemus, atque vtinam nec haberemus, ne quibusdam etiamnum vanis illis mali credulos in errorem induci contingeret, meritò enim Homeri Penelope Odyss. l. 19. duplices somniorum portas proponit, dimidiasque fallaces astruit. Dimidias tantum? Quum veriùs somnia, somnia esse dixerit; tantum abest (quod nobis à Synesio suprà scriptum) vt omnia per corneas fores, nulla per eburneas elucere debuerit, ac præsertim ea quibus se dæmones (mali vtique artifices) immiscent; nec distinguendum est quod Chaldæi faciebant, vt Gregoras ad Synesium memorat, de dæmoniis, qui circum terram & aquam voluuntur, quos mendaces in præsignificando affirmabant; & de æthereis ac cœlestibus quos veraces memorabant: vnum omnibus inest odium veritatis, in qua non steterunt, & idcirco non minus si ambigua, & varia, quæ in multam partem possent accipi, occultabunt fallaciam: non enim vt plurimum per ipsa quæ præsignabuntur eueniunt, sed præsigna tantum multarum interpretationum capacia & ferè symbolica, vt videre est in multis exemplis, quæ habentur apud Tull. de diuinat. & apud Plutarch. de cessatione oraculorum, cum 4. *Quod si vera interdum de futuris per somnia prædicant, ad errorem multorum id faciunt, quia spiritus Diuinitatis suæ fidem ... (ait Tertull. c. 46. de anima,) eadémque industria etiam per beneficia fallunt medicinarum, & admonitionum, & prænuntiationum, quæ magis lædunt iuuando, dum per ea quæ iuuant ab inquisitione veræ Diuinitatis abducunt, ex informatione falsa.*

Necyomantia.

51 Tertium generale membrum suprà propositum continet præstantissimam euocationem animarum, quæ est propriè dicta Necromantia vel Necyomantia, vt ex Varrone hanc ex mortuis diuinationem nominat S. Augustin. 7. ciuit. cap. 16. Goetiam propriè hanc appellari, dicique à lamentis & fletibus, qui ad sepulchra fiunt, voluit Suidas verbo Goetia; quamuis autem S. Thomas suprà, voce Necromantiæ omnes (vt suprà monui,) posteriores generalis partitionis initio propositæ species complectatur, tamen vocis notio aliud fert ac etiam vsus communis.

Animarum itaque euocationem, & per eas futurorum præsignificationem duplicem facit Tertull. c. 57. de anima, alteram qua euocabantur animæ Ahororum, seu immatura morte præreptorum, & Biæothanatorum id est violenta morte sublatorum; addit etiam ex Porphyrio secundo de abstinentia,

scenna, eorum qui eiusti sceleve ro- ... quem professi iam aperti dedissent, quam professi iam Ostanes Magi, Typhon, Dardanus, Damigeron, Nectabis, & Berenice. Damigeron, Nectabis, & Berenice, quæ animas etiam (vt sententia illa loquitur) iusta ætate sopitas, etiā proba morte disiunctas, etiam prompta humatione dispunctas, euocaturam se profitetur: Primam appellitam se profitetur: Primam in qua se dæmonem idololatriam, in qua se dæmones perinde mortuos fingant, quæmones perinde mortuos fingant, quemadmodum in idololatria Deos; *Aori & qui censentur quidem* (inquit) *Aori & Biæothanati sub illo fidei argumento, quod credibile videatur eas potissimum animas ad vim & iniuriam facere, quas per vim & iniuriam sæuus & immaturus finis extorsit, quasi ad vicem offensæ, sed dæmones operantur sub illis animis*: quod paulò post efficaciter confirmat. *Hanc fallaciam* (inquit) *spiritus nequam sub personis defunctorum delitescentis, nisi fallor, etiam rebus probamus, cum in exorcismis interdum aliquem se ex parentibus hominis sui esse affirmat, interdum gladiatorem vel bestiarium, & alibi Deum, &c. Et tamen ille dæmon post parum circumstantes circumuenire tentauit, instantia Diuinæ gratiæ victus, id quod in vero est inuitus confitetur.* Hæc Tertull. Posteriorem verò illam Necyomantiæ rationē, quæ iam quiescentes animas euellere ab inferis, & exhibere conspectui credebatur, fallaciæ idem Tertull. operationē fuisse, quia & in ea phantasma præstaretur & corpus affingeretur; & hanc quoque professum Hostanem habetur ex Plinio lib. 30. c. 2. vbi etiam de Cynocephalia herba ad hunc vsum adhibita, ex Appione.

52 Ceterùm & in hac vt & in priore euocationis manium ratione omnem operam fuisse dæmonis sub animæ specie interuenientis, aeque præter Tertullianū affirmant Clemens Alex. in protreptic. Lactant. lib. 2. cap. 17. Athanas. q. 11. & 13. ad Antiochum, August. 8. ciuit. cap. 15. & lib. 5. c. 21. Æneas Gazæus in Theophrasto, Nicephorus Gregoras ad Synesiū de insomniis. Posterior, quamuis fortassis initio minus recepta, quòd consulse inferis animæ non censerentur extrahi inde posse & huc aduocari, sicut Aborum & Biæothanatorum ab inferis excitorum, vt de Ethnicorum sententia cap. 56. meminerunt Tertull. videtur postea, quod & ille significat, facta communior. Et idcirco Samuelis vita pij & longæui animam credidit Saul per Necromantiam euocari posse ad prænuntiandum belli exitum: Et passim Necromantiæ, vt Gregoras ad Synesium de insomniis testatur, quorumcumque defunctorum animas euocari à se posse annuntiabantur, & ad id certis quibusdam locis quæ Psychomantea dicebantur, consuetis fuisse: celebrantur præter cætera Cymmericū ad Auernū Campaniæ, quod pulchrè describit Tyrius dissert. 26. init. Thesprotium in Epiro, Tænarium, & Heracleum, vt ex Strabone & aliis annotat Perer. lib. de Magia cap. 11. & Siracmius 9. de sensu, capite 11.

53 Ritum porrò euocationis describunt idem Gregoras malè præmittit, & ex Græcorum ac Chaldæorum sapientum placitis confirmat, ex dæmonibus nonnulla aëria esse, alia aquea, & marina, alia terrena, alia verò subterranea, itéque eorum quædam nidore, ac sacrificiorū vaporibus fumóque delectari, alia sanguine fuso, alia suauitate & quibusdam inquinamentis, alia denique aliis ac variis magiæ. Hanc itaque causam esse cur iubente etiam Apolline, ritus quidam longè diuersi adhiberentur euocandis animabus quàm nō alias Magiæ species, nempe cōsentanei ad

 gustum

gustum dæmonis euocandi sub animæ speciẽ; nos verò è contra ex constitutis initio huius materiæ, supponimus omnes dæmones esse spirituales, nec diuersitatem illam rituum idcirco deposcere quod corporei sint, sed potiùs vt corporeitatis suæ fidem indigeant.

Quibus præmissis magicum illum ritum quem ex Poëtis Latinis facile erat fusè describere (euocarunt enim his ritibus animos apud Silium Scipio, apud Statium Tiresias, apud Lucanum Erichtho, apud Virgilium Æneas, & apud Flaccum Æson) attingo tantum obiter ex eodem Gregora: apud quem Apollo Necromantẽ animas euocaturum ita compellat. Victimas occidens, inferorum gratia defodito, & in scrobem sanguinem immittito. Funde mel nymphis, ac Dionysij munera, qualia iubet Homerica Circe Vlyssem ad Tyresię euocationem facere sub finem 10. Odysseæ versibus illis.

*Cùmque huc appuleris, tunc heros sicut
iubemus
Effodiasque scrobem vnius, cubitique
vtrinque
In longum ducas, tantum quoque lata
feratur.
Omnibus hic fundas vmbris libamina
supplex
Primò mellitis succis, mulsumque li-
quentem;
Dulcia deinde sacri spumantia vina Lyæi
Tertia fac illis accedat & aquæ vnda.
His etiam canas addens confunde fa-
rinas,
Indulgensque vmbris genibus reflexus
adora,
Et consistentes animas in vota vocato:
Si liceat patriæ Ithacæ repetisse pe-
nates,
Te mactaturum sterilem primitus in-
uencam.
Quæcumque excellat, quam tota ar-
menta sequantur;
Extructámque pyram frugibus cumulare
benignis
Te velle, apartéq; soli Tiresiæ vn-
am
Tyresiæ sic sacram ouem cum vellere pul-
chram.*

14 Quæ omnia à Circe doctus ibi Vlysses, perficit posteà in vndecimo, vbi ferè initio reperitur descriptio fossæ & libationis, & precum cum voto, ac sacrificij, quibus quatuor vniuersum hunc ritum constare diximus: rationem verò prædictorum hanc putat esse idem Gregoras, quòd mel quidem adhiberetur, quia amabilem se ex aduerso obijcit mortis amaritudini; lac autem propter fuscum & nigricantem colorem tenebrarum; vinum ob angores & molestias; denique aqua quandoquidem ex quatuor elementis homo constitutus est: ouem porrò adhibitam, quia communia sunt subterraneorũ terrestriumque ea animalia quæ quatuor pedibus incedunt; nigram propter loci caliginem; gladium, proptereà quòd mos est his qui incantationes dæmoniacas adhibent quoslibet gladios sub imperio tenere, ne forte dæmones abiurationibus & incantationibus violati repentino impetu quippiam mali afferant, irruentes in abiurantem & euocantem, quasi cum eo cum gladios gestare cogantur, vt eorum adminiculo illos perterrefaciant, neque sinant prope se accedere. Quæ ratio quamuis sit facienda, & quorsum recepta dæmones gladium in huiusmodi euocatione assumi vellent, ante admonui. Mactationum in hanc rem gallinaceorum, & effuntiationis quorundam characterũ meminit Æneas Gazæus in Theophrasto ante mediũ. Mactationem hominis quam insuper

adhi

adhiberi debuisse affirmat Seruius 6. Æneidos ad illud,

Tenebrosa palus Acheronte refusa,

semper adhibitam : sed non legimus semper adhibitam : sed aliquando contrarium, quod exposuit Alciatus quarto thesauri, hæres. 42. post Luceras quarto thesauri, hæres. 42. post oppidaliorum secundum his verbis: *Di. ... quæ infusa aqua tempestate per sa- ... hora nullis incom- ... virginem infantè hora nullis incom- perda capitis efficitur, usque adeo in lucis gine à Dæmonis oraculis dissita, & ab ho- minum conspectu remota fuit, ea nocturna- tione & invocationes dæmonũ suis qualis abstrahebat: quas quidem invocationes ali- quando suauissimis aromatibus adhibi- tis instituebat, aliquando etiam hu- mano sanguine infuso, vel inguladæ Virgine quæ aquã infunderat, vel alia quauis puella, seruabant. Porrò huiusmodi observata in labris ferarum properabantur, non sine fuscarum suffusione, quibus sacrum tunc ascendebant.* In postremis his verbis agnoscis Necyomantiæ ritum: nec tamen (vt præmiseram) adhibitus semper humanus sanguis: Interdũ tamen constat vsurpata ad hanc impietatem recentia cadauera, eaque sanguine perfusa, eò quòd sanguine ac cruore delectari crederentur dæmones, vt notauit Rabanus lib. de præstigiis Magorum, & habetur 26. q. 5. c. *Nec mirum* & hinc propriè dicta Necromantia; ad quam etiam peridoneas haberi solitas animas patratũ violenta morte sublatarum, ait Clem. 1. recogn. sub initium. cùm verò cadauer non redanimabatur (in speciem) sed vmbræ tantùm euocabãtur, dicta Sciomantia ex Seruio ad 6. Æneidum, & Beroaldo ad primum Tullij Tusculanam: Sic euocatas mortuorum vmbras, capite deorsum verso de terra ascendere fabulantur Rabbini vt refert Theodoret. q. 62. in 1. Regum; addens iuxta alios ascendere supinas, vt qui sepeliuntur.

11 Quod autem hactenus negaui veras mortuorum animas futuris præmonstrandis à dæmone huc ad nos euocari, non ideirco à me factum, quòd censeam quarundam animarum violentam huc ad nos deductionem vires dæmonis superare; id enim postea ostendam falsum esse cùm agam de vi motrice Intelligentiarum: sed quod, vt latè tradit. Abul. 1. Reg. c. 28. q. 24. dæmonibus non liceat animas educere, ideoque ad præstigias & fallacias conuersi, animas educi mentiantur. Inprimis enim non licere dæmoni, nec vnquam licuit piorum animas, etiam cùm necdum cœlo potitæ, infernis claustris coërcerentur, educere. Quod autem de Samuëlis anima per Pythonissam euocata obiici posset, facilè diluitur. Vltrò quidem damus verè Samuëlis animam apparuisse Sauli, eumque de futuris, præmonuisse, vt satis disertè asserimus in Ecclesiastico; sensitque S. Aug. lib. de cura pro mort. cap. 12. & Iustinus ad finem Dialogi cum Tryphone, aliique veteres, quos adducunt & sequuntur Bellar. lib. 4. de Christo, c. 11. & lib. 2. de Purgatorio c. 6. & S. Peter. lib. de Magia c. 11. Valles. c. 33. sacræ Philosophiæ, Suarez lib. de superstit. c. 16. num. 18. Coccius tom. 2. lib. 5. art. 10. tametsi refragantibus Tertulliano suprà, Gregorio Nyssen. epist. de Pythonissa, Anastasio Nicæno q. 17. Rabano lib. de præstigiis Magorum, vt habetur 26. q. 5. c. *Nec mirum*, Auctore quæstionum ad Orthodoxos in 52. Cyrillo 6. de adorat. Pionio Martyre apud Surium 1. Feb. aliisque non paucis, quos adducit & sequitur Loyerius lib. 7. de spect. c. 1. cui Ecclesiasticæ auctorem refellenti, meliora opto consilia. Aliis denique hærentibus & litem sub iudice esse asserentibus, vt Pamelio ad citatum caput Tertull. & Castro lib. 2. de iusta hæretic. punit.

c. 14. sed vt dictâ hac vlteriùs damus, vrgeamus tamen euocatam Samuelis animam magicâ vi; quod valdè impium esse asserere dixit Theodoretus q. 62. in 1. Regum. Sed dicimus Deum iubente ad impij Regis petitionem misisse Samuelis animam, quæ euocanti illi, & impietatem exprobraret, & futura, quod visus Samuel fecerat, denuò panderet, imminentisque exitium denuntiaret.

56 Nec puto item licere dæmoni clausas inferni carcere animas pro arbitrio educere, nam dispar est earum & ipsius dæmonis conditio quoad euagationem extra claustra illa: Ipsi siquidem permissa generali lege ad tempus euagatio, donec perficiantur & expleantur qui hæreditatem capiunt salutis, quo temporum curriculo elapso, ipse quoque æternùm concludetur: animæ itaque inter quas & nos magnum Chaos firmatum est, neque generali lege, neque ad dæmonis arbitrium, vt Ethnici de animabus per Necromantiam euocatis fabulantur apud Clem. 1. recog. ferè initio, permittuntur huc ad nos transire, tametsi interdum ex speciali Dei permissione ita contingat, vt annotaui initio huius materiæ. *Non tamen quod Dæmoni in documenta sua sit interdum fiunt, communicabitur fides & audacia Magorum*, vt rectè dixit Tertull. lib. de anima, cap. 57.

Cæterùm ex dictis hactenus constat minùs verè S. Cyrillum 6. de adorat. (pag. 140.) asserere euocationem animarum factam, simulachris & vmbris euocatorum, intra aquam apparentibus arte dæmoniaca. Id enim non ad Necyomantiam, sed ad Hydromantiam spectat, de qua infrà.

Pythones, & furor diuinatorius.

57 In quarto generali membro supià propositi continebantur prognostica dæmoniaca per [illegible] visum, quo pertinent habentes Pythonem, quorum in Scripturis mentio, & responsa quæ à fatidicis, siue viris, siue mulieribus, certis locis dabantur: nam quod Pythones velint aliqui ad Necromantiam pertinere, non placet. Si propriè huiusmodi vocem accipiamus, & non quod Abul. 1 Reg. c. 28. q. 9. & 12. notant, posse interdum ad omnes diuinationes extendi contra vsum proprium, quo ventriloqui designantur; nec repugnat Esaias c. 29. cum ait, *Humiliaberis, de terra loqueris, de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi Pythonis vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit*. Hæc enim ad communissimam ventriloqui vocem designandam pertinent, quæ quasi è terra exaudiri videretur, tametsi ex ipso eius corpore reuera perciperetur. Item quod Iosephus 6. antiq. c. 15. & Bald. in c. 8. Isaiæ [illegible] significant genus ventriloquorum solere poscentibus futura prædicere per animas quas euocat, ita accipiendum est, vt iidem sint (materialiter vt sic dicam) Pythonici qui Necromantici, quamuis ventriloquij illius & Necyomantiæ diuersissima sit ratio; vel Pythonicum dixit impropriè pro habente Pythonem, id est per ea quæ dæmon animas in speciem euocans, erat ad nutum, licet non iussisset ipsemet, aut per eum loqueretur.

58 Pythonem ergo habere propriè dicti sunt, quicunque ventriloqui inhabitante dæmone vocem, tanquam è ventre editam, & præcordijs emittente, vt habetur ex Plutarcho; *Puerile sit nimium* (inquit lib. de defect. oracul.) *Deum, velut engastrimythos, id est, [illegible] ventre loquentes quos olim Eurycleas vocabant, nunc Pythones dicunt, in vatum se corpora condentem ea-*

rum

[illegible] & non sine instrumenti [illegible] proferri. Videbis etiam Suidas verbo Eurycles, & verbo Engastrimythus, ubi addit eum qui talis sit, vocari à Sophocle Sternomantin, quasi vatem pectoralem, à Philocoro autem non [illegible] tantùm, sed & mulieres referri ventriloquas; quod confirmari potest ex 1. Reg. cap. 28. & ex Act. 16.

Itaque fatidicos illos & fatidicas, quorum ore dæmon futura prædicebat, quorum aliqua ex parte liceret [illegible], appellare quod subitum per [illegible] alicuius halitum inspirati [illegible] dæmon, vocem plerumque ex[illegible] & quasi de terra aut ventre emittere simularet, etenim tamen ab ipsis illis certo loco non astrictè dæmoniacis vatibus, & quasi ordinariè ventriloquas sciremus. Ex innumeris tamen locis hoc spectantibus tria dumtaxat attingam, quæ memorantur specialiter apud Iamblicum lib. de myster. §. 25. nempe Delphicum, Branchidicum, Colophonium.

59 Delphici oraculi (quod à campestri loco Apollini Cyrrhæum vocavit Clem. supra, quodque [illegible] totius Græciæ oraculorum antiquissimum & [illegible] celeberrimum vocat Ammonius apud Plutar. lib. de cessat. oracul. [illegible] verba Chrysostomi usurpè in 1. Cor. homil. 29.) *fortasse [illegible] [illegible] sit hoc dicere, sed ut manifestiora [illegible] intelligatur, [illegible] dicere.* Sic itaque de Pythia Delphica Orig. 3. contra Celsum ante medium. *[illegible] Pythiam [illegible] insidentem, quam [illegible] per muliebria [illegible] spiritum Apollinis fatidicum, nullo contrariè [illegible] tempore.* Sed plenius lib. 7. scribit. *De Pythia* (inquit) *quæ non [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] Apollinis, [illegible] super [illegible] Castalij, & [illegible]* *spiritum per muliebre gremium recipere, quo repleta profert ista præclara & Diuina ut putantur oracula:* Hæc Origenes impurissimi dæmonis spiritum mer[illegible] illarum detestatur, non tamen quod aliqui ex eo malè referunt, scribit cluctam Pythiam aut vates dæmonum per eas ipsas partes, per quas semen excipi spiritum: neque id Plutarchus sui tempore iactatum refellit, ut alij scribunt, sed tantùm negat decere Deum per os & linguam ventriloquorum futura prænuntiare, quantò magis per illas alias partes. Denique Pythonissam illam, quam à se visam scribit Cælius lib. 8. cap. 10. malè alij de suo ad Cælium addunt per pudenda proloquutam, quæ dæmon per eam prænuntiaret, cum tantum dicat Cælius auditam ex eius ventre vocem, quod esse longè aliud manifestum est: quo eodem modo declarat auctoritas Theodoreti q. 10. aliàs 29. in Leviticum, quam malè in suam sententiam de voce per ventriloquam infernè emissa allegat Elias Cretensis in orat. 1. Nazianz. Tantùm enim ait Theodoretus eos per quos Deus loquitur dictos esse [illegible], tanquam ex intestinis vaticinantes & vocem emittentes, tametsi non propterea vox infernè emitteret.

60 Cæterùm, quia Origenes alia eodem pertinentia quamplurima omisit, apponam aliqua pauca verba ex Chrysostomo loco allegato, quibus veteris iniquitate huius apparatus perspicuè innotescit. *Pythia* (inquit) *dicitur mulier quæ insidens tripodi Apollinis [illegible], [illegible] [illegible] spiritum [illegible], [illegible] ascendens & per loca muliebris transiens, tum insaniæ replebat [illegible] [illegible] [illegible] sub [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] : Et ita ex [illegible] [illegible] [illegible] verba pro-*

fert-

fert. Hæc ille; quæ descripsit Occimen. in epist. 16 Actorum, & omnino similia habet Aristophanis Scholiastes, è quo Paschalius 8. de coronis c. 16. id exponit addēs tripodem vnde edebātur oracula Pythica fuisse è lauro, nec laurum tantum, sed & lauro coronatum, ideoque laurineum dictum os fatidicum existimat. At enim cur os fatidicum laurineum diceretur, genuina ratio petēda videtur ex Luciano in bis accusato, vbi ait Apollinem profiteri negotiosam artem, qui tot locis adesse debeat, vbi eum adesse iusserit Sacerdos oraculorum interpres postquam de sacro latice biberit, & laurum commanderit, ac tripodem impulerit. Sed & Theophrastus in Ethicis character. tit. de superst. inter cætera superstitiosi indicia illud profert, quod elotis manibus & aqua aspersus è templo folium lauri ore prehensum teneat integrum diem ita ambulet: in quem locum interpres suspicatur idem innui ab Hieronymo in Epitaphio Marcellæ verbis illis: *In plateis & in foro rerum venalium fictus hariolus stultorum verberat nates, & obtorto fuste dentes mordentium quatit.* Putat enim eo loco fustem ab Hieronymo dici virgam maiusculam è lauro, quam gestare solitos ariolos, cùm per vrbem incederent significari vult à Seneca lib. de vita beata, cap. 27. locus tamen Senecæ aliò spectare potest, & certum est aliò spectare Hieronymum, vt ibi bene exponit Marianus Victorius. Iam quòd tripus è lauro fuisse diceretur, confirmari videtur ex tripode illo, è laureis virgulis confecto qui tanti Philosophis stetit sub Valente apud Ammianum lib. 29. & Sozom. lib. 6. cap. 35. dicitúrque ad mensæ Delphicæ similitudinem fabricatus; Ipsum tamen Delphicum tripodem Iamblicus suprà & Elias Cretensis in orat. 4. Nazianz. affirmant fuisse solidum æneum quæ fortè inaurata erat, nam interpres Aristophanis in Pluto aureum fuisse Delphicum tripodem ait. Circumplicatum tripodi serpentem, memorat Constantinus magnus orat. ad Sanctorum cœtum c. 18. vt vel hinc appareat cum afflatu funderentur oracula.

61 Sed ad Pythiam reuertār, quam heroico carmine fundere solitā oracula docet Scholiastes Aristophanis in nubibus; sanè Hexametrū versum Pythiæ oraculo deberi scripsit Plin. lib. 7. cap. 56. (refragante Genebrardo anno mundi 2670.) & qui primum ab oraculo hexametrum versum memorat Plutarchus lib. de Pythiæ o. 16. quamuis reddita quoque interdū elegia oracula, cōstat ex eo oraculo quod refert Athen. lib. 13. vbi etiam Pentameter hexametro præponitur; quin etiam Pythiam modò carmine, modò solutā oratione oracula fudisse scribit Plut. lib. de Pythiæ o. 18. & Strabo lib. 9. vbi quæ hactenus retulimus admittere videtur; ac tandem nō nisi solutā oratione fusa oracula docent illa Minutij num. 44. *Ennius de Pyrrho, Apollinis Pythij responsa confinxit, cùm iam Apollo versus facere desisset.* Notat Eugubinus in Præfatione ad suum in Psalmos commentariū, æmulatum hac in parte Satanam Spiritus sancti factum. Quod enim Prophetarum pleraque oracula carmine fusa videret (vt ipse Eugubinus ibi annotat, & plenius Magalianus in Canticum Mosis initio) idem sibi per suos vates præstandum censuit.

Sed addenda præterea sunt quæ habet Elias Cretensis in orat. 4. Nazianzen. n. 47. *Apud Delphos (inquit) Apollinis templum erat, tripósque aureus ingenti magnitudine pluribus gradibus, in cuius media parte inerat rhombus æneus perfusus.*

[illegible], ex qua oracula [illegible]. &c. Pythia autem Pythij Apollinis sacerdos & [illegible] erat, quæ quidem in [illegible] [illegible] per eam corporis partem, quæ ad [illegible] data est, [illegible] [illegible] spiritu [illegible], replebatur. Hæc Elias, & similia Nicetas in orat. 29. Nazianzeni non multum ab initio, qui quod phialam tripodi superpositam dicunt, ollam illam aut peluim videntur descripsisse, (nam & id phialæ vox designare potest ex Athenæo lib. 11. præsertimque hic quadrat quæ ἀμφίθετος dicitur apud Suidam) aut vt ex Plinio lib. 34. cap. 3. habetur cortinam ex ære, quam halitui [illegible] vel minore cum noxa, vel per eas tantùm corporis partes quas ipsemet dæmon designarat, excipiendo, superponebant tripodi ad os specus locato, vt ei operculo vates insideret, ex Strabone lib. 9. & Polluce lib. 10. c. 23. idemque significant verba illa Nysseni orat. de fato in fine. *Spiritus supernè per quoddam orificium penetrans; [illegible] feminea viscera [illegible], & ventri tumorem, & menti furorem ac delirium conciliat, quæ omnia diuina & [illegible] videntur errore decepti.* Videtur autem Pythia insistisse ipsi tripodi, eius autem [illegible] cura, subiuisse rhombum illum, in quem superior phialæ seu ollæ pars desinebat, atque ita Pythia halitum sine graui noxa, infernè excipere potuit: ac tum ipsimet tripodi insistere, tum etiam ratione externi operculi, seu cortinæ illius ac phialæ, insidere eidem, vt sæpè iactatum.

62 Omisit autem Elias calculos in phiala illa conclusos, quod supplent ex Nonno in expositione historiarum eiusdem orationis, narrat enim Nonnus in illa Tripodis phiala fuisse vaticinij calculos, qui cum aliquis responsa petebat, prosiliebant ac mouebantur, ac tum Pythia [illegible] implebatur: & idcirco phialam illam oportuit infernè esse pertusam crebris foraminulis quasi cribrum, (quod idem dicere debent qui cortinam vocent peluim, vel quidquid tandem ipsa fuerit,) vt halitus subire posset, & calculi intus agitari, vel ad latera fuisse cauitates oportuit, in quibus ea agitatio fieret, si erat sessio in medio. Iamblicus suprà nec phialæ nec calculorum meminit, tantùm ait fuisse sedem æneam tres aut quatuor pedes habentem, & ei tripodi Pythiam insedisse, non institisse aut: sed & aliam quoque fuisse rationem dæmoniacum spiritum excipiendi, & præsagam mentem induendi annotat, nempe excipiendo spiritum quemdam tenuem igneumque, ex ore antri erumpentem. Quin etiam addit, aliquando ex ore antri, ignem plurimum erupisse, & vatem circumfudisse, ac splendore Diuino collustrasse: Quòd autem sedem illam ait tres aut quatuor pedes habuisse, parum refert, nam etiam quæ quatuor quasi pedibus innitebantur mensas, tripodes dictas docet Epicharmus apud Athenæum lib. 2.

63 Ab hoc tripode nomen fortè loco tripes, nam de hac denominatione testis est Cyrillus 10. in Iulianum ad fin. qui tamen aliam denominationis illius rationē dat ex Porphyrio, quem scripsisse refert Pythagoram, vt nauigauit in Delphum, inscripsisse Apollinis sepulchro elegiacum, quo significabat Sileni filium Apollinem, occisum à Pythone fuisse, & sepultum in loco, qui inde dictus esset tripes, quod tres Virgines Triopi filiæ illic defleuerint Apollinem. *Hic est celeberrimus ille tripus,* subdit Cyrillus, *quem Græcorum [illegible] & [illegible]-*

nibus oracula dans, & admirabilis eius qui dicebatur oraculo dare. Symbolorum enim, quia nec Tripos falsa desinunt manifestabiliter. Aliud verò ab hoc Delphico fuit templum Apollinis Triopij in Triopio vrbe Cariae, de quo ex variis Gyraldus Syntag.7.

64 Porrò ad ea quae de impulsu Tripodis per Pythiam tacta suprà sunt ex Luciano, addendum est quod generaliter circa diuinationis instrumenta obseruat Origenes, homil.13. in num. tractans illud capitis 22. Et pretia diuinationis *in manibus eorum, vbi ipse legit, & diuinacula in manibus eorum. Quae Scriptura diuinacula vocat,* (inquit Origenes) *gentilis consuetudo vel tripodas, vel cortinas vel alia huiusmodi vocabulis appellat, quae quasi ad hoc apta consecrata, mentem ab iis & contingere solent.* Sed & victimam quae priusquam Pythia in antrum descenderet immolabant, oportuisse non modò caput mouere, quod ad alia sacrificia satis erat, verum etiam omnibus artubus contremiscere, & infremere cùm aquam ei affunderetur, idque nisi contigisset, minimè admotam Pythiam testatur Plutarch. lib. de cessat. orac. num.3 aliaque de victimae probatione addens n.51. & Pythiae illatam necem cum iis non seruatis circa victimam conscendisset tripodem docet, num.13.

65 Quaeritur porrò Origenes cum peritiorum musici virum aut saltem virginem in eo prophetandi ministerio: vulgarem enim quampiam mulierem allatam fuisse ab Apolline Delphico testatur Origenes, & Tyrius serm.26. Sed & Dodonae relectis viris, foeminas ad prophetiam adscitas ab Apolline, ex ipso Celso confirmat; quas etiam ait humi cubitasse illotis pedibus, et propterea hybernis incommodum Dodonaeo appellet (repugnante tamen Tyrio suprà), qui Dodonaeos humicubas & nudipedes ex Homero memorat viros non foeminas. Conciliationis tamen viam indicat Strabo lib.9. ostendens quo euentu contigerit vt Dodonae passim quidem omnibus foeminae, solis autem Boeotis viri, oracula redderent. Caeterùm Plutarch. opusc. de Pythiae ideò puellam vulgarem in agris à rusticis parentibus enutritam ad hoc munus delectam Delphis fuisse censet, vt simplicior esset & aptior excipiendo numini: Item opusculo de cessatione oraculorum ait per totam vitam virginem seruari oportuisse. Echecratis tamen qui Pythiam corruperat, facinore detecto, vt virginis in locum suffecta esset mulier ante iam prouectior, habitu dumtaxat virginis decenti, habetur ex Diodoro l.16. nimirum & in hac parte puritatis amorem ad Dei aemulationem ementiri gaudebant impurissimi spiritus, vt bene annotat Gul. Parisiens. 1.2. de vniuerso c.18. plebeio quoque amictu vestiri solitam, nec sumptuosis aliis quàm ex lana vel lino hordeacea vsum memorat Plutarch. lib. de Pythiae n.5. vt hinc quoque, quod iam suprà alia occasione notauimus aemulationem sanctimoniae cernere liceat. Primam huic muneri adhibitam Phemonoëm vocat Euseb. in Chronico, & Strabo lib.9. Porrò non vnam duntaxat, sed & tres olim simul fuisse Pythias, quae successiuè in antrum delapsae tripodem conscenderent, & responsa darent, vt possent tantae consultorum frequentiae satisfieri, testatur Ammonius apud Plutarch. lib. de cessat. oracul. n.6. quamuis tandem veterascente loci gloria, vnam satis superque pro omnibus fuisse addat: aliarum foeminarum nulli ad oraculum accedere licuisse idem Plut.

auctor

nuctor est lib. de fin. c. 10. Ceterum Delphica oraculi initia & quomodo innotuerit fusè tradit idem Plut. opusc. de Pythia, & Diodorus cit. lib. 16. biblioth.

66 Alterum manteum huius generis quod ex Iamblico memorabam, vetis quod ex Iamblico, cuius inter celeberrima oracula meminit Origenes 7. contra Celsum in Branchidis itaque, scribit idem Iamblicus, mulierem fatidicam solitam in axe sedere, aut virgulam manu tenere ab aliquo Deorum datam, aut pedem limbumve tingere in aquam, vel ex aqua quandam vaporem haurire, & his modis impletam splendore diuino, Deúmque nactam & vaticinatam esse. Ipsam autem Sacerdotem antequam oracula daret, multa rité peregisse sacrificia, obseruasse sanctimoniam, lauisse, triduum prorsus abstinuisse cibo, habitasse in secessu, incepisséque paulatim illuminari, & gaudere, ac priusquam ad locum aquæ veniret, quodammodo inspirari.

67 Hic duo expendenda puto. Primum speciem externam præparationis ad excipiendum numen, quod non circa fatidicos tantùm, sed & alibi frequens dæmoni. Sic ad oraculum Trophonium fieri oportuisse latè ex Pausania refert Leonicus in dialogo Trophonio sub initiú: sic etiam vates ex Iamblico, lib. de mysteriis §. 14. iubebant Diuinorum spectatorem, exanime corpus non attingere, nisi esset consecratum: cadauer autem humanum, ne visui quidem obiici permittebant, quòd Diuinæ vitæ vestigium inde excessisset. Miratur id, nec sine causa, Porphyrius ad Anebuntem referente Augustino 10. ciuit. c. 11. & ipse August. lib. 2. eiusdem operis cap. 26. Quòd si etiam hac ex causa Stoici, vt est apud Stobæum in Eclogis Ethicis cap. 5. sub finem, asserebant solum probum posse esse vatem, quippe debere præparatum ad excipiendum afflatum numinis: non enim Stoici, quod plerique alij Philosophi fecerunt, diuinationem reiecerût, quamuis interdum nimium illis addictos esse abstinere a reprehenderent, vt constat ex Epicteto apud Arrianum l. 2. cap. 7. & notauit Valles. c. 30. sacræ Philosophiæ. Vniuersè loquendo constat ex Hippocrate in libro de morbo sacro, & ex Iustino sub finem Apologiæ ad Antoninum, oportuisse homines quasi præparationis gratia, vt qui adibant templa, se ipsos aspergerent, aut etiam totos abluerent, antequam delubra subirent: qui item introibant sacrorum causa iussos à sacrificiis calceos exuere. Sed vt in præparatione ad vaticinium præmissa sistam, notatu dignum est quod ex Callisthene refert Strabo lib. 17. adeuntibus ad oraculum Iouis Ammonis non licuisse in templum ingredi habitu consueto, solique Alexandro concessum, vt veste eadem qua foris vestiebatur, ingrederetur templum: cæteros vestem mutare iussos, & foris omnes oraculum audiuisse, dempto Alexandro qui ingressus intrò fuerat, & in adyta admissus.

68 Alterum quod expendi volebam est solemne semper fuisse dæmoni oracula in specubus fundere, siue ad maiestatem, & vt minus despicatui haberentur oracula, siue ad odium lucis, vt annotauit Nazianz. orat. 3. num. apud Billium 18. plerumque item à Sacerdotibus & aliis oraculorum administris, captata huiusmodi loca ad Strophas aptius concinnandas docet Eusebius 4. præpar. cap. 1. Itaque oraculum Delphicum fuisse

eamum profundè specum adire non admodum lato scribit Strabo lib. 5. In Trophonium autem, rependum potius fuisse, quàm ingrediendum, ostendunt pauca illa Tyrij dissert. 26. *In Trophonij antro qui consulunt Deum vesti pannosa induti talari amictu, libaque in manibus gestant, per angustum foramen ingrediuntur obliqui, vbi nonnulla postquam vidit partim, partim audiuit, reuersus inde, mox quæ interpres ea quæ didicit ipse alijs commemorat.* Terræ Sacerdos apud Ægyptum ex Plin. lib. 28. c. 9. in specum vaticinaturus descendebat. De specu Colophonio paulò post dicam: Sibyllam Cumanam in antro responsa dedisse constat ex Iustino in fine præfat. referente, visam sibi se Cumis in Campania Basilicam ingentem vno siliceo factam saxo rem profectò maximam & admiratione dignissimam, vbi eam oracula fudisse asserebant; in media autem Basilica, ostensa sibi fuisse ab incolis tria solia ex eodem excisa lapide, quibus aqua repletis lauare ibi eã, & stola sumpta in penitissimam se Basilicæ ædem eodem extructam saxo abdere, atque in media ea æde, super sublimiore gradu & throno considere solitam, & sic vaticinatam affirmarent: durasse Basilicam illam ad sua vsque tempora, & tantùm paulò ante, id est anno 1539. ab euerso per terræ motum colle, obrutam fuisse scribit Onuphrius in fine libelli de Sibyllis; ab se visam describit eleganter Leander in descriptione Campaniæ; tandem barathrorum ora & specuum adyta oraculis assignabat Clemens initio adductus.

69. Colophone vbi erat tertium ex propositis suprà cũ Iamblico oraculis, vaticinia fundebat non mulier sed vir, si bene Iamblicum Ficinus interpretes expressit, nam Picus 4. de præcnot. in fin. fœminam quoque ibi vaticinatam ex Iamblico refert; addit prælatus tamẽ Ficini interpretationi Tacitus 2. annal. vaticinabatur autem subterraneo in antro, in quo fons erat, ibi Sacerdos statutis noctibus sacrificabat, postea gustabat aquam, tandem vaticinabatur illi factus præsentibus inuisibilis. Et hic quoque Sacerdotem, ante potum aquæ, diem noctemque cibo abstinuisse, & ad sacra quædã vulgo inaccessibilia se reuocasse annotatur apud Iamblicum, vt hac à rebus humanis sequestratione, sinceriorem se redderet Sacerdos, & aptum excipiendæ dæmoniacæ impressioni, quæ præmissa præparatione illa, confestim adesset, sed eadem vatis perturbatione, de qua circa Pythiã queritur Origenes init. 7. ait enim Iamblicus interim dum dæmoniaco illo œstro percitus Sacerdos futura pronunciaret, neque sui interim iuris fuisse, atque animaduertisse quæ loqueretur, sed & vbi esset ignorasse, & post responsum via sepsum recepisse. Porrò quod in Colophonio hoc maniaco epota aqua afflabatur Sacerdos, & vaticinabatur, contigit quoque in Clario, vt refert Tyrius serm. 26. init. ad quod aliquod respexit Tatian. orat. contra Græcos num. 11. cum eadem diuinationem hæc habet inter cætera. *Est quæ poto aqua insanit, vel thure adolendo dæmonia fit, hanc in vaticinari dicit*: secus quam apud Ligyreos in Thracia contigisse refert Macrobius 1. Saturn. cap. 18. ex Aristotele testante fuisse ibi adytum Libero consecratum, in quo vaticinaturi plurimo mero sumpto, vti apud Clarium aqua pota, oracula redderent.

70. Cæterùm illam quam paulò ante referebam mentis abalienationem, ita vt vaticinans non intelligat quæ dicit, nec circa ea habeat vsum rationis (tametsi fortè ligatis sensibus)

bus) esse indubiam non Diuini sed dæmoniaci afflatus notā, scribit Orig. lib. 3. Periarch. c. 3. Apollinaris Hierapolitanus ex Miltiade apud Euseb. 5. lib. c. 17. Ipseq; Eusebius in proœm. 5. de demonstrat. sub finem Chrysost. homil. 29. in 1. ad Corinth. ac S. Basilius proœm. in Esaiam, & initio c. 15. optimè Epiphan. hæres. 48. quod latè confirmat Iulius Rugerius lib. de [illegible] Dei verbo. cap. 14. (adhibens hoc tanquam discrimen Prophetarum Dei à Prophetis & diuinatoribus diaboli) itemque Pamelius ad Tertull. paradoxo 18. & Castro V. *Propheta* hær. 2. Et sanè erat Ethnicis ita compertum non aliter excipi dæmoniacam impressionem, (siue quam honestis vocabula commutantes, vt notauit Nazianz. orat. 3. num. 10. *Enthusiasmum* vocabant, & *redactionem in* [illegible], ex Iamblico 3. 25.) vt testetur Arnobius lib. 5. num. 15. Ethnicos vates vt se plenos numine fingerent, sequestrasse pectoris sanitatem, & Plin. lib. 21. hist. cap. 31. scribat vaticinari si [illegible], succum ex helicacabi radice bibere solitos, quod furore ad confirmandas superstitiones videri vellent: Sed & Iamblicus ibid. ex Platone in Phædro addit antiquos vaticinium nominasse maniam, id est furorem, à posterioribus autem adiuncta litera dictum fuisse μαντικὴν, & propterea Sacerdotes, Prophetas, Sibyllas, quandiu prudentes sunt, vel parum admodum & obscurè præsagire, vel nihil, quando verò Diuino furore corripiuntur, verè vaticinari. Latè de hoc Platonis loco Aristides in prima Platonica: eundem locum notauit etiam Chrysost. in 1. ad Corinth. homil. 29. & in Psal. 44. init. Iustinus in fine Parænes. vbi Platonem refert & laudat, asserentem vates ac fatidicos esse diuinos, & à numine agitatos, res multas & magnas rectè veréque dicere, nihil eorum quæ loquuntur intelligentes: ita habet Plato loco allegato, & in Menone ferè in fine, & latè ac plenè in Dialogo 10. vbi etiam rationem alienationis illius hanc reddit. *Deus autem illis mentem eripit, his vtitur ministris oraculorum* [illegible] *& Diuinis vatibus, vt nos qui audimus intelligamus non ipsos illos esse, qui huiusmodi res tanti momenti dicant: nec vnquam illos qui mente sunt capti, sed Deum esse qui illa dicat, & illorum hominum ministerio nos alloquatur.* Cōfirmat id exemplo Tynnichi Chalcedensis imperiti hominis qui excellentissimum poëma composuit numine afflatus, multus enim est Plato in eo Dialogo in furore poëtico ad Deum reducendo, ac exponendo non posse Poëtam esse sine furore: quò spectat quod annotat Leonicus in Trophonio, de Poëtarum hederaceis coronis, non tantùm poculis Dei causa, sed multò magis, quia hedera commanducata, vt idem ex Plutarcho notat, ebrietatis speciem repræsentat, & procliues ad furorem mentes valenter incitat.

71. Putat autem Iustinus, & innuit Iamblicus suprà, Platonem locis quæ allegauimus, ac disertè in Phædro, respexisse etiam ad Sibyllam cuius furorem ac rabida ora & in antro mugitus memorat doctus Poëta 6. Æneid. Euanescente autem instinctu, simul quoque dictorum suorum obliuiscebatur, ex quo factum vult Iustinus, vt Sibyllæ oracula non omnes carminis numeros seruarent, quippe quæ non possent à Sibylla expoliri, & [illegible], Diuino afflato mente vatem mouente, immemorem post ea quid elocuta esset: vbi expendo Iustinum cum Sibyllam à Deo motam sentiat, non potuisse existimare alienationem illam mentis, esse signum agentis men-

tem immundi spiritus, quod tamen indubitatum esse debet, iuxta dicta numero 70. & confirmatur, quia furor ille à quibusdam superstitiosè ac impiè captabatur gestando lapillos quosdam atque herbas, ligandóque nodos sacros, iterúmque ligatos soluendo, vt habet Iamblichus lib. de mysteriis, §.29. Itaque displicet Philo qui lib. 1. de vita Mosis circa medium, Mosem populo prædicentem excidium Ægyptiorum, mentis impotentem facit ob numinis afflatum.

Cæterùm ex eis quæ hactenus disputata sunt manifestum esse potest, hunc furorem, distinctum diuinationis genus ab eo quod ad oracula pertinet, potuisse constitui à Carpentario ad c.13. Alcinoi num.4. Item manifestum est æmulatum hic quoque Satanã Diuina per Prophetas numine afflatos responsa, tametsi vario vt vidisti modo, neque enim vates Dei, qui in commotione nõ est, decet furor ille qui à dæmonum vatibus perrarò abfuit. Abfuisse enim interdũ legimus, vt de Idmone pleno fatis, phæbóque quieto cecinit Valerius Flacc. & annotauit Picus 4. de prænot. c. vltimo.

Pyromantia, Aëromantia, Hydromantia, Geomantia, Haruspicina, & iis annexa.

72 Postremum generale membrum ex D. Thom. propositum, latissimè peruagatur; continet enim quæcumque futuri indicia, à dæmonibus exhibita in rebus sensu carentibus, quò spectat prænuntiatio per ignem, quæ passim Pyromantia dicitur, ignispicia vocat Plin. lib. 7. c. 56. Amphiarao auctori ea tributa; ad hanc accedit Capnomantia quæ ex fumo diuinandi ratio fuit, vt tradit S. Cyrill. 6. in Iulian. ad t. 6. ritum eius indicant illa cæci vatis in Oedipo.

Vtrumne clarus ignis & nitidus stetit
Rectúsque purum verticem cælo tulit
Et summam in auras fusus explicuit comam.
An latera circa serpit, incertus viæ,
Et fluctuante turbidus fumo labat?

Nimirum ex positu dæmon has, vel has ignis aut fumi cõformationes futuri euentus indicia vatem docuerat.

Nec aliter per aëromantiam præsignificata videntur futura, quàm exhibitis in aëre his, vel illis figuris, aut spectris. *Furentes* (inquit Iamblichus §.25.) *quando circa quadam adlaborerint, imaginantur occulta futuráque; alij quidem in aqua videntes, alij in muro, alij sub dio, vel est sereno aëre, alij in Sole, alij in stellis alijs.* Habetur de hac diuinatione per figuras in nubibus exhibitas illustre exemplum apud Photium Cod. 242. num de Anthusa.

73 Similiter in Hydromantia visas à Numa dæmonum ludificationes in aqua refert D. August. 7. ciuit. c. 35. addens ex Varrone hoc genus diuinationis à Persis illatum, eóque ipsum Numam, ac posteà etiam Pythagoram Philosophum vsum esse: Euseb. 5. præpar. cap. 3. ex Clement. Alexand. Cyrill. 6. in Iulianum ad t. 4. ex Dionysio Halicarnasseo, è contrà Numam Pythagoræum faciunt, quod nunc non moror; adstipulatur tamen Augustino Tullius 2. de orat. n. 154. annis propè ducentis Numam faciens anteriorem, & hanc fuisse causam, asserens cur Numa nympham Egeriam coniugem habere diceretur. Apud Nicephorum lib. 10. c. 29. legimus Adrianum Imperatorem ad fontem Castalium Antiochiæ prænuntiationem futuri imperij accepisse, literis designatam in lauri folio in fonte tincto, quæ postea occasio fuit, vt Imperator factus, ne aliis quoque ad eum modum futura cognoscere li-

erexit, aggerē multo fontem obstruū iubens. Illustre & illud huic affine quod de Patrensi Cereris fonte in Achaia refert Pausan. cum enim fuisse ait in medio Deæ templo; datum autem ad eum per gradus descensum, fuisse autem circumdatum lapidum crepidine, super quam illi res speculum quoddam humi alligatum funiculo tenuem demittebant, obseruantes ne id fonte penitus mergeretur, sed extremo tantum orbe summo contingeret laticem; tum Deæ supplicantes, thuráque & cætera id genus altaribus adolentes, dispiciebant in speculum quod ægroti, de quo consulturi accesserant imaginem reddebat; vel mortui vel viuentis speciem præ se ferentem, verúsque postea secundum visam imaginem sequebatur euentus. De pueris nondum venereum expertis, ad quorum visiones prouocat Iustinus Apolog. ad Antonin. habetur exemplum apud Apuleium in Apolog. ante medium: memorat enim ex Varrone, quem virum accuratissimè doctū atque eruditum cognomināt, Trallibus de euentu Mithridatici belli consulentibus puerum in aqua, simulacrum Mercurij contemplantem, quæ futura erant centum sexaginta versibus cecinisse: Non exprimit an fonte inspecto, an aqua intra vas conclusa, quam gastromantiam vocant, an infusa poculo, qua vsa mulier futura prædicens, per figuras in vitro aqua pellucida pleno exhibitas, vt legimus apud Phot. Cod. 242. §. Seuerianus tam denique in peluim aut labrum immissam, quam vocant lecanomantiam. Huius postremæ per aquam diuinationis ritum habemus ex Psello ferè in fine libelli de dæmonibus, & ex Niceta 4. thesauri hær. 42. in append. de Cledonismo. Monet ergo Psellus eam diuinationem & dæmonis familiarem, & apud Assyrios frequentem fuisse. *Accipiunt (inquit) peluim aqua plenam vaticinantes, dæmonibus congruenti in profunda respondentibus; apparet autē peluis illa aquæ prima quidemmodo spirare propter sonitum, ipsáque aqua in peluim infusa, secundum substantiam quidem ab externis aquis nimine differt, sed virtute infusa carminibus valde præcellit, atque ita facta est aptior ad suscipiendum spiritum fatidicum; id vero dæmonum peculiare est aquæ irretum, compositionibúsque attractum, & cum primum illabitur aqua, sonum mox quendā exagitans, & significationis expertem edit, remissiorem cum præsentibus significationem* (an non hæc æmulatio sibili illius tenuis in quo Dominus Eliam docuit 3. Reg. 19.) *Deinde verò in aqua item innandans, voces quidem sine significatione, quadā prædictione futuri.* Sic Psellus. Itaque in hoc per aquam vaticinio dæmon non per figuras rerum visui exhibitas, vt in gastromantia & aliis ex pellucido corpore, (puta crystallo, aut speculo nitidissimo) vaticinationibus, quæ catoptromantia, & crystallomantia dictæ, sed per sonum ducebat: quod etiam factum in fonte Castalio (non illo Delphico de quo supra ex Origene, sed Daphnis in suburbano Antiochiæ, quem eleganter descripsit Nicephorus lib. 10. c. 29.) docent Nonnus ad orat. 4. n. 21. & Elias ad candē orat. Nazian. n. 49.

74 Et contigit etiam in diuinatione per lebetem, quæ ad Geomantiam spectare potest; quamuis enim hæc diuinatio iuxta frequentiorem vsum ad certas punctorum in terra coordinationes pertineat, tamen spectata vi vocis, refertur ad diuinationem per terram, vel rem terrestrem, vt metallum, lapidem, calculos, plantam, virgam, lignum, frumentum, farinā, & alia, de quibus Iamblicus §. 25.

libri

libet de mysteriis. Refert ergo Herodotus l. 2. editi sono responsa ad omnium, vt ait antiquissimum Dodonaei Iouis oraculum: lebetibus quippe fuisse circumdatum inter sese contiguis; quorum vno pulsato, aut, vt Ausonius epist. 25. cecinit *radijs strepitentibus* [illegible], reliqui omnes ordine resonarent, diu durante sonitus circuitu: quamuis id referens Suidas addit figmenti id damnasse Aristotelem, affirmantem duas tantum ibi fuisse columnas, quarum in altera lebes, in altera pueri statua esset, tenens flagellum aeneis loris, quae vento agitata, in lebetem impingerent, vnde sonus: consentit fere Nonnus in expositione historiarum orationis 4. Nazianz. n. 19. vbi etiam Billius num. 48. Thesprotium lebetem ab aere hoc Dodonaeo secernit, quod visus etiam est velle Clem. Alex. initio adductus: sed fuisse idem oraculum, & à regione quidem Thesprotium, à particulari autem loco Dodonaeum dictum docuit Eustathius in odyss. 14. Sed vtrouis ex praedictis modis contigerit, reddi Dodonaea illa responsa, facile fuit daemoni causas ita aptare, vt sonus fatidicus accommodatè cuderetur: sic etiam in eadem Thesprotis vrbe Dodona accedentibus consultoribus motas fuisse fatidicas quercus, & resonuisse scribit ibidem Suidas, & latiùs supra Eustathius. Quo spectat, quod primum è quercu erupisse fatidicos sermones Plato in Phaedro ab iis qui in Iouis Dodonaei aede versabantur firmatum refert. Addunt alij in quercu Dodonaea duas columbas, vel (vt Herodotus lib. 2. verius commentus, duas mulieres quae columbae dictae, quia peregrè aduenerant) responsa reddidisse, vt iam non vnum, sed multiplex in vno loco esset oraculum. Lybicum quoque Iouis Ammonis oraculum à fatidica quercu annosa, gerandryon nominauit Clemens supra.

73 Pertinet denique ad postremum illud generale membrum suprà propositum Haruspicina & Extispicina; quia ex inspectione extorum & cadauerum futura praesignificabantur. Quo in genere illustre est quod Serapion apud Plutarchum lib. de Pythia num. 8. & apud Clem. Alex. 1. Strom. cap. 6. in fin. refert, nempe enatas super Sibyllae tumulum herbas, quarumcumque carpentium bestiarum extis, certam futurorum praesignificationem indidisse. Varia animalia ad id vsui fuisse ostendet locus Eusebij adducendus n. 81. ac praesertim talpa adhibita vt docet Plin. lib. 30. c. 3. videnturque eò praesertim spectare ingentes illae expensae, quas in futuri praenotionem conferendas fuisse tradit Synesius lib. de insomnijs: exaggerans enim facilitatem diuinationis per somnia, ait nonnullas ceremonias ad futurorum praenotionem pertinentes, ingentes admodum sumptus postulare, quibus vel auis aliqua Aegyptia, vel Ibericum os, vel Cretica herba comparetur, aut si quid aliud eius generis prodigiosum in occulto maria terraeve sinu nutriatur: vt propterea Athenienses ditissimos antistites deligere cogerentur.

Sed & hominum cadauera in eam impietatem vsurpata praesertim à Barbaris, inualuitque opinionem, quod futurorum praenotio multò melius ex humanis visceribus haberetur docet Porph. 2. de abstinentia sub fin. facit huc etiam illud Satyrici.

Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamentum ingens; calidae pulmone columbae.
Tractat Armenius, vel Commagenus haruspex:

Pectora

Pallorē pallorum concubitur. Vita ca-
ret.
Interdum & patri, facias quod disce-
re ipse.

Cædes hominum in hanc rem à Iuliano Imperatore factas memoriæ prodit inter alios S. Chrysost. orat. de S. Babyla: sed distinctius est quod sectam carnis ab eodem Iuliano mulierem ad prænoscendum belli Persici exitum docet Theodoret. 3. histor. c. 26. qui etiam c. 27. addit Antiochiæ Iuliano extincto, multas vel vt Cedrenus in Iuliano addit, infinitas arcas inuentas in regia, refertas humanis capitibus, multisque in puteis cadauera hominum, quos ille impius secuerat de Magorum consilio, qui huiusmodi sectiones conferre ad futurorum præscientiam existimabant, vt annotauit Elias in orat. 5. Nazianz. ad num. 17. Non dispaña de adytis Serapidis Alexandrini habet Ruff. 2. histor. cap. 24.

76 Ex eo potiùs quòd de pallorum pectoribus Poëta paulò ante adductus dixit, apparet mirabiles illos effectus, quos galli cor iis sacrificiis operari, docet Iamblicus lib. de mysteri. 5. 15. & quæ etiam de gallinaceo felle referuntur apud Tullium 2. de diuin. huc pertinere. Coniectabant porrò futura Ethnici ex extorum & viscerum inspectione, vt idem tradit, per proportionem notarum in eis apparentium: sicut enim in augurio ex casu auis casum vitijata ex defectu aliquo in extis, ad aliquid tale circa eos de quibus agebatur portendendum, ferebantur. Extorum item motum ex pacto attribuisse docent illa Minutij n. 46. de dæmonibus. *Hi sunt qui anima viuentium extorum fibras animant, auium volatus gubernant*, &c. Quæ descripsit S. Cyprian. lib. de vanitate Idol. n. 15. Sed & Origen. homil. 16. in num. pro certo habet dæmones dirèxisse non auium modo, vt disertè habetur apud Tull. in fine secundi de diuin. & pecudum, sed & fibrarum motus secundum ea signa, quæ docuerunt iidem dæmones obseruari ab iis quibus artis huius scientiam tradiderunt. Idem affirmat Nyssen. epistola de Pythonissa. Spectat huc illud Prudentij in Apotheosi.

Pontificem sollis ferienda strauerat illa
Agmina pecudum stratas, multaq;
reuincta
Fronte coronatas vinclabat serta re-
plexa.
Iamq; inspiciens reserabat viscera cultro
Victima de more simul, rimabitque
cruentis
Tractabat tepidas lethali frigore fibras,
Pallentesque animæ pulsu in corde
repertas
Callidus interpres rimatur & sine no-
tabat.

Et illud Ennodij orat. 5. *Hic bonorum exta sciscitatur palpitantia mortibus injuste inquisituri futura creduntur.*

77 Interdum etiam dæmon ex pacto certas notas & figuras extis, & visceribus impressisse videtur, quibus futurorum præsignificatio, præmissi sacrificij & idololatriæ præmium habeatur, quod de sacris victimis herbas in Sibyllæ tumulo enatas carpentibus disertè notauit Serapion apud Plutarch. opusc. de Pythiis num. 8. & ipsa Sibylla de se id prænunit apud Phlegontem. Refert etiam S. August. 2. ciuit. c. 24. Coronæ aureæ similitudinem victoriæ prænuntiam in vitulino iecore visam Syllæ fuisse. Sunt è contra Iuliano Apostatæ, vt habetur ex Nazianz. supr. n. 18. in victimarum extis apparuit crux coronata, quod ille impius ad mentis obfirmationem traxit, interpretatam designari ea specie crucem circulo conclu-

dendam, & exscindendos Christianos, cùm tamen breui secuturam Christianæ rei restitutionem nutaret. Impeditos dæmones adolescentis Christiani sacrificantibus dominis astantis præsentia, ne possent in visceribus hostiarum futura depingere, scribit Lactant. 4. Instit. c. 27. dominos illos non nominans, sed Iulianum fuisse habetur ex Prudentij Apotheosi in commune aduersus Iudæos, cum (vt ait) puero gestum describendis. Nec hic sistebat dæmoniaca fraus; multæ prætereà ad promotionem ex quarentium deceptionem in visceribus mutationes arte dæmoniaca accidebant, quod pauci ex Iamblico abloctis docent. *Viscera* (inquit Iamblicus §. 25. lib. de myst.) *in victimis transformantur in animalibus ab anima eorum, & à dæmone eis præsidente, & à mutatione aëris, mutatione cœli præter naturam, & per voluntatem Deorum ad homines admonendos: quod autem dæmonibus sæpe patet, quos sæpe non inueniuntur in animalibus principalia quædam membra ad vitam necessaria, quæ repentè muscule amputantur, cùm necessè sit ea paulò antè non defuisse.* Hæc Iamblicus, & idē habetur apud Tullium sub finem primi de diuinatione, in quibus non aliud agnoscendum est miraculū quàm strophā diabolicā ad seductionem misterorum: tanta tamen, & tam insolita quæ in hac diuinatione plerumque interueniebant, effecisse videntur, vt Ethnici eam maximi facerent: Sanè Artemid. lib. 2. c. 74. enumerans fide dignos cum iis annumerasset Deos & Sacerdotes, ac principes, parentésque, & præceptores, ac denique vates, distingui tamen vult de vatibus, nempe vt fide digni sint, ex vatibus, non deceptores, neque vani vates; id est, si rectè sentire volumus, omnes omnino vates. Distinguit tamen Artemidorus: *Quæcunque enim* (inquit) *dixerunt Pythagorici, Physiognomici, talorum vates, ignium vates, cribrorum vates, incubatorum vates, formaspices, manuspices, pelvium vates, mortuorum vates, ea omnia falsa & nullo fundamento nixa putare oportet. nam ipsorum artes tales sunt, & ipsi ne minimum quidem vaticinationis sciunt, verùm præstigiis illudētes & defraudantes, plurimum excitant & denudant, reliquorum namque est solum ea vera esse quæ ab his dicuntur, videlicet sunt augures, astrorum inspectores, somniorū interpretes, & hepatiscopi.*

78 Postremi hi, quos bonis scilicet vatibus & fide dignis annumerat somniorum propola, non alij quam extispices, sed à præcipuo extorum (nam & in capitibus seu summitatibus fibrarum præcipuum inesse caput fuisse docet Plin. lib. 11. c. 37.) hepatispices dixit, quos generalius extispices, & haruspices passim vocant; fulgurum enim & ostentorum inspectio, quæ prætereà ad haruspicinam pertinet ex Tull. 2. de diuinat. spectat ad primum caput diuinationum: & ij tamen eiusdem cum cæteris quos reiecit vatibus farinæ erant. Nec audiendus vllo modo est Nicetas 4. Thes. post appendicem 2. ad hæres. 42. cùm ait: *Mortuæ quæ per ossa fiunt, hoc est distillationes vellicationum, & per animalium siderationis excoriamq́; contractionis inspectionem peraguntur: quæ sunt vt illud quod dicunt à me, hoc est apertam scapulam. Medici vocant, post eorum decoctionem, carnemque detractionem attentius inspiciunt: incantationem nulla modo ... sed quibusdam argumentis futurum diuinabant.* Hoc sanè ridiculè à Niceta dictum, quid enim futuris, cum ossibus quibusuis animalium aut cartunculis?

79 Cum his viscerū inspectoribus S. Cyrill. 6. in Iulian. ad text. 6. iungit eos qui per farinam vaticinabantur, Aleuromantas vocabit supra

Clemens,

Clmeum, sient & Critomátas qui per hordeum, quorum interrogationes Cledonismum vocát aliqui apud Nicetam 4. Thes. in append. 2. ad hæres. 42. vtrique quinam essent videtur repeti posse ex Romano & Græco sacrificandi ritu, quem ex paucis Dionysij Halicarn. verbis lib. 7. discimus. *Consules* (inquit) *Sacerdotesque quibus fas erat, lotis manibus & lustrata aqua sacra victimis, & Cereris fructibus conspersis earum capitibus, castisque numinibus precatis, ministris eas mactare iubebant. quorum alij stantem tum etiam bestiam vecte feriebant in tempora, alij cadentem cultris excipiebant, mox detracto tergore considerabant membratim, delibatáque ex singulis extis alijsque membris primitias farre obuolutas in canistris afferebant sacrificantibus, quæ aris impositas succendebant, vinum insuper affundebant, quæ singula in sacrificijs Græcorum factitari solita apud Homerum licet videre.* Hæc ille, quæ suo quoque tempore à Romanis seruata subdit: Annotanda tamen est differentia, Græcos inter & Romanos, quam annotauit Turneb. 7. aduers. c. 13. nempe quòd Romanorum mola sal erat molitum & salsum, ac etiam tostum, & eo perspergebatur victima, quæ idcirco tunc immolari dicebatur, vt ex Festo habetur: at apud Græcos victimæ fronti perspergendo adhibebatur hordeum integrum cum sale & frugibus admistis, vt tradit etiam Suidas verbo ὀλόχυτα, annotans id factum ad priscæ vitæ memoriam, quando homines non contusis sed integris frugibus vescebantur. Postea tamen victimæ singulas partes adolendas conspergebant polline, quemadmodum & Romani.

80 Hinc ergo haberi videtur, & ita disertè tradit Cedrenus, diuinatores illos per farinam & hordeum extispices fuisse ac haruspices: præterà tamen aliud colligitur ex Iamblico lib. de myster. §. 20. sub fin. vbi refertur Porphyrium admiratū, quòd Dij adeò intenderent hominibus, vt vates aliqui etiam per farinam vaticinarentur: cuius rei caussa refertur à Iamblico in excessum bonitatis ac potestatis Deorum (meritò hanc bonitatem subsannat Vives 10. ciuit. cap. 11. lit. B.) & apertè vaticinatio hæc distinguitur à vaticinatione per cadauera & animalia, de qua iam ante actum erat sub finem quoque eiusdem §. ita habetur. *Tanta est exuberantia prouidentiæ ad ostendenda nobis signa, vt etiam in calculis, virgis, lignis, lapidibus, frumento, farinâ, indicia præbeat futurorum, vbi mirabiliter inanimatis animam, immobilibus motum, ratione carentibus intelligentiam quandam præstare videtur, quasi hæc cognoscere videantur vbi nobis futura portendunt.*

Excursionis meta & regressus ad institutum.

81 Sed finem tandem excurrendi facturus, videor meritò vsurpaturus verba Eusebij in proœm. 5. de Demonstr. sub finem: refellens enim Eusebius Gentilium fatuam opinionem, qui oracula sua Hebræorum Prophetis æquabant, Deûmque ipsis per oracula, & omnes hactenus recensitas diuinationis rationes prouidisse dicebant, non minus quàm Iudæis per Prophetas, *Contemplamini quæso,* (inquit) *longéne melior hæc, & verior oratio, quæ ait Diuinū spiritum in animas expurgatas, & ad suscipiendā Diuinitatem intelligentia & ratione nitida comparatas, ingredi solitum; an eorum qui in materia, in atrijs & tenebricosis sedibus Diuinum quod sit includunt, atque in fumantium cruentumque impuris animalium cor- non in carnis atque cruditatibus, atque caterua, præterquam in vapore, & etiam qui*

animalibus, quin etiam in aquarum collectionibus, in cantibus, in tonitribus, in fatis ac differentiis bellorum, in conversionum superiorum corporibus, & demonum & mysteriorum, & aliorum eiusdem generis, per quæ futurorum rerum cognitionem à supremo Deo indicari & prædici putauerunt, &c. Quæ in superioribus inde confirmauerat, quod Ethnicorum oracula, vt testatur etiam Didymus Cynicus apud Plut. de defec. orac. num. 5. & lib. de Pythia n. 26. & Ammonius apud eundem lib. de defec. num. 4. (vbi modus oraculum consulendi, & quæsita proponendi refertur) & pulchrè Porphyr. sub finem 2. de abstinentia: de vilibus, inhonestis ac nullius pretij viris Diuino honore afficiendis (Cleomedē Astypalæsem insinuat, de quo plenius idem Eusebius 5. præpar. c. 15. & Theodor. 10. contra Græcos ante medium, vel Euthymium pictum, de quo Plinius lib. 7. cap. 47.) de furto aut supellectile expilata aliisque rebus eiusdem generis, de mactandis humanis victimis redderentur, ex quo præsertim postremo capite iure infert Eusebius auctores oraculorum & totius apud Ethnicos diuinationis, fuisse vt initio cœperam dicere, dæmones malos; quod luculenter etiam tradit Origen. homil. 16. in Numeros.

82 Ridiculi verò sunt qui vatum apud Ethnicos prænuntiationes alio referre tentant: vt Aristoteles sect. 30. probl. quæst. 1. qui refert ad efferuescentiam atræ bilis prope sedem mentis (quanquā quæ ex Aristotelis problematibus asseruntur, plerumque ab eo ex aliena mente asseri, ideóque non esse tanti monet Valēs. cap. 40. sacræ Philosophiæ.) Ammianus lib. 21. init. qui ad vehementem solaris incensionem, Apuleius & Platonici, qui ad expurgationem animi per carmina vel odores, Plutarch. lib. de defec. orac. Leonicus in Dialogo Trophonio à medio, & Suenius 9. de fato à cap. 5. ad 9. & vt videtur Iulianus Apostata apud S. Cyrill. 6. in Iulian. ad 1. 6. qui ad halitum cuiusdam loci è terra exspiratum, Pomponatius à Suerdo sup. cap. 10. rejectum, qui ad cælestes influxus, & alij qui ad huiusmodi ineptas materiales causas recurrerunt, relati à Lilio Gyraldo in tractat. de Sibyllis, quem habet in fine libri 2. de Historia Poëtarum, vt omittam mysteria seu verius somnia quorundam Platonicorū apud Ficinum 13. de immort. cap. 2. 3. de fatidicis.

83 Sanè si causæ prædictæ fatidicos & vates facerent, immensus esset vatū numerus, cum perfacile sit causas illas concurrere. Adde egregium testimonium & probationem ex Iamblico §. 23. lib. de mysteriis; cùm enim dixisset vatem accipere extrinsecus Deum: *Quod autem* (inquit) *ex nulla natura corporis vel animali propria, vel humanis instrumentis, [illegible] fiat, sed ex præsentia Dei venientis extrinsecus, patet ex eo quòd ipsa Sacerdos antequam det oracula, multa ritè peragit sacrificia, observat sanctimoniam, lauatur, triduum penitus abstinet cibo, habitat in secessu, ibíque animo paulatim illuminari, mirificéque gaudere. Per quæ patet prouocari Deum extrinsecus et adesse, & forinsecus aduenire.* Hæc ille. Itaque dæmon est cuius afflatu fundebantur vaticinia, vt agnouit etiam Iamblicus lib. de mysteriis §. 21. *Vaticinium* (inquit) *ipsum, nec ab arte, nec à natura, nec à naturalibus, vel animalibus naturalibus, morbísve effectum, neque sic talis modo, sed omnium simpliciter est missum ad nos vsque diuinitus, itáque persistit præsaga refertur ad Deos, & omnis diuina auctoritas consistit in eis atque inde traditur.* Hæc & alia Iamblicus ibi, & fusius

fusas §. 29. Verè ac meritò Ethnica oracula & vaticinia in Deos, hoc est in dæmones referens. Non repeno tamen in hac classe, vaticinia Magorum illorum, & sapientum erga Israëliticum populum, quos Deus gentilibus quasi Prophetas dedit. Quod de Hydaspe affirmat Iustinus in Apologia ad Antoninum, & Lactant. 7. instit. c. 15. Clem. 1. Strom. c. 2. & de Sibyllis quæ etiam Christianæ Fidei mysteria prænuntiarūt, idem infrà ostendere, agens de naturali cognoscibilitate Dei. De aliis quoque nonnullis per humanam tantùm sapientiam vaticinantibus, seu veriùs coniectantibus, & vaticinio nihil venerandi continenter vtentibus (inquit Iambl. lib. de mysteriis §. 48.) quos proinde ab hac tractatione vatum ordine eximere oportet, satè disserit Medina 2. paran. c. 1. Dæmoniacæ insuper cuiuslibet diuinationis canones omnes fusè prosecutus & persecutus. Pertinere porrò videntur ad eam vaticiniorum classem, quæ de Plotino scribit Porphyr. in eius vita c. 7. tametsi intercessisse Plotino cū dæmonibus societatem, illud ipsum caput satis apertè demonstrat, & quæ de dracone quo momento ille obiit subducente sese producuntur in capite primo, ac denique spectra, de quibus cap. 18.

Multò autem magis omittenda hic sunt & negligenda vaticinia falsò ad turpem quæstum excogitata, qualia fuisse pleraque ex illis quæ ad Ethnicorum oracula fundebantur, egregiè probat Euseb. 4. de præpar. c. 1. Idcircò enim notat ex dæmonū ad oracula administris, multos per ciuitatem vagatos ad inuestigandum quid petituri a Deo venissent, qui accedebant consulturi oraculum; nempe vt aptius contingerent responsum. Propterea quoque ex adytis & profundissimis plerumque speluncis data responsa, vt & tenebræ ipsæ nonnihil conferrent, & faciliùs oraculorum artifices laterent, minúsque facilè humana vox è recessibus illis deprehenderetur. Quod cùm iam olim, tum suo etiam tempore manifestè compertum fuisse, nonnullis & quidem de magnatum & Philosophorum ordine huius criminis conuictis in iudicio, & ea de causa supremo supplicio affectis, testatur Eusebius, concludens omnibus his pensatis, multorum Græcorum, ac in his Peripateticorum, Cynicorum, & Epicureorum sententiam fuisse, nec Deos, nec dæmones Ethnica oracula constituisse sed seductorum atque improborum hominum ad turpem quæstum excogitationem fuisse. Quod vt tueri dum quoad aliqua responsa valuisse non diffitear, (id enim euincunt quæ proximè adduximus,) vniuersè tamē certum est admittendum non esse.

ARTICVLVS IV.

Nulla esse alia obiecta intelligibilia, connaturalem Intelligentiæ sphæram absolutè excedentia.

54 NEc plura de obiectis cōnaturalem Intelligentiarū sphæram transcendentibus. Quòd enim aliqui eis quoque annumerant quæ vocantur cordium secreta, mihi non probatur. Intelligunt autem eo nomine, intellectualis creaturę volitiones & cogitationes, non elicitas vi impressionis obiecti, nec vllo exteriore signo proditas, vel (quia signa possent esse fallacia, & fictè tantùm posita) prodi sibi adhuc, & cognosci non permissas, enuntiationes. Quod addo,

quia simplices apprehensiones non pertinere ad secretum docent Valsius 2. de Fascino cap.6. ac Ægid. in 2. d.7. q.2. art.2. in corp. & videtur suaderi exemplo illius Albicerij apud Augustin. 1. contra Academ. cap.6. qui cùm Magus esset, apprehensionem alienam simplicem, tametsi occultam & nullo quod referatur, signo proditam, detegebat: quod tamen Magi illius vires excessisset, si ea cogitatio inter cordium secreta numeraretur. Nec propriè de huiusmodi actu dici nomen cogitationis, sed de solo mentali iudicio affirmat suprà Argent. Fatetque communis loquendi modus, quo enim quem scimus rem aliquam mente versare, solemus tamen interrogare quid de ea re cogitet, id est quid iudicet. Patet item placitum illi, ratio non inefficax, ex eo ducta, quòd Intelligentiæ non possunt ignorare efformari in nobis simplices notitias obiectorum illorum à quibus percellimur. Nam hæ notitiæ necessariæ sunt posita mentis attentione, quæ non deest, posito quòd vires animæ aliò non distrahantur, quod Intelligentiam non latet. Et quamuis inde non sequatur hanc Intelligentiæ notitiam de actibus nostris simplicibus esse intuitiuam, tamen probationes quibus adigimur ad negandam cogitationum nostrarum perceptionem Intelligentiis, non vrgent pro sola notitia intuitiua, sed pro quacumque certa. Quia ergo prædicti autores ita philosophantur de intellectionibus simplicibus, & consentiunt alij de iudiciis illis quæ obiecti simplex perceptio extorquet, vt quòd nix sit alba: nec vtrumque illud placitum improbant aliqui Recentiores, qui de quibusuis intellectionibus idem iudicant, vt Hurtadius disput.12. Metaph. §.30. & alij apud Vasquem, qui eis vel adhæret, vel valdè fauet, 1.p. d. 210.c.2. propterea restrinxi notionem secretorum cordis, ad eos actus quos & certiùs, & communiter receptum est, occultos esse, nihil tamen præiudicando simplicium apprehensionum, vel iudiciorum illorum à simplici apprehensione extortorum, secreto, si altius subsellium, ad quod ex Scripturis & Patribus de hac re pronuntiare spectat, hos quoque actus ad cordis secretum pertinere statuerit, cùm ad resolutionem à nobis hîc tradendam, hoc totum sit perinde, vt patebit.

85 Affectus itaq; liberos, & mentales enuntiationes creaturæ intellectualis, non extortas vi impressionis obiecti, Intelligentias latere de facto, vt taceam quæ lumine reuelationis docemur, agnouerunt etiam Ethnici multi, quos allegat Delrius 4. Magic. c.1. q.2. Quòd verò Autor Theologiæ Ægypt. libro 4. c.7. negat quicquam quod ad vnam Intelligentiam pertineat latere posse aliam, ex quòd non oculo corporis, sed mente se intueantur, exponi fortè potest de intuitione substantiæ, quæ certè peruia est cuiuis alteri Intelligentiæ. Ægrius expositionem admittit Plotinus Ennea.4. l.3. cap.18. Sed vt prædicta obiecta in solis Intelligentiis nunc considerentur, ea non esse suapte natura intelligibilia ab Intelligentiis quibus non insunt, sed connaturaliter soli illi Intelligentiæ, cuius partus sunt innotescere, antequam ab ea patefiant, sententia fuit grauissimorum Theologorum Christianorum, quam varij variè stabiliunt in 2. d. 8. vel 9. aut apud S. Thomam 1. p. quæst. 57. art. 4. Nemo tamen vt verum fatear, satis efficaciter eam confirmauit, vt facile esset euincere, nisi plena eius controuersiæ disquisitio, accersiri multa

ex

ra reuelatis subiteri, quæ fines nostros transcendant.

26 Ne tamen aduersariorum fundamenta quantum ratione nuda nituntur, prorsus prætercam, duo omnino proferri video, quibus illa actuū liberorum à connaturalibus Intelligentiæ obiectis exemptio, stabiliatur. Primum est actuum illorum libertas, alterum eorundem immanentia. Sed neutro ex capite euincitur intentum. Nam libertas quidem illud duntaxat importat, vt actus qui liber dicitur sit in dominio liberæ facultatis quoad fieri, non tamen necesse est vt eidem subsit quoad cognoscibilitatem, ex quo semel supponitur accepisse esse, & cognoscibilitatem. Ad hæc multò liberior est facultas ipsa, quàm actus eius, cùm actus non nisi per denominationem extrinsecam à potentia liberè operante, liber sit: & tamen potentiam nemo dixerit transcendere seriem obiectorum Intelligentiæ cōnaturalium, nisi si etiam substantiam, quæ & potentiarum & actuum radix prima est, & eminentialē ac radicalem libertatem habet, volumus suapte natura occultam fingere, quod gratis omnino assertum iri, & sine vllo quale pro actibus habetur fundamento, nemo non videt.

Quæ cùm ita sint, corruit planè argumētum, quod aliqui in hanc rem ducunt ex naturali actiuitate & determinatione speciei impressæ, quam idcirco negant dari posse de actibus liberis, quippe ob indeterminationem suam pertinentibus ad excelsiorem ordinem. Hoc inquam argumentum corruit ex dictis. Nam si vrgeret in actibus, concluderet quoque, facultatem liberam & substantiam cui illa implantatur, non esse specie repræsentabiles naturaliter, atque adeò neque naturaliter cognoscibiles, vt illi de actibus argumentantur. Adde quòd si volitio non est repræsentabilis per speciem, quomodo potest cadere sub recordationem ex quo præterijt? Substantia enim post transactam volitionem manet immutata, nec acquirit vllum comprincipium quo reddatur exhibitiua volitionis præteritæ, cùm ante non esset exhibitiua, ergo non est ipsa substantia quæ determinat ad recordationem illam, vt fingit Albertinus 1. principio Philosoph. complexo. coroll. 12. num. 15. Admittenda igitur est species actus liberi, & quamuis hæc dari non posset, tamen reddenda superesset ratio, cur actus liber non sit naturaliter cognoscibilis ab intellectu extraneo, posito quòd intellectus cui actus ille inest, & intellectus extraneus se compenetrent. Nam tunc actus ille erit sufficienter appositus intellectui extraneo, vt eum absque specie per seipsum determinet. Sicut gustabile, iuxta probabilissimam sententiam, non effundit species vllas, sed seipso complet & determinat gustum, cui absque inhæsione apponitur: Et sicut ipsummet intellectum Intelligentiæ, cui actus ille inhæret, probabilissimum est sine vlla specie ad illius actus perceptionem per ipsummet determinari. Omitto alia contra hoc permulta, illudque præsertim quòd ratio secreti nimium arctatur dum ad actus duntaxat liberos restringitur, de quo alibi. Porrò quæ paulò ante proposuimus, æquè valent contra alium quendam modum vrgendi primam hanc rationem quam expendimus, vsurpatum à D. Thoma q. 16. de malo art. 8. & à Palacio in 2. d. 8. disp. 1. conclus. 1. & à Ferrar. 3. contra gent. c. 154. nempe quòd voluntas sit facultas soli Deo sub-

subiacent. Alia contra hanc legi possunt apud Durand. in 2. d. 3. q. 5. n. 7.

87. Posterior ratio est adhuc priore infirmior, immanentia enim si pro intimitate sumatur, non magis conuenit actibus, quàm substantiæ, & facultatibus; ergo immanentia actuum, vt bene argumentatur Rubionius in 2. d. 3. quæst. 4. art. 2. concl. 1. non potest eorum naturalem immuscibilitatem suadere. Quòd si cum nonnullis, in actu immanente consideretur quòd sit vltimus vitæ actus, quasi inde sequatur eum non esse nisi seipso repræsentabilem, vt sistatur in primo quo, nec detur progressus in infinitum, facilè sane erit hoc refellere. Nam volitio non percipitur per seipsam tanquam per actum expressum, cùm non sit cognitio. Imò intellectio finita non est cognitio sui ipsius, cùm non sit reflexa in seipsam, sed quamuis seipsa tanquam actu vltimo, & primo quo, exhibeat obiectum, tamen vt ipsa exhibeatur, adhuc ei est vlterior actus: alioqui quisquis cognosceret aliquid, non modò cognosceret obiectum, sed etiam semper cognosceret se cognoscere, rursusque quia ipsa cognitionis cognitio haberi potest, nec minus reflexa qualis cognitio potest seipsam exhibere, quàm prima cognitio seipsam exhibuerit, (quicquid de posterioribus actibus reflexis post certum aliquem numerum eliciendis, fingant aliqui apud Gregor. in 2. d. 1. quæst. vnica ad 4. contra 1.) oporteret quotiescumque aliquid cognoscimus, intellectum infinities reflecti, haberet enim formam talis reflexæ perceptionis in infinitum multiplicatæ: ergo falsò supponitur actum immanentem non percipi ab extrinseco intellectu, eò quòd debeat percipi seipso. Denique si cum Gregor. in 2. d. 3. quæst. vnica *in fine asserit*, dicas actum immanentem in intellectu extraneo, carere conditione ad repræsentabilitatem eius prærequisita, nempe inhæsione, facile erit hoc impugnare: tum quia sic ratiocinando assumitur quod probandum esset, tum quia volitio in proprio supposito non inhæret intellectui, & tamen ab eo percipitur. Omitto improbabilem distinctionem quâ Rubionius supra & pauci alij vtuntur, distinguentes in actibus his immanentibus, rationem absolutam, quam concedunt esse naturaliter cognoscibilem, à ratione respectiua obiecti, nam præterquam quòd respectus ille est maximè intimus actui, nec est in actu assignabile aliquid non respectiuum essentialiter, vt falsò supponitur, tota difficultas manet de respectu illo. Ostendendum enim fuisset, eum non esse naturaliter cognoscibilem, ab intellectu externo creato.

Qui alterutrâ harum rationum ab antiquioribus propositarum prætermissa, recurrunt ad defectum speciei, explicare imprimis deberent, an species huiusmodi actuum desit Intelligentiæ ob excessum & non connaturalem intelligibilitatem ipsorum; an Deo eam denegante, sine meritis (vt ita dicam,) horum obiectorum, vt facit circa infinita possibilia, quæ essent quidem connaturaliter ab Intelligentiis intelligibilia, tamen non confert Deus eorum species, quia nec sunt Intelligentiis debitæ Physicè nec moraliter. Si primum dicant, afferenda erit Physica ratio prædicti excessus, quam certè non adducunt, cùm tantum vrgeant morales rationes denegandi species illas. Si verò secundum dicant, habebimus naturalem horum actuum cognoscibilitatem quam quærimus, quamque qui ita philosophantur immeritò refugiunt.

88 Ita

38 Itaque sequor Scotum in 2.
d.9. q.2. & ibid. Gabrielem, itemque
Mairoen q.1. & in c.9. Marth. dub.2.
& alios, qui admittunt hæc obiecta,
quantum est ex se, spectare ad con-
naturalem sphæram intelligibilem In-
telligentiarum, ita vt secluso obice
quem prima causa constituerit ad
exigentiam naturæ intellectualis ap-
ponit, non minus forent hæc obiecta
connaturaliter intelligenda à quauis
Intelligentia, quàm cætera obiecta
connaturalia, de quibus suprà, vel
quibus intelligantur ab illa ipsa Intel-
ligentia cui insunt. Quod euinci in
primis videtur ratione superiùs ad-
ducta, nempe ex eadem ostendi mo-
do, quæ est radix primæ connaturalita-
tis intelligibilitatis. Deinde validè con-
firmatur à posteriori, quia scilicet se-
queretur impossibile esse fieri à Deo
duos Intelligentiarũ intellectus eius-
dem speciei. Nam facultates illæ qua-
rum connaturalia obiecta adæquata
non sunt æquè lati potentia, differunt
specie; sicut enim si oculus aliquis
posset connaturaliter conspicere co-
lores omnes, quos alij oculi vident,
vno tamen colore excepto quem con-
naturaliter non posset intueri, cense-
retur ab eis specie differens ob diuer-
sitatem obiecti adæquati, atqui iuxta
sententiam Aduersariorum, obiecta
adæquata intellectuum quorumcum-
que singularium, diuersa essent, qua-
tenus vnum non includeret quicquid
includit alterum, cuilibet enim intel-
lectui solitariè, & seclusis aliis intel-
lectibus, competeret cognoscere vo-
litiones & iudicia sibi supposita, à
quorum obiectiuam perceptione alij
omnes creati intellectus connatura-
liter prohiberentur, ergo omnes in-
tellectus, atque adeò etiam naturæ
omnes singulares, à quibus illi pro-
germinant, different specie, ob saltem
obiecti adæquati diuersitatem; quam
non tollit manifestabilitas ad alte-
rium eius cuius sunt secreta illa: Ni-
hilominus enim per se, & suapte na-
tura, obiecta illa sunt occulta cæter-
no cuiuis intellectui iuxta Aduersa-
rios, atque ita cùm ex voluntate eius
cui insunt, deteguntur, non redden-
tur cæteris intellectibus connatura-
lia. Sicut quamuis Deo volente obie-
cta supernaturalia nobis deteguntur,
non propterea fiunt connaturalia, nec
censentur claudi intra obiectum con-
naturale adæquatũ. Præterquàm quòd
cum per voluntatem eius cui insunt
hi actus, nihil eis accedat cùm laxatur
eorum sigillum, & manifestantur, si-
que si posteà sunt connaturaliter in-
telligibiles ab externo quouis intel-
lectu eiusdem ordinis, necesse est vt
ante manifestationem quoque intel-
ligibiles connaturaliter fuerint, nec
latuerint nisi ob extrinsecum impedi-
mentum adhibitum à prima causa, so-
cietati politicæ ita postulanti, consu-
lente, & quandiu is, qui secretum ha-
bet, non annuit, denegante speciem
vel concursum ad secreti cognitio-
nem necessarium, tunc moraliter in-
debitum, in qua denegatione nullum
est miraculum ob generalem legem
circa hoc statutam, quam rectè colli-
gimus ex illis quæ docet lumen supe-
rius de bonum astruum occultatione
respectu cuiuslibet intellectus creati.
Ex arctata tali lege, cùm contingit
hos actus detegi, ne interpretatiuè
quidem annuente eo cui insunt, rectè
dicitur eam detectionem fieri ex pri-
uilegio. Potest enim quod connatu-
rale est Intelligentiæ, fieri obiectum
liberalitatis & priuilegij, si interue-
nit generalis lex visum connaturali-
tatis illius suspendens. Sicut è contra-
riò, non & alia homini connatura-
lia, potuerunt habere rationẽ pœnæ,

posita lege de iisdem supernaturaliter impediendis, nisi homo peccasset. Sed hæc alibi plenius discussa, nunc obiter attigisse sufficit; tantum vt pateat connaturales illos fines sphæræ intelligibilis quos Intelligentiarum intellectui posuimus, horum actuum qui & ipsi obiecta quædam intelligibilia sunt, occasione, nequaquam fuisse transponendos.

ARTICVLVS V.

De vicarijs obiectorum ab Intelligentijs perceptibilium speciebus.

89 *Liquidò tenendum est, quod omnis res quamcumque cognoscimus, congenerat in nobis notitiam sui, ab vtroque enim notitia paritur, à cognoscente & cognito*, inquit S. August. 9. Trinit. c. 12. Quare obiecta, quorum est munere, & potentiam ex se indifferentem ad quiduis percipiendum, determinare ad expressionem certæ notitiæ, ac fœtus mentalis, ac generaliter notitiæ cuiusuis, vt docet Aristoteles 2. animæ t. 59. cùm plerumque absint, nec possint per seipsa eo munere defungi, vicarias sibi species substituunt, quarum interuentu intellectum fœcundant, & idcircò species dicuntur concurrere ad intellectionem ex parte obiecti, non autem ex parte potentiæ, sicut habitus facilitatiui. Idcircò etiam Philosophus suprà t. 61. Facultatem cognoscentem negat esse vt puerum in ordine ad militiam, sed ait esse vt iuuenem robustum ac valentem, cui scilicet nihil ex parte sui deest ad bellandum, quamuis extrinsecus desiderentur arma. Similiter enim facultas cognoscens, quamuis habeat omnia quæ ex parte eius exiguntur ad conceptum prolis suæ & cognitionis, postulat tamen externa subsidia ac velut obiecti semen, cuius accessu vis illius actiua vniuersalis determinetur, ac perficiatur. Rectè igitur, iam expositis connaturalibus Intelligentiæ obiectis intelligibilibus, ad eorum vicarias species progredimur.

ASSERTIO.

Concedendæ sunt Intelligentijs species, tùm ad primam perceptionem primariorum obiectorum materialium, atque etiam immaterialium intellectui non coëxistentium, tum ad recordationem quamcunque. Quatenus actibus præuia sunt, effectricem causam Deum habent: & ab eo magis aut minùs vniuersales, atque adeò pauciores vel plures, consentaneè ad Intelligentiarũ perfectionem, citra vllum connaturale vel essentiale earum debitum, ab initio conferuntur, ac suo tempore pro opportunitate complentur.

Stabiliam in primis specierum necessitatem, & vsum, tum causam earum impressiuam, multitudinemque, & vniuersalitatem, cæteráque iis adiuncta.

Admittendas esse in Intelligentijs species impressas.

90 Primò, ergo admitto in Intelligentiis species impressas, obiectorum vicarias. Ago autem de obiectis connaturalibus, quod semel monuisse sufficiat. Nam obiecta supernaturalia, pro quibus duntaxat aliqui species Intelligentiis tribuunt, lumen ex quo nunc procedimus, non agnoscit. Præter Durandum ergo qui in 2. d. 3. q. 6. à n. 10. omnes omninò impressas

pressas species, non in intellectu tantum humano, sed & in sensu externo, & in intellectu Angelico inficiatus est, aliqui Recentiores ac nominatim Vasq. 1. p. d. 202. num. 7. & 8. & d. 201. in fin. & d. 204. num. 7. species impressas Intelligentiis denegant, tatis his vt eorum aliqui vocantur conspicillis, & nouis oculis, minimè egere Intelligentias, quibus satis esse existimant vt obiectum connaturale sit intra latitudinem obiecti debiti, tametsi motiuum nõ sit, sed purè terminatiuè se habeat. Sed cõtraria sententia est communis inter Scholasticos siue in 2. d. 3. siue apud S. Thomam 1. p. quaest. 55. art. 2. quibus praeiuere non modò S. Dionys. cap. 4. Diu. nom. sed etiam illustres quique Philosophi, ac nominatim Aristoteles & Commentator, itemque Proclus, relati à Iauello ad proposit. 10. de causis circa conclus. 1. vbi auctor illius propositionis, ait *omnem Intelligentiam plenam esse formis* siue speciebus.

91 Hanc longè communissimã verissimamque sententiam facile est ratione euincere, ac primùm à simili. Nam vt se habet sensus externus ad obiectum suum connaturale in debita distantia collocatum, ita & intellectus Intelligentiae ad obiectum sibi proportionatum & connaturale: neque enim apparet in quo possit esse disparitas, quia si vna ex his potentiis supponitur ex parte sua habere obiectum connaturale, & esse bene instructa, idem quoque dicam de altera in suo genere & ordine. Quod autem obiectum sensus sit materiale, obiectum verò intellectus sit immateriale, nihil refert ad illud de quo agimus. Siquidem vtraque potentia in suo genere & ordine, habebit quod est sibi connaturale & proportionatum, nempe potentia materialis, obiectum materiale, potentia verò immaterialis, obiectum immateriale vel sibi consentaneum. Nec minor est efficacitas potentiae sensitiuae ac materialis ad percipiendum obiectum sensibile & materiale, quàm potentiae immaterialis ad obiectum sibi consentaneum, ac proinde si huic sufficit obiectum accommodatum seclusa specie, (quamuis non coexistant vt nunc supponimus,) idem quoque de sensu externo dici poterit. Est enim vt ostendi, omnimoda paritas. Atqui sensus externi, saltem visus, omnino egent specie, vt admittit Vasq. d. illa 202. num. 7. nec poterit negari, cùm suppetant vrgentissimae rationes id conuincentes, ductae ex variis experientiis speculorum & perspicilliorum, ac nominatim ex visione obiectorum constitutorum retro oculum, quae intersectu speculi videntur, nempe quia speculum qualitatem ab obiecto immissam reflectit, & ad oculum rectè propagat: de quibus & aliis permultis, quibus nunquam à specierum sensibilium impugnatoribus, plenè satisfactum est, videndi qui eas species accuratè stabiliunt, Tol. 2. animae, quaest. 33. Rub. quaest. 3. de obiectis sensibilibus, Aquil. 1. optic. propos. 43. 64. & 69. ac passim alij. Ergo necessarium quoque est Intelligentiarum intellectui species impressas concedere, nec video quâ ex parte haec ratiocinatio nutet.

Idcirco porrò contuli intellectum Intelligentiae cum sensu externo, & non cum intellectu humano vel sensibus internis, quia hae facultates cùm habeant sibi subiunctam anteriorem potentiam obiectis externis immediatam, à qua per sympathiam determinari possunt, facilè intelligimur non egere speciebus omnis suo actui

præuiis, licèt non possint carere speciebus infusis per ipsum actum, ex postea recolendis præstituram, quippe quæ est semen ac vestigium actus præteriti, vt alibi plenius expositum est & opportet infra attingetur. At in externo sensu similiterque in intellectu Intelligentiæ, nulla datur potentia præuia, cuius per sympathiam determinatio, speciem præuiam operationi externi sensus, vel Angelici intellectus, possit excludere. Quare rectè quoad specierum exigentiam, intellectum Intelligentiæ non cum humano, vel cum sensu interno, sed cum sensu externo, in prima illa nostra specierum Angelicarum probatione, contulimus.

52. Accedit alia efficax earum probatio, ducta ex recordatione intellectiua, quam ad species impressas intellectus adstruendas adducit Gregor. in 2. d. 7. quæst. 4. & in 1. d. 4. q. 1. art. 1. conclus. 2. potéstque hinc validè vrgeri contraria sententia. Censet enim Vasquez num. illo 7. & rectè, ex recordatione sensitiua, quam per sensum internum elicimus, conuinci species aliquas impressas interno sensui, recordationi inseruientes, quibus ille ad obiecti præteriti recordationem instruatur, & quarum defectu recordari non possumus quæ nunquam vidimus; ac denique quibus interuenientibus, facultas recordationem eliciens, habeat aliquid ex parte obiecti præteriti, quo iuuetur ad producendam obiecti vt præcogniti perceptionem. Quæuis enim notitia debet ex concursu potentiæ tanquam matris, & obiecti pariter mutui tanquam patris procreari, iuxta suprà tactam D. Augustini doctrinam. Atqui hæc ratiocinatio non minus vrget in intellectu Intelligentiæ, quàm in sensu interno; præsertim verò vrget in intellectu Intelligentiæ, nam in humano posset inueniri subterfugium, dicendo, ad recordationem intellectiuam humanam sufficere species in sensu interno relictas, quibus æquè intellectus ad recordationem determinetur, ac determinatus fuit ad primum actum sine vlla specie intelligibili, per solam sympathiā iuxta probabilem de primo illo actu sententiam quam nunc suppono. Et quamquam hoc effugium, ne pro humano quidem intellectu idoneum sit, vt constat ex quibusdam obiectis intelligibilibus præteritis, verbi gratia syllogismis, ad quæ recolenda, species impressa interni sensus non sufficit, tamen pro intellectu Intelligentiæ est omnino inutile, vel potius nullum. Nam Intelligentia nullum habet internum sensum, cuius & antecedente actu determinetur, & speciebus posteà iuuetur, vt dicebatur de humano intellectu. Necessarium ergo est admittere species impressas in intellectu Intelligentiæ ad obiectum præcognitum recolendum, contra Vasquem num. illo 7. Quòd si species recordationi deseruientes admittendæ sunt, facile quoque erit argumentum inde construere, pro speciebus Angelicis cuiuis intellectioni præuiis. Nam si obiectum debet concurrere ad cognitionem per modum termini duntaxat, & non etiam vt motiuum, tam benè poterit se solo & absque interiecta specie, intellectionem causare obiectum absens, etiam quà præcognitū, quàm præsens: quia cùm obiectū Intelligentiæ iuxta Aduersarios nō sit motiuum eius, ne moraliter quidem, tantumque debeat et esse accommodatum & proportionatum, (quod vtique habet etiā præteritum,) tamen quoque postea præteritum est connaturaliter intelligibile

bile nihilque ei deest ad rationem obiecti terminantis Intelligentiæ,) perfectio non refert quòd sibi vel ... adeò si eam ... & reconciliatam ... est, exigit speciem, eam quoque exigit ad primum actum, seclusa determinatione per sympathiam, vt fit in Intelligentia.

Intelligentiarum species impressæ, Intelligentiis tribuuntur.

93 Ratio à priori huius veritatis ducenda est ex munere ad quod destinantur species impressæ, & fine ob quem conferuntur. Sed quia hæc nostris quoque impressis speciebus communia sunt, & in earum explicatione fusè exponuntur, breuiter dico, species conferri vt potentiam complentes ex parte obiecti, eamque ad rationem essentialem intellectionis eliciendæ determinent. Quia enim cognitio, est fœtus partim obiecti, partim potentiæ, vt ex D. Augustino ipsa annotauimus, & obiectum vt supponimus non mouet potentiam per seipsum, quippe quod vel improportionatum est ad huiusmodi motionem, (vt cum obiectum est corporeum, potentia verò est spiritualis,) vel certè potentiæ non coexistit, sicut fieri oporteret ad hoc vt eam posset mouere per seipsum, posita aliunde idoneitate eius ad talem motionem ratione immaterialitatis suæ; propterea obiectum subrogat sibi speciem, quæ tanquam semine fœcundet potentiam, vnde tandem exillis intellectionis partus, vtrique illi causæ, nempe intellectui & obiecto per speciem interuenienti, communis. Nec potuit ex eo causarum concursu alius exsistere intellectionis fœtus, quàm ille, quia per certum illud comprincipium obiecti vicarium sublata est indeterminatio intellectus ex se indifferentis ad hanc & illam mentalem prolem fundendam, nec habentis ex se rationem nisi principij vniuersalis, & apti vt ad quodcumque ex obiectis sibi connaturalibus complete instructus ex parte obiecti, illud producat, sine alia virtute aut robore simpliciter necessario ex parte ipsius potentiæ. Porrò completio hæc & determinatio potentiæ per speciem impressam, fit tantùm in actu primo, seu quoad speciem actus. Nam illa determinatio in actu secunda quæ est quoad exercitium actus, non spectat ad hunc locum; prouenit enim à bona fortuna, vel à libertate, quoad actus subsequentes primum motè naturalem, vel aliunde vt in nobis à sensibus. Illa item alia determinatio in actu secundo, quæ est quoad indiuiduationem actus eliciendi, non spectat ad hunc locum; nec fit à specie, sed à causa prima iuxta sententiam probabiliorem.

94 Hoc discursu confirmamus à priori species impressas potentiarum nostrarum cognoscitiuarum, fateturque Vasq. d. illa 200 num. 8. eum quoque ad has potentias rectè procedere, negat tamen valere pro intellectu Intelligentiarum. Sed an non intellectus Intelligentiæ, est ipse quoque vniuersale principium plurimarum & longè diuersarum intellectionum ab eo eliciendarum, vt proinde oporteat ipsum quoque, non minùs quàm nostrum, ab obiecto determinari? Item an non Angelica quoque cognitio ex obiecto & potentia oriri debet, vt proinde necesse sit intellectum quoque Intelligentiæ, per semen ab obiecto mouente transmissum, fœcundari ad pariendum actum illum? Quod si solum obiectum, quamuis non coexistat localiter & compenetratiuè intellectui Intelligentiæ, vel sit materiale & ineptum ad eam per se compleudum

plendam, eò quòd secundùm entitatem & substantiam suam spectatum non gaudeat eodem cum Intelligentia essendi modo; si inquam solum obiectum quamuis tale sit, est tamen aptum complere ac determinare intellectum intelligentiæ, vt aduersarius contendit, quidni obiectum quoque sensibile, aptum erit eam determinationem, & completionem externo sensui conferre per semetipsum, exclusa specie, quæ non aliunde à priori in sensu illo potest astrui, quàm ex hoc capite? Itaque maneat eadem esse munera specierum in sensibus externis, & in intellectu Intelligentiæ, & ob eadem munera vtrobique exigi species impressas, saltem cùm obiectum immateriale non coexistit localiter potentiæ. Quod semper addo, quia an tunc obiectum per seipsum determinet ac compleat intellectum, non subrogans sibi vicario, controuersia est, de qua postea.

93 Ad rationem à priori necessitatis specierum hactenus propositam, reducitur acuta illa sed obscura ratio, quam adhibet Caietan. 1. p. q. 55. art. 1. § *ad euidentiam*. Distinguit enim duplex genus entium. Vnum, eorum quæ ad hoc primum instituta sunt, vt sint, & hæc vocantur res; aliud eorum quæ suapte natura ordinantur ad repræsentationem aliorum, & hæc vocantur intentiones rerum, seu species. Necessitatem autem huius secundi generis entium admittendi, ait fuisse quia oportet cognoscens fieri ipsummet obiectum cognitum, quod in intellectu creato non potest fieri per identitatem essentialem cum omnibus intelligibilibus, est enim id Dei solius proprium; neque per informationem, vel identitatem formalem, & substantialem, (non enim intellectus lapidescit ex ipsa, vel lapidem in se recipit, cùm lapidem cognoscit,) ac plerumque etiam non potest fieri per localem coexistentiam, intimamque compenetrationem; siue quia obiectum & potentia loco distant, siue quia obiectum materiale est, & ineptum vt commisceatur potentiæ, peculiari illo modo qui necessarius est, vt potentia transformetur intentionaliter, saltem in actu primo, & remotè in obiectum. Propterea ergo ait Caietanus, naturam prouidisse secundum hoc genus entium, quo intra potentiam recepto, cognoscens fieret ipsum cognitum, transiretque in illud remotè, & in actu primo, quod dicebatur necessarium esse ad expressionem intellectionis, per quam intellectus fit ipsum obiectum, proximè & in actu secundo ac vltimo, vt ex Aristotele tractatum suprà est, agendo de intellectualitate Intelligentiarum.

Principium autem illud cui totus hic discursus nititur, nempe quòd intellectus cognoscens, antequam producat cognitionem, debeat primùm transire in actu primo in obiectum, non potest aliter probari, quàm eo modo quem proposui in ratione à priori superiùs adducta. Nempe quia species impressa, est tanquam semen obiecti, vices eius concurrens ad intellectionem indiga interuentus obiecti, ac proinde sicut semen remotè & in potentia est foetus inde procreandus, & quodammodo etiam est ipsummet generans à quo decisum fuit, ita species impressa est aliquid obiecti à quo transmittitur, vt proinde ex subeunte potentiam, obiectum quoque videri possit commixtum potentiæ, & hæc in illud transformata. Quod est dicere, facultatem cognoscentem debere ab ipso obiecto prout mouente & speciem transmittente determinari, & compleri, vt in nostra

illa

illa ratione expositum est. Propterea dixi modum illum ponendi à priori species impressas, reuehi in nostrum.

96 Idem dico de illa alia specierum probatione, quam saepè vsurpant Thomistae. Nempe quòd species debeant admitti, vt obiectum fiat intelligibile actu, quale supponitur obiectum non esse ex se, quippe quod sit materiale, & non abstractū à conditionibus singularibus, impedientibus immaterialitatem & intelligibilitatem. At cùm abstractum fuerit, & per speciem euectum ad eundem essendi modum cum natura intelligente, dicitur intelligibile actu. Iuxta quam doctrinam, quae Diuo Thomae frequens est, vt videre est 1. p. q. 79. art. 3. & in 3. d. 14. quaest. vnica, art. 1. quaestiunc. 2. ad 2. solae res immateriales sunt ex seipsis intelligibiles actu: at res materiales fiunt actu intelligibiles per speciem impressam qua sustolluntur ad ordinem superiorem, & eundem cum intellectu essendi modum accidentariò participant. Metaphysicam verò Caietani in articulum illum tertium à Bannez ibid. approbatam quaestio 5. circa tertium argumentum, qua inuehitur intelligibile actu proximum speciei impressae, cuiusmodi est quidditas relucens in phantasmate per lumen intellectus agentis: hanc inquam Metaphysicam, non agnouit S. Thomas, eisque relucentia illa tantis offusa tenebris, vt nequeat intelligi, de quo alibi actum plenius. Idcirco ergo ponitur species, vt res de non actu intelligibili, fiat talis. Verùm si haec dumtaxat est necessitas ponendi species impressas in intellectu, sequitur nullas esse dandas species impressas pro rebus immaterialibus, quandoquidem hae sunt seipsis actu intelligibiles.

Itaque duplex videtur distinguendum intelligibile actu, nempe quod remotè tantùm, & quod proximè tale est. Res materiales, quia nullo modo habent ex se immaterialitatem, nullo modo sunt intelligibiles actu sed potentiâ tantùm, ideoque vt possint intelligi, est in primis necessarium vt per speciem fiant immateriales: at res spirituales, quia ob immaterialitatem sibi congenitam, non egent vestitu immaterialitate accidentaria, sunt ex se actu intelligibiles, seu ex se actu habentes proportionem cum intellectu: nec enim postulant beneficium illud, quod primùm exigitur ab obiectis materialibus vt possint per intellectum percipi, nempe transitionem in statum superiorem. Non tamen propterea sunt intelligibiles actu proximè, sed remotè tantùm, quatenus quod est intelligibile actu proximè, debet tale esse, vt nihil desit quominus intellectus possit illud reddere intellectum actu, quod non habent res immateriales, saltē quamdiu non coëxistunt potentiae, suntque sufficienter applicatae ad eius determinationem per seipsas. Quare vt fiant proximè intelligibiles, actu exigunt speciem, quae cùm non possit non esse intima potentiae, (est enim accidens illius,) determinat potentiam, eámque completè instruit, vt nihil in ea ex parte obiecti desideretur quominus obiectum immateriale, de intelligibili actu, fiat intellectum actu. Quae causa etiam est, cur obiecta materialia beneficio speciei impressae redduntur intelligibilia actu, remotè & proximè.

97 Sic exposita ratione intelligibilis actu, rectè dicitur, pro quibuscumque obiectis potentiae non intimis, tametsi spiritualia sint, esse necessariam speciem, cuius beneficio reddan-

reddantur actu intelligibilia: materialia quidem remotè & proximè, immaterialia verò proximè tantùm. Quia scilicet seclusa specie, intellectus non habebit id omne quod necessarium est ex parte obiecti, vt intellectio producatur, quod est obiectum esse proximè actu intelligibile. At vides, hanc probationem specierum attinere planè similem ipsam rationem à priori, quam sine tot ambagibus proposuimus. Cætera verò mysteria quæ Caietanus 1. p. quæst. 12. art. 2. excogitat in illo esse intentionali quod species confert reddendo obiectum intelligibile actu, quæque alij supra modum exaggerant, acutissimè speculati, per talem formam intentionalem obiecta accipere in actu primo, esse æternum, incorruptibile, immateriale, abstrahens ab hic & nunc, quale esse accipiunt in actu secundo per speciem expressam: hæc inquam & huiusmodi alia prætermitto, quia plus acuminis & ænigmatis, quàm vtilitatis continent, nec aliud ferè reipsa sub eis latet, quàm quod clariùs & breuiùs paulò ante proposui.

Habemus necessarias esse Intelligentiis species impressas, & quorsum. Nunc pro quibus obiectis eas exigant consideremus; quæ enim contra Intelligentiarum species impressas opponuntur, per se euanescent in sequentibus.

Ad quæ obiecta vsui sint Intelligentijs species impressæ.

98 Sicendo, ergo dari species necessarias esse Intelligentiis, pro primariis ipsarum obiectis siue materialibus, siue immaterialibus intellectui non coexistentibus, primò percipiendis, & vniuersè pro quibus obiectis recordatione recolendis. Cur me ad obiecta primaria restringam, ratio est, quia si quæ sunt obiecta secundaria quæ ab Intelligentia in primario aliquo obiecto cognoscantur, iuxta modum infrà explicandum tractando Diuinam Scientiam, non est quærenda secundariorum illorum obiectorū species, quamdiu vt secundaria cognoscuntur. Cùm enim vt sic, non videantur nisi in aliis obiectis prius ratione visis, species quæ erit vim Intelligentiæ, ad cognoscenda obiecta primaria, deseruiet quoque ad cognoscenda secundaria. Atque ita quia Deus est secundarium obiectum naturalis cognitionis Intelligentiæ, Deū in seipsa vt in medio cognoscentis, vt dicegi artic. superiore, non est quærenda species vlla impressa Dei in Intelligentia. Eodem namque actu, & seipsam, & Deum percipit. Quinetiam actus ille ob perpetuam ac immutabilem Dei attingentiam in obiecto illo primario clarè viso, nullam postulat complexionem aut modificationem qua extendatur ad cognoscendum Deū, quamuis vt aliqua in Deo clarè viso cernantur distinctè & sigillatim, meritò exigatur talis aliqua extensio, ob possibilitatem claræ Dei intuitionis sine distincta inspectione talis singularis obiecti, vt Christiani Theologi explicant.

99 Sistendo ergo in obiectis primariis, si agatur de prima perceptione, seu de quacunque notitia quæ non sit recordatio, constat obiecta materialia quomodocumque se habeant ad intellectum, & siue ab eo localiter distent, siue non distent, species exigere, quibus intelligibilia actu fiant & remotè & proximè, quod hæc obiecta non habent ex se, ob materialitatem suam, & ineptitudinē concurrendi ad expressionem qualitatis spiritualis per quam sunt attingenda.

At obiecta immaterialia, si nō excessi-[illegible] localiter intellectum Intelligentiae, exigunt speciem ad primam sui perceptionem. Vrgent enim quoad [illegible] hæc argumenta superius proposita, quibus generatim euicimus species Intelligentiarum. Si autem [illegible] Intelligentiarum. Si autem euincunt localiter intellectui Intelligentię non exigunt speciem. Hæc enim est [illegible] [illegible] obiecti non valentis per [illegible] seipsum actuare potentiam, vt loquitur Aristoteles 2. animæ t. 61. id est non valentis complere immediatè potentiam, & determinare eam ad rationem, & determinare eam ad [illegible] speciem actus. Atqui si obiectum immateriale adsit intellectui, potest [illegible] per seipsum præstare prædicta munera, sicut obiectum gustabile & tactile cum gustui & tactui apponitur, potest per seipsum sentiri, nulla sensibili specie impressa interueniente, vt suppono ex probabiliore Philosophica sententia.

100 Hinc porrò euidenter colligitur, Intelligentiam ad primam perceptionem sui ipsius, non egere specie impressa. Quam esse Theologorum & Philosophorum omnium communem sententiam, dixit Durand. in 2. d.3. q.6. n.8. addens, si idem non eueniret in anima nostra quamuis nostro intellectui coniunctissima, (quod item de spiritualibus nostris actibus & accidentibus, de quibus proximè actum est, dictum existimo,) causam esse, dependentiam intellectus nostri pro hoc statu à determinatione phantasmatica.

Colligitur itidem ad perceptionem primam quorumuis accidentium Intelligentiæ inhærentium, nullam exigi speciem, siue se habeant impertinenter ad Intelligentiam vt intelligens est, siue non, contra quàm inutiliter disseruit Valent. 1. p. d.4. q.7. p.3. ad 3. ad exigentiam enim speciei impressæ, nihil confert defectus illæ habitudinis perfectiuæ ac perfectibilis respectu intellectus, in quo defectu fundat Valentia necessitatem speciei impressæ, respectu accidentium Intelligentię, impertinenter se habentium ad intellectionem. Ratio siquidem generalis, non obstante hoc defectu, euincit speciem pro his obiectis primò percipiendis esse superuacaneam. Et ita ex communi Philosophorum consensu Sonc. 12. Metaph. q.19. ac nominatim ex Aristotele Iauellus ibid. q.16.

Denique inde idem colligitur, non Intelligentiam posse sine specie primò percipere aliam Intelligentiam indistantem, contra eundem Valentiam suprà p.2. & passim alios, generatim asserentes Intelligentiam ad alterius Intelligentiæ perceptionē exigere speciem. Affirmant tamen quod asserui, Molina 1. p. q.56. art.2. & Becanus 1. p. tract. 3. c.1. q.8. nec aliquid contra offertur quod vrgeat. Intelligentia namque percipienda, cùm sit proportionata Intelligentiæ eliciturę intellectionem, desitque inter eas seiunctio localis, optimè potest per seipsam exequi, quod per speciem vicariam agere deberet, si distaret. Vnio autem informatiua, vel identitas, quam Albertin. coroll. 1. ex 1. principio complexo n.10. exigit inter potentiam & id quod complet eam ex parte obiecti creati, reiicitur exemplo saporis qui non inhæret linguæ quam seipso determinat, sed succo sapido. In libro de causis propos. 8. significatur Intelligentias inferiores cognosci à superiore, quia sunt effectus eius, ac proinde ad modum obiectorum secundariorū attingi. Quod si verum esset, non exigerentur species ad notitiam illarum Intelligentiarum à superioribus eliciendam,

etiamsi loco distarent. Sed huius ratiocinationis fundamentum, seu quòd Intelligentiæ inferiores sint effectus superiorum, nullo modo est admittendum, eóque deficiẽte, corruit quod illi superstruebantur.

101 Iam verò quod attinet ad recordationem quorumcunque obiectorum Intelligentiæ, etiam semetipsius, & inexistentium sibi accidentium, affirmo exigi ab Intelligentia speciem impressam: etsi tamen etsi passim de Intelligentiæ substantia, eique internis obiectis, concedatur indistinctè, non esse pro eis ponendam speciem. Ratio dicti nostri est, quia obiectum recordationis non est tantùm res acta priore percepta, quæ perseuerare eodem modo potest post primam perceptionem, sed vt rectè tradit Scotus in 4. d. 45. q. 3. lit. B, ipsemet quoque prior actus quo res illa fuit præcognita, cadit in recordationem, & quidem vt præelicitus circa rem vt in his & illis circumstantiis, quarum vna est tale tempus. Nec sufficit attingere has circumstantias olim præcognitas, nisi recolantur vt præcognitæ, atque adeò nisi actus quo res percepta primùm fuit, recolatur. Et hæc causa est, vt Scotus etiam suprà attigit, cur non recordemur nos natos esse, tametsi adfuerit quisque cùm nasceretur, & multa sensibilia obiecta perceperit, sed nimirum ad recordationem oporteret obiecta illa percipi, vt præcognita, ita vt cognitio præelicita fieret partiale obiectum recordationis, quod tamen fieri nequit, quia vt res possit attingi quatenus præcognita, oportuisset ipsum actum cognitionis circa illam rem præelicitum, percipi reflexè cùm eliciebatur. Alioqui enim vnde constabit eum fuisse elicitum, & rem fuisse cognitam, quod, vt dixi, necessarium est ad recordationem: Item sicut obiectum debet esse præcognitum, ita & actus directus, qui est partiale obiectum. In prædicto autem casu sensus internus cuius est suprà externum reflecti, (ipse siquidem externus ob materialitatem non potest suprà se reflecti, sicut neque ipse internus supra seipsũ, quamuis bene possit reflecti suprà sensum externum, quã est inferior, & percipere actum eius:) in eo inquam casu sensus internus mole humorum obrutus, non aduertit externam sensationem, quæ tunc eliciebatur, ideóque hæc postea non potest recoli, sicque impeditur obiectorum illorum recordatio.

Quia ergo obiectum recordationis importat actum priorem circa rem, & actus ille saltem ordinariè durat tantùm breuissimo tempore, & quando cessauit non potest per seipsum determinare intellectum ad sui perceptionem, proptereà oportuit prouideri speciem impressam, quæ recordationi eliciendæ absente actu illo deseruiret. Quinetiam eo ipso tempore quo actus perseuerat, necessaria quoque est species ad eum recolendum, vt aliquo iam tempore præelicitum. Perseuerat enim retinens entitatem suam immutatã, atque ita sicut actus ille in primo instanti sui esse, non determinauit potentiam ad recordationem sui, vt præeliciti & præcogniti, ita nisi interueniret species repræsentans, & actum illum & circumstãtias quibus ille ante coëxtitit, non eliceretur recordatio, neq; actus recoleretur vt iam perceptus, & ante habitus, quod ad recordationem exigitur, sed duntaxat perciperetur vt præsens. Potuit quidem actus ille directus quo primum instanti fuit, esse sibi loco speciei impressæ, & per seipsum principiare actum reflexum,

quam cognoscerentur praesentes ipsius directi actus existentia. Tamen non potest sibi esse species cum recolendas nisi sibi esse species cum recolendas est, quia non potest similiter princeps actum recordationis. Quod causetur ex actum recordationis. Quod inde ostenditur, quia actus recordationis est is quo percipitur hanc rem fuisse perceptam, ac proinde est reflexus supra actum directum praelicitum. Haec autem vox *praelicitum*, satis tum. Haec autem vox praeteritum, illam actus, quae innuit intercessionem illam actus, quae exhibenda est per actum recordationis, nec debebat exhiberi per actum reflexum quo directus attingebatur, quia tunc actus non erat praeexistens, sed primo existens. Ergo quamvis recordatio quoad attinet ad perceptionem actus directi ante eliciti & iã praeteriti, non sit quasi vicaria actus illius reflexi, quo primum perceptus est actus directus cùm eliceretur, habeatque tantùm se vt iteratio & renouatio perceptionis illius reflexae; tamen quia actus ille directus, cùm primò per reflexum perciperetur, non erat praeteritus & praelicitus, nec vt talis exhibebatur, sicut postea se cùm recolitur, quamuis perseuerate supponantque propterea exigit speciem ad recordationem, quamuis eam non exigeret ad primam perceptionem.

Nec plura de obiectis ad quae visui sunt species, nunc ad eorum causam effectiuam veniamus, ex ea enim pendet resolutio reliquarum circa species difficultatum, vt multitudinis earum, & vniuersalitatis, ac temporis à quo insunt.

De causa effectiua impressarum Intelligentiae specierum.

102 TERTIÒ, dixi Intelligentiarum species, quoad illud quod habent antecedẽter ad actus Intelligentiarum, effici à Deo. Adhibeo hanc limitationem, quia in nobis qui possumus determinari ad primam rei perceptionem per sympathiam, nulla ponẽda est species impressa praeuia cuiusuis intellectioni, vt latè suo loco ostẽdi cum Gregorio in 2. d. 5. q. 2. a. 1. concl. 2. & multis aliis, quos adducit & sequitur Torres 1. 2. disp. 38. dub. 3. & q. 49. art. 1. sed ipse intellectus, qui propterea dictus est agens, mediante actu suo imprimit sibi species impressas, tanquam vestigium praeteriti motus intellectiui. At Intelligentia quae non est capax determinationis per sympathiam, exigit speciem etiam pro primo actu suo, qui tamen cùm non sit minus efficax quàm nostri actus, aliquid debet innuere quo consignatus intellectus possit recordationem promere, siue illud sit species noua, vt videtur velle Maior in 2. d. 3. q. 2. ad 1. contra 1. vocans eam, *filiam aliam*, siue tantùm sit modificatio speciei praeimmissae, quod verisimilius est.

Itaque quod dixi, Deum esse causam specierum Intelligentiae quoad illud quod speciebus illis competit antecedenter ad actus, perinde est ac si dixissem, modificationem illam effici ab ipsamet Intelligentia per actũ suum, ipsam tamen, vt ita dicam, speciei hypostasim ac fundum cuicunque actui praeuium effici à Deo. Ratio est, quia Intelligentia non potest aliunde huiusmodi formas accipere, quàm vel ab intrinseco, eas scilicet profundendo ad modum passionum naturalium; aut per intellectũ agentem (iuxta tritam vocis illius vsurpationem,) efformando: vel ab extrinseco, puta ab obiectis, aut ab aliqua superiore causa Intelligente creata, vel increata. Nulla autem huiusmodi causarum idonea est praeter vltimam, scil. Deum, ergo in ea sistendum est.

Talis causa non potest esse Intelligentiis intrinseca.

113 Nam quòd non possint species fluere effectivè à natura Intelligentiæ per modum passionum, indubitatum esse debet contra Bannem 1. p. quæst. 55. art. 2. dub. 2. passiones enim cùm sint corollaria essentiæ, quæ in omnibus fixa est & determinata, debent ipsæ quoque esse determinatæ & fixæ, tantum ex naturali exigentia rei citra aliorum beneplacitum & quæcunque extrinseca. Atqui species Intelligentiarum, ex natura rei non sunt determinatæ. Nam vel Intelligentia determinat sibi species omnium omnino obiectorum potentialium, & sic deberet habere infinitas species: vel determinat sibi tantum species rerum quæ de facto habent esse in aliqua temporis differentia. Et sic oporteret quoque eam instrui infinitis speciebus, nam res futuræ per totam æternitatem, sunt actu & categorematicè infinitæ prout sunt obiecta intellectui, seu (vt loquimur) in esse cognito, quamvis in esse exercito semper sint finitæ. Præterquam quòd non est verisimile Intelligentiam nulla prorsus possibilia cognoscere distinctè, & quoad eorum esse formale, cùm autem sit omnium par ratio, determinatio ad hoc possibile potiùs quàm aliud percipiendum eiusque speciem habendam, petenda erit à causa externa, non à natura Intelligentiæ. Ad hæc contingens est quod aliquæ creaturæ de facto existant, ergo contingens etiam est quod Intelligentia eas cognoscat, vel illarum cognoscendarum principia habeat. Non enim potest Intelligentia habere principia cognitionis huiusmodi rerum quandoque existentium, firmius secum connexa, quàm sit ipsa creaturarum illarum existentia cum ipsismet rebus, ne mensuratum excedat mensuram. Tota siquidem ratio, cur hæ species connectantur cum Intelligentia, dicitur esse existentia actualis obiectorum à speciebus exhibitorum. Si ergo species connecterentur Intelligentiæ, plusquam contingenter, existentia verò tantùm insit obiectis contingenter, mensura à mensurato excederetur vt per se patet. Tandem species est obiecti vicaria, destinatque ad instruendam facultatem cognoscentem, ergo debet ab obiecto, vel ab aliquo obiecti partes sustinente, subministrari, non autem ipsi facultati innasci. Quare falsum omnino est, species fluere ab essentia Intelligentiæ, tanquam passiones, perperamque aliquid id tribuit Capreolo & Caietano, quorum ille in 2. d. 3. quæst. 2. ad argumenta Aureoli contra 3. manifestè agit de latè sumpta efficientia, & connaturalitate specierum, quatenus scilicet species ex quadam latiori congruentia debentur Intelligentiæ, & illi sunt certum. Et ita Ferrar. 2. contra gent. cap. 98. Nec aliud (si bene expendatur,) sensit Caietanus eo loco qui ex eo adducitur, nempe 1. 2. quæst. 110. art. 4. Paulò durius loquitur Autor libri de causis prop. 10. eodem tamen modo exponi potest, ac etiam debet. Primò enim dicit formas quæ procedunt ex primis Intelligentiis, procedere processione vniversaliore: posteà verò subdit formas quæ procedunt ex primis Intelligentiis, (ad alias scilicet Intelligentias inferiores,) esse debilioris processionis, & minus vniversalis. At cùm omnium Intelligentiarum par ratio sit quoad hoc, debentque species consentaneæ cuique Intelligentiæ ei connaturales esse, si aliquæ sunt aliquibus Intelligentiis

gentiis connaturales, manifestum videtur nullas esse species, quæ sint [illegible] nullis esse species, quæ sint [illegible] Intelligentiis connaturales, iuxta Auctorem illum.

104 Quod verò species Intelligentiæ non dantur per aliquam Intelligentiæ facultatem, eo modo quo in [illegible] iuxta plerosque, intellectus agens cudit species impressas quæ [illegible] intellectui possibili, quibus quando obiectum [illegible] potest [illegible] in intellectum [illegible] potest [illegible] vel ei subiunctum intellectum agentem, vel ei subiunctam [illegible] quo is præmonstratur, celebratur operatio intellectus agentis, iuxta [illegible] illius entis plura accepti. Si enim posset species producere, non posita præmotione illa, oporteret vt ipsemet se determinaret ad effingendam [illegible] potius quàm illam speciem, ex tam multis, quas effingere potest: cum tamen potentiæ [illegible] tales, ac diuersorum effectuum elicitiuæ si libertate careant, aliunde exspectent determinationem. Atqui obiecta materialia nihil possunt in intellectum agentem, absque eo ei subiunctam Intelligentiæ potentiam submittere, & idem passim asserimus de obiectis spiritualibus comparatis ad [illegible] Intelligentiæ intellectum, ergo Intelligentiæ non efformant sibi species mutilatio intellectus agentis. Ex ita sentiant necesse est quicunque admittunt in Intelligentiis species vniuersales. Nam intellectus agens non operatur nisi iuxta præuiam determinationem ab obiecto factam, atqui ita, quia obiectum est singulare nec determinaret, nisi ad aliquod vnum singulare, species impressa determinationi ab obiecto factæ se accommodans, non esset nisi singularis & limitata ad vnum illud obiectum præcisèque careret vniuersalitate illa representatiua, de qua quæstio. Ita-que species Intelligentiarũ non competunt eis ab intrinseco.

Neque item potest esse causa Intelligentiæ extrinseca, creata.

105 Sed neque ab extrinseca causa creata, quamuis materialium obiectorum species, ab his obiectis inductum species, ab his obiectis imprimi Intelligentiis, sensisse videantur Scotus in 2. d. 3. q. vlt. & d. 2. q. 2. lit. N. & seqq. Maior dicta 3. q. 7. & Gul. Paris. 2. 2. de vniuerso, c. 69. & 70. parùm consentaneè ad ea quæ habet, ibid. c. 11. Est tamen hæc sententia omnino improbabilis, si vt verba sonant intelligantur. Sic enim Intelligentia deberet vti specie corporea, nam obiectum quod corporeum est, non potest aliam emittere: neque fingi potest, obiectum corporeum assumi ab ipsa Intelligentia ad efficiendam speciem spiritualem. Nam vt cætera omittam, Intelligentia non potest assumere quod non cognoscit, cognoscere autem nequit absque specie, ergo si assumeret obiectum eo modo, oporteret vt speciem haberet, priusquam illam sibi procurasset per obiecti assumptionem. Adhæc si Intelligentia exciperet species ab obiectis materialibus à se eleuatis, deberet eis contiguam esse, quia medium non est capax receptionis specierum spiritualium, nisi alia quoque pro medio eleuatio fingatur. Denique quomodocumque ea specierum Intelligentiæ ab obiectis materialibus diffusio defendatur, videtur per eam sterni via ad corporeitatem Intelligentiæ. Cum enim anima dicatur esse forma corporis, quia est capax emendicatę scientiam ab obiectis corporeis, vt ratiocinatur D. Thom. q. vnica de anima art. 1. *in fine corporis*, & sæpè alibi, & idem non dicetur de Intelligentia, si ipsa quoque similiter se habet ad

ad scientiæ præsidia ab obiectis haurienda.

Quæ verò opponi possunt, parui momenti sunt. Gulielmus suprà, argumentatur à pari. Existimat enim animam nostram, posse à sensibilibus non per sensus aut corpus, sed immediatè affici, aliquas ab eis impressiones recipiendo. Quod confirmat variis sui temporis exemplis, ac præsertim personę cuiusdã adamantis aliam, quam venientem, & adhuc per duo milliaria distantem præsentiebat, & in magno & amplo palatio absconditam, ipsa deforis existens nemine renunciante agnoscebat ibi esse. Ex quo infert animam quidem noui aliquid passam esse, (quomodo enim alioqui tam mirabiliter præsensisset aut introspexisset obiectũ?) Corpus tamen nihil recepisse, ac proinde animam per se immediatè fuisse alteratam. Idem infert ex cuiusdam à natiuitate cæci insignibus factis bellicis toto cæcitatis tempore. Quomodo enim alioqui, vel cognouisset hostes, vel à iaculis & sagittis hostium atque insidiis sibi cauisset, quod benè oculati vix possunt? Sed hoc quidem, de cæco milite, impertinens est ad rem præsentem. Ridiculum enim est existimare, animam illius cæci ab obiectis corporeis aliter fuisse immediatè affectam, quàm afficerentur iam olim, ac etiam nunc animæ eorum qui rectè vident: quas tamen constat non affici ab his obiectis, aliter quàm per sensus. Illa verò amantis ad personam amatam præsentiendam perspicacia, si naturales prudentis sagacitatis, attentis circumstantiis, fines excessit, (vt excessisse videtur,) opus dæmonis fuit. Reliqua item exempla, quæ Gulielmus adhibet & impertinentia sunt, & ad Diuinum motum, non autem ad obiectorum sensibilium actionem in animam, sunt referenda: vt illud quod adiit de domino cui abominabilia fiebant edulia à seruo apposita, quoties iteratum turpitudinis cœno animam inquinasset. Itemque illud de matre quæ filij interfectorem deprehendit, ex leni horrore quem in eius præsentia patiebatur. Non enim aliam hic horror causam habere quàm Deum vindicem potuit, vt rectè in simili casu cadaueris, interdum, (non enim semper, vt falsò à plerisque supponitur,) ad occisoris præsentiam sanguinantis, philosophantur Sibylla Decad. 5. c. 8. quæstione 4. Binsfeld. de confess. malefic. prælud. 12. in fine, Loyerus 4. de spectris c. 21. & alij in Physicis allegati.

106 Aliam causam creatam, efformandis Intelligentiarum speciebus destinatam inuenerunt Platonici, asserentes Intelligentias inferiores accipere species suas à superioribus. Quod significauit Autor libri de causis proposit. 10. Cæterùm quamquam aliquid haud grauatè concedam, Intelligentiam esse productiuam formarum intentionalium spiritualium, ac corporalium de quo infrà, agendo de vi transeunter operatiua Intelligentiæ, tamen nõ est verisimile vllam Intelligentiam quantumlibet depressiorem accipere omnes suas species à superiore. Vt enim alia prætermittam quæ Zabarella l. de mente agente, c. 15. accumulat, vt ostendat Intelligentias creatas non posse esse intellectum nostrum agentem, quæ huc facilè transferre liceret: vt inquam ea omittam, Intelligentia superior cùm ab intrinseco species non habeat, nec ab obiectis vel ab alia superiore Intelligentia creata, ne detur progressus in infinitum: necesse est vt ex increato fonte species hauriat. Quidni

ergo

ergo totidem quoque eas accipias inferior, cùm sit conterminum quoad hoc par ratio, magisque deceat comprincipia connaturalia, à naturæ autore permitteri, quàm aliunde accipi.

Aliquas tamen species immitti à superioribus Intelligentiis in inferiores, quas pro occasione doceant de re aliqua, non est quod negetur. Sed si Physicam potestatem intentionaliter commouendi Intelligentiis tenuimus conuenientem, vt tenendum esse ostendemus infra agendo de vi Intelligentiæ transeunter operatiua: tunc superior Intelligentia non erit specierum illarum causa nisi moralis (de qua nunc non agimus) quatenus scilicet agens externum ad Intelligentiæ superioris præsentiam vel exigentiam, succurrit eius defectui, & impotentiæ in emittendis speciebus, aut præmissis sui auxilio aliquo complendis, quæ vnica etiam est probabilis ratio defendendæ Scoti sententiæ superiùs propositæ, circa specierum receptionem ab obiectis. Superest tamen explicanda causa illa externa, Intelligentiarum species physicè producens. & seclusa obiecti & aliarum Intelligentiarum creatarum causalitate, nulla manere videtur creata causa, cui munus illud valeat competere.

Quæ tandem sit causa effectiua specierum intelligentijs impressarum.

107 Restat ergo vt recurramus ad causam increatam seu ad Deú, quem dicebam Intelligentiis species indere, consentientibus Platone, Plutarcho, Alexandro, vniuersè asserentibus Deum esse Solem intelligibilem, & species imprimere omnibus intellectibus inferioribus etiam humanis, vt latè refert Zabar. l. de mente agente c. 15. qui Aristotelem in eandem sententiam trahit cap. 11. & 12. Saltem verò quoad Intelligentiarum intellectum, videtur Aristoteles ita sensisse, vt agnoscit S. Thomas opusc. 15. c. item 15. nec est quod alias huius rei rationes quæramus, cùm exclusis aliis causis, non superfit alia.

Hinc rectè intelligitur, notitiam Intelligentiarum non impediri, vel minui ex locali præsentia obiecti aut ex medij cuiuscumque interpositione. Quod intelligo etiam quoad obiecta contingentia, contra Palacium in 2. d. 3. disp. 5. concl. 5. qui hæc obiecta perperam excipit. Ratio enim cur in nobis hæc impedimenta tollant omnino vel minuant notitiam obiectorum petitur ex eo, quòd intellectus noster non determinetur ad operandum, nisi præuia obiectorum operatione in sensum. Cùm ergo obiecta creata non possint agere ad omnem distantiam, vel quocumque medio interposito, facile est, vt obstructis per hæc impedimenta notitiæ nostræ fontibus, riuus siccetur. At Intelligentiæ cùm species diuinitus hauriant, nulla obiectis interpositione, vel quantouis medij interiectu, à cognitione medij existentis impediuntur. Et ita quoad distantiam S.Thom. 1. p. quæst. 55. art. 2. ad 3. & Abul. in cap. 25. Matthæi, quæst. 621. Ægid. in correctorio corruptorij 1. partis art. 18. ad 3. estque id peraccommodum, ad intelligendum quomodo Apollonius vt Philostratus de eo lib. 8. memorat, quo momento Domitianus Romæ interficiebatur, renunciare id potuerit Ephesiis. Quòd si interdum discursiones dæmonum legimus, ait D. Thom. supra, eas non ad referendum quod tunc alibi geritur, ab illis suscipi, sed ad aliquid operandum eo loco in quem tendunt. Quo in genere illustris est narratio

peregrinationum dæmonis cuiusdam, quo Iulianus Apostata tanquam exploratore vti solebatur, cui sancti Publij precibus, iniecta est decem dierum remora, tandemque necessitatis è medio itinere regressus fuit, vt memorat Cardin. Baron. anno Christi 363. Male ergo Gulielmus Parisiensis 1. 2. de vniuerso, cap. 40. censuit propinquitatem localem conferre Intelligentiis vt melius percipiant eminus. Cùm tamen, vt ipse idem rectè docet 2.2 de vniuerso, cap. 150. lumen doctrinæ, docente Magistro æquale ad omnes audientes perueniat; quia lux spiritualis non diffunditur per medium, & idcirco nec distantia minuitur nec propinquitate iuuatur; idem nobis dicendum est de Intelligentiarum notitia, cùm non diffusas per medium corpus species. Denique ridiculè quidam Tuciens Ambrosius apud Anniaum l. 5. c. 7. commentus est dæmones inter se Scripturam & literas ad dissita cognoscenda, vti apud nos assolet, adhibere. Nec magis sapiebat Menedemus Philosophus apud Laertium lib 6. sub finem, sumpto habitu Furiæ circumibat, explorans quis quid ageret, speculatorem se ex inferis à dæmonibus missum dictitans, vt dæmonibus aliòqui ob distantiam ea ignoraturis, renunciaret quæ vidisset.

Corollaria de vniuersalitate & numero specierum Intelligentiis impressarum.

108 Iuxta hæc facilè intelligitur quomodo species Intelligentiarum possint esse vniuersales in repræsentando, seu tales, vt tametsi singulares sint, nec solas naturas vniuersales repræsentent sine differentiis inferiorum, non debeant tamen multiplicari pro singulis obiectis, sicut fit in nobis. Id enim idcirco nobis contingit, quia species haurimus ab obiectis interuentu sensuum: At Intelligentiæ cùm species accipiant à Deo, possunt eas ita perfectas accipere, vt vna ad variorum obiectorum repræsentationem sufficiat, quod est eas esse repræsentatiuè vniuersales, quales esse species Intelligentiis impressas affirmatur propos. 4. & 10. de causis, vbi species Intelligentiarum pro maiore Intelligentiarum ad Deum accessu, dicuntur esse vniuersaliores; vnde etiam argumentatus est ex S. Thom. Capreol. in 2. d. 3. q. 2. concl. 2. & ex Platonicis Ficinus 16. de immortal. cap. 1. Nec malè Iauellus in propos. illa 10. concl. 2. obseruat, hanc vniuersalitatem specierum perfectioribus Intelligentiis competentem, inde suaderi, quod in ordine corporum, inferiora corpora vt elementa & mixta, quia viliora sunt parùm agunt per multas qualitates: superiora verò nempe cœli & sydera, quia nobiliora sunt, per vnicam superiorem qualitatem nempe lucem, exequuntur innumera. Idem ergo videtur censeri debere in ordine intelligentium, & ita reuera contingit admissa vniuersalitate specierum. Ex Aristotele & Commentatore eamdem vniuersalitatem eruere conatur Sonc. 12. Metaphys. quæst. 60.

Quæ autem contra eam opponit Scotus in 2. d. 3. quæst. 10. parui sunt momenti. Non enim (quod ille absurdum existimauit) absurdum reuera est, eamdem entitatem speciei, esse similitudinem non formalem & vniuocam, qualis est inter duo alba, sed virtualem & æquiuocam, duorum obiectorum; eo modo quo voluntas nostra est æquiuocè similis pluribus & diuersis specie actibus quos producere potest. Neque item ex vni-

uersalitate illa, sicut male Scotus existimauit, sequitur speciem vniuersalem plurium simul exhibitiuam, tantùm vnius alicuius naturæ specificæ, fore infinitam, quippe quæ exhibitiua etiam foret infinitorum intra illam vnam speciem differentium, atque adeò æquiualeret infinitis speciebus repræsentantibus illam infinitatem. Hoc inquam, (vt alia argumentationis illius vitia taceam,) non sequitur. Nam vt aduertit Gregor. in 2. d. 11. q. vnica *ad confirmationem tertij contra* 1. calculatio illa quam Scotus in argumento vsurpat, non valet nisi cùm argumentum sit vniuocè in eadem forma secundùm extensionem vel intensionem. Quod hîc non contingit, ac proinde sufficit vt species illa vniuersalis, sit superioris rationis; sic enim tametsi finita sit, æquabit, vel etiam excedet vim infinitarum specierum inferiorum. Sicut minimus intellectus, quia est superioris rationis, excederet infinitos sensus, si tot esse possent, nec vnquam æquaretur à sensu quantumuis infinitis crementis aucto intra proprium genus.

109. Sed addendum est & ad multas easque implexissimas difficultates elucidandas diligenter notandum, naturæ perfectionem non ita esse mensuram huius vniuersalitatis specierum, quasi ea maior vel minor vniuersalitas sit aliquid debitum maiori vel minori perfectioni essentiali Intelligentiæ. Id enim falsum esse ex eo patet, quòd modus ille attemperandi specierum vniuersalitatem cum perfectione naturæ, non potest habere locum in infinitis Intelligentiis, saltem versùs producibilibus. Nam dato quòd Intelligentia imperfectissima, quæ nunc est, intelligat omnia obiecta sua connaturalia v.g. per decem species, non plures ab earum vniuersalitatem: oporteret proximè superiorem obiecta illa intelligere tantùm per nouem species: tum aliam duabus his superiorem, egere tantùm octo speciebus, ad illa eadem obiecta percipienda, atque progressu facto perueniretur tandem ad vnam Intelligentiam productam vel producibilem, quæ vnica ad hoc ipsum specie egeat. Cùmque supra illam superfuturæ sint infinitæ producibiles, oporteret has omnes quamuis perfectione longè dispares, vnicam tantùm speciem omnia habere pro illis iisdem obiectis. Et è contra si verum est species esse in infinitum multiplicabiles, etiam deorsum versùs, sequeretur iuxta illam regulam de vniuersalitate specierum aptanda ad essentiæ perfectionem, sequeretur inquam, infinitas Intelligentias intelligere quandam summam obiectorum per species plures, quàm nos, quod est manifestè absurdum. Sequela ostenditur, quia dato quòd infima Intelligentiarum nunc existentium, ob excessum illum certum quo nos excedit, intelligat per vnam speciem vniuersalem quod nos intelligimus per decem, oporteret Intelligentiam imperfectiorem illâ quæ nunc est infima, si à Deo produceretur, exigere plures species ad illam eandem obiectorum summam percipiendam: non quòd exigeret tot species quot nos exigimus, sed quòd plures exigeret quàm infima Intelligentia quæ nunc est. Exigat ergo verbi gratia duas. Rursus autem secunda Intelligentia inferior producibilis, deberet intelligere illam eandem obiectorum summam per plures species quàm exigeret prior, atque adeò saltem tres species postularet. Cùm ergo Intelligentiæ deorsum versùs producibiles, sint infinitæ, si per quacumque imperfectiore Intelligentia

essent augendæ species, (vt sanè essent augendæ iuxta illam regulam,) tandem deueniremus ad vnam Intelligentiam, quæ illa obiecta intelligeret per totidem species, per quot nos ea intelligimus, superessentque infinitæ inferiores Intelligentiæ, quæ vtpote illa ad quam in eo progressu deueniremus imperfectiores, deberent eadē illa obiecta intelligere per plures species quàm nos ea intelligamus. Itaque quamuis Deus quoad Intelligentias de facto productas, specierum vniuersalitatem accommodarit perfectioni Intelligentiarum, dando perfectiori Intelligentiæ vniuersaliorem speciem, minus autem perfectæ, speciem minùs vniuersalem, tamen natura Intelligentiæ non habuit exigentiam, vel connaturale debitum, certæ vniuersalitatis in specie sibi conferenda, sed tantùm aliquam congruitatem, quamdiu id patitur ordo rerum.

Potest tamen cum Aquilano in 2. d.3.q.5. sub finem, Lincolniensem allegante, concedi quòd perfectiores Intelligentiæ possideant connaturales species, eorundem obiectorum clariùs & distinctiùs exhibitiuas, quatenus ob maiorem suam perfectionem ac plenius lumen intellectuale, sunt distinctiùs perceptiuæ obiectorum. At longè aliud est species vniuersaliores esse, aliud esse distinctiores. Qui enim sunt potentia visiua hebetiore, non habent species visibiles minùs vniuersales, sed minùs perfectas ob subiecti indispositionē: sed vtrique quamuis habeant totale visionis principium æquè vniuersale, non habent tamen æquè perfectum, & æquè distinctè exhibitiuū obiecti. Ex quo fit, vt indistinctiùs conspiciant, cogunturque circumducere obiectum, vt pluribus actibus adæquent distinctiorem perfectioris visus inspectionem. Idem ergo proportione seruata cōtingit imperfectioribus Intelligentiis, quas proptereà S. Dionys. c.15. cœlest. hierar. docet cogi intellectu suo tanquam dentibus, concidere in plura pabulum, quod superior Intelligentia integrum genuit.

110 Iam verò ex proposita specierum vniuersalitate, facilè erit colligere, nihil de numero specierum cuiuis Intelligentiæ collatarum cōstare certò posse. Species enim illæ sunt vniuersales, nec potest ex obiectorum multiplicitate colligi multiplicitas specierum, quia non respondent singulæ singulis obiectis, sed vna pluribus: aliunde verò destituimur sufficiente fundamento quicquā de actuali specierū Intelligentiis de facto collatarum vniuersalitate statuendi, non modò intra naturale lumen, sed etiam consulta reuelatione, & sacra auctoritate, quæ hîc prorsus silet. Quo ergo argumento ducti diuinare poterimus quanta sit vniuersalitas specierum de facto Intelligētiis inditarum, seu quàm multa per vnam ex illis quas habent speciebus percipiant, vt inde subinferamus quot nunc species vnaquæque obtineat? Et quamuis obiecta quæ per vnam speciem repræsentantur, debeant conuenire in vna aliqua ratione communi repræsentabilitatis fundamentalis, vt rectè vidit Caietanus 1.p.q.55. artic.3. sicut omnia visibilia conueniunt in illa proportione quam habent ad visum, quæ visibilitas fundamentalis passim dicitur; tamen nemo scire potest quousque illud vnitatis speciei fundamentum obiectis interueniens, porrigatur respectu vnius speciei. Quia sicut receptissimum est, speciem quò perfectior est, eò latiùs patere, & plurium obiectorum exhibitiuam esse, ita

ita repræsentabilitas seu proportio illa obiectorum plurium, ratione cuius vna species potest ea exhibere, prout species perfectione potentior vel angustior est, ac proinde æquè incomperta ac ipsa vnitas speciei. Concludendum itaque est, in Intelligentiis perfectioribus dari species perfectiores, & vniuersaliores, atque adeò pauciores; Quot autem in vnaquaque Intelligentia sint, occultum esse.

Quandonam species Intelligentiis imprimantur.

111 QVARTÒ, & postremò egi de tempore ex quo Intelligentiæ suas illas species à Deo acceperunt, circa quod variant sententiæ. Nam D. Thomas & Thomistæ, species Intelligentiis coæuas ponunt. Scotus cum suis, adhærentibus asserunt ... aliqui vt Conimbric. d. 5. de anima separ. art. 6. sub finem, contendunt Intelligentias habere ab initio species rerum duntaxat abstractarum, pro occasione autem & in tempore, accipere species intuitiuæ notitiæ deseruituras. Mihi media quædam via placet, iuxta quam priores sententiæ conciliari fortè poterunt vt infrà attingam. Aio igitur species ab initio collatas esse Intelligentiis, propter Thomistarum rationes, eas tamen species Intelligentiis coæuas, esse incompletas, ac mancas; completas autem pro opportunitate.

112 Vbi ante omnia obseruandum est speciem impressam spiritualem duo posse importare, æquè ac speciem corpoream, in qua distinguimus aliquid veluti fundum & hypostasim, aliquid verò tamquam extensionem. Proposito enim obiecto sensibili vniformi, verbi gratia albo tripalmari, cuius vnus duntaxat palmus detectus sit, producitur species pupillæ æqualis, quæ est repræsentatiua albedinis illius, quasi specificè spectatæ in omnibus partibus vniformibus. Nam nisi vnica illa species sufficeret, sequeretur admittendam esse pro omnibus infinitatem specierum pupillæ æqualium. Quia tot essent ponendæ partes speciei pupillæ æquales, quot sunt partes proportionales in obiecto visibiles ex tota pupilla: ad visionē enim partis alicuius in tota pupilla peragendam, exigitur species eius, toti pupillæ æqualis. Dantur autem infinitæ partes proportionales albedinis illius ex tota pupilla visibiles, sunt enim in albo illo tripalmari infinitæ tales partes, & nulla earum est quæ visum non terminet, saltem vt aliis coniuncta. Ergo cùm non dentur infinitæ partes speciei, æquales toti pupillæ, danda est vna species, quæ pro omnibus vniformibus obiecti partibus repræsentandis sufficiat. Hanc ergo speciem quoad ipsam eius (vt ita dixerim,) hypostasim, omnes partes tunc detectæ producunt communi impensa, & in eiusdem operis societatem adsciscunt reliquas vniformes eiusdem obiecti partes, cùm primùm hæ detectæ fuerint, tantùmque mutabitur actio quæ priùs species ab aliis tantùm partibus dependebat. Omnes enim illæ partes quoad rationē quasi specificam sensibilis in qua conueniunt, computantur quasi vnum obiectum, & vna specie sunt contentæ. At materialis seu entitatiua multiplicitas, secundùm quam partes illæ differunt, non exhibetur per speciem nudam, sed tantùm accedente extensione, seu modificatione peculiari, quam pars quælibet suo (vt ita dicam) sumptu, & in suum peculiarem vsum adiungit hypostasi illi, seu fundo speciei sensibilis, quæ alioqui futura esset inutilis, ac nihil prorsus re-

præsentaret sensui, quia sensibilia nō sunt naturaliter repræsentabilia nisi vt extensa. Quæ omnia suo loco plenè stabilita, & exposita sunt, & eodem modo contingunt in specie expressa sensibili siue in visione obiecti vniformis, siue essentiæ detecti, vt rectè Vasq. 1. p. d. 51. num. 6. & Salas tract. 1. d. 4. num. 115. malè enim in tali casu infinitas visiones admittunt Gregor. in 1. d. 17. quæst. 2. art. 2. ad 4. contra priores conclusiones & (vt videtur) Ocham. quodl. 1. quæst. 9. in fine, Mayro. quæst. 19. prologi ad 15. & Capr. in 2. d. 5. quæst. 1. *ad quartum secundæ huius contra conclusionem*. Similiter ergo dico distinguenda esse duo illa in specie impressa Intelligentiarum, tametsi spirituali. Ita vt per illius velut hypostasim modificationi substratam, exhibeatur obiectum secundum essentiam suam, per extensionem autem seu modificationem, exhibeatur singularitas obiecti.

113 Iam verò fundum illud dico conferri Intelligentiæ ab initio creationis suæ. Et hoc suadent quæ congeruntur ab assertoribus connatarum Intelligentiis specierum, ac nominatim analogia materiæ cœlestis & sublunaris ex vna parte, & intellectus Angelici ac humani ex altera, quam in hanc rem adhibent Platonici apud Ficinum 12. de immort. c. 1. Quemadmodum enim in ordine corporeo, materia cœlestis est ab initio instructa omnibus formis quarum est capax, materia verò sublunaris successiuè perficitur: ita in ordine intelligibilium, illud quod correspondet cœlesti materiæ, debuit ab initio formis omnibus sui generis, id est speciebus sibi consentaneis instrui, nostrum verò intellectum, quia correspōdet sublunari materiæ, satis fuit sensim perfici pro obiectorum accessu. Mirum porrò est, Scotum & alios aliquos, tanto impetu in hanc argumentum insurgere, cùm non adhibeatur vt demonstratio, sed vt manuductio. Tradidit vt minimum hanc dicti nostri partem auctor propositionis in de causis, verbis illis: *Omnis Intelligentia est plena formis*, facileque est iuxta eam, vitare infinitatem specierū pro infinitis singularibus numero tantùm diuersis, si tot esse supponantur. Cum enim conueniant in essentia, rectè intelligitur ea esse repræsentabilia vnico veluti fundo, seu quasi substantiâ vnius speciei impressæ, sicut plures partes extensionis vniformis, ob conuenientiam specificam exhibentur per speciem, quæ vna est quoad fundum. Itaque commodè vitamus infinitatem illam specierum, nec necesse nobis est cum Scaligero exercit. 359. num. 11. asserere, Intelligentias non habere species infinitas, quia singularia repræsentabilia non sunt infinita, & quia Intelligentiæ sine illo habitu concreato vident omnia per habitum diuinæ visionis. Sane ex præmissis, quamuis supponamus singularia infinita esse, tamen vnicum ad ea speciei fundum sufficiet. Dicere autem quòd Intelligentiæ per Diuinam visionem omnia cognoscant, impertinens est, non enim agimus de notitia supernaturali, sed de naturali, qua etiam sola pollent dæmones.

114 At extensio qua species complectitur vt singularitatem obiecti exhibeat, tunc tantum confertur cùm opportunitas aduenit, atque adeò partim confertur ab initio creationis Intelligentiæ, quia iam tunc erant multa singularia per Intelligentiam cognoscenda, partim paulatim in tempore. Quod confirmant omnia illa quæ adducunt assertores specie-

rum

rum successiuè, ac in tempore collatarum. Indéque facilè rationem reddimus, cur Intelligentia tametsi species ab initio habeat, non cognoscat tamen singularia posteà aduentura, quæ non debuit ab initio cognoscere. In quo laborant qui species completas Intelligentiis coæuas ponunt. Quod cum Argent. in 2. d. 7. quæst. vnica, art. 3. & Ægid. in correptorio corruptorij 1. p. art. 18. ad 1. & multi Recentiores, huic incommodo occursuri, affirmant, nempe eandem speciem, absque mutatione, repræsentare obiectum cùm est, & non posse repræsentare cùm non est, defendi non potest. Prædicamentum enim absolutum, cuiusmodi est esse repræsentatiuum in actu primo, non potest conuenire, & non conuenire rei, sine aliqua interna mutatione illius: respectus autem quem species importat ad obiectum, non est respectus categoricus qui ad termini positionem aut ablationem exurgit vel cesset, sed est respectus transcendentalis, qui coexistentiam extremorum non exigit, nec extrahit speciem ab ordine entium absolutorum; alioqui nulla res absens posset cognosci per speciem, quod tamen falsitatis conuincitur, cùm in sensu, tum in intellectu. Nam intellectus quidem præterita percipit, quæ non sunt ampliùs, nec refert quòd fuerint, quia etiam futura, quamuis nunc non sint, tamen postea erunt, & nihilominus dicunt aduersarij, speciem tamen completam non exhibere illa quia nunc non sunt. Quomodo ergo exhibet præterita, quæ ex quo præterierunt, non plus participant esse actuale, quàm futura? Item intellectus, cùm falsò iudicat aliquid esse quod non est, vtitur specie sua, quæ proinde tunc repræsentat quod non est. At verò sensus externus de potentia absoluta & vt multi contendunt, & inter eos Vasq. 1. p. d. 38. num. 9. de potentia ordinaria, remoto obiecto paulò viuidiore, sensationem eius adhuc elicit per species reliquias in sensu externo ad aliquam moram perseuerantes. Species item sensus interni, seu phantasma efformatum præsente obiecto, perseuerat idem met, cessante operatione sensus externi.

115 Itaque repræsentabilitas speciei, cùm sensibilis, tum intelligibilis, non est sicut relatio categorica, quæ accedit fundamento, vel ab eo remouetur, pro accessu aut remotione termini connotati, sed quamdiu species eadem est & immutata, idem semper repræsentat in actu primo, siue adsit terminus repræsentandus, siue desit. Ac proinde rectè assumpsimus Intelligentiam, si haberet ab initio completam speciem futurorum, intellecturam futura, quamuis necdum sint actu. Quæ difficultas Aduersariis grauis, nobis non facessit negotium, quia negamus speciem esse completè repræsentatiuam huius singularis, nisi extendatur ad illud per modificationem, fundo speciei præiacenti superadditam, cùm opportunitas cognoscendi illud singulare nata est. Posset quidem dici denegari à Deo concursum ob exigentiam statuum futurorum, & adiuncta illa quæ cum eis cognoscenda essent, vt suo loco diximus. Quominus tamen ita in hac re philosophemur, ratio est, quia denegatio illa concursus, positis principiis omnibus necessariis, includit violentiam aliquam Intelligentiæ à Deo factam respectu intellectionis futurorum; quæ violentia & difficultas inde exorta, quamuis deuoranda sit, cùm ex reuelatis adigimur ad eam admittendam, vt contin-

gi in confusa secretis, tamen cùm non ita adipiscimur vitanda est. Vitatur autem in eo philosophandi modo quem secuti sumus, & à sensibilibus in quibus etiam locum habet, huc transtulimus. Igitur novus hic obiecti status, de quo agimus, cùm sit obiectum minus praecipuum, contentum est modificatione peculiariter sibi respondente. Sicut sensibile commune sufficienter exhibetur facto accessu modificationis cuiusdam, ad speciem sensibilis proprij exhibitricem. Similiterque pars obiecti sensibilis occulta, cùm decipitur, contenta est modificatione speciei patiacentis sibi peculiariter respondente: sic etiam obiectum futurum, cùm è nihili latebris veluti educitur in existentiae lucem, hac modificatione novo statui suo respondente, contentum est. Hanc verò modificationem speciebus à Deo suo tempore imprimi, probari potest iisdem rationibus, quibus supra ostensum est, species ipsas Intelligentiarum, non aliunde quàm à Deo ortum habere.

116 Erit autem fortassis hic modus de Intelligentiarum speciebus philosophandi non inidoneus, ad conciliandas varias in hac re Autorum sententias saepè tactas. Nam qui species Intelligentiis connatas ponunt, eò quòd eas à Deo accipiant, cui nulla est causa retardandi beneficentiam suam, facilè intelligi poterunt de speciebus spectatis quoad illud quod est in speciebus principale, nempe quoad hypostasim: Qui verò species negant esse connatas, possent intelligi ratione complementi & modificationis expositae. Et ita videtur exponendus Gul. Paris. secum alioqui pugnantius. Nam 2.2. de universo, c.30. & 31. late contendit, Intelligentias omnem suam scientiam habitualem, in qua species importantur, simul & ab initio accepisse à Deo. Capite tamen 32. & 41. & 44. negat eas accepisse ab initio, scientiam omnium naturaliter ab eis scibilium. Quod annotandum est, ne quis putet eum duntaxat astruere Intelligentiarum profectum in scientia, ratione supernaturalium obiectorum & revelationum. Nam quamuis haec quoque immisceat, tamen agit praetereà de multis naturalibus obiectis, quae vult in dies addisci ab Intelligentiis, in quo Aristotelem refellit, locis postremò allegatis, rursúsque à c. 62. ad 65. & c.75. & 150. Putat enim Aristotelem asseruisse Intelligentias esse actus prorsus completos, & additionis omnino incapaces, quod tamen Philosopho imponi, supra ostensum est, & rursus paulò post attingetur.

ARTICVLVS VI.

De Intelligentiarum intellectione generatim.

117 AB obiecto progredior ad actum de quo primùm generatim inquiram, sitne vera forma ab intellectu Intelligentiae distincta, & cuius essentiae sit, nempe ad primamne, an ad secundam, an ad tertiam operationem mentis pertineat. Tum pauca de speciali quadam intellectus Angelici operatione, seu de locutione, eique connexa auditione, quantum fines nostri patientur, subiiciam.

ASSERTIO.

Intellectio est vera forma à parte rei superaddita Intelligentiae: plerumque quidem incomplexa, nempe

quoties

gnotio est immediata vtriusque extremi intuitio, aut vnius eorum perceptio in alio euidenter ac per se cognita: aliàs verò ex indicio, tùm enuntiatiuo, tum illatiuo, & præsuppositis ad ea operationibus copulata.

PRIMÒ, Dico intellectionem esse formam Intelligentiæ superadditam, & ab ea re distinctam, non minùs quàm nostra intellectio à nobis distinguitur. Contrarium paulò ante Aristoteli tribuebat Gul. Parif. idémque de Philosophi mente pronunciant Bonetus 3. Theolog. c. 2. Vasq. 1. p. d. 198. c. 1. & alij apud Baconum quodl. 4. q. 5. art. 3. qui refert idem tributum fuisse Commentatori 12. Metaph. ad t. 51. vbi Alexander idem videtur velle. Sed & Autor libri de causis propos. 7. sub fin. expressè ait, *Quòd Intelligentia & eius operatio non possunt separari, quia patet, quòd ambæ sunt vna res.* Et propositione 2. ait, *esse Intelligentiæ, esse cum æternitate, quoniam est esse secundum habitudinem vnam, & non diminuitur, nec alteratur*, nec quoad operationem quidem, vt exponit ibi D. Thomas, lect. 2. expressèque habetur ex Proclo, quem allegat ibi D. Thom. idque esse apud omnes Philosophos, tanquam principium, dicit Iauellus in eandem 2. proposit. *circa conclusio.* Inde autem haberi videtur indistinctio intellectionis & Intelligentiæ. Quam insuper aliqui, saltem quoad ipsamet Intelligentiæ perceptionem, tribuunt Durando, eò quòd in 2. d. 3. q. 3. n. 5. dicat, intellectionem Intelligentiæ percipientis alia à se, distingui ab Intelligentia. Et meliùs tribueretur Aureolo, qui ita Philosophum & Commentatorem sensisse, & posse etiam à Theologo asseri, dicit apud Baconum suprà. Tandem indistinctionem Intelligentiæ & intellectionis, quoad absolutum per intellectionem importatum, atque adeò quoad totam eius entitatem intrinsecam, asseruit Bonetus 3. Theolog. c. 4. §. *de veritate.* & c. 2. § *habet autem.*

Distinctio intellectionis ab Intelligentia, stabilitur.

118 Nihilominus quod asserui certissimum est, vt latè probat Gregor. in 2. d. 7. q. 2. art. 1. expresséque asseritur ab Augustino apud Prosperum, sententia 366. his verbis. *Nullam etiam incorpoream naturam, verè simplex substantia est, cui non hoc est esse quod nosse: potest enim esse nec nosse.* Hæc ibi, quæ efficacissimè probabit Christianus Theologus, ex eo quòd pleræque Intelligentiarum intellectiones, sunt supernaturales, pleræq; necnon sunt malæ moraliter: certum autem est substantiam Intelligentiæ neque esse supernaturalem, neque moraliter malam. Ergo saltem prædictæ intellectiones ab ea differunt, præsertim cùm tempore subsequantur Intelligentiam, nec fuerint in ea (saltem aliquæ ex supernaturalibus, & omnes quæ malæ sunt,) iam ab ipso initio existentiæ eius. Non videtur autem diuerso modo philosophandum de aliis intellectionibus Intelligentiarum. Nam quantum in nobis ipsis experimur, eodem planè modo se habet intellectus ad intellectionem supernaturalem, & ad naturalem, itémque ad intellectionem malam, & ad non malam. Si ergo aliquæ intellectiones reipsa superueniunt Intelligentiæ, ergo & omnes.

119 Sed dimisso superiore lumine, facilè est etiam intra naturæ fines, hanc veritatem stabilire. Nam intellectio directa creata, aliquo tandem modo à parte rei differt à reflexa, vt infrà dicam, cùm de Diuina veritate.

Atqui

Atqui Intelligentia potest naturaliter scire se scire: ergo eius intellectio, non est idem quòd substantia eius. Nam si reflexa est aliquid adueniens quidni & directa? Item suprà ostendimus, Intelligentias non omnia ab initio scire, etiam quæ naturalia sunt, nec sunt ordinis Diuini. Hoc autem euidenti argumento est, intellectionem quoque naturalem quippe aduentitiam, distingui ab Intelligentia à parte rei.

Nec dissentire Aristotelē, & Commentatorem, luceis quæ suprà opponebantur, affirmat Baconus supra. Et sanè Aristoteles textu illo 51 de Deo solo agit, in quo rectè affirmat intellectionē esse ipsam eius substantiam. Tametsi vna eius rei ratio, quam petit ex defatigatione Deo obuentura, si intelligeret per actum sibi additum, inanis est: quia vt bene tradit malus Autor, Arrius in disputatione Nicæna cum Arian, paulò post initium, defatigatio tantùm oritur ex consumptione spirituum, & materialitate potentiæ cognoscentis. Maior in 2. d. 3. quæst. 2. ad 2. contra 2. ait Aristotelem 3. animæ t. 15. asserere, in immaterialibus intellectum, id est, vt ipse exponit, intellectionem actualem, & quod intelligitur, idem reipsa esse. Sed Aristoteles disertissimè agit de intellectu sumpto per modum actus primi, seu de intelligente, quod certè affirmat posse intelligere seipsum: non tamen ait, quod se eadem secum intellectione percipiat, vt illam malè Maior glossat. Proclum, & Auctorem libri de causis, qui supra in contrarium allegabāntur, exponere fortasse possimus de immutabilitate intellectionis, tametsi distinctæ ab Intelligentia à parte rei. Scotus tamen in 2. d. 2. quæst. 4. ad 1. principale, disertè fatetur auctorem libri de causis (atque adeò etiam Proclum, cuius breuiarium sunt propositiones illæ de causis) reijciendum esse in hac re: eò quòd ex fallis principijs philosophatus, supposuerit Intelligentias esse Deos quosdam, & inde suam illam sententiam hauserit de æternitate operationum Intelligentiæ, & huius cum illis identitate.

Cadítne in Intelligentias mentalis compositio, atque diuisio.

220 SECUNDO, partim concessi, partim negaui Intelligentijs formale iudicium, (quale scilicet in nobis est, ex triplici specie expressa, vel ex duabus comparatiuis conflatum) & discursum. Et iudicium quidem admisi quoties extrema de quibus Intelligentia pronunciat non sunt ei euidenter cognita, vel certè non ita se habent, vt vnum ex eis, in alio euidenter percepto cognoscatur. In vtroque enim illo casu non esse concedendum Intelligentiæ formale iudiciū, constare potest ex radice compositionis & diuisionis, de qua præter cæteros diligenter agit Valentia 1. p. d. 1. quæst. 16. p. 2. breuiter autem dicetur cum Durando in 2. d. 18. q. 2. num. 5. radicem illam non aliam esse quàm debilitatem & imperfectionem virtutis intellectualis, ex qua prouenit quòd intellectus diuersa extrema siue re siue ratione distincta, & adunationem aliquam sortita, non intelligit vno actu, sed pluribus ac varijs ad constitutionem vnius tertij aggregatis, iuxta probabiliorem sententiam de physica constitutione secundæ operationis, quam tamen Durandus suprà minùs probat.

Itaque intellectus debili lumine intellectuali præditus, cuiusmodi est humanus, primum quidem per simplices conceptus inadæquatos attingit

gi conceptus obiectiuus extremorum; qui vt actibus illis substant, sine vnum sunt, sed per formale actionis enuntiatiuæ, seu per tertium illum conceptum mentalem, qui correspondet copulæ verbali in enuntiatione vocali, aut certè (vt à sententia non omnino certa abstineamus) per connexionis extremorum relationes, aduertimus. Et ideò pulchrè Aristoteles 3. de anima tex. 21. asserit actionem intellectus componentis esse similem illi actioni, quam amicitiæ tribuebat Empedocles, contendens fuisse quondam multa capita, colla, pedes, & cætera membra seorsim posita, & dissoluta; postmodum verò per amicitiam congregata, & in vnum redacta. Eodem modo ait Aristoteles, obiecta intellecta esse primum in mente seiuncta, deinde verò actione intellectus adunari, seu componi, vnde actio illa, compositio dicta est; nec aliter proportione seruata de diuisione est censendum.

121 At Intelligentia cuius longè perspicacior est mentis oculus, cùm extra se eam vel intuetur, aut vnum extremum in alio euidenter percepto tanquam in ratione formali præcognita intelligit, non ita se gerit. Nam si in ipsa re quam intuitiuè percipit, pluralitas nulla interna fuerit, non componit aliquam rei illius perfectionem, cum eadem re concepta ad modum subiecti (alioquin non conciperet rem sicuti est, nec intueretur eam) contra suppositionem. Quòd si prædicatum & subiectum nostræ enuntiationis re distinguantur, nec nisi ratione identitatis in eodem supposito aut subiecto coniunctum, non quidem plures sibi simplices actus extremorum formamus, atque vtrumque separatim adstringimus quo illa vinculamus. At Intelligentia, si extrema illa ob naturalem aliquam connexionem simul attingibilia sunt, (vt exemplo causæ & effectus in ea cognitis mox patebit), simplici & indiuisibili actu in vtrumque fertur. Similiter ea quæ per nos actibus diuersis apprehensa, iudicio negatiuo superueniente dissociantur, non diuiduntur ab Intelligentia, quippe quæ duo aliqua eadem simplici specie expressa contueri potest, & eadem opera illorum distinctionem cognoscere. Non enim cùm videt effectum in causa cognita, & vtrumque eodem simplici actu attingit, videt propterea causam esse effectum, aut vtrumque inter se distingui ignorat, licèt ob connexionem, vtrumque eodem actu attingat, atque adeò iudicio formaliter simplici, & incomposito attingat.

122 Verum quòd his deficientibus, Intelligentia formalem compositionem & diuisionem efformare possit, (quod immeritò generaliter negant Thomistæ,) constat ex eo quòd Intelligentia circa omnia sua obiecta non obtinet plenitudinem illam luminis intellectualis, ex qua exurgit euidens ac simplex rei in se conspectio. Pleraque enim coniectare & suspicari potest, de multis obscuris quæ clarè non intuetur, vt suprà diximus. Ex quo ergo rem aliquam ex ratione concipit, non ei confestim attribuit quæcunque postea vel dubitando, vel affirmatiuè attribuit: sed primum quidem rem illam sub aliqua ratione concipit, mox vt aliter, vel aliter affectam: nec est quod obstet communicationi duorum illorum actuum formationi, quæ erit ipsa formalis compositio, & idem est de diuisione.

123 Hæc probatio firmior videtur, quàm illa quæ passim adhibetur à Recentioribus sententiæ nostræ assertoribus, nixa eo principio, nimirum quòd numerus specierum expres-

sarum seu conceptuum formalium, multiplicari debeat pro numero impressarum; ex quo inferunt nihil obstare quominus Intelligentia componat & diuidat, imò id plerumque cogi facere, varios conceptus formales exprimendo de variis rebus, quarum habet plures species impressas, easque conuenientes aut disconuenientes interuenientibus variis illis conceptibus indicando, quod est formaliter componere atque diuidere, & non virtualiter tantùm. Sed illud principium, vt verum fatear, mihi videtur valdè dubium; & probatio quæ illi stabiliendo adducitur, non videtur firma. Aiunt enim, nisi ita statuamus, fore vt principia diuersæ speciei, quorum quodlibet est idoneum producere effectum specie diuersum ab eo quem producit alterum, possint pro libertate agentis assumi ad tertium quendam effectum, communi opera ab vtroque causandum. Sed an non præsertim in metallicis & chymicis mixtionis, sæpe euenit, vt ex applicatione principiorum diuersæ naturæ, exurgat effectus vtrique parenti sigillatim sumpto dissimilis?

124 Itaque principium illud certum non est: ac proinde quicquid ei superstruitur nutat. Et quamuis sincerum esset, tamen regula in eo fundata, non potest esse admodum vtilis. Quis enim definiat quotnam obiectorum detur in Intelligentiis vna species impressa, vt inde colligamus, quandonam, vel circa quæ componant & diuidant? Vt mirum sane sit Recentiores principio illi nixos, insuper addere, omnia rei accidentia communia, inseparabilia, separabilia, & fortuita, posse ab Intelligentia percipi sine compositione, quasi constaret omnia illa percipi ab Intelligentia vnica specie impressa: Quod verisimile non erit, attendenti tam multa prope accidentia inhærere, posse rem aliquam afficere ad modum accidentis indebiti; & pleraque etiam substantias, posse ad illam habere rationem accidentis communis. Neque enim nouum est, vt res quæ entitatiue, & ad se (vt sic dicam) comparata, habet rationem substantiæ, numeretur inter accidentia alterius rei. Nam multæ substantiæ pertinent ad Categoriam habere, quatenus rem extrinsecè afficiunt. Oporteret ergo omnia prædicta, per vnicam rei illius speciem impressam repræsentari, quod tamen verisimile non est. Saltemque certum est, id esse incertum, nec nisi diuinãdo asseri posse. Non potest contra vicissim, nobis obiici, quod constare nequeat quænam sint extrema quæ Intelligentia intuitiuè percipit. Sunt enim omnia illa, quæ ei connaturaliter obiiciuntur, quorum ambitus ex modo essendi non excedentis modum essendi Intelligentiæ, circumscriptus suprà est, saluis tamen limitationibus ibi adhibitis, quoad cordium secreta, & res futuras.

Quid de mentali Intelligentiarum discursu sentiendum.

125 Iam verò positis illis quæ circa iudicium dicta sunt, facilius erit stabilire quod asseruimus de Intelligentiarum discursu, quoad aliqua. Nam quòd non discurrat quoad omnia, indubitatum est, cùm ne nos quidem contingat discurrere, quoad ea ad quorum assensum, vel dissensum, ex simplici terminorum inspectione determinamur. Quòd item sine discursu attingant pleraque, ad quæ nos discursum adhibemus, certum esse debet. Causam enim necessariam, in effectu comprehenso, attingunt sine

composi

compositione aliqua, quantò magis sine discursu? Nos tamen causam ex effectibus, quia eos non penetramus, discursu venamur. Idem dixerim de omnibus aliis veritatibus euidenter Intelligentiæ compertis. Nam si res ei perspecta per se sit, quorsum discursum adhibeat, cuius munus est propositionem obscuram alia clariore collustrare? Vt propterea rectè dixerit Scotus in 1. d. 1. quæst. 3. lit. A, radicem primam ac fundamentum discursus, esse disparem euidentiam obiectorum, quorum vnum ex se euidens sit, alterum verò propter illud primum per se euidens, cognoscatur, eiusque radiis quasi collucescat. Tametsi enim plerumque discurrimus à præmissis quæ sunt notæ per alias anteriores præmissas, tamen primus discursus semper est à per se noto, ad illud quod non est per se notum. Atque adeò veritates obiectiuæ quas Intelligentiæ habent per se notas, non possunt eis esse notæ per discursum siue per aliud, ne falsò supponantur notæ per se.

126 Quòd igitur Intelligentiæ quoad aliqua discursu vtantur, vt rectè grauissimi Recentiores asserunt cõtra Thomistas vniuersè id negantes, facilè probatur. Quia plerumque Intelligentiæ, ex vna propositione clara & euidente, eruunt & concludunt aliam, quæ ipsis non est euidens. Illa autem cõclusio est, notitia distincta à priore, cùm sit notitia obscura, quæ non potest identificari cum priore notitia euidente. Quamuis enim cùm duo obiecta se habent vt primarium & secundarium, contingere possit vt secundarium non nisi obscurè videatur, & tamen attingatur eodem illo actu quo primarium clarè percipitur, vt suprà diximus de Deo per creaturas visas, tanquam per medium cognitum ab Intelligentiis obscurè percepto: Tamen hoc contingit propter necessariam connexionem vtriusque illius obiecti, ex qua oritur vt diuelli nequeant quoad cognitionem. At in casu nostro nulla omnino est connexio necessaria, inter rem euidenter visam, & illud ad quod intellectus Intelligentiæ ex visione illa repit. Ergo sunt ibi duæ notitiæ, & quidem non merè concomitanter se habentes, quod ad discursum non sufficeret, sed tales vt vna influat in aliam, sitque eius origo & motiuum, quibus positis, nihil est quod desiderari possit ad perfectum discursum, vt patere potest ex illis quæ de ratione discursus disputant Physici, ac S. Thom. quæst. 8. de verit. art. 15. ergo Intelligentiæ, cùm obiecta non necessariò connexa ita percipiunt, vt vnum clarè, aliud obscurè attingant, discursum adhibent.

127 Ex secunda huius propositionis parte, concluditur, vulgatum ternarium operationum mentis, in Intelligentiis æquè ac in nobis locum habere: tametsi Intelligentiæ, quoad multò plura quàm nos, primâ solâ operatione vtantur, quæ cùm clara & intuitiua est, (vt est sanè in Intelligẽtiis quoad plurima,) reliquis duabus intellectus operationibus præstat. Et inde est, quòd Intelligentiæ præ nobis, intellectuales non intelligentes dicantur, vt initio distinctionis secundæ annotabam.

Addendum verò insuper hoc loco est, intellectionem ab Intelligentia elicitam siue sit simplex, siue cõposita, modis hactenus expositis, esse entitatem capacem permanentiæ, quamuis possit & instanti & tẽpore existere, sicut & cæteræ formæ permanentes. Nec refert quòd intellectiones Intelligentiarum dicantur ab ali-

quibus durare per tempus discretum. Nam tempus illud discretum, non dicitur esse duratio vnius alicuius intellectionis, sed collectionis plurium intellectionum sibi inuicem in eadem intelligentia succedentium, imò quælibet earum dicitur durare per nunc illius temporis discreti. Tota autem illa collectio, ratione variarum vnitatum quas in se continet, successionem aliquam sortitur, quatenus vna intellectio subsequitur alterā abeuntem. Et ea de causa duratio omnium illarum intellectionum, dicitur tempus discretum. Quanquam vt in simili modo loquendi circa lationem, exponam infra num. 224. modus ille loquendi non videtur admodum accommodatus. Nec potest fundari in Aristotele cap. de quantitate, vt malè censuit Bellonius tract. 2. de terminis, cap. 61. Non enim Aristoteles ibi (quod existimat Autor prædictus,) posuit orationem inter species quantitatis discretæ, designans hoc tempus discretum, quod est duratio plurium intellectionum sibi in eadem Intelligentia succedentium vel aliarum plurium actuum, quorum quilibet habeat simul suum esse, & tamen vnus succedat alteri, vt dicitur apud Diuum Thomam opusc. 48. tract. de Quando, cap. 3. Sed cùm ibi exotericè, & ferè ex vulgi mente, multa exponat, recensuit inter quantitatis species orationem, (quo nomine etiam vnam quamlibet dictionem intelligit, seu quodvis compositum ex pluribus syllabis longis ac breuibus,) quia ea longitudo & breuitas syllabarum, est quantitas quædam, tametsi minùs propria, & merè arbitraria. Quòd enim Recentiores, nescio quam aliam magis propriam magnitudinem & corpulentiam in sono fingant, ratione cuius oratio dicatur species quantitatis discretæ, parum satisfacit. Sic enim ex pluribus quoque corpulentiis qualitatum, verbi gratia albedinum, conflanda esset vna inaudita species Categoricæ. Sed non est huius loci id fusè expendere. Itaque Aristoteles ibi, vt iam dixi, egit populariter, nec de vlla alia sensit syllabarum corpulentia, siue intellectionum sibi succedentium durationibus, quæ rationem quantitatis habeant, cogitauit. Alioqui malè 5. Metaphys. vbi accuratius species quantitatis exposuit, speciem illam prætermisisset. Atque ita duratio intellectionis ab Intelligentia elicitæ, est ea quam diximus, non repugnante Aristotele.

ARTICVLVS VII.

De speciali quadam intellectione Intelligentiarum, seu de locutione, eique annexa auditione.

EXposuimus generatim operationes intellectus Intelligentiarum. Circa speciales verò intellectiones, non occurrit aliqua tractatione dignum, nisi circa locutionem, quam in Intelligentiis esse opus intellectus, (saltem quoad illud, quod ipsa directissimè importat,) patebit ex dicendis. Quare tunc hic locum dabimus tractationi locutionis, & ei correspondentis auditionis, quæ item est actus intellectus. Vtrumque autem dari, (quicquid tandem sit,) indubitatum est, cùm ex reuelatis, tum etiam naturaliter, ex politico Intelligentiarum commercio.

ASSER-

ASSERTIO.

Intelligentiarum locutio, spiritualis actio est, nec alia quàm intellectio, prout ad aliam Intelligentiam per superuenientem voluntatis actum dirigitur. Hæc autem cùm inde excitata, format conceptum de re, quatenus sic per loquentem concepta, & ad se directa, audire dicitur.

128 PRIMÒ, quòd locutio in Intelligentiis sit opus intellectus, (saltem quoad illud quod directissimè per eam importatur, vt posteà dicam,) rectè agnouit Naz. orat. 4. num. 86. asserens substantias separatas, quas simul cum quo agit Deos vocabat, per nudas cogitationes commercium inter se habere, ridéndque Homerum quòd corporalia quædam Deorum verba, Moly, Xanthum, & Chalcidem, nostris vocibus expressiora & significantiora confinxisset. Quem enim homines Scamandrum, hunc Deos Xanthum appellare dixit homines item Cymindum auē, Deos Chalcida dicere, vt notat Nonnus in expositione historiarum orationū illi insertarum num. 19. & Diu Chrysost. hom. 10. Quæ reprehensio in Platonem etiam cadit, quem Autor est Clem. Alex. 1. Strom. cap. 13. *Dijs quoque quandam dialectum attribuisse, maximè quibus* (vt Clemens ait) *ad innotescendum ex somniis & oraculis, aliis autem etiam ex dæmoniacis, qui non suam, nec dialecto loquuntur, sed dæmonum qui ingrediuntur.* Quò etiam spectare videtur quod Diu Chrysost. loco allegato ait de oraculorum obscuritate, ob hoc diis peculiare idioma. Hoc porrò etiam de his Deorum vocibus habetur apud Iamblicum Platonicum l. de mysteriis 5. 38. qui est de nominibus Dæmonis.

Sed non est mirum, substantiarum separatarum voces commentum esse Platonem, qui vt Clemens supra addit, brutorum quoque dialectos & colloquia cum eiusdem generis bruti agnouit, eo argumento quòd elephas cùm in cœnum ceciderit, & clamauerit, vno aliquo duntaxat præsente, ab eodem paulò post reuersis, aduocatis aliis compluribus erigatur. Item quòd scorpius lybicus, si solus hominem feriendo sit lapsus, abiens reuertatur cum pluribus, ad inuicem instar annellorum connexis, & non suum sibi, sed propria dialecto, significantibus modum & rationem insidiarum. Credat Platoni de Intelligentiarum vocibus, ac dialecto, cuicumque bestiarum dialectus persuadebitur.

Referuntur insuper aliqui à Durando in 2. d. 11. quæst. 2. num. 6. asserentes Intelligentiarum collocutionem fieri descriptis in cœlo variis figuris, per applicationem virtutis ipsarum ad corpora. Quod Durandus intelligit de figuris corporalibus, siue per alterationem, siue per incisionem factis, ideóque refellit num. 7. Verùm qui eam sententiam tradiderant, longè aliter senserunt, vt patet ex Ægidio, qui ita posse fieri docet in 2. d. 10. quæst. 3. *in resolutione dubij tertij*, quod etiam sequitur Argent. in 2. d. 10. q. vnica, art. 2. Cùm enim substantia Intelligentiæ, sit capax extensionis correspondentis huic vel illi figuræ, possítque proinde Intelligentia sic aut sic operando modum suæ extensionis localis, exhibere per suam substantiam figuras spirituales figuris corporeis correspondentes, dicunt hi auctores inter alios modos collocutionis inter Intelligentias, hūc quo-

quæ posse admitti. Quod verum est, si intelligatur eo modo quo paulò post dicam de voce sensibili, id est modò deputatio illius spiritualis cõfigurationis supponatur præcognita, nec existimemus hunc modum collocutionis esse Intelligentiis vel necessarium, vel connaturalem, aut ordinarium. Hinc tamen non sequitur, hos autores explicare per signa corporalia, collocutionem Intelligentiarum, vt eis passim tribuitur.

Locutio inter Intelligentias est purè spiritualis.

129 Est itaque Intelligentiarum locutio purè intellectualis, & absque vllo verborum & vocum interuentu, vt rectè vidit Plutarchus lib. de Deo Socratis n.21. nec earum lingua alia est quàm intellectus, vt rectè affirmabat Naz. annuúntque Theodoretus, ac Theophylactus, in c.13. 1. ad Corinth. Sed pulchrè S. Gregor. 2. Moral. cap.5. monens cùm de spirituum collocutione agitur, attollendam esse mentem ad sublimes, ac nobis incognitos modos locutionis. *Nec namque* (inquit) *vt ea quæ sentimus intrinsecus, extrinsecus exprimimus, hæc per organum gutturis, per sonum vocis ostendimus. Abditi quippe oculis, intra secretum mentis, quasi post parietem corporis stamus: sed cùm manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per linguæ ianuam egredimur, vt quales sumus intrinsecus, ostendamus. Spiritalis autem natura non ita est, quæ ex mente & corpore, composita duplex non est.* Hæc & alia ibi S. Gregorius. Nec dissimilia Plotinus Ennead. 4. lib.3. cap.18. agens enim de statu animarum ante descensum in corpora, & post discessum à corpore, negat eas vti vocibus. (Animas ibi, iuxta duplicem Platonicorum errorem à Tertulliano notatum, lib. de anima, c.23. non distinguit specie ab Intelligentiis, & præterea illis corporibus asserit.) *Cognoscunt enim* (inquit) *mutuò inter se, sua, per ratiocinationem conscientia mutuam, quando & hic multa etiam in taciturnis intuitu solo percipimus. Ibi verò omne corpus est purum, & quisque habet tamquam oculus est velut oculus. Nihil ibi est occultum, nihil fictum, sed prius quàm alteri quicquam dixerit intelligit alter.* Non nego tamen Intelligentiis potestatem corporeas voces efformandi, & per eas colloquendi adinuicem, supposita mutua deputatione ab ipsis vel per nos factæ. Id enim cum sola aëris tractione peragi queat, non est intelligentiis denegandum, etiam seclusis corporibus ascititiis, vt rectè Durand. in 2. d.11. q.2. n.12. contra Rubion. in 2. d.9. q.2. artic.1. concl.2. in fin. & Recentiores quosdam hoc sicentes. Tertium ergo dico modum loquendi Intelligentiis consentaneum; & idoneum, vt ad vnum duntaxat, aut certos aliquos dirigatur oratio; quod plerumque postulat politicus conuictus; ac denique primum, seu cui nulla anterior alterius rationis collocutio supponi debeat, esse merè intellectualem. Quòd si interdum sensibiliter, ac efformatis vocibus colloqui velint, inane tamen est cum Boneto 3. Theolog. c. vlt. §. *vltim.* comminisci adhiberi ab eis in tali colloquendi modo voces sensibiles, nobis non syllabificabiles & inarticulabiles. Commento non absimili, ei quod excogitauit Theseus quidam apud Ananiam 3. de nat. dæmonum cap.7. nugatus Intelligentias vti inter se scripturis ac literis, longè diuersis ab illis quæ apud nos haberi possunt. Nec minùs ad fabulam accedunt quæ idem Bonetus coniectat de variis inter Intelligentias speciè diuersas idiomatibus, vt non minus inter Intelligentias quàm inter homines

mines

tiones suæ nationum & peregrinarum vocum discrimina, quasi confusa quoque fuerit lingua earum, sintque inter eas aliquæ Hebraicè, aliquæ Arabicè, loquentes; etiamne aliquæ Turcicè, aut Tartaricè? Quod vtique ludicrum est, ac falsò assertum: cum quæuis Intelligentia quamlibet aliam alloqui queat, omni illo modo quo vnam aliquam alloquitur, vt postulat communis earum societas, & conuictus, & cura quæ modò de vnius, modò de alterius nationis hominibus, illis incumbit, vt argumentatur in hanc rem Psellus sub finem libelli de dæmon.

130 Sed vtcunque ista se habeant, ordinarius inter Intelligentias colloquendi modus est merè intellectualis. Merè, inquam, atque adeò sine vlla ad voces nostras corporeas habitudine. In quo rursus displicet Bouerus supra, existimans conuenientius esse, & (vt ipse ait) regularius, vt Intelligentiæ colloquantur inter seipsas, ingenerato in audientibus concepta vocum prolatæ, eò quòd nos ita colloquimur. Sanè homo etiam in hac vita, per auxilium non valdè extraordinarium, potest eleuari ad orandum & colloquendum cum Deo vel Intelligentiis, sine interiectitiis conceptibus vocum, vt ostendit Suar. l. de orat. in communi c. 4. n. 8. quantò ergo magis dicendum erit, Intelligentias popularitèr, & quasi connaturaliter inter colloquendum ad inuicem id obseruare?

Vnde difficultas in explicatione locutionis & auditionis Intelligentiarum.

131 SECVNDO, Attigi rationem ac modum huius parè mentalis locutionis, & ad eam subsequentis auditionis; quæ vt innotescant, & difficultates quæ in hac re plurimæ & grauissimæ implicantur, dilui possint, rectè obseruat Ochamus quodl. 1. q. 6. art. 1. indagandam primùm esse naturam locutionis vocalis, quæ non videtur in alio consistere quàm in prolatione vocum, quas alius ad se directas percipiens, efformat in se conceptum rerum à loquente per voces illas significatarum, quatenus significatarum à loquente, intendente excitare conceptum illum in alio. Hoc ipso enim vnus loqui, alter verò audire dicitur, quatenus res audienti innotescit per alterum tanquam per signum: quod duntaxat exigi ad externam locutionem, declarat Dur. in 2. d. 11. q. 2. n. 12. Similiter ergo locutio mentalis, aliud esse non potest quàm verbi mentalis prolatio, facta in eum finem vt alius mente attingat, rem verbo illo conceptam à loquente, & huius de re illa conceptum, ac voluntatem, vt ille alius id concipiat: qui hoc ipso quòd verbo illo loquentis excitatus, horum omnium conceptum eliciet, dicetur mentaliter audire.

132 Ago de locutione & auditione mentali propriè dicta, quæ videlicet inter plures contingit: nam omnis quidem mentalis cogitatio habet rationem locutionis & verbi mentalis, vt pulchrè tradit S. August. 15. Trinit. c. 10. & ad eam sic spectatam non exiguntur tam multa quàm proposuimus. Tamen vt mentis cogitatio sit locutio cum alio, non sufficit nuda expressio interna verbi mentalis, sed exigitur præterea expressionis illius nostræ ad alium directio, quæ est actus quidam quo intimamus alteri nos hoc de re concipere, nec hoc tantùm, sed etiam velle vt ipse quoque id concipiat, nosque eum ad hoc excitare. Sicut enim ad hoc vt quis cen-

sentiat cum alio corporaliter loqui, non sufficit vocis fabricatio, quæ causa est cur cùm quis ita alta voce clamat vt à multis audiatur, non dicatur tamen loqui cum omnibus illis, sed cum eo duntaxat ad quem dirigit & ordinat vocem suam, vt rectè ad hoc propositum annotat Dur. in 2. d. 11. quæst. 2. num. 12. Ita ad spiritualem locutionem præter impressionem illam ex parte intellectus se tenentem, & ad eam directissimè pertinentem, cùm is qui audit in eam directissimè tendat, exigitur actus voluntatis eam dirigens & ordinans ad alium, eumque excitans ad huiusmodi perceptionem. Per hanc enim duntaxat excitationem, mentalis auditio differt à mentali visione eiusdem obiecti, vt optimè tradit S. Bonauent. in 2. dist. 10. num. 35.

133 Est autem excitatio hæc ad explicandum difficilis, vt patet ex tanta sententiarum circa mentalem hanc locutionem varietate, quæ non nisi ex hoc capite ortū habuit. Nam cùm excitatio in locutione sensibili fiat per signum vel signum, vt paulò ante ex Durando attigi, hîc non apparet per quid fieri valeat, vt propterea Carthus. in 2. d. 10. sub finem & Palac. eadem dist. disp. 2. nihil in hac re asserendum putent: Cæteri autem in varias omnino sententias abierunt. Possumus autem omnes illas sententias in duas veluti classes tribuere. Prior est eorum qui existimant Intelligentiam loquentem, aliquid Physicè imprimere ei cui loquitur, atque ita eam excitare. Posterior eorum qui nihil tale exigunt ad excitationem illam & locutionem. Rursus autem in vtraque classe, non vno modo res exponitur. Priores enim vel dicunt ab Intelligentia loquente imprimi signum aliquod spirituale, vel speciem impressam notitiæ inexistentis loquenti, vel ipsam denique talis notitiæ positionem. Posteriores autem vel dicunt proponi signa quædam spiritualia ab eo qui loquitur; vel transmitti ab eo radium quendam spiritualem, non tamen immitti; vel exprimi cogitationem interno quodam lumine quasi perfusam à loquente; vel conceptum ipsum loquentis immediatè, manifestari audienti, citra vllam ipsius immutationem.

Prima classis sententiarum, admittens Physicam impressionem, à loquente in audiente factam, improbatur.

134 Sed vt prætermittam innumera, quæ contra omnes duarum illarum principalium sententiarum [illegible] vrgeri possunt, nec alibi prætermissa sunt: Breuiter dico, in priore classe impressionem illam signorum quam Rubion. in 2. d. 9. quæst. 1. art. 2. parte 3. & Marsilius in 2. q. 7. art. 2. & Recentiores aliqui sic intenti tradiderunt, fictitiam videri. Nam signa sunt eiusdem ordinis cùm quibusuis Intelligentiis, atque ita deberent omnibus esse æquè competentia; quo supposito, non posset vna Intelligentia loqui vni, quin omnibus quoque innotesceret, quod illi vel proponit. Hoc autem est graue incommodum in politica societate, & vt ex Chrysostomo annotat Guilelm. Varro apud Aquilanum in 2. d. 9. q. 1. expedit plerumque quæ boni Angeli inter se nostri causa communicare volunt, non manifestari dæmoni. Item vt idem Varro addit, iuxta hanc sententiam, Intelligentiæ essent deterioris conditionis quàm homines, qui possunt secretò colloquia cum vno aliquo, aliis seclusis inire. Nec

vero

uendo pro his signis occultandis, habemus argumenta illa, quæ ex reuelatione supponunt per occultationem cogitationum & affectionum liberarum, quæ omnibus connaturaliter cognoscibilium. Ad hæc cùm omnis Physica impressio prærequirat agentis & passi contactum, sequeretur, Intelligentias vt colloquerentur, debere esse localiter indistantes, in quo Intelligentiæ essent nobis imperfectiores, qui saltem ad certam distantiam sequestrati, possumus inter nos colloquia miscere.

Præterea si vna Intelligentia detegeret alteri, ad quid hoc signum ab alia sibi impressum deputatum fuerit ab Auctore naturæ, (deberent enim id ex deputatione, quia ipsæ Intelligentiæ deputare illa non possunt nisi per præuiam collocutionem, quæ ante signorum institutionem iuxta hanc sententiam fieri non potuit,) si ergo vna Intelligentia, detegeret tertiæ alicui Intelligentiæ, significatum signi ab alia loquente impressi, inutile redderetur signum illud, nec erit amplius opportunum, vt vna Intelligentia colloquatur secretò cum alia. Imò seclusa detectione illa vtcumque manifestatione in signo latentis, si tamen vna Intelligentia detegeret alteri quid sibi alia dixisset, (quod haud dubiè sæpe contingit,) alia quæ quoad ea est, cognoscit signum illud, tametsi eius vsum & vim non calleat, hoc ipso quod recordaretur, hoc vel illud fuisse sibi Intelligentiæ ab altera dictum incurrente huius signi, quod solum tunc fuisse impressum videret, facilè penetraret ad signi illius vim, eiusque vsum iampridem vsus secretum signorum illorum.

Omitto alia quæ contra hoc argit Bacconius quodl. 2. q. 12. art. 1. ex defectu signorum naturalium vel supernaturalium ab Intelligentiis producibilium ad res supernaturales denotandas, de quibus tamen colloqui posse Intelligentias certum est. Item omitto quod Intelligentia cum Deo per orationem aut narrationem colloqui potest, non ei aliquid incognitum detegendo, sed rem illi iam perspectam proponendo, vt sæpe apud nos vsu venit in rerum iam cognitarum iterata narratione.

135 Hinc porrò excluditur etiam quod in priore illa classe alij supponunt, inclinantes speciem, vel cognitionis impressionem, à loquente factam, in audiente. Quid enim Intelligentia Deo imprimit, cùm eum alloquitur? Quid anima nostra ipsis Intelligentiis, cùm ad eas sermonem dirigit? Præterquam quod iuxta hunc quemque philosophandi modum, Intelligentia non posset aliam tantillo spatio distantem alloqui, quia non posset in eam agere, eò quod actio supponat contactum, etiam in actione Intelligentiarum, vt rectè contra aliquos affirmat Durand. in 1. d. 37. parte 2. q. 1. n. 25. Taceo quod intellectio iuxta probabiliorem sententiam, est essentialiter dependens ab illo ipso qui per eam viuit, ac proinde non potest deforis imprimi. Speciei verò impressæ immissio, non excitaret recipientem ad audiendum, quia species impressa, non est actuale pondus in actum secundum, sed liberum est Intelligentiæ eam habenti, vti ea, & intellectionem exprimere, vel non vti, etiam cùm primùm imprimitur: alioqui iuxta eos qui species omnes Intelligentiis concreatas fuisse admittunt, oporteret Intelligentias in primo momento sui esse, excitatas fuisse ad intellectionē vniuersorum ab Intelligentiis perceptibilium, quod est incredibile; neque esse

patem quod hoc rationem sensus externi, & intellectus Intelligentiæ, constabit n. 158.

Examen secundæ classis sententiarum, impressionem physicam insiciantium.

156 Iam posterior classis, quatenus signa quædam spiritualia à loquente non imprimi audienti, sed tantùm proponi asserit, non tam colloquendi modum inter Intelligentias exponit, quàm quomodo vna, alteri aliquid in seipsa tacenti, tanquam in libro legendo obiiciat. Quòd si signa illa sint ad placitum, seu ex deputatione per ipsas Intelligentias facta, vt censuit Maior in 2. d. 9. q. vltima debebit illorum institutio & deputatio præcessisse: certè non aliter quàm per collocutionem mutuam, quæ proinde antecessisset horum signorum fabricationem, vt rectè argumentatur Durand. in 2. d. 11. q. 2. n. 4. & 5. additque Aquilanus in 2. d. 9. q. 1. explicandum superesse, quomodo ea communio secreta fuerit, & aliis Intelligentiis occulta. Si verò hæc signa sint ex Diuina institutione ab initio iis quorum interfuit patefacta, vrgebunt contra ea, rationes propositæ contra similia signa, quæ per modum non scripturæ, sed locutionis, sæpè impugnabantur. Postremò dici posset hæc signa esse naturalia, non quidem quoad fieri, quasi semper insint, (sic enim Intelligentia semper loqueretur,) sed quoad repræsentationem, vt sensit S. Thom. in 2. d. 11. q. 2. art. 3. circa finem, & q. 9. de verit. art. 4. ad 4. & in c. 13. prioris ad Corinthios, vbi Glossa & Lyranus annotare videntur, & disertissimè aliqui apud Bacunum quodl. 2. q. 12. artic. 1. Eumq; Guliel. Paris. 2. 2. de vniuerso, c. 151. in fine; quanquam improbabilissimè negans ea distingui à substantia Intelligentiæ, vt audienti applicatæ, quæ propterea semper loqueretur, cùm semper sit applicata in ratione obiecti. Si ergo hæc signa dicantur esse naturalia ad hunc modum, imprimis non poterunt esse vsui ad loquendum de rebus supernaturalibus, vt suprà cum eodem Barunci argumentabamur. Deinde talia signa essent omnibus æquè cognita, proindéque vna Intelligentia non posset aliam solam, insciis cæteris alloqui, quod est contra politicū commercium, qui plerumque fert vt arcanum vni tantùm non pluribus pandatur. Tandem signum loquenti immanens nulla mutatione facta in audiente, nequit eum excitare ad auditionem. Quamuis enim dici possit quòd illud signi impressio in loquente, se habeat sicut secreti laxatio respectu eius quam audire vult Intelligentia loquentis, & quasi constitutio obiecti ante oculos intrà sphæram obiectorum sine impedimento intelligibilium ab illa alia Intelligentia: Tamen sicut hæc non semper attendit ad omnia illa obiecta quæ non impeditur intelligere, ita remoto per extrinsecam illam signi propositionem impedimento, non sequitur hanc aliam Intelligentiam percepturam de facto illud quod ei per tale signum proponitur: sed requiritur attentionis excitatio, quæ absque mutatione aliqua in audiente per loquentem, physicè aut moraliter causata, non potest certò, & per se euenire sicut ad auditionem est necessarium.

157 Quæ in eadē posteriore classe adducebantur, de radio speciei impressæ cogitationis declarandæ quasi furto, & ad audientem vsque porrecto; itaque excitante intellectum audientis

dientis quem fecit: haec, inquam, tam inania sunt, vt pigeat ea refellere. Praesertim quia pleraque ex dictis contra superiores dicendi modos, non minùs tenebricosum hunc radiū dispellunt, ac nominatim quòd Intelligentiae indistantes, quia contactu illo prohiberentur, non possent colloqui. Item quòd vna vni inscijs caeteris detegere aliquid nō posset, atque etiam omnibus splenderet radius ille, cuius etiam protensio, & tota le, ac cuitas est planè chimaerica. Par esto iudicium de illa expressione conceptus priùs illuminati per vim aliquam Intelligentiae insertam, quo pacto philosophatur supra Baconus art. 2. Ea enim secreti de se carentis illuminatio non minùs fictitia est, quàm interna illuminatio & collustratio phantasmatum, cum qua illam confert Baconus. Item expressio illa si sit nouus actus superadditus conceptui detegendo, superuacaneus est, cùm secretum possit seipso exprimi, quantum est ex parte loquentis. Tandem illa conceptus ostentatio, ad quam postremo loco deueniebatur, non potest satisfacere, cùm inde non exponatur quomodò audiens per se excitetur, & quomodo vno audiente alij non audiant.

Vera sententia de Intelligentiae audientis per loquentem excitatione, rationeque ac modo locutionis & auditionis inter eas.

138 Itaque vt paucis rem concludam, nulla sententiarum in classibus illis propositarum, probanda est, sed dicendum partim iuxta primam aliquid audienti imprimi, partim iuxta secundam nihil imprimi ab ipso loquente physicè causante, sed eam impressionem moraliter quidem fieri à loquente, physicè verò effici ab Autore naturae, cuius est perplexitatibus causarum secundarum occurrere, & earum necessitatibus prouidere, cùm aliunde prouideri nequit, vt contingit in hoc casu.

Res igitur sic se habet. In primis Intelligentia quae locutura est, efformat apud se actum circa rem cuius vult conscium facere aliam Intelligentiam. Haec volitio, est actus loquentis immanens, quo mediante prior illa conceptio ante occulta, dirigitur siue ordinatur ad alterum, estque ea volitio, vltimus actus ad locutionem necessariò interueniens ex parte loquentis. Ante enim, is qui loquitur, sibi ad summum loquebatur. Illius verò volitionis cognitio quasi reflexa, quae post volitionem illam additur, est impertinens ad locutionem cum alio: tum quia reflexa illa notitia, non ordinatur ad alium, sed ad ipsum loquentem, qui per eam sibi loquitur formans nouum conceptum actus sui praecedentis; tum quia talis cognitio supponit antecedentem secreti ordinationē ad alium, atque adeò etiam manifestationem quantum à loquente potest fieri. Sicut cùm homo loquens, percipit reflexè locutionem suam, huiusmodi reflexa cognitio, supponit locutionem tanquam obiectum suum.

139 Ex parte igitur loquentis, patet locutionem consummari in illa volitione. Quod non expugnant quae contrà adducit Baconus supra art. 1. *in examine sententiae S. Thomae*, malè praeter caetera argumentatus ex eo quòd si agatur de detegenda per locutionem volitione aliqua secreta, non possit Intelligentia eam volitionem illuc vsque secretam seruasse per ipsammet volitionem, ergo per aliam

ulteriorem actum: Ac proinde prima volitio detegendi, non fuerit ultimum interveniens ad locutionem ex parte loquentis. Respondendú enim est, actum illum ulteriorem, si daretur, fore aliquid extra rationem locutionis, vt per se patet, & reipsa non dari: volitionem autem de qua agitur, fuisse illuc usque fuisse secretam, non per aliquem actum quo loquens vellet eam esse secretam, sed hoc ipso quod non elicuit actum quo vellet eam alteri patere. Cùm autem detegitur, elicitur actus reflexus ordinans eam ad audientem, qui actus est ultimum per se requisitum ex parte loquentis ad hanc locutionem.

142. Hæc tamen ad locutionem perficiendam non sufficiunt, sed præter ea quæ hactenus dicta sunt ex parte loquentis intervenientia, exigitur etiam excitatio audientis facta à loquente; ne audiens in secretum detectum feratur quasi casu, sed per se: & quia alioqui intellectio eius qui audire dicitur, non esset revera auditio, sed visio, vt suprà ex D. Bonaventura annotavi, itemque intellectio loquentis non esset revera locutio: Sicut inter nos nemo dicitur loqui ei ad quem vox non dirigitur, etiamsi is sciret quid alius intelligeret. Vt proinde inter Intelligentias intervenire debeat excitatio, etiam cùm vna percepturа esset aliam non casu, verbi gratia cùm Intelligentia quæ locuta est alteri intenta est in responsionem. Nam quamvis supposita locutione secreti à respondente facta, possit loquens intueri quid respondeat audiens, tamen si desit reciproca loquentis excitatio per audientem facta, non dicitur audiens respondisse. Debet ergo in locutione intervenire excitatio audientis facta à loquente. Hanc autem excitationem ipse loquens non potest pleniùs explicare, siue signum, siue speciem, siue notitiam imprimendo alteri, cum plerumque distent ad aliquod spatium, ex quo tamen possunt colloqui, & ob alia incommoda contra huiusmodi impressiones supra adducta.

Propterea necesse est, Deum huiusmodi impressionem causare in audiente. Quod facit movendo illum ad actualem cognitionem secreti quod loquens vult ei detegere, & voluntatis detegendi quam ipsum habet. Ita vt quemadmodum Deus habens rationem bonæ fortunæ, movet plerumque nos ad primas quasdam cogitationes, ita moveat intellectum Intelligentiæ quæ auditura est, ad intellectionem proportionalem illi quam formamus cùm aliquis amicus secretum suum nobis per verba revelat, (seclusis tamen vocum conceptibus) agnoscimus enim illú hoc ante mente versasse, & nunc nobis patefactum velle. Ipsam ergo præstat Deus Intelligentiæ audituræ, quæ illam quidem motionem, seu productionem verbi mentis omnia illa repræsentantis coëfficit, sed præmota à Deo, illam ad operandum sollicitante, & adiuvante, vt in nobis supernaturalis fit ad vitaliter eliciendos eos actus in quibus consistit gratia præveniens. Ideòque oportet, Intelligentiam & speciebus, & earum complemento, atque adeò omni illo actu primo qui ad productionem illam necessarius est, præinstructam esse: vel si ea actus primi collatio tantùm fiat in puncto auditionis & locutionis, certum est eam natura præire excitationi; neque esse de ratione eius formali, cùm posita specie & quacumque eius modificatione adhuc possit intel-

intellectus fenioris, & non excitari ad percipiendum cogitationem & volitionem illam loquentis: Non enim semper cogitamus actu, de illis quorum principia cognoscitiua menti innata habemus. Itaque excitatio in illa tantùm motione consistit, cuius causa moralis, aut vt loquitur Carthusianus in 2. d. 10. *in fine*, causa dispositiua, excitatiua, & cooperatoria, non tamen effectiua, est Intelligentia loquens. Eius enim occasione, Deus motionem illam efficit, vt eius audientis tanquam naturæ auctor succurrat.

De circumstantiis locutionis & auditionis Intelligentiarum ex parte loquentis se tenentibus.

141 Hinc facile est aptè satisfacere ad omnia quæsita de circumstantiis locutionis & auditionis Intelligentiarum mutuò colloquentium. Vt autem ordinata sit tractatio, agam primùm de illis quæ tenent se ex parte loquentis. Quod ergo si interrogari posset an Intelligentia loquens possit vni tantùm loqui, ita vt aliæ præsentes non audiant, facilè tamen nos explicamus, dicendo posse sanè id facere Intelligentiã. Nam cùm vna vnam alloquitur nec vult cæteras audire, locutio non dirigitur nisi ad illã vnam, & propterea illa sola excitatur à Deo, ad percipiendum quod sibi ab alia dicitur. Quod si Intelligẽtia conceptum suum ad illam vnam dirigẽs, sit tamen contenta vt aliæ intelligant quod ipsa alteri dicit; tunc illæ aliæ, si velint attendere poterũt quidem percipere quid dicatur, tamen non dicentur audire illam vt alloquentem ipsas. Sicut cùm quis in confertissima turba, etiam aliquem inclamat, cæteri quidem percipiant quid dicatur, tamen colloquium & vox ad illum vnum dirigitur, & cum eo solo dicitur loqui qui verba profert.

142 Item si interroges an Intelligentia possit simul alloqui plures alias, vel etiam omnes, aut infinitas si tot essent, distinguendum est. Si enim intelligatur tantùm confusè concipere quam plurimas, aut infinitas illas Intelligentias ad quas conceptum suum ordinat, vtique posset quantaslibet vel etiam infinitas simul alloqui: cùm enim nihil eis debeat physicè imprimere, sed ad eius nutum Deus præstet omnem effectionem ex parte loquentis requisitam in audiente, propterea satis est vt ipsa Intelligentia loquens, ordinet conceptum suum ad tot Intelligentias quot alloqui vult, & illæ hoc ipso audient quia à Deo excitabuntur: potest autem Intelligentia loquens concipere confusè infinitas alias Intelligentias, & velle ab illis audiri: ergo potest simul alloqui infinitas. Si tamen vellet tantùm alloqui eas quas distinctè conciperet cõstat quod tantùm finitas alloqueretur. Sicut orator qui plena concione concionatur, potest simul confusè, non tamen distinctè & sigillatim alloqui omnes præsentes. Qua etiam ex causa, quia auditio fit percipiendo distinctè & sigillatim vocem alterius, non potest vna Intelligentia quantascunque Intelligentias simul loquentes audire, & ad earum voces attendere ob finitatem virtutis auditiuæ.

143 Adhæc si quæras è quanta distantia possit vna Intelligentia alloqui aliam, facilè respondetur cum Sibyllano decad. 1. c. 8. q. 5. & Mayronio in 2. d. 9. q. 1. 4. *sed hoc*, quantamuis distantiam non obstare colloquio. Ratio est quia Intelligentia quæ loquitur, nihil transmittit ad audien-

rem, ac proinde distantia & propinquitas, non iuuant vel minuunt colloquium, vt ob similem causam suprà diximus de notitia quorumcunque obiectorum connaturalium non separatorum. Et quamuis oporteat aliquid fieri in Intelligentia audiente, nempe excitationem, tamen ea actio, & motio concomitans ad eam, non tribuitur loquenti nisi tanquam causæ morali, quatenus scilicet Deus excitationem illam exequitur loco eius, & occasione illius. Ex quo patet hanc sententiam malè à Palacio in 2. d. 10. disp. 2. reiici ex finitate Intelligentiæ loquentis. Hinc porrò efficitur, non esse inter Intelligentias necessitatem vel vsum scripturæ, & literarum vocibus contradistinctarum, quibus absentes commonefaciant. Aliunde verò non egent literis aut scripturis ad consulendū memoriæ defectibus, vt rectè aduertit Cæsarius Dialogo 1. & Ananias 3. de natura dæmo. cap. 7. quippe cùm nulla in earum memoriam obliuio irrepat.

Cadátne in Intelligentias mendacium.

144 Præterea si quæras an Intelligentia loquens possit mentiri & decipere aliam, respondendum est, posse, multis licèt Mayronio suprà difficultate 7. & Recentioribus quibusdam. Potest enim Intelligentia, si velit, (loquor secundùm puram naturam, & secluso statu beatitudinis) potest inquam elicere in se desiderium, vt alia Intelligentia existimet aliquid sibi ab ipsa detegi, cùm tamen non ita sit, sed vnum aliquem actum cognoscendum exhibeat, alium verò occultet. Velit enim verbi gratia detegere alteri voluntatem suam eundi aliquò post horam, cùm tamen reuera aliud proponat. In eo casu interuenit manifestum mendacium, quatenus actus voluntatis occultus qui non exhibetur, est dissonus actui voluntatis qui exhibetur, nempe volitioni illi qua loquens vult audientem concipere & iudicare quòd velit discedere cum tamen nolit. Dissonant enim duo illi actus, saltem quatenus ille actus voluntatis qui exhibetur, denunciat eum qui fingitur esse, & non est: hic autem directè & immediatè dissonat volitioni illi reipsa elicitæ, & non exhibitæ. Itaque vt mendacium locum habeat inter Intelligentias, necesse est vt loquens non admittat audientem ad intuitionē actus habentis rationem obiecti detecti, quod semper, saltem ex parte, est actus aliquis Intelligentiæ loquentis, potest autem facilè solam illius abstractiuam notitiam, audienti conferre. Tunc ergo Deus vt Autor naturæ excitat aliam illam Intelligentiam, vt concipiat Intelligentiam loquentem velle vt ipsa audiens resciat hoc vel illud, discatque id sic, vel sic se habere, cùm tamen aliter se habeat, etiam spectata loquentis mente. Vbi manifestè interuenit mendacium, cui tamen Deus nullo modo cooperatur, neque excitat ad iudicium falsum, quia tantùm mouet ad concipiendum quod Intelligentia loquens velit audientem id scire, & ita rem se habere: atqui Intelligentia loquens habet reipsa volitionem vt alia id totum concipiat: ergo Deus excitans aliam Intelligentiam ad hoc totum concipiendum, non excitat eam ad actum falsum, neque id potest intendere aut facere, quamuis dicatur id facere cùm permittit, vt bene monuit S. Anselm. lib. de meditatione redempt. generis humani c. 2. Et quamuis ea excitatio possit esse occasio actus falsi, quo Intelligentia audiens assentietur

rem

tem ita se vera se habere, sicut renun-
tiatum ipsi fuit à loquente, tamen Deus nullo modo interuenit ad assensum illum falsum, quia non mouit audientem ad concipiendum obiectum sub illa indicatione loquentis, sed tantum quatenus substratum indicationi illi, quo pacto est obiectum veri iudicij. Reuera enim loquens iudicat illud ita se habere, & vult ab alio existimari quòd res ita se habeat, & quòd ipse loquens ita existimet. Quomodo autem Deus absque mendacio & imperfectione possit concurrere & mouere ad apprehensionem veram quæ possit esse occasio falsi iudicij, constat ex illis quæ disputant Theologi circa miraculosas apparitiones, ac nominatim Suar. 1.3. 3.p. d.55. sect.1.

Et an iuramentum.

145 Hinc viceversa infertur inter Intelligentias posse esse locum iuramento, non promissorio tantùm, de quo non est tanta difficultas, sed etiam assertorio, vt rectè aduertit Suar. l.1. de iuramento c.13. n.16. Quia enim, vt dicebam, Intelligentia loquens potest non admittere audientem ad intuitionem claram actus quem detegit, vt iudicij sui de re aliqua, vel volitionis de aliquo agendo, propterea Intelligentia audiens quæ nunc non habet euidentiam rei, potest exigere firmamentum aliquod assertionis quam in loquente percepit. Optimum autem firmamentum est assumptio Dei in testem. Itaque sicut Intelligentiæ nobis firmare possunt assertiones suas interuentu iuramenti, quia cùm nos non penetramus latebras intellectus Angelici, assentimur obscurè hoc vel illud asserentibus; ita & inter seipsas [illegible] quo pacto possint iuramen-
tum à creaturis adhibitum nomine Chrysost. homil. 26. ad pop.) vsurpare possunt. Neque verò, vt hoc obiter addam, Intelligentia ex eo quòd illum alium modum aliquid detegendi in quo locus non esset iuramento, habeat ad manum, illico censenda est frustra ac sine necessitate, proindéque cum culpa vsurpare illum. Potest enim contingere vt expediat vnam Intelligentiam non admittere aliam ad intuitionem secreti sui, sed tantùm ad abstractiuam eius notitiam: v.g. ad probandam virtutem inferioris, si ipsa loquens sit superior, & vt alia exerceat actum fidei (vt sic loquar) Angelicæ, vel ad similem alium finem.

At etiam an clamor & cantus.

146 Insuper si quæratur, an Intelligentiæ inter colloquendum, seruent semper eundem vocis tenorem, & an vna possit altiùs clamare quàm alia, respondet Mayro. in 2. d.10. q.1. in fin. clamorem inter Intelligentias esse altiorem, cùm vna magis imprimit & fortiùs, additque posse indidem peti rationem acuti & grauis in Intelligentiarum vocibus, similique explicari quomodo possint efficere concentum musicum intellectualem. Verùm ea maior & fortior impressio, in casu nostro non potest esse nisi intensior, quæ si hic interueniat (vt sanè interuenire potest Deo excitante Intelligentiam audientem ad actum intensiorem,) conferet tantùm ad distinctiorem & clariorem expressionem, qualis haberi poterit ab Intelligentia superiore & perfectiore si inferior ita eam alloquatur, vt tamen non adhibeat (vt ita dicam) contentionem in loquendo. Quare si quæ est probabilis ratio metaphorici clamoris in Intelligentia loquente, non alia posse
videtur,

videtur, quàm si dicamus tunc Intelligentiam clamare, cum vult & desiderat, quod ipsa audienti intimat, attenté ab hac considerari. Quod videtur tradidisse S. Gregor. 2. Moral. c. 8. vbi exponens illud de animabus voce magna clamantibus ait, *Magnus eorum clamor magnum est desiderium. Tantò enim quisque minus clamat, quantò minus desiderat, & tantò maiorem vocem in aures incircumscripti spiritus exprimit, quantò se in eius desiderium plenius fundit. Animarum ergo verba ipsa sunt desideria.* Hæc S. Gregorius.

147 Quod de Musica adiicitur, non aliter admittendum est quàm si de gaudio intelligatur, vt rectè tradit Gulielm. Paris. 3. 2. de vniuerso, cap. 7. & hoc sensu Porphyrius ex oraculo quod refert Eugubinus in Psalm. 67. concentum Intelligentiis concessit. Nec aliter philosophatus videtur Philo Iudæus libro de Plantatione Noë ad illud, *omnis quartus erunt fructus*, &c. Musicam enim cœlestem interpretatur recordationem gratam Diuinorum operum, iunctam haud dubiè affectui gaudij, & delectationis de factura diuina. Quod ille confirmat fabella non ineleganti à *sapientibus* (vt ait) *veris ad posteros per manus tradita, tempore quod conditor mundum opifex absoluerit, rogauerit quendam è Prophetis numquid desideraret ad operis complementum. Illum autem dixisse desiderare, Laudatorem tanti operis sermonem, planè si Deo respondere, nec mutire post exortum grande tumultu & insigneum, ex vna Diuinarum potestatum surgit Memoria, quam Mnemosynem quidam vocant diuerso nomine.* Ita Philo, quem vides spiritualem Musicam agnoscere in iis quos dixi spiritualibus actibus, (quos etiam Gulielm. Paris. supra ad Angelica respiratia applicat) non in tali vel tali impressione vt Mayronius philosophabatur. Quomodo igitur omnes vocum consonantiæ, quibus vniuersa Musica nostra constat, respondeant totidem Angelorum ordinibus, quasi omnis nostra Deum collaudans Musica, imitatione exprimat Musicam Angelorum, cùm eam quæ exposita est, tum illam maximè quæ ex eorum tantis perfectionibus, attenté sua expendentium mentibus intimat (qui est quasi substantialis Angelorum concentus, propter quem talis illi quem nemo in cœlis dormire faciet iuxta Iobum.) fusè prosequitur Paulus Pruniensis lib. 4. de sacra domus Dei cap. 8. c. 9. Bibl.

De ijsdem circumstantijs ex parte audientis.

148 Postremò quod ad audientem attinet, si roges liberúmne ei sit illa audire, dicendum est contra Palac. in 2. d. 10. disp. 1. initio quidem necessarium illi esse excipere locutionem alterius, quia excitatio ad audiendum non est illi libera, cùm fiat independenter à voluntate eius. Tamen ex quo percepit quid loquens sibi renunciet, potest, vt ita dicam, aures obstruere. Sicut enim Deus ad exigentiam loquentis mouet audientem ad percipiendam alterius loquelam, ita posita contraria voluntate audientis, cessat mouere. Tantum enim vel etiam plus artis in illam motionis cessationem, habet Intelligentia audiens, quàm loquens in eiusdem causationem, & idcirco continuatio auditionis, est libera audienti, non inchoatio. Sicut nobis ante appositum impedimentum, verbi gratia ante occlusas aures, necessarium est percipere sonus qui tunc fiunt; ab eorum tamen continuatâ auditione liberè cessamus appositione impedimenti, quod in Intelligentia

voluntate

audiente est nolitio. Et quamuis Intelligentia loquens importunè instaret, vt hoc alia perciperet & audiret, tamen quamdiu erit formalis seu virtualis & moraliter manens renisus ac fuga auditionis, non fiet auditio.

ARTICVLVS VIII.

De ipsa intelligendi facultate.

HOc vnum superest circa primam hanc facultatem vitæ Intelligentiarum, vt scilicet post expositionem obiecti & actuum, ad quos facultas illa ordinatur, dicamus aliquid de ipsamet intellectus facultate, ad substantiam Intelligentiæ, aliósque intellectus creatos, itémque ad suos actus & habitus comparata. Quarum difficultatum bona pars breuiter expediri potest, quia pleræque hic alioqui tractanda, ex professo potius de humano intellectu disputantibus permittenda sunt, vel obiter tantùm attingenda.

ASSERTIO.

Intellectus Intelligentiæ à substantia cui implantatur, realiter, ab intellectu verò humano, tum alterius intelligentiæ essentialiter differentis, specificè distinguitur. Non est omnino incapax habituum, & cessationis à quocumque actu suo. Potest ferri in plura simul, non tamen in omnia sua connaturalia obiecta, siue actu vno, siue pluribus. Determinationem quoad exercitium actus, aut simpliciter, aut secundum quid primo, suscipit à bona fortuna.

149 Primò, comparanti intellectum Intelligentiæ cum substantia ipsius Intelligentiæ, asserere distingui realiter, quæ est communis sententia extra scholam Scoti & Nominalium, quamuis eam ratione efficaci stabilire, & Scotum expugnare, non sit ita facilè, ac fortassis in tantis tenebris circa Intelligentiarum naturam, ne possibile quidem. Sed vt nullum suppeteret pro hoc asserto nostro præsidium euidentis rationis, sufficeret tamen quod neq; Aduersarij quicquam pro se habent admodum vrgens, imò minùs rationabiliter procedunt quàm nos, vt ex dicendis constabit. Superfluitas autem huiusmodi additiciarum vitium cui præsertim nituntur, non multum viget, quia tametsi earum necessitas nequeat fortassis, vt dicebam, euidenti ratione ita euinci, vt nullus sit tergiuersandi locus; tamen sufficit quod rationabiliter adigamur additicias huiusmodi formas inuehere. Meritò enim Mayro, quodl. 6. lit. G, arguit Ochamum incredibilis auaritiæ, quòd nullum quantumuis minutum ens admittere velit, nisi cogente tam euidenti ratione, vt intellectus eluctari nequeat, cùm tamen autore Aristotele 2. Metaph. t. 16. & 1. Ethic. cap. 4. non sint vbique quærendæ rationes euidentes, sed sufficiat rationabiliter procedere.

Astruitur distinctio intellectus ab Intelligentia.

150 Vt autem sententiam cui subscripsimus, confirmemus quàm commodè licuerit, supponendum imprimis est contra Durandum in 2. d. 3. q. 5. num. 4. non aliter philosophandum esse de Intelligentiæ & intellectus eius distinctione, quàm de distinctione intellectus nostri, cæterarúmque nostrarum potentiarum, ab anima nostra. Paritatē enim quoad hoc

latae vtramque illam substantiam, suadet vtriusque finitas & limitatio, cui consentaneum fuit per additias potentias accidentarias sublenari, ac etiam exornari. Non quod & anima & Intelligentia non possent per se solas sufficere ad actus illos, quos vnà cum potentiis eliciunt, (possunt enim substantiae esse per seipsas proxima operationis principia, vt alibi disputatum est, & improbabilissimè Caietanus, 1. p. q. 54. art. 3. id eis etiam de absoluta potentia denegat,) sed quòd domesticum hoc satellitium & famulitium, decet substantiam: sicut substantiae corporeae, immanenter producunt qualitatem illam quam transeunter quoque producunt, verbi gratia, ignis calorem in se primum producit se solo, tum in alia, primo illo immanenter producto calore cooperante, possetque haud dubie eadem illa vi qua in se calorem produxit, eum quoque in alia externa subiecta transeunter profundere nullo cooperante calore immanente; prout si fingamus Deum nolle cum igne concurrere ad calorem immanenter producendum, nec tamen denegare concursum ad producendum calorem in subiectum externum debitè applicatum. Quemadmodum ergo non obstante hac efficacitate substantiae corporeae, consentaneum fuit eam numerositate accidentium actiuorum tanquam praesidio & subsidio instrui, vt vis eius vniuersalis & ad multa pertinens eò vegetior esset ad singula, quo propter incrementum coadiuuantium principiorum minus in quoduis impenderet, ita eadem ex causa congruum fuit, animam & Intelligentiam, accidentariis facultatibus instrui, quamuis vtraque per seipsam ad operationes facultatum illarum posset sufficere.

151 Est itaque paritas inter animam & Intelligentiam, quantum attinet ad distinctionem facultatum, atque adeò si potentiae in anima sunt accidentia reipsa distincta, & vt vocant numeralia, idem asserendum est de facultatibus Intelligentiae; si verò potentiae animae sunt tantùm accidentia Metaphysica, vt vult Scotus, eodem modo philosophandum erit in Intelligentia. Nec quae opponit Durandus, firma sunt. Ait enim distinctionem potentiarum animae ab anima, fundari tantum in multiplicitate operationum animae, quae idcirco exigat subsidium aliquod potentiarum. Item ait animam esse actum corporis, quod intellectui animam consequenti non competit. Quas rationes supponit Durandus non vrgere in Intelligentia, quae neque actus corporis est, neque nisi vnam cognitionem habet, nempe intellectiuam. Vnde tandem infert non suppetere rationes ad inducendam distinctionem realem inter intellectum Intelligentiae & Intelligentiam, sicut suppetunt pro distinguendo intellectu humano ab anima.

Haec Durandi argumenta nego firma esse ad intentam ab eo disparitatem euincendam. Et primum quidem facilè infringitur. Nam quamuis in Intelligentiis sit tantùm vna cognitio, est tamen multiplex operatio, sicut & multae facultates. Item vnica illa vis principalis cognoscens, si plus suppetat virium, (sicut reuera plus suppetit cùm adest instrumentum cooperans,) potest in plures simul actus incumbere, quàm posset non adiuta à substantia per potentiam adiutricem re distinctam. Secundum item Durandi argumentum imbelle est. Nam qui dixerit intellectum hominis identificari cum anima, facilè admittet

muniter intellectum esse formam corporis, quamuis passim id negari soleat cum Aristotele 2. animæ t. 21. addendum tamen quòd si anima rationalis esset tantùm intellectiua, nec haberet in se alios gradus, scilicet vegetatiuum, & sensitiuum, non oportuisset eam vniri corpori.

152 Sic supposita paritate inter animam & Intelligētiam, quoad traditam intellectus ab vtraque distinctionem, vel indistinctionem, vt non inefficaciter ostendamus intellectum Intelligentiæ reipsa distingui ab ea, assumendum est intellectum humanum realiter distingui ab anima. Quod non placet fusè persequi, tum quia aliò pertinet, tum quia copiosissimè ab innumeris antiquis iuxta ac Recētioribus tractatum est, nominatim à Capreolo in 1. d. 3. quæst. 3. art. 2. & Argent. in 1. d. 2. quæst. 2. art. 2. breuiter igitur hac vna ratione illud cōfirmo. Vt se habet sensus ad animam rationalem, ita & intellectus (nimirùm enim Nauarrus in Manuali præludio 1. *in fine*, [illegible], aliter philosophatur de distinctione potentiarum materialium ab anima, quàm de distinctione immaterialium, cùm tamen quæcumque ratio suadet animam quoad aliquem gradum cōplendam esse per veras potentias reipsa additas, idem suadeat de quouis alio gradu, vt satis viderunt omnes propè qui aliquas potentias negant distingui, affirmās enim idem de omnibus.) Atqui sensum distingui ab anima rationali, probari videtur ex materialitate operationis sensitiuæ, nihil enim est in eius obiecto vnde eam operationem spiritualem esse suadeamus, quoniam materialitatem eius directè probamus ex illius effectione per agens corporeum, nempe per species ab obiectis transmissas. Quòd si sensatio materialis est, potentia quoque sensitiua materialis esse debet, cùm sensatio debeat in ea subiectari, vt effectum suum formalem illi conferat quem non nisi sui communicatione & informatione impertit. Ergo sensus distinguitur ab anima rationali, atque adeò etiam intellectiua. Quare à primo ad vltimum, intellectus quoque Intelligentiæ, qui ad hanc eodem modo se habet quo intellectus humanus ad animam, distinguetur realiter ab Intelligentia.

Quomodo intellectus Intelligentiæ à nostro differat.

153 SECVNDÒ, comparari intellectum Intelligentiæ cum aliis intellectibus creatis, nempe humano, & alterius Intelligentiæ specie diuersæ, & asserimus differre specie. Et quidem quoad distinctionem ab humano attinet res est certissima, quicquid contra sentiant Conimbr. tract. de anima separ. disput. 1. artic. 7. probaturque in primis ex distinctione specifica animæ rationalis & Intelligentiæ. Ad eam enim distinctionem videtur debere consequi distinctio specifica primæ & præcipuæ proprietatis huiusmodi naturarum, quæ est intellectus. Accedit diuersitas obiectorum connaturalium, fundata in diuerso essendi modo vtrique illi substantiæ competente, itemque latior sphæra obiectiua intellectus Angelici quàm humani, ob altiorem modum essendi Intelligentiæ. Superiori enim & excelsiori modo essendi naturæ intelligentis, præter sphæram propriam intelligibilem, correspondet tota sphæra minor inferiorum naturarum intelligentium, quæ intra superiorem illam clauditur, vt latè supra exposuimus. Atqui potentiæ diuersam obiecti connaturalis sphæ-

eam, & non æquè latè patentē sortitur, non possunt esse eiusdem speciei: ergo intellectus Intelligentiæ & humanus specie differunt. Imo Scalig. exerc. 346. vult differre plusquàm specie, & sanè afficiantur naturas genere proximo differentes, & plusquàm specie infima distinctas.

Quomodo ab alterius Intelligentiæ intellectu.

154 Iam quòd intellectus vnius Angelicus differat specie ab intellectu alterius Intelligentiæ specie diuersæ, rectè assertum est à Durando in 2. d. 11. quæst. 3 num. 15. potestque probari eodem modo quo alibi ostendimus, sensum internum in diuersis specie animalibus specie diuersum esse, nempe quia ex 10. Ethic. cap. 5. *quæ diuersis specie sunt propria, inter se quoque specie differunt*, atqui intellectus est prima proprietas Intelligentiæ. Quod si per ordinem ad intellectum non constituamus, & inter se specificè distinguamus Intelligentias, nihil suppetet vnde eam cōstitutionem & diuersispecificationem petamus. Accedit quòd differētia specifica debet esse proportionata genericæ. Sic enim ratio generica quantitatis, consistens in debito extensionis externæ seu in extensione radicali, restringitur ad hanc vel illam quantitatis speciem, per talem vel talem extensionem communi illa rationi proportionatam. Et ratio generica animalis, limitatur ad hanc & illam speciem per tale & tale sensitiuum, vt rectè philosophatur Caiet. 1. p. quæst. 54. a. 1. §. *Ad cuius sensum*. Debetque ita fieri patet ex munere differentiæ constitutiuæ specificæ; ergo similiter creatura intellectualis completa, seu ratio generica Intelligentiæ, si contrahenda est ad constituendas diuersas specie naturas, non aliter restringi debet quàm per tale & tale intellectiuum specificum, proindéque necessarium est vt Intelligentiæ specie differentes, habeant quoque intellectus specificè diuersos.

155 Video hic opponi posse varies supra assertam æqualitatem obiecti connaturalis in omnibus Intelligentiis, propter identitatem modi essendi generici. Videtur enim inde sequi identitas specifica intellectuum in eandem illam sphæram obiectiuam tendentium. Sed nimium vrgeret argumentum, si nulla alia superesset via distinguendi facultates in idem obiectum tendentes, quod falsum esse dicam infrà, agens de Diuinorum attributorum distinctione ab essentia. Quare dicendum est, tametsi omnes intellectus Intelligentiarum habent idem connaturale obiectum, tamē posse eos inter se specie distingui ob diuersum in obiecta illa tendendi modum. Nempe intellectui perfectioris Intelligentiæ, connaturale est, clariùs & distinctiùs attingere obiectum illud, quàm attingatur ab inferiore; & licèt confusior vel expressior conceptio non differunt nisi accidentariò, tamen debitum expressioris vel minùs expressæ notitiæ, arguit diuersitatem specificam: sicut calor ignis & aëris, non nisi accidētariò differunt ratione plurium vel pauciorum graduum, & tamen debitum pauciorum illorū graduum quod est in aëre, non in igne, sufficeret ad arguendam specificam distinctionem ignis & aëris, quamuis nullum aliud discrimen intercederet inter duo illa elementa. Idem est de leuitate summa & media duorum illorum elementorum. Adhæc intellectui superioris Intelligentiæ, propter plenius lumen & vires copio

copiosiores, consentaneum est posse plures complecti unico actu quam possit intellectus Intelligentiæ inferioris. Propterea enim S. Dionys. cap. 15. cælest. hierar. affirmat per intellectum inferioris intelligentiæ tanquam per spirituales quosdam dentes concidi in plura pabulum intelligibile, siue obiectum quod superior Intelligibile vsurpat non concisum.

Sitne capax habituum facilitantium.

156 Tertiò, comparandi intellectum Intelligentiæ cum suis actibus & habitibus. Et de his quidem breuiter dicendum, non tot concedendos esse Intelligentiarum intellectui, quot damus nostro, quia nimirum intellectus Intelligentiæ pro ea perspicacitate qua pollet, summam promptitudinem experitur ad multos actus, quorum eliciendorum difficultas superanda est in nobis per habitum. Et hoc euincunt quæ habent Scotus in 2. d. 3. quæst. 11. lit. D. Argent. in 2. d. 3. quæst. 2. art. 4. ad 5. *contra primum secundæ partis articuli*, Mayron in 2. d. 33. quæst. 1. art. 5. & Vasq. 1. p. d. 219. num. 5. Valent. 1. 2. d. 4. q. 2. p. 5. Non tamen (quod illi contendunt,) inde efficitur, intellectum Intelligentiæ esse prorsus incapacem habituum naturalium facilitatis. Nam ad aliquos actus respectu quorum non est ei tanta euidentia, atque adeò etiam promptitudo ad operandum, potest facilitatem acquirere per habitum superadditum. Atque ita existimo contingere respectu rerum de quibus Intelligentia coniectat, vel opinatur, cuiusmodi sunt futura, & secreta cordium alienorum.

Imò (quod difficiliùs persuadetur,) Mol. 1. p. q. 58. art. 1. concl. 6. & Salas tract. 10. d. 2. sect. 5 alios allegans, non modò quoad obiecta inuidenter & obscurè cognita, sed etiam quoad ea quæ euidenter cognoscuntur, concedunt habitus intellectui Intelligentiæ. Quod vt verisimilius fiat, restringendum est ad quædam ex huiusmodi obiectis, quorum non ita clara sit intuitio, si alicunde possit contingere inæqualitas in huiusmodi intuitu claro. Quo pacto fauebit his auctoribus, exemplum nostri habitus primorum principiorum quod adducunt. Nam & nos circa quædam principia prima minùs illustria, tametsi euidenter nota, sumus habituum capaces iuxta philosophicam sententiam valde probabilem, & in conclusionibus quibusdam euidenter deducibilibus ex antecedente aliquo, facilitatem sensim acquirimus. Quo sensu Auerroës, Simplicius & S. Maximus, habitus Intelligentiis negarunt, tractatum est suprà, cùm de compositione & simplicitate Intelligentiarum disp. 3. num. 61. Et hæc breuiter de comparatione intellectus Intelligentiæ ad suos habitus.

Possitne cessare à quolibet singulari actu.

157 Operosior est eiusdem comparatio ad actus, quæ tripliciter institui potest. Nempe primò quoad potestatem ab eis cessandi, secundò quoad potestatem eosdem eliciendi & obiecta per eos attingendi, tertiò quoad delectum huius potiùs quàm illius actus nunc eliciendi ex multis quos nunc posset elicere. Prima comparatio dupliciter institui potest, nẽpe vel in ordine ad quemcunque singularem actum, siue in ordine ad intellectiones diuisiuè acceptas, vel in ordine ad omnes omnino intellectiones collectiuè consideratas.

Quoad intellectiones diuisiuè cõsideratas, non est controuersia nisi

quoad notitiam ipsiusmet Intelligentiæ, & Dei: quia duo obiecta iungo, quia cognitio illa qua Intelligentia percipit seipsam, est clara & intuitiua, ac proinde impossibile est vt per eam non attingantur omnia Intelligentiæ essentialia. Inter hæc autem numeratur habitudo transcendentalis, quam Intelligentia habet ad Deum tanquam ad primam causam, ergo necesse est vt Deus indirectè attingatur per notitiam illam qua Intelligentia se cognoscit, vt supra plenius dictum est. Si ergo Intelligentia à cognitione sui cessare nequit, non poterit etiam cessare à cognitione Dei. Est autem sententia longe communissima, non posse Intelligentiam suspendere cognitionem sui. Fundamentum est, quia Intelligentia cognoscit seipsam per suam essentiam, quæ nunquam abest ab ipsius intellectu.

118 Non est tamen improbabile quòd Intelligentia possit non modò à cæterorum obiectorum notitia cessare, vt passim conceditur, sed etiam quòd possit cessare à notitia sui, & Dei, atque adeò quòd possit omnino suspendere quamcumq; cognitionem suam diuinitùs acceptam. Quòd enim possit, ex eo fit verisimile, quòd nulla necessitate adigitur ad intelligendum, nec coniunctio sui ipsius cum intellectu plus eum necessitat ad sui intellectionem, quàm aliæ species quibus informatur, necessitent eum ad obiectorum per eas exhibitorum perceptionem: vel quàm species intellectibus nostris insitæ, necessitent nos ad perceptionem obiectorũ, quorum sunt species. Cõstat autem quòd species in intellectu abditæ, non vrgent nos ad actum, vt benè annotauit Gregor. in 2. d. 11. q. vnica ad 1. contra 2. suffragante Capreolo in 2. d. 3. q. 2. ad 4. *contra nonam*, & patet manifestè, alioqui enim essemus in perpetuo actu intelligẽdi omnia quorum habemus species. Visus quidem & alij externi sensus, per se loquendo, & seclusa animæ in alia nimis intentæ auocatione, posita specie impressa necessitantur ad expressionem suorum actuum, tamen non est existimandum hoc oriri ex peculiari imperfectione potentiæ materialis, vel potentiæ passiuæ, etiam non liberæ, cùm constet id non habere locum in sensu interno. Oritur ergo ex peculiari imperfectione potentiæ materialis externæ, cuius is est genius, vt cùm primùm ab obiecto lacessitur per speciei impressionem, ac etiam quamdiu perseuerat species, ita necessariò prorumpat in actum, vt nulla virtute potestate sibi quæat. Et idem est de intellectu nostro, quoad simplicem obiecti sensu percepti apprehensionem, iuxta illud, *Nec est in nostra potestate hic visu [illegible] tangi.* Determinatur enim quoad hoc noster intellectus ab externo sensu, & eius dictum sequitur, propter radicationem potentiarum. Externus autem sensus determinatur ad exercitium actus per illam sibi impressionem, qua accipit id à quo determinatur quoad essentiam actionis. Intellectus autẽ aliunde determinatur quoad exercitium actus, aliunde quoad essentiam eius, vt infrà attingam. Et idcircò non ita vrgetur per species sibi impressas, ex quo eas habet in statu quieto, vt experientia docet, propterea quod potest ab vsu cuiusuis illarum specierum, atque adeò etiam à quibusuis actibus distinctè cessare. Quanto ergo magis id concedendum erit intellectui Intelligentiæ, quem constat ne per primam quidem speciei impressionem determinari ad operandum, alioqui in sententia communi admittente omnes simul

simul species esse impressas (etiam si ponere ab initio, concederetur) esse oportuisse vt Intelligentia in primo momento sui esse omnia omnino obiecta à se intelligibilia simul attingeret. Quod S. Thomas, & alij sententiæ illius communis autores, non aduerterent.

159 Imò si agatur de sola determinatione per species, verum quomodo, quæ est in intellectu nostro, quod in primo speciei receptione non assignatur ad speciei illius vsum. Species enim impressæ intelligibiles non dantur in nobis ad primum actum, sed tantum ad recordationem actus prætereuntis elicitæ, per quem impressæ sunt tanquam vestigia ad motum illum intellectiuum recognoscendum: at constat recordationem non esse in illo ipso momento quo actus speciem imprimens elicitur, cùm enim id contra rationem recordationis, quæ tendit in actum præteritum: nec semper fit reflexio super actum illum primum, quasi dicere liceat speciem illam cùm primùm imprimitur, vsui statim esse ad illam reflexionem: plerumque enim sistitur in actu directo, nec fit progressus ad perceptionem eius: & quamuis fieret, tamen ipse actus directus, et compleat intellectum ad sui perceptionem pro illo momento quo primum est, reflexè eausandam, non indiget opera speciei sibi subrogatæ, vt dixi n. 102. sed per seipsum determinat intellectum ad reflexionem illam, sicut anima est sibi ipsi loco speciei impressæ. Itaque species nostra intelligibilis non modò in statu quieto, sed etiam cùm primùm imprimitur, non constituit intellectum ad operandum, quamuis sit intellectui coniunctissima. Similiter ergo coniunctio Intelligentiæ cum suo intellectu, non permanet competere Intelligentiæ perennem illam intellectionem sui, & Dei, ac proinde rectè assertum est posse Intelligentiam cessare à quacunque intellectione sua distinctim.

Valeátne cessare ab omnibus collectiuè?

160 An verò possit cessare à quacunque intellectione collectiuè, qui erat secundus sensus supra propositus, alia difficultas est. Perinde autem est hoc quærere, ac si quæreretur, possitne Intelligentia ita feriari, & quasi somno se dedere, vt omnem omnino intellectionem, ac proinde etiam omnem omnino operationem suam inhibeat. Nam cùm omnes eius operationes sint spirituales, & quibusuis spiritualibus actibus præire debeat intellectio, profectò si Intelligentia sopire ita potest intellectum suum vt nihil per eum operetur, nihil prorsus per aliam vllam potentiam operabitur, sed iacebit velut somno correpta, aut potiùs (quia in animalibus dormientibus multæ operationes vigent,) quasi truncus, ac stipes, vel saxú. Quod videtur ostendere, non esse plenè huius iustitij in intellectu suo indicendi potestatem penes Intelligentiam. Accedit quòd intellectus non potest suam ipse operationem suspendere, quia non est liber, ergo suspensio illa deberet fieri à voluntate: atqui voluntas non agit nisi prælucente intellectu, ergo semper intellectus Intelligentiæ habebit intellectionem aliquam.

161 De hoc dubio pauca leguntur apud Autores Gregor. in 2. d. 11. q. vnica *in fine*, cùm illud attigisset, inuolutum reliquit. Quanquam facilè est ex antecedentibus agnoscere sentiendum esse, penes Intelligentiam esse, omnem suam intellectionem

nem etiam collectiuè suspendere. Admittit enim posse Intelligentiam suspendere omnem intellectionem eorum quorum habet species, at vt dicebam non plus mouet propria substantia, quàm species rerum externarum, quas solas per species cognoscit. Ergo sicut non adigitur ad has cognoscendas, tametsi habeat intimè præsentes earū species, ita à sui quoque, & sibi inexistentium accidentium cognitione, feriari posset si luberet, ac proinde omnem omnino cognitionem posset suspendere. Vide rectè quoque monet Capr. qui in 2. d. 3. quæst. 2. ad 6. *contra nonum*, attingens obiter quæstioné quam Gregor. intactam reliquit, respondet dicendum esse ex mente D. Thomæ q. 8. de verit. art. 14. ad 6. non esse liberum Intelligentiæ cognitionem sui & Dei suspendere, & cùm has tantùm intellectiones excipiat, tacitè concedit posse suspendi omnes alias. At nullam esse exceptionis huius rationem, paulò ante ostendi.

162 Itaque exercitationis gratia, non iudico improbabile quin possit Angelicus intellectus cessare à quocumque actu suo etiam collectiuè, & tam altè stertere vt nihil prorsus operetur, (seclusa tamen determinatione ab extrinseco, de qua posteà.) Quamuis enim consentaneum sit perfectioni Intelligentiæ, vt semper aliquid agat, & proinde intelligat, iuxta illud Pythagoreorū apud Phot. cod. 249. *Optima* (hoc est Deus & Intelligentiæ) & *pessima* (idest plantæ) *semper agunt, media* (hoc est hominibus & brutis) *quandoque feriantibus*, tamen non parum etiam commendabitur plenitudo dominij, quo voluntas Intelligentiæ in omnes eius facultates polleret, si posset ad nutum cessare in Intelligentia plenum iustitium. Dixi *ad voluntatis nutum*, quia non aliter intellectus omnem suum actum posset suspendere, quàm voluntate inhibente concursum substantiæ Angelicæ in intellectionem; quod præstaret voluntas non per volitionem non concurrendi, quæ intellectionem prælucentem exigeret, sed per non volitionem concursus à substantia impendendi potentiæ, vt rectè in simili distinxit Gregor. in 2. d. 11. quæst. vnica *ad 2. contra 2.* Et quamuis durante actuali volitione non concurrendi, duratura quoque sit prælucens ei intellectio, tamen vnà cum volitione poterit cessare intellectio, ita vt fuerint quidem simul ambæ vsque ad certū punctum temporis; in eo autem puncto, desinente actu voluntatis, eodem quoque modo & simul desinat applicatio Intelligentiæ ad intelligendum. Posset verò postmodum Intelligentia ad intelligendum aliquid reuerti, accedente determinatione bonæ fortunæ, non enim potest à voluntate sua determinari ad hoc primum post feriationem illam, cogitandum, vt malè censuit suprà Gregor. *ad 2. principale.* Nam intellectio volitioni cuius præmittenda, cuiusmodi esset illa quæ voluntati in prima illa quietis (vt ita dicam) solutione præluceret, non potest esse libera quoad primam inceptionem, atque adeò intellectus denuo erumpens in actum, non posset, nisi forte casu, in hunc potius quàm illum actum erumpere.

163 Imò nec casu quidem, non enim esset ratio vlla, cur ad breue, aut ad longius tempus feriaretur. Itaque vel æternùm dormiret, vel non resumeret operationem nisi determinata per bonam fortunam, quæ nobis quoque vt in Physicis tractatū est, & infrà attingam, est plerum-

quæ

quae primae cogitationis origo.

Dices, intellectus est potentia necessaria, ac proinde eget applicari per voluntatem, imò si habeat obiectum, (vt sanè in Intelligentia semper habet,) semper eidem operabitur, renuente licet voluntate, non minùs quàm vis nutritiua, & sensus externus, appositis obiectis semper & necessariò agunt, nisi animae vires aliò penitus distineantur quod est per accidens.

Respondeo, intellectum esse quidem facultatem necessariam, quare nos nihil agere potest determinando se pro libito ad agendum, & cum potestate cohibendi se, sic enim haberet indifferentiam actiuam, quam esse solius voluntatis propriã alibi ostendimus contra Durandum. Non tamen idcirco intellectus eandem in operando necessitatem habet, quàm sensus externi & facultates vegetatiuae. In harum enim potentiarum actione voluntas nihil vires habet nisi indirectè, seu distrahẽdo in alios actus vires animae, quae essent ad illos actus necessariae. Potentiae quippe vitales, cùm sint instrumenta actiuum, nihil in eas possunt nisi eleuentur per actualem cooperationem animae, quae cùm habeat certam virium mensuram, si eas largiùs conferat in aliquas actiones, nihil, vel modicum aliis potentiis reseruabit, quae propterea obstipae iacebunt. Directè autem nihil potest voluntas in praedictas potentias; quia vegetatiuae quidem, determinantur quoad exercitium actus per ipsam alimenti debitam appositionem, sensus verò externi per coniunctionem intentionalem cum obiecto: coniunctio cum intellectu, ac etiam cum sensu interno, determinat tantùm quoad specificationem actus, non tamen quoad exercitium, ob altiorem naturam harum potentiarum, quae aliunde expectant postremam hanc sui determinationem, vt infrà patebit. Quod si tanta esset intellectus in operando necessitas, quanta nutritiuae, oporteret eum semper elicere actiones omnes pro quibus habet species, cùm obiecta quorum speciebus instruitur non sint minùs ei approximata intelligibiliter, quàm sit alimentum virtuti nutritiuae, cum ei localiter apponitur. Itaque intellectus, sicut & facultas motrix, quamuis sit facultas non libera, subest tamen voluntati, non modò quatenus voluntas potest eum aliò diuertere, sed etiam quatenus potest suspendere influxum animae, necessarium ad intelligendum; quia quamuis influxus ille conferatur sine libertate, cùm determinatio externa adigit ad intelligendum, tamen ea seclusa, (vt nunc facimus,) non ita confertur, sed potest per voluntatis edictum sisti, ac proinde si voluntas renuat collationem illam, interponatque suum illud edictum, cessabit intellectus intelligere: potest autem voluntas prorsus cessare à volendo, & veluti siccare influxum animae in superiores potentias. Similiter ergo si supponatur deesse externam determinationem, intellectus quoque Intelligentiae poterit per voluntatis interpositionem prorsus cessare ab intelligendo.

164 Instabis primò influxum illum ad actum intellectus, si inhibetur à volũtate, debere inhiberi per actum aliquem ipsius voluntatis; hic autem praeterquàm quòd supponit intellectionem, & ei subordinatur, non videtur posse quicquã facere per quod influxum illum sistat. Quid enim faciet illa volitio vt cooperationem animae, intellectioni eliciendae necessariam impediat? Neque verò dici potest volitionem excludere in-

fluxum illum per incompossibilitatem aliquam formalem cum eu, nulla enim talis incompossibilitas fingi potest.

Respondeo volitionem non excludere cooperationem illam producendo aliquid, vel propter incompossibilitatem, sed ob plenitudinem dominij quod voluntas habet in potentias omnes superiores, cùm abest extrinseca determinatio ad actus earum. Sicut cùm voluntas exuit se omni suo actu positiuo, (quod Palac. in 2.d.35.disp. vnica contendit sæpè contingere,) nemo dixerit voluntatem aliter id præstare quam suspendendo influxum animæ, & veluti siccando fontem quo rigari debent omnes potentiæ, vt in actum prodeant, nec prorsus exarescant. Quamuis autem influxus ille intellectui necessarius sit, tum impendatur ab anima liberè, libertate, vt ita dicam, positiua, seu ei vi principij sui debita, qualis est in actu liberè volendi; vel deriuata ab anteriore actu voluntatis libero, ratenus tamen potest censeri liberè impensus, quatenus tametsi absque formali eius edicto potest conferri, est tamen impedibilis ad nutum voluntatis, nec conferetur cum primum illa reluctatur. Cuiusmodi impedibilitatem & libertatem cernere licet in vi respiratiua, quæ necessariò operatur nam respiratio non pendet ab applicatione per voluntatem liberam facta; potest enim absque ea inchoari & exerceri, modò voluntas non repugnet, & tamen est per eam impedibilis: & ideò respiratio, neque dicitur simpliciter necessaria, neque simpliciter libera, vt tradunt Carpont. digress.8. in Alcin. in fine, Fernel.6.Phys.c.17. & Nemes. lib. de homine c. 27. & 28. hoc autem modo, seu quoad impedibilitatem, nihil vetat intellectionem pendere à volitione sibi subordinata: si tamen istæ vocatur dependentia, vbi nullus positiuus influxus & causalitas exercitur, sicut neque ipsa volitio pendet à seipsa, quamuis sit à seipsa eodem modo impedibilis, vt dictum est.

165 Instabis secundò, quidni ergo intellectus quoque noster, poterit ad nutum voluntatis eodem modo feriari, quod tamen experientia docet fieri non posse? Quòd si dicas intellectum nullum determinari ad intelligendo, ab imaginatione quæ perpetuò aliquid voluit, & irrequieta semper est, superest quæstio de ipsa imaginatione, quidni & ipsa quoque possit ad nutum voluntatis prorsus interdici operatione: & tamen constat indomitam hanc ferã cicurari nunquam perfectè posse, imò quo tempore voluntas tranquillitatem summopere ambit, desiderio rerum supernarum, impertinentissime nugas & picturas suas obiicere, quibus etiam penè violenter intellectum à cœlestibus considerandis abducit, vt pulcherrimè deplorant August. in Psalm. 85. ad illud *gaudium in Domino suauis ac mitis*, & 10. confess. c.35. Cassian. collat. 10. c. 12. Rich. Victor. l.3. de contempl. c. 22. & passim alij.

166 Respondendum est, intellectum, vt rectè occurrebam, in hoc statu determinari ad intelligendum per sympathiam, ob connexionem cum phantasia aliquid perpetuò volente. Et idcirco per extrinsecam phantasiæ determinationẽ stare, quominus intellectus prorsus feriari possit, ac omittam determinationem extrinsecam bonæ fortunæ de qua prius dixi. Nec dispar responsio afferenda est pro ipsamet phantasia, siue sensu interno, quia enim determinatur ad exercitium actus à sensibus externis,

quj

quâ vel omnes simul vel aliqui, operatione aliqua nunquam vacent in vigilia, propterea phantasia quoque, semper aliquid operatur. Quoad ea autem in quæ fertur non præmonentibus istis ad talem actum externis sensibus, dicendum est, quod tametsi actum phantasiam, si desit extrinseca determinatio bonæ aut malæ fortunæ, cohiberi posse ab operatione ad nutum voluntatis, quamvis non ita facilè quàm intellectus, quia quò elongatior est à voluntate quàm intellectus, eò indocilior & (vt ita dicam) fræno insuetior est. Imò ob nimiam cohibendi, plerumque ita efficitur ob factam per nimiam illam commotionem corpoream certis speciebus excitandis & determinandæ ad actum illam phantasiæ opportunam, vt importunior reddatur volubilitas illa & instabilitas cogitationum seu motuum phantasiæ. Præterquam quod non est necesse, vt plenitudo illa dominij, quæ voluntati Intelligentiæ competit respectu sui intellectus, competat quoque homini in hoc statu, in quo tantis vulneribus saucia est natura: competat, inquam, non modò quoad intellectum, sed multò minùs quoad sensum, siue phantasiam.

167 Et hæc quidem quod attinet ad physicam potestatem Intelligentiæ, erga cessationem omnium suorum actuum, dicta sunto non improbabiliter. Nam mihi quidem si quis contra plenam hoc intellectionis nostræ libertatem pertinaciter obnitatur, satis erit quod Intelligentia omnino possit à sui notitia si videatur cessare, citra quam possimus supponi, ob eius insistentiam à suo intellectu. Volo autem hîc intelligi de potestate physica, quia moraliter loquendo, vel potiùs agendo de facto, verisimilius est Intelligentiam, etiam sibi relictam, nec ab extrinseco determinatam, nunquam cessaturam ab aliqua intellectione, cùm nullum sit à defatigatione periculum, atque connaturalissimum eius opus, imò tale vt sine illo prorsus otiosa futura sit, quandoquidem reliquæ omnes Intelligentiæ operationes hanc primam præsupponunt, vt directricem. Item quod ad physicam illam potestatem attinet, monebam secludendam esse extrinsecam determinationem, quod de nostro intellectu iam notaui, & idem est de intellectu Intelligentiæ quoties determinatur à bona fortuna. Non enim potest moueri ad aliquid, (motu comitante vt ita dicam, non præmonente, seu aliquam actioni præuiam immittente) quin actio sequatur, atque ita posita tali determinatione, inchoatio saltem actionis necessaria est.

Possitne plura simul et plura attingere.

168 Circa secundam comparationem intellectus Intelligentiæ ad actus suos num. 157. propositam, quæ erat de efficacitate in eis eliciendis, attingendisque per eos obiectis, difficultas in primis est quot simul actus elicere queat intellectus Intelligentiæ. Atque adeò quot obiecta non connexa & proinde actibus diuersis attingenda, possit simul percipere. Sententia enim est Thomistarum, quam Sonc. 12. Metaphys. q. 61. Aristoteli quoque & Commentatori affingit, nullos plures actus posse simul elici ab intellectu, ex quo sequitur nulla plura obiecta posse simul ab Intelligentia concipi, demptis illis quæ tametsi diuersa sint, habent tamen peculiarem aliquam inter se habitudinem, siue connexionem aut

ordinē, ratione cuius induunt veram repræsentabilitatem, & exprimi possunt vno actu. Huius placiti fundamentū est limitatio intellectus creati, eiusque incapacitas ad recipiēdos simul plures actus intellectionum, quo passim trahitur infigurabilitas vnius corporis per plures simul figuras.

169 Sed hæc sententia meritò passim reiicitur, & latè à Gregor. in 1. d. 3. quæst. 1. art. 3. & ab Ochamo quæst. 1. prologi litt. R, si enim oculus per diuersos actus potest simul videre album & nigrū, quidni etiam intellectus Intelligentiæ vtrumque simul apprehendere & intelligere poterit? Et sanè clarum videtur, plura illa sensibilia percipi per modum plurium quomodocumque exponatur modus ille loquendi. Nam & plures sunt obiectorum illorum species impressæ, & plures visiones corporeæ, & nullus inter illa obiecta ordo. Simile argumentum ducere possumus ex intellectu nostro, qui est intellectuum omnium imperfectissimus, & tamen potest multos simul actus elicere, vt patet ex mendacibus, qui aliud scientes dicunt, atque adeò etiam concipiunt, quàm interiùs sentiunt. Et quicquid tandem sit de sensibus & intellectu nostro, vndenam quæso potest, vel in speciem inferri tanta intellectus Intelligentiæ finitas & limitatio, vt nullo modo possit duos simul actus disparatos elicere.

Quod autem verò à Mathematicis traditur de infigurabilitate corporis vnius per plures figuras, malè trahitur ad reiiciendas ab eodem intellectu plures simul cognitiones. Hæ siquidem non habent in eodem intellectu eam repugnantiam quam plures figuræ habent in eadem quantitate: Quia figuræ sunt termini, repugnat autem terminum eiusdem rei multiplicem esse ex eadem parte. At nihil tale habetur de notitiis quantumuis disparatis. Quod enim species expressæ interdum dicantur formæ, vel etiam quasi figuræ, metaphoricè dictum est, vt expositū supra tractans species impressas, quæ frequentiùs formæ ac similitudines obiectorum nominantur, neque tamen negari potest species impressas plures ac disparatas, posse simul esse in eodem subiecto. Tandē hæc ratio, si quid efficeret, æquè excluderet ab intellectu Intelligentiæ, spectando quamcunque Dei potentiam, omnes plures notitias disparatas, etiam easque diuersi ordinis sunt, nempe naturalem & beatificam, quod nemo admiserit. Potest igitur intellectus Intelligentiæ, plura simul vt plura percipere, ac proinde diuersos simul circa plura illa obiecta actus elicere, de quo extra D. Thomæ scholam, non est magna controuersia.

Et an simul omnia vno aut pluribus actibus.

170 Sed tota præterea est nō parua, possitne Intelligentia, non modò plura etiam vt plura, sed omnia quoque à se connaturaliter intelligibilia quorum speciebus completis instruitur, percipere simul, vno vel pluribus actibus. De vno actu, quoad supremam Intelligentiam, affirmasse hoc *quondam plane audisse* scribit Bannesius 2. Metaph. cap. 5. *in fine.* Tamen non videtur id posse verisimiliter asseri, cum proportio sit sphæra obiectorum Intelligentiæ connaturalium. Et nos quidem vnico actu confuso totā intellectus nostri sphæram obiectiuam attingimus, tamen neque Intelligentia actus confusi circa connaturale obiectum suum capax

par est, cùm illud intuitiuè videat, (quod est contra Fer. 2. contra gent. c. 101. contendentem Intelligentias semper confusè cogitare omnia sua obiecta connaturalia, & quidem necessariò non liberè,) neque licèt capax esset actus confusi, euacuaretur difficultas. Agimus enim de actu distincto, quo tota illa sphæra perspicuè attingeretur, non de actu confuso qui imperfectissimus est, & quatenus præcisus, modicam potentiæ efficacitatem postulat, propterea que à nobis circa omnia obiecta nostra, elici potest.

171 Itaque restat difficultas de distincta perceptione totius illius sphæræ per plures simul actus. Affirmat Gregor. in 2. d. 11. quæst. vnica concl. 2. nec parum fauet illi ex duobus ab eo adductis Augustini locis depromptis ex 4. de Genes. ad litter. cap. 36. fortassis etiam hoc voluerunt Platonici apud Ficinum 16. de immortal. cap. 1. asserentes Intelligentiam simul omnia videre. Nam quòd simultas illa non successiuam perceptionum plurium, sed vnitatem actus designet, non est verisimile, ob sphæræ intelligibilis amplitudinem et tam diui. Sed & ob eandem causam improbabile videtur, vt rectè docet Maior in 1. d. 3. quæst. 8. & ibid. Capr. quæst. 2. *ad 2. & 3. Gregorii contra* [illegible], quòd tam multi actus quibus Intelligentia vastitatem obiecti sui connaturalis complecti deberet, possint ab ea simul & semel elici; saltemque nihil afferri patet vnde euincatur id non excedere Intelligentiæ efficacitatem. & quod Gregorius adducit, non est solutu difficile. Posito enim quòd plures intellectiones possint simul inesse intellectui, (vt ipse rectè supponit,) illicitè tamen existimat negari posse Intelligentiæ vim exprimendi simul actus omnium specierum quas in se gerit, quia non posset tot simul intellectiones recipere vel producere. Vtrumque autem falsum esse contendit, nam quoad vim subiectiuam non minus potens est Intelligentia subiectare species expressas respondentes diuersis impressis quas habet, quàm ipsas impressas, nec est timendum ne vis eius subiectiua quæ infinita est lassetur & fatiscat. Itē quoad vim actiuam, intellectus est tantùm concausa intellectionis vnà cum specie impressa, atque adeò modò concausa principium eius multiplicetur, habebit sufficientem vim actiuam, respectu omnium actuum à speciebus quas habet prosubsidium.

Hanc Gregorij ratiocinationem dico facilè solui, nec euincere intentum. Supponit enim vim Intelligentiæ subiectiuam non esse naturaliter limitatam ad certam multitudinem formarū simul recipiendarum, cùm tamen certum sit vim causatiuam quamcumque, correspondere perfectioni & entitati quæ finita & limitata est. Item assumit intellectum ex eo quòd omnium suorum obiectorum species impressas simul habeat, posse quoque elicere expressas: At hæc consecutio nulla est, tū quia operosius est agere quàm recipere, & propterea nos ipsi multas simul habemus species, quarum actus nō possumus simul elicere; tum quia ad subiectādas species illas impressas, exigitur certa vis subiectiua, tantundē autem præterea virium exigitur ad recipiendas expressas. Igitur non rectè infertur si vna multitudo formarum potest alicubi simul subiectari, posse quoque ibidem recipi aliam æqualem multitudinem non exclusa priore, vt hic certè non excluditur, cùm

species impressæ, expressis educiantur, percurrerent in intellectu. De virtute actiua longè adhuc certius est quod nequeat simul, etiam per modum concausæ, influere naturaliter in infinitos actus, quos eliciendos esse in nostro casu, supponere videtur Gregorius, cuius proinde tota ratiocinatio labat.

Vndenam determinetur quoad exercitium actus.

172 Postrema comparatio intellectus Intelligentiæ ad actus suos erat quoad exercitium huius potiùs quàm illius actus, ex pluribus illis ad quos eliciendos, simul instructus est in actu primo. Circa quod breuiter dico, determinationem hanc petendam esse à bona fortuna. Quæ nobis quoque, vt agnouit etiam Aristoteles 7. ad Eudem. c. 18. & 2. mag. Mor. c. 8. est primæ cogitationis origo. Sequitur Philosophum S. Thomas 1. 2. q. 9. art. 4. ad sive corpore, allegans quoddam capitulum Ethicæ Eudemicæ. Allegari item potuerat liber de bona fortuna, si esset diuersum opus à duobus illis quod plerique non aduertunt, cùm tamen vt benè notauit Franc. Picus parte prima operis de prouidentia c. 2. ex duobus illis libris confarcinatum sit, et propterea notabiles libelli eo nomine prænotati dubij non sint, vt censuit Siren. 5. de fato c. 11. Ibi igitur Philosophus primam bonam voluntatem, eique præuiam cognitionem, reuocat ad bonam fortunam, id est causam aliquam præter internam creatæ intelligentiæ ac voluntatis. Sed cùm in nobis bona illa fortuna multiplex sit, nempe Deus, Angelus commouens sensum internum eóque mediante intellectum, sensus externi, ac denique ipse externus sensus aliunde motus ad operandum, vt in somnis contingit, constat duo hæc posteriora causarum ad primum actum determinantium genera, locum in Intelligentia non habere.

Secundam quoque causam adductam, nempe aliam Intelligentiam posse id beneficij alteri Intelligentiæ conferre, vt sit ei bona fortuna, seu externum principium ad primam cogitationem determinans, negat Vasquez 1. p. d. 38. n. 11. eò quod vna Intelligentia nequeat alterius intellectum immutare: Et quamuis immutare posset, non deberet tamen vna alterius curam agere. Imo si gereret abeundum tamen esset vsque ad vltimam causam primò excitantem quæ non poterit esse alia Intelligentia, nam hæc quoque postularet aliam à qua excitaretur, & ita in infinitum. Non poterit item esse causa aliqua materialis & corporea, vt videtur per se perspicuum ex supradictis, contra statuentes specierum Angelicarum originem ab obiectis. Ergo prima illa causa, quæ est bona fortuna respectu Intelligentiarum, (etiam in genere naturæ de quo solo nunc agimus,) videtur esse solus Deus.

173 Videtur tamen distinguendum. Nam vel agitur de prima simpliciter intellectione, vel de prima in aliqua seriæ aut negotio. Si de prima simpliciter, concedendum est bonam Intelligentiarum fortunam iuxta modum loquendi Aristotelis, & Platonicorum à Sirenio suprà allegatorum, non aliam esse, quàm Deum. Nam neque à seipsis determinari possunt ad exercitium primæ illius intellectionis, cùm nullus possit esse vsus libertatis ante eum primum actum, neque ab obiectis materialibus, vt perspicuum est, neque ab aliis Intelligentiis, cùm omnes sint eiusmodi intelle

intellectionē aliquam in primo momento sui esse exercuerint, singulæ æquè primò.

Si autem sermo sit de cogitatione prima, non simpliciter, sed tantùm in aliqua serie, non est vniuersaliter verum quòd Deus sit bona fortuna, seu causa determinans Intelligentias ad exercitium huius potiùs quàm illius actus. Nam sicut nos per aliqualem intellectionum connexionē determinamur ad aliquā seriem actuum, ita & in Intelligentiis idem contingere potest. Facile sanè est vnicuique connexionem aliquam inter species, ac cogitationes suas deprehendere. Sic enim memoria non parùm iuuatur perpetuo & ordinato decursu, cùm promenda sunt quæ ei fuere commissa. Et idcirco si oratio memoriæ mandata, promenda esset interiectis quibusdam quasi lacunis, sequeretur perturbatio, quod non ita facile contingit, cùm vno tenore & nulla facta intercisione recitatur, quia sic vsus vnius speciei, & cogitatio per eam exprompta, excitat ad aliam. Similiter in plerisque aliis deprehendimus vnam cogitationem manuducere ad aliam, eamque excitare, etiamsi nulla deprompta connexionem illam fundans, vt in signis ex instituto præcesserit. Nihil autem vetat similem connexionem ac velati sympathiam, inter eiusdem Intelligentiæ species & cogitationes admittere, & fateri Intelligentiam sic plerumque determinari ad nouam aliquam cogitationum seriem ordiendam, & aliam actuum seriem inchoandam, relicta priore in qua illuc vsque fuerit. Præterea ad eandem illam non simpliciter primam intellectionem, potest vna Intelligentia determinari per aliā, moraliter non physicè excitantem, vt tractatum est suprà, cùm de locutione Intelligentiarum adinuicem.

174 Non puto tamen physicè vnam Intelligentiam posse excitare aliam, & determinare ad exercitium huius vel illius actus: non modò propter incommoda contra hoc proposita loco allegato, quæ vrgent maximè in locutione & auditione de quibus ibi agebatur, sed quia etiamsi Intelligentiæ supponantur indistantes, vna tamē nihil habet satis in alterius intellectum. Potest quidē vna Intelligētia (vt suprà cum Molina dicebamus agentes de speciebus,) applicata alteri, determinare eam ad sui perceptionem quoad essentiam actus, sicut faceret species Intelligentiæ illius applicatæ si adesset, nunc tamen de tali determinatione non agimus, sed de determinatione quoad exercitium actus intra hanc vel illam speciem actionum ad quas æquè instructa sit potentia; quæ determinatio sit cùm potentia abripitur ad operandum, vt contingit in supernaturalibus actibus gratiæ præuenientis: at proinde species, & obiectum cùm adest, partesque speciei sustinet, non potest eam determinationem conferre, quia speciei est abripi à potentia ad agendum, non abripere potentiam. Quamuis enim sint agentia destituta libertate, eorum tamen vsus postulat coefficientiam nostram liberam, vel potiùs postulat, vt à nobis liberè assumantur ad operandum, quandiu extrinseca determinatio ad exercitium actus non vrget, vt rectè Gregor. in 2. d. 11. q. vnic. concl. 2. approbante Capreolo in 2. d. 5. q. 1. ad 7. *secundo loco contra mentem*, vbi Diuum quoq; Thomam in eandem sententiam allegat, & rectè asserit idem dicendum esse de habitibus, quamuis dicantur inclinare potentiam. Non enim inclinant vrgendo ad exercitium actus, &

degrauando

degrauando potentiam; eamque per nisum & impulsum quendam veluti deorsum trudendo, vt communiter fingitur Angelus cap. 3. Mon. tertia 1. concl. 6. & Baconus in 2. d. 18. art. 3. sed inclinant coefficiendo actum cum potentia, eamque vegetando & roborando, vt cum adueneris determinatio ad exercitiũ, (vndecunque aduentura sit,) prompte & expedite operetur. Vt bene quoque notauit Ocham. in 3. quæst. 4. litt. F. & M. & Gabr. in 3. d. 23. quæst. litera AA. Itaque vna Intelligentia potest determinare aliam quoad exercitiũ respectu primæ alicuius intellectionis, non physicè, sed moraliter, quatenus motio concomitans primæ causæ abscipientis intellectũ alterius Intelligentiæ ad exercendum talis speciei actum, tribuitur Intelligentiæ illi quæ hanc determinationem cœpit, vt expositum est circa locutionem.

175 A seipsa verò non potest Intelligentia quoad vllam primam cogitationem determinari, sed tantùm quoad vlteriorem & pleniorem introspectionem rei, cuius iam considerat io aliqua præcesserit. Nullus enim potest esse vsus libertatis ante primam illam intellectionem, vt per se patet, & rectè asseruit Gregor. in 2. d. 11. q. vnica ad 2. contra 2. nec dici potest cum Argentinate in 2. d. 3. quæst. 2. art. 4. in 1. parte articuli concl. 2. voluntatem Intelligentiæ determinare posse intellectum ad hoc, ius potius quàm illius obiecti notitiam, quatenus Intelligentia se intuendo, (quod supponit semper & necessariò ab ea fieri,) semper quoque intuetur eodẽ actu species suas, & in eis indirectè ac in obliquo obiecta per eas species repræsentata cognoscit, proindeque sufficienter prælucet voluntati ad liberè deligen-dum obiectum circa quod exerceatur intellectus: hoc inquam dici non potest. Nam actus ille tanquam sanè ipsè protensus, & tam perfectus vt simul tendat in omnia Intelligentiæ obiecta quæ propè sunt infinita, non est admittendus, præsertim perpetuus, & respectu formarum adiuuantium, nec habentium ad substantiam rationem passiuum, quales sunt species. Præterquàm quod eo actu gratis admisso, determinatio ad exercitium vlteriorum intellectionum, non erit ad actum, siue simpliciter, siue secundùm quid primum, sed tantùm ad vlteriorem & distinctionem rei semper præcognitæ notitiam.

176 Cæterùm vndecunque veniat prædicta prouenit determinatio quoad exercitium in intellectu Intelligentiæ, difficultas superest ex vniuersalitate specierum Angelicarum. Videtur enim ex ea vniuersalitate sequi, necessarium esse vt Intelligentia eas omnes intellectiones simul eliciat, ad quas, species quam assumit, est determinatiua. Nam quomodo species vna & simplex assumi poterit, vt determinet tantùm ad vnam operationem, & non ad aliam, ad quam per eandem entitatem suam est determinatiua. Quam difficultatem non lenies, si dicas speciem ad id duntaxat determinaturã ad quod Intelligentia volet eam assumere: semper enim vrgebis argumentum, quomodo forma simplex, & per seipsam determinans necessariò ad plura, possit ad Intelligentiæ arbitrium assumi ad illam inadæquatam tantùm determinationem. Præterquàm quòd iuxta eum philosophandi modum, necesse erit vt Intelligẽtia priùs actu cognoscit speciem quoad omnes eius vsus, vt sic determinet

minet intellectum ad huius potius quàm alterius essentiæ intellectionem exprimendam, ex multis intellectionibus quas prænouerit posse per speciem illam vniuersalem exprimi, quod est incommodum.

177 Dicendum igitur est determinationem speciei quoad exercitium actus, posse esse inadæquatam, etiam respectu primi visus talis speciei, seu respectu primi exercitij actus. Ad speciem enim hoc duntaxat pertinet, vt sit semper vniuersale principium determinationis quoad entitatẽ actuum quorumlibet per eam elicibilium, ita vt intellectus tali specie instructus, non sit indeterminatus quoad vim proferendi actus illos, sed habeat tum ex parte sui, tum ex parte obiecti, quicquid ad eos exprimendos est necessarium, cùm contingat id ad quod pertinet determinatio quoad exercitium huius potius quàm illius actus, munere intellectum ad hunc potiùs actum, quàm ad illum. Quod item cernere est in causis physicis, & in habitibus. Nam ignis, verbi gratia, est ex se determinatus quoad speciem suarum actionum, per vniuersale principium sibi innatum, hoc est per suammet entitatem: & tamen aliunde expectat determinationem quoad productionem huius potius actionis, aut effectus, quàm alterius. Quamuis enim ignis per suammet simplicem entitatem omnes illos effectus & actiones elicitiuus sit, tamen ea vis quoad speciem actus & effectus determinata & vniuersalis, exercetur tantùm inadæquatè, nunc vnam nunc illam, ex illis indiuiduis actionibus aut effectibus per ipsum causabilibus proferendo, prout determinatio externa tulerit. Similiter habitus apud eos qui dicunt eum esse simplicem qualitatem, vel vt indubitatem exemplum sumamus, habitus supernaturales qui æquè roborant potentiã ad actus circa varia obiecta quorum speciebus æquè instruatur intellectus, non determinat simul intellectum ad exercitium omnium illorum actuum: imò ne ad vnius quidem, cùm id non sit muneris ipsorum, sed tantùm exequuntur quod ad ipsos spectat, nempe complere & roborare potentiam ad actus illos eliciendos, quamuis illa vis sic completa & roborata, non sit exercenda nisi inadæquatè, & per determinationem quoad exercitium, profectã à causis ad quas pertinet. Idem denique notare possumus in instrumentis artis, & in principiis quibusuis vniuersalibus, & ad plura indifferentibus. Itaque non est singulare in specie vniuersali, vt modò ad hoc, modò ad illud percipiendum vsurpetur inadæquatè.

178 Neque verò qui vsurus est specie, inspicit primùm ad quid speciem velit assumere: sic enim cogeretur præintelligere omnes vsus ad quos species assumi potest, vt bene opponebatur. Quod nemo concedat præter eos qui perceptionem quarumuis specierum & obiectorum in intellectu Intelligentiæ præmotionem admittunt, cuiusmodi est Argentina suprà reiectus, qui conformiter ad suam illam sententiam ait loco allegato, intellectum iuxta voluntatis imperium conuertere se determinatè super speciem certi cuiusdam obiecti repræsentatiuam, & sic mediante huiusmodi specie determinata, determinatè & perfectè cognoscere illud quod voluntas cognosci voluit. Quod quamuis non de pluribus inadæquatis eiusdem speciei rationibus, sed de pluribus totalibus speciebus dici ab eo videatur, idem tamen haud dubiè diceret de pluribus inadæqua-

tis eiusdem vniuersalis speciei rationibus. Itaque Intelligentia intellectâs specie vniuersali vtitur, non vtitur inspectione illa, sed speciem assumit perinde, ac si non cognosceret se eam habere. Sicut & nos speciebus & habitibus perinde vtimur, hoc ipso quòd potentiis nostris insident, ac si has qualitates nullo modo cognosceremus, vt ad hoc propositum argumentatur Gregor. in 2. dist. 1. q. vnicâ *ad primum principale*, agens tamen de pluribus intellibus speciebus, quod perinde est ad præsentem difficultatem.

Discernitur determinatio quoad exercitium actus, à determinatione quoad indiuiduum.

179 Ad extremum aduerto, determinationem hanc quoad exercitium actus, differre à determinatione quoad indiuiduum, quam primæ causæ respondere esse alibi ostensum est. Multa enim sunt quæ determinant quoad exercitium actus, inducendo necessitatem pro nunc operandi, quamuis eorum non sit determinare quoad singularitatem actionis, vel effectus nunc producendi. Verbi gratia, obiecta determinant sensus externus ad exercitium sentiendi, ita vt si anima attendat, necessarium sit vigente obiecto, externum sensum elicere sensationem: sed illa sensus per obiectum sollicitatio ad agendum, non est ad aliquam singularem actionem ex pluribus per sensum elicibilibus, sed immissa iam agendi necessitate, superest inducenda determinatio, ad hunc potius, quam illum singularem actum eliciendum. Item ignis quamuis apposito combustibili non possit feriari, tamē restat determinandus ad singularitatem actionis & effectus, quia determinatio quoad exercitium quam habet apposito combustibili, est quasi vaga, & vlterius determinabilis quoad singularitatem.

180 Similiter ergo Intelligentia non determinatur ad singularē hunc actum, potius quàm ad illum alium eiusdem essentiæ, ab eodem principio, (saltem formaliter,) à quo determinatur quoad exercitium actus. Et ad actus quidem necessarios quoad exercitium, cuiusmodi sunt omnes non præuij, ac nominatim illi quâ velut excudimus interueniente extrinseca determinatione quoad exercitium, determinatio intellectus Intelligentiæ quoad singularitatem actionis, est à prima causa, eorum hoc genus determinationis conferente Intelligentiæ, ex hac quoque parte indifferenti, & non valenti aliunde determinari, vt constabit applicanti ad hanc determinationē quæ dicta sunt in simili dubio de determinatione quoad exercitium. Nec est peculiare Intelligentiis, vt à Deo quoad indiuiduum determinentur, cùm omnes causæ naturales, indidem eo modo determinentur.

De actibus verò intellectus ad quos Intelligentia liberè se determinat quoad exercitiū, cuiusmodi sunt vlteriores illi quibus res immediatè ante præcognita confusè, penetratur distinctiùs, ac penitiùs perscrutatur; dubitatio esse potest, an voluntas Intelligentiæ determinet intellectum, non modò quasi vagè ad exercitium actus, vt in nobis fit in simili casu, sed etiam in singulari ad talem actum quam à se elicibilem agnoscit, antequàm eum eliciat. Videtur enim Intelligentia actus plerosque suos intra potentialitatem adhuc conclusos, distinctè cognoscere, quantum patitur status potentialitatis. Verùm cum

extractio

extractio huius vel illius actus potiùs quàm alterius, è statu nihili, pendeat non modò à causa secunda, sed etiam à decreto primæ causæ, de quo priùsquàm actus in lucem editus sit, nihil potest cõstare Intelligentiæ: eorúmque insper sit, libertati Intelligentiæ nihilominus præiudicari, licèt non se determinet ad singularitatẽ actionis, sicut non præiudicatur nostræ libertati, ex eo quòd nos ad singularitatem actus aliunde determinemur: quia satis est vt causa ad singularitatem illam determinans præstituetur determinationem, quoad exercitium actus à libertate nostra profectum, eamque nõ præueniat. Cùm itaque hæc ita sint, non puto delectum illum huius potiùs quàm illius singularis intellectionis liberè eliciti, esse voluntati Intelligentiæ adscribendum.

QVÆSTIO II.

De Intelligentiarum voluntate.

181 HÆc est altera facultas vitæ Intelligentiarum, quam ex immaterialitate vt ex vltima radice, & ex intellectualitate tanquam ex proxima causa virtuali, dimanare, consentiunt Philosophi. Ex quo patet ratio ordinis. Non est autem operæpretium, multùm immorari in obiecto, & actibus huius potentiæ, quia eadem omnino ratio est in nobis, & in Intelligentiis proportionaliter loquendo: nam vt sicut voluntas humana fertur in bonum & malum per actus prosecutionis & aversationis à se distinctos, ita & voluntas Intelligentiæ. Quod autem Commentator apud Suar. 12. Metaphys. quæst. 35. existimat volitionem Intelligentiæ non esse ei accidentariam, sed esse ipsam eius substantiam, reiiciendum est eodem modo quo similis sententia reiecta suprà est circa intellectionem, peculiaritérque viget in hac re malitia quarumdam volitionum, quas proinde oportet distingui à substantia Intelligentiæ, quæ bona est. Item quod aliqui apud eundem Suarezium ibidem, censuerunt volitionem obiecti immaterialis esse ipsummet obiectum, quatenus distinctum ab Intelligentia volente, non eget refutatione. Quare cæteris quæ de huius potentiæ obiecto & actibus disputari poterant, quia voluntati nostræ communia sunt, præsuppositis; de ipsa facultate quædam peculiaria annotabo, prætermissis illis quæ cum nostra voluntate communia habet, vt reali distinctione ab Intelligentia, & specifica ab intellectu, aliisque huiusmodi.

ASSERTIO.

Est in Intelligentiis voluntas libera, habituum facilitantium capax, & à suscepto proposito ægrè mobilis, non tamen eius immobiliter & inflexibiliter tenax.

182 PRIMO, admitto voluntatem Intelligentiæ esse liberam, & habituum capacem. Quod de libertate indubitatum est, nec nisi cum hæresi negari potuit à Porcio libri *an homo quis vel malus velox sit*. Nam Scripturæ & Patres id satis perspicuè tradunt, vt facile esset ostendere nisi hoc fines nullos excederet. Videatur Bellarm. 3. de gratia & lib. arbit. cap. 15. facile autem est, Intelligentiæ libertatem ratione naturali confirmare, cùm à priori ex immateria-

litate & intellectualitate eius, tum à posteriori ex bonitate & malitia morali, cuius totum fundamentum est libertas, & tamen annuentibus etiam Philosophis, vt supra tractatum est, dantur inter Intelligentias quædam bonæ, quædam malæ moraliter. Quod enim Palacius in 2. d. 5. d. 1. concl. 2. & 3. contendit Intelligentias iuxta Aristotelem esse impeccabiles, mihi non probatur. Nec locus quem adducit, nempe textus 19. libri noni Metaphysicæ, id recta fert. Tantum enim eo loco habetur *in æternis & perpetuis nullum esse malum*, siue vt alia versio habet *peccatum, neque corruptionem*. Exponens autem Philosophus, quodnam sit malum illud, seu peccatum, subdit *nimirum corruptio de malis est*. Ex quo apparet, vt rectè in eum locum exposuit Fonseca, attigitque D. Thomas lect. 10. sermonem ibi esse de malo naturali, seu de corruptione, & mutatione ab esse ad non esse, quoad substantiam, & cætera quæ in eis sunt perpetua. Itaque argumentum pro Intelligentiarum libertate, ductum ex earum peccabilitate, firmum manet etiam iuxta Aristotelem. Tandem quandoquidem summa & infima natura intellectualis, nempe Diuina & humana, libertate gaudent, vt alibi conuincitur, non potest Intelligentia quæ inter extremas illas substantias media est, hac perfectione carere.

Hic aliqui Aristotelem criminantur, quasi Intelligentiis libertatem ademerit. Ita Pere. 15. Physiol. c. 1. Salas tract. 5. d. 1. num. 112. & alij quidam. Sed nihil firmum afferunt quo euincant Philosophum in eo errore fuisse; nam necessitas quam Aristoteles agnoscit in Intelligentiis mouentibus respectu motus ab eis eliciendi, non præiudicat libertati, cùm non oriatur nisi ex Diuino imperio quo ad torquendum cœlum ob vniuersi bonum adiguntur.

183. De habituum capacitate dissensio est hoc loco, non minor quàm circa intellectum. Sed quamuis voluntas Intelligentiæ quoad aliquos actus in quos summo impetu & absque vlla prorsus difficultate fertur, non egeat habitibus facilitantibus, qui non alio fine conferuntur quàm vt potentiæ tarditas excitetur; tamen quod summam facilitatē in omnibus omnino actibus suis naturaliter experiatur, nihil sanè est quod suadeat. Et carent quidem Intelligentiæ appetitu sensitiuo, qui in nobis seminarium est plurimarum difficultatum in negotio virtutis; nihilominus ipsa earum voluntas gemino appetitui nostro æquiualet, & vtriusque partes sustinet, quoad obiecta moraliter bona, & mala Intelligentiis consentanea; ex quo fit vt pugnas concitet, rebellans & ipsa plerumque, ac intestino tumultu laborans, dum hinc ad virtutis pulchritudinem, inde ad vitij suauem escam propendet. Loquor attenta naturali conditione, & seclusa gratia firmante in bono.

Quòd si quis propter naturæ Angelicæ inclinationem ad bonum, inferetur necessarios ei esse habitus, vrgere eū licebit quòd ea propensio euincere videatur capacitatem habitus erga malum, in quod non propendet sicut in bonum. Atque vbi est capacitas ad habitus malos, debet etiam esse capacitas ad bonos, quia vbi est vnum contrarium, reperiri etiam potest alterum, iuxta Philosophi regulam. Præterquàm quod modò Intelligentia possit habere habitus malos, probatum manebit quod asseruimus de capacitate habituum in voluntate Intelligentiæ. Hoc spectant

ctant quæ pro omni virtutum natura habitum, Intelligentiarum voluntatibus concedendo, disputat Gulielm. Paris. 1.2. de vniuerso, cap. 2. conformiter, vt ait, ad Aristotelem.

184 Sed dato quod sit in Intelligentiarum voluntate capacitas habituum bonorum, siue virtutum, difficultas est quænam virtutes possint illis competere, nempe an illæ quæ sunt circa operationes, an illæ quæ passiones respiciunt. De prioribus, modò ad materiã Intelligentiis conuenientem restringantur, facilè assentiuntur plerique, ac nominatim Anton. t.1. l.5. cap. 26. quæst. 4. Et quamuis Aristoteles 10. Ethic. cap. 8. has quoque virtutes videatur negare, tum Deo, tum substantiis quibusuis separatis, tamen Conradus 1. 2. quæst. 67. art. 1. *circa ad 1* ait, Aristotelem ita sentire attendendo materialia præsentis vitæ, & materialia nostrarum virtutum ciuilium. Disputat enim ibi Philosophus, vt ostendat perfectam fœlicitatem consistere in contemplatione, & eam quæ ciuilis fœlicitas appellatur, non posse esse perfectam fœlicitatem, vt ibi attigit Eustratius & S. Thom. lect. 12. hoc autem probat præter cætera argumento ducto ex *substantiis* separatis, quibus ciuilis illa fœlicitas non est consentanea, tametsi sint maximè fœlices. Non esse autem consentaneam, declarat ex *subiecto* & materia virtutum, ciuilem illam fœlicitatem constituentium. Ex quo fit vt seclusa indecora illa materia, formale harum virtutum possit habere locum in Intelligentiis, quoad operationes eis consentaneas.

185 Difficultas ergo tantùm superest de virtutibus versantibus circa passiones, nempe de temperantia & fortitudine. Temperantiam enim posse inesse Intelligentiis, inde videtur posse probari, quòd quamuis non possint velle sibi bonum temperantiæ, possint tamen illud velle nobis, amando honestatem illam in eo subiecto in quo esse potest: amando inquam non tantùm ex motiuo charitatis, (vt aiunt Medin. 1. 2. quæst. 72. art. 2. & Rebellus 1. p. l. 2. quæst. 4. num. 24. negans propterea Intelligentiis has virtutes, tanquam per se primò & directè versantes circa proprias subiecti sui passiones, quibus constat carere Intelligentias,) sed etiam quia virtus etiam in hoste diligi potest, ex motiuo specialiter temperantiæ, quæ non diuersificatur ex subiecto, sed ex obiecto tantùm. Fortitudinẽ autem Mayron. in 3. d. 33. quæst. 2. art. 7. etiam directè concedit Intelligentiis. Et quamuis Conradus suprà dicat partem huius controuersiæ affirmantẽ, quam cum fluctuatione aliqua defendit Scotus in 3. d. 33. quæst. vnica litera I, nihil apparentiæ habere, tamen argumentum propositum non est sophisticum. Sed de hoc pleniùs dicam infrà cum de perfectionibus Diuinæ voluntatis, in simili difficultate circa Deum.

Posset etiam hic adhiberi argumentum Angeli cap. 8. mor. *fere in fine*, concedit enim posse Intelligentiis virtutes quascunque competere etiam directè, saltem ratione actuum conditionatorum ex parte obiecti; verbi gratia virtutem temperantiæ ratione istius actus, vellem esse temperatus si id ferret mea conditio. Admittit enim & bene illud posse impetrare actum aliquem absolutum ex parte subiecti, & conditionatum ex parte obiecti, ac proinde verè electum & actualem, cui valet correspondere virtutem temperantiæ in Intelligentia, atque id esse commu-

ur placitum. Existimo tamen hoc argumentum non esse ad rem praesentem. Nam actus illi conditionati cum non fiant de obiectis accommodatis statui (saltem possibili) personae eliciendis, carent difficultate, atque ita non inuunt habitum qui solum difficultatis superandae gratia confertur. Ex eo tamen argumento videtur posse non improbabiliter inferri, perfectionem virtutis temperantiae in claustris sumptam, seu seclusa habilitate cui in nullis ea perfectio admiscetur, posse cadere in Intelligentiam vt talis intelligitur iuxta modum de perfectionibus Diuinae voluntatis.

186. SECUNDO, concessi voluntati Intelligentiae tenacitatem propositi, non tamen inflexibilitatem. Ita disertè Nazianz. or. 38. non multum ab initio. *Quoniam* (inquit) *bonitati non sat erat sua ipsius solum contemplatione moueri, sed bonum diffundi et propagari oportebat, vt plura essent quae beneficio afficerentur, (id enim summae bonitatis erat;) primum Angelicas & caelestes virtutes excogitauit, atque illa cogitatio opus erat quod verbo conficiebatur, & spiritu perficiebatur. Atque ita secundi splendores procreati sunt, primi splendoris administri, siue intelligentes spiritus, siue ignem quendam et materia expertem & incorporeum, siue aliam quandam naturam quae his proxime ad hoc describatur, nos existimare oportet. Caelestis quidem animus dicerem ad malum immobiles, atque ad bonum duntaxat propensionem habentes, vtpote Deum circumstantes, & primum Dei fulgore collustrantes: (hoc enim inferiores secundariae illuminationis sunt:) verum vt non omnino immobiles, sed aegre mobiles existimem ac dicam, mihi persuadet ille ob splendorem Lucifer, qui propter superbiam caligo & effectus est & nominatur, ac subiectae ipsi rebelles potestates, quae per boni fugam malorum effectrices, ac nobis contrariae.* Haec ille Nazianz. & similia habet in carmine de substantiis separatis, quae vt alia eiusdem permulta expressit Damasc. 2. fid. c. 3. habenturque etiam apud Iobium referente Photio cod. 222. l. 1. c. 41. Quod autem Nazianzenus agat de Intelligentiis spectatis secundum sua naturalia, primariusque ille Dei fulgor quo eas collustrare dicit, non sit nisi naturalis perfectio earum qua proximius quam nos ad Deum accedunt; manifestum est ex eo quod si Intelligentiae spectarentur in statu gloriae, dicendum omnino esset eas esse in bono immobiles, nec bonum consilium semel susceptum posse abiicere, vt in malum declinent. Considerat ergo intelligentias quoad suam naturam, eisque sic spectatis fatetur aegre competere mobilitatem à proposito semel suscepto. (Quo sensu accipiendi erunt grauiores authores, sicubi dicunt Intelligentias esse voluntate immobiles & inflexibiles.) Negat tamen quod nullo modo possit eis competere mobilitas, quod abductum ab eo exemplum manifestè conuincit. Et quamuis de illis Angelis qui in veritate steterunt, non habeamus idem argumentum ex experientia & euentu petitum, tamen ob naturae identitatem, si vnus vertibilis & flexibilis est, ergo & omnes, vt rectè intulit Didymus, l. 1. de Spiritu *Sancto sub finem.*

Addi poterat mutatio voluntatis quae in daemone apparuit, primum quidem Christi mortem vrgentis per Iudaeos, mox verò eandem impedire satagentis per Pilati vxorem, vt disertè sensit S. Ignatius epist. 1. quae est ad Philippenses, Beda & alij quidam Matth. 27. Sed haec ad Christianos Theologos remittenda sunt. Obiter tamen dixerim Caietanum 1. p. q. 64. art. 2.

art. 2.

art. 2. admittentem in eo exemplo inuenisse mutationem sententiæ à dæmone prius susceptæ, diminare dæmonem ideirco sententiam mutasse quia prior electio non fuerat ab eo suscepta ex plena deliberatione. Atque hoc subterfugium à Caietano ex plena electione argumenti deliberatione confectum fuisse, inde facile est deprehendere, quòd non apparuit deprehendere, vide patuerit Caietanus prioris dæmonis consilij imperfectionem remansisse.

18 Sed his vt dicebam, aliò relictis, pressius vrgere rationem naturalem, quæ inde struenda est quòd voluntas Intelligentiæ supponitur eadem manere post susceptam electionem quæ fuerat ante eam liberè susceptam. Vndenam ergo ei aduenire potuit inflexibilis illa propositi semel suscepti tenacitas naturaliter immobilis, quam Thomistæ illi attribuunt? Nam in Deo quidem per se patet id prouenire ex immutabilitate omnimoda, ob perfectissimam stabilitatem. At (inquiunt) Intelligentia, quia clarè omnia videt, non minus est perspicax circa omnia quàm nos sumus circa prima principia. Sicut ergo nos primis principiis adhæremus immobiliter, ita etiam Intelligentiæ adhærent immobiliter cuilibet consilio semel inito. Verùm hinc illud dumtaxat probaretur, quòd iudicium intellectuale ab Intelligentia semel conceptum, non possit mutari, quasi scilicet aliter iudicet de essentia & proprietatibus alicuius rei, nunc quàm ante. Non tamen inde efficitur, Intelligentiam variatis saltem circumstantiis, non posse iudicium suum practicum immutare, vel certè non posse ex eodem iudicio (quod supponimus esse obiectiuè indifferens, cum prælucet actioni liberæ,) modò vnam partem, modò aliam prosequi. Quamquam sicut naturaliter loquendo & regulariter, vel etiam semper, si de facto loquamur, voluntas sequitur dictamen intellectus, illudque amplectitur quod sibi propositum fuerit, vt dignius in quod feratur; ita cùm propositio in Intelligentia propter plenitudinem luminis non facilè mutetur: ita fatendum est Intelligentias susceptum semel consilium ægrius deponere, quàm nos. Ac proinde est in eis voluntatis stabilitas, non immobilitas, vel inflexibilitas.

QVÆSTIO III.

De facultate Intelligentiæ, lationem immanenter ac transeunter exequente.

POtentia exequens intellectui & voluntati Intelligentiarum submissa, est ea saltem quæ motum localem tum in ipsa Intelligentia recipit, tum ab ea in aliis subiectis causabilem, procreat. An verò præterea competat Intelligentiis alia aliqua facultas exequens, præsertim ad insignia quædam externa opera, controuersum esse potest, & ideirco postea expendetur. Nunc facultatis motricis, obiectum, actus, & naturam, exponimus, suppositis illis quæ supra ostendimus, tractantes Intelligentiarum vnitatem: nempe quòd Intelligentiæ & in loco aliquo tandem modo esse possint, & eò ita claudi vt non porrigantur vlterius.

ARTICVLVS I.

De obiecto motricis facultatis, & quomodo Intelligentia ad illud se habeat.

OBiectum huius facultatis non aliud est quàm locus, seu spatium ad quod acquirendum tendit. Quamuis enim fluxus seu forma trāsiens producta per actionem importatam in motu locali, habeat rationem termini interni, & obiecti respectu illius actionis, quod multi malunt tribuere vbi interno permanenti; tamen latio non consistit in illa actione tendente ad vbi fluens, seu ad fluxum, vt inferiùs paulò plenius attingam, sed in ipso fluxu, qui non potest dici obiectum sui ipsius; atque adeò postulat obiectum externum, sicut quamuis intellectio, præter verbum mentis seu speciem expressam, importet fieri eius, quod est actio quædam de genere actionis, tamen quia formaliter intellectio consistit in solo verbo iuxta sententiam probabiliorem, & verbum, non potest obiici sibi ipsi, propterea assignamus intellectioni, obiectum & terminum externum. De hoc ergo facultatis motricis termino, videndum est qualisnam sit, & quomodo Intelligentia ad illum se habeat.

ASSERTIO.

Obiectum seu terminus ad quem vis motrix Intelligentiæ tendit, potest esse vel punctum spatij, vel locus partibilis, adæquatus, aut inadæquatus, minimo carens & indeterminatus quoad paruitatem. Et puncto quidem Intelligentia per suam nudam substantiam correspondet: loco autem formaliter per modum extensionis, entitatiuè partibilem; at effectiuè per potentiam intrinsecam, extensionis illius productiuam.

188 PRIMÒ, dixi, Intelligentiam posse tendere & ad punctum spatij, & ad spatium partibile, indeterminatum quoad minimum. Quod nō potest meliùs probari quàm ostendendo quod Intelligentia & in puncto spatij, & in loco partibili nullius statæ quoad paruitatem extensionis, esse possit; nam hoc supposito euidens est Intelligentiam, si moueatur in priore statu, acquisituram punctum spatij; si verò moueatur vt coextensa, acquisituram locum, seu spatium partibile commensuratum extensioni quam tunc habet Intelligentia, ac proinde variabile. Et quidem quòd Intelligentia possit redigi ad punctum loci, negarunt Nominales vt Ockam, quodl. 1. quæst. 4. ad 1. Gabriel & Gregor. in 2. d. 2. q. 1. a. 2. aliique nonnulli vt Scaliger exercit. 359. num. 5. & Baptista Fiera in quæstione de loco Angeli, præter quosdam ambiguos, inter quos est Vasquez 1. p. d. 192. num. 8. E contrà verò quod Intelligentia possit loco coëxtendi, seu diffundi per spatium partibile, negasse videtur Gulielmus Parisiensis 2. 2. de vniuerso, cap. 92. Tandem quòd locus ille partibilis sit variabilis, possitque esse maior & minor pro voluntate Intelligentiæ, negant Hibernicus apud Gregor. suprà, & Valentia 1. p. d. 4. quæst. 3. p. 3. Eiusdem loci minimum agnoscit Scotus in 2. d. 2. quæst. 6. littera L, hæret autem circa hoc Vasquez 1. parte, disp. 191. num. 5.

Interd

Intelligentia posse soli puncto spatij coexistere.

189 Verùm quòd Intelligentia possit ad punctum spatij contrahi, inde videtur certum, quòd locus sit ei necessarius, siue ad essendum, siue ad operandum. Est enim actu spiritualis, nec postulat habere corporis locum in quo foueatur, vt faciunt corpora, ac proinde vt sit, non exigit extensionem. Sed neque vt operetur. Nam primaria eius operatio est intellectio, quam poterit exercere in non spatio, æquè bene ac in extensio. Quinetiam si supponatur Intelligentiam redactam esse ad punctum, adhuc tamen posset operari se mouendo, & corporibus quibus punctaliter coexisteret, motum ac impetum imprimendo. Præterea in sententia eorum qui realia puncta in continuo admittunt, cùm Intelligentia toti alicui loco coextenditur, necesse est vt punctis quoque spatium illud continuantibus coexistat: nam & anima, iuxta eam sententiam, non solùm est in partibus diuisibilibus corporis, sed etiam in punctis. Quod Suarez t.1.3. p.d.9.s.4. neutiquam reclamante Vasquez 1.p.d.188.n.29. rectè confirmat ex analogia ad extensionem durationum, & instantia temporis externa, quæ admittenda sunt in sententia admittente puncta in quantitate permanente. Intelligentia enim coexistens alicui tempori, sine interruptione, coexistit, & partibus eius diuisibilibus, & omnibus instantibus eas continuantibus, quicquid tandem sit de sua prædictarum Recentiorum circa existentiam corporis Christi sub indiuisibilibus panis, de quibus (posito quòd dentur,) potest esse disputatio, eo quod fortassis forma consecrationis non sit in eis verificabilis. Sed de hoc viderint Christiani Theologi.

190 Argumentum quo nituntur Nominales, vt punctalem Intelligentiæ præsentiam diffiteantur, nullius momenti est. Supponunt enim non dari puncta. At cùm quamuis conceptio subsistendum quarumcumque indiuisibilium intra continuum, magnas tenebras ingerat, nulla tamen apparet repugnantia, ubi quam dicere debeamus punctum separatum esse impossibile. Quo admisso, nihil continet Nominalibus præsidij in suo illo fundamento. Ad hæc sicut in conceptu doctorum quantitatem, reiectis indiuisibilibus, concedendum est ea sibi coexistere per extrema sua, inquantumdum quidem diuisibilia, sed tamen inadæquatè accepta, & eandem reputatas indiuisibiles, quatenus nihil est determinatè in vna ex illis quantitatibus, per quod aliam contingat, quod ipsum assertores indiuisibilium dicere coguntur de parte diuisibili cui indiuisibile apponitur: ita in casu nostro facilè dicetur, locum illum reputari punctalem & indiuisibilem, qui talis est vt locu quantumcumque paruo sit minor, careatque certis magnitudinis finibus quoad paruitatem, quod est esse in puncto æquiualenter, sufficitque ad expugnandos Nominales. Alia præterea argumenta punctalem illam Intelligentiæ existentiam impugnat Flata supra, nempe, quia si Angelus coexisteret tantùm puncto, duo indiuisibilia simul essent, quod ipse incommodum iudicat. Sed non persuadebit illis qui puncta substantialia punctis quantitatiuis substrata, & in his recepta puncta qualitatum admittunt. Nec certè est vllum incommodum, quòd duo indiuisibilia

sint simul, etiam agendo de indiuisibilibus materialibus, licèt hæc non possint compingere continuum, si sint immediata. Multò ergo minus absurdum erit, substantiam spiritualem indiuisibilem, puncto indiuisibili loci coëxistere.

Potest & spatio partibili, etiam inadæquato.

191 Iam quòd Intelligentia possit fundere se per spatium aliquod partibile, eique toti simul coëxtendi, nusquam negat Aristoteles, vt malè ei affingit Fœtra *dictâ quæstione de loco Angeli.* Patetque ex anima rationali, quæ non accedit ad Intelligentiæ eminentiam, & tamen est localiter diffusa per corpus, id est, illi toti coëxtensa & correspondens, quamuis impartibiliter iure & priuilegio substantiarum spiritualium. Cùm ergo in diffusione illa impartibili non sit imperfectio, (alioqui enim Deo non competeret,) necessarium est vt concedamus eam posse Intelligentiæ aduenire, ne fateamur perfectionem aliquam superiori & inferiori naturæ conuenientem, deesse intermediæ. Præterquam quòd punctualitas illa localis, si Intelligentiis perpetua & necessaria esset, non parum detraheret de earum efficacitate in operando transeunter. Sic enim vna Intelligentia non posset duas formicas, vel duo milij grana in latum locata, simul mouere, quia vni tantùm posset se applicare non ambobus, neque posset agere in distans, vt suppono ob agentis cuiuslibet creati finitatem, & infinitatem in modo illo operandi necessariam, si causa sit principalis.

192 Hoc spatium partibile dicebam posse esse inadæquatum. Quod est dicere, Intelligentiam, præter locum adæquatum & maximum quem habet, (vt conuicimus suprà excludentes ab ea immensitatem,) habere quoque posse loca quædam inadæquata, & minora illo maximo loco, in quo occupando virtus eius occupatiua spatij exhauritur, possitque illis tantùm inadæquatis locis correspondere, non occupando adæquatum, quod apud omnes aliquatenus nominis autores ratum semper alim fuisse, dixit Fons. 5. Metaph. c. 15. q. 9. sect. 5. Facilèque probatur ex analogia ad animam rationalem. Neque enim Intelligentia, est magis adstricta certo & adæquato spatio, quàm anima rationalis: hæc autem potest maiori vel minori loco coëxtendi, nec semper habet locum adæquatum, vt patet in anima pueri, quæ coëxtenditur angustiori loco, quàm cùm puer adoleuit. Ridiculè verò quidam apud Suarez d. 51. Metaph. s. 4. num. 34. commentus est, animam pueri, vt loco suo adæquato semper potiatur, coëxtendi substantiæ aëreæ circumfusæ. Certè hoc pacto, anima vtrumque simul statum, nempe vnionis & separationis sortiretur, & in illo spatio posset se prodere per aliquas operationes, quod satis experimur non fieri. Quòd si dicas in puero animam nullas operationes nisi vegetatiuas aut sensitiuas exercere, quas in circumfuso illo corpore non exercet defectu organorum: instabo, quòd in adulto minoris corpulentiæ quàm sit alius gigantææ proceritatis & crassitiei, anima debebit similiter excurrere extra fines propriæ materiæ, quia omnes animæ sunt æquales perfectione atque adeò omnibus debetur idem locus adæquatus. Sicut ergo anima gigantis quæ toti illius extensioni correspondet, habet locum adæquatum longè

protem

potentiorem quàm sit corpus pusilli, ita necesse esset eam coëxistere aëri ambienti pro mensura excessus supra puerulum. Quidni ergo in illo aëre operaretur intelligendo, volendo, & quod per vim inorganicam extra corpus facere potest, mouendo & agitando corpus illud, cui applicata esse fingitur. Rursus circa pueri animam, obseruandum est, ex hoc commento sequi cùm puer materna aluo adhuc concluditur, oportere maternam corporis duplicem animã excipere: vnam informantem nempe matris, alteram assistentem, nempe pueri. Item cùm duo gemelli in eodem vtero concipiuntur, materia vtriusque fœtus deberet vtramque animam excipere, & vtrique vniri, quia neutra in hoc casu præuenit alteram, vt iure præoccupati hospitij possit eam excludere, sicut contingebat in anima matris, & animæ fœtus, ac proinde vtraque informaret eandem materiam, quod constat naturaliter fieri non posse. Igitur anima non excurrit extra corpus quod informat, & pro eius incremento magis extenditur, atque ita non semper est in spatio adæquato.

193 Multò ergo magis censendum est Intelligentiam liberari necessitate coëxistentiæ cum loco adæquato, neque enim certo loco eget: atque ita poterit angustiore vel maiore loco, intra adæquati limites extendi, sicut facit anima: cum hac tamen differentia, quòd anima quia est forma, sequitur in ea se modulum incrementi corporis, nec potest ei non conformari, quod spectat ad animæ imperfectionem: at Intelligentiæ competit quod perfectionis est in illa inæquali extensione, nempe posse se ita arctare, vel diffundere intra certos limites. Id enim posse, est potentia aliqua, atque adeò etiam perfectio, quamuis imperfecta, & supponens finitatem localem substantiæ hanc vim habentis. Accedit quod quæuis extensio intra latitudinem loci adæquati, est sufficiens Intelligentiæ ad omnes suas operationes. Nam quomodocumque locetur intra latitudinem illam, poterit & intelligere, & velle, & transeunter agere, seu mouere localiter vicina corpora. Non est ergo vnde petatur ratio extẽsionis illius semper adæquatæ, quam inuehebat Hibernicus. Qui præterea non bene affirmabat, Intelligentiam in illo suo adæquato loco determinare sibi sphæricam figuram, quasi verò minus bene ei foret in quadrata vel triangulari.

Nullus est Intelligentiæ locus minimus.

194 Quòd autem inter loca hæc adæquato minora nullus, vt addebam, sit locus minimus, seu tam paruus quo adhuc non possit dari minor qui Intelligentiæ sufficiat, non tantùm coniunctus aliis item inadæquatis locis (quem Gregorius suprà malè vocat locum partibilem, cùm partialis potiùs fuisset vocandus,) sed etiã totalis & ab aliis seiunctus; probatur contra Scotum id negantem, quia ex quo Intelligentia non cogitur semper coëxistere adæquato sibi loco, vt probatum est, ac etiam in puncto esse potest, quod Scotus inficiari non audet, poterit sanè cuiuis loco assignabili quantumuis minori, se sistere ob eandem causam; nempe quia est independens à loco, & ab extensione locali, tum vt sit, tum vt agat. Quòd enim anima quia est forma corporis, postulatque certa organa, non possit esse in quantauis paruitate, non officit Intelligentiæ,

quæ non est forma corporis vel spatij, sed tantùm ei assistit, perinde autem illi est quantumcumque paruo spatio assistere. Neque verò quod Scotus suprà admittit litera I, potest inde rectè colligi infinitas virtutis in Intelligentia. Quòd enim extensio Intelligentiæ fiat minor, non est maioris potentiæ, quam quòd fiat maior intra latitudinem loci adæquati, vt rectè obseruat Gregorius suprà circa finem, & tamen fatetur Scotus Intelligentiam per suam virtutem finitam posse augere extensionem suam vsque ad occupationem loci maximi & adæquati. Quidni ergo etiam possit eam minuere, cùm id ferat perpetua diminutionis extensionis ipsius, & spatij?

195 Acrius pungit difficultas altera Mathematica, quam mouet idem Scotus vbi suprà. Si enim Intelligentia non habet locum diuisibilem statæ paruitatis, ergo poterit esse in spatio quantumcumque diffuso, saltem quoad vnam dimensionem. Verbi gratia poterit se collocare in spatio quadrangulari angustissimo, pertingente à solo ad cœlum vsque. Si quidem omne illud ei perinde est quantuis loci figurationem habere, (eiusmodi est Intelligentia,) si potest esse in aliquo certo loco, poterit etiam esse in altero quouis illi æquali, diuersæ licèt figuræ ex 35. primi. Cùm ergo supponamus Intelligentiam non habere locum minimum, faciamus eam occupare quadratum aliquod, cuius deinde partes disponantur in quadrangulum quantumuis strictum, ita vt accrescant in longum quod decurtabitur in latum, poterit sanè Intelligentia coëxistere quadrangulo illi quantumuis coangustato, & ad cœlum vsque pertingenti. Quod incommodum vitatur, si dicatur eam habere minimum locum. Nam cùm angustauerit quadrangulum infra terminos minimi illius loci qui Intelligentiæ fuerit assignatus, negabitur eam posse ibi esse.

Hoc argumentum dimissis iis quæ habent Gregor. suprà & Mol. 1. p. quæst. 52. art. 2. ad 1. Scot. illud in eum retorquentes, diluendum breuiter est, negando Intelligentiam posse existere in quouis spatio, quod numero partium non excedat adæquatum, non quia non possit esse in loco angustiore semper & angustiore, sed quia habet sicut latitudinem, ita & longitudinem maximam cui possit coëxistere, vt suprà tradidimus, excludentes ab Intelligentiis immensitatem. Nec id negat Scotus, qui proinde sicut suppositionem illam suam reiiceret vt explicatam, ita respuet vt deductam. Nec enim tollit æqualitas extensiua partiũ vtriusque figuræ. Potest enim importari maior perfectio in coëxistentia ad easdem partes vno modo dispositas, quàm ad easdem aliter se habentes, quod in casu nostro declaratur à potiori ex actiuitate longè maiore quam Intelligentia obtineret ex illa collocatione in longum. Molina suprà idem declarat ex maiore partium distantia in figura longiore, cui proinde toti difficilius se applicet Intelligentia.

Ex his constituta manet duplex locatio Intelligentiæ, nempe punctalis, & diffusa per aliquod spatium reale aut imaginarium, quæ sola est propriè localis, cùm implicet in adiecto rigorosè loquendo dicere locum aliquem esse punctalem, vt rectè docet D. Bonau. in 2. d. 2. p. 2. a. Nunc exponenda superest forma per quam Intelligentia vtroque illo modo locari potest.

Quæ

Qua forma Intelligentiam statuat in puncto aut in loco.

196 SECVNDO, ergo dixi Intelligentiam coexistere formaliter puncto per suam substantiam, loco autem per modum extensionis partibilem. Et de puncto quidem nulla esse debet dissensio, frustrà enim aliquid exigeretur ad punctalem Intelligentiæ constitutionem, præter substantiam eius omni extensione exutam. Quare non placet Vasquez 1. p. d. 191. num. 8. in dubium reuocans an Intelligentia sit coëxtensibilis ad punctum spatij, eò quòd non possimus euidenter agnoscere, an modus quo Intelligentia locatur, sit ita contrahibilis. Hoc dico mihi non placere, quia non sicut ad Intelligentiam constituendam in loco exigitur modus extensionis, ita ad eandem in puncto constituendam exigitur punctum extensionis, vel extensio ad punctum contracta, sed sufficit ei nuda sua substantia.

Tota ergo difficultas est de coëxtensione Intelligentiæ cum loco propriè dicto, siue cum spatio partibili, de qua ingens omnino est sententiarum varietas, vt videre est apud Albertinum coroll. 5. de vbi, dubit. 5. Quin, 1. rectè aduertit id per quod Intelligentia locatur, vel posse se habere ad modum causæ formalis, vel ad modum causæ efficientis, seu vt illi loquuntur, rationis formalis ex qua prouenit locatio passiua Intelligentiæ. Sicut si quæratur per quid homo est risibilis, rectè respondetur esse formaliter risibilem per ipsammet risibilitatem, causaliter tamen esse talem per rationalitatem, tanquam per formam à qua oritur id quo formaliter homo est risibilis, nempe risibilitas. Similiter ergo quærenti per quid Intelligentia locetur, aliter respondendum erit si procedatur in sensu formali, aliter si in causali. Est autem difficile agnoscere quonam ex his duobus sensibus loquantur Auctores, cùm indistinctè pronuntiant Intelligentiam in loco constitui per hoc vel illud, putà per extensionem, per suam nudam substantiam, per vbi internum, per operationem, per potentiam operandi successiuè vel simultaneè, aut etiam patiendi. Totidem enim sunt celebriores de hac re sententiæ, dimisso placito Alexandri Alensis, qui gratis recurrit ad qualitatem diuinitus communicatam Intelligentiæ, ac etiam reiecto Mayronio in 1. d. 2. q. 6. & aliis apud Fonsecam 5. Met. c. 15. q. 9. sect. 5. asserentibus rationem formalem, qua Intelligentia constituitur in loco esse ipsam eius existentiam in loco, nec aduertentibus hanc esse effectum cuius formalis vel effectiua causa quæritur per alias illas sententias; de quibus iudicium feram paulò post, & quid veri singulæ habere possint exponam, si prius duplicem sententiæ nostræ partem paulò ante propositam cõfirmauero.

Extensio Intelligentiæ est vera forma modalis.

197 Illud itaque per quod Intelligentia correspondet formaliter loco, esse extensionem ab ea modaliter distinctam, facilè intelligetur si ex Physicis recolamus id per quod substantiæ corporeæ, loco formaliter coëxtenduntur, non esse aliud quàm modum quendam permanentem. Quod addo, vt distinguam illum ab vbi interno, quod multi contendunt esse internum terminum locationis. Aiunt enim tale vbi non esse transferibile ab vna portione spatij imaginarij in alteram, atque ita cùm

substantia possit mutare locum, retenta semper eadem partium situatarum correspondentia ad spatium, necesse est concedere substantiæ corporeæ formam ab vbi distinctam, quæ situm illam & stabilem correspondentiam conferat, etiam posito quod admittatur vbi internum permanens. Hanc porrò formam, constat non posse esse nudam entitatem substantiæ corporeæ, vel quantitatis eam afficientis, quia substantia & quantitas possunt naturaliter constringi aut dilatari per condensationem & rarefactionem, aut etiam ad punctum diminuta redigi, saluis entitatibus earum. Necesse ergo est variationem quam interuenire oportet ex parte subiecti corporei, suscipientis de nouo denominationes illas, restricti localiter, vel expansi, desumi à variatione alicuius formæ subiecto illi internæ. Nam si nihil variaretur, omnia perseuerarent eodem modo, nec mutarentur denominationes. Nec verò dici potest mutationem fieri ex parte spatij connotati. Nam cùm spatium in quo corpus variationem illam denominationum subire potest, sit vel imaginarium vel reale, constat quod imaginarium est inuariabile: reale verò quamuis sit variabile, tamen corpus ei immoto & inuariato potest correspondere magis vel minùs. Hoc ipsum ergo est cuius causam quærimus, cur scilicet, res quæ priùs connotabat duntaxat tantùm spatium eique correspondebat, nunc non respondeat eidem vel æquali spatio, sed ampliori vel angustiori. Molina 1.p.quæst.52.art.1.disp.vnica membro 5. ait interuenisse motum localem. Sed neque hæc mutatio sufficit, poterat enim latio interuenire salua eadem extensione & perseuerante correspondentia ad æquale spatium. Imò iuxta quorundam sententiam (de qua posteà,) omnis illa variatio denominationum contingere potest sine vllo motu locali, per solam diffusionem vel restrictionem alterantium. Recurrendum ergo est ad aliquam stabilem & internam formam; quam non oportere esse entitatem firmam, sed sufficere vt sit modus, (sumptâ paulò latiùs ea voce prout funditur ad omnem distinctionem realem minorem,) manifestum est ex inseparabilitate non mutua intercedente inter formam illam & subiectum eius. Quæ omnia contra Gregorium, cæterósque Nominales, plenè stabilita sunt in Philosophia.

198 Hinc igitur gradu facto ad substãtias immateriales creatas, constare etiam poterit concedendam eis esse aliquam talem formam, qua loco coëxtendantur. Sunt enim capaces variationis illius in denominationibus localibus, vt sæpè ostensum est; paritéque in anima rationali, nunc minori, nunc maiori corpori correspondente. Ergo quòd hæ substantiæ huic vel illi diuisibili spatio correspondeant, habent à modo extensionis ipsis intrinseco, & hic est causa formalis, per quam formaliter locantur. Quam sententiam sequuntur plurimi Recentiores, tametsi permulti modum illum quem admittunt, confundant cum vbi interno, aut cum modo præsentiæ ad certum locum essentialiter addicto, quos modos alibi latè reieci quoad corpora, & quoad Intelligentias simul, ac corpora, eosdem latè reiicit Ægid. Conink 3.p.q.75.à n.79. Qui quòd etiam distincti videtur modum extensionis, quo formaliter locetur Intelligentia, cùm asserat eam locari per nudam suam substantiam, approbétque sextam sententiam, quam ad

asserem

afferentem reuulerat, audiendus non est. Nec quæ ille affert pugnant contra hunc modum, sed contra alios tantum loco addictos, & intransibiles, qualis vt suprà monui non est extensio.

Eadem extensio est formaliter partibilis.

199 Et hæc quidem perspicua videntur. Sed grauis rixa superest, circa adstrictam a nobis partibilitatem huius extensionis. Nam Vasq. 1. p. d. 186. num. 30. ait id asserere esse hominum nondum hæc corporea & materialia oblitorum, eò quòd substantia spiritualis non sit capax modi corporei, cuiusmodi iuxta ipsum est omnis modus formaliter partibilis. Quare concludit hunc modum non esse diuisibilem nisi virtualiter, ea ratione qua habitus simplex dicitur diuisibilis cùm extenditur ad plures conclusiones, quod idem Autor 1. 2. d. 80. cap. 5. docet fieri per accessum nouum modificationis habitui præexistenti superuenientis. Similiter ergo esse videtur modò extensionis præexistentem in Intelligentiis, susceptis variis modificationibus ampliari vel restringi, atque ita fundare diuersas illas denominationes, de quibus suprà.

200 Contraria sententia, quam secuti sumus, placuit non paucis Recentioribus, minimè veritis concedere accidenti spirituali partibilitatem extensiuam, licèt inest substantiæ impartibili & inextensæ, nempe Intelligentiæ, vel animæ nostræ. Ita de vnione animæ ad corpus, quam ex parte animæ consistunt, atque adeò spiritualem esse affirmat, censuit Suarez t. 1. 3. p. d. 54. sect. 1. concl. 1. & 3. & d. 20. Metaph. sect. 7. num. 49. & Arrubius 1. de gener. q. 15. qui idem dicunt de modo illo spirituali quem vocant vbi, & præsentiam localem Intelligentiæ, & animæ nostræ. Idem necessariò dicendum est de fluxu vtriusque per spatium. Est enim entitas essentialiter successiua, atque adeò partibilis, de quo infrà pluribus contra aliquos neotericos, qui ne accidens aliquod spirituale admittant esse extensiuè partibile, ipsam quoque spiritualem lationem, fecerunt indiuisibilem, sed omnino improbabiliter, vt ibi dicam. Et quamuis lationis partes sensim dilabantur, nec simul consistant, tamen hoc discrimen non eneruat argumentum, quod ex ea petimus pro partibilitate accidentium aliquorum spiritualium. Quod enim partibilitas non sit permanens, nihil minuit de veritate partibilitatis. Præterquam quòd cùm partes motus varientur, & continuentur, necesse est vt saltem inadæquatè coëxistant. Itaque quod admittimus de partibilitate extensionis, non est peculiare in hac forma, nec debuit tantis exaggerationibus excipi.

Probatur autem efficaci ratione, nam Intelligētia coëxistit modò ampliori, modò angustiori spatio, idque vt vidimus per modum extensionis: necesse ergo est aliquid ei modo accedere cùm Intelligentia diffunditur, & aliquid decedere cùm contrahitur, nempe partem modi extensionis, ergo modus ille est partibilis.

Prima euasio ad argumentum propositum præcluditur.

201 Responderi primò potest, quod Vasquez attigit de modificationibus modi extensionis. Sed contrà. Nam nisi gratis velimus (quod ipse Vasquez non semel expostulat,) omnia modorum modis peragere, quotiescumque ad effectum aliquem formalem

formalem circa aliqua obiecta, vel terminos, requiritur forma aliqua modificabilis, non debemus asserere ad vnum illorum obiectorum vel terminorum exigi formam illam, ad alterum verò sufficere modificationem, nisi obiecta illa vel termini subordinationem aliquam habeant, ita vt non se habeant quasi ex æquo, sed vnum sit principalius cui alligetur forma prædicta, cætera verò sint vel secundaria respectu illius principalis & primarij, vel minùs principalia. Nam si obiecta essent æqualia, vel paris dignitatis, cur vni potiùs quàm alteri deberetur modificatio?

Atque ita philosophamur de sensibili proprio & communi, quæ videntur per vnam speciem modificatam: & ita quidem, vt sensibili proprio, vtpote principali, respondeat fundum speciei, sensibili autem communi respondeat modificatio, nempe quia sensibile commune respectu proprij est minùs principale. Et ob contrariam causam in habitibus, quia obiecta partialia habent par ius ad formam habitus modificationi substratam, negandum est extensionem habitus fieri per modificationem formæ habitualis, respicientis vnum aliquod obiectum & non cætera eiusdem principalitatis. Similiter extensionem animæ ad nouam materiam aduenientem per nutritionem, censeo fieri per nouam partem extensionis. Quandoquidem pars materiæ cui anima per hanc extensionem coaptanda est, non est deterioris ordinis, quàm alia quæuis materiæ portio. Quanquam in duobus his exemplis posset aliquatenus fundari subordinatio & inæqualitas obiectorum vel terminorum. Nempe dicendo, formam habitus modificabilem, correspondere obiecto primæ demonstrationis, quia obiectum illud est primum in quo cætera aliqua eadem ratione connectuntur. Et similiter de anima dici posset eam habere statam aliquam materiæ portionem quam informat ab initio. Datur enim minimum quod sic extensionis, in materia quam anima debet informare. Illi ergo portioni materiæ extensæ in quam primum subit anima, dici posset correspondere formam extensionis modificabilem, quia (vt sic dicam,) gaudet iure primò occupantis extensionem illam modificabilem: cæteræ autem partes materiæ posteà adueniunt, & cùm sint vniformes quoad præsens negotium, posset ad eas videri sufficere modificatio extensionis, sicut modificatio speciei impressæ & expressæ sufficit ad exhibendas partes vniformes extensionis corporeæ in successiua eius detectione, vt dicitur, cùm de speciebus.

202 Quamuis igitur in his duobus exemplis, responsio prædicta de partibus dominatur virtualibus ratione modificationis aduenientis, posset videri non omnino destituta colore aliquo probabilitatis; tamen in casu nostro cessat omnis verisimilitudo, ob omnimodam paritatem & æqualitatem inter terminos respondentes extensioni Intelligentiarum. Faciamus enim Intelligentiam punctualiter constitutam, (quod sine modo vllo superaddito habet,) diffundere se in ampliùs spatium. Constat nullam esse spatij portionem cui tota debeat primùm coëxtendi Intelligentia. Nam de anima hoc asseritur, quia est forma, & idcirco exigit certum apparatum dispositionum, & statum materiæ partium primò informandarum, quod de Intelligentia dici nō potest. Cum

ergo

ergo parti spatij prædicti, assignabimus formam extensionis principalem, ac modificabilem, potiùs quàm aliis? Dicere autem quòd ea sit assignanda illi toti spatio, & quod ad vlteriora spatia (si supponamus prius illud non esse adæquatum,) extendenda sit Intelligentia per modificationes, nó est rationabile. Nam in prima illa sua ex punctali spatio exporrectione, poterat non diffundi nisi ad dimidium spatij ad quod supponitur se extendisse ob infinitam partibilitatem talis spatij. Ad reliquam ergo medietatem, oportuisset interuenire modificationem. Non enim à mero Intelligentiæ beneplacito pendere potest, vt tantùm spatium occupet per extensionem principalem, reliquum verò per eius modificationem. Itaque cùm ad variationem illarum denominationum ex qua supra collegimus modalem Intelligentiæ extensionem, necessaria sit pluralitas aliqua ipsi modo intrinseca, ob quam Intelligentia modo illo affecta, nunc ampliori, nunc strictiori loco correspondeat, & ea pluralitas non possit refundi in modificationes modi seu prædictæ extensionis, necessariò fatendum est extensionem illam esse partibilem formaliter & intrinsecè.

Altera argumenti propositi euasio.

203 Respondeas secundò potest, cùm Intelligentia tantillum se contrahat, vel diffundit plus vel minùs quàm ante diffunderetur, variari totaliter extensionem. Sic enim modus ille tunc inchoatur, vt per eum productum vel destructum, possit saluari variabilitas, quæ cernitur in correspondentia Intelligentiæ ad locum, salua eius substantia, quod intelligi non potest sine accessu & recessu alicuius entitatis intrinsecæ; sed quòd ea entitas sit partibilis, non est necessarium. Quia dici poterit perire tota, quoties aliqua eius variatio admittenda erit, vt in rarefactione & condensatione corporea euenit. Quæ responsio in simili dubio de variatione vnionis, accedente noua parte materiæ, apud eos qui vnionem illam ex parte animæ ponunt, & impartibilem esse asserunt, facilè impugnatur. Primò ex eo quòd iuxta eam, homo in quacumque particulæ prius vnitæ resolutione, moreretur, & in quacũq; aggeneratione renasceretur. Quia ad hominis mortem, vel resurrectionem, sufficit vnionis dissolutio, vel redintegratio. Secundò ex eo quòd desit causa vnionis illius totalis. Non enim posset effici ab anima, quia sic anima efficeret hominem; nec à causante diuisionem partis, verbi gratia, digiti. Quis enim credat, lapidem vel cultellum posse producere vnionem nouam totalem spiritualem? Alia autem vnionis illius causa, afferri nulla potest. At contra eam responsionem extensioni aptatam, nihil horum viget, vt patet attendenti.

Impugnatur.

204 Quare argumentandum imprimis est, ex eo quòd iuxta illam responsionem, oporteret infinitas extensiones totales breuissimo tempore perdi, & acquiri, si supponamus Intelligentiam successiuè se diffundere ad aliquod spatium à se occupabile, vel successiuè se in eo arctare. Quod incommodum si vitari posset, (vt facilè potest admittendo partibilitatem extensionis,) deuorari non debet. Et quanquam verum sit in continua aliqua & successiua rarefactione, aut condensatione, quantumuis

tinenti, abiici & acquiri infinitas totales extensiones, vt proinde rarefactio non nisi æquiuocè dicatur continua, cùm reipsa sit tantùm congeries infinitarum totalium mutationum sibi sine interruptione succedentium: Tamen est magna disparitas inter condensationem & rarefactionem corporis ex vna parte, & Intelligentiæ diffusionem, vel coarctationem ex altera. Idcircò enim corporis condensati vel rarefacti extensio, non grandescit tantùm vel minuitur, sed tota mutatur, vt alibi probatum est; quia omnes corporis illius partes mutarunt situm, alioqui totum non fuisset rarefactum, vel condensatum, sicut supponimus. Mutatio autem illa omnium partium quoad situm grandiorem vel strictiorem, non potest intelligi nisi altero ex his modis. Nempe primò per interiectionem assumentorum extensionis ad singulas partes præiacentes faciendam in rarefactione, vel detractionem similium plagularum ex singulis iisdem partibus in condensatione; quas intersectiones extensionis continuæ in omnem sui partem, constat esse impossibiles. Secundò per variationem totalis extensionis antecedentis, & substitutionem nouæ totalis, qui est modus quem admisi. At in Intelligentia se angustante, vel extendente, cessat ea ratio. Quia eius substantia vt correspondens loco in quo perseuerat, nullam suscipit variationem, contra quàm euenit in substantia corporea rarefacta, vel condensata, quæ vbique & tota mutatur. Itaque non est mirum si aliter de vna restrictione & diffusione, quàm de alia philosophemur, & abiectionem illam vel acquisitionem infinitarum extensionum totalium reputatum dicimus quoad Intelligentiam motus illos subeuntem, non quoad corpora subeuntia rarefactionem aut condensationem.

105 Argumentari prætereà possumus contra responsionem prædictam, quia iuxta eam Intelligentia existens in loco suo adæquato, tum dimidium eius deserens, ac dimidium retinens, acquireret simul & amitteret correspondentiam ad locum illum dimidium in quo perseuerat: perderet enim priorem coëxtensionem ad illum, atque etiam correspondentiam in tali coëxtensione fundatam, & acquireret nouam coëxtensionem, & cum ea correspondentiam nouam, cùm tamen eodem prorsus modo ad eum locum semper se habeat. Video tamen posse Aduersarios hoc argumentum eludere, dicendo, relationem illam coëxistentiæ non fundari in extensione, sed in substantia quæ eadem manet: & ob succedentem sine interruptione vlla, extensionem priori parem, retinet eandem relationem coëxistentiæ. Vel dato quòd ea relatio in extensione fundetur respondere possent negando relationem illam perseuerare reipsa, sed tantùm in speciem & apparenter, & idcircò videri eandem, tametsi non sit. Quo pacto corruit vnicum argumentum propter quod Arelius q. 19. citata, dixit responsionem quam impugnamus, fieri non posse quoad vbi.

Cæterùm cùm hæc & cæteræ huiusmodi responsiones nō fuerint excogitatæ nisi ex præiudicata sententia de impartibilitate omnium entium spiritualium: Nec negari possit eâ sententiâ reiectâ (vt reiicienda certè est, saltem pro spirituali latione) longè commodiùs defendi partibilitatem, quàm impartibilitatem extensionis Intelligentiarum, non videtur in concedenda partibilitate illa, difficiles

difficiles esse arbitramur. Neque verò extensio partibilis arguit Intelligentiæ per eam extensæ partibilitatem. Nam quamuis ea forma sit essentialiter extensa, & effectus eius formalis sit extendere secundùm partes suas, vel potiùs per partes suas: tamen ita extendet Intelligentiam, eamque coaptabit variis spatij partibus quibus ipsa extensio coaptatur, vt tota Intelligentia omnibus extensionis partibus subsit, & per eas variis spatij partibus tota correspondeat. Quare malè Albertinus coroll. 5. de visi, dub. 5. num. 5. ex eo quòd forma aliqua sit essentialiter extensa, eiusque formale munus sit extendere, colligit subiectum illius formæ debere esse extensum & partibile. Hinc expositum manet per quid Intelligentia locetur formaliter, nunc videndum est per quid locetur effectiuè.

Per quid Intelligentia locetur effectiuè, seu quæ sit causa effectiua extensionis.

206 Tertiò, itaque dixi Intelligentiam effectiuè locari per potentiam quandam intrinsecam, à qua prodit extensio prædicta. Cuius rei ratio manifesta est ex notatis n. 196. per id enim res effectiuè locatur, quod causat formam qua res formaliter locatur: atqui Intelligentia formaliter locatur per extensionem, ergo id quo Intelligentia locatur effectiuè, erit potentia prædicta. Aliqui videntur eam nominare quantitatem Intelligentiæ virtualem, nec immeritò ob analogiam huius potentiæ cum quantitate corporea. Sicut enim quantitas formalis in corporibus, est id à quo per interuentum temperamenti proximè manat extensio situalis, qua corpus occupat tantum vel tantum locum: Ita facultas illa qua Intelligentia potest profundere extensionem tanto vel tanto spatio correspondentem, iure donatur nomine quantitatis virtualis.

207 Hanc vim extensionis profusiuam, admitto esse potentiam substantiæ superadditam, ob generalem regulam substantiis omnibus creatis communem, quòd scilicet postulent subleuari per auxiliares potentias accidentarias. Addi potest ex Scoto quodl. 14. art. 2. quæ immediatè emanant à substantia, necessariò manare, vt patet ex potentiis naturalibus, quarum profusio est necessaria non libera. Atqui liberum est Intelligentiæ angustare vel diffundere se intra terminos spatij sui adæquati, ergo vt exercitium quantitatis illius virtualis liberum sit, necesse esse eam distingui à substantia. Verùm quod in hac ratiocinatione primùm assumitur, non est ratum apud omnes, nisi cùm res ita manat immediatè à substantia, vt non expectet voluntatis edictum. At si dimanet à substantia non per modum naturæ operante, sed ex præscripto voluntatis, tunc ea immediata dimanatio à substantia, nihil officit libertati illius dimanationis. Et hoc pacto philosophandum necessariò est de actibus externis Dei, ipsique Scotus & alij qui potentias ab anima non distinguunt, non aliter philosophabuntur de libertate actuum nostrorum.

208 An verò hæc potentia extensionis profusiua, sit eadem cum vi motrice, vt sentit Mol. 1. p. q. 52. art. 1 disp. vnica, membro 5. sub finem aut certè ab ea differat, vix certò statui potest. Annotandum porrò est, iuxta aliquos profusionem hanc extensionis importare lationē propriè dictam. Ita Mol. suprà, Tol. 1. animæ

q. 9. concl. 2. Arel. 1. de gener. q. 32. sect. 3. concl. 1. & quæst. 35. sect. 2. Ægidius Conink 3. p. q. 75. n. 123. addens (quod durum videri potest) cùm Intelligentia priùs inadæquatè extensa diffundit se ad maius spatium, quod diximus per extensionis profusionem fieri, tunc aliquid Intelligentiæ verè moueri, & aliquid quiescere, tametsi sit eadem omnino entitas cum solâ virtuali distinctione. At alij negant eam extensionis profusioné importare lationem. Ita Dur. in 1. d. 8. parte 2. quæst. 3. n. 16. Carthus. ead. dist. in fine, Zabar. l. de accretione cap. 16. ad 1. dubium. Baconus in 3. d. 18. quæst. vnica, art. 1. ad 6. quam sententiam infrà num. 229. veram esse ostendam, per se loquendo & præcisè considerata mutatione hac ad extensionem. Sed dato quòd profusioni extensionis adiungatur latio, controuersia non est de ea, cuius potentiæ actus sit, sed de sola alteratione qua extensio producitur. Quia enim ea alteratio quæ via est ad extensionem, destinatur occupationi spatij, propterea dubitari potest an propter affinitatem huius alterationis cum principali actu facultatis motricis, seu cum latione, possit ad vim motricem pertinere, nõ tantùm reductiuè sed etiam directè: an verò peculiaris & distincta vis ad hoc exigatur. Et quanquam res videri posset vtrinque agitabilis, tamen vt priori parti adhæream, neganque hanc vim distingui à facultate motrice, facit affinitas paulò ante tacta, & tenenda in entium multiplicatione parcitas, cùm rationes non vrgent in contrarium, sicut reuera hîc non vrgent.

Iudicium de varijs sententijs numero 196. propositis, quoad id per quod Intelligentiæ locantur.

209 Nunc omnibus sententiæ nostræ partibus expositis, facile erit iudicium ferre de tam variis auctorum sententiis circa illud per quod Intelligentiæ locantur, quas tetigi n. 196. Et priores quidem, quæ ad Intelligentiæ substantiam vel vbi permanens recurrunt, non est quòd magnopere nos distineant. Qui ergo dixerunt Intelligentiá locari per suam substantiam, vel vt aliqui apud Mayron. loquuntur in 2. d. 2. quæst. 6. per suam hæcceitatem, id est per suam substantiam singularem, rectè sentiunt si non de substantia nuda, sed de substantia, vt modificata, loquantur. Quod non dubito voluisse plerósque ex illis qui ita locuti sunt, præsertim quia multi tantùm intendunt reiicere alios quosdam in hac re dicendi modos, ac nominatim illum qui affert operationem pro causa locationis Intelligentiæ. Qui verò eam locant per meram entitatem ipsius, seclusis modo extensionis, & ideo dicunt extensionem Intelligentiæ semper esse inuariatam, non sunt audiendi. Vt neque alij qui Intelligentiam locant formaliter per vbi permanens, vel per modum præsentiæ, aut vt alij ex eadem auctorum classe loquuntur, *assistentiæ*. Nam nullum talem dari rerum locandarum vnicum, latè patet cæteris probat Rubion. in 2. d. 2. quæst. 6. art. 2. estque manifesta sententia Plotini ennead. 6. l. 2. cap. 14. & S. Thomæ 2. contra gent. cap. 13. & aliis locis quæ adducit Capreol. in 2. d. 6. *ad sex argumentorum contra* 2. ac etiam vt videtur Aristotelis 8. Phys. t. 59. sed non

nō hæreo in re alibi plenè discussa, & alterius subsidij.

210 Qui verò dixerunt Intelligentiam esse in loco per operationem, in varia abierunt. Nam aliqui id acceperunt de operatione immanente intelligendi & volendi, immediatè expositione facultatis exequentis. Ita Caiet. 1. p. quæst. 52. art. 1. Alij voluerunt id intelligi de operatione transeunte, vt Ferrar. 3. contra gent. cap. 68. Alij passionem quoque nomine operationis Intelligentiam locantis venire censuerunt. Alij denique cùm operatio transiens aut passio desit, putarunt sufficere aliquid quod sit instar operationis, nempe præsidentiam, exornationem, aut aliquid tale. Ita Capr. in 2. d. 2. q. 1. art. 2. Ego vero duntaxat & altero probabili modo existimo dici posse quòd Intelligentia locetur per operationem. Nempe primò per operationem illam immanentem quæ est profusio extensionis, potestque vel ex parte potentiæ extensionem causantis considerari, tanquam actus secundus & exercitium eius, quo pacto pertinebit ad causam effectiuam locationis; vel ex parte ipsiusmet extensionis, tanquam fieri eius, quo pacto reducetur ad causam formalem locationis. Secundò dici potest Intelligentiam locari per operationem transeuntem, spectando analogiam cum modo rigoroso quo corpora sunt in loco, quatenus ab eo continentur, & extremitate sua illum tangunt. Quia enim in substantiis spiritualibus contactus iste quantitatiuus locum non habet, excogitatus est proportionalis quidam quasi contactus, qui fit per operationem transeuntem ab Intelligentia in locum illum physicum, vnde tamen non sequitur Intelligentiam locari formaliter per huiusmodi operationem, vel nullibi esse si nullibi ita agat, aut esse substantialiter vbi est illa eadem actio, vt passim Thomistæ sentire videntur, & Picus quæst. 1. apologiæ.

211 Cætera quæ de Intelligentiarum locatione per operationem adducebantur, non sunt admittenda. Et in primis qui ad operationem volendi & intelligendi cōfugiunt coniunctam facultate expedita, parū aptè philosophantur. Nam quamuis Intelligentia spectata prout est in procinctu ad profundēdam extensionem localem liberè à se elicibilem, concipiatur à nobis vt instructa intellectione & volitione profusionis illius, & facultate exequente non impedita, non tamen idcirco dicendum est id per quod Intelligentia locatur esse intellectionem & volitionem, sed si de causa efficiente locationis sermo esset, sistēdum foret in potentia profusionem illam exequente. Sicut enim quæritur causa efficiens progressionis nostræ, affertur sola vis motrix, quamuis progressio nostra non minùs præsupponat prælucentem sibi potentiam cognoscentem, & potentiam appetitiuam inducentem motum, quàm profusio extensionis Intelligentiæ, præsupponat intellectionem & volitionem. Adde quod Caietanus existimat intellectionem illam, ac volitionem, & potentiam exequentem expeditam, respicere operationem transeuntem tanquam id per quod Intelligentia, completè (id est quantum hominem capio,) formaliter constituitur in loco, quod falsum esse multipliciter euinci potest.

212 Nam vt argumentatur Mayro. in 2. d. 1. q. 6. res finitæ, seclusa immediatione virtutis, non agunt transeunter, nisi vbi sunt indistātes à sub-

lecto recepturo actionem. Ergo prius quàm Intelligentia alicubi transeunter operetur immediatè, intelligendum erit eam esse ibi vbi actio est elicienda. Non ergo per hanc operationem locabitur. Item vt argumentatur Durand. in 1. d. 37. parte 2. q. 1. n. 20. fundamentum correspondentiæ locati ad locum, debet esse locato internum, sicut relatio & correspondentia: at operatio transiens est aliquid externum rei. Adhæc si ista ratio formalis essendi in loco valeret pro Intelligentiis, deberet etiam valere pro corporibus, atque ita corpus mouens alterum corpus, esset in vno loco per suam extensionem, & in loco corporis moti per suam operationem ad ipsum transmissam. Et qui iaculatur non posset sibi subrogare impetum, sed cum re mota moueretur. Quòd si duas alicubi operationes eliceret, esset bis in vno loco, vt argumentatur Scalig. exerc. 359. num. 5. Denique Intelligentia potest coextendi loco, nihil extra se operando. Quid enim transeunter agit in cœlo empyreo, quod supponitur esse immotum? Quid in aëre cùm descendit de cœlo in terras? Quid dæmon in corpore energumeni, cùm plerumque ita latet vt nullo indicio deprehendatur? Quid Deus in spatiis imaginariis supra cœlos? Præsidentia enim illa & ornatus ad quæ recurrit Capreolus, non videntur satisfacere. Nam eo pacto Intelligentia mouens deberet esse in toto cœlo, quia illi toti præsidet, & dæmoniarcha in toto inferno, ob eandem causam. Itaque præstaret comperendinare cum Vigerio c. 5. instit. §. 2. vers. 3. & rogaturi quid ornatus ille sit, respondere, sciendum id tantùm fore in patria. Vel cum Caiet. 1. p. q. 52. art. 1. fateri actionem transeuntem Intelligentiæ in prædictis casibus occultam esse. Et valdè sanè occulta est, quæ non est in rerum natura.

215 Hinc obiter vides, quàm absurdè aliqui ex locatione Intelligentiæ per operationem transeuntem, intulerint duas Intelligentias non posse sibi, ne diuinitus quidem, coëxistere, eò quòd vna illa operatio transiens, per quam ambæ ibidem locari deberent, nulla vi posset ab vtraque Intelligentiâ prodire totaliter. Quod latè reiicit Gregor. in 2. d. 2. q. 3. art. 2. & Valesius c. 41. sacræ Philosophiæ, sufficienterque euersum est dissectione fundamenti cui tota hæc doctrina superstruitur. Vt omittam perperam etiam exigi, vt duæ illæ Intelligentiæ operentur vnam illam actionem per modum causarum totalium. Quare non tantùm vi Diuina, in quo ne vmbram quidem dubitandi video, sed etiam naturaliter, contra Sarranum 2. conciliationis controuersi. & Ananiam 4. de nat. dæmon. c. 15. & multos apud Mayronem in 2. d. 2. q. 7. ipsúmque Mayronium & alios immeritò ambiguos, dicendum est, plures Intelligentias posse simul esse alicubi, vt late Guliel. Paris. 2. 2. de vniuerso c. 90. Ocham. quodl. 1. q. 4. *ad 3. dubium*, Thyræus c. 13. libri de dæmoniacis.

214 Tandem quòd dicebatur passionem quoque intelligi posse rationes operationis transeuntis per quam formaliter locetur Intelligentia, admitti non potest: cùm passio subsequatur propinquitatem localem agentis & passi, vt ex D. Thoma docet Ferrar. 3. contra gent. c. 68.

Qui Intelligentiam locabant per potentiam operandi vel simultaneè vt Albertinus coroll. 1. de vbi, dubit. 3. n. 53. (mutans num. 28. hanc potentiam non esse accidentariam, ne sit separa

separabilis, sed radicalem & substantialem,) vel per potentiam operandi successiuè, vt Durand. in 1. d. 37. parte 2. q. 1. n. 26. & 39. (quanquam professus se tantùm inquirere, & nihil asserere, vt patet ex num. 19. & 38.) vel denique per principium agendi, aut patiendi in loco, vt Fons. 5. Metaphys. c. 15. q. 9. sect. 5. & 6. Hi inquam omnes autores, quatenus de potentia actiua agunt, possent exponi de causa effectiua locationis, & admittendi si per potentiam operandi intelligerent potentiam illam, qua Intelligentia extensionem sibi ipsi imprimit immanenter. Sed cùm agant de potentia operandi transeunter, refellendi sunt. Nam potentia illa tam est impertinens ad locationem Intelligentiæ, quàm vis humefactiua ad locationem aquæ. Non enim plus potest aqua agere quin priùs supponatur locata, quàm Intelligentia operari transeunter. Sicut ergo potentia illa aquæ nullo modo se habet per se ad aquæ locationem, ita idem dicendum est de potentia Intelligentiæ, operatiua transeunter. Et de potentia passiua potest fieri idem argumentum. Præterea motus Intelligentiæ est expansus per totum cœlum, ac proinde Intelligentia potest in illo toto operari, & tamen autore Aristotele non est in toto cœlo. Imò si Intelligentia punctaliter se constituat, & vni tantùm puncto corporis grauis se applicet, poterit impetum immittere corpori illi toti mouendo sufficientem, atque ita simul esset in toto illo corpore, cùm tamen supponatur esse punctaliter. Quæ non minùs faciunt contra Durandum, si supponamus operationem illam Intelligentiæ punctaliter cõstitutæ esse successiuam. Quinetiam cùm Intelligentia sic constituta, possit successiuè interuentu motus localis ferri per vniuersum orbem, vel etiam per immensam capedinem spatij imaginarij, & ibi operari aliquid, asserendum esset Intelligentiam esse vbique, atque adeò non posse moueri, quæ tam cruda sunt, vt mirer quomodo ea Durandi stomachus, tametsi valentissimus concoquere potuerit. Refellunt eum passim Recentiores. Excusat Albertinus suprà dub. 2. n. 1. accusaturus, dub. 5. num. 31.

ARTICVLVS II.

De latione Intelligentijs immanente.

215 ACtua facultatis motricis Intelligentiarum, vel est motus ipsarummet Intelligentiarum, vel motus aliarum rerum, ab Intelligentiis effectiuè prodiens. De vtroque dicendum erit, initio ducto à motu immanente, quem Intelligentiis posse competere indubitatum est ex earum locali finitate, de qua egimus cùm de Intelligẽtiarum vnitate. Quòd si Augustinus quæstione 8. ex 83. ait: *moueri localiter esse proprium corporum*, & 8. de Genes. ad litter. cap. 20. & 26. ait, *substantiam corporalem moueri per loca & tempora, spiritualem verò per tempus duntaxat*: sensus est vt constat ex eodem libro c. 22. Intelligentiam non moueri in loco, existendo in eo commensuratiuè, & cum distensione quantitatiua. An eodem modo exponi possit Abelardus 3. introd. c. 6. & Porphyrius libro de occasionibus §. 25. asserentes nullum incorporeum posse localiter moueri, cùm non possit esse alicubi localiter; parum mea interest. Aristoteli quoque Intelligentiarum motricum

motricum immobilitatẽ tribuit Paluc. in 1. d. 3. disp. 1. ad 5. & d. 8. dist. 3. Videturque haberi ex 12. Met. t. 43. vbi Sonc. quæst. 6. & Iauel. quæst. 4. idem Aristoteli & aliis Philosophis tribuunt, rati ita censuisse Philosophum ne Intelligentiæ possint motum sui orbis omittere, eumve facere irregularem, quod tamen facilè potest exponi salua mobilitate locali Intelligentiarum. At non video quomodo exponantur data verba Autoris Theologiæ Ægypt. l. 1. cap. 2. *Nulla (inquit) substantia, quæ omnino solaque Intelligentia sustinetur, motum subire potest, sed ea in priore manendo sua ab illa nunquam diuellitur, nec asportari mouetur, cum nullum locum habeat ad quem deferri possit.*

Sollicitior sum pro Clemente Romano 8. constit. cap. 7. affirmante Satanam cecidisse de cælo in terram non casu ad locum pertinente, sed mutatione honoris in dedecus. Quod Turrianus in illius loci defensione exponit, eo modo quo exposui Augustinum. Sed commodior fortasse sensus erit, dæmonem etiamnum in cælo positum, & antequam ex eo succederet exturbatus, in eo ipso momento quod viam eius clausit, iam fuisse dæmonem, ita vt cælum ei extunc fuerit infernus. Sicut è contrà pio latroni, ipse infernus fuit paradisus, secundùm verba Christi & obseruationem Augustini epist. 57. quo pacto expositus locus ille non præiudicat veræ lationi Intelligentiarum, de qua nobis quæ & qualis sit, quærendum superest.

ASSERTIO.

Latio qua Intelligentiæ spatium decurrunt, est forma ipsis intrinseca, nec minùs propriè continua, quàm latio corporea: siue Intelligentia partibiliter, siue punctualiter locetur. Essentialiter quoque postulat successionem, & non interruptam cum spatio quod decurritur, commensurationem.

216 Primò, admitto, lationem qua Intelligentiæ transeunt per spatium, esse formam ipsis intrinsecam. Quod est contra Gregorium in 2. d. 6. quæst. 1. art. 2. aliósque Nominales, generaliter contendentes superfluò asseri lationem esse aliquid superadditum rei motæ, quod quantum spectat ad Intelligentias, asseruit etiam Vasquez 1. p. d. 191. c. 4. contendit enim lationem Intelligentiæ, non esse aliquid illi internum, siue Intelligentia per se, siue per accidens moueatur, vt habetur n. 19. & 21. Sed esse tantùm variationem relationis distantiæ à punctis fixis, ad quam latio illa terminatur. Si tamen Intelligentia moueatur per se, & non ad motum corporis in quo est, fatetur variari in ea internum modum quo est in loco: cùm tamen iuxta ipsum motus formaliter non consistat in modi illius mutatione, concludit lationem Intelligentiarũ formaliter spectatam, nihil esse Intelligentiis internum quomodocunque moueantur, id est, siue per se, siue per accidens. Fundamentum est quod motus secundùm locum, formaliter fit ad nouam distantiam à punctis fixis, vel ad talem modum cui necessariò adiuncta sit noua illa distantia: atqui modus quo Intelligentia est in loco, nequit ea se habere distantiam à punctis fixis, sed eam tantùm habet ratione corporis in quo est; ergo Intelligentia nequit habere internum motum, sed externum

tan-

[illegible] respectum, prouenientem ex corporibus, quorum occasione variat distantiam.

Latio Intelligentiarum est forma eis interna.

217 Nihilominus quòd latio sit vera interna forma, generaliter loquendo, latè tractatur contra Nominales, cùm de motu locali agitur, quam disputationem non placet huc adducere. Breuiter tamen in se praesentem casum possumus, sententiam Nominalium non posse cohaerere cum variatione illa denominationum, quae ceteris omnibus eodem modo se habentibus potest contingere in Intelligentia per motum ad locum. Dicitur enim mutasse, & non [illegible] certo spatio, [illegible] propinqua & remota. Hae autem variationes denominationum impossibiles sunt, nisi aliquid alicubi mutatum fuerit. Et cum supponamus post illam denominationum variationem omnia extra Intelligentiam se habere eodem modo quo se habebant ante illam variationem, necesse omnino est aliquid in ipsa Intelligentia fuisse mutatum, atque adeò necesse quoque est admittere illi realem aliquam formam accidentariam quae prius deerat, cuius [illegible] sit Intelligentiam transferre, & sic variare in ordine ad locum. Non dico Intelligentiam locari formaliter per motum ipsum, id enim falsum est, sufficeret quippe ad hoc extensio, vel substantia Intelligentiae correspondens per seipsam loco [illegible] per motum [illegible], sicut [illegible] ad hoc [illegible]. Dico ergo Intelligentiam per motum transferri, seu variari in se, sicut requiritur vt possit per seipsam vel motum, vel extensione affectam, correspondere successiuè loco; nec enim ei sic correspondere posset si maneret vbi ante erat, nec transferretur. Ratio à priori ad admittendam in Intelligentiis intrinsecam illam formam, est localis finitas Intelligentiae, & non affixio ad vllam certam spatij imaginarij portionem. Inde enim fit, vt Intelligentia, ceteris omnibus immutatis possit subire variationem in ordine ad locum, quae necessariò intrinseca ipsi erit ceteris eodem modo se habentibus, vt supponimus.

218 Itaque immeritò Nominales, superfluitatem lationis inhaerentis causantur. Principia verò quibus Vasquez nititur, non est difficile diluere. Nam quod n. 8. & 9. ait Intelligentiam esse ex se incapacem relationis distantiae à punctis fixis, improbabile est. Intelligentia siquidem, cùm sit finita, est capax distantiae; cùm distantia nihil sit praeter relationem fundatam in spatio intermedio inter duo aliqua. Atqui inter Intelligentiam & corpus, vel inter duas Intelligentias, potest intercedere spatium: ergo possunt referri relatione distantiae, sicut referuntur etiam relatione propinquitatis & coëxistentiae localis. Itaque quamuis falsum sit lationem formaliter consistere in variatione relationis distantiae, potiùsque dicendum sit lationem esse relationis illius fundamentum, aut conditionem praeuiam, quam alij vocant rationem fundandi, vt in simili dicitur de accessu & relatione propinquitatis: Tamen gratis admisso quòd latio in ea variatione consistat, falsò subsumitur Intelligentiam esse variationis illius incapacem. Et verò hac ratione Intelligentia non esset capax motus per se, contra ipsummet Aduersarium id concedentem. Nam si motus formaliter consistit in

variatione illius relationis distantiæ, hanc autem nequit intrinsecè & per se suscipere Intelligentia, vtique neque poterit per se moueri. Quod enim per se moueri dicitur, necesse est vt per se quoque recipiat in se terminum intrinsecum motus, qui in casu nostro iuxta aduersarium est relatio distantiæ, cuius Intelligentiam incapacem esse contendit ob incapacitatem situs. Quomodo ergo potest concedere eam esse capacem motus per se? At quomodo ait num. 20. motum per se Intelligentiæ esse illi proprium, cùm iuxta principia ex eo adducta, nihil in se habeat Intelligentia ex quo motus possit denominari illi proprius; non relationem distantiæ, non formam internam motus, non aliud quippiam? Denique vnde adueniet noua illa relatio distantiæ, denominans extrinsecè Intelligentiam, cùm contingat eam aliis immotis moueri? Nam abiectio prioris modi coëxtensionis ad aliquod corpus, poterat fieri sine vllo fluxu & motu per medium, per nudam modi illius præiacentis expoliationem. Acquisitio verò noui modi extensionis, non est necessaria ad motum localem, cùm res moueri possit cetera eadem coëxtensione ad locum; sicut nos quoque nostram extensionem non mutamus cùm mouemur. Extensio quippe ordinatur ad coaptationem rei cum tanto vel tanto spatio, motus autem ad rei sic coaptatæ translationem, & fluxum per medium. Sicut ergo res tanto spatio coaptata, potest fluere & transire hinc inde, retenta eadem coaptatione ad quæcumque corpora similiter extensa, vel etiam ad similem capedinem imaginariam si motus in ea fieret: ita potest moueri localiter retenta eadem coëxtensione ad locum. Quare necessarium omnino est concedere Intelligentiæ aliquid internum, ab extensione & à relatione distantiæ diuersum, per quod noua illa relatio distantiæ, Intelligentiam per se motam denominans, exurgat.

Ad rationes in oppositum.

319. Hinc disiecta manent omnia aduersarij fundamenta. Quæ vicissim num. 4. & 22. reponit, pugnantia à nobis asseri, cùm ex vna parte affirmamus motum esse formam intrinsecam, & ex alia parte addimus motum fieri ad formam extrinsecam, seu ad locum externum, cùm tamen, si moueri intrinsecum est, necesse quoque videatur vt motum esse sit internum, atque adeò forma motu parta sit intrinseca. Sed certè si pugnantia in hac re assereremus, pugnarent quoque secum quicumque assererent intellectionem aut visionem esse formas intrinsecas, & tamen tendere ad obiectum externum. Sed nimirum potest motus seu tendentia aliqua grammaticalis, esse interna, & tamen tendere ad formam externam, non producendam, sed attingendam vel acquirendam: Quia terminus internus productus per veram tendentiam de genere actionis grammaticali illi tendentiæ adiunctam, non est illa externa forma attingenda tantùm, vel acquirenda, sed aliquid internum, ipsa scilicet tendentia grammaticalis, vt perspicuè apparet in exemplo illo verbi mentis, quod est actio & tendentia grammaticalis per se solam formaliter constituens intellectum percipientem obiecta, quoniam verbum illud est species expressa. Dependentia verò necessariò ponenda in intellectu, vt species illa exprimatur, & à causa sua pendeat, est vera & propria tendentia habens terminum

ctum non extrinsecum, sed intrinsecum, cui quasi fulcro adhæret, nempe ipsissimam speciem expressam.

120 Similiter ergo cùm in re localiter mota reperiatur aliquid de nouo, oporteat autem vbicumque est aliquid recens factum, dari fieri, & factum esse, seu dependentiam & terminum eius internum, admitto quòd in re localiter mota reperitur terminus aliquis internus transiens, quem Capreolus 2. d. 6. q. 1. *ad 1. contra secundam partem secundæ conclusionis* & Syluester 1. p. q. 5. art. 8. §. 1. vocant, *vbi fluxum*, Durandus autem in 4. d. 12. q. 1. n. 7. vocat, *modum se habendi continuabiliter, & aliter respectu loci.* Reperitur item dependentia illius vbi fluentis, seu fluxus, quia hæc entitas cùm sit facta, debet habere esse per dependentiam aliquam, ex generali regula effectuum, de qua alias. Illud ergo vbi fluens, seu fluxus, non est motus nisi grammaticalis, quamuis sit id formalissimè quo res transfertur & transit per spatium. Et idcirco non est mirum si habeat tantum extrinsecum terminum acquirendum, seu attingendum, licet sit entitas rei fluenti interna, quæ nomine motus & actionis explicaretur, quamuis sit reuera effectum aliquis, vt iam veritus dictum est. Motus autem verus quo hic fluxus pendet à causa sua, habet suum internum terminum mobili inexistentem, nempe ipsummet fluxum seu vbi fluens; Quia cùm non sit tendentia tantum grammaticalis sed propria ac habens rationem productionis, exigit aliquid quod per ipsum motum dependeat, & cui motus ipse tanquam modificatio adhæreat.

Eiusdem Lationis continuitas astruitur.

121 SECVNDO, dixi lationem Intelligentiæ quomodolibet ad spatium se habentis, id est siue punctaliter, siue diuisibiliter constitutæ, esse propriè continuam, hoc est eodem modo quo latio corporea dicitur cõtinua. Hanc autem manifestum est continuam dici, quia constat pluribus & variis sui partibus, prioribus & posterioribus, vnitis. Aristoteles enim 6. Phys. t. 3. 4. & 10. affirmat, motum, tempus, & spatium, proportionalem compositionem sortiri. At in spatio iuxta veram & peripateticam sententiam, certa est propria illa continuitas; ergo & in latione corporea. Similem itaque continuitatem tribuimus lationi Intelligentiarum, cõtra Hibernicum quem Gregorius in 2. d. 6. quæst. 2. refert negasse continuitatem cuiusuis motus naturaliter ab Intelligentiis eliciti, quamuis motus in eis diuinitus recepti possibilem continuitatem admitteret. Nuper item continuitatem formalem motus Intelligentiarum, infitiatus est Hurtadius disp. 2. de anima §. 24. solam ei virtualem continuitatem concedens, quatenus Intelligentiæ per suum motum non continuum ita deserunt continuò locum, ac si motus, continuus esset formaliter.

122 Perstandum tamen est in antiqua sententia de propria continuitate lationis. Nam latio Intelligentiæ est vera latio, cùm Intelligentia verè per eam fiat, & aliis omnibus immutatis aliter se habeat successiuè atque cõtinuè. Hæc autem est vnica via probandi continuitatem motus corporei, quatenus ratio suprà proposita n. 117. prolationis distinctione à mobili æquè viget pro continuitate motus, si illa variatio denominationum ex qua argumentabamur, fiat sine interruptione; ergo vel motus

 aut

corporeus continuus propriè non est, quod Adversarij ipsi non concedunt, vel latio quoque Intelligentiarum, continua erit. Item latio illa est continuè aliquid novi, alioqui non mutaret Intelligentiam, necesse est motus successivus. Vel ergo est aliquid punctale, & ita non erit apta coëxistere fluenter spatio extenso; vel est congeries entitatum punctalium immediatè sibi succedentium; & ita motus quoque corporeus eandem compositionem obtinere dicetur, & quæ rationes id impugnabunt in latione corporea, impugnabunt quoque in spirituali. Vel denique est aliquid partibile, sicut corporea est, & ita debebit constare ex pluribus unitis, quod est esse propriè continuum; & quia ratione dabunt unum segmentum non indivisibile, sed ex pluribus unitis compositum, eadem dicemus utriusque motum similem compositionem sortiri. Denique si analogia continui permanentis quod per lationem decurritur, cum latione continua illud permanens decurrente, rectè probat continuitatem motus corporei, iuxta auctorem proximè citatum d. 15. Phys. §. 36. non video cur idem non liceat colligere de motu spirituali.

225. Argumenta Hibernici contra lationis Angelicæ continuitatem, potiùs pertinent ad successionem, de qua postea, quàm ad continuitatem absolutè. Præterquam quòd, ut benè opposuit Gregor. suprà ad 2. contra 4. recidunt omnia in ipsum Hibernicum, admittentem posse divinitus dari motum continuum in Intelligentia. Recentior verò allegatus non alio fundamento niti videtur, quàm impartibilitatis extensæ entitatum quarumcumque spiritualium, quod fundamentum discussimus suprà cùm de Intelligentiæ compositione, & locali extensione ageremus. Nec video quàm commodè impartibilitatem illam tueatur in casu nostro. Nam §. illo 24. concedit ubicationi, (seu verius fluxui) Intelligentiarum, non minùs quàm corporum, partes suas proportionales, & inde infert has ubicationes nil esse infinitas simpliciter. Sed certè ubicumque dantur partes proportionales non requiritur impartibilitas. Quòd si entitates concurrentes ad constitutionem totius lationis Intelligentiæ, idcircò tantùm vocantur nomine partium proportionalium, quòd per eas Intelligentia coëxistit fluenter partibus proportionalibus loci, quamvis ipsæ non uniantur inter se, sed sint tantùm cumulus entitatum distinctarum sibi succedentium, & effectum illum habentium: profectò entitatum erit infinitas simpliciter entitatum illarum. Sunt enim infinitæ actu partes proportionales spatij transitu decurrendi, quibus Intelligentia coëxistere debet per aliquid in se successivè & continuè receptū, quod non est aliquid partiale, & unitum reliquis similibus præiacentibus, & cōsequentibus entitatibus, (sic enim daretur partibilitas illa entis spiritualis quam hæc sententia refugit) ergo est aliquid totale, & quasi per se consistens. Ergo cùm hæc entitas multiplicetur pro multitudine partium proportionalium continuè deinceps positarum & decurrendarum, quæ actu infinitæ sunt, necesse quoque erit concedere, Intelligentiam subire infinitos fluxus vel ubicationes fluentes totales: Quæ infinitas vitatur in communi sententia continuitatem motus admittente. Sicut enim in spatio non est nisi infinitas partium proportionalium, quæ ni-

hil

hil habet incommodi, ita neque in latione.

224 Non inficiantur hanc motus continuitatem, qui concedunt Intelligentiis motum discretum. Nam per motum non intelligunt motum aliquem, cuius partes vinculo quodam continuationis careant, sed intelligunt quasi numerum constantem ex vnica existentiarum Intelligentiæ tribus in pluribus locis non communicantibus, & cum successione occupatis sine medio. Verbi gratia sint tria loca sine medio, A, B, C, atque Intelligentia primò in A, tum in B, postremo in C. Existentiam Intelligentiæ in tribus illis locis sine medio occupatis, appellant motum discretum, & eius durationem, tempus discretum. Qui enim modum hunc loquendi inuenerunt, supponunt motum Intelligentiæ non per medium, quem infrà admittemus: sed quamuis eum admitteremus, tamen probare imprimis non possunt quod quies in pluribus locis vocetur nomine motus discreti. At vt hoc quoque non incommodè dici gratis demus, tamen ea discretio non pugnat cum continuitate illa motus, de qua nunc agimus. Nam discretio hæc non cadit in partes eiusdem motus, sed tantùm in varias locorum discretorum occupationes & correspondentias cum eis, quæ longè differunt à motu, cùm etiam habeantur in quiescente.

Continuitas competit cuiuis vni motui Intelligentiæ.

225 Sic constitutam lationis Intelligentiarum continuitatem, dicebam æquè esse admittendam, siue Intelligentiæ motum subeuntes locentur diuisibiliter, siue indiuisibiliter. Vtroque enim illo modo se habentes, possunt sine quiete media deserere locum in quo erant, & migrare aliò, tantum noui loci acquirendo, quantum fluenter deserunt vi eiusdem mutationis, quod est moueri continuè localiter. Nec est in hac parte difficultas quoad Intelligentiam diuisibiliter locatam, siquidem enim plerique omnes admittunt motum eius esse continuum.

De Intelligentia verò punctaliter constituta quibusdam visum est difficile id concedere, propter rationes Aristotelis circa motum puncti corporei, de quibus in physicis abundè. Sed quicquid tandè ibi voluerit Aristoteles, (quem verisimile est voluisse tantum negare motum puncti, successionem ex parte mobilis continui & extensi,) affirmandum est Intelligentiam punctaliter locatam posse continuè moueri, vt latè tradit Scotus in 2. d. 2. quæst. 9. *ad 3. principale* litera S, Vasq. 1. p. d. 195. cap. 6. & Albertinus coroll. 16. ex 1. principio complexo num. 1. parum constanter ad ea quæ habet disp. 3. de quantitate quæst. 3. dub. 2. num. 12. sicut enim qui admittunt puncta in continuo, negare non possunt quin puncta moueantur vnà cum partibus quas continuant, & ex eo motu punctorum cum partibus, adiguntur ad concedendum quoque motum punctorum separatorum; cùm omnis repugnantia, quæ cerni potest in motu puncti separati, æquè locum habeat in motu puncti continuo annexi: ita qui admittit Intelligentiam loco coextensam posse moueri continuè, debet idem fateri de eadem punctaliter locata. Quia Intelligentia loco coëxtensa est tota simul in omnibus suis partibus tum punctis spatij, & de ea vt coëxistente tantum vni ex illis punctis, absque motu subeunte, vrgeri possunt eædem difficulta-

tes, quæ de ea separatim existente in solo puncto. Quæ potiùs Intelligentiæ punctualiter locatæ compedes iniecit, ne locum continuè mutare queat: Itaque migrare aliò potest si lubeat, & tunc durante motu erit partim in termino à quo, partim in termino ad quem, non ratione sui, quia est impartibilis, sed ratione spatij, quod ab ea continuè variatur. Item durante illo motu, consistet spatio maiori sic coëxistet, inquam, non permanenter, sed fluenter, vt de indiuisibili corporeo continuè moto, passim asseritur.

Successio lationis intelligentiarum.

226 Tertiò, dixi lationem Intelligentiæ esse essentialiter successiuam, contra Victoriam relect. de Magia num. 31. & Gulielmum Paris. 2. 2. de vniuerso, c. 102. & 105. ac Iamblicum libro de mysterijs, §. 5. in fine, idémque sine dubio assereret Nicetas qui 2. thesaur. c. 74. ait motum animæ separatæ esse instantaneum. Denique Valles. c. 41. sacræ Philosophiæ circa finem, existimant Intelligentiam non posse moueri successiuè, nisi per accidens ob continuitatem spatij, cùm scilicet partes omnes medij commouere vult: vt si hinc Romam abiens partes omnes aëris in via positas commoueat, mouebitur successiuè continuè sed per accidens.

227 Sed quod asserui est longè communissimum. Dimissis autem multis, quibus aliàs vniuersè probarem est lationem quamcumque esse successiuam, breuiter propono argumentum quo Aristoteles de sensu, & sensili c. 6. alias 7. probat radium solarem si veniret localiter, debuisse priùs tempore esse in medio, quàm in termino ad quem. *Quod mouetur* (inquit) *ab aliquo in aliquid mouetur, quare necesse est quoddam tempus esse, in quo mouetur ab altero in alterum. Tempus autem omne diuisibile: Quare erat quando non videbatur radius, sed adhuc in medio ferebatur.* Hæc ibi, quibus vt D. Thomas in eum locum lect. 16. expendit, euincitur si mobile simul esset sub vtroque termino, fore vt non moueretur ab vno termino ad aliud. Et vt rem explicatiùs proponam, vel mobile durante motu illo instantaneo quem Aduersarij fingunt, esset tantùm in termino à quo; & ita non moueretur, vel tantùm in termino ad quem; & sic non fuisset in medio in quo tamen supponitur fuisse & illi coëxtitisse: vel esset in solo medio, & sic non esset in termino ad quem: vel simul esset in vtroque termino & in medio, & sic simul esset actu, quatenus haberet terminum ad quem, & simul potentia, quatenus esset adhuc in termino à quo. Simul item accederet ad medium, quia hoc, respectu termini à quo, habet rationem termini ad quem; & ab eodem etiam recederet, quia respectu termini ad quem habet rationem termini à quo. Repugnat autem aliquid, etiam transeunter, esse simul actu & potentia simulque accedere & recedere. Sicut repugnat aliquid accedere, & non accedere, etiam transeunter. Adde quod mobile, non transeunter (cùm nullus sit ibi transitus iuxta aduersarios,) sed simul & semel disparatas illas & insociabiles affectiones subiret, coëxisterétque maiori se. Quid si ille motus statuatur esse circularis, continget enim ex suppositione motus instantanei, moueri, & tamen non moueri, quia erit in eodem loco in quo erat ante motum, & nunquam fuerit extra locum illum, ex quo argumento non se extricat Greg. in 2. d. 2. q. 3. art. 3. ad 2. *ex prima propositione,*

Hæc

Hæc omnia non minùs vrgent in Intelligentiis quàm in aliis rebus, nec minùs in Intelligentia punctaliter constituta, & motum sic subeunte, quàm in constituta diuisibiliter, & mota per spatium, quod vel excedat locum Intelligentiæ adæquatum, vel sit protectius extensione illa quam ipsa ante obtinet cùm mouetur. Et quamuis Albertinus coroll. 16. ex principio 1. complexo, dub. 1. num. 4. admissa impossibilitate motus instantanei in Intelligentia punctaliter locata, dato tamen quòd in ea constitutione moueri possit, subdat Intelligentiam locatam diuisibiliter posse in instanti moueri, tamen non video in quo sit disparitas quæ quidem ad rem faciat: ratio namque motus & fluxus per medium eadem est vtrobique, tantùmque intercedit materiale discrimen ex parte extensionis, qua mobile sic correspondet, aut non correspondet loco, quod non refert ad præsens negotium.

Ad argumenta in contrarium.

228 Quæ opponuntur parui momenti sunt. Aliqui falsò assumunt totam causam successionis lationi competentis esse partibilitatem mobilis, ex quo inferunt Intelligentiam non posse successiuè moueri. Sed antecedens illud, non gratis assumendum, sed probandum fuerat. Alij causam totam successionis illius contendunt esse resistentiam medij decurrendi: Quod Valesius sapere colligere se credit ex Aristotele impugnante motum corporum in vacuo, eúmque instantaneum fore concludente, ob defectum resistentiæ in medio: ex quo infertur Intelligentiam per se loquendo moueri in instanti, cùm non magis illi resistat crassities medij pleni, quàm vacuum corpori intra illud moto. Sed hæc quoque causa non est idonea. Esto enim modica illa remora quæ motui ex crassitie medij aduenit, cesset in vacuo, & cesset etiam respectu Intelligentiæ mouentis se in pleno: Item desit motui Intelligentiæ illa successionis extensio, seu tarditas, quæ ex mobilis corporei seipsum mouentis corpulentia, & crassitie ægrè transferibili proficiscitur: tamen vera successionis causa in omni semper latione intercurrens, & sufficiens, est inadæquatio mobilis cum spatio decurrendo. Aristoteles verò eo loco quem Aduersarij obiiciunt, argumentatur contra antiquos, malè supponentes totam causam successionis in latione esse resistentiam illam. Inde enim rectè sequitur, in vacuo quod nullo modo resistit, deesse lationi successionem. Quod Aristoteles tanquam absurdum contra eos meritò intulit.

Validiùs opponeretur Intelligentiam in loco sibi inadæquato constitutam, posse absque desertione prioris spatij per alterationem subitam diffundere se ad spatium adæquatum, vel deserendo prius spatium adæquatum, extendere se ad spatium contiguum item adæquatum: Quæ mutatio quamuis non sit directè motus localis, sed productio nouæ extensionis, tamen videtur quoque importare motum localem. Sicut rarefactio directè est tantùm alteratio, & tamen habet adiunctam lationem. Si itaque alteratio illa in casu nostro est instantanea, motus quoque localis ei adiunctus instantaneus erit. Quod videtur censuisse Mol. 1. p. q. 53. art. 1. & 3. & idem asserit Gabriel. in 2. d. 2. q. 3. litera D, quantum attinet ad mutationem de loco inadæquato, ad adæquatum, negat autem si agatur de mutatione Intelligentiæ è loco adæquato

æquato in alterum adæquatum, nam ad hoc exigit successiuum.

229 Ego ergo diffusionem alterationum fateor semper esse instantaneam, est enim ad formam contrariam. Non enim nempe ad extensionem. Nego autem adiunctum illi esse motum localem, ita senserunt Durandus & alij allegati articulo superiore, ratio est, quia motus localis est fluxus per medium, de cuius fluxus ratione est, vt res fluens sit inadæquata spatio quod decurritur. Propterea enim assumitur motus, vt eius interuentu res illa fluida adæquetur spatio maiori se, cui non posset adæquari in quiete. Atqui Intelligentia, etiam in quiete, potest adæquari toti illi spatio de quo agimus; ergo ad illud occupandum non eget latione sed duntaxat alteratione, quæ sit profusio nouæ extensionis. Quæ profusio in Intelligentia potest carere motu locali adiuncto, quod non potest habere rarefactio in corporibus. Ratio discriminis est, quia corpus est verè partibile, atque ita quælibet eius pars est inadæquabilis spatio decurrendo, propterea que exigit motum quo mediante adæquetur spatio. At Intelligentia est planè impartibilis, & sua simplici entitate, nouo modo extensionis accedente, est adæquabilis toti illi spatio de quo agitur. Idem accidimus in anima rationali, quæ cum primùm creatur & embryoni immittitur, accipit extensionem qua toti illi materiæ coaptatur, absque eo quod motum subire dicatur. Idem contingit in nutritione hominis. Item cùm anima abscedit ab aliquo membro præciso, non migrat per motum localem, sed mere desinit ibi esse, vt recte Ocham quodl. 1. quæst. 12. ad 3. dubium, & Gabr. in 1. d. 16. in fine. Et tamen tam necesse esset eam transigere per lationem, quàm migrare illuc per lationem, si subitò in partes vltimò dispositas per aggregationem accederet, fieret per motum localem. Est itaque ea subitanea alteratio, tametsi successiua, ob successiuam dispositionum immutationem. Similiter ergo Intelligentia quæ occupat locum inadæquatum, vel etiam adæquatum, per alterationem solam, non prohibetur eum in instanti occupare sine adiuncta latione, itaque hæc subita & momentanea alteratio, nihil officit successiuæ lationi Intelligentiæ.

Latio Intelligentiæ commensuratur spatio interiecto.

230 QVARTÒ denique, dixi lationem Intelligentiæ debere esse commensuratam spatio. Quod est dicere, non posse Intelligentiam beneficio lationis pertingere ab extremo ad extremum, sine transitu per medium, quod posse Intelligentiam censuerunt Gulielm. Paris. 2. 2. de vniuerso, cap. 108. & passim Thomistæ, quos sequuntur Vasq. 1. p. d. 190. cap. 2. Salas tract. 2. d. 14. num. 13. & Albertinus coroll. 16. ex 1. principij compl. dub. 2. non omnes tamen ex iisdem principiis. Gulielmus argumentatur ex eo, quòd vis Intelligentiæ motiua, sit eius voluntas; facile autem est concipere quod Intelligentia velit ab extremo ad extremum pertingere, non pertransito medio. Cæteri ex eo quòd Intelligentia non sit in loco more corporum, inferunt, tametsi corpora vt ab extremo ad extremum pertingant, debeant necessariò medium decurrere, Intelligentiam tamen vi sua naturali posse non pertransito medio decurrere ad alterum extremum, siue operando in extremo loco nihil prius operando

in

in medio, siue applicando se illi extremo loci, non medio, siue volendo per modum quo formaliter locatur, correspondere extremo spatio non partibus intermediis. Quod Albertinus supra à num. 12. confirmat, adductis exemplis Christi è cœlo ad Altare peruenientis non decurso medio, & animæ rationalis informantis extremum dispositum, non informato medio indisposito. Quæ exempla ait sufficere pro ingeniosis, additque exemplum aliud ab aliis adhibitum pro rudibus, nempe cogitationis qua quis Lugduno, verbi gratia, migrat Parisios, non decurso spatio intermedio. Ex quibus exemplis vinci vult imaginationem, vt mobile ab extremo ad extremum, sine transitu medij, peruenire posse non sentiat.

241 Eadem sententia passim tribuitur Scoto in 2. d. 2. q. 12. & Gabrieli in 2. d. 2. q. 5. art. 2. sed neuter id sensit. Nam Gabriel tantùm contendit, Intelligentiam per mutationem quandam, quam supra ostendimus, non esse nisi alterationem, posse in instanti è loco inadæquato diffundi vsque ad fines loci adæquati; non agit autem de motu locali, imò expresse docet, si extrema distent propter interiectum spatium, non esse possibile per naturalem vim Intelligentiæ, vt Intelligentia transeat à termino extremo ad extremum, non pertransito medio, propter ordinem naturalem & essentialem inter partes loci, quem experimur in corporalibus: & quia sicut est ordo essentialis inter partes temporis, ob quem nemo potest coëxistere tempori præterito & futuro nisi coëxistens præsenti, quod inter vtrumque medium est; ita idem videtur esse ordo inter partes loci, vt scilicet nemo extremis valeat coëxistere, nisi per intermedias.

Vera Scoti mens in hac difficultate.

Scotus quoque tantum affirmat, Intelligentiam per motum illum alteratiuum instantaneum, quem ipse appellat indiuisibilem, posse ac etiam debere pertingere ab extremo, in quo prius erat, ad extremum, siue ad fines spatij quod mutatione illa acquirit, non transeundo per medium, sed simul & semel toti illi spatio coëxistendo. Supponitur enim spatium illud totum ad quod Intelligentia se exporrigit, non esse plus quam adæquatum; atque ita quia locus inadæquatus quem ante mutationem illam occupabat, & residuum loci adæquati quod mutatione illa acquirit, continuitatem habent, & non excedunt locum Intelligentiæ adæquatum, quod ipse appellat, *participare aliquid de vtroque extremo*. Propterea Intelligentia iuxta Scotum, potest ab vno extremo ad alterum in instanti pertingere, atque adeò absque transitu medij, quod vnà cum extremis loci illius adæquati simul & semel occupatur. De extremis autem distitis, & per interiectum medium dissociatis, atque adeò excedentibus locum adæquatum, expresse addit *littera B*, non posse Intelligentiam ab vno ad alterum pertingere in momento, siue decurrendo totam capedinem inter extrema illa iacentem, quod ipse vocat *moueri per motum includentem totam capedinem mediam*; siue sistendo se in fine & termino ad quem, non decurso medio illo, quod ipse vocat *moueri motu præcisè includente vtrumque terminum*, vt patet ex q. 12. *littera C*, vbi rationem prioris illius membri dicit esse, quod si Intelligentia posset naturali sua virtute moueri eo modo, deberet simul occupare plura loca æqualia, id est sibi adæquata; nam

simul & semel esset in medio & ex-
tremis, quæ locum eius adæquatum
supponuntur excedere. Posterioris
autem membri rationem q. 12. sum
C. ait esse ordinem inter loca, seu co-
rum certo ordine deinceps sese ha-
bentium positionem; quo ordine
neglecto, si Intelligentia posset de
vno loco sistere se in alio immedia-
tè non decurso medio, posset opera-
ri ad infinitam distantiam, quod ne-
gat sequi ex illa quam admiserat per-
tingentia momentanea mobilis ab
extremo ad extremum per alteratio-
nē sine transitu seu fluxu per medium,
tamets non sine simultanea coëxi-
stentia cum toto medio simul ac ex-
tremis. Nam in huiusmodi mutatiu-
ne, loca inadæquata viciniora termi-
no à quo, præhabentur ordine non
temporis sed quasi naturæ, quatenus
non posset actio pertingere ad loca
inadæquata viciniora termino ad
quem, nisi esset etiam in locis illis
inadæquatis interioribus. Quo eo-
dem sensu q. illa 12. litera G, dicitur
lucem solarem priùs naturà diffundi
in partibus à Sole minùs remotis,
quàm in magis distitis. Hæc est syn-
cera mens Scoti in hac difficultate,
quam non piget proposuisse; cùm vt
appareat perperam ei impingi sen-
tentiam quam hìc reiicimus, tum vt
aliqua lux sententiæ illius adueniat,
quam nobis nihil obscuram apud ipsum
Scotum, Recentiores qui illustran-
dam susceperant, longè obscuriorem
fecerunt.

*Probatio resolutionis positæ nu-
mero 250.*

251 Nunc vt quod in hac diffi-
cultate constituimus, stabiliamus; ad-
uertendū in primis est non quæri hoc
loco à nobis an Intelligentia possit
desinere esse in extremo loco in quo
erat, & incipere esse in altero extre-
mo loco; Hoc siquidem non est mo-
ueri ab extremo ad extremum sine
transitu per medium, sed est acquire-
re locum extremum, non acquisito
loco intermedio, & deperdito altero
extremo loco in quo res erat, quod
certum est posse diuinitus fieri aliter
quàm per motum localem, nempe
per productionem rei in extremo il-
lo loco.

Quod ergo in controuersiam vo-
catur, illud est, an per veram latio-
nem mobilis immissam, possit natu-
rali virtute, vel etiam Diuina, con-
tingere, vt res ab vno extremo per-
ueniat ad alterum, non existendo v-
quam in medio. Autores tamen plo-
rimique ab hoc legitimo quæstionis
sensu diuertunt ad alios. Videntur
enim tantùm quærere, an res natura-
li virtute possit quomodolibet ab ex-
tremo deuenire ad extremum, nun-
quam coëxistendo medio. Et satè
perspicuum videtur id fieri non pos-
se per motum localem, quia vox flu-
xus & lationis, importare videtur
contactum cum omnibus partibus
spatij interiectis inter vtrumque ter-
minum, qui contactus abest, cùm res
ab extremo ad extremum mouetur
sine transitu per medium. Et hoc qui-
dem nobis sufficeret, ad confirman-
dum quod asseruimus de necessitate
coaptationis non interruptæ cum
spatio in motu locali Intelligentiæ.

252 Vt tamen plenior sit resolu-
tio, nego vniuersaliter acquisitio-
nem illam loci extremi, quomodo-
cunque tandem fiat, posse naturali
Intelligentiæ virtute perfici non per-
transito medio. Quod videtur pro-
bari posse, quia vt talis acquisitio fie-
ret, oporteret aliquid de nouo pro-
duci in extremo illo loco acquiren-
do, vel in substantia ibi recens posita,
quod

quod ante nō effectum, quam Intelligentia nihil omnino potuit efficere extra distanti loco extremo distanti in distantem locum extremum, vel in seipsa vt ibi locum extremum, vel in seipsa vt ibi contactus localis, quin interueniret contactus omni agenti creato necessarius ad operandum, qui tamen in illo operandi modo non habet locum; ergo Intelligentia non potest vi sua naturali pertingere eo modo ad extremum locum. Hoc ipso argumento, vbi internum impugnant Rubio. in 2. dist. 2. quæst. vltima & latè Ægid. Conink 3. p. quæst. 75. num. 106. nempe quòd vbi internum supponat rem, quam debet vbicare, esse, ibi, vbi tale vbi debet in ea recipi, quod vrget Ægid. petendo vbinam sit res in priori natura, antequam recipiat vbi: Vel enim est ibi, vbi dicitur poni per vbi, & sic frustrà adderetur vbi; vel est alibi, & sic res reciperet alibi vbi factum pro hoc loco, atque ita simul esset in eo & alibi; vel est nullibi, quod nemo dicat. Sed facilè responderent Aduersarij, nō rectè quæri vbinam sit corpus in priori illo naturæ antequam recipiat vbi. Nam illud instans non dicit ordinem ad existentiam, sed tantùm ad dependentiam & causalitatem. Itaque toto tempore ante instans, quo licet dicere de mobili quòd hic peruenerit, dicent Aduersarij, mobile fuisse in loco vnde venit; in eo autem instanti esse hic formaliter, per acceptionem ipsiusmet vbi. Quæ responsio est rationabilis, nam idem nos quoque respondere debemus, si quæratur vbi sit mobile, priùs naturâ quàm recipiat motum, vel extensionem externam. Itaque eo argumento in hac quoque difficultate vti non possumus.

Præstat ergo argumentari, inquirendo quidnam illud esset quod Intelligentia in extremo loco constituta posset facere, vt collocaretur in altero extremo loco, absque successiua collocatione in medio. Non enim potest substantiam suam creare, vt suppono. Non item potest producere vbi internum, quod suppono nullum esse. Et quamuis esset aliquod, fieret tamen per motum localem, qui in hoc casu nullus potest dari. Vel enim adueniret mobili existenti in termino à quo, vel existenti in termino ad quem. At cùm mobile est in termino ad quem, non est capax motus, quia iam habet id cui habēdo destinatur motus, nempe occupationē termini ad quem. Quamdiu verò mobile est in termino à quo, non est capax motus, quia motus formaliter importat derelictionem termini à quo, propterєaque nostra latio corporea, tunc dumtaxat imprimitur mobili, cùm ipsum est in medio, per quod vi lationis acquirit extremum, seu terminum ad quem. Denique non posset Intelligentia dici causare in seipsa extensionem. Nam iuxta Aduersarios, Intelligentia posset se extremo illi loco sistere, punctalem, vel extensam eâdem numero extensione, quam præhabuit in termino à quo. Præterquam quòd si posset sibi ipsi imprimere extensionem, aliamve quamlibet formam, qua formaliter pertingeret ad extremum dissitum, non pertransito medio quantumuis modico, posset se quantouis spatio interiacente prætermisso, sistere extremo quantumcumque distanti, vt in simili ostenditur, cùm agitur de actione in distans, rectéque attigit Scotus q. 12. allegata litera C.

234 Fundamenta Aduersariorum nō est difficile dissicere. Falsum enim est quòd vis motrix Intelligentiæ, sit

cius voluntas, aut quod pro Intelligentiæ beneplacito, sequatur eius coniunctio cum corpore vbiuis posito. Suppono etiam falsum esse, quòd Intelligentia possit aliquid agere in distans, de quo alibi pleniùs. Quòd autem Christus vt Diuina non pertransito medio è cœlo ad terras in momento pertingat, quomodocumque id fiat, non rectè adducitur ad ostendendum quòd Intelligētia idem facere possit naturaliter. Malè item supponebatur animam rationalē posse informare extrema disposita, & nō medium indispositum. Id enim spectata vi naturali animæ, quam solam nunc spectamus, negandum est. Nec refugimus (si ita videtur) [illegible] accusari ab eo quē suprà retulimus, asserentem hæc exempla sufficere ingeniosis, et contra imaginationis impetum, apprehendam transitum ab extremo ad extremum non decurso medio. Postremū verò exemplum quod pro nodis afferebatur, quā soluere laborauerit, non minùs inter nodos censeri meretur, quàm illi ipsi nodes pro quibus affertur.

ARTICVLVS III.

De aliorum locali motione, vel detentione per Intelligentiam.

235 HActenus de motu Intelligentiis immanente. Nunc de transeunte agendum, eo scilicet quem Intelligentia in aliis extra se subiectis, siue corporeis, siue spiritualibus, causare idonea est. Per hanc autem occasionem agendum quoque erit de detentione in loco violenter causabili per Intelligentiam. Quia & ea detentio, & motus, vt in nobis experimur, actiones sunt eiusdem virtutis motricis, ēque ea detentio opposita motui, vt proinde [illegible] tractatione stringi.

ASSERTIO.

Intelligentia potest alia à se tum corporea, tum spiritualia localiter mouere, ac violenter in loco detinere, nisi excessus resistentiæ passi, supra vim agentis motricem detentricemve prohibeat.

236 Primò dixi Intelligentiam posse mouere alia extra se, tum corpora, tum spiritus. Circa quæ duo membra, non est par inter Autores dissensio, nec in ipsa re par dubitandi ratio.

De motu corporum per Intelligentias.

Et de corporibus quidem vix vlla difficultas. Nam omnes propè id fatentur de cœlo, & in energumenis experientia docet quantum in hac parte valeant Intelligentiæ. Exempla multa ex historiis in hanc rem adducit Vairus 2. de fascino, cap. 13. estque insigne illud quod habetur apud Plin. l. 2. cap. 85. de arboribus itinera publica transgressis, & in aduerso agro positis ibi repertis. Quod enim Scaliger in 2. de plantis, pag. 149. id damnat fabulositatis, ac dæmonum potentiæ effectum illum denegat, reiiciendum est, cùm à dæmone longè operosiora constet fuisse edita. Et sanè Anastas. q. 25. in Script. disertè concedit dæmonem quandoque potuisse effectum illū de quo agimus, fauetque S. August. 8. Ciuit. cap. 19. Aliud exemplum esse potest Abaridis illius, quem Celsus apud Origenem l. 3. prodit tantæ fuisse velocitatis,

tasse, vt cum sagittâ emissâ ferretur per aerem. Quòd si verum fuit, à dæmone subuehente ortum est, vt affirmat Origenes. Cui verò ignotus cursus Simonis Magi (per aërem subuehente diabolo) & quadrigæ igneæ Petri ore dissipatæ, vt loquitur Arnob. l. 2. num. 3. Rident hoc etiam nonnulli, sed ridendi ipsimet vt constat ex non paucis & grauissimis scriptoribus quos vir eruditus in notis ad librum Augustini contra Fulgentium Donatistam ad c. 23. congessit. Videtisque id testari Dio Chrys. orat. 21. memorans in magnis apud Neronem pretio fuisse quendam, qui longa volandi spe eum aluisset. Vulgare etiam est illud quod de Apollinis statua Hierapolitana seipsam mouente scribit Lucianus libro de Syria Dea, qui eam per seipsam aëre medio ferri visam se inspectante testatur. Nempe sublatam à dæmone statuam, delusi spectatores arbitrabantur ferri sursum per seipsam. Sed vt appareat hanc sententiam esse indubitatam, suppetunt etiā ex sacris litteris quamplurima exempla, quæ in hanc rem vrget Petrus Mamoris in flagello maleficorum, idcirco contendens quod hic asserimus non posse salua fide negari. Tale est exemplum Abacuc translati à Iudæa in Babylonem, Philippi diaconi rapti in via & Azotum delati, & ipsius Christi assumpti à dæmone & statuti supra templi pinnaculum, ac montē excelsum. Quod multi de Christi locali translatione non autem de sola deductione interpretantur. Circa quæ exempla rectè aduertūt Maior in c. 4. Matthæi dub. 2. & Carthus. in c. 14. Danielis, Abul. in c. 4. Matth. q. 15. Intelligentiam corpus transferentem videri interdum vnius sui partem apprehēdere, vt pilus in Abacuc; tamen ne nimis violentus sit motus, applicare quoque vim suam ad cæteras partes, atque ita mouere & transferre corpus.

237 Dimissis autem his exemplis quæ ad altius subsellium spectant, habemus præterea in hanc rem quotidianum argumentum ex translatione sagarum. Quas certum esse debet, sin minus semper, at certè plerumque transferri reipsa localiter. Quicquid contrà senserint Ponzinibius tractatu de Lamiis, & Vlricus Molitor libro de Pythonicis mulieribus, c. 10. determinat. 4. & quidam Sectista, Samuel nomine, apud Victoriam relect. de Magia, n. 33. ac olim omnes Iuristæ apud Grillandum tract. de sortilegiis, c. 7. vt mittam Franciscum Pennam in notis ad quæstionem Ambrosij Vignatensis de strigibus, ferè initio, asserere solum Ponzinibium ita sensisse. Videri quoque posset annumerandus his auctoribus Autor libri de Spiritu & anima, c. 28. apud August. t. 3. & Damasus Papa apud Baronium anno Christi 381. Tamen cùm hi duo iisdem propè verbis vtantur, quibus Concilium Ancyranum relatum in cap. *Episcopi* 26. q. 5. innumeraque, ab iis ad quos pertinet, scripta sint de recta Intelligentia capitis prædicti, longè alia quàm velint qui inde argumentantur pro falsitate translationis sagarum, non sunt cùm iis recensendi.

Sed omnium pertinacissimè, localem & veram sagarum transuectionem, diffitetur sagarum patronus, libro 3. de præstigiis c. 12. nisus argumento quod hominis ingenium prodit. Fatetur enim, & meritò, dæmonem posse corpora transuehere, quippe qui virtute naturali, quam integram retinet, non minùs id præstare potest, quàm boni Angeli, de quibus disertè id testatur Scriptura. Fa-

retur præterea dæmonem posse corpora transuehere non assumpto vllo corpore, cùm ipsimmet corpus assumptum, non moueantur ab Angelo, per interiectum aliud corpus assumptum. Quod D. Thomas non negauit, vt falsò ait Aduersarius, allegans q.16. de malo, art.10. Sed fide Lutherana, vocante ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Cùm autem hæc omnia fateatur, tamen negat Deum dæmoni aliquando permittere realem sagarum transuectionem, ne reus sit collusionis cum dæmone. Sed si iudicij mica in hoc cerebro superfuisset, agnouisset vtique, Deum eodem collusionis crimine reum arguendum, nisi omnia scelera impediret, non tantùm quæ dæmon, sed etiam quæ impij homines, nisi permittente Deo non patrarent. Imò hic ipse Bambalio, vt in eius confutatione aduertit Bodinus, hæc omnia interdum à dæmone iussu facta concedit, ac proinde Deum collusionis cum dæmone reum facit.

238 Statuendum itaque, sagas dæmonis opera, saltem plerumque transferri, verè & realiter. Quod testatissimis experimentis, & omni argumentorum genere, comprobatur. Grillandus tract. de sortilegiis, c. 7. Ananias 4. de nat. dæmon. c. 5. Auctores mallei, parte 2. q. 1. c. 3. Castro l. 1. de iusta hæret. punit. c. 16. Bernardus Comensis tract. de strigibus, c. 5. Spina in q. de strigibus. Simancas in Cathol. instit. tit. 57. num. 8. Delrio 2. Mag. q. 16. Sect. l. de superstit. cap. 16. n. 4. & num. 8. ac 23. aliique innumeri, à quibus non dissentiunt plerique Doctores tractantes caput illud, *Episcopi*, quod paulò ante allegabam, aut ad illud alludentes: tantùm enim volunt, sagas non semper reipsa corporaliter deferri. Sanè Silu. tract. 3. rosæ aureæ q. 4. cùm dixisset quasdam fatuas credere se equitare cum Herodiade, cùm in lecto iaceant, subdit: *Non tamen nego, quin huiusmodi aliquando realiter deferantur ad ludum, quia diabolus portare possit totum nudum realem.* Hæc ille rectè concedens sagas à dæmone quandoque deferri. Et idem haud dubiè voluerunt plerique alij qui videntur repugnare, cùm simpliciter dicunt, sagas falsò credere se transferri localiter.

Cùm igitur ea sagarum translatio contingit, fit dæmonis opera. Nec refert quòd striges ante translationem inungant corpus: Non enim deferuntur vi vnguentis quod adhibent, vt rectè aduertit Spina supra, cap. 18. Nam cùm natura non sit determinata nisi ad vnum, si transuectio illa fieret vi prædicti vnguenti, oporteret omnes striges ita inunctas deferri ad vnum locum, vel ad eandem loci differentiam, quod constat falsum esse. Deferuntur ergo à dæmone adueniente ad inunctionem illam ex pacto. Atque ita argumentum quod ex sagarum transuectione petiimus ad astruendam localem corporum per Intelligentias mobilitatem, solidum est.

De locali motu Intelligentiarum, per Intelligentias.

239 Grauior est dubitatio de locali per easdem mobilitate spirituum, quam etiam admisimus secuti permultos, inter quos Rubionius in 2. d. 11. q. 2. art. 2. Mayro. in 2. d. 7. q. 2. Stephanus Brulefer. in 2. d. 5. quæst. 3. Aquar. ead. d. concl. 11. & 12. Gerso 4. parte, sermone 7. Litera N. Maior in 2. d. 2. q. 10. *ad 2. contra 1.* & in cap. 5. Matth. dub. vlt. & in c. 12. ad illud, *Si ego in Beelzebub*, dub. 1. Castro l. 1. de iusta hæret. punit. c. 14. Victoria re-

lect.

lect. de Magia, n. 30. allegans S. Thomam 3. p. q. 43. art. 2. ad 3. quatenus ait, dæmones naturali virtute posse se expellere ex corporibus. Consentiunt Mol. 1. p. q. 52. art. 3. & q. 53. artic. 1. Toletus in c. 11. Lucæ annot. 34. Suar. d. 35. Metaph. sect. 6. n. 18. Conimbr. disp. 6. de anima separ. art. 4. Becanus opusc. 14. c. 17. & 1. p. tract. 3. c. 2. q. 15. num. 8. Ægid. Conink 3. p. q. 76. num. 91. & q. 73. num. 97. & alij multi, è quibus placuit hos paucos allegare, vt appareret, sententiam quam defendimus non esse singularem; grauisque Vasquem 1. p. d. 194. *in fine,* scripsisse, eos qui ita philosophantur vt dicant vnam Intelligentiam posse ab alia per vim moueri localiter, aut in certo loco detineri, falsa potiùs Angelorum quasi corporum imaginatione, quàm ratione duci. Ex prædictis porrò authoribus, plerique, præsertim Mayro, & Gerson, existimant ita prælianum S. Michaëlem cum Lucifero. Quod etiam sensisse videtur Anastasius Sinaita 7. Exaëm. sub fin. ad illud, *Plantauit Dominus, &c.* vbi agens de depulsione Luciferi, habet hæc verba. *Clamabit, arripe ipsum Deus dæmonem, & deiicit eum.* Qui locus videtur apertè ferre nostram sententiam, nec potest eludi dicendo Anastasium iuxta multorum Græcorum Patrum sententiam, existimasse dæmones esse corporeos, ideòque posse apprehendi & deiici. Nam quod Anastasius Angelos censuerit omnino incorporeos, constare videtur ex lib. 1. Hexaëmeri.

240 Accedit ratio, ducta ex proportione huius effectus cum naturali virtute Intelligentiæ. Cùm enim latio sit forma fluens, minimæ entitatis, videamúsque corpora posse sibi lationem per vim imprimere, quo fundamento negare possumus vni Intelligentiæ, efficacitatem ad mouendam aliam? Quod enim motus ille sit futurus spiritualis, parum refert: imò hoc ipso habebit maiorem proportionem cum Intelligentia, quæ item est spiritualis. Ex parte quoque Intelligentiæ mouendæ, adest capacitas suscipiendi motum illum: Est enim finita localiter, atque adeò transferibilis. Quòd si à se & connaturaliter id pati potest, quidni & ab alio per vim? Et constat quidem, huiusmodi motum non posse eâdem ex causa oriri inter Intelligentias, & inter corpora. Cùm enim quis nostrûm impellit alium violenter, opponit ei quantitatem suam, eamque violenter obtrudit: & quia duæ quantitates non possunt esse in eodem loco, alter cuius est quantitas in quam impingit qui propellit, cogitur loco cedere, quod constat non habere locum in propulsione Intelligẽtiarum.

241 Itaque affirmandum est, eam vel immediatè causari posse, vel mediatè per impressionem impetus. Cuius rei gratia obseruandum est, motum absolutè loquendo causari posse transeuntem, non tantùm absque illo quantitatis obiectu, quem paulò ante dicebam, sed etiam absque contactu sorti impetus impressiuo, tametsi eius quoque interuentu causari posse. Sic proiecta mouentur per impetum proiicienti remoto subrogatum, quem Guliel. Paris. 3. 2. de vniuerso, c. 23. vocat leuitatem violentam. At cœlum, iuxta probabilissimam sententiam, mouetur ab Intelligentia assistente, & præsente, non per immissum impetum, sed immediatè. Et quamuis aliquis impetus naturaliter ex tanto motu resultet, æquè ac ex nostris motibus, tamen talis impetus, ex motu immediatè ab Intelligentia profecto, oritur tanquam effectus,

cessitas, non eum intercedit ut causa. Quod ergo omnes de motu corporum dicunt, de motu quoque spirituum affirmandum videtur: Nempe spiritus quoque, & causato desuper spiritui immediate motu, & immisso spirituali impetu, cum nostro impetu analogiam habente, moveri posse. Nulla enim est in eo impetu spirituali repugnantia, aut improbabilitas; & quantum ex omnibus quæ nobis nota sunt mobilibus compertum est, quicquid est capax causandi vel recipiendi motum, est etiam capax causandi vel recipiendi impetum, motus illius causativum. Inter impetum quippe, & motum, magna intercedit affinitas, & decuit non minus pro moventibus spiritualibus, quam pro corporeis, naturam providisse impetum vicarium, ne ob facillimam seiunctionem causæ moventis à mobili, intercideretur motus: Sicut interra fieret, nisi impetus causam moventem supplens, interveniret.

242 Interrogari verò potest cuiusmodi esset hic motus Intelligentiæ ab Intelligentia. Nempe an tractio, an vectio, an volutatio, an pulsio. Totidem enim sunt modi, quibus unum ab alio movetur iuxta Philosophum 7. Phys. t. 10. Responderi potest, posse imprimis esse pulsionem, quia ad eam sufficit causatio motus mediata, vel immediata, ut nunc expositum est. Itaque una Intelligentia, immisso sufficiente impetu, posset aliam trudere quasi pilam. Posset quoque eam per sui applicationem & inde unicandam immediatam motus immissionem, propellere & loco dimovere. Quo eidem secando modo, posset eam vi raptare & trahere. Posset item quadantenus vehere nam quamvis vectio propriè dicat motionem concomitantem moventis & mobilis, ob coniunctionem aliquam & impenetrationem utriusque: Tamen seclusa impenetratione, quæ inter spiritus non habet locum, possumus concipere, Intelligentiam potentiorem distabiliter locatam, supponi Intelligentiæ infirmiori, item divisibiliter locatæ, & immisso motu eam secum ferre, non abscedendo, sed movendo se semper cum Intelligentia infimiore superlocata, quæ esset quædam analogica vectio. Et ita Intelligentias censemus, quæ de dæmonibus non ducentibus tantùm, sed & reducentibus damnatorum animas, affirmat Thyræus lib. de locis infestis c. 31. num. 10. Volutatio, vix apparet quomodo possit in Intelligentiis locum habere. Exigit enim in re voluta, partes quarum aliæ deprimantur, aliæ sursum erigantur. Ratione tamen quationis modi extensionis, quarum aliæ quæ sursum sunt, aliquæ deorsum, aliquæ ex uno latere, aliquæ ex alio, possemus utcumque etiam volutationem inter Intelligentias animadvertere, si ea quæ vim patitur, configeret cum altera, retinendo eandem inextensionem. Hoc ipso enim immisso motu vel impetu, posset à potentiore circumvolvi, ita ut superiores extensionis partes fierent inferiores, & quæ Australes erant, fierent Boreales. Si tamen Intelligentia patiens, exueret se partibili extensione, redigeretque se ad punctum, non haberet ultra in ea locum hæc qualiscumque volutatio, sed dumtaxat cæteri motus expositi. Nā quamvis rerum universaliter esset, quod agentia corpora quia extensa sunt, non possent agere in punctum, tamen Intelligentia ob inextensionem non prohibetur agere in rem inextensam, præsertim actione impetum vel motum

rum inuehente: quam etiam verisimile est, in puncto separato, (si daretur,) per vim corpoream naturaliter produci posse, de quo alibi.

De corporum per Intelligentias detentione.

243 SECVNDO, dixi Intelligentiam posse alia tum corporea tum spiritualia, violenter detinere in loco, & externum motum prohibere. Quod de corporibus non difficilè admittitur, probaturque ex eo quòd sæpe ipsa dæmonum, vel bonorum Angelorum, pendentes in aëre massæ ferreæ & lapideæ visuntur. Quamuis enim nemo nesciat ferreas massas interdum vulgi errore interuentu Intelligentiarum pendere creditas, cùm tamen vi magnetis penderent, vt de Serapidis simulacro docet August. 21. Ciuit. c. 6. Prosper parte 2. de promiss. c. 38. & Ruff. 2. histor. c. 23. & de ferreo Cupidine in templo Dianæ sine vlla illigatione pendente, Cassiodor. 1. var. epist. 45. (aliud exemplum addam aec. vlalm.) & idem à Dinocrate eadem arte tentatum prodat Plin. l. 34. cap. 14. tamen frequenter quoque ingentes massas à dæmonibus in aëre nulla corporis vllius virtute interposita detentas esse, produnt historiæ. Sæpè item eorundem dæmonum ministerio subuehuntur è terra hypocritæ orantes; sicut etiam quod ex historiis compertissimum est, pij viri, plerumque inter orandum sublimes extant, non alio sanè quàm bonorum Angelorum subsidio. Quod enim Deus per seipsum ita subuehat pios homines, verisimile non est, cùm soleat vti ministerio Intelligentiarum. Alibi item reiectus est Toletus 3. animæ, q. 9. existimans subuectionem illam referendam esse ad vim motricem inorganicam, animæ huiusmodi piorum hominum insitam. Eadem Intelligentiarum detinentium potestate, contingere interdum potuit vt lapides summo impetu impacti, blandè tamen contingerent, quod à se quandoque conspectum Ananias 4. de natura dæmonum, c. 28. ita interpretari mauult, vt lapis quidem per aërem tanquam palea leuiter delatus fuerit; rumor verò ille ex quo summa motus vehementia colligebatur ab adstantibus, vel in phantasia tantùm resonuerit, vel ex aëris collisione, aliter tamen quàm ex saxi ictu, enatus fuerit. Quæ responsio non potest quidem falsitatis reuinci, videtur tamen minùs commoda. Denique eadem potestate possunt Intelligentiæ impedire hominis depressionem in aqua, sic enim impunè aquas calcasse legitur Otho magnus apud Olaum.

244 Præstat autem Intelligentia hanc detentionem, non supponendo seipsam, quod nihil conferret ob spiritualitatem; neque subtractione concursus ad casum necessarij; quia ipsa cum concursum non exhibet, atque adeò neque denegare potest; neque effectione [illegible], vbi sursum quod nullum datur; neque applicatione efficaci potentiæ suæ motiuæ grauitatem quasi præuenientis, & motum alioqui ab ea profundendum inhibentis; quia illa applicatio quamdiu non exercetur & aliquid producit, non differt à potentia & substantia Intelligentiæ, quæ posset adesse lapidi, & non excludere formaliter delapsum eius, seu non detinere eum sursum; quo pacto delapsum illum excludit impetus sic immissus, quia est incompossibilis cum actuali grauitatis exercitio, seu cum motu deorsum: Causat ergo Intelligentia detentionem prædictam, immissione impetus

detentiui; id est ita proportionati, vt neque grauitatem corporis detinendi superet, ideóque motum sursum causet, neque tam modicus sit vt ab ea superetur, quo pacto corpus deprimeretur. Ea quippe de causa mobile corporeum, vt Physici tradunt, nisi occurrat fortius propellens, quiescit tantillum in puncto reflexionis, donec elanguescat impetus, permittatque depressio; quæ durante æqualitate grauitatis & impetus inhibebatur, quamuis eâdem durante non fieret motus sursum, qui requirit victoriam impetus supra grauitatem. Simili ergo arte potuerit subitò sisti corpora velocissimè mota, & impediri depressio rei grauis aquam contingentis. Quanquam in hoc secundo casu res facillimè explicatur, dicendo partes aquæ per impetum immissum fuisse firmatas vt non cederent loco. Quod absque vera soliditate & duritie contingere in eis potuit, quamuis ex se cessiles sint ac fluidæ.

De Intelligentiarum per Intelligentias detentione.

245 Hæc cùm ita se habeant quoad detentionem corporum per Intelligentias, superest controuersia de spirituum per easdem detentione. Circa quam eosdem & suffragatores & aduersarios habemus, quos in motu violento vnius Intelligentiæ per aliam, ac præterea etiam adstipulatur nobis Palud. in 4. d. 44. q. 7. & latè Guliel. Paris. 1. 2. de vniuerso, c. 16. contra quem tamen 2. 2. eiusdem operis, c. 157. certum esse debet detentionem hanc vnius Intelligentiæ per aliam non fieri per solam Intelligentiæ detinentis voluntatem: cùm enim motus eius quæ per vim detinetur, non pendeat à concursu detinentis, manifestum est voluntatem illius non posse subtrahere concursum, atque adeò nihil posse per se conferre ad detentionem prædictam. Vales. c. 41. sacræ Philos. & alij quidam tribuunt subtractionem illam Deo, ad bonj Angeli nutum denegaturi concursum dæmoni ne possit aufugere. Quo pacto interpretantur religationes illas dæmonum, quarum quandoque in Scripturis fit mentio, vt Apocal. 20. & Tobiæ 8. Sed nihil est necesse ita philosophari, pro eo saltem tempore quo Intelligentia detinens est præsens detentæ, ac vim patienti. Nam immisso impetu valido, vt rectè sensit Delrio 2. Magic. q. 50. sect. 3. facilè poterit prohibere motum eius, quæ erit passiua detentio patientis.

Non est item necesse cum Conimbricensibus disput. 6. de anima sep. art. 4. dub. 2. existimare impetum patientis, (quo scilicet vellet se proripere & aufugere,) hebetari per potentiorem impetum detinentis, quo pacto iidem credunt remoram sistere nauim, nequicquam contranitentibus remigibus. Secluso enim sensu metaphorico quem nunc attingam, ægrè intelligitur quomodo impetus impetum eiusdem speciei hebetare possit, nullo interueniente motu contrario illi quem causaturus erat impetus ille qui hebetari dicitur. Nec est quod remora nos remoretur: Nam quod de ea refertur, vel fabulosum est, vt alibi ex nonnullis retuli, vel si reuera sistit naues, non id præstat per impetum impetus exclusiuum, quem immota non posset causare, sed per aliam qualitatem specie diuersam ab impetu, huiúsque exclusiuam aut hebetatiuam. Vt omittam alios modos de quibus Suar. d. 18. Metaph. sect. 8. n. 38. Eatenus ergo impetus Intelligentiæ detinentis, dici poterit

hebetare

hchatur impetum patientis, quatenus detinens est fortior, & non obstante minore impetu detentæ, cassum reddit eius nisum, ita vt quantumcunque per impetum à se productum conetur se expedire & aufugere, cogatur tamen hærere.

246 Nihil dico de morali detentione per imperium, ex voluntaria vel morali tantùm vnius Intelligentiæ subordinatione ad aliam. Quo pacto bonæ Intelligentiæ malas plerumque sistunt, terrendo metu gravioris pœnarum, & inter ipsas maliores quæ superiores sunt, alias sibi inferiores quasi in excubiis aut custodia alicuius loci deputant, ac quasi includunt. Ipsi quoque dæmones se vltrò alicubi inclusos sistunt, aut velut inclusos fingunt, qua ratione aliqui annulis inclusos paredros circumgestant periculi ac sceleris plena societate, quam recentem non esse sed iam olim in vsu fuisse, docent quæ habet Clem. Alex. 1. Strom. cap. 12. in fine *de Execesto Phocensium Tyranno, duos habente incantatos annulos, quorum motum incussisse, & inde tutum fuisse, quâ transibat tempus renon gerendarum, interfectusque tandem est per dolum, non sine præcautione per sonitum carentis significatione*. cuius narrationis testem laudat Clemens Aristotelem in opere de Republica Phocensium. Damascius etiã in vita Isidori apud Phot. cod. 242. meminit paredrorum intra globulos contentos, (Betylas vocat,) inclusorum, & annuli Temperantiæ, quem constat fuisse incantatum. Et licèt D. Thomas quæst. vnica de anima, art. 21. circa finem corporis & Maior in cap. 12. Matth. ad illud, *si ego in Beelzebub* dub. 1. videantur in huiusmodi paredrorum inclusione, physicam quoque detentionem concedere, non per violentam ad annulum, sed per insolubilem coërcitionem: Tamen certum videtur id non posse esse diuturnum, si Intelligentia alligans abscedat. Nam cùm prius impetus detinentis elanguerit, si illa supponatur abscessisse, liberum erit ei quæ ante alligata detinebatur, euadere. Quod fortè voluit Victor. relect. de Magia, num. 51. dicens absente dæmone superiore, illicò cessare detentionem.

Prædicta vtraque motio, & detentio, est tantùm à proportione maioris inæqualitatis.

247 Tertiò, ab eorum numero quæ per Intelligentiam moueri aut detineri possunt, eximi ea quæ resistitiua sunt supra vim eius motiuam aut detentiuã. Cùm enim actio non fiat nisi à proportione maioris inæqualitatis: hæc autem in casu nostro desit; necesse quoque est deesse motum & detentionem. Hac de causa S. Thom. quæst. 16. de malo, art. 10. ad 8. negat dæmonem posse mouere totam terram, aut elementa, quod affirmauerant etiam S. Gregor. 2. moral. cap. 15. & Firmilianus epist. 75. inter epistolas S. Cypriani. Et ratio, vt dixi, petenda est ex defectu illo virtutis motiuæ quæ est in Intelligentia supra resistentiam terræ. Exigitur enim excessus virtutis illius, & quidem determinatus. Et idcirco terra manet immota, quamuis plerumque discedat à centro mundi, vt Marsilius 8. Phys. tract. 1. dub. 1. & Maior in 2. d. 24. quæst. 12. probent ex eo, quòd leuitas terræ versus nos constitutæ, continuò crescat, vnde sequitur variatio centri grauitatis in terra. Id quod etiam Saxonia 2. cœli q. 10. ad 1. & quæst. 24. latéque Vasq. 1. 2. d. 81. cap. 3. contingere notant accedente de nouo corpore aliquo

 grauí,

graui, aut impetu ex vna terræ parte. Sed nimirum detractio grauitatis per calorem Solis facta, & quæuis etiam additio vi humana factibilis ad terram, est prorsus insensibilis, & multò minus habet proportionis ad alteram terræ portionem quàm pilus aut atomus, cuius additione videmus non deprimi lancem. Quandoquidem etiam montes ad terram totam non plus proportionis habent, quàm puluisculus ad pilam ingentem, vel exiguæ protuberantiæ ad amplissimas platanos vt rectè philosophantur Cleomed. 1. de mundo cap. *de terræ magnitudine*, & Seneca 4. natur. cap. 11. Itaque non est mirum si terra nihilominus maneat immota. Philosophiam autem rusticis deridendam propinare videntur, qui ex ea quantumlibet modica centri grauitatis variatione, putant ita pessundari æquilibriũ, vt necesse sit ad muscæ accessum, terram totam, tam pigrum pondus, subsilire ac tremere. Eadem igitur ratio confirmat terram totam non posse ab vna Intelligentia moueri. Nihil enim afferri potest, quod verisimile faciat, tam perfectam vim motiuam, quanta ad eum effectum præstandum necessaria esset, vni Intelligentiæ competere.

Quare displicet Spina quæst. de strigibus cap. 7. concedens dæmonem posse totam terræ molem translocare, si tantùm attendamus vim eius, nec spectemus impedimentum quo prohibetur id facere, ob secuturam inde peruersionem ordinis naturæ. Tantum enim abest vt dæmon vnus id possit, vt S. Ephrem negare quoque videatur toti simul dæmonum multitudini, potestatem transferendi montem, cùm dicat Antichristum, cui tota Tartareorum militum cohors famulabitur, non nisi in speciem hoc facturum, reipsa autem fore hoc ei impossibile. Ego tamen, de pluribus Intelligentiis collata opera in id incumbentibus vt montem transferrent, non difficilè concesserim id esse eis possibile. Nam grauitas montis finita est, & applicatio Intelligentiarum potest opportunissimè fieri, vt sequatur effectus. Et sanè verisimillimum est, montem illum quem S. Gregorius Neocæsariensis loco mouit, plurium bonorum Angelorum naturali virtute translatum esse.

248 Sed quod aliqui inter quos idem Spina cap. 5. & 7. illam montis translationem vel etiam totius terræ, cuilibet Intelligentiæ possibilem esse probant, ex eo quòd Intelligentiæ cœlestibus orbibus torquendis addictæ, infimi omnium ordinis iuxta aliquos censeantur, non est idoneum argumentum. Nam cœlum caret grauitate resistente, ac proinde potest facilè circumduci, & quidem celerrimè; quæ de elementis ac præsertim de terra dici nõ possunt. Vnde etiam dissoluuntur omnia propè argumenta quorundam Recentiorum, ex tanta cœlorum vastitate, & tam celeri motu, colligentium eos non ab Intelligentiis, quæ terram longè minorem mouere non possunt, sed immediatè à Deo moueri. Malè verò prætereà, vt obiter hoc addam, timent motuum cœlestium perpetuitati, ac æquabilitati, & Intelligentiarum mouentium fœlicitati ac libertati. Nam non cessabunt vnquam Intelligentiæ à motu, quamdiu vrgebit Diuinum imperium, nec aliter mouebũt quàm videant ferrè eius præscriptum. Illam verò diuagandi libertatem nihili faciunt præ eiusdem Diuini Imperij executione, ob quam illi ministerio lubentissimè se impendunt. Tandem

non

non refert quod ob finitam vim extendendi sese, nequeant toti orbi commensurando coëxistere, nam ob continuitatem, & soliditatem, parte vna mota, cæteræ necessariò trahantur.

249 Iam quod attinet ad Intelligentias, cùm certum sit eas esse viribus & efficacitate dispares, certum quoque esse debet quamcunque Intelligentiam, non posse à quacunque alia moueri, vel detineri (loquimur de vi naturali, sociato robore vel impedimento ordinis superioris.) Exigitur ergo virium præcellentia, quam posse reperiri in dæmonibus comparatione bonorum Angelorum, indubitatum est, contra Gulielm. Paris. 2. 2. de vniuerso, c. 17. cùm certum sit dæmones plerosque quoad naturalia dona, (quæ salua habent,) considerationis, præstare bonis Angelis. Attentis tamen legibus Diuinæ prouidentiæ, & in bonos amicitiæ, plusquàm verisimile est, nunquam bonos à malis quantumuis potentioribus etiam collata opera connitentibus, detineri substantialiter, aut violenter moueri. Inter ipsos verò bonos etiam viribus dispares, si quæ exurgant litium pugnarum causæ, dum vnus ad Dei gloriam procurat quod alter ad Dei quoque gloriam impeditum vult, vt docet Isidorus Pelus. l. 2. epist. 85. congruum est existimare, vim illam & resistentiam non esse nisi moralem per preces ad Deum, vel imperium, aut preces mutuas, & proposita rationum momenta, vel proposito Diuino imperio.

250 Horum modorum primo & vltimo, iuncta peculiari potestate diuinitus collata vt expendit Suar. t. 3. 3. p. d. 15. sect. 4. *sub finem* pij homines, & Ecclesiæ ministri, de humanis corporibus dæmones plerumque depellunt, potestate supra naturam. Idcirco enim antiquissimi Patres Tertull. l. ad Scapulam cap. 2. & cap. 23. apolog. Minutius num. 47. Iustinus in Paræn. Lactant. 2. instit. cap. 16. Cypr. ad Demetrianum & epist. 70. aliique apud Espencæum 1. digress. cap. 14. & apud Baronium anno Christi 56. Ethnicos plerumque vrgent hoc argumento, tanquam efficacissimo: supponentes & meritò, omnia materialia, & naturaliter per homines applicabilia, esse vt sic ad hoc inepta; vt plenissimè prosequuntur Thyræus l. de dæmoniacis cap. 43. Valles. cap. 28. sacræ Philos. Loyer. l. 8. de spectr. cap. 1. & 3. Serar. in c. 8. Tobiæ quæst. 1. 2. 6. Angelus v. superstitio, n. 6. Castro 1. de vaticin. c. 11. licèt contrarium senserit Paulus Burgensis in additionibus ad cap. 16. primi Regum, quod approbare quoque videntur Nider, vt refertur in compendio formicarij, cap. 11. & Marsilius Ficinus in argumento apologiæ Socratis. Quòd si è contra interdum Patres vrgent Ethnicos, quòd culti ab eis dæmones, naturali & humana vi alicubi detinerentur, eòve per vim adigerentur; non est existimandum Patres sensisse id reuera ita euenire, sed ex his quæ Ethnici admittebant, vt constat ex Iamblico l. de myster. § 23. & 31. & Plinio cum alibi, tum l. 24. cap. 17. vbi hæc vis tribuitur herbæ aglaophotidi, colligunt contra ipsosmet Ethnicos, Deos eorum infirmos esse, & Diuino cultu indignos, vt videre est apud Eusebium 5. præpar. cap. 6. & Theodor. 10. contra Græcos *ferè initio* apud quos eadem ratiocinatio ex Porphyrio latè refertur.

* * *

ARTICVLVS IV.

De potentia ipsa mouente.

251 Motus quem hactenus Intelligentiis concessimus, non prodit ab extrinseco, sed à naturali & intrinseca earum vi. Nam non est neganda Intelligentiis perfectio illa, quam in plerisque valdè imperfectis viuentibus obseruamus. Item communi voce tribuitur Intelligentiis exitus & ingressus, quæ voces motum ab interna vi progressiuum, & potentiæ cognoscenti & appetenti subordinata elicitum notant, nemo enim de lapide exportato dicat eum exiuisse, vel ingressum esse. Nec est quod moueamur vulgari illa difficultate quæ petitur ex defectu partis mouentis & motæ in Intelligentiis. In ea enim difficultate, falsò supponitur, nihil posse agere in seipsum etiam perfectiuè. Vt mirum sit, Scaligerum, ob triobolare illud argumentum, substantialem nescio quam compositionem in Intelligẽtia commentum esse, exerc. 359. n. 12. addito in contrarium sentientes, modestiæ qua vti plerumque solet, non exiguo specimine. Mouentur ergo Intelligentiæ per vim intrinsecam, tametsi simplices substantialiter. Quare de hac earum facultate agendū superest.

ASSERTIO.

Facultas motrix intelligentiarum est peculiaris potentia, intellectui & voluntati subiuncta, ad immanenter transeunterque mouendum, limitatam efficacitatē sortita.

252 PRIMÒ, admitto hanc facultatem distingui ab intellectu & voluntate Intelligentiæ, cum Pererio l. de Magia, c. 6. Molina 1. p. q. 53. art. 1. Conimbr. 2. cœli, c. 5. quæst. 7. Rub. ibid. q. 10. contra Guliel. Parisiens. 2. 2. de vniuerso, cap. 70. 71. 72. 73. Binsfeldium de confess. malefic. dub. 2. principali post conclusionē 8. præludij 12. Durandum in 2. d. 7. q. 2. & ibid. Aquarium conclus. 10. Vigoriam select. de Magia n. 10. Suncinatem 12. Metaph. q. 15. Vasquem 1. p. d. 102. cap. 3. qui pro se citat Caietanum 1. p. q. 54. art. 5. eundem pro contraria sententia in illo ipso art. 5 allegaturus & reiecturus disp. 218. n. 10. Allegant quoque hi autores pro sua sententia Aristotelem 3. animæ, c. 10, asserentem, intellectum & voluntatem esse principia motus; intellectum quidem remotè, proximè verò voluntatem, quàm propterea Philosophus paulò post assignat tanquam vnicum motus localis principium. Fauet etiam huic sententiæ D. Thomas q. 6. de potentia, art. 3. ad 2. quamquam ob varia eiusdem sancti Doctoris dicta Amed. 2. cœli, quæst. 1. artic. 4. ad 10. affirmat posse de hac re inter Thomistas disputari in vtramque partem.

253 Sed reuera S. Doctor non aduersatur nostræ sententiæ. Mēs siquidem illius est, potentiam executricem, quæ proximè elicit motum, dirigi & applicari ab intellectu & voluntate Intelligentiæ. Quod verum etiam duntaxat voluisse Aristotelem, manifestum est. Loco siquidem allegato, paulò post ea quæ adducta sunt, expressè addit præter ea motus principia, (nempe facultatem cognoscentem & appetentem,) in animalibus, de quorum motu ibi agit, quærendum esse aliud immediatius principium exequens motum. Itaque intellectum & voluntatem vocauit principia motus, nempe indicentia & dirigentia,

non autem exequentia. Neque video quam difficultatem inueniant Aduersarij, in intelligenda subordinatione harum Intelligentiarum facultatis ad intellectum praelucentem, & voluntatem imperantem, licet fateantur eam facile intelligi in homine, quia est partim corporeus, partim spiritualis. Verum si in intelligentiis, ob omnimodam spiritualitatem subordinatio illa est intellectu difficilis, & in homine duntaxat rectè intelligitur ob concursum spiritualitatis & materialitatis; dicendum esset eam non posse intelligi in aliis animalibus praeter hominem, quae sunt omnino corporea, & non compinguntur ex substantiis diuersi generis sicut homo: & tamen quis in eis inficiari potest hanc subordinationem?

254 Quare quaecumque rationes euincunt in nobis distinctionem potentiae mouentis ab intellectu nostro & voluntate, eadem proportionalem distinctionem huius facultatis Intelligentiarum, ab earumdem intellectu & voluntate persuadent. Et sicut in nobis ad eam distinctionem inueniendam argumentamur ex sublevatione, siue ex necessario complemento virtutis animae; parem in Intelligentia virtutis peculiaris ad mouendum destinatae, opportunitatem, vel necessitatem habebimus. Et sicut in nobis eadem facultas sufficit ad mouendos nos, aliaque mouenda per nos, ac etiam ad causandum impetum: ita in Intelligentia quoque facultas motrix qua seipsam mouet, ad aliorem item motum ab Intelligentia causatum, & ad impetus impressionem potest sufficere. Tametsi quod ad impetus procreationem attinet, est inter nos & Intelligentiam disparitas. Nos enim impetum imprimimus per contactum fortem, & interuentu motus. At Intelligentia potest imprimere impetum sine motu praeuio, vt patet in detentione lapidis sursum, per immissum impetum. Nam quis fingat Intelligentiam vt eum impetum imprimat, primùm retrocedere, tum ad lapidem cursum accedere, vt ex potentia ad eum modum quasi concitata extundat impetum sicut nos facimus? Et verò nullam in arte vicino successionem deprehendimus, qualem obseruamus cùm nobis ipsi vim facimus, & corpus concutimus, ad externam illam motus impressionem.

255 Hanc facultatem vt in nobis ita & in Intelligentiis voluntati subieci, vt ostenderem exercitium illius liberum esse, non minùs in Intelligentiis, quàm in nobis. Contrarium de Aristotelis mente affirmat Arcil. l. 1. de gener. q. 41. sect. 4. quod colligit ex 8. Physic. vbi generalis illa propositio, *Omne quod mouetur, ab alio mouetur*, quam Aristoteles 7. Phys. probauerat tantùm in corporibus, asseritur quoque habere locum respectu spirituum, ac etiam primi motoris. Quamuis autem generalis illa propositio passim intelligatur de motu effectiuo, tamen Aristoteles (inquit Autor ille) per *moueri ab alio*, non intellexit id quod hoc vsque crediderunt eius interpretes, nempe moueri effectiuè, sed intellexit determinari obiectiuè, quoad principium siue inchoationem motus. Credidit enim Aristoteles Intelligentiam non posse fieri ex non mouente mouentem, nisi ab aliquo extrinseco moueatur, saltem obiectiuè, & cognoscendo nunc bonum esse mouere cùm ante non esset bonum, vel aliquid modò cognoscendo quod ante erat incognitum. Ex quo paulò pòst idem Autor concludit vsum potentiae mouentis

de Aristotelis sententia non esse liberum: nam si Intelligentiæ liberæ essent in mouendo, possent haud dubiè se determinare, & ex non mouentibus mouentes fieri, absque eo quòd accedat extrinsecum determinans.

256 Verùm ego quidem vt alibi fusè prosecutus sum, & attingam infrà agens de Diuina existentia, existimo Aristotelem cùm dixit omne quod mouetur ab alio moueri, (eius enim est ea sententia, & potest verum sensum habere, quamuis vtrumque negare videatur Bellarm. 5. de grat. & lib. arbit. cap. 11, ad 1.) cùm inquam id dixit Aristoteles, existimo eum egisse de motione effectiua non autem de determinatiua. Atque ita euertitur totum fundamentum ratiocinationis prædictæ. Quòd si de motione determinatiua per boni propositionem, Philosophum exponere placeret, vt fecit etiam Vasq. 1.2.q.6. in notis ad art. 2. potiùs dicendum videretur, omne destitutũ cognitione, cùm mouetur, moueri ab alio ipsum dirigente in finem, & talia esse grauia & leuia quæ ibi dicuntur non à se sed ab alio moueri, nempe ad sensum dictũ. Quæ verò sunt cognitione prædita, dicenda essent moueri eo modo à seipsis, nempe in finem saltem materialiter spectatum, quia eum cognoscunt & in eum per seipsa feruntur. Itaque quamuis alia sit eo loco mens Philosophi, vt ostendam agens de Diuina existentia, tamen si de motione determinatiua per boni propositionem intelligeretur, contrarium potiùs doceret, quàm quod assumebatur. Deinde non video necessitatem consecutionis illius, Oportet Intelligentiam, vt moueat, præmoueri deforis per obiecti propositionem, & iudicium quod nunc expediat mouere, ergo Intelligentia non mouet liberè. Nam modò iudicium proponens, sit obiectiuè indifferens, non sit simile iudicio brutorum, quod est determinatum ad vnam tantum partem, non excluditur libertas. Ideo exigatur eius mutatio, vt eliciatur operatio de nouo, quod ipsum in nobis contingere salua libertate, latè tradit eum de quo agimus Philosophi locum expendens Sirenius 3. de fato, cap. 18.

257 SECVNDO, dixi hanc potentiam esse finitæ efficacitatis non repugnante Aristotele, vt malè censuit Vicomerc. 12. Met. t. 44. nam Aristoteles facilè exponitur iuxta ea quæ dicta sunt cùm de finitate essentiali Intelligentiarum. Finitas autem huius potentiæ, sufficienter probata videtur ex finitate essentiæ à qua dimanat. Nam congruum est, vt essentiam finitam, assectentur accidentia finita & limitata. Et indidem quoque inferre licet cum Anania 4. de natura dæmon. cap. 15. & Pererio l. de Magia, cap. 6. & 7. perfectiores Intelligentias, pollere vi motrice perfectiore, & efficaciore in mouendo, tum spectatis mobilibus, quæ siue corporea, siue spiritualia sint, videmus nõ esse cuiuis Intelligentiæ mouenti proportionata; tum spectato modo mouendi mobilia proportionata. Nam Intelligentiæ perfectiores, vtroque modo præstant imperfectioribus, quamuis omnes finitæ sint & limitatæ virtutis in mouendo, siue seipsas, siue alia. Quare falsò Gulielmus Parisiensis 2. 2. de vniuerso, cap. 70. ex falso fundamento quòd Intelligentia per voluntatem suam moueat, intulit Intelligẽtiam sibi relictam, & à Deo non impeditam, posse quæcumque & quantacumque corpora mouere. Falsò item alij significant

eam Intelligentiam posse quoduis corpus quantauis celeritate mouere. Nec quòd virtus materialis infinita (cuiusmodi esset in grauitate infinitè intensa.) posset sufficere ad eum corporis motum velociorem semper & velociorem causandum, argumento sufficienti est, spiritualem quamcunque vim motiuam hoc etiam posse, & in ratione virtutis mouentis infinitam esse. Falsò denique alij existimarunt, Intelligentiam posse seipsam mouere quàm celerrimè vult, per motum velociorem semper & velociorem, absque termino. Certè si Intelligentia careret maximo quod sic velocitatis in suo motu, polleret vi motiua infinita, quod ex essentiæ limitate reijcitur, vt iam monui.

258 Interdum tamen graues Scriptores denegant terminum celeritati Intelligentiæ in mouenda seipsa, non quòd reuera sentiant motum illum carere maximo quod sic velocitatis, sed quòd significare velint agilitatem permagnam, qua præ nobis pollent Intelligentiæ. Hoc tantùm intendit Tertull. cap. 22. Apolog. verbis illis: *Omnis spiritus ales est, hoc Angeli & dæmones. Igitur momento vbique sunt, totus orbis illis locus vnus est.* Eadem S. Hilarij mens in Psalm. 118. littera aleph, cùm ait, *Dæmones paruo temporis momento complectendum mundi huius obire.* His affinia habent Naz. orat. 34. in fin. Hieron. epistol. 53. Anselm. l. de similitud. c. 51. Et sanè vt optimè expendit Origen. l. 1. in Iob, ad illud *circuiui terram*, si ventis, tametsi substantiæ corporeæ, tanta inest pernicitas, quantò maiorem concedemus substantijs spiritualibus? Huc pertinet consideratio celerrimi cælorum & aliorum motus, quæ tanta est vt oratione explicari nequeat. Dictum aliquid de ea est cùm de Intelligentiarum immaterialitate sermo esset, & infrà cùm de cælesti opificio agam, addam perelegantem discursum Cleomedis lib. 2. inspect. circul. Meteororum, vbi probat motum illum non modò esse velociorem motu equi citatissimo cursu moti, vel motu auis, quæ adhuc celerior est, sed etiam his omnibus celeriore motu sagittæ. Tandémque impossibile esse concludit, celeritatem cursus cæli nosse, aut complecti oratione. Quòd si Sol ac cælum tam vasta corpora, tam celeri motu circumaguntur ab Intelligentia, quantò celeriorem esse posse censendum est, vitalem ipsarummet Intelligentiarum corpore vacantium motum? Quò spectant quæ elegantissimè persequitur Ficinus 1. de immortal. c. 2. vt ostendat corpus quantò propinquius sit rebus incorporeis, tantò efficaciorem & celeriorem agendi vim nancisci. Nempe vt etiam habetur ex propositione 17. de causis ob maiorem rei incorporeæ vnitatem & accessum ad Deum. Inde enim rectè concluditur, in ipsis incorporeis vim agendi & mouendi haud dubiè esse valdè celerem, tametsi non absque termino.

259 Qui tamen admittunt Intelligentiam posse in instanti moueri localiter, coguntur præterea admittere eam posse in minori semper & minori tempore moueri ad quamcumque distantiam, quod concedit Gregor. in 2. d. 6. q. 2. ad 3. Hibernici & Albertinus coroll. 16. ex 1. principio complexo, dub. 4. n. 17. & ratio est manifesta: nam iuxta hos autores, nulla est causa impediens illud velocitatis incrementum in motu Intelligentiæ, pro breuissimo quouis tempore. Nam si in instanti poterit correspondere vtrique extremo & medio, quantò magis idem poterit in

quantumcumque breui tempore: Neque verò spatium cui Intelligentia correspondere potest in illo instanti, est determinatæ cuiusdam magnitudinis; quia hoc ipso quod excessus capedinis interioris supra extensionem mobilis, est impertinens ad impediendum motum, non refert quantus sit excessus ille, nec inde arguitur maior virtus mobilis. Sicut à simili, qui admittunt agens posse ad modicum spatium agere in distans, coguntur admittere illud met agens eadem vi posse agere ad distantiam infinitam.

Ex his colligo Albertinum supra num. 15. & 16. admittentem quamcunque Intelligentiam posse in tempore ad quantamcunque distantiam velocius semper & velocius moueri, non bene addere rem aliter se habere in motu instantaneo quem ipse admittit, nec rectè contendere Intelligentias perfectione dispares, moueri in eodem momento ad spatium inæqualiter distans. Ostensum enim est vtrumque iuxta prædicta principia, & in instanti & in breuissimo tempore moueri posse ad quantamcunque distantiam. Qua ergo ratione vna pro eo instanti ad maiorem distantiam moueri poterit quàm alia, si hæc quoque ad eandem distantiam velit moueri?

160 Superest circa efficacitatem facultatis motricis Intelligentiarum, quæstiuncula quoad motum transeuntem; an scilicet Intelligentiæ potentes sint eum exequi immediatè per seipsas, cùm adsunt mobilibus, an verò necessariò debeat impetum imprimere, quotiescumque aliquid mouent. Affirmant hoc secundùm Conimbr. tract. de anima separ. disp. 6. art. 4. negat Suar. d. 35. Metaph. sect. 6. num. 25. qui addit non modo ita non fieri, sed ne verisimile quidem esse, quòd possit ita fieri. Sed potest excogitari tertia & media sententia quæ mihi magis placet. Nempe quòd Intelligentia, cum adest, possit quidem per seipsam ac nullius impetus interuentu producere motum, tamen possit quoque, si lubeat, impetum immittere, & cum asciscere sibi cooperatium in efficiendo motu, vel certè subrogare sibi vt vicarium, & nihil per se efficere nisi impetum.

Quòd ergo Intelligentia possit per seipsam causare motum seclusio impetu, euincitur ratione illa qua vtitur Suares, nempe quòd vicarius necessarius non est, cùm adest vis motrix principalis sufficiens, & proportionata motui causando, cuiusmodi sanè est facultas motrix Intelligentiæ, comparatione motus transeuntis, de quo agimus. Quod autem Intelligentia possit nolle immediatè causare motum, sed tantum vi impetus, probatur. Si enim Intelligentia per immissionem solius impetus, potest sistere lapidem in aëre pendulum, certè potest impetum solum imprimere absque motu; Hic autem impetus si producatur in intensione certa, poterit se solo causare motum. Nec refert quod Intelligentia adsit, nam inde nullo modo minuitur vis impetus. Ex motu tamen per impetum, vel per ipsam Intelligentiam immediatè causato, enascetur necessariò aliquis impetus. Sicut enim cùm quis adest rotæ, illamque mouet, non solùm causat motum, sed vi illius motus producitur impetus in rota, quod cognoscimus ex commotione rotæ post abscessum motoris: ita cùm Intelligentia mouet aliquod corpus, motus ille est causa necessaria impetus profusiua, cuius actiuitatem suspendere non potest Intelligentia.

QVÆ

QVÆSTIO IV.

Sitne præterea in Intelligentiis vis aliqua operatiua transeunter.

261 IN viuentibus materialibus præter facultates hactenus expositas, nempe cognoscitiuam, appetitiuam, & motricem, aliæ præterea vires communiter, destinatæ ad actiones viuentibus illis consentaneas: nempe vis generatiua, auctrix, nutrix, calefactiua, & similes. Controuersia igitur est, an Intelligentiæ quæ vita puræ spirituali sunt præditæ, præter intellectum, voluntatem & vim motricem, aliquibus aliis facultatibus polleant, quibus transeunter operentur. Hæ, (si dantur,) necesse est ad substantiam, vel ad accidens producendum terminari. Et de substantia quidem clarum est, non posse terminari nisi ad substantiam materialem compositam, vt sic, vel ad formam materialem. Cæteræ enim substantiæ, siue completæ, siue incompletæ, sola creatione fiunt, quam supponimus nulli creaturæ competere vi propria. Et contrarium de Intelligentiis asserentes, hæreticos quosdam, & Philosophos Platonicos, grauissimè arguit Iren. l. 2. c. 2. August. 12. Ciuit. c. 26. Damasc. l. 2. cap. 5. qui et *Diaboli* appellat eum qui ita loqui ausus fuerit. Itaque quærendum duntaxat est, cuiusmodi sit in Intelligentia vis ad producendas illas quas dixi substantias, itemque accidentia quæcumque, id est siue realia, siue intentionalia, siue corporea, siue spiritualia.

* * *

ARTICVLVS I.

Quæstionis resolutio.

PRopositæ difficultatis dissolutionem, necesse est petere ex effectibus, quos Intelligentiæ possunt transeunter producere. Nam si directè & vi sua possunt effectum aliquem extra se causare, admittenda in eis erit vis actiua, tali effectui proportionata; sin minùs neganda. Quare statuemus primùm, quid de effectibus transeunter ab Intelligentia producibilibus, sentiendum sit, tum quid de potentia actiua, à superiùs iam expositis Intelligentiarum potentiis distincta.

ASSERTIO.

Intelligentia viribus suis, & per modum causæ propriæ, nec formam materialem substantialem, nec materiale compositum, aut vlla corporea, vel spiritualia, realia, aut intentionalia accidentia, præter Lationem, & impetum, potest producere. Quare diuersam à motrice facultate vim exequentem non habet.

262 PRIMÒ, nego Intelligentiis vim directè producendi substantiam vllam corpoream, quæ est communis Theologorum sententia in 2. d. 7. aut 8. vel apud S. Thomam 1. p. quæst. 110. art. 2. qui sæpe etiam alibi idem tradit, ac nominatim quæst. 6. de potentia, art. 3. post August. q. 21. in Exodum & l. 12. de ciuit. cap. 24. & l. 3. de Trinit. cap. 8. conferentem Intelligentias aliquid corporeâ producentes, cum agricolis semina terræ mandantibus, & per huiusmodi applicationem causarum, non autem directè, & vi propria, producenti-

bus plantas, & alia huiusmodi vegetabilia. Nec obscurè idem traditur in Conc. Bracar. 1. can. 8. & in Ancyrano, vt refertur t. 1. Concil. & apud Gratianum in c. Episcopi 26. q. 5. Annuunt Philosophi deinque Auicenna, quem refellit Fons. 7. Metaphys. cap. 7. quæst. 2. sect. 2. Autorem quoque libri de causis, Auicennæ in hoc re adhæsisse, ait Aquilanus in 2. d. 7. quæst. 2. sed cum communi cæteris Platonicis vitio (quod paulo ante tactum est,) laborasse, est verisimillimum. Itaque nostra sententia satis ab autoritate munita est. Sed rationum eius efficaciam adducere, non est ita facile.

163 Passim Scholastici vsurpant rationem qua Aristoteles 7. Met. vsus est, impugnans Platonem circa inferiorum productionem ab Ideis separatis. Ait enim Aristoteles, effectum & causam debere esse similia, ac proinde cùm id quod in inferioribus fit, sit compositum, siue substantiale siue accidentale, (formæ enim non tam fiunt, quàm confiunt,) infert, causam effectus illius compositi, debere esse compositam. Quæ ratio si pro Ideis separatis vrgeret, æquè concluderet, Intelligentias, cùm materiæ & formæ expertes sint, non posse producere effectus compositos. Est tamen ratio infirma. An non enim Deus tametsi substantialiter incompositus, potest huiusmodi composita producere? Quidni ergo etiam Intelligentiæ, tametsi substantialiter simplices? Quòd autem Deus sit infinitè potens, quod non habeant Intelligentiæ, parum refert ad hoc propositum. Satis enim est quòd Intelligentiæ polleant vi ad hos effectus sufficiente, quam constat non esse nisi finitam. Præterquàm quòd quicquid sit de illo discrimine, saltem habemus, simplicitatem substantialem non esse impedimentum ad producendas res compositas. Imò Aristoteles rationem illam suam, ad [illegible] imitationem ista compacta est, [illegible] adhibuit ad excludendam [illegible]nem compositionem accidentalium [illegible] causas illas superiores, [illegible] ad [illegible]gnandam productionem compositorum substantialium. Quod indicant qui illam Aristotelis rationem huc transferunt, eam quoque adhibent ad probandum quòd Intelligentiæ non possint accidentia producere transeuntes: & tamen constat, non deesse Intelligentiis compositionem accidentariam. Quare nõ immeritò Dur. in 2. d. 7. quæst. 4. num. 7. rationem illam taxat vt insufficientem. Omitto aliam rationem, quam ex Philosopho 8. Phys. eruit S. Thomas quæst. illa 6. de potentia, art. 3. nititur enim omnimoda immutabilitate Intelligentiarum, quam constat non esse admittendam.

164 Sed neque ratio quam Dur. supra num. 3. adhibet, & tanquam efficacem approbat Vasq. 1. p. d. 218. c. 2. efficax reuera est. Ait enim Durandus Deum & naturam nihil frustrà facere. Atqui frustrà collata fuisset Intelligentiis facultas de qua disputamus, quandoquidem effectus illi habent in natura rerum alia sufficientia principia sui esse. Verùm ego quidem non video quomodo hæc vis foret superuacua in Intelligentiis. Non enim quæcunque vis vni alicui subiecto inest, superuacuè reperitur in altero, præsertim si ambæ vires non sint vniuocæ. Sic cœlum vim habet multos effectus producendi, etiam per modum causæ particularis, quos aliæ particulares causæ possunt producere. Sic etiam calor & ab igne & à luce oriri potest. Saltem verò apparebit alteram earum virium non esse inutilem.

animalem si contingat vnam desisse aut obesse, vel si causa arbitraria & libera sit, nulle agere, aut commodè non posse. Alia item ratio quam ex Bassolio adhibet idem Vasques, est [illegible] omnino momenti. Ait enim, Intelligentiam, cùm sit agens liberum, productiuam huiusmodi effectuum substantialium de quibus nunc agimus, non per substantiam suam, (sic enim semper & necessariò ageret,) sed per voluntatem, quæ cùm sit accidens, non potest producere substantiam. At facilè occurritur Intelligentiam per suam quidem substantiam radicaliter, proximè autem per vim aliquam transeuntem actiuam, causarum huiusmodi composita, non necessariò sed liberè, quia & vis illa accidentaria, & substantia vt eleuans vim illam, subsunt voluntatis imperio & applicationi. Sicut homo per voluntatem liberè se & vires suas applicat ad agendum. Supersedeo expensione duarum ab Aduersario suppositionum. Nempe quòd Intelligentiæ agant ad extra per voluntatem; & quòd accidenti desit actiuitas ad producendam substantiam nisi interueniat actualis eleuatio ab agente superiori. Quorum primum falsum est, secundum verò multi negant.

165 Itaque ego quidem rationem nullam habeo commodiorem eâ quam S. Thom. proponit quæst. 16. de malo, art. 9. & ex Apostolo Hebr. 2. confirmat Victoria relect. de Magia, n. 15. nempe quòd Intelligentiæ careant vi productiua effectuum de quibus agimus. Quam virtutis actiuæ defectum colligimus ex eo, quòd ordo vniuersi ferat, vt res infimæ ordinis superioris, siue substantiæ spirituales creatæ, non producant per seipsas effectus inferiores, aliter quàm applicando potentias inferiorum agentium: alioqui periret subordinatio & concentus ille vniuersi, quem animaduertimus ex eo, quòd superiora non se immisceant actibus inferiorum, sinántque ea motus suos exequi. Ex quo inferrur vim productiuam cum ordine illo pugnantem, non inesse superioribus causis, nec debuisse eis conferri. Potestatem tamen localiter mouendi, quia confert ad inferiorum causarum applicationem, congruum fuit illis conferri.

Cui hæc ratio minùs probabitur, & in contrariam sententiam ire maluerit, tametsi obsistente communi Doctorum consensu, quem deserere non placet, ego in eum reiicio onus sententiam hanc nostram impugnandi & confirmandi suam, quod profectò inefficaciter faciet. Nam Intelligentiæ supra substantias corporeas eminentia, (quâ solâ niti posset,) nequit suppeditare idoneum argumentum ad probandam efficacitatem Intelligentiæ in producenda re materiali substantiali, cùm videamus, hominem qui perfectior est omnibus compositis purè materialibus, ne muscam quidem aut formicam posse progignere vi suâ. Vnde S. Bonauent. in 2. d. 8. num. 25. colligit illud quasi axioma *qui potest maius, potest & minus*, restringendum esse vniuersaliter loquendo, quod etiam tradunt Durand. in 2. d. 2. q. 1. num. 10. & bene Bernard. de Gannaco apud Capreolum in 3. d. 2. quæst. vnica ad 2. contra 1. Firmius quicquam nõ habeo & (vt cum Augustino 3. de Trinit. c. 10. hanc ipsam controuersiam claudente concludã,) *Mihi omnino vtile est vt meminerim carnem meam, fratrésque meos admoneam vt meminerint suarum, ne vltrà quàm tutum est, humana progrediatur infirmitas.* Subditque paulò post,

quanta possunt Intelligentiæ, circa hæc inferiora producenda; *nec traderum acie penetrare, nec fiducia rationis enucleare, nec profectu mentis comprehendere valet.*

166 SECUNDÒ, negaui Intelligentiis, vim propriam producendi transeunter vllum corporeũ aut spirituale accidens, siue intentionale, id est destinatum ad cognitionem per modum comprincipij ex parte obiecti, siue reale, cuiusmodi est accidens non intentionale. Horum omnium accidentium vim productiuam propriam negaui Intelligentiis. Excipe tamen semper motum localem, & affinem ei impetum, de quibus iam suprà actum est, cùm ostenderemus Intelligentias posse transeunter mouere mobilia corporea, & spiritualia, proportionata efficacitati ipsarum. Porrò quoad hæc accidentia, cessare incommodum quod vrget pro aliis formis & effectibus, nempe præiudicium ordinis causarum, tactum est paulò ante. Quare tota controuersia est de aliis tantùm accidentibus naturalibus. Et quidem quoad corporea, distinctione opus est. Ex eis enim aliqua habent rationem dispositionis ad formas substantiales, alia verò non habent, cuiusmodi sunt omnia intentionalia, & quædam ex realibus.

167 De prioribus, communis sententia negat Intelligentiam posse ea producere. Ita omnes ferè Scholastici & Philosophi, dempto tamen Sibyllano decad. 5. c. 3. q. 3. & Henrico de Assia, quem allegat & sequitur Sibyllanus. Dempto item Auicenna, cuius argumenta refert & diluit S. Thomas 3. contra gent. c. 103. sunt autem reuera friuola. Nam ex eo quòd in nobis vehemens imaginatio immutet corpus, ac diuersimodè afficiat; & ex ea plerumque sequatur casus, qui non sequerentur absque ea; ac denique ex eo quòd aliqui homines per vehementem (vt arbitratur) animæ affectum, alios fascinent; inferebat Auicenna, ad apprehensionem Intelligentiarum, similes interdum effectus sequi in his inferioribus, seclusa operatione agẽtis cuiusuis corporei intermedij. Sed non considerauit Auicenna, in nobis alterationes illas ex variato motu cordis ob animæ aliter affectæ sympathiam cum corpore deriuari: casum verò illum non ex apprehensione, sed ex tentatione spirituum, ob timorem & consequentem inde perturbationem oriri: ac denique fascinationem non ex imaginatione per seipsam alterante externa corpora, sed ex nostris ac venenatis spiritibus localiter ad fascinandum transmissis ortum habere. Quo pacto intelligendus est Alex. 2. Problem. q. 54. docens fascinationem peragi per transmissionem radij exitialis tanquam teli venenati. Cùm itaque nullus horum effectuum in Intelligentiis ob defectum corporis locum habeat, incongruè Auicenna ex huiusmodi exemplis nostratibus, intulit vim Intelligentiarum corporaliter alteratiuam. Præter rationem autem quâ supra vsi sumus, vt vim productiuam substantiarum corporearum Intelligentiis abrogaremus, quæ hîc quoque locum habet, suppetit etiam pro accidentibus de quibus agimus, non incommoda ratio, nempe quòd si Intelligentiæ possent producere huiusmodi accidentia ad substantiales formas disponẽtia, possent quoque ex se & nullis adhibitis naturalibus agentibus, omnes materiales substantias procreare, supplente Deo ex naturæ debito rationem causæ principalis fortè deficientis, & in materiam vltimò) dispositam in-

ducente

[illegible] formam dispositionis ab Intelligentia perinmissæ consentaneã. At hinc [illegible] incommodum sequeretur, quod ex ipsa immediata formarum illarum substantialium productione per Intelligentiam.

268 De aliis accidentibus corporeis, id est de realibus illis quæ non disponunt ad substantiales formas, & de omnibus intentionalibus, eodem modo philosophor quo de formis substantialibus. Vtrobique enim vrget ratio ex rerum ordine petita, & deficit validæ rationis contrarium probabilitas, ac denique communis ferè consensus Autorum. Excipio paucos aliquos, de speciebus impressis sensus interni, vel dubitantes, vt Scotum in 2.d.11. q. vnica, litera C, vel affirmantes vt Alensem 2.p.quæst.40. membro 4.& Albertum 1.p.de creat. q.6. art.11. sed nullam vel dubitandi vel ita affirmandi idoneam rationem adducunt. Nec video si sine vrgente ratione affirmare aliquid placuerat, cur potiùs de speciebus impressis interni sensus ita philosophati sint, quàm de speciebus sensus externi: Quandoquidem delusiones imaginationis, ad quas explicandas adducti videntur Autores illi vt sic sentirent, commodiùs exponi possent sine vlla specierum impressione ab Intelligentia facta, quàm delusiones sensus externi. Infrà tamen ostendam nonnullas delusiones exigere aliquam speciei impressionem ab Intelligentia.

269 Hic opponere aliquis posset lationem esse motum nobilissimum, ex Arist.8. Phys. t.59. ac proinde si Intelligentia directè & vi sua potest causare lationem, quidni & alterationem corpoream quæ ignobilior est? Respondeo, quomodo intelligenda sit præcellentia illa lationis super reliquos motus alibi disputandum esse. Durandus enim in 2. d.15. q.5. num.17. affirmat lationem esse ignobiliorem alteratione, consentiuntque Capr. in 2.d.14. q.vnica, ad 2.*contra* 2. & Sonc.7. Metaph. q.15. si attendatur entitas lationis, quamuis dissideant si attendatur ratio eius formalis. Quod refellit Ferrar.3.contra gent.c.82. contendens, lationem, si spectetur quantum ad suam formalem perfectionem quam habet ex ordine ad terminum, non esse perfectiorem cæteris motibus, sed imperfectiorem: si verò consideretur in ordine ad subiectum, quæ est perfectio eius materialis & extrinseca, sic esse aliis mutationibus perfectiorē, quatenus habet subiectum actualius, seu quod est tantùm in potentia ad formam minùs transmutantem quàm cæteri motus. Id quod ille ex Philosopho eruit. Ex quo vides præcellentiam lationis suprà alterationem non esse talem, vt ex ea inferre liceat quod inferebatur. Sed hac controuersia omissa, de qua pleniùs Bannes 1. de gener. in q. prooem. *ad* 3. *principale*, Conimbr. ibid. c.4. q.3. & Arri. q.28. sect.1. nego, si Intelligentia potest causare lationem, (gratis concessa nobilitate eius simpliciter maiore,) posse etiam causare alterationem. Nam ad lationem accepit potestatem, quia nihil inde timendum erat ordini rerum, ad alterationem autem non accepit propter contrariam causam. Nec vniuersè verum est qui potest maius, potest & minus, vt iam dixi num. 265.

270 Iam quod attinet ad accidentia spiritualia, aliqui indistinctè pronunciant Intelligentiam posse transeunter producere qualitates spirituales. Ita Becanus 1.p.tract.3.cap.1. q.15.num.2. sed præsertim consenserunt bene multi quoad species intelligibiles

ligibiles impressas, ac nonnulli etiam quoad expressas, sive quoad ipsam intellectionem. Ita de impressis plurimi exponentes locutionem Intelligentiarum inter seipsas per impressionem specierū transeuntem factam ab Intelligentia loquente. Sed & Auctor libri de causis proposit. 3. ait *postquam prima causa creavit esse animæ, posuit illam sicut stramentum Intelligentiæ, in qua hæc efficeret operationem suam*, quod ibi D. Thom. lect. 3. asserit valere ratione specierum animæ impressarum ab Intelligentia. Admittit eandem impressionem Tol. in cap. 1. Lucæ annot. 62. At Scotus non impressam modò, sed & expressam speciem posse transeunter ab Intelligentia produci concedit in 2. d. 9. quæst. 2. lit. E, & seqq. ut appareat assumentum esse quod in recentioribus Scoti editionibus habetur in 4. d. 45. quæst. 2. lit. E, ubi affirmatur Intelligentias nullam formā posse transeunter producere præter motum & ubi, additúrque nominatim non posse producere speciem impressam intelligibilem, quia hoc admisso posset etiam producere intellectionem & volitionem, quod ibi rejicitur ut absurdum. Sed non hoc tantùm loco interpolatrices manus passim Scotū, memini sæpe notare, facilèque deprehendet qui vetustiores codices nactus eos cum recentioribus contulerit. Scotum secutus est Boccaferreus in l. de divinat. per somnium, lect. 19. referens varietatem sermonum quæ in rustico energumeno deprehenditur, ad impressam à dæmone in illius anima cognitionem ipsam dæmonis, quam tamen cognitionis impressionem Scotus non concedit fieri posse in anima, eò quòd hæc habeat aliam connaturalem viam hauriendi cognitionem, concedit tamen fieri posse in Intelligentia. Videtur autem hæc efficacitas Intelligentiæ circa qualitates spirituales transeunter producendas, confirmari inde posse, quòd substantia spiritualis non debeat esse omnino sterilis in ratione principii transeunter operativi in suo genere, cùm videamus substantias materiales posse tam multa agere transeunter.

271 Nolim tamen gravi nullo argumento urgente, firmatam communi ferè aliorum consensu sententiam contrariam abiicere. Et quidem quod ad species expressas attinet, Philosophi communius negant eas posse advenire deforis, ob intimam earum vitalitatem quæ immanentiam postulat. Quæ ratio cessat pro speciebus impressis. Ut perperam judicant aliqui, (quos paulò ante retuli) ex productibilitate specierū impressarum vim quoque speciem expressam transeunter producēdi intulerint. Est enim inter has duas formas latum discrimen, ob intimum illum nexum quem species expressa habet cum principio vitæ, eò quòd sit vita actualis & ultima, quo nexu caret species impressa. Itaque pro speciebus impressis, recurrendum est ad rationes generales suprà propositas. Adhæc Intelligentia ob indeterminationem suam, non potest primò & immediatè sibi effingere species impressas, quantò ergo minus poterit eas transeunter imprimere? Illæ verò species quæ ut vestigia imprimuntur per intellectionem ab Intelligentia elicitam, remanéntque post eam, non possunt ab Intelligentia produci citra interventum actus, quem Intelligentia nequit exportare in alienum subjectum, ut dictum est. Imò frustrà collata fuisset Intelligentiæ vis transeunter producendi speciem illam, quia cùm sit tantum semen ad recolendam ut præli-

citam

citam intellectionem præteritam per quam instructa est, eaque intellectio non possit recoli, vt prædictum à me, nisi eam elicuerim, inutilis esset species illa extra me qui solus actum elicio. Imò etiam nociua esset quatenus præciperet actum falsum. Eadem ratio est de habitibus, fiunt enim per actus immanentes & ad eos eliciendos inclinant; rectéque videtur natura vim eorum productiuam restrinxisse ad subiectum eliciens actum, vt hac quasi illecebra excitaretur ad agendum spe obtinendæ per continuatos actus facilitatis, quam frustrà aliunde expectet. Alia accidentia aduentitia creaturæ naturalis, (de quibus solis nunc agimus,) nulla sunt præter motum & impetum, de quibus iam dictum est. Itaque neganda est Intelligentiis vis transeunter operatiua quorumcunque spiritualium accidentium, dempto semper motu & impetu.

272 Ratio verò quæ suprà in contrarium adducebatur, parui momenti est. Nam quòd substantiæ materiales inanimatæ, sint transeunter actiuæ, causa non est cum defectu virtutis agendi immanenter, ea quo sunt naturaliter constitutæ. Substantiæ verò materiales vita præditæ, quatenus viuentes nihil prorsus transeunter agunt (dempto motu & impetu,) sed quatenus sortitæ tale aut tale temperamentum. Atque ita prouidè natura quandam quasi compensationem inter hæc agentia instituit, dum viuentia operantur tantùm immanenter, non viuentia verò, tantùm transeunter. Quare Intelligentia ex eo quòd careat efficacitate transeunter agendi, non cedit inferioribus viuentibus, spectatis quatenus viuentia sunt: cæteras autem inferiores substantias tantò superat, quantò perfectius est mouere seipsum & immanenter agere, quàm mouere aliud, & operari transeunter.

Ex his omnibus perspicua est controuersiæ initio propositæ resolutio, constatque iure conclusum esse in calce assertionis nullam esse in Intelligentiis vim transeunter operandi distinctam à motrice. Vnde prætereà colligitur hic veluti generalis canon quoad ea quæ Intelligẽtiæ transeunter possunt, vel non possunt. Seclusa speciali lege Diuina prohibente Intelligentiam ab eo quod suapte natura posset, omnia quæ motum localem non excedunt, efficacitatem quoque Intelligentiæ naturaliter spectatam & effectui proportionatam non excedunt. Quæ item per causas naturales idoneas, motu locali applicatas fieri possunt, fieri quoque possunt ab Intelligentia per illorum actiuorum ad passiua applicationẽ. Quæ verò excedunt motum localem, aut per eam quam dixi naturalium actiuorum applicationem effici non possunt, ab Intelligentia effici nequeunt. Sed quia vtrumque hoc membrum externorum Intelligentiæ effectuum valdè latè fusum est, nec minùs latè patet tractationis eorum vtilitas, placet paulò diligentiùs in hanc curam incumbere.

ARTICVLVS II.

Corollaria de Intelligentiarum efficacitate & inefficacitate circa varia externa opera, ac primùm circa spectantia ad quæuis corpora.

273 VT ordinatè procedamus, inquiramus primùm quæ iux-

ta generalem illum canonem, tribuenda vel neganda sunt Intelligentiis, quoad actionem transeuntem in corpora omnium infima, nempe elementa & mixta inanimata: de quibus tamē quicquid dicemus erit aliis omnibus corporibus commune, quia gradus corporis secundùm quem ab Intelligentiis affici variè possunt, est omnibus corporibus cōmunis. Tum progrediemur ad viuentia materialia, inuestigantes quid Intelligentiæ possint aut non possint quoad ea quæ spectant ad duplicem gradum vitæ materialis, nempe vegetatiuum & sensitiuum, eorumque adiuncta. Postremò quid Intelligentiæ in animam rationalem corpori iunctam, aut ab eo separatam, quid item in alias Intelligentias possint, aut non possint, perscrutabimur. Non distinguemus autem quid bonæ, quid malæ Intelligentiæ efficere valeant; quia vires naturales quas solas nunc attendimus, pares sunt in plerisque bonis & malis. Quinetiam in plerisque malis, sunt præstantiores, quàm in multis bonis. Quare frustrà afferretur ea distinctio. Necessarium tamen interdum erit, distinguere quæ possint Intelligentiæ suapte natura, & per vires sibi connaturales, ab iis quæ tantùm non possunt, quia impediuntur, seu quid possint per naturam, non possint per prohibitionem, vt loquitur S. August. 3. Trinit. cap. 9. qui hanc distinctionem agnoscit & in materiis particularibus difficillimam assignatu esse docet. Cæterùm ex illis quæ Intelligentiis circa prædicta capita concedemus, manifestum erit non omnia quæ à Magis per dæmones supra vires nostras fiunt, esse fictitia & delusoria, vt latiùs contra Plinium l. 3. c. 1. disputat Victoria relect. de Magia, num. 3. & Perer. l. de Magia c. 1. & 2. ac Suar. l. de superstit. c. 16. Operari enim Magos per dæmones quicquid supra vires suas operantur, affirmat S. August. 8. Ciuit. c. 19. & 3. Trinit. c. 7. & optimè q. 7. 3. ea §3. vbi aliquoties meminit pacti Magorū cum dæmone, & commercij quo tota hæc impietas nititur. Vnde non immeritò, firma stabilientur & à bonorum reprehensione vindicantur magiæ fundamenta, licèt se cassa dederit impius Vvierus, negans pactum, quod Magus inter & dæmonem ad opera magica intercedere, Catholici & eruditi quique semper senserunt, vt latè præter cæteros contra impium illū disputat Binsfeldius de confess. malefic. prælud. 6.

Quid possint Intelligentiæ in elementa & mixta inanimata, ac generatim quæuis corpora.

274 Primò igitur, quantum attinet ad quæcumque corpora, ac singulatim ea quæ vita carent, multa sunt, quæ quia motum localem, aut actiuorum idoneorum applicationē non superant, possunt circa ea præstari ab Intelligentiis. Nam per motum localem possunt ea quantumuis dura secare in partes, qua vi Accius Nauius cotem nouacula scidit apud Tull. 1. de diuinat. Possunt in iisdem corporibus validè attritis sonū causare, vel etiam articulatam vocem congrua fractione adhibita. Quo pacto flumen Causius Pythagoram salutauit teste Cyrillo 3. in Iulian. al. tum 2. eodémque referenda sunt cum D. Thoma q. 6. de potent. art. 5. ad 3. quæ leguntur de locutione simulachrorum. Idem dic de arboribus & aliis, quæ humanam vocem interdum edidisse legimus, estque communis sententia

sententia. Intelligentias id posse cui in speciem refragantur aliqui antiquiores vt Rubione. in 2.d.9.quæst.2. art.1. concl.1. & alios apud Bonetū 3. Theolo. cap.vlt. §.nunc autem. Verum Rubionius, vt patet ex d.11. quæst.1. sub finem, contendit tantùm, Intelligentias creatas, si desit corpus quod frangant, non posse producere per se ipsas qualitatem soni, quod verum est, & idem fortassis voluit ille alius. Non Christianus Philosophus, qui in sacris colloquium serpentis ac Euæ cognouerit, non videtur posse de hoc ambigere. Possunt item Intelligentiæ, fluminum & maris inundationes causare, vt concedit August. 18. Ciuit. cap.9. & eorundem decursum aliquem ad tempus prohibere diuidendo fluuios, & diuisa inferiori parte sistendo superiorem per immissionem impetus, aut retroagendo per motum contrarium. Sic enim factum quondam in Iordane, & mari rubro, ministerio bonorū Angelorum, idemque haud dubiè possunt mali, vt colligitur ex eo quod refert Plin. l. 2. c. 103. seque id posse iactabat Theudas Magus apud Iosephum 20. antiquit. c.4. quāuis id negent aliqui inter quos V.C. Florimōdus Raemundus opere de Antichristo cap. 16. num. 3. Similiter possunt mali impetum & ventorum eum prohibere, quod ab Apollonio Tyanæo factum, refertur apud Iustinum q.24. ad orthod. Factum quoque est ab Empedocle, vt docet quæ de eo his verbis tradit Clem. Alex. 6. Strom. cap. *Empedocles Agrigentinus κωλυσανέμας, id est ventis prohibens, fuit cognominatus. Dicitur certè quòd cum ex monte Agrigenti, grauis quidam aliquando spiraret ventus, qui non solum morbos importabat incolis, sed earum etiam mulieribus erat causa sterilitatis, fecisse vt is cessaret. Quoniam ipse quoque scribit in versibus.*

Indefessorum ventorum flamina sedes
Qui spirando humanam perdentes arua fatigant.

Et rursus,

Cùmque voles, eadem in rursus flamina pones.

Quibus adde ex Laërtio lib. 8. in Empedocle, continentes pelocibus hos versus.

Inducesque vndis de tempestate serenum,
Inducesque vndis pluuias æstate salubres,
Et flatus, siccos qui perficit omnia messe.

Addit que Laërtius illam ventorum repressionem, vnde illi nomen κωλυσανέμας, peractam ab eo, factis vtribus ex pellibus asinorum excoriatorum, quos ad collium & montium vertices admoueri iussit, ad comprescendos flatus. Nempe dæmon ex pacto ad pellium illarum præsentiam operabatur. Quod item censendum de illa maris fluctuum sedatione, quam interuentu primitiarum Diis oblatarum factam, scribit Simpl. in c.38. enchir. Epicteti. Facillimè etiam eadem ratione facere possunt Intelligentiæ, vt aliquid quamuis sub dio sit, neque nebulam neque pluuiam patiatur, quod de statua Dianæ Cyndiadis & de statua Vestæ apud Iasseos refert Polyb. l.16. sect.4. & immeritò putat eō potuisse contingere.

Eadem ratione si permitterentur possent vacuum inducere in naturam. Nam ad hoc sufficeret, diuidere, seu potiùs seiungere localiter corpora prius contigua, & amoto vno, impedire subsecutionem alterius, quod posse Intelligentias quanquam refragante Victoria relect. de Magia n. 33. & paucis Recētioribus, certum videtur, cùm ad id sufficiat motus localis vnius corporis, & detentio alterius. Quia tamen Deus, ob bonum vniuersi; & incommoda quæ vacuum in orbem inueheret,

stinet vnquam concurrere ad sejunctionem duorum corporis, nisi alterum possit succedere, propterea dixi Intelligentias non posse vacuum efficere, nisi permittantur. Et hæc exempli gratia dicta sint de his quæ Intelligentiæ circa omnia corpora & nominatim inanimata, præstare possunt per nudum motum localem.

271 Applicatione verò idoneorum actiuorum, possunt ea saltem mediatè & post aliquas transmutationes, vertere in alia inanimata corpora: nam si iuxta validè receptam Philosophici problematis partem, Chymici, (tametsi casu potius quàm ex certa scientia) possunt per idoneorum actiuorum naturalium applicationē ad passiua, aurum & alia inanimata corpora circa quæ desudant producere; quidni idem multò magis concedamus Intelligentiæ, quæ optimè nouit actiua omnia, & gradus qualitatum ad cuiuscunque mixti productionem necessarios, & congruum modum quo adhibenda sunt agens & patiens? Hac via facilè omnium fuerit dæmoni ditare suos, quod tamen ab eo nunquam fieri, testantur sordes, & miseriæ, summáque paupertas, huiusmodi dæmonis mancipiorum, vt bene aduertit Grillandus tractat. de sortilegiis c. 3. n. 9. addens ipse id à Deo statutum, ne multò plures tam potenti peccati illice pertraherentur ad interitum, nec se vnquam legisse, vidisse, aut audiuisse quemquam ex illis quos dæmon ditauerit & frequenter iactat ipse thesaurorum rem familiarem ea via fecisse auctiorem. Quæ sanè ratio longè potior est ea quam à Mago quodam acceptam, simpliciter nimium credidit Anan. l. 4. de nat. dæm. cap. 23. & 24. nempe quòd dæmon parcus sit in thesauris dispertiendis, ditandisque mancipiis suis, eò quòd thesauros suos asseruet in vsum Antichristi. Cæterùm quòd dæmon cum aliquos in thesauris vestigandis moratur, graue aliquod contra malum moliuntur, manifestum est ex exemplis quæ adducit idem Anan. ibid. cap. 24. & 28.

272 Vtroque modo propositio, nempe & per nudum motum localem, & per applicationem actiuorum idoneorum ad naturalia passiua, possunt Intelligentiæ non pauca præstare circa illa corpora de quibus agimus. Sic enim interuentu dæmonū pluuias procurant Magi, quod quotidianum est, & mirum negari à Iustino q. 31. ad orthod. Sic tempestates in aëre excitant, grandines, tonitrua, fulmina concitant. Id quod ipsis quoque Ethnicis perspectum fuit, vt docent illa Clementis, quæ ipse certè nō improbat [illegible] c. 1. *Dicunt aliqui pestilentias, & grandines, & procellas, & quæ sunt his similia, non fieri ex sola materiali agitatione aëris, sed solere etiam fieri per aliquam iram dæmonum vel Angelorum non bonorum. Ipsi verò aiunt Magos qui fuere Cleonis, observantes subitaneas nubes quæ erant grandinem eiaculaturæ, carnibus & sacrificiis iram depulisse. Quòd si fortè cui quandoque defuerit animal, suo cruentato digito sacrificasse.* Refert & ridet illa Seneca 4. natur. cap. 6. & 7. *Non tempero* (inquit) *mihi, quominus omnes nostrorum ineptias proferam. Quosdam peritos obseruandarum nubium esse affirmant, & prædicere cum grando ventura sit, & hoc intelligere vsu ipso potuisse, cum colorem nubium notassent, quem grando toties insequebatur. Illud incredibile, Cleonis fuisse publicè præpositos χαλαζοφύλακας, speculatores grandinis. Hi cum signum dedissent adesse iam grandinem, quid expectas? vt homines ad pænulas discurrerent, aut ad scor-*

tea?

ras? Imò pro se quisque, alius agnum immolabat, alius pullum. Protinus autem nubes alio declinabant, cùm aliquid gustassent sanguinis. Hoc rides? Accipe quod rideas magis. Si quis nec agnum nec pullum habebat, quod sine damno fieri poterat, manus sibi afferebat. Et ne tu avidas, aut crudeles existimes nubes, digitum suum bene acuto graphio pungebat, & hoc sanguine litabat. Nec minus ab huius agello grando se avertebat, quam ab illo, in quo maioribus hostiis exorata erat. Rationem huius rei quidam quærunt. Alteri, ut homines sapientissimos decet, negant posse fieri, ut cum grandine aliquis paciscatur, & tempestates munusculis redimat, quamvis munera etiam Deos vincant. Alteri suspicari ipsos aiunt, esse in ipso sanguine vim quandam potentem avertendæ nubis ac repellendæ. Sed quomodo in tam exiguo sanguine potest esse vis tanta, ut in altum penetret, & eam sentiant nubes? Quanto expeditius erat dicere, mendacium & fabula est? At Cleonis iudicia reddebant in illos, quibus delegata erat cura providendæ tempestatis, quod negligentia eorum vineæ vapulassent, aut segetes procidissent. Et apud nos in duodecim tabulis cavetur, ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc Antiquitas, credebat attrahi imbres cantibus & repelli; quorum nihil posse fieri tam palam est, ut huius rei causa nullius Philosophi schola intranda sit. Ita Seneca, qui si veram illorum effectuum causam agnovisset, nempe artem & industriam dæmonum, aliud de illis narrationibus, deque prædictis effectibus iudicium tulisset, & quale nos Christiani ferimus.

177 Sunt Plures, Ægyptias plagas in quibus grando, pruina, ignis, & huiusmodi alia meteorologica inveniuntur, operationi dæmonum tribuit verbis illis, Psalmi 77. *misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem immissiones per Angelos malos.* Vbi late S. Augustinus, hanc Intelligentiarum circa hos effectus potestatem astruit, & confirmat exemplo tempestatum, quas concitante dæmone sævisse in sancti Iob domos, pecora, ac substantiam universam, legimus in illius historia c. 1. Brachmanibus potestatem fuisse (nempe dæmonum interventu,) ciendi pluvias, & tenebris aërem circumfundendi, scribit Damascius in vita Isidori apud Phot. cod. 242. pari arte tenebræ à Tartaris cùm volunt inducuntur ut refert Marcus Paulus Venetus in itinerario *l.1. Rhamasy* additque se à latronibus hac arte quandoque circumventum, vix evasisse. Sed & Cardanus 19. *subtilit.* ex Haitono in Sarmatarum historia, refert, fusos à Tartaris hac tenebrarum offusione hostes iam prope victores. Simili arte Filappij referente Damiano Goës, ventos pro libitu cient. Sed & eadem opera Finnij Boreales populi, referente Olao l.3.c.16. ventos venales negotiatoribus exhibebant; & Henricus Sueciæ Rex, ventum eam in partem movebat, in quam obvertisset pileum: unde illi, ventoso pileo, nomen datum. Addere possumus quod legimus de petra quadam, quæ Romæ extra portam Capenam erat iuxta ædem Martis, vigente enim nimia siccitate eam petram in urbem protrahebant, insequebaturque pluvia statim: unde petram illam, quod aquas manaret, lapidem manalem dixere, inquit Festus v. manalis, & Fulg. v. manales. Nempe in superstitiosa illa protractione, dæmon ex condicto pluvias causabat. Alia exempla & omnis generis peculationes dabunt Constant. l. de agric. c. 14. Clem. Alex.

Strom.c.1. sub finem, Binsfeld. commentar. in titul. Cod. de malefic. lege 4.q.4. & Delrio l.2.magic.q.11.

278 Itaque vt Diuina non prohibente, procurari possunt à dæmonibus prædicti effectus, facta vaporum multorum & halituum eductione sursum, siue per modum motum localem, quo ea corpuscula ab Intelligentiis fabricantur, siue per applicationem naturalium agentium à quibus excitentur, aut certè coactarum iam alicubi nubium locali impulsione. Sic enim eodem modo per naturalia hæc agentia & patientia, cierent tempestates, & reliqua meteorologica, quo si naturaliter & absque vllo artificio Intelligentiæ conuenissent, vt optimè tradit D. Thomas in c.1. Iobi lect.3. in fine. Proindéque sicut cum Concilio Brachar.1. can.8. anathema dicimus Priscilliano, affirmanti, dæmonem sua autoritate (id est non permittente Deo, ac etiam non cooperante per modum causæ vniuersalis,) facere tonitrua, fulgura, tempestates, & siccitates; Quo etiam modo qui credunt dari posse homines immissores tempestatum per incantationes dæmonum, mulctantur certis pœnis Ecclesiasticis, vt videre est in Canonibus pœnitentialibus editis ab Antonio Augustino titul.6. cap.2. & 10. *in fine*. Sicut inquam hos cum Ecclesia abiicimus, ita nemino relicimus Beneiiù concionæ de grandine, quæ habetur apud Vvierum in Apologet. & ipsum Vvierum in subiectis concioni illi Epistolis, ac l.3. *de præstigiis* c.16. & paucos alios Liberi fermenti tangentes, qui hæc omnia quamuis iam olim receptissima, & antiquis duodecim tabularum, ac etiam recentioribus imperatorum legibus comperta, soli ipsi sapientes, & cæteris omnibus luce destitutis, bene oculati, fabulis annumerant.

Quædam circa subiecta prædicta Intelligentiis neganda.

279 Nunc breuiter attingamus nonnulla ad hoc primum caput attinentia, quæ Intelligentiis neganda sunt, quamuis aliqui secus senserint. Huiusmodi sunt penetratio, & replicatio corporum. Vtrumque enim est supra leges naturæ; & hoc posterius, non nisi per reproductionem, aliamve aliquam toti naturæ indebitam actionem, perfici potest. Bene Arnob.l.6. num.12. *Quæ sunt primaria singularitáque, naturâ, multa fieri nequeunt, simplicitatis suæ integritate seruata, & hoc amplius nequeunt, si humanam formam habent, vt opinio vestra declarat.* Et paulò post agens de statuis loco distinctis, *Si eo credis idem Vulcanus esse dicetur, perit omnis ratio atque integritas veritatis, si hoc fuerit susceptum, posse eundem in omnibus vno tempore permanere aut Deorum est vnusquisque dicendus ita esse, ab ipso se ipse diuiditur, vt & ipse sit, & alter, non aliqua discrimine separatus, sed ipse idem, & alius. Quod communis recusat & respuit aspernaturque natura, &c.* Quæ contra naturali contra dæmoniacæ virtuti possibilem replicationem dicta, perperam ad negandam Deo replicationis possibilitatem trahuntentur, de quo alibi. Nunc satis est replicationem naturaliter repugnare. Quòd si Pythagoras vt est apud Originem 6. contra Celsum vno multum ab initio visus simul est duobus in locis, dicendum est interuenisse ea in re præstigium, illóque, (vt ex Cyrillo suprà adducto constat, docéque etiam Plin. l.24. cap.17. & S. Chrysost. in priorem Epistolam ad Timoth. hom.1. *in Moral.*) insignem Magum, cùm reuerà tantùm esset in

vno

suo loco apparuisse tamen in altero, in quo reipsa non erat. Aliàs verò cùm creditus sunt Magi duobus in locis simul esse, falsus rumor fuit, ob celerrimam transvectionem Magi ex vno loco in alium: vnde factum, vt tempore non bene subducto, crediti sint simul vtrobique fuisse. Sic refert Niphus l.2. de dæmon. c.9. Magum quendam intra dimidiæ horæ spatium coram duobus iudicibus in ciuitatibus remotissimis comparuisse vectum ope imaginis magicæ, vt ille ait, id est ope dæmonis hominem ad imaginis exhibitionē ex condicto vectantis.

280 Imò penetratio corporū præstari non potest nisi exclusione modi extensiui à quo formaliter prouenit exclusio corporum; vt rectè affirmarunt iam olim aliqui apud Rubinium in 4.d.10. q.3. art.1. & rectè exposuit Less. l.3. de summo bono à num.86. ad 90. Modus porrò ille rei corporeæ & extensiuus quem affectatur ita connexus est, vt naturaliter ab ea auelli nequeat, sicut enim rei finitè extensæ ita necessariò connectitur aliqua figura, vt non possit deesse, ita modus ille ita necessariò connexus est cum extensione, vt naturaliter disiungi nequeat. Ex quo fit, vt nequeat naturaliter fieri penetratio, quæ non nisi inter res extensas modo illo extensionem affectante priuatas, interuenit. Itaque Origenes l.3. contra Celsum, *paulò ante medium*, non dubitat figmenti arguere quod Celsus narrauerat de Cleomede Astypalensi, quem arcam ingressum & intus operculum retinentem, aiebat non fuisse in ea repertum, cùm inimici comprehendere hominem volentes arcam confregissent. Nimirum vt benè subdit Origenes, nullum ibi Diuinitatis argumentum interuenit ex arcæ penetratione per nequam illum pugilem, cuius summam crudelitatem memorat Theodor.8. contra Græcos, *circa medium*: sed dato quòd tota illa narratio nō sit Celsi figmentum, dæmon (vt benè Origenes subjicit,) delusit adstantes: nempe siue eripien Cleomede per apertam ante arcam aliis non cernentibus, siue impediendo ne exiliens videretur cùm effracta est arca. Nec aliter contigisse censendum quod Simon Magus de seipso iactat 2. recog. *ferè initio*, verbis illis, *si fugere voluero ... est vt montes perforem & saxa quasi lutum pertransirem.*

281 Non est etiam difficile agnoscere per veteratoris artem absque vera penetratione contigisse illud inter Philumenes miracula à Seuerianis iactari solitum tanquam præcipuum, vt scribit D. August. hær. 24. nempe quod in angustissima oris ampullam vitream, panem grandem immitteret, eùmque extremis digitis leuare soleret illæsum. Nimirum infame scortum, non minus præstigiis, quàm dæmoniacis afflatibus & spectris nobile, vt videre est apud Quintiam in c.6. Tertulliani de præscript. & ibidem Pamelium, oculis adstantium sic imponebat, vt crederent immitti & extrahi panem, cùm tamen nihil tale fieret. Quod item aliqui existimarunt, & à sagis etiam non rarò iactatur, videlicet, posse hominem arte dæmonis per minutissima foramina transmitti, non est admittendum. Fictitia enim est subitio illa corporum humanorum per rimulas, sed vt rectè monent Tol.4. instit. Sacerd. c.16. in fine, & Sanchez l.2. in decalog. c.40. num.7. procurat dæmon muri vel ostij apertionem, ingressui subituri corporis sufficientem, quam tamen illico repositis eadem arte omnibus, nos non deregamus. Si tamen ageretur de corpore in spe-

cian

ciem tantum humanam, tametsi tenui, & ex vera aliqua substantia compacta, posset Intelligentia per rimulas illud subducere in clausum cubiculum, vt rectè docet Thyræus de locis infestis cap. 50. nam quamuis tale corpus in ea subitò non per exile foramen dissoluendum esset, tamen facilè postea posset denuo compingi, & in hominis formam externam componi. Quod memorat Leonicus libro 1. de varia histor. c. 9. de tribus in Dionysij sacello apud Elidem vacuis lebetibus, qui clauso & obsignato diligenter sacello, postridie illæsis signis, omnibusque integris, reperiebantur vino pleni, vique deforis affuso, non lebetibus innato; non suppeditat argumentum penetrationis factæ vi dæmoniaca. Facilè enim dæmon per se vinum impartiri poterat per tenuissimas rimulas; facile item stropham concinnare poterant Dionysiani illi sacerdotes, eadem arte qua Sacerdotes Beli apud Danielem, illæsis signis appositas idolo dapes abligurriebant. Ex hoc etiam exemplo patet quomodo dæmon sine penetratione possit vinum ex dolio & cella vinaria non aperta efferre, vt narratur in flagello maleficiorum cap. 2.

Nec plura de primo propositorum capitū. Omitto enim quod malè credula Gentilitas quandoque credidit, nempe expressas vi dæmonum à corporibus de quibus agimus, lacrymas, sudores, guttas sanguineas: quod non tam ad Intelligentias sæpe referendum fuit, quàm ad liquationem adnati humoris aut ad circumposita corpora, vt monuit Plutarchus in Coriolano. Plerumque etiam Sacerdotum imposturæ fuerunt, vt plenius refert Nancelius ad finem libri de risu, addens nominatim de statua ad cuius oculos spongias incisas, intelligentia etiam distillabant ipsa illachrymari credebatur. Simileque exemplum sua memoria contigisse scribit Polydorus Virgil. l. 3. de prodigiis circa finem. Quod si Christianus & Monachus ausus est, vt scribit Polydorus, quantò magis Ethnici?

ARTICVLVS III.

Quæ Intelligentiarum potestas quoad actus vitæ vegetatiuæ & eius adiuncta.

282 SEcundum caput complectitur vitam vegetatiuam, & eius adiuncta, morbos scilicet & mortem. Cùm autem ad hanc vitam pertineant tres actus, nempe nutritio, accretio, & generatio, supponimus nullum horum actuum vitā essentialiter vitalem, modò nomine actuum formaliter, seu quoad modum illum quo exercentur à viuente corporeo etiam sunt proprij, sic te corporeo etiam sunt proprij, sed tantùm excitatiuè ac materialiter. Nam spectato modo quo hi actus procedunt à viuente, nempe vt à principio intrinseco, & per potentiam sibi internam operante, manifestum est eos non posse administrari deforis. Quod voluit D. Thomas quodl. 4. art. 5. ac sæpe alibi negans Intelligentias exercere posse vitæ vitæ opera. Attendendo tamen substantiam horum infimorum vitæ actuum, non diffiterentur S. Thomistæ eos posse ab extrinseco principio prodire, saltem à Deo, quem constat posse nobis aggenerare particulam nouam materiæ, & eius quantitatem nostræ præiacenti quantitati adiungere, & nouam prolem ex

substan-

substantiæ nullam partem penetrare, quibus tota entitas illorū viræ actuum qualibus, de quibus agimus, importantur, tamen nullus desit modus secundum quem illi in nobis vitales sunt. Similiter ergo quæritur, an hoc eodem modo Intelligentia per applicationem aliquam actiuorum idoneorum, possit hæc omnia transeunter causare.

Ratio difficultatis, & varia placita.

283 Pars affirmans, ex eo fit verisimilis, quòd nihil asserti posse videatur, quominus Intelligentia applicatis idoneis actiuis, nequeat vitaliter disponere totalem vel partialem materiam, tam exquisitè, vt forma anterior abscedere debeat, & succedere noua immittenda, vel per causas applicatas si idoneæ sint, vel per Auctorem naturæ supplentem defectus causarum secundarum, cùm id exigit dispositio materiæ & ordo rerum, vt patet in embryone perfectè disposito. Nam idem quoque hic eueniturum citra vllam Diuinæ prouidentiæ & rectitudinis maculam rectè notauit Iustinian. in 2. Thessal. 2. ad vers. 10. Inde autem si materia partialis sit, existet nutritio, & accretio, si totalis, generatio.

Et quidem circa nutritionem & accretionem eo quo dixi modo spectatas, non videtur posse esse magna lis. Perspicuum enim videtur non esse Intelligentiis difficile, adhibito consentaneo pabulo & vi nutriente per extrinseci alicuius applicationem, aut impedimentorum remotionem roboratā, ac vegetiore redditā, nutritionem & accretionem procurare. Imò etiam facere vt viuens longè celeriùs ac etiam meliùs nutriatur ac augeatur, quàm alioqui accideret. Circa generationem tamen tota iam olim fuit, non quidem quoad animalia imperfecta, de his enim non potest esse difficultas. Nam vt bene ad hoc propositum argumētatur D. August. 3. Trinit. c. 9. *Quam multi homines nouerunt ex quibus herbis, aut carnibus aut quarumcumque rerum quibuslibet succis, & humoribus, vel ita positis, vel ita obrutis, vel ita contritis, vel ita commixtis, quæ animalia nasci soleant? Quid ergo mirum, si quemadmodum potest nosse homo unde illi vermes muscæque nascantur: ita mali Angeli pro subtilitate sui sensus, in occultioribus elementorum seminibus norunt vnde ranæ serpentesque nascantur, & hæc per certas & notas temporum opportunitates, occultis motibus adhibendo faciunt creari, non creant?* &c.

284 Difficultas ergo tantùm est de perfectorum animalium generatione. Et quidem apud nobilissimos scriptores compertum fuisse videtur, dæmonem nulla arte, aut applicatione, posse perfectorum viuentium generationem exequi. In quam sententiam delapsi videntur studio declinandæ alterius extremæ sententiæ, affirmantis Intelligentias, posse vitaliter gignere corpora. Quæ fuit sententia multorum Patrum apud Pamelium parad. 1. Tertulliani & apud Feuard. in 4. Iren. ad c. 70. ac etiam multorum Ethnicorū apud Engubinum in cap. 6. Genes. & apud Perer. disp. 1. & 2. in idem caput. Cui placito inter Recentiores adhæsit homo plerumque præceps Franciscus Georgius tom. 1. Problem. s. 1, q. 54. & t. 6. sect. 5. q. 192. Sed eam opinionem, *extremæ dementiæ*, damnat Theodoretus in epitome diu. decretorum c. de homine, Cæsarius verò dialog. 1. *Stultitia simul & blasphemia* insimulat, & reiiciunt etiam à Chrysostomo homil. 22. in Genes. & ab August. 15. ciuit. cap. 23. & ab Anastasio Niceno

c. 21. in Scripturam, passimque ab aliis. Nec est opus in ea refellenda immorari, cum nitatur Intelligentiarum materialitate initio exclusa. Locus verò Scripturæ quo Patres illi in eam sententiam abrepti sunt, quia scilicet c. 6. Genes. asseritur, filios Dei, seu vt antiqua editio habebat Angelos Dei, ad filias hominum accessisse, easque genuisse, siue Gigantes vt passim exponunt, siue dæmones, quam fuisse veterum interpretationem refert Perionius ad 2. Iustini apologiam: hic inquam locus, commodissimè à S. Ambrosio l. de arca & Noë, c. 4. & à Cassiano collat. 8. c. 21. & 25. & à Cæsario supra, Eugubino libro 8. perenn. Philosoph. c. 32. aliisque passim, exponitur de filiis Seth probis, ideoque nomen filiorum Dei & Angelorum sortitis, ingredientibus ad filias Cain. Quod obiter attigisse placuit, quia ex hoc aliisque huiusmodi locis malè perceptis, Plato vt aduertit Valles. c. 8. sacræ Philosoph. hausit errorem de Diis minutulis à Deo progenitis, & filiorum Dei nomine donatis. Quanquam Cyrillus Hierosol. catech. 15. strophas veteratoris Tartarei in eo figmento agnoscit, nempe quod cùm Deum ex muliere nasciturum inaudisset, præoccupare voluerit huiusmodi figmentis animos hominum, vt eodem in pretio haberent Dei ex muliere natiuitatem, quo illas Deorum minorum ex mulieribus fictitias origines.

285 Itaque studium falsæ huius sententiæ reiiciendæ in illis quos diximus Auctoribus, probamus. Quod tamen inde deflexerint ad alterum extremum, negantque Intelligentias nec per vllam quidem applicationem, posse ad viuentis perfecti productionem pertingere, admittendum vniuersaliter non est. Vt autem perspicua sit resolutio, distinguenda est ex applicatione. Vel enim quæritur an Intelligentiæ possint huiusmodi viuentia producere assumpto semine idoneo, & in locum naturalem transmisso; vel an assumpto quidem naturali semine, sed extra locum vluneum conseruato; vel denique an nullo semine assumpto deforis, sed vel assumpta aliqua alia substantia in semen primò conuersa; vel etiam immediatè sine vlla seminis, siue aliunde asportati, siue sua industria confecti, adhibitione. Difficile est perspicuam repugnantiam ostendere cur Intelligentiæ malæ, (absit enim vt bonas his ministeriis intendere suspicemur,) si non impediantur, nequeant omnibus his modis viuentia quæcumque corporea etiam hominem producere. Sed expendamus singula.

Intelligentiæ possunt quodlibet viuens producere, assumpto & in debitum locum transmisso illius semine.

286 In primis quod adhibito viuentis alicuius semine, & transfuso in naturalem locum, seu vt pulchrè loquitur S. Ambros. in Psal. 118. *in sinum [illegible]*, id est vterum, possint prolem semini illi consentaneam producere, concors est sententia grauissimorum Theologorum & Philosophorum, quos sequuntur ac referunt Castro l. 1. de iusta hæret. punit. c. 16. Autores mallei p. 2. q. 1. c. 4. Thyræus l. 1. de apparit. spirituum c. 10. Valles. c. 8. hierophysicæ, Anan. 4. de nat. dæmon. c. 3. Delrio 2. Magic. q. 15. Palac. in 2. d. 7. disp. 4. Serar. in c. 6. Tobiæ quæst. 1. c. 4. Binsfeld. de confession. malefic. 2. p. quæstionis concl. 5. Petrus Gregor. l. 34. syntag. iuris c. 11.

Et

se quidem indubitatum est dæmones his plerumque turpitudinibus se delectare, vt hoc negare impudentiæ esse videatur, iudice D. Augustino 15. Ciuit. cap. 23. ob frequentissima experimenta Syluanorum & Faunorum, quos vulgus vocat incubos: & quos à Gallis memorat dæmonum genus Dusios (Quorum legendum monet Bod. 2. Dæmonol. cap. 7. quasi ... hi autem dicti sunt ... differentiam Dryadum, quæ item syluas incolebant.) Alias multas sui temporis experientias adducit Guilielmus Paris. 3. 2. de vniuerso, c. 25. Sed neque fines hos sæculorum in quos deuenimus, hoc generis nostri probro caruisse, docent multa exempla, quæ idem Bodinus collegit, & quæ habent etiam Mel. 1. p. q. 50. art. 1. & Vales. ac Palacius suprà, ac L. q. 1. physiol. Stoicæ dissert. 20.

287 Neque hic ferè dissentiunt Aduersarij, si verò excipias eum fere ... vt de omnibus hæreticis dixit Aug. 4. in Iulian. cap. 3. Vuierum dico, qui l. 3. de præstig. à c. 19. ad 24. omni ope ac studio contendit hæc omnia in figmenta, quibus patrocinantur, vitiatam imaginationem referre. Quicquid autem in probatis auctoribus vel historiis de hac re memoratur, siue nouũ siue antiquum, fabulæ illi & nugæ sunt. Nititurque præsertim falsa assertione Hymenis, quam membranam ait in pullis dæmonum incubum virginibus, integram adhuc repertam esse. Nos tamen peritioribus medicis Fernelio 1. physiol. cap. 7. in fin. Laurentio 7. anat. cap. 12. & quæst. 13. Valesio cap. 25. sacræ Philos. aliisque, huiusmodi rerum peritissimis, eam membranam dari negantibus, fidem habentes, omittamus Vuierum argumento vt minimum incertissimo stabilire ingium suum figmentum patrocinium. Nec ei præsidij quicquam esse in cap. 22. Deutero. quod præter Hymenem astruere, rectè ostendunt Vales. suprà, & Vasq. 3. p. d. 121. num. 51. Imò quamuis hoc admitteremus, facilè dicere possemus illæsa carne interuenisse verum, & non duntaxat imaginarium cum dæmone in assumpto corpore congressum. Quod exponeremus ea ipsa ratione qua S. Thom. quodl. 6. art. 18. declarat prolem interueniente viri opera, illæsa virginitate concipi posse.

288 Sic abacta Vuieri petulantia, agendum superest cum aliis, qui verum dæmonis in assumpto corpore congressum admittentes, negãt prolem inde concipi posse, tametsi dæmon verum (vt supponimus) semen aliunde exportatum adhibeat. Ita Vlricus Molitor libro de pythonicis mulier. cap. 6. & 10. & Boguetus l. de sortileg. cap. 14. dubitatque Pererius in cap. 6. Gen. disp. 3. num. 74. & Conimbr. 1. de gener. cap. 4. q. 10. art. 3. sub fin. Sed nihil afferunt quod vrgeat. Nam dissabilitas spirituum ex quo argumentantur, non est tanta, quin possit per dæmonis industriam impediri, cùm id tantùm spectet ad inhibitionem motus localis illorum corporum. Frigiditas verò seminis adhibiti à dæmone incubo, quam testantur frequentia experimenta apud Bodinum suprà cap. 7. & apud Boguetum cap. 2. & 13 & 14. non euincit, (vt malè aliqui contendunt,) seminis illius inefficaciam & ineptitudinem ad prolis procreationem. Vel enim tunc dæmon nõ adhibet verum semen ex viuente decisum, vel non vult laborare in fouendis & retinendis spiritibus calorem semini conciliantibus. Itaque cùm in casu quem

tractamus adhibeantur eædem processus causæ quæ ad naturalem & ordinariam generationem sufficiunt, tametsi alia sit causa applicans, non dubium quin eadem actio possit sequi. Et ita præter multos ex suprà adductis August. Ancon. loco. 15. *super missus est*, quæst. 4.

289 Eam tamen actionem nemo iure tribuat Intelligentiæ, sicut nemo iure dixerit agricolam esse patrem spicæ, cuius semen ipse immiserit terræ, vt rectè ad hoc propositum dicit D. August. 3. Trinit. c. 8. Quare semidei illi & heroës, quos tam multis fabulis inter gentes dedisse principium suspicatur Valles. cap. 8. sacræ Philos. perperam ex numine quodam & ex homine geniti credebantur, cùm dæmon non nisi materiam applicantis, ac velut agricolæ, partes sustineret. Quod item de Faunis, Syluanis, Satyris, Panibus, Dryadibus, Oreadibus, & aliis falsò creditis Deorum filiis, sensit Pitus 4. de prænot. cap. 4. & ex multis antiquis Ferrand. ad 4. Iren. c. 70. Gymnosophistarum primum autorem, quem è virgine conceptum fabulabantur, vt refert D. Hieron. 1. in Iouinian. hac ratione fuisse conceptum, coniectura est. Sed & Hunnorum gentem, fœdos hos natales primùm habuisse, scribit Iornandes in historia Gothica. Idem dicendum de aliis in hanc rem exemplis quæ adducit Serar. quæstione. 4. citata, inter quæ à nonnullis adiungitur exemplum f. Ieremiæ Prophetæ, quem huiuscemodi natales habuisse, fatente matre se id passam cùm in balneo quodam ancillaretur ex Petro Syluio & Coelio scribit idem Serarius. Quod iam ante iactatum, bilem concinerat Vviero suprà cap. 25.

Quid si verum semen assumant, quod in locum debitum non transmittant.

290 Addebatur præterea difficile esse ostendere repugnantiam in eo quod Intelligentiæ adhibito vero semine, tametsi non immisso in locum naturalem, possint illud quæ pollent industria promouere in animal, impediendo effluxum spirituum semini insitorum, & eorum calorem adhibitis idoneis actiuis fouendo, ac cõseruando. Sanè ratio ob quam hoc dæmoni negant Serarius & Delrio suprà, nempe tanta spirituum dissipabilitas, non euincit intentum, siquidem in ea spirituum conseruatione & fomento, nihil est quod superet inhibitionem motus localis. Et confirmari posset exemplo quod legitur apud Abulensem parad. 1. cap. 16. Vt tamen certò constet dæmonem non fore diuinitus impediendum ab huiusmodi generationis procuratione quoad hominem, supponendum est hominem eo modo progenitum fore Adamicum, (vt videntur supponere Autores prædicti,) quandoquidem principia illius generationis cùm materialia tum effectiua, eadem in tali casu interuenirent, quæ in ordinariis generationibus. Si autem homo sic progenitus, supponeretur non fore Adamicus, propter procreationem in loco non naturali peractam, eò quòd talis locus spectet ad viam ordinariam procreationis, penes quam homo denominatur Adamicus: si inquã ea suppositio fieret, certissimum est, quicquid sit de absoluta circa hoc Intelligentiæ potestate in actu primo, Intelligentiam nunquam permissum iri sic procurare hominis generationẽ, ne ordo à Deo cõstitutus violetur, vt violan

...dum sane esse illico admittet Christianus Theologus. Præterea supposito quoque quòd talis homo procreandus foret Adamicus, nisi Intelligentiæ in huiusmodi generationis humanæ procuratione poneretur obex diuinitus, adhuc tamen dicendum videtur, dæmonem eam potestatem ad actum nunquam reducere. Non enim sustinere vult laborem illum tandiu fouendorum spirituum, & seminis conseruandi in ea dispositione quæ ad procreationem necessaria est, quia id extra naturalem seminis sedem præstare est operosissimum. Atque ita valere potest quod iidem Serarius & Delrio affirmant, videlicet si quando proles eo modo procreata visa est, vel non fuisse prolem ea ratione procreatam, sed furto acceptam & suppositam, vel dæmonem simulasse se infantem. Hoc tamen non impedit quominus dici possit dæmonem pollere industria sufficiente ad producendam verum prolem interuentu veri seminis ab animante accepti, tametsi extra naturalem procreandæ prolis locũ collocati. Quod autem Sanr. l. de superstit. cap. 16. num. 5. negat id posse fieri, eò quòd ad perfecti viuentis productionem necessaria sit specialis virtus animæ & materni vteri, hoc inquam quia facilitate asseritur, eâdem reiicitur. Præsertim cùm in Ægypto ad Cayrũ, pulli, qui vtique perfecta sunt animalia, non matre incubante, sed ouis ad fimi calorem dispositis, excludantur, vt refert Scalig. exerc. 23.

Quid si ne verum quidem semen ex viuente assumant?

191 Præterea verò non videtur facile, perspicuam repugnantiam ostendere, cur dæmon non assumpto semine iam confecto intra animal, nequeat opus de quo agimus exequi. Non quidem seipso, id enim erroneum esse rectè censuit Bellarm. l. 4. de Pontif. cap. 12. sed per applicationem idoneorum actiuorũ ad passiua conficiendo verum semen, & inde postea fœtum procreando. Vel etiam immediatè absque seminis interuentu ita disponendo massam argillaceam viuentis speciē configuratam, vt debeat in eam induci anima. Nam configuratio illa non excedit vim Intelligentiæ, cùm importet duntaxat motum localem illius materiæ. Quod verò præterea ad massæ illius animationem exigitur, est certa primarum qualitatum temperies dæmoni bene nota, & ab eo actiua passiuis applicante inducibilis. Ea ergo temperie inducta, abscederet forma præiacens: proindeque ne materia maneret vacua, aut susciperet formam ad quam non esset disposita, necesse esset aduenire formam, cuius temperies illa est dispositio vltima. Et hoc pacto factos esse à Magis Ægyptiis serpẽtes oportuit, si verè facti sunt, vt existimat S. August. 3. Trinit. cap. 7. & 10. Ciuit. cap. 18. alibi tamen addubitans aut etiam negans: quod aliis quoque non paucis Patribus placuit vt videre est apud Pamel. in cap. 57. Tertulliani de anima.

Ita igitur difficile est ostendere deesse Intelligentiis talem potestatem, quasi in actu primo. Ab eius tamen exercitio (saltem quoad homines) diuinitus impediri Intelligentiam certum est, ne proles ab originis peccato immunis, peculiarem Dei ergase œconomiam & specialem pro se rerum ordinem postulet. Nec mirum ita impediri Intelligentias, cùm etiam qui serpentes produxerunt Ma-

gi ac dæmones à cyniphum tamen, id est breuissimarum musculatum productione, impediti sunt coram Pharaone vt pateret nihil eos posse nisi data potestate desuper vt obseruat D. Augustin. dicto cap. 7. Cæterùm si supponeretur tanquam certum esse in Intelligentiis hanc potestatem, rursusque supponeretur eius exercitium à Deo non impediri, nequaquam sequeretur dæmone per eam potestatem in ministri alicuius sui gratiam verbi gratia Antichristi, procurante vitam cadaueri paulò ante animato, (quod multò facilius videtur fore ob perseuerantem configurationem homini debitam;) non inquam si id fieret sequeretur, homines destitui prudentibus motiuis vitandi errorem, inde fortè confirmandum ex intentione Satanæ. Nam prudenter agendo deberent tunc agnoscere esse opus Satanæ, siue verè ibi vitam adesse existimarent, siue fictam per præstigias. Siquidem attendendo vitam eorum quibus administris Satan vteretur: vel expendendo repugnantiam doctrinæ quam illi prædictis operibus stabilire intenderent, cum vera doctrina & operibus à Deo certissimè profectis confirmata: ac denique omnes circumstantias attentè pensando, non deesset via prudenter dignoscendi opus de quo agitur dæmoniacum esse, ac proinde tale esse vt veræ fidei præiudicare, & dimouere homines de Christiana soliditate non deberet. De qua re alibi fusiùs & multa Suar. t. 2. 3. p. d. 31. sect. 2. Ea tamen doctrina non est hoc loco necessaria quoad illam siue cadaueris humani, siue non connaturalis massæ animationem. Quia, vt dixi, Deus nunquam permittet dæmonem (si ea potestate polleret) eam exprommere. Non enim volet Deus ei subiecto immittere animam quæ corpus iam informauerit. Statuit enim ad nullius materiæ quantumuis dispositæ vsque factam, denuò consistere talem formam cum materia, sed tantum pro beneplacito suo id supernaturaliter faciet, in tempore opportuno quoad hominem vt infrà dicam dum aget resurrectionem potestati Intelligentiarum. Non item volet ei materiæ immittere formam recens creatam, quia in hac vrgeret incommodum suprà adductum de peccati ordine ad quem sic editus homo pertineret, ob immunitatem à peccato originali. Reuera enim homo ille non esset Adamicus, quamuis in proposito casu de cadauere, materia alias fuisset pars compositi verè Adamici. Nec plura de actibus vitæ vegetantis quæ Intelligentia æmulari potest.

Possitne Intelligentia actus vitæ vegetantis impedire.

292 De impedimentis verò quæ adhibere potest ad impediendos eosdem actus, quoad generationem quidem nihil attinet dicere, cùm res sit quotidiana, & iam olim factitata. Quod constat ex Herodoto in Euterpe circa de Amaside Rege, & Ladice; & ex Plinio l. 28. c. 2. & 1. remedium ad id præscribente. Et verò impedimentorum huiusmodi inductionem, non excedere motum localem & applicationem actiuorum idoneorum, rectè declarat Binsfeldius de confess. malef. 1. p. q. concl. 6. & Petrus Mamoris in flagello malefic. c. 7. & 10. ac Bernardus Comensis tract. de strigibus, c. 15. ex Paludano in 4. d. 4. Quoad nutritionem verò & accretionem, res est etiam perspicua, & patebit ex iis quæ dicemus de morborum inducibilitate.

293 Interrogari quoque hoc loco

potest,

pus est, an possit etiam Intelligentia calore vim caloris naturalis, ita vt sine vlla cibi assumptione possit ad longum tempus vitam prorogare. Respondendum est posse, siue temperato interno calore, per applicationem spirituum aut siue humoribus viscosioribus, qui in caloris pabulum cedere possint ex toto corpore collectis. Quo proportione modo pleraque bruta vitam sine cibo vllo ad longum tempus transigunt, vt docet Aristoteles 8. histor. c. 14. & 17. & 4. de part. c. 5. & Agricol. l. de animantibus subterra. A cap. 13. Nec aliter de quibusdam hominibus quos longam inediam naturaliter tolerasse legimus, philosophari sunt Portius libello de puella Germanica c. 6. Mercurialis c. 12. Molina 2. parte c. 7. Langius l. 2. epist. 18. aliique multi. Non tamen daemon idem praestat, immissis permodica aliqua tenui, sed maxime efficacitatis substantia, vt legere est apud S. Prosperum in dimidio temporis, *cap.* 6. Et idem de longa illa inedia hominis quem à se visum ad mare rubrum testatur Cleombrotus apud Plutarch. l. de defect. orac. n. 16. Magum enim fuisse, & cum daemonibus familiariter agentem, docet diuinatio futurorum quae in speciem pollebat semel in anno, & odor suauissimus qui ex loquentis ore diffusus vicina loca complebat, & alia narrationis illius adiuncta, quae apud Plutarchum legere licet. Vitam ergo planus ille menstrua tantum amari cuiusdam fructus è quadam medica herba sumptione tolerabat. Proindeque necesse est fructum illum fuisse efficacissimam aliquam substantiam naturalem, vel ex parte artificiosam, à daemone subministratam. Qua etiam ratione multas hypocritarum per longam inediam sanctitatis gloriam aucupantium strophas, plerumque deprehensas esse certum est, & propositis exemplis declarant Ioannes Pontanus l. 2. de sermone cap. 16. & Petrus Gregor. l. 33. Syntax. cap. 10.

Quid possint Intelligentiae, circa affectiones vitam vegetantem afficientes.

194 Nunc subdamus aliqua de affectionibus vitam vegetantem afficientibus, nempe de sanitate, morbo, & morte. Et quidem sanitatem aut morbum posse ab Intelligentiis induci, facilè suadetur, quamuis de sanitate dubitare videatur Origenes 8. contra Celsum sub finem, imò id disertè negare videtur S. Irenae. contra haer. cap. 56. cùm agens de Magis virtute daemonum operantibus ait, *Et non in beneficium hominibus faciunt ea quae faciunt, sed in perniciem & errorem, per magicas elusiones, & vniuersa fraude plus laedentes, quàm vtilitatem praestantes his qui credunt eis in eo quòd seducunt. Non enim caecis possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes daemones effugare, praeter eos qui ab ipsis immittuntur, (si tamen & hoc faciunt,) neque debiles, aut claudos, aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos, quemadmodum saepe euenit fieri secundum corporalem infirmitatem, vel earum quae à foris accidunt infirmitatum bonae valetudini restaurare etc.* Verùm intelligendus est Irenaeus de curationibus quas Magi illi haeretici ope daemonum ostentarent edere in erroris sui confirmationem. Quo pacto indubitatum est, si aliunde non suppetat occasio prudenter detegendi autorem daemonem, impediendam à Deo curationem. Aut etiam de curationibus adli-

tis

tis absque idoneorum actiuorum naturalium applicatione, cùm nuda expulsio localis humorum noxiorum, alteriusve substantiæ morbum inferentis, non posset ad conciliandam sanitatem sufficere. Nec aliter intelligendus est Arnob. l. 1. num. 34. verbis illis. *Age nunc veniat quis super igneam zonam, magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo vt assentiamur authori. Bactrianus & ille conueniat, cuius Ctesias res gestas historiarum exponit in primo. Armenius Hostanis nepos, & familiaris Pamphylus Cyri, Apollonius, Damigero, & Dardanus, Velus, Iulianus, & Bebulus, & si quis est alius qui principatum & nomen fertur in talibus habuisse præstigiis. Permittant vni ex populo in efficium sermonis dandi, ora curtunlare mutorum, surdorum auriculas reserare, siue luminibus procreatis cæcorum redintegrare naturas, & in frigentia iam membra sensus animasque reducere. Aut, si ardua res ista est, neque aliis permittere talium possunt operum functiones, ipsi faciant, & cum suis ritibus faciant. Quicquid maleficia graminum nutricant terrarum sinus, quicquid virium continet fremitus ille verborum, atque adnexa carminum contextio, non inuidemus, adsciscant, non interdicimus, colligant. Experiri libet & recognoscere, an cum suis efficere Diis possint, quod ab rusticis Christianis, iussionibus factitatum est nudis.* Sic ille iis tantum quos dixi modis negās dæmonibus abigendi morbi facultatem, siue per seipsos, siue per interpositos magos ac ministros suos, à quibus ne reduuiam quidem aut papulam, nisi interpositis herbarum aut graminum succis, aliisve idoneis naturalibus actiuis, curatam negat. Illis tamen interpositis fatetur n. 50. potuisse à dæmonibus sanari aliquos ægros, de quibus id fama ferebat. Quamuis sibi addat id non esse in dæmone admiratione aliqua dign[um], cum & medici sic curent, [...] illa rerum admotarum beneficia, [non] curantium potestates.

295 Quòd ergo Intelligentia vim habeat morbi inducendi, & sanitatem procurandi, facile est ostende[re] illustri exemplo quod memorant [...] Aug. 4. ciuit. cap. 26. & Lactant. [...] instit. cap. 8. & latissimè Arnob. l. [...] à num. 43. *Tiberio Atinio* (inquit Lactantius) *homini plebeio, per quietem obuersatus esse Iupiter dicitur, & præcepisse vt Consulibus & Senatui nuntia[ret] ludis Circensibus proximis præsultorem si[bi] displicuisse, quod Autronius Maximus quidam, verberatum seruum sub furca medio circo ad supplicium duxerat, ideoque ludos instaurari oportere. Quod cum ille neglexisset, eodem die filium perdidisse, ipsum autem graui morbo correptum, & cum rursus eandem imaginem cerneret, quærentem satisne pœnarum pro neglecto imperio pependisset, lectica portatum ad Consules, & omni re in Senatu exposita recepisse corporis firmitatem, suis pedibus domum rediisse.* Hæc Lactantius, vnde apparet ablatam subitò & redditam sanitatem ope dæmonis ludos illos eo quasi prodigio sibi deposcentis.

296 Idem dici posset de miraculis Vespasiani, & Hadriani; quorum ille cuidam oculorum tabe laboranti, & alteri manu ægro, restituit sanitatem; alterius oculos oris excremento respergendo, alterius manum pede calcando, vt Tacitus 4. histor. & Suet. in Vespas. cap. 7. referunt. Alter verò duobus cæcis visum restituisse dicitur. Posset inquam de his quoque dici dæmonem ad Christi miraculorum fidem eleuandam, ab impedita per maleficium sanitate cessasse, atque ita visos sanari creditos ad Vespasiani nutum, aut verbis

Apol

Apollonij Tyanei qui tunc aderat, vt [illegible] adnotauit Baronius anno Christi 71. vocaliter proportione secunda de [illegible] fortes fortes. Sed Adrianus dici posset [illegible]. Nã nihil est necesse ita philosophari. Nã quod ad Vespasianum attinet, Tacitus significat morbos illos humana ope fuisse curabiles, imò ipsam visum deperdit restitutionem, cùm morbus [illegible] aliud sentire non iubet, [illegible] naturalem esse, docent Vales. [illegible] Philosophiæ, & Serar. [illegible] Tobiæ quæst. 2. & iam olim in c. 11. Tobiæ quæst. 2. Quod verò spectat ad Plin. l. 11. c. 37. Quod verò spectat ad Adrianum, Spartianus ex Mario Maximo affirmat strophami fuisse, & simulatam cæcitatem, ab iis ex composito excogitatam qui persuadere Adriano nitebantur vt in [illegible], quem perferebat doloribus, vitæ vsquam perferebat doloribus, vitæ [illegible] non abijceret. Tandem alibi [illegible] non abijceret. Tandem alibi [illegible] propositis quo ex modis [illegible] philosophandum est quoad ægros. & in duos cæcos oraculo dæmoniaco præmonitos, quos exhibet tabella marmorea ex Romano Æsculapij templo quam exscripsit Mercur. l. 2. gymnast. c. 1. itemque quoad Demetrium Phalereum si vera sunt quæ de restitutione à Serapide visu scribit Laert. l. 5. [illegible] ab Ethnicis fuit [illegible] beneficio Æsculapij [illegible] auctor est Arnob. lib. 1. [illegible] 31. Confictas tamen fuisse has curationes existimat Baron. anno Christi 139. sub finem. Confictas enim interdum ab Ethnicis fuisse miracula in Deorum suorum gratiam, docet [illegible] Theoteeni apud Euseb. [illegible] c. 2.

157 Ad eos ergo qui verè à dæmone ægri & sani fiunt veniendo, de quibus [illegible] agit Tatianus orat. contra Græcos à num. 17. adducens num. 1. exemplum à Iustino [illegible] quemdam suo in hanc rem ad [illegible]. Comprehendit ille dæmones

[illegible]. Si quidem vt illi [illegible] saepe solent, deinde [illegible] familiaribus eos vexabant: sic etiam qui ab Ethnicis existimantur Dij, quorundam membris hominum se insinuantes, deinde per somnium suum in [illegible] falsò [illegible], in publicum prodire iubent, & in conspectu omnium postquam desiderant ex mundo rebus se explicarunt, ab ægris ... [illegible] suo dolo produxerant [illegible] restituerunt homines [illegible] redderent. Ita ex Iustino Tatianus, qui quod præmiserat, dæmones non sanare morbos, ne clarè sibi intra paucas lineas contradicat, exponendus est, quod non faciant nisi adiunt præsentes, & per motum localem, vel applicationem actiuorum idoneorum depellant morbum, qua eadem ratione paulò ante concesserat idem Tatianus, posse à dæmone immitti morbos, cùm ante id negasset eodem proportionali sensu quo nunc dico negari ab eo inductionem sanitatis dæmoni esse possibilem.

Verùm quomodo hæc omnia à dæmonibus per applicationem idoneorum actiuorum effici possint, luculenter explicat Euseb. 4. præpar. c. 1. cùm enim aggressus esset conuellere eam Theologiæ Ethnicæ partem quæ Ciuilis dicebatur, continebatque oraculis, responsis, curationibus, vel inductionibus morborum, aliisque huiusmodi, præmittit vnam quamdam responsionem, quam tametsi præ se ferat quòd ea vti nolit, reipsa tamen asequitur. Est autem ea responsio huiusmodi, quantum quidem spectat ad sanationes à dæmonibus præstitas, de quibus nunc agimus. *Miracula quæ simulachris attribuunt, dicunt [illegible] naturâ rerum fieri. Multa enim genera esse herbarum, multa lapidum, secreta quadam & occulta virtute, naturâ insitâ morbus pellentem potentia, quibusdam*

inducentia. Alia enim contrahere, atque densare, alia distrahere & rarefacere, tendere aut contra mollire & solvere, nata esse, quæ alia brevi tempore alia longo efficiunt, & alia in longum durent, alia citò dissolvantur. Ita animalia consimiliter sanitati alia inserviantur, alia morbos è contra morbos inducunt. Multa etiam lunæ cursum ita sequuntur, ut simul cum ea crescant atque decrescant. Animalia igitur animalia, plantæ, lapides, gemmæ, magnas virtutes insitas sibi natura possident, ad quæ omnia peritia quæque licentiam habent dæmones. Hactenus Eusebius, accommodatè ad explicandum quomodo applicatione idoneorum activorum possint dæmones sanitatem conciliare, aut vice versa morbos inducere. Quomodo autem per motum localem idem possint, humores scilicet commouendo, & variè permiscendo, vel ab ea commotione cessando, facilè est intelligere. Et pertinent eò quæ habentur apud Abdiam 8. histor. Apostol. initio & apud S. Cyprianum libro contra idola num. 16. Vtroque illo modo, hoc est & per motum localem & per idoneorum naturaliū causarum applicationem, potuerunt pestem depellere in illo exemplo quod legitur apud Anastasiū q. 25. in scripr. & cùm facta est aduectio serpentis Epidaurij, de qua fusè Arnob. l. 7. à num. 50. & in eo casu quem Laërtius l. 1. in Epimenide refert occasionem Atheniensibus præbuisse, statuendi aras sine nomine. Idem dico de illa epilepticæ curatione, quam interuentu primitiarum Diis oblatarum factam memorat Simplic. in c. 38. Enchiridij Epicteti. Alia præterea innumera frequentissimè leguntur. Obiter porrò moneo, tametsi dæmon possit verè morbos depellere, ut dictum est, tamen non esse vllo modo illi fidendum, tum ob Numinis offensam, tum quia morbos à dæmonibus curatos paulò pòst recidere, etiam cum auctario, testatur ex sua in variis ægris experientia Fernel. l. 2. de abditis c. 16. & hanc ipsam instabilitatem in conciliata per Magos sanitate notauit S. Irenæus 2. aduers. hær. c. 56. & 57. patuitque in Adriani Imperatoris curatione. Itaque rectè eos qui à dæmonibus mediatè aut immediatè huiusmodi beneficia expectant, monet S. Leo serm. 19. de pass. Dom. *Beneficia dæmonis omnibus esse nocentiora vulneribus.* Cùm post damnum animæ certò illarum constet certam sanitatem à dæmone non conferri, sed volaticam tantùm, æternis incommodis nisi id, qui pacti aut initæ societatis rescissio interueniat, cumulandam. Et eodem respexit S. August. 8. ciuit. cap. 24. cùm dixit, *Dæmones beneficia præstando esse magis nocentes, quia magis decipientes.*

198 Hic specialiter quæri potest quid sentiendum de quibusdam, clauos, acus, cultros, ligna, saxa, ossa, capillos, pannos & alia huiusmodi egerentibus. Grillandus tract. de sortileg. c. 3. sub fin. existimat hæc omnia ad præstigias esse referenda. Quod probat ex eo, quòd materiæ illæ quantumuis solidæ & duræ videantur, puta ferrum ac lapides, tamen intra biduum aut triduum liquescunt, quod à se frequenter notatum scribit. Consentit Cardanus 15. de variet. c. 80. At Vvierus l. 4. de præstig. à cap. 2. ad 17. probabilius existimat dæmonem has quas dixi materias veras & naturales aliunde acceptas, eò deferre velocissimè & inuisibiliter, atque se contraria expertū quàm scribat Grillandus, nempe lacinium panni rudioris à se extractam ex ore puellæ maleficium passæ, in humorem non fuisse solutam. Sed & Ananias l. 4. de natura dæmon. cap. 25. negat materias

stas semper apparentes esse, reserituas in Piceno ad quandam S. Iacopi ædem, pleraque ex illis è laquearibus pendentes, omnibus patere. De eadem persueranntia huiusmodi rerum, testis etiam est Bogaetus de sortileg. cap. 34.

299 Mihi dicendum videtur interdum quidem hæc omnia posse esse ex alia materia quam præ se ferunt, ideoque sensim deposita concretione dissoluere, quod probant Grillandi experimenta. Alias tamen esse veram & naturalem substantiam, qualis externis apparet, & ideò permanere. Ingestam autem fuisse per maleficium comminutam in puluerem, & intus postea eadem arte coaluisse, vt sentit supra Ammas; nec improbabiliter, cum hæc omnia ad mentem tantum localem spectent, ideoque sint dæmoni possibilia: vel certè ingesta fuisse integra non per pororum extensionem, vt fabulantur aliqui latè reiecti à Binsfeldio comment. in tit. de malef. lege 4. quæst. 7. concl. 4. sed interce dente si opus sit partis solidæ diuisione, & subita ac imperceptibili reunione, vt censet Syluest. v. maleficium quæst. 5. & Sayrus in claui regia l. 4. cap. 6. num. 19.

Aduertendum porrò est, cauendum esse ne, quod plerumque accidit, materia ex vitiatis humoribus naturaliter enata, putetur ingesta per maleficium. Sic plerique naturaliter enati in corpore angues & lacertulæ vt testantur Plutarch. 8. sympos. q. 9. Delrio l. 3. mag. p. 1. quæst. 4. sect. 6. & anno 1608. matronam, cui per annos quatuor ... maximè ... tandem cùm ad extrema deuenisset ... ingentem bufonem & horrendum serpentem, scribitur in litteris eius anni collegij nostri Aecquipani. De lapidibus autem & tophis quæ naturaliter innascuntur in omnibus propè corporis partibus, tractatum latè est cùm de fossilibus, & exempla non pauca habent Scalig. exerc. 108. num. 3. Vuierus supra cap. 2. & 16. Mercur. 2. var. c. 20. & alij. Imò quod notandum est, quia ratione figuræ admirabilitatem habet maiorem, testatur Aristoteles 5. historr. c. 15. *talia enata quibusdam in vesica quæ nihil differrent à conchilijs.* Rondeletium autem l. 1. de testaceis c. 51. & 52. enatam cuidam in renibus ex pituita vitrea gemmam, memorat. Huiusmodi ergo, si in quibusdam corporis partibus procreata exterui corporis ... contingeret, non essent ad maleficium referenda. Interdum tamen eò posse referri, eò quòd non procreentur naturaliter docet exemplum paruuli Turonensis, adductum à Gregorio Turonensi in vita Monegondis.

300 Morbos excipit mors, de qua nunc agendum, nam *mors ipsa sum quæstionibus mors,* (etiam in hac parte) *sicut finis omnium quæstionum*, vt pulchrè dixit Tertull. cap. 50. de anima. Controuersia ergo est an lethi sæua necessitas, possit Intelligentiæ arte eludi. Quidni enim saltem hoc modo possit homini contingere, quod fabuloso illi Iasoni; nempe vt recoctus iuuenescat, aut quod naturaliter conuenit serpentibus vt senectam ponant ex 8. histor. c. 17. & felibus qui eodem gaudent priuilegio ex cap. 65. admirandarum audit. & aquilæ cuius iuuenta renouatur, & ceruis qui *ætatis ... arbiter serpente pastus ... languescit in iuuentutem* vt dixit Tertull. l. de pallio. c. 3. Et quamuis hæc non sit nisi noxiorum humorum excussio, vel partium excrementitiarum ... gradantium depositio: tamen quidni per huiusmodi depositionem opportunè factam, accedente appli-

ratione alicuius actiui naturalis partes vegetantis, possit vita perpetuari per Intelligentiam? Sane vitam arboris vitæ fuisse naturalem, senserunt Delr. 2. mag. quæst. 24. Mol. Perer. Beca Corn. & alij in Cosmopœia, quidni ergo possit Intelligentia, eum, aliumve similem fructum adhibendo, senium alicui cauere, atque adeò vitam perpetuare? Nam vt demus aliquam repassionem contingere ab actiuis quæ adhiberentur, posset tamen dispendium illud sarciri per efficacitatem eorundem agentium, quibus temperamentum in suo primæuo statu reponeretur. Sicut plerumque videmus pueros quibus totum corpus insanit, restitui arte medica ad optimam temperiem, non tantùm noxiorum humorum depulsione, sed etiã mutatione temperamenti in partibus pessime prius affectis. Quidni ergo in adulto etiam & sene, idem possit Intelligentiæ industria?

301 Respondet Vallena in fine collect. de arte magica & Binsfeld. de confess. malef. 1. p. quæst. concl. 8. annuuntque Valentia 2.2. d.6. quæst. 13. p. 2. tantam esse naturæ nostræ morbositatem, & in influentiis cœlestibus, quibus nunc fruimur inefficaciam, vt non possit dæmon vitam alicui prorogare ad mille annos; tantum abest vt id possit in æternum. Fictitium tamen videtur, comminisci cœlestes influentias, deteriores nunc esse quàm olim. Nisi si quis cum Abulensi in cap. 5. Gen. quæst. 11. recurrat ad nouum aliquem & maleficum sydereum aspectum ex proprio stelliferi motu deriuatum, quod vt [illegible] est diuinare. Deinde quantumuis infausta sint sydera, & quantacunque sit nostra morbositas, ratio suprà tacta, perstat inconcussa. Nam ad conseruandam vitam in perpetuum, requiritur tantum perpetua conseruatio temperiei sufficientis ad permansionem animæ in corpore. Atqui dæmon videtur posse temperiem illam præstare perennem, applicando congrua actiua, & indendo parti permanentem accedenti, melius temperamentum quàm esset in parte præexistente. Ergo videtur posse vitam conseruare in æternum, si velit, & permittatur.

Quod addo, quia certum est id nunquam dæmoni permittendum, cùm statutum sit omnibus semel mori. Quo sensu intelligo illud Tertulliani cap. 50. de anima: *Nec Magia tamen dabit quemquam, vt eximat morti, aut repastinet vitam [illegible] te immutata.* Neque verò dæmon etiam permissus id vellet. Eos enim æternæ mortis socios habere cupit, quibus cum pro amicitia vitam longam aut perennem velle, possemus admirari. Quamquam quod ad tempus eã gratiam suis præstet, vt mortem ad tempus declinent, permittente Deo, non inierim inficias. Quò pertinent quæ scribit Anan. l. 4. de nat. dæm. cap. 11. de concessa à dæmone cuidam Hettero veste, quam ille indutus omnes ictus sine noxa exciperet. Et quæ eodem lib. cap. 1. scribit ex Saxone Grammatico l. 2. historiæ Daniæ, de Frontone, seu, vt apud ipsum Saxonem habetur, Frothone, cui Vbilda quædam vestem ferro ac telis quibuscunque impenetrabilẽ concessisse proditur. Nempe facile fuit dæmoni impactum ictum ita temperare, vt non læderet, aut teli & ferri immissionem inhibere.

Quædam Intelligentijs neganda circa ea quæ ad vitam in quolibet subiecto spectant.

302 Claudamus secundum hoc caput.

corpus, in quo temperatum versamus, organicis partibus quas intelligentiarum ... circa illud sunt designandæ; ... cuiusmodi sunt inductio animæ in corpus quomodolibet dispositum; & ... iam collegisti. Concinnè ... Theologiæ Ægypt. ... inquit enim: ... *anima instrumentum est* L. 12. cap. 5. *...instrumentum ... artifex ... instrumenti ... ad opus ... , falsi ... , ... corpus sibi ... : sit animæ aptum corpus sibi ... pro ... suo.* Ita ille & rectè, atque passim Philosophi. Ne igitur anima congruis illis organis destituta otiari cogatur, frustràque ... corpori, præexigit materiam certo modo sibi congruente adaptatam, & in certa organa efformatam; quæ si desint, nulla creata vi adigi poterit vt subintret & actuet corpus nullo sibi vsui futurum. Atque ita D. August. 18. Ciuit. cap. 18. expressè negat posse dæmonem transformare homines re ipsa in bestias, fatetur tamen posse ab eo illudi aspicientium oculis, & eorum qui putant se ita transformari. Vt miror Danæi ... frontem, contrarium asserentis S. Augustino. Nec dissimili ... Bodinus 2. dæmonom. cap. 6. pro eadem contraria sententia allegat S. Thomam, qui expressè quod asseruimus confirmat 1. p. quæst. 110. & in 2. d. 8. ac sæpe alibi, idémque iam olim tradiderat Trismeg. cap. 10. Pimand. ... fine.

303 Hinc apertè habetur, fabulas esse, quæ leguntur de magica transformatione Apuleij seu potiùs Luciani (nam expressit huius Luciani dialogum Apuleius, vt fortassis Lucianus Lucij Patrensis simile opus, de quo Phot. cod. 129.) Item quæ de sociorum Diomedis & Vlyssis transmutatione commemorant Poetæ; ... à Varrone ... relata supra ... Aug. cap. 17. eadémque quæ de hominum in lupos mutatione ... tur, consentientibus nouatoribus aut aliis passim contra scriptoribus, inter quos Vincent. Molitor l. de pythonicis mulieribus cap. 5. Bodinus suprà, eúmque allegans, & latè secutus Spondanus ad 10. Odyssee. Sanè cùm dæmon nequeat renouare vnionis ad vitam, vt paulò post dicam; consequenter cum qui lupus aliquando tale ... hominem ex homine factum videbantur, resumere postmodum speciem humanam; manifestum est, animam rationalem non abscessisse. Atque ita oportet quicquid antecesserit fuisse præstigiosum, aut ex falsa imaginatione profectum, accedentibus præsertim veris quibusdam effectibus, qui sæpe has delusiones comitantur. Nam Ægineta l. 3. cap. 16. & alij Medici, lycanthropiam, aut (vt alij appellant) lupinam insaniam, inter morbos numerant. Hæc igitur morbus ex excessu bilis atræ & humorum vitiatione excitata, ingenerat affectus quosdam lupinos, aliquando etiam pro varia materiæ qualitate leoninos, caninos, & similium brutorum, quibus affectibus fouetur ficta illa existimatio quam quis habet quòd versus sit in lupum, proceditque odium in oues, & eas lacerandi appetitum immittit, sicut qui visi cerebrum manducarunt, vt testatur testis non ... l. 3. de præstig. cap. 21. videntur sibi esse visi, & per syluas discurrunt quasi visi essent.

304 Quòd si dæmone cooperante accedat exterior lupi species, vt plerumque euenire probat Sayrus in claui l. 4. c. 6. num. 18. tunc qui ita laborat, non modo sibi, sed & aliis lupus videtur. Qua itera ratione citra vllum lycanthropi medium euenire posse

posse certum est, vt ipse aliis lupus videatur, cùm tamen lupina duntaxat pelle circumtectus sit, vel aëreo corpore quasi lupino quod ipse dæmon ad illius hominis motum transfert. Et tunc non est mirum si ictus & vulnera apparentibus illis lupis illata, inferantur reipsa hominibus illis quorum exterior species lupina videbatur. Interdum tamen dæmonem sopito alicubi lycanthropo, sæuire in homines, specie lupi, vel naturalem lupum vexando & agitando, illustri exemplo declarat Guliel. Paris. 2.2. de vniuerso, c.13. *in fine*. Et tunc cùm contingit lycanthropum absentem vulnerari, dæmon Dei vindicis permissam delicti & pacti pœnam, infligit illi vulnus quod accepisset, si affuisset, vbi dæmon lupina specie eius loco grassans, vulnere appeti visus est.

Plenissimè hanc hominis à dæmone intransmutabilitatem in aliam speciem, ab Ancyrano Concilio apud Gratianum cap. *Episcopi*. 27. q.5. definitam, & ab omnibus Scholasticis assertam, confirmant Medin. 2. parten. c.7. Perer. l.5. in Daniel. Tyræus l.2. de apparit. spirit. à c.15. ad 24. Delrio 2. Mag. q. 18. Castro l.1. de iusta hæret. punit. cap.14. Loyerius 2. de spectr. c.7. Binsfeld. de confess. malef. 1.p. quæst. concl.4. & ex hæreticis Vvierus l.3. de præstigiis, cap.10. & l.4. c.22. & 23. bene item Plinius l.8. c.22. vbi opponens sibi Evantis testimonium in contrarium, rectè ait *nullum tam impudens mendacium esse vt teste careat*. Quo vno verbo ad quæcumque iactantur ex profanis exempla, & ad qualescumque rumor sparsit vere transmutatorum in bruta hominum narrationes, cumulatè respondetur. Quæ verò ex Nabuchodonosoris sacra historia petuntur, huc non pertinent, vbi Angelicam duntaxat potestatem inquirimus, non diuinam, qua contigisset transmutatio illa Regis in bouem, si verè contigisset. Quod meritò negant omnes Catholici, & patet ex vnguium & capilli promissione, quæ dicitur accidisse Nabuchodonosori in illo statu. An enim boues vngues, & capillago? Quid autem ibi interuenerit extraordinarium diligenter explicant Mol. 1.p. q.111. in fine, Vales. c.80. sacræ Philosophiæ, & Interpretes Dan.4.

305 Iam quod viuentium regressus ab interitu impossibilis sit Intelligentiis, vt suprà asserebam, certissimum est; displicetque Mayron. in 4. d.7. q.4. concedens Intelligentiis potestatem restituendi animam corpori. Quamuis enim supponeremus verum esse quod supra expensum est, nempe quòd Intelligentiæ interuentu actiuorum idoneorum possint producere quodcumque viuens materiale, tamen ex quo disruptus semel fuit nexus animæ cum corpore, siue anima perierit, vt in omnibus viuentibus præter hominem, siue persistat, vt humana, non est in potestate Intelligentiarum ita aptare materiam, vt hæc potiùs quàm illa forma aduenire debeat: cum omnibus eiusdem speciei formis & animabus, par cubile & similiter stratum debeatur: nec ex his numero dispositionibus, consequatur necessariò hæc forma, vel hæc vnio huius formæ essentialiter respectiua, sed tantùm aliqua vnio & forma, quam Deus intra speciem illam pro arbitrio determinauerit. Qui etiam vniuersali decreto ob vniuersi pulchritudinem sanxit, nullum indiuiduum quod ex mundi veluti scena excesserit, denuò reuocare ad esse, quamuis id faciendi potestatem sibi ipse non adimat, cùmque de facto

in

in lumine sit opportuno tempore comparatus.

Quare resurrectiones quædã apud Ethnicos olim Magorum opera, vel etiam citra eam dæmonis solius operâ factæ, quas referunt Med. 2. paræn. ... Vives 2. de verit. fid. c. 21. Delr. 2. Magic. q. 25. & alij post Plinium, l. 7. c. 52. non fuerunt veræ resurrectiones. Interdũ enim animal non verè obierat, sed diuturnum soporem iacuerat, ... proportione contingit, vt ... videtur reuixisse, quod ... Aristoteles sect. 30. ... Problem. q. 21. Et idem dicendum de illa cupresso quam in Vespasiani villa refert Suetonius sine vlla vi tempestatis radicitus amissam atque prostratam, sequenti die firmiorem ac viridiorem surrexisse; non enim breui illo tempore abscesserat vita à cupressu, sed dispendium quod eradicatione subierat in spiritibus, vel eo quod in plantis proportionale est spiritibus, compensatum est industria dæmonis. Atque ita visa est arbor surrexisse, cùm tamen non tunc plus surrexerit quàm vere nouo, cùm cultum suum resumit. Et eadem proportione seruata euenit animali in casu de quo agimus. Vel si animal imperfectum fuit, & reuera vita aduenit materiæ, animal inde enatum, non est illud ipsum numero quod priùs vixerat, sed aliud simile. Plerumque etiam cum Magia intercedit, & homo videtur resurgere, dæmon subingressus cadauer, viui specie exhibet hominem, vt notat Anastasius, q. 23. in Scripturam, & detectâ Simonis Magi imposturâ idem docuisse S. Petrum memorat Andr. Cæsar. serm. 23. in Apocalypsim.

306 Hinc verò præterea apparet abscessus illos & regressus animarum, quos quidam malè sani admiserunt apud Ananiam 3. de natura dæmon. c. 28. quosque habere locum in furtiariis extasim patientibus nimium aniliter censuit Bodinus 2. dæmon. c. 5. non fuisse reuera regressus animarum; quia sic data fuisset resurrectio interuentu dæmonum, sed fuisse dæmonum animarum specie apparentium alterve hominibus imponentium ludibria. Non enim corpus (vt de vadente & redeunte Hermotimi anima, iocatus est Tertull. c. 44. de anima) est animæ pro vagina, vt eximere inde eam liceat, ac denuò immittere. Quod item est dicendum circa similia exẽpla quæ habet Plin. l. 7. cap. 52. & de illis aliis recentioris memoriæ apud Petrum Gregorium 1. de immortalit. cap. 18. Refellunt super hac re Bodinum Loyerius 4. de spectr. cap 15. & Delrio 2. Mag. q. 25. item Vuiclessum Valdensis t. 1. doctrin. l. 2. cap. 38. docens ita philosophatum Vuiclessum ex insano (vt ait) principio, quo diffitebatur vnionem animæ ad corpus; asserens vnionem esse solam materiæ & formæ indistantiam, absque vinculo. Et hactenus de secundo capite proposito.

ARTICVLVS IV.

Quid possint Intelligentiæ circa vitam sensitiuam, & eius adiuncta.

307 QVoad tertium caput seu vitam sensitiuam & eius adiuncta ordiendum est à vita sensitiua externa, præsertim à functione visus quem *regem sensuum* appellat Philo l. de Abraham & *quasi Solem corporis nostri*, Chrysostom. homil. 35. in Ioannem, annuente Isidor. Pelus. l. 2. epist.

epist. 112. quam visus præcellentiam testigisse oportuit, vt minùs miremur tantas in eo delusiones interuenientes dæmonis opera, posse contingere, ob tam multa ad eius functionem necessaria. Multis ergo falsis speciebus deludi posse ab Intelligentiis externos sensus ac in primis visum, docent quæ adducit Gulielm. Paris. 3. 2. de vniuerso, c. 22. & 23. & Coccius t. 1. thesau. l. 4. art. 6. *Nec magnum illi* (ait de dæmone Tertull. l. de anima, cap. 57.) *exteriores oculos circumscribere, cui interioris mentis aciem excæcare perfacile est.*

Fontes delusionum in externis sensibus.

308 Et plerumque quidem ita euenire videtur, propter imaginationis immutationem, vt affirmat D. Thom. quæst. 6. de poten. art. 5. *in corp.* & Sibyllanus deca. 3. cap. 5. quæst. 2. allegans S. Bonauenturam, & Turrecrematam. Quibus adde Gabrielem in 2. d. 8. quæst. 2. art. 3. qui bene omnino hoc declarat, & vocitat huiusmodi illusionem propriè dici præstigialem. Cùm autem ita fit, videtur sibi homo, oculo, aliòve sensu percipere, quæ oculo aliòve sensu non percipit, sed imaginatione tantum. Monet tamen S. Thom. 3. contra gent. cap. 104. & annotat Victoria relect. de Magia num. 5. id numquam euenire integris & solutis sensibus exterioribus, sed tantùm in dormientibus, & iis qui extasim patiuntur. Plerumque verò ipse quoque externus sensus reipsa deluditur, vt est Iustinum ad quæst. 81. orthodox. quod aliquot ex his tribus modis fieri docent Gabr. loco allegato, & Mol. 1. p. quæst. 111. art. 4.

Primus modus est, per mutationem factam in obiecto, adhibita celerrima eius agitatione vel occultatione, vt de Incubis Dæmonibus philosophatur August. l. 18. Ciuit. c. 18. Eadem rationem cur in arca conspicua crederentur, cùm tamen idem eis contigisset quod Iphigeniæ, dæmonum interuentu subitò subtractæ, reposita cerua in eius locum, Vide 18. Ciuit. cap. 16. videtur autem referre mira quædam à circulatoribus edi solita. Vt quidam qui edit panem, sperte cernatur farinam fieri, qui bibit vinum, per frontem atque etiam per iugulum cernatur, quæ gladij vorentur magno horrore spectatorum, & ingens vis excernatur acuum, zonularum, nummorum.

309 Alter modus consistit in mutatione facta ex parte medij, quæ mutatio secluso quouis Intelligentiæ artificio causa plerumque multa est hallucinationis, vt rectè annotat Gabr. suprà, & patere potest variis exemplis, ac nominatim eorum qui subitò conuiuas truncos, aut asininis capitibus, aut sub vite triclinio opposita apparere fecerunt, vt commeminit Vincen. suprà, & fortassis etiam huc ex parte pertinent mira illa quæ contigerunt in conuiuio quo Albertus Magnus Gulielmum Imperatorem excepit Coloniæ vt videre est apud Bzouium anno Christi 1248. num. 2. Spectant eodem duo perillustria exempla, quæ habentur apud Nilum cap. 100. & 101. libri de oratione. Item quod habetur apud Plinium l. 35. cap. 15. de Anaxilao qui excandescentis sulphuris repercussu, pallorem dirum, velut defunctorum, affundebat conuiuis. Cuius ludicra imitatus, Marcus hæreticus simul & magus, apud Iren. l. 1. c. 9. & 13. & apud Epiphan. hær. 34. vinum album in triplici calice vinum apparenter transmutabat, vinumque

rerum

calonum veluti sanguineum, alterum purpureum, tertium cæruleum reliqui pariter. Ambigue autem Feuard. ad Irenæi locum quis esset iste Anxilaus, cuius ludicra Marcus ille imitabatur. Sed dubitationem sustulit Eusebius in Chronico, docens Anaxilaum Larissæum Pythagoricum Philosophum ac magum, vrbe Italiaque ab Augusto pulsum, anno Imperij Augusti 28. Sed quod spectat ad hanc medij mutationem in qua versamur, Gabriel supra, ait, Intelligentiam si admittantur species visibiles, posse eas in medio profusas mouere localiter, & earum multiplicationem prohibere. Et ita etiam Maior in 2. dist. 8. q. 3. quorum neutrum placet. Nam quomodo posset Intelligentia cohibere effluxum specierum ab obiecto præsente, cùm neque possit illi denegare concursum, neque species habeant contrarium, cuius in medium immissione excludantur? Quomodo item posset Intelligentia mouere species, quæ sunt accidentia, non corporalia, vel ramenta ex obiectis decisa? Posset quidem Intelligentia medium cui species insunt mouere, & vnà cum eo species, sed nisi talis sit puritas medij mod., vt secundùm eam liceat obiecto agere naturaliter in medium, & præimmissum in illud speciem conseruare, prohibet species, atque ita motus ille medij per Intelligentiam factus erit impertinens ad propositum nostrum, quia productio speciei æquè fieret in medio si abesset motus, ac posito motu. Fateor tamen illam medij perturbationē, non parum conferre posse ad expressionem, vel confusionem, aut sic vel sic affectam vim repræsentatiuā speciei.

310 Tandem tertius modus consistit in variatione aliqua potentiæ, siue per localem mutationē partium organum componentium, vt adducit Argent. in 2. d. 8. q. vnica art. 2. (tamen aliqua addens parum appositè) siue affusione alicuius humoris, siue obstructis spirituum animaliū meatibus. Humor enim sanguineus, vel luteus oculo affusus, facit vt omnia illi similiter colorata videantur, & humor amarus linguam præoccupans, omnia similiter sapida exhibet, vt experientia docet, notatque autor Theologiæ Ægypt. lib. 12. cap. 1. & 6. ac etiam Aristoteles tertiò animæ, tradens celeberrimum illud effatum, *Intus apparens obstruit, & prohibet alienum*. Cuius dicti cùm variæ omnino & parum idoneæ expositiones suo loco expensæ, adducantur, illa est optima quæ in eo de quo agimus sensuum experimento fundatur, nempe quòd intellectus, si esset materialis & organicus, ratione organi corporei cui inesset, haberet determinatam dispositionem, pugnantem cum receptione siue intentionali siue reali præerequisita ad obiecti cognitionem eliciendam à virtute illa organica: ex quo fieret vt intellectus sic permeatus per illam intus apparentem siue organo insitam dispositionem, non posset fieri omnia intelligibiliter, quod vis intellectiua habere debet. Hi ergo sunt generales fontes delusionum in externis sensibus.

De eadem vita sensitiua externa, sigillatim.

311 Sigillatim verò interrogari potest circa visum, possitne Intelligentia reddere aliquod corpus inuisibile alicui adstanti. Respondendum est posse, & ita variis exemplis sæpe compertum est. De modo tamen est aliqua controuersia. Nam Gabr. supra lit. E, significat id faciendum esse per subitam ablationem obiecti, vel impedita

pedita transmissione specierum ab obiecto ad potentiam, aut earundem ablatione locali, & mutatione. Verùm facere quod obiectum ablatum, & loco motum non videatur, non est reddere illud inuisibile, sed vt id fiat, necesse est obiectū adesse. Quòd si obiectum subducatur, poterit contingere, vt videatur redditum inuisibile ob subductionem imperceptibilem, reipsa tamen non redderetur tale, & eo modo Apollonius, vt est apud Philostratum & apud Lactant. l. 5. cap. 3. inuisibilem se reddidit, atque Domitianum à quo tentus detinebatur declinauit, & Puteolis vbi socij expectabant, improuisus apparuit. Vt vel ex hoc facto appareat, Apollonium, quòd Eusebius in opere contra Hieroclem late ostendit, & Suidas ridiculè negat, magum, & quidem insignem fuisse. Eodem item modo contingebat olim, vt apud Cæsaream victima redderetur inuisibilis, putareturque in cœlum sublata, cùm tamen in imas aquas abriperetur, donec Asterij precibus cessauit impostura. Rem narrat Eusebius 7. histor. c. 12. & eadem vt ex adiunctis sacerdotij ac sacrificiorum constat, causa fuit subitę occultationis tabellę apud Palicem in Sicilia, vt narratur in admir. c. 55. verbis illis. *In Sicilia Palicis fons est, qui decem accubantium sinum occupat, hunc enim ad sexaginta cubitos aquam reijcere aiunt, adeò vt aestimantes cùm id videbant, campos exundaturum arbitrarentur: rursusque aqua in eundem redit fontem. Iurisiurandi quoque in se Diuinitatem deesse autumant. Nam si quis tabellam inscriptam iurisiurandi in eam imposuerit, si verè iurauerit, tabellam supernatare affirmant: sin secus, tabellam grauitate affectam in profundum aboleri, hominemque periurum cremari. Quocirca Sacerdotem ab ipso fideiussionem de expurgationis impensa suscipere, cùm fidem quis per iusiurandum depurgare videtur.* Hæc eo loco Aristoteles, aut potius Theophrastus, nam hunc esse librilli illius de admirandis auditionibus verum parentem colligitur ex Plinio 31. histor. c. 59. Notauitque Philander ad 8. Vitruuij c. 3. prorsus autem dissimili effectu in aqua stygia, vt est apud Phot. cod. 242. iniecta donaria eorum quibus dæmon propitium se exhibebat, deprimebantur tametsi leuia, cæterorum verò licèt grauissima supernatabant & eijciebantur foras. Subditque item ibidem de pœnis peierantium per campos & aquam stygiam. Similes subitæ occultationes interuentu dæmonum factæ, alibi non semel leguntur.

312 Nulla igitur controuersia est de obiecto quod in eodem loco persistet, qua ratione Iamblicus, l. de mysterijs §. 14. scribit Colophone fuisse subterraneum locum in quo fons erat, cuius aquam cùm post sacrificium gustaret Sacerdos statutis noctibus, afflatu nouo correptus, vaticinabatur, factus præsentibus inuisibilis. Notus etiam Gygis annulus, cuius tanta vis erat, vt præsens Gyges videri non posset nisi vellet, vt est apud Platonem 2. de Republ. *sed è contra*. Quanquam id à Philosophis commentitium fuisse docet S. Ambros. 3. offic. c. 5. vt exponerent, *Laudatum sapientem non ex impunitate sed innocentia peccati, & sapientem si illum induerit annulum, posseque eius beneficio latere delinquentem, non minus tamen vitaturum peccatum, quàm si non posset latere.* Nazianzenus quoque orat. 3. num. 62. in eandem classem narrationem hanc refert, cum narratione de Orci galea, qua indutus homo fieri inuisibilis credebatur, vt ibi ex Homero exponit Elias.

313 Quare ad controuersiam hoc

sensu

sensu propositum, respondendum est, localem mutationem specierum à Gabriele suprà insinuatam non posse esse visui ad hoc præstandum quia Intelligentia non potest ita abigere species, vt obiecto præsente & aliis obicibus seclusis, non perueniant ad oculum. Posset ergo Intelligentia reddere inuisibile corpus præsens, interponendo corpus aliquod corporibus appositis simile, quòdque proinde non internoscatur, nec exhibeatur vt distinctum. Sic enim corpus præsens eo quasi velo contectum, subducetur facilè visui. Idem poterit circumponendo ipsi corpori nouam speciem ac formam externam, sic vel sic densato circa illud aëre aut medio. Nec parum etiam conferet subtractio lucis, & tenebrarum affusio in obiecto. Nam cùm lumen necessarium sit ex parte obiecti vt visio peragatur, necessarium est vt quantum de luce adimitur, tantum visibilitas minuatur: atque ita quamuis tota lux non impediatur, tamen si tenuis sit, aut dilutior quàm oporteat, visus, vel non æquè bene vel nullomodo elicere poterit actum suum. Non memini applicationis, vllius actiui ex se idonei rem inuisibilem reddere, quia vt rectè affirmat S. Thom. 3. contra gent. cap. 104. *ratione* 4. nulli rei naturali competit huiusmodi virtus malè refragante Abulensi in cap. 13. Iudicum, quæst. 59. at quicquid etiam contra scribat Albertus de gemma heliotropia, & herba eiusdem appellationis inaugurat. Et quamuis id omnino non reiiciat Gulielm. Paris. 3. 2. de vniuerso, cap. 12. sed dicat, si id verum sit, oportere vt gemma illa impediat transmissionem specierum ad oculum; tamen vt bene aduertit Ferrar. in cap. illud 104. Albertus qui vim illam gemmæ huius asseruit, addidit, oportere vt gemma illa ad huiusmodi effectum præstandum, certis consecrationibus seu veriùs execrationibus & characteribus afficiatur, quæ sunt euidenti argumento, hanc vim non naturalem sed magicam esse.

Cæterùm rectè Abulensis suprà, obseruat si supponamus corpus alicubi ad Solem existens reddi inuisibile per supradictam circumpositionem vel interpositionem, fore tamen vt videatur vmbra eius, eò quòd licèt tunc oculi fallantur, tamen Sol non potest falli, nec penetrat radiis suis corpus illud circa quod oculus deluditur, ac proinde æquè exurget vmbra ac si corpus videretur. Vnde insuper fit vt si corpus illud ad Solem moueatur, vmbra eius videnda sit discurrens, corpore interim non viso. Præterea vbilibet corpus reddatur inuisibile, æquè impediet effluxum specierum à corporibus retro positis, atque adeò corporum illorum conspectionem, ac si non esset redditum inuisibile, vt rectè philosophatur idem Abulensis.

314 Quæ ad auditum sigillatim spectant, attingam infrà cùm de motu arbitrario. De odoratu illud tantum annotandum occurrit, posse ei illico exhiberi odores suauissimos per Intelligentias, quod docent exempla quæ leguntur apud Plutarchum l. de cessat. orac. num. 16. & 32. quanquam odores illos non tam recens productos noui alicuius actiui ad passiua applicatione crediderim, (tametsi hoc quoque fieri ab Intelligentia potuit,) quàm vna cum reali substantia in qua præextiterent aliunde apportata diffusos. Quo itidem modo accipiendû videtur quod de fragrantissimo odore Templi sa-

eræ ciuitatis, scribit Lucia. lib. de Syria Dea. Quod multò magis de altero illo exemplo dicendum ob infrequentem talis odoris è specu illa de qua Plutarchus agit, afflatū. Cæteroqui enim quòd exhalare è specubus quibusdam possit odor suauissimus, illustri exemplo argentariæ fodinæ Mariabergensis in Saxonia, docet Agricola in Bermanno dialogo. Potuit etiam per vehementem in interno sensu odoris perceptionem, imponi iis qui se illos percipere arbitrarentur, vt contigisse videtur ei qui in loco fœtidissimo tanquam in amœnissimo horto noctem integram versatus est, apud Gulielm. Paris. 3. 2. de vniuerso, c. 23. De gustu compertissimum est, eum non rarò ab Intelligentiis deludi. Quò spectant conuiuia quæ Numa exhibebatur auctore Plutarcho in Numa, & Dyonisio Halicarnassæo lib. 6. nec disparia Pasetis conuiuia, apud Suidam v. *Pasis*. Et quanquam non sit difficile dæmoni veros cibos exhibere, tamen ventris post conuiuia illa inanitas, non nisi apprehensa conuiuia, & imaginarios cibos, ac delusionem gustus arguit, iuuante fortassis imaginationem, certa humorum attemperatione, ex qua plerumque experimur erasci certorum quorundam saporum quasi gustum, tametsi non nisi saliua linguam perfundat.

315 Tandem interrogari sigillatim potest circa tactum, an Intelligentia, præsente vehementi sensibili possit eius functionem suspendere. Quò spectat an dæmonis industria aliqui nudis pedibus illæsi queant prunas calcare, quod negat Sirenius 9. de fato, cap. 14. asserens per oculorum fascinationē apparuisse quondam vt afflati Deæ Feroniæ numine, nudis pedibus prunas illæsi calcarent, quod apud Strabonem legitur 5. Geogr. & apud Volaterranum libr. item 5. Geographiæ, qua loco de Soracte agit. Idem à Sacerdote quodam factum refert Iamblicus 5. c. 4. libri de mysteriis, quæ minimè tamen contigisse licet contingere viderentur, existimat idem Sirenius. Sed non video necessitatem ea ratione philosophandi. Nec ita certè philosophatus est S. Thomas, nam quæst. 6. de potentia, art. 3. cum argumento 12. retulisset, referri quendam virtute cuiusdam scripti, atque adeò interuentu dæmonis, non fuisse læsum in igne. Respondet, id quidem non fuisse factum à dæmone impediente per suum imperium ne ignis ageret in huiusmodi subiectum: fuisse tamen factum per appositionem alicuius impedimenti naturalis, sensum humanum latentis, vel per remotionem ignis ne tantopere appropinquaret combustibili, vt consequeretur actio.

316 Harum viarum altera, vel etiam ambabus, vsus dæmon ille quem Theodoretus 3. histor. c. 21. memorat inhibuisse ad aliquod tempus validi ignis efficaciam; vsi item Magi illi Iudæi apud Epiphan. hæresi 30. qui ignem, vt Epiphanij verbis loquar, ligarunt, & actione impediuerunt. Alterutro item ex his modis, lituus ille qui Romanis clarissimū insigne auguratus habebatur, id est incuruum ac leuiter à summo inflexū bacillum, quod ab eius litui quo canitur similitudine nomen inuenit, cùm situs esset in curia Saliorū quæ erat in palatio, eaque deflagrasset, inuentus est integer teste Tullio 1. de Diuinat. nempe dæmone ad auguratus commendationem, alterutro ex prædictis modis lignum illud conseruante. Sed prior via expe-

ditior

ditios est, eiusque multi circulatores, qui scutulæ imponunt cum foccis quibusdam adhibitis, ignem aliare ignita & combustiua, impunè tractant. Sic Apouensis apud Scaligerum exerc. 15. *in fine* tradit, manum Mercurialis & portulacæ succo illitam, tractare impunè plumbum liquefactum. Sic item Busbequius in suis legationis Turcicæ epistolis, scribit visum à se Turcam qui ferrum candens sexies, aut septies per palatium (priùs ignitum) circumduceret illæsus. Alium item abs se visum refert, qui manus & faciē fuso plumbo lauaret, cuius etiam Cardanus meminit.

317 Cùm ergo Intelligentia optimè norit vim caloris inhibitiuā, aut partium stupefactiuam, quæ est in quibusdam naturalibus actiuis, facile ei est per eorum applicationem, Deo permittente, seruare aliquem in igne illæsum, vt perhibent frequentia exempla. Nam præter ea quæ iam sunt allata, Simonem Magum impunè in ignibus fuisse volutatum ope dæmonis, ex auctoribus antiquioribus refert Anastasius quæst. 23. in Script. & traditur etiam ab Auctore imperfecti hom. 29. Recentius exemplum refertur ab auctoribus Mallei parte 1. q. 15. & alterum in libro de religione & moribus Turcorū c. 15. Quinetiā salutatores illos qui se de S. Catharinæ genere mentiuntur, hodieque id facere, scribit Vairus 2. de fasc. c. 11. & Victoria sub finem relectionis de Magia. Quanquam hos salutatores, humano fortassis artificio non dæmoniaco adhibitis naturalibus mulctis tractare ad tempus carbones, in feruens oleum aut aquam manum immittere, in furnum succensum ingredi illæsos, colligitur ex illis quæ addit idem Vairus, nempe ex huiusmodi circulatoribus quēdam ingressum in clibanum, eo clauso fuisse concrematum. At facilè erat dæmoni succos illos quibus actiuitatem ignis ab eis inhibitam comprobatum esse dixit Vairus, etiam intra furnum vincente iam igne adhibere. Rotam verò quam in aliqua corporis parte naturaliter impressam, stirpis tesseram iactant isdem nebulones, addit idem Auctor deprehensum esse quod artificiosè impressa esset, idem pronuncians de signo serpentis quod circumferunt qui se de D. Pauli familia iactantes à serpentibus demorsos sanant. Quanquā vt obiter hoc addam, Anianus 4. de nat. dæm. c. 11. refert quemdam sibi notum, virum probum, & in magna constitutum dignitate, vt nulla posset esse imposturæ suspicio, natum cum signo anguis humero impressi, vel saliua tantùm adhibita restituere solitum sanitati omnes demorsos à serpentibus. Quæ potuit esse gratia gratis data, de qua pleniùs agere alterius est instituti.

Quid possint Intelligentiæ circa vitam sensitiuam interiorem & actus ei subordinatos.

318 Venio ad ea quæ possunt Intelligentiæ circa internas sensationes. Et possunt sanè non pauca, interuentu commotionis spirituum & humorum. Inde enim accidere extraneas phreneticorum & febricitantium imaginationes, dum per eum humorum & spirituum tumultum, sensata cum sensatis incongruè cōponuntur, tradit Caiet. 2. 2. q. 95. art. 1. ex Philosopho, l. de somno, c. 2. & S. Thomas q. 16. de malo, posséque ex eadem causa similia contingere non febrientibus & vigilantibus, annotat Dur. in 2. d. 7. q. 3. num. 5. Oportet itaque

vt Gabriel rectè aduertit in 2. d. 8. q. 2. art. 3. res ad quas cogitandas aliquis per Intelligentiæ industriam excitatur, prius fuisse sensatas; vt constat ex eo, quòd dæmon nunquam adducit cæcos à natiuitate vt imaginentur colores, neque surdos vt imaginentur sonos, sed quæcumque exhiberi procurat, fuerunt ante percepta, & eorum species in phantasia asseruantur. Sed quia hæ humorum nimio afluxu plerumque sopiuntur, aut aliter impediuntur, facilè est Intelligentiæ, abstersione humoris, vel alterius corporei impedimenti abstractione, aut certè noui humoris ad hoc vel illud cogitandum opportunioris affusione, eas quasi excitare, vt rectè aduertit Argent. in 2. d. 8. q. vnic. art. 1.

519 Sunt qui existimant species illas interni sensus, transponi, ac moueri ab Intelligentia. Ita Gabr. suprà & Ægidius quem refellit Scotus in 2. d. 11. quæst. vnica lit. D. & meritò, nam phantasmata insident ipsi cerebro; quod cùm viuat, & continuetur cum partibus fixis & stabilibus viuentis, non potest subire eam transpositionem, viuo animali. Si tamen species aliquæ sensus interni inhærerent spiritibus, vel humoribus, vt Scotus ibidem & Perer. in c. 7. Exodi disp. 4. falsò existimant, facilè concederemus illa specierum in huiusmodi casibus transpositio. Et ita sensit Mayro in 2. d. 7. q. 3. Sed ea transpositione admissa, videtur impossibile exponere, cur Intelligentia non posset spiritus phantasmate fœtos, ex vno capite in alterum exportare; atque adeò facere vt cæcus à natiuitate, verè & legitimè imaginetur colores, vel vt surdus imaginetur sonos, quod meritò Intelligentiis denegat D. Thom. q. 16. de malo art. 11. ad 9.

Ex his ergo patet qua ratione Intelligentia varias imaginationes procurare possit pro libito. Quomodo item varia somnia possit immittere, de quo plenius Perer. l. de obseruat. somniorum, q. 2. in tertia causa; & Thyræus l. de apparit. imag. c. 15. & 16. perillustrique exemplo ad imprudentem cautelam declaratur apud Antiochum Monachum, homil. 84. Remedia verò ad curationem læsæ à dæmone imaginationis, dabit Franc. Picus l. de imaginat. c. 12. Addendum hîc foret de Intelligentiarum efficacitate in appetitum nostrum sensitiuum. Sed quæ eò spectant, commodiùs infra attingam, expendens quid possint indirectè in voluntatem.

520 Imaginationis & appetitus actum in animalibus, subsequitur progressio, & motus arbitrarius, eodémque etiam reducitur risus, & vox, ac locutio. Nam risus quidem, nihil est præter certarum corporis partium motum (connotato actu appetitus & imaginationis,) & sonum inde oriundum plerumque. Vox autem & locutio ad earundem facultatum actus manifestè sequuntur, sicut & quiuis motus arbitrarius. Verùm quæ ad motum & progressionem spectant, expedita manent ex dictis suprà cùm de vi Intelligentiæ motiua transcurrenter. De risu autem illud tantùm obiter annotabo, æmulari plerumque Intelligentias malas risum nostrum, aëre moto certa ratione. Vt apparet ex nocturnis illis risibus, quos cum tympanorum ac cymbalorum sonitu exaudiri solitos ad quoddam in Lipara insula sepulchrum, scribit Aristoteles in admirandis c. 98. Risum effusum statuæ Iouis cum iussu Caligulæ Romam transferenda esset, refert Sueton. in Caligula. Eodem spectant quæ de dæmonibus (vt vocant) ioculatoribus scribit Cassian. collation. 7. cap. 32.

cap.52. & Gul. Paris. 2.2. de vniuerso, cap.7. & Thyræus cap.52. de locis infestis.

321. Nunc agamus de voce & locutione. Quascumque ergo animalium voces, facillimum est Intelligentiæ effingere; quia varietas quæ in voces illas cernimus, non nisi ex certa aëris fractione proficiscitur: omnis autem illa aëris affectio, non excedit facultatem Intelligentiæ. Itaque mugire potest quod bos, balare quod ouis, pipire quod gallina, tinnire quod nonnullæ quædam aues, barrire quod elephanti, gingrire quod anseres, aliaque huiusmodi (vt patet ex perillustri exemplo quod habetur apud S. Gregor. 3. dialog. c.4. & alio quod habetur in vita S. Antonij apud S. Athanasium c. 8. rursusque alio in vita S. Hilarionis,) ac demum loqui, quod homo; potest etiam huiusmodi animalium passiuè tantùm se habentium organa mouere, & ad effingendam connaturalem eis vocē adigere. Imò potest vocem vnius efformare per organa alterius, aut veriùs in organis alterius, vt constat de asina Balaam, & de serpente qui cum Eua sermones miscuit, vt optimè exponit S. Cyrillus refellens Iulianum l.3. ad t. 2. addens de tauro Iouis apud Rhodum humana voce locuto, & de vlmo voce muliebri alloquuta Apollonium, ac de quercu Dodonæa quæ humana voce loquebatur. Et addi possunt alia: nam per imagines ac statuas, arboresque & aquas, pérque alia huiusmodi, locutos sæpenumero dæmones, notat Andræas Cæsar. ser.15. in Apocalypsim ex Apollonio, & aliis.

Nec est dubitandum quamuis contradicat Nonnus in expositione fabularum primæ orationis Nazianzeni in Iulia. num. 22. & fortè Suidas *V. Dodona* ac etiam Plutarch. in Coriolano, non est inquam dubitandum quin Intelligentia possit tam perfectè has voces effingere, siue in organis animalium quibus voces illæ cōgruunt, siue extra illa, quàm possint effingi ab illis ipsis animalibus quibus sunt consentaneæ. Nam asina propter diffluentem, in tanta rictus latepatentia, aërem emissum priusquàm aptè frangatur, inepta valdè est ad voces humanas effingendas, vt bene expendit Abulensis Numer.22. & tamen non graue fuit Intelligentiæ, sermonem humanum per eius os edere, quod fabula expressit apud Lactantium 1. instit. c.21. Multò ergo magis id posset per os humanum, vt disertè sensit Plato apud Clementem Alexand. 1. Strom. cap.13. videtúrque certum esse, saltem si solam vim Intelligentiæ spectemus.

322 Quod addo, quia Gul. Paris. 2.2. de vniuerso, c.151. *ex quadam multa*, vt ait, *in huiusmodi rebus experientia sua*, refert voces energumenorum proprias, internosci posse ab illis quas intra eos efformat dæmon, eò quòd voces dæmonis in dæmoniaco loquentis, semper subraucæ sint; voces verò ipsius energumeni, sint clariores. Quod Gulielmus refert in instrumenta vocalia, quibus homo aptiùs vtitur, quàm dæmon. Sed causam illam non esse idoneam ex eo manifestum est, quòd cùm dæmones in cadaueribus assumptis apparuerunt, nulla notata est vocum distinctio, & propterea illi ipsi crediti sunt, quorum cadauera sola adstabant. Sed & Raphaël in assumpto corpore perfectè loquebatur, sicut homines solent. Rectiùs itaque idem Gulielmus paulò post retulerit ad Diuinam prouidentiam, hanc quasi notam, dein gendi dæmoni, nobis suppeditantem.

Quod

Quod admiserim si vera esse supponatur relatio illa de dæmonis voce subrauca. Nam de ea dubitat, vel potiùs eam reiicit, idem ipse Gulielm. 2. 1. de vniuerso, c. 52. asserens numquam dæmonem loqui in energumeno, quod existimo omnino falsum. Potest quoque dæmon sibi in ea vocis obscuritate placere. Nam & cùm per seipsum voces edit, obscuras & exiles edere solet, vt variæ experientiæ testantur. Sanè Remig. 1. dæmonol. cap. 8. ex sagarum plurium confessionibus, refert, dæmonem cum miseris illis colloquentis voces, esse quales emittũt qui os in dolium aut testam rimosam insertum habent. Et apud Crinitum 7. de honesta discipl. cap. 2. refertur dæmonem obscura voce & admodum exili, de Aristotelis entelechia respõsum dedisse Hermolao Barbaro & Georgio Placentino. Eam porrò vocis exilitatem & obscuritatem à dæmone de industria vsurpari vtpotè commodiorem ne tam facilè deprehendantur mendacia, auctor est Psellus l. de dæmonibus *in fine*. Nec plura de quibusuis ad vitam sensitiuam pertinentibus operationibus.

Quid circa adiuncta vitæ sensitiuæ, somnum scilicet ac sexum.

313 Nunc pauca attingo de eiusdem vitæ adiunctis, nempe de somno & sexu. Nam somnus quidem manifestum est quod spectet ad vitam sensitiuam, cùm sit *quasi mortis pars* vt loquitur Isidorus Pelus. l. 3. epist. 199. in quo fessum longis externorũ sensuum functionibus, animal, placidè conquiescit, ac vt pulcherrimè dixit Tertull. c. 43. de anima quasi quidam, *recreator corporum, redintegrator virium, probator valetudinum, pacator operum, medicus laborum*. Quod item sexus pertineat ad sola animalia, probat Scalig. exerc. 131. *sub finem* fatéturque Aristoteles 2. de gener. anim. cap. 4. in fine, neque in plantarum genere, sexum marem a fœmina dignosci.

Quòd ergo ad somnũ attinet, facile est videre posse ab Intelligentiis procurari somnum lõgissimum, subortis multis vaporibus, & humoribus, quibus diu vinciatur primum sensoriorum. Nam & glires ea ratione tota hyeme dormiunt: & homines plerique eadem ratione somniculosi fiunt, vel tandiu etiam altè sopiuntur, vt mirum videatur. Exempla in promptu sunt apud Lilium Gyral. dialo. 2. hist. Poet. passimque apud alios. Quid quod Germanus quidam, citra vllam miraculi suspicionem, integro septennio dormiuisse fertur apud Bzouiũ anno Christi 1476. num. 23. E contra verò sicut somnum, ita & prolixissimam vigiliam procurare possunt Intelligentiæ, resolutis ac dissipatis vaporibus per quos obstruendi erant meatus, & conciliandus somnus. Qua ratione Sabbas ille eremi incola, quem Naz. in carmine admonitorio ad Hellenium, memorat totos annos in sacris ædibus constitisse precantem, somno lumina non claudentem, beneficio Sanctorum Angelorum ad Dei nutum operantium, id consecutus videtur. Ac ne id fortassis nimis antiquum videatur, suppetit recentius exemplum insani cuiusdã quem Fernel. 5. pathol. cap. 2. refert menses quatuordecim insomnem duxisse. Hoc si naturaliter potuit vis morbi, quanto magis per Intelligẽtiæ industriam contingere poterit? & quidem salua iudicij ac mentis sanitate sine obimpeditam spirituum efficaciam, siue ob eorumdẽ reparationem, immissione

efficacissimæ alicuius substantiæ, aliáve aliqua ratione procuratam.

324 Circa sexum imprimis illud certum videtur, facilè esse Intelligentiæ in prima fœtus efformatione, sexum quem libuerit, fœtui inducere. Nam cùm diuersitatis illius quæ in sexu cernitur, tres videantur esse causæ, vt ex Philosopho obseruat Durand. in 2. d. 20. q. 5. à n. 5. nempe potentia, vel imbecillitas seminis, imaginatio parentum, & principium aliquod extrinsecum, cuiusmodi sunt quidam venti: Manifestum sanè est, Intelligentias, quibus omnia hæc notissima sunt, posse per varietatem quam in his capitibus inducere possunt, varietatem quoque in sexum inducere. Imò immediatè per seipsas facilè id possent exequi, differentia namque sexuum non est specifica ex 10. Metaph. t. 25. sed accidentaria tantùm penes structuram quarundam partium, & temperiem. Hanc autem per applicationem idonei actiui facilè est aptare ad sexum exoptatum; illam per motum localem facilè est inducere, in tāta præsertim materiæ fœtus flexilitate, & facili figurabilitate.

Imò absolutè loquendo, non tantùm in fœtu tenero, sed etiam in prouectioribus ætate animalibus, difficile est perspicuè ostendere quare mutatio sexus interueniente cum ea sectione, & partium quarundam mollificatione, quarundam quoque noua effictione procurata ex materia partiali aptè disposita, denegari debeat efficacitati Intelligentiæ: cùmque mutationem Neroni promisisse Magos quosdam, refert Dio Chrysost. orat. 21. tametsi hæc mutatio in prouectioribus animalibus sit longè operosior, quàm in prima fœtus effictione. Facilè tamen id darent Intelligentiis Magius 5. de exast. mundi cap. 1. & alij qui naturæ hoc concedunt. Tametsi ego quidem cum Mercuriali 6. variar. c. 20. Laurentio l. 7. anato. q. 8. & aliis, omnes quæ apud Plinium l. 7. c. 4. Autorem quæstionum veteris ac noui testam. in 15. & Recentiores aliquos leguntur, naturales sexus mutationes, nequaquam fuisse mutationes nullo modo dubito, de quo diligentiùs medici allegati.

Quædam neganda Intelligentijs circa corpora sensu prædita.

325 Finio tertium hoc caput, notato vno aut altero, quod circa hoc denegandum est Intelligentiis. Huiusmodi est collatio discursus; & vt addit S. Chrysost. hom. 1. in Ioannem, collatio orationis. Primum non eget longa probatione. Nam discursum brutis conferri, implicat contradictionem, pugnátque cum essentia ipsa brutorum, & materialitate eorum, vt plenius disputat Viues suo 2. de anima c. de ratione, & Crispus dissiden. 2. l. 4. Cæterùm plerumque bruti sagacitas naturalis ac disciplinabilitas, quam consequuntur effectus quidam mirabiles, & qui non videntur à natura rationis impote edi posse, occasionem præbent imperitis, suspicandi collatum bruto per Magiam rationis vsum. Quam in rem multa afferri possent præsertim de elephantis, de quibus Plinius l. 8. initio. Perillustre etiam est exemplum simij quod adducit à Costa 4. histor. Ind. c. 39. & alterum canis quod habet Fons. 1. Metaph. ad c. 1. imò in stupidissimis & hebetissimis animalibus asino & camelo idem notatur à Leone Africano parte 8. & 9. suæ Africæ. Plerumque etiam brutum per Intelligentiæ artificiosam directionē & industriam, quædam præstat supra naturalem captum suum, quæ si à bruto per se &

E e 0 solitariè

solitariè operante proficiscerentur, arguerent eius discursum & rationis vsum, sed ab Intelligentia mouente profecta, non bruti, sed Intelligentiæ discursum & rationem demonstrant. Et ita intelligenda sunt quæ Iamblicus in vita Pythagoræ cap. 14. scribit de variis in hoc genere Pythagoræ strophis.

326 Quod de oratione ex S. Chrysostomo dicebam, non pugnat cum tractatis num. 321. vbi ostensum est, facilè esse Intelligentiis in bellino corpore locutionem humanam æmulari. Nomine enim orationis, non intelligitur quæcumque locutio humana; nam enim illa animalia irrationalia quæ humanas voces articulatè edidisse, latè referunt Petrus Gregor. l. 5. de Republ. c. 5. & 6. ac Læl. Bisciola t. 2. subsec. l. 13. cap. 2. diceremur vsa oratione ac sermone, quod nemo dicat cùm iuxta Mercuriũ c. 9. Pimãdri *Oratio sit soror Intelligentiæ*. Vel vt loquitur Philo l. quis rerum Diuinarum hæres, *fere initio*, & l. quod deterius, &c. *Sermo sit etiam mentis tanquam fontis, vel mentis frater, ac etiam quasi obstetrix*. Quod aliis verbis dixit Meletius libro de homine, cap. de multiplici facultate, *orationem esse Angelum intellectus*. Ideóq; idem Trismeg. c. 12. Pimandri, negat cætera præter hominem animalia, vti sermone. Nomine ergo sermonis vel orationis, intelligitur ea tantùm locutio humana quæ subordinatur interiori rationi, quam Intelligentia nequit bruto conferre. Hoc itaque sensu S. Chrysostomus suprà rectè dixit Pythagoram, (quamuis insignem magum vt aliquoties iam monui,) facere non potuisse, vt bruta oratione vterentur, qui tamen vt à flumine humana voce salutaretur, perfecit vt ex Cyrillo suprà referre memini, num. 274.

ARTICVLVS V.

Quid possint Intelligentiæ in animas rationales, vel in se inuicem.

327 RESTAT postremũ caput, nimirum quid potestatis habeant Intelligentiæ in animam rationalem corpori commixtam, quid etiam in separatam à corpore, & quod perinde est in Intelligentias.

Circa animam itaque corpori adiunctam, ea omnia possunt Intelligentiæ, quæ ex corporis affectione, & externis occasionibus apta sunt proficisci. Itaque & excitare certam cogitationem possunt, non quidem proximè & per seipsas, sic enim illaberentur intellectui quod sæpissimè negant Patres, sed moto ad correspondentem actum interno sensu, quem intellectus quoad simplicem sci apprehensionem subsequitur. Et ita disertè de dæmonum potestate in hoc negotio Marcus Eremita tract. de Baptismo *post medium* possunt & in voluntate eodem modo varios affectus indeliberatos excitare, vt odij & amoris, teste Porphyrio 2. de abstin. & Platone in Symposio vt annotat Minutius, n. 45. & tanquam compertum traditur à Tatiano contra Græcos n. 29. Origene in fine 7. contra Celsum, Arnobio l. 1. n. 27. & à Philone libro de specialibus legibus, qui hanc magiæ speciem vocat *Pharmaciam*. Gregoras tamen ad Synesium de insomniis, Pharmaciam restringit ad vim magicam nocentem per cibum & potum, quod placuit etiam Suidæ, verbo *Goetia*. Hoc spectant quæ habet Psellus tractans illud ex oraculis Chaldaicis, *Tuum vas, feræ terrestres inhabitabunt*. Ita enim

enim Psellus id exponit. *Vas est compositũ cum mistione conflatum: siue terrestris, qui circum terram vagantur dæmonés, qui circum terram vagantur dæmonés, quæ multam vitam latentem manent. Igitur multam vitam latentem manent affectibus, ea sine inhabitabant. Si quidem affectibus, ea sine inhabitabant. Siquidem hæc genera cum ipsis affectibus tradens hæc genera cum ipsi affectibus tradens. Quidem habent & ordinem materialem. Quidem tamen & ipsi affectionum sint plenis ad corporeis & incorporeas affectiones adiunguntur & conciliantur, simile similis attrahentes: cum habeant cum materialium affectionum.* Hactenus Psellus, vim affectuum concitandorum tribuens dæmonibus, tametsi malè id fundans in eorum materialitate.

Hûc etiam spectant, quæ contra Vvierum disputat Binsfeldius comment. in tit. cod. de malef. lege 4. quæst. 1. & mirabile sanè est spurcum illum Magorum & sagarum patronum, Agrippæ archimagi quondam discipulum, nunquam legisse aut pro fabulis habuisse; quæ de Magorum industria & efficacitate ad concitandos amoris & odij affectus, habentur apud probatissimos scriptores. Quale illud quod de Cypriano quondam mago, postea fortissimo Christi Martyre, referunt, Naz. orat. 18. & Eudocia Augusta apud Phot. cod. 184. passimque historici sacri. Eius enim vim in incendẽdo per magiam amoris affectu, in plerisque aliis efficacem, in sola Iustina ob fidem & pietatem, fuisse irritam produnt. Illustre etiam in hanc rem illud Basilij cuiusdam magi apud S. Gregorium 1. dialo. cap. 4. & alterius Memphitici Magi, apud S. Hieronymum in vita Hilarionis cap. 18. & Carpocratis hæretici pariter ac Magi, apud Eusebium 4. histor. cap. 7. & Epiphanium hæt. 27. similitérque & hæretici & magi Marci apud Irenæum l. 1. cap. 9. (vt vel hinc appareat non sine causa dictũ à Tertull. l. de præscript. cap. 43. *notata esse commercia hæreticorum, cum Magis quamplurimis,*) ac denique alterius apud Theodoretum in religiosa historia sect. 13. quâ Macedonij præclarè gesta describuntur.

328 Sanè tametsi quæ hi Auctores referunt de concitato per Magiam impotentissimi amoris affectu, falsa & inania essent, (quod absit vt censeamus;) tamen per se euidens est, animi mores corporis temperamentum sequi, vt ex sui Galeni opusculo, discere poterat aduersarius, & traditur etiam ab Aristotele initio libelli de Physiognomia, & à Seneca 2. de ira, cap. 18. & sequentibus; spectatque eodem potest quod Pythagorei auctore Proclo in Alcibiad. 1. Plato. pag. 135. per signa in corpore constituta cõiectabant aptitudinem hominis ad virtutem & pronitatem ad certos affectus, nempe quia animus corporeæ cõstitutioni quã signa illa produnt solet se accommodare. Quare facile est Intelligentiæ corporis temperiem immutando v. g. incendendo corpus affectui amoris occasionem præbere. De affectu odij est par ratio, breuitérque ac bene exponitur & illustri exemplo declaratur apud Rodericum Sancium parte 4. histor. Hispan. cap. 14. De variis quoque affectuum à dæmone excitationibus legendus Gerso tract. 8. super *Magnificat.* Obiter tantum addo, ridiculè omnino Abelardum existimasse has suggestiones & illecebras peccati, excitari in nobis à dæmone, interuentu lapidum & herbarum, prout vafer ille nouit harum rerum diuersas vires, diuersis incitandis & incendendis vitiis conuenire. Quod quis non videt esse friuolum vniuersaliter loquendo, vel etiam agendo de ordinariis vitera-

toris illius in nos machinationibus: Quod tamen aliquas tentationes illis quasi incentiuis adhibitis excitare possit, rectè concessit S. Basil. in cap. 8. Esaiæ & latiùs Castro v. Tentatio. In anima verò à corpore seiuncta, quia cessat indirecta illa quam corpus suppeditat, aliquid in anima excitandi occasio, locum vltra non habet quod hic tradidimus, vt neque in Intelligentiis quæ corporis sunt expertes. Si ergo ad aliquid, se inuicem, aut animas separatas pelliciunt, obiectorum propositione & persuasione id præstant.

Quædam Intelligentijs neganda circa eadem subiecta.

329 Nunc tangam pauca quæ Intelligentiis circa animam rationalem in quocumque statu consideratam, itemque circa alias Intelligentias, deneganda sunt, quorum aliqua ad intellectum spectant, aliqua ad voluntatem.

Circa intellectum non potest Intelligentia, habitus vllos vel scientias infundere, cùm nequeat veras vllas formas, extra motum & impetum, producere transeuntes. Omitto quæ præterea in hanc rem habet Franc. Picus 1. de prænotione c. 4. Quamuis autem Intelligentiæ humanam memoriam quandiu anima perseuerat in corpore, iuuare possint noxiorum humorum detractione, & temperiei ad memoriam sensitiuam opportunæ, procuratione: Quamuis item docere & illuminare hominem possint, adhibita ordinata excitatione phantasmatum, qualem norunt exigi ad perceptionē rei de qua agitur: Tamen hoc non est *hominem intellectuare*, vt loquitur & latè confirmat Augustinus serm. 18. in Psalm. 118. id est, non est scientiam de nouo infundere, sicut falsò putarunt nonnulli, quorum insana placita refert Delrius 3. mag. parte 2. quæst. 4. sect. 2. qui etiam videndus in hanc rem l. 2. quæst. 24. punctio 3. & Suar. l. de superstit. cap. 15. à n. 3. Nonnulli quos refert & merito reiicit Durand. in 2. d. 7. quæst. 4. num. 6. commenti sunt deriuari ab Intelligentia scientiam in animam interuentu oppositionis qua Intelligentia opponitur animæ sicut speculum speculo, ita vt quæ insunt Intelligentiæ, relucerent in anima, per oppositionem illam. Quod non eget longa confutatione, cùm oppositio illa nihil ad hoc deseruire possit, si sit purè localis, & tamen spectata vi naturali Intelligentiæ, non nisi localis esse potest.

330 Difficultas tantùm aliqua potest hoc loco esse, propter Anabaptistas quosdam, de quibus testes locupletissimi fidem faciūt eos ex quo abiecta Catholica religione, turpi illi sectæ se addixerunt, mox hausto poculo aut sumpta buccella, posse sacras literas legere, & de rebus Diuinis disserere: Quosdam etiā Scripturam illico tenere memoriā. Quòd si resipiscant & ad Catholica castra redeant, omnium rursus obliuiscuntur, & illiterati fiunt, sicut priùs fuerant. Ita referunt oculati testes, Lindanus dialo. 3. dubitantij & Thyræus l. de Dæmoniacis c. 21. & similis narratio ex parte habetur in vita S. Norberti apud Surium. Sed negandum est infundi impurissimis nebulonibus scientiam à dæmone, & rectè etiam negauit Porphyrius id posse dæmonem, vt refert S. August. 10. Ciuit. cap. 9. tantùm ipsemet veteratos, phantasiam illorum turbans, facit vt quædam, quæ ne intelligunt quidem, effutiant veriùs quàm lo-

quan

gnauus. Vel certè excitans nunc huc, nunc illuc phantasma, vt cupiunt, eum esse videre, facit, vt idoneum esse videat ex habitu dicere. Aut ipse ita videatur ex habitu dicere. Aut ipse immediatè per os miserorum illorum fundat eloquia, ex quibus qui non intumescunt arte illius & industria, adducuntur vt credant illiteratos homines, in rerum omnium peritissimos subitò euasisse. Similiter exponendi sunt progressus illi in sapientia, quos assidendo Socrati tantum docenti vt dæmonis Socrati assistentis factos, notatur apud Platonem in Theage, *ferè in fine.*

331 In voluntatem alienam quamcunque, multò adhuc minus iuris habet Intelligentia. Suadere quippe & blandè ac congrua obiecti propositione pellicere, potest ac solet, illos ipsos calles terens quos Deus cùm reuerentia (vt sapiens dixit) liberam voluntatem disponens, sectari solet, vt rectè tradit Lactant. 6. instit. cap. 4. & 7. Cogere tamen voluntatem vt se dedat, aut omnino impellere ne feratur in partem quæ placuerit, nequaquam potest, quamuis interdum cogere dicatur, quia valde vrget, quod dumtaxat voluit Cyrillus 9. in Ioan. cap. 15. cùm dixit *dæmonem magnam vim habere ad imperandum iis quos possidet & cogere ad quæ, etiam nolentes.* Id est qui nollent, nisi ita acriter premerentur, & vrgerentur ad malè agendum. Nam simpliciter nolentes, non posset dæmon cogere. Et eodem modo intelligo Auctorem imperfecti in Matthæum hom. 57. cùm ait: *Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur quò tempestas voluerit, sic & homo diuinæ gratiæ auxilio per peccatum perdito, agit non quod ipse vult, sed quod vult diabolus.* Quòd autem absolutè Intelligentia adigere alienam voluntatem nequeat, certissimum omnino est, benèque de dæmone D. Aug. serm. 197. de tempore: *Alligatus est* (inquit) *tanquam canis innexus catenis, & neminem potest mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videte fratres, quam stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet. Tu te illi per voluptates & cupiditates sæculi noli coniungere, & ille ad te non præsumit accedere. Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit.* Similia Pelagius apud August. l. de nat. & gratia, cap. 58. laudatus idcirco quoad hoc ab Augustino. Eadémque repetuntur in eiusdem Pelagij ad Demetriadem epistola *sub finem.* Nec plura de postremo capite proposito, déque tota Intelligentiarum in res alias efficacitate, vel inefficacitate.

ARTICVLVS VI.

Illata de falsis apud Ethnicos & Magos miraculis. Clauditur quæstio, & tractatio entis ab alio.

332 EX his porrò quæ circa hanc efficacitatem hactenus disputata sunt, infertur generatim, nullum ab Intelligentiis vi propria effici posse verum miraculum. Quod latè prosequuntur Med. 2. paræn. c. 7. Victor. relect. de mag. q. 5. Bellarm. 4. de notis Eccles. c. 14. Salmeron tomo 6. tract. 1. & 2. Binsfeld. de confess. malefic. 1. p. quæst. concl. 1. Perer. l. de magia, c. 8. Malderus 2. 2. q. 1. art. 5. dub. 4. sect. 3. Et ratio est manifesta ex dictis. Nam non potest appellari verum miraculum quod non ex-

cedit vires naturæ creatæ, saltem spectato modo quo fit: Atqui omnia illa quæ possunt fieri ab Intelligentiis, talia sunt vt non excedant vires naturæ creatæ, cùm fiant tantùm per motum localem, vel per applicationem naturalium actiuorum idoneorum. Ergo non sunt vera miracula. Ac proinde immeritò Ethnici, Christi miracula (quæ certè per motum & applicationem illam non fiebant, ac plerumque etiam fieri non potuissent.) criminabantur tanquam à tartareo Pamurgo profecta; vt referunt ac refellunt Orig. 2. contra Celsum, Arnob. l. 2. Euseb. 3. de demonstr. c. 8. & August. 21. Ciuit. cap. 8. & l. 1. de consensu Euang. c. 9. & 10. ac l. 12. contra Faustum, c. 45. Athanas. in illud, *quicumque blasphemauerit*.

333 At non immeritò, iactata ab Ethnicis miracula, vtpote dæmonum industriæ fructus, eiserunt sæpe antiqui, Christianæ fidei contra eosdem Ethnicos propugnatione clari, ac nominatim Euseb. 3. & 6. contra Hieroclem, & 4. præpar. c. 1. Tertul. c. 22. & 23. Apolog. Lactant. 2. instit. c. 8. & 17. August. 10. Ciuit. c. 16. Athanas. sub finem libri de Incarnat. Verbi, Iustinus q. 24. ad Orthod. & ex ipsis Ethnicis Polyb. l. 16. sect. 4. Ex Augustino, quia paucis multa complexus est, iuuerit aliqua describere. *Illa* (inquit) *miracula quæ vi ac potestate eorum* (Deorum gentilium seu dæmonum) *fieri satis euidenter apparet, vt est quod effigies Deorum penatium, quos de Troia Æneas fugiens aduexit, de loco in locum migrasse referuntur: quod cotem Tarquinius nouacula secuit: quod Epidaurius serpens Æsculapio naviganti Romam comes adhæsit: quod nauem qua simulachrum matris Phrygiæ vehebatur, tantis hominum boumque conatibus immobilem redditam, vna muliercula zona alligatam, ad sui pudicitiæ testimonium mouit & traxit: quod virgo Vestalis, de cuius corruptione quæstio vertebatur, aqua impleto cribro de Tiberi neque perfluente, abstulit controuersiam. Hæc ergo atque alia huiuscemodi nequaquam illis quæ in populo Dei facta legimus, virtute ac magnitudine conferenda sunt.*

Subdit item August. & verissimè de aliis apud Ethnicos iactatis miraculis, magicis aut theurgicis, pleraque, specie tenus, mortalium sensus imaginaria ludificatione decepisse. Adde etiam non pauca fuisse conficta, vt de quibusdam portentis memorat Euseb. 9. histor. c. 2. quædam autem non excedebant humanam industriam & versutiam, vt quod ignis apud Persas loqui videbatur fraude Magorum, quam detexit Marutlias apud Socratem lib. 7. cap. 8. & quod hostia delapso cœlitus igne cremari videretur, cùm tamen ignis ex occulta fouea erumperet quam à se in Ethnicorum altaribus conspectam memorat S. Chrysost. homil. de Petro & Elia. Itémque quòd Sol Serapidi osculum imprimere videretur apud Ruffinum 2. histor. c. 23. vbi item additur illud de pendulo in aëre, ferreo Solis simulachro interpositione magnetis, quale item legitur apud Borellum, l. de Diis gent. c. de Ioue, & malè tribuebatur miraculo, cùm esset res naturalis.

334 Deinum indidè apparet, Antichristi miracula & prodigia tam mira in speciem, vt videantur inductura in errorem (si fieri potest) etiam electos, fore indigna miraculi nomine, nec fore nisi seductionem iniquitatis, & prodigia mendacia, vt rectè dixit Apostolus 2. Thessal. 2. rectéque ibi expendit D. Thom. lect. 2. & à Costa 2. de tempore nouiss. c. 18. & 19. Inde quoque facilè est iudicium fer-

re

te de Thrasunismis, & vana admirandorum quorumcunque relatione, quæ apud Clementem Romanum habetur 2. recognit. circa init. nomine Simonis illius quem nouissimi Antichristi prodromum, ac cum S. Ignatio epist. ad Trallianos *primogenitum Diaboli*, non iniuria dixeris. Itemque de illis quæ ab eiusdem radicis infaustis germinibus, posterioribus magis aut hæreticis edita sunt mira, qualia sunt quæ captiuus ille Septemcastrensis qui de Turcorum moribus scripsit, patrari à Turcorum quasi religiosis, cum viuis tum mortuis refert cap. 2. 14. & 15. ac etiam quæ Æneas Syluius in Europa c. 26. de Magis Lituanis refert, & quæ de Danis Saxo Grammaticus, ac etiam, (si videtur) quæ de Gothis suis, Olaus Magnus, vt taceam antiquiores *mirabiliarios*, vt August. loquitur tract. 13. in Ioannem, iactata Donati & Pontij à Donatistis miracula memorans. Quibus adiungi possent noui de eadem Panurgia Thaumaturgi, nisi constaret eos quoties in falsitatis testimonium talia tentant, *Apostolorum in peruersum æmulatores esse*, vt bene de æqualibus suis dixit Tertull. lib. de præscript. c. 30. *Apostoli* quippe, vt ille ait, *de mortuis viuos faciebant, isti de viuis mortuos faciunt*, quod vt iuxta verborum corticem intelligamus, suadet stropha Calvini omnibus comperta, & par miraculum Ministri cuiusdam Cracouiensis, vt videre est apud Alanum Copum dialogo 6. capite 29. Cui gemina, cæci ficti, vera per speciem restituendi visus, excæcatio ab Arriano Episcopo apud Gregor. Turonensem 2. histor. cap. 3.

Nec plura de ente ab alio, quantum intra fines initio positos licet. Nunc ad ens à se, veniendum est. *Scelus enim esset de creaturis agere, & opificem omittere*, vt Socrates in Phædone censuit. Adde quòd ignorato Deo, neque nos ipsos, neque nostratia hæc entia, id est ens quoduis creatum, cognoscere licet, vt idem Socrates disputat in Alcibiade 1. *circa finem*. Quare ad eum, per creaturarum hactenus consideratarum scalas, conscendamus. Et verò hunc esse sublimiorem ac digniorem rerum creatarum vsum, pulchrè attigit Bernard. 5. de considerat. c. 1.



DE

DE ENTE A SE,
TOTIVS ENTIS PARTICIPATI,
ESSENTIALITER
ACTVALI,
AC
PERFECTISSIMO
Principio.



DISTINCTIO V.

DE EXISTENTIA, ET naturali cognoscibilitate Dei.

1 EGREGIE *Aristoteles ait* (verba sunt Senecæ 7. natur. cap. 30.) *nunquam nos verecundiores esse debere, quàm cùm de Deo agitur. Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessuri, vultum submittimus, togam adducimus, si in omne argumentum modestiæ fingimur, quanto hoc magis facere debemus, cùm de Dei natura disputamus, ne quid temerè, ne quid impudenter, ne quid ignorantes affirmemus, aut scientes mentiamur. Nec miremur tam tardè erui, quæ tam altè iacent. Quid sit hoc, sine quo nihil est, scire non possumus.* Hæc ille. Enitendum tamen est, quantum feret naturale lumen, vt ad inuisibilia Dei pertingamus. Tractato enim ente ab alio flagitij instar foret causam eius, seu Deum omittere, vt dicitur lib. de mundo ad Alex. cap. 7. initio. In eius ergo considerationem nunc incumbemus, eóque intentiore cura quòd vt monet Trismeg. c. 1. Asclepij, *Diuinitatis ratio, simillima est fluuio è summo in pronum præcipiti rapacitate currenti, ideóque minus intentos celeri velocitate præterit.* Similia repetit cap. 8. Illud autem imprimis constituemus, si non quà Theologi naturales, saltem quà præditi lumine rationis, aut quatenus primi Philosophi, aut Physici, (de quo posteà) dari quoddam ens à se, quod Deum vocamus. Quod enim hæc probatio non possit ad naturalem Theologum pertinere, ne per accidens quidem, vt voluit Caiet. 1. p. quæst. 2. art. 3. constat ex illis quæ de præcognoscendis à demonstraturo alibi tradidimus cum Zabarella lib. de tribus præcognitis cap. 9. nisi si Caietanus (sicut reuera videtur,) vsurpet illud *per accidens* eodem modo quo

Syluester quæst. 2. conflati art. 5. *initio*, vbi ait scientiam demonstrare existentiam subiecti sui, *per accidens*, id est inducendo personam alterius scientiæ: Quod est fateri scientiam non probare suum subiectum, quatenus talis scientia est, sicut nos contendimus. Hoc itaque imprimis constituemus, quia frustrà progrederemur vlteriùs, nisi priùs constaret insipienter insipientem in corde suo dicere, non est Deus. Cuius disputationis necessitas, magna est hoc tempore, in tanta Atheorum occultorum multitudine, quantumuis Aristoteles 1. Topic. cap. 9. *circa finem* moneat non omne problema esse disputandum, sed illud duntaxat quod indiget ratione aliqua & examine; addens esse aliqua problemata quæ in dubium reuocare, pœna dignum sit, quale esse inquit, An oporteat Deū honorare, & vt addit hunc Aristotelis locum referens Clem. Alex. 5. Stromatum c. 1 quærere an sit prouidentia. Addamus & nos, & quidem potiore iure, tale esse, quærere, An Deus sit. Imò Arnobius lib. 1. num. 18. proposita Atheorum, aut de Dei existentia dubitantium insania, negat esse cum eis hac de re contendendum: *Quod dicant sana sentientes contradicere rebus stultis, stultitiæ esse maioris, nec quicquam referat aut discrepet, Deúmne neges an asseras, cùm in eadem culpa sit & assertio Dei, & abnegatio refutatoris incredulì.* Assertionem appellat conquisitionem argumentorum quibus stabiliatur Diuina existentia. Sed quia vt prudenter monuit Diadochus lib. de perfect. spirit. c. 7. *nihil egentius est illa mente quæ de Deo absque Deo philosophatur*, adstipulante Anastasio Sinaïta 1. de rectis fidei dogmatibus asserente *Diuinâ effulgentiâ & illustratione opus esse illi qui de Deo loquitur. Idcirco quod de eo quibusis loqui citra ipsius gratiam, sit plus quàm periculosum.* Age quod totius huius tractationis initio præstitimus, supplices Numini rursus accidamus, poscentes emitti ad nos ab eo lucem & veritatem. Quod verò ad nos spectat, secuti consilium laudati proximè Diadochi c. 10. *alas mentis vinculo humilitatis firmemus. Nemo enim nisi se valde summittat & pro nihilo ducat, poterit de amplitudine Dei narrare.*

QVÆSTIO I.

De existentia entis à se.

1 VT in tam illustri veritate aperienda, distinctè procedam, agam inprimis de gradu euidentiæ, quem propositio Dei existentiam enuncians, habet, vel habere potest. Nam si sit per se nota, ita vt apprehensis terminis statim eliciatur assensus, (vt aliqui volunt,) non erit necesse nos vetare in ea probanda: sin minùs, inuestiganda erit probatio.

ARTI

ARTICVLVS I.

Quam euidentiam habeat, vel habere possit, enunciatio illa, DEVS EST.

ASSERTIO.

Deum esse, non est per se notum nobis; est tamen secundùm se per se notum. Nec potest à priori demonstrari, potest tamen à posteriori.

PRIMÒ, nego eam propositionem esse nobis per se notam, contra Aureolum relatum & reiectum ab Argent. in 1. d. 2. quæst. 1. art. 3. item contra Ægidium relectum à Gregorio ibid. art. 1. & denique contra Palud. quæst. 5. prologi, & Franciscum à Christo in 1. d. 2. quæst. 2. & Carthusianum libro de natura veri Dei art. 6. qui pro se allegat Damascenum, Anselmum, & Albertum, sed immeritò, cùm tantùm asserant hanc notitiam esse facillimè comparabilem, quod verum est, sed longè aliud ab eo quod nunc impugno, vt posteà dicam.

Ostenditur non esse nobis per se euidens Deum esse.

Contrariam ergo sententiam, seu quòd Deum esse, non sit nobis per se notum, docet S. Thom. 1. p. quæst. 2. art. 1. & passim ibi Interpretes & reliqui Scholastici in prologo vel in 1. d. 2. aut 3. vel initio secundi Sententiarum. Probatur quia si esset nobis per se notum Deum esse, id est si illis terminis quomodocunque perceptis & apprehensis, extorqueretur assensus, nemo reperiretur qui negaret Deum esse, & tamen multos in corde id negare experientia docet. Ad hæc plerique fideles eruditi viri negant hanc veritatem esse euidentem, & multum se torquent in ea patefacienda, quod non contingit in rebus per se notis. Docet Apost. ad Rom. 1. dicens: *Inuisibilia Dei* (inter quæ non potest non esse ipsa Dei existentia) *conspiciuntur intellecta, per ea quæ facta sunt.* Quibus verbis importari illationem & discursum, rectè ostendit ibi Toletus. Denique etiamsi Deus includat essentialiter existentiam, tamen nos viatores non pertingimus ad euidentem Diuinæ quidditatis intuitum, nec illicò perspicimus, an vox *Deus* quæ designatur essentia, cui intima sit existentia, significet rem veram, vel tantùm cogitatam; ergo ea propositio non est nobis per se nota.

3. Est tamen per se nota secundùm se, quia caret medio à priori. Inde enim fit vt si termini illius propositionis apprehendantur sub propriis rationibus quibus immediatè & essentialiter coniunguntur, necessarius sit assensus. Iuxta quam expositionem per se notionis secundùm se, benè à Dur. tractam in 1. d. 3. quæst. 3. num. 4. & 5. cessat calumnia Argentinatis supra, dicentis Sanctum Thomam, dum ait eam propositionem *Deus est* esse secundùm se per se notam, & non nobis, affirmare quod non nouit, vel si nouit, eam propositionem esse nobis quoque per se notam. Respondendum enim est propositionem quâ Dei existentia enunciatur, esse secundùm se per se notam, quatenus termini, si obiectiuè intuitiuè cognoscerentur, extorquerent assensum: Quod in nobis non faciunt, quia obiectum non ita cognoscitur. Neque tamen ideirco affirmamus quod non nouimus, nisi si quisquis aliquid affirmat,

quod per se notum non sit, culpandus illico est tanquam affirmans quod nescit.

Dices, conceptus Dei, qualiscumque sit, est conceptus entis essentialiter necessarij, atque adeò etiam existentis; ergo repugnat apprehendere Deum, & non concipi vt existentem: est autem per se & ex terminis notum, illud quod actu existit, esse; ergo non tantùm secundùm se, sed etiam cuiuis quomodocumque Deum concipienti, statim notum est, Deum esse. Respondeo errorem illum quòd Deus non sit, planè destruere legitimum conceptum Dei, atque adeò ab eo qui negat Deum esse, non concipi verè Deum, vt ostendit ratio adducta, & tradit S. Anselm. cap. 4. Prosol. verbis illis: *Nullus intelligens id quod Deus est, potest cogitare quia Deus non est, licet hæc verba dicat in corde, aut sine vlla, aut cum aliqua extranea significatione. Deus enim est id quo maius cogitari non potest, quod qui bene intelligit, vtique intelligit id ipsum sic esse vt nec cogitatione queat non esse. Qui ergo intelligit sic esse Deum, nequit eum non esse cogitare.* Ex quo sequitur eum qui concipit Deum per modum non existentis, non concipere Deum, sed formare sibi idolum loco eius. Concipitur tamen ab illo, quid alij significent nomine Dei, & iudicatur id non esse nomen rei veræ sed fictæ. Qui verò cognoscit Deum non esse rem fictam, sed veram, is necessariò etiam cognoscit Deum existere, quia existere est de essentia Dei, quem fatetur non esse ens fictum. Quia tamen hoc ipsum quòd Deus sit res vera, & non ficta, non est ei per se notum, ideò non est ei per se notum Deum esse. Nam ex vi illius propositionis per se notæ, *Quod necessariò habet existentiam, existit*, non affirmatur absolutè aliquid existere, sed tantùm refertur conditionaliter, quasi diceretur, si habet existentiam, siue, si non est res ficta, existit. Itaque illud quod dicimus non esse nobis per se notum, est, an Deus sit ens cogitatum duntaxat & fictum. Si tamen Deus, prout reuera est, cognosceretur, tunc ex simplici apprehensione terminorū propositionis illius, *Deus est*, statim præberetur assensus absque alterius medij necessitate, atque adeò propositio illa, est per se nota secundùm se, quia est per seipsam apta determinare intellectum ad assensū sui.

Notitia Diuinæ existentiæ est parata facillima.

4 Cęterùm licèt cognitio existentiæ Dei non habeatur immediatè ex quauis apprehensione terminorum illius propositionis, *Deus est*, tamen quia ea notitia potest naturaliter haberi ab homine facili discursu, & absque negotio, ideò interdum Patres aiunt Deum posse naturaliter cognosci, nec id posse ignorari. Ita Clem. Alexandr. 5. Strom. c. 5. *in fine*, & c. 7. *sub finem libri*. Damascen. 1. fidei c. 3. Tertull. c. 17. Apolog. & c. 7. libri ad Scapulam, Irenæus lib. 2. c. 5. Macarius homil. 12. Pauca ex vno Arnobio apponam, qui cùm l. 1. n. 18. negasset laborandum esse in probanda Dei existentia, imò studium illud Diuinæ existentiæ probandæ, vitio vertisset, ita concludit. *Quisquamne est hominum, qui non cum ipsius principij natiuitate diem primæ natiuitatis intrauerit, cui non sit ingenitum, non affixum, imò ipsis pene in genitalibus matris non impressum, non insitum, esse regem ac dominum, cunctorum quæcumque sunt moderatorem? Ipsa denique hiscere si animantia muta possent, si in linguarum nostrarum facilitatem solui, imò si arbores, glebæ, saxa, sensu animata vitali, vocis sonitum quirent, et*

verborum

cerebrorum articulos integrare, ita non docti natura, & magistra, non incorrupta simplicitatis fide, & intelligerent esse Deum, & cunctorum solum dominum esse clamarent? Idem Arnob. Lib. 1. n. 46. Scientiam, quòd Deus sit, vocat, scientiam naturalem, consonéque Minutius qui num. 30. vocat sermonem naturalem, & Tertull. qui 1. contra Marcionem, c. 10. vocat animæ à primordio dotem.

5 Consentiunt item Ethnici apud Iustinum q. 1. ad Græcos quorum illa sunt verba. *Si quis dicere verum velit, nulla fuit unquam Dei ignoratio; omnes enim Deum esse, communi feruntur intelligentia.* Quod his verbis expressit Auctor operis de prouidentia inter Prosperi opera, initio poëmatis:

Quà iacet extremis tellus circundata ponto,
Et quà gens hominum diffusa est corpore mundi,
Seu nostros annos, seu tempora prisca reuoluas,
Esse omnes sensêre Deum, nec defuit ulli
Auctorem natura doceri.

Item Iulianus apud S. Cyrillum, l. 2. ad textum 4. affirmat cognitionem *Dei rem esse quæ doceri nequeat, sed per se diffusam ab hominibus; omnes enim absque doctore Diuinitatem quandam credidimus.* Sed & pulchrè Max. Tyrius dissert. 1. num. 4. ait etiam duos illos aut tres ab omni æuo tam abiectos homines qui sine Deo aberrarunt, inuitos sciuisse Deum, & inuitos dixisse natura docente. Non possum prorsus omittere quæ in hanc rem latè disputat Dio Chrysost. orat. 12. pauca tamen duntaxat excerpam. *De Deorum* (inquit) *natura in genere, & maximè omnium rerum præsidis, primùm quidem & imprimis opinio & consideratio est communis totius generis humani, tam Græcorum quàm Barbarorum, necessaria & insita, in omni quæ ratione prædito animanti, innata secundùm naturam, absque mortali magistro & mistagogo, absque errore & anfractu cùm propter diuinitatem cum illis cognationem, tum ob plurima huius veritatis testimonia, quæ non sinunt segnes indulgere, cunctáque accipere maximè natu & antiquissimos; neque enim procul, neque extra Diuinam naturam sunt collocati, sed in illa medio naturaliter creati, & omni modo ei adhærentes, non poterant diutius illius naturæ intellectu carere, quòm aliquam etiam intellectum rationémque de illa accepissent, utpote splendore undique circumdati Diuinorum & magnorum luminum, cæli & siderum, præterea Solis & Lunæ; habentésque visum noctis & diei, variarum & dissimilium specierum, visis-ésque vniuersa viderent, & voces audirent omnigenas, ventorum, syluarum, & fluminum, marisque insuper & animalium cicurum & ferarum; ipsique sonum suauissimum clarissimúmque ederent, diligerentque humanæ vocis superbiam commoditatémque ad docendum, nominaque imponerent omnibus quæ sensibus possunt percipi, ut quicquid intelligi queat, facilè etiam nominetur & efferatur, insinuarunt rerum memoriam & excogitationem assumerent. Quomodo ergo ignorantes manere potuerant, nullámque habere opinionem de eo qui ipsos & seminasset & plantasset, seruassétque & enutriret, undique completi Diuina natura, pérque visum, pérque auditum, perq; vniuersos planè sensus? Quum habitarent quidem super terram, de cælo autem lucem viderent, escas verò haberent copiosas, acquisitas & præparatas à parente maximo Deo.* Rursúsque infrà post longam disputationem ita concludit. *Opinionis igitur circa Diuinam naturam, credulitatisq;, primum operæ diximus esse fontem, insitam omnibus considerationem ex ipsis ortam operibus atque veritate, non coacti tamen commendationem habentem, neque fortuitam, sed validamente robustam*

bilem & sempiternam ac omni retro tempore, & apud omnes gentes concors & permanentem, & pene communem publicamque generis humani. Sic ille. Denique Iamblichus initio libri de mysteriis scribit, quòd *ante omnem rationem vsum, insit naturaliter insita Deorum notio, imò tactus quidam Diuinitatis melior quam notitia.* Allusit ad illud Mercurij cap. 5. Pimandri. *Deus inuidia expers incedit per singulas mundi particulas splendet, atque adeò se intuendum praestat, vt non intelligere modo, sed manibus etiam ipsis liceat attrectare, (vt ita dixerim.) Nam vndique nostris occurrit, eius obuersatur seque obuia & intuenti imago.* Haec ille & similia c. 11. in fine, quae ex omnium saeculorum praxi confirmat Victoria relect. de puero veniente ad vsum rationis, num. 4.

Nec refragatur Themistius orat. 12. & in alia ad Valentem inscripta cum ait: *Natura, vt ait Heraclitus, occultari amat, & ante naturam naturae auctor atque artifex Deus, quem ob id maxime miramur ac veneramur atque obstupescimus quòd non procliuis sit illius cognitio, nec in superficie posita, aut ante pedes obiecta, nec tum aut sine sudore, aut altera tantum manu apprehendere possimus.* His inquam verbis non refragatur Themistius receptissimae illi doctrinae de facili Dei notitia, sed homo Ethnicus, vt ostenderet liberum esse debere vnicuique quo itinere & modo velit ad Deum tendere, (quod erat ferè vtrique illa oratione eius intentum;) id inter caetera ex eo probat, quòd quamuis certissimum & omnibus notum sit Deum esse, obscurum tamen sit quo modo sit colendus. Ita apertè habet oratione illa ad Valentem inscripta. *Informauit* (inquit) *Deus mentium nostrarum quantumuis agrestium & Barbararum, notionem sui, studiumque pietatis ita omnibus vniuersis, vt neque persuadendo, neque cogendo ex animis erui possit. Rationem vero & viam quâ coli velit, non praescripsit, sed cuiusque iudicio & voluntati permisit.* Sic nimirum senescente iam idololatria, vel potius extremum spiritum trahente, philosophandum Ethnicis fuit. Nam & Symmachum relatione ad Imperatores, similia propter sua, ea aetate dixisse legimus. Et contentur vtrumque hoc tempore non pauci quorum damnatio iusta est. Sed ea disputatione nunc dimissa, accipimus quod conceditur, nempe quòd certissimum & omnibus facile notum sit, Deum esse.

Deum esse non est demonstrabile à priori.

6 Secundo dixi, existentiam Dei non esse demonstrabilem à priori. Probatur, quia causae per quas ea demonstratio conficeretur, non possunt esse causae extrinsecae, cùm Deus qui est ens à se careat eiusmodi causis. Non potest etiam sumi medium à causa materiali intrinseca, quae in Deum item non cadit, vt nec propria causa formalis, vt patet. Sed nec ex ipsa Dei quidditate, demonstrari potest quòd Deus sit, quia esse rei non debet demonstrari per quidditatem rei, cùm quaestio *an est* prior sit quaestione *quid est.* Praeterquàm quòd quidditas Dei non est omnino nota nobis. Quatenus verò eam nouimus, existentia est de intima eius ratione, vt posteà dicetur. Quare nullo ex capite videtur existentia posse de Deo probari à priori, neque ex natura terminorum, vt malè censet Scotus in 1. d. 2. quaest. 2. litt. G, neque quoad nos. Et in hoc omnes conuenire ait Val. 1. p. d. 1. quaest. 2. p. 2.

Nihilominus Suar. d. 29. Metaph. sect. 3 num. 2. existimat ea demonstrata à posteriori per creaturas ne-

cessi

existitate & independentia Diuini esse, quasi à priori demonstrari Deum esse, quatenus potest ostendi praeter illud vnum ens necessarium, non posse dari aliud. Fatetur tamen supponendum esse quòd ex effectibus & negatione processus in infinitum, sit ostensum dari ens quoddam per se necessarium. Hoc autem supposito, seu iam probata de hoc ente existentia, ait deinde probari huiusmodi ens esse ab intrinseco necessarium, tum esse vnicum in tali ratione & modo essendi, ideòque esse Deum: atque ita priùs aliquo modo definiri quaestionem an sit, quàm quid sit.

7. Verum hanc Diuinae existentiae demonstrabilitatem à priori improbasse videntur Patres apud Cyparissiotam decade 1. c. 7. & 8. ac nominatim S. Dionys. c. 7. Diuinarum nom. docens Deum ex sua ipsius natura ignotum esse, & superare omnem rationem ac sensum, cunctàque cognosci ex creaturis ab ipso productis, quae certè notitia non est à priori. Accedit quòd vt demonstratio sit à priori, necesse est principia vel cognosci ex terminis, vel saltem vt resoluta ad aliqua nota ex terminis. Neutrum autem fit in illa demonstratione quam Scotus adducit. Vult enim ex eo quod à posteriori probatum sit dari ens necessarium, colligi deinde esse Deum. Itaque propositio illa, *Deus est ens necessarium*, quae assumitur vt praemissa in demonstratione illa à priori, vel postquam praecessit demonstratio à posteriori cognoscitur ex terminis, vel non: Non potest dici quòd noscatur ex terminis; nam qui dubitat an Deus detur, dubitat etiam an detur ens aliquod necessarium. Est autem manifestum, à nullo viatore cognosci ex terminis quòd Deus sit ens necessarium. Quòd si praemissae non cognoscantur ex terminis, nec resoluuntur in alias praemissas iam ex terminis cognitas, vt hîc contingit, demonstratio non poterit esse à priori, sed resoluetur in principia à posteriori cognita: vnde liquet eam non posse esse à priori.

Ex praedictis conuellitur quoque quod ait Ferrar. 1. contra gent. cap. 12. circa ad 2. nempe quòd demonstrationes quibus ostenditur Deum esse, ex parte quidem rei sint à posteriori, ex parte autem nostri sint à priori, eò quòd effectus Dei, sint nobis ipso Deo notiores. Sed certè hoc pacto omnis demonstratio ducta ab effectu esset à priori, quoad nos; quod constat non esse admittendum, cùm demonstratio à priori, etiam quoad nos spectata, debeat talis esse qualem proximè descripsimus, qualémque constat non esse demonstrationem ab effectu.

Est demonstrabile à posteriori.

8. Tertiò dixi, existentiam Dei naturaliter demonstrari à posteriori. Quod negare, D. Thomas 1. contra gent. c. 12. dicit *esse errorem*, & q. 10. de verit. art. 12. ait, *Esse manifestè falsum, eò quòd Philosophi rationibus irrefragabilibus hanc veritatem naturaliter probauerint.* Ex multis Patribus idem confirmat Bellarm. l. 4. de gratia & libero arbitrio, c. 2. quibus adde Clementem 8. recognit. Prosperum 2. de vocat. gentium, c. 4. Athanasium orat. contra idola, rectè asserentem, idcirco Deum cùm sit inuisibilis fecisse opera visibilia, quia non volebat existentiam suam latere. Quod etiam de aliis plerisque Dei attributis, vt vnitate, prouidentia, bonitate, infinitate, contra Caluinum crebè affirmant Sotus 1. de natura & gratia, c. 4. & Horantius l. 1. locorum Catholico-

rum, c. 14. quoniam hic addit Philosophus, hæc optimis & certis rationibus comprobasse. Quod, vt infrà suis locis ostendam, admittunt communiter alij, demptis paucis Nominalibus, & Antonio Mirandulano, qui non pauca minùs consideratè circa hoc asseruit lib. 13. euers. singul. certam. sect. 1. Itaque multò magis verum erit Philosophum rectè probasse Dei existentiam omnibus illis prædicatis præsuppositam. Aliqui verò Patres, qui dicunt Deum cognosci sola fide, non agunt de existentia Dei, vt rectè ostendit Turrianus in notis ad præfationem Cyparissiotæ, n. 2. sed de altiore illa Dei notitia quæ est ad salutem necessaria.

9 Neque Patres modò, sed & aliqui Ethnici, quamuis in Ethnicis naturæ lumen ob offusas per vitia tenebras parcius micauerit, agnoscendam esse ex opificio opificis existentiam, & perfectiones censuerunt, quod sonat illud Platonis in Theæteto, laudatum à Clem. Alexand. 2. Strom. cap. 5. *Principium sapientiæ esse res admirari.* Quod ita interpretandum esse monuit Clemens, vt principium perfectæ cognitionis qua ad Deum pertingimus, sit admiratio creaturarum à supremo illo opifice fabricatarum, inde enim ad Deum subuehimur. Eodem etiam spectant quæ idem Clemens addit ex Matthia in traditionibus, statuente, *admirari præsentia, esse primum vlterioris cognitionis gradum.* Et quæ refert ex Euangelio secundùm Hebræos, in quo dicitur, *qui admiratus fuerit, regnabit, & qui regnauerit, requiescet.* Nempe quia qui præsentia admiratus fuerit, vt par est, assurget illico ad Deum. Huius rei quasi praxim, legere licet apud Athanasium suprà, & omnino benè apud Chrysostomum, hom. 9. ad pop. frequentérque eam ex ipsis-mis Ethnicis dabimus in sequentibus.

Nunc attigisse sufficiat illustrem locum ex lib. de mundo ad Alexandrum, aliàs 7. circa medium. Post descriptionem enim mundanæ machinæ, & Dei in orbe cuncta mouentis descriptionem, ista subiungit planè aurea: *Nec verò si ea vir mortali, nec cernis ab hominibus, nec apparere potest, quamquam multis id obstat ad ea quæ dicemus agenda, sed nobis ad fidem huiusce rebus accommodandam. Nam & anima ipsa qua viuimus, qua vrbes, qua domos habitamus, licèt haud quaquam sub aspectum nostrum sita sit, operibus tamen ipsis videtur. Omnisque vitæ cultus, vt ab ea inuentus est, & descriptus, ita ex ea in terrenum sunt structa. Terræ cultura, & consitio, artium excogitationes, vsus legum, respublica rectè atque ordine constituta ratio, administrationes ciuiles, bella extra fines patriæ, & consulta pax intra. Proinde hæc etiam de Deo sentienda nobis sunt: Ille quidem si vim spectes validissimus: si decorem, formosissimus: si vitam, immortalis: denique si virtutem, præstantissimus. Quapropter cùm sit inuisibilis, natura omni mortali, ipsis tamen videtur ab operibus. Atque ea quidem quæ in aëre fiunt quæque in terra, quæ in aqua, ea verè Dei opera esse merito dixerimus: Dei, inquam, opera, cum imperio supremo mundum ac pro potestate obtinentis. Ex quo Deo, vt* inquit Empedocles Physicus:

Omnia quæcumque erunt, quæ sunt præsentia, quæque
Orta fuere antehac, stirpes, hominésque, feræque,
Inde etiam volucres, piscésque humoris alumni.

Hæc ille, perspicuè admittens ex operibus Diuinis demonstrari posse eius existentiam, sicut existentia animæ demonstratur ex operationibus, quamuis Deus & anima oculos lateant.

10 Quod argumentum vt efficacius

eius ac validius cenſeri debet quod ab Eccleſiis quibuſdam grauioribus ac etiam à Sanctis Patribus inducetur demonſtrationum , fundamentum deſumptum ex ſacris literis, argumentum illud ſæpè vrgentibus ad Diuinam exiſtentiam confirmandam, tanquam ipſa inde perſpicuè innoteſcat. Quod aliqui putant ſufficienter exponi de quadam notitia exiſtentiæ Dei probabiliſſima , ac moraliter certa. Ita Vaſq. 1. p. diſp. cap. 1. & Gill. lib. 1. tract. 2. cap. 3. num. 5. Sed meritò in contrarium Suar. lib. de eſſent. Dei cap. 1. num. 13. & Val. 1. p. d. 1. q. 2. p. 2. valdè vrgent verba Scripturæ, & vnanimem Patrum ac Theologorum conſenſum. Nam ad Rom. 1. dicitur: *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpici*, & Sap. 13. dicitur; *Creatorem poſſe videri cognoſcibiliter à magnitudine ſpeciei & creaturæ* , quæ arguunt veram euidentiam demonſtratiuam. Accedit etiam , quia Deum eſſe , eſt propoſitio neceſſaria & ſempiternæ veritatis , proindeque etiam ſcibilis. Nam omne verum & neceſſarium , quantum eſt ex ſe ſcibile eſt, ſi adſit potentia idonea & medium ſufficiens, quo ſanè hîc non caremus, cùm creaturæ non minùs ſint effectus Dei, quàm effectus aliarum cauſarum ſint effectus earum. Sæpèque aliqui peculiares effectus Dei à nulla alia cauſa producibiles , ergo intellectus hominis viatoris, qui eſt capax huiuſmodi notitiæ , poteſt à poſteriori ex illis effectibus Dei exiſtentiam certò & euidenter concludere.

11. Neque refert quòd nos Chriſtiani Deum fide obſcura credamus, nam idem intellectus poteſt de eodem obiecto materiali, ſaltem diuerſis temporibus, elicere actus ſcientiæ & fidei per diuerſa media , vt alibi pleniùs dicitur. Item non refert quòd aliqui Deum eſſe negauerint. Nam quæ demonſtrantur euidenter , poſſunt eſſe minùs nota quibuſdam, ſiue quia nolunt attentè expendere demonſtrationem , ſiue quia eam non penetrant defectu doctrinæ aut ingenij, vel quia obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Præſertim quòd non omnis demonſtratio (quia) eſt æquè euidens, ſed aliquando poterunt ob aliquam mentis cæcitatem , qua impeditur ponderare præmiſſas & vim illationis, poteſt reſilire à vera demonſtratione (quia) qua intellectus benè diſpoſitus conuinceretur. Quò ſpectat diſtinctio duplicis demonſtrationum euidentiæ, quam tradit Val. ſup. q. 3. p. 2. Aliquæ enim demonſtrationes non modò extorquent neceſſariò aſſenſum , ſed etiam oſtendunt contrariû eſſe in intelligibile, quales ſunt demonſtrationes Mathematicæ , cuiuſmodi euidentia ex 1. ethic. cap. 7. non eſt in omnibus quærenda, ac ſpecialiter non eſt expectanda in hoc negotio. Aliæ demonſtrationes tametſi euidentes ſint , & aſſenſum extorqueant, ita tamen id præſtant , vt oppoſitum concluſionis adhuc videri poſſit intelligibile, quod tunc fit cùm ratio quæ adducitur non oſtendit oppoſitū eſſe per ſe impoſſibile , etiamſi rectè oſtendat id non eſſe. Et ferè tales ſunt demonſtrationes Philoſophicæ, mixtæ inductione aliqua eorum quæ experimur. Hæc ergo euidentia ſufficit in demonſtrationibus de Deo & eius exiſtentia , vt nihil proinde mirum ſit , ſi aliqui eas minùs penetrantes , reſilire poſſint.

Cæterùm illi defectui ingenij ex quo prouenire potuiſſet ignorantia Dei in permultis , prouidit Deus, ſtatuens vt homines ambularent fide potiùs quàm diſcurſu euidenti , qui non eſſet omnibus communis , vt

optimè notarunt S. Thomas 1. contra gentes cap. 4. ac Viues 2. de verit. fidei c. 9. & iam olim Orosius 6. hist. cap. 1. Eisdemque (id bene in) longè melius contra Caietanum disputat Canus 12. de locis cap. 4. Quòd si homines fuissent conditi in pura natura absque fide, tunc simpliciores, facilè ex se habuissent iudiciū aliquod de ea veritate per se credibili ac valdè probabili, plenitatem autem eius lucem hausissent ex clariore notitia maiorum, & prudentiorum ingenio acutiore.

Vnde petendum medium ad demonstrandam à posteriori existentiam Dei.

12. Superest autem aliqua difficultas de medio, quo à posteriori probari possit existentia Dei. Auerroes credidit hoc medium esse duntaxat Physicum, quod affirmat etiam Zabar. lib. de inuentione æterni motoris c. 5. Et sanè demonstrationem illam primi motoris quæ habetur 8. Phys. esse omni ex parte naturalem affirmat Vicomerc. 12. Metaph. ad textum 29. E contrà verò Auicenna credidit medium quod inquirimus esse tantum Metaphysicū, pro quo pugnant Scotus quæst. 2. prologi in 2. laterali, littera T. & Scaliger exerc. 6. num. 3. & latè Anton. Mirand. l. 17. euers. sing. certam. sect. 1. & 2. idemque censuit Alexander teste Auerroë 12. Metaph. tex. 6. Consentiunt quoque Albertus & S. Thomas, quos refert Soncinnas 12. Met. q. 1. & sequitur Suar. d. 29. Met. sect. 1. num. 6. & 19. & 41 Itaque de hac re non est tantùm concertatio inter *Philosophos quosdam* vt dicit Syluester quæst. 2. conflati art. 1. initio, & ad §. 4. vbi addit hanc quæstionem esse vanam, eò quòd constet tam in Physica quàm in Metaphysica demonstrari quòd Deus sit, sed in Physica Deum demonstrari sub ratione primi mouentis & per medium naturale, in Metaphysica autem sub ratione primi entis vel primæ partis entis, & per medium Metaphysicum. Addit denique Metaphysicum posse illa in hac re vti quibusdā probatis in Physica, vel ad eam pertinentibus, quia motum per quem primū cognoscitur aliquid causare aliud: Vti etiam medio physico tanquam extraneo. Physicum autem, quippe quoad nos priorem, non posse è conuerso assumere aliquid Metaphysicum, & eo vti ad demonstrandum primum motorem.

Aliam viam init Soncinnas supra. Quamuis enim concl. 1. concedat, Metaphysicum per media Metaphysica probare posse, Deum esse, tamen concl. 2. subiungit omne mediū prædictæ probationis esse naturale, aut concludere in virtute medij naturalis. Atque ita quia qualitas demonstrationis pensanda est ex medio, & ex eo dignoscendū est ad quam scientiam spectet demonstratio, manifestum est iuxta illum Soncinnatis processum, omnes demonstrationes quibus Dei existentia probatur, debere dici physicas. Nec enim satisfacit quod ipse ait, nempe ex parte prædicati conclusionis spectari debere cuius scientiæ sit conclusio quæ demonstratur, atque adeò conclusionem quæ infertur existentia Dei, tametsi probatam mediis & principiis naturalibus, esse Metaphysicam. Hoc inquam non satisfacit. Nam Aristoteles 2. Phys. tex. 17. & 18. eandem conclusionem *Terra est rotunda*, concedit ad Mathematicum & ad Physicum posse pertinere, pro ratione medij per quod illa colligitur. Itaque Syluester qui demonstrationes de Dei existentia, non Physicas tantùm, sed etiam Metaphy-

taphy

taphysicas adduxerit, longè abest à sententia Soncinatis, iuxta quam non sunt concedendæ ulli Physicæ, tametsi (quod non officit rationi demonstrationis Metaphysicæ,) velit Syluester in Metaphysicis illis demonstrationibus aliquid supponi ex Physica, suppositis tamen Metaphysicæ effectus aliquos per quos hæc intra suam rationem formalem & proprium procedendi modum, assurgit ad Deum. Quo ex capite idem Syluester non male, Metaphysicas Dei existentiæ probationes, vocat [illegible] naturales.

13 Cæterùm litem hanc, nūc quidem, nondum expensis illis purè Physicis demonstrationibus, dirimere non possumus. Infrà tamen apparebit, omnem huius veritatis probationē Philosophicam, fundari in esse, & ideo ut Marsil. admonuit 8. Phys. tract. 5. dub. 1. spectare ad primum Philosophum, cuius est de ente agere, & primam entis diuisionem in ens à se & ab alio constituere. Nunc constituto quòd Dei existentia non sit per se nota, sed probatione egeat, ad probationem hanc aggredientes usurpabo Platonis verba 10. de legibus. *Age verò illud nostræ orationi subjiciamus proœmium, quandoquidem nobis est institutum docere Deum esse, maiori studio & diligentia enim Deus à nobis est quàm unquam antea inuocandus. His quasi vinculis & retinaculis firmati hanc orationem ingrediamur.*

ARTICVLVS II.

Quomodo aliqui Deum esse probent, non omnino efficaciter.

NOnnulli ad probandum Dei existentiam debilibus argumentis usi sunt, ideòque ut notauit D. Thomas quæst. 10. de verit. art. 12. in corpore, dederunt occasionem quibusdam, asserendi existentiam Dei non posse demonstrari. Alij verò usi sunt rationibus iuxta ipsorum quidē persuasione optimis, quibus tamen nos [illegible] ta nostra principia, vel quia eas minus penetramus, uti non possumus. Placet ergo huiusmodi tantæ veritatis infirma firmamenta, nunc expendere.

Expenditur probatio ex eo ducta quòd Deus sit ens quo melius cogitari non potest.

14 PRIMA ratio est qua utitur S. Anselm. c. 2. Proslo. & libro contra insipientem, & ex eo Scot. in 1. d. 2. quæst. 2. §. quarta via lit. B b, laudaturque à Vasque 1. p. d. 20. in fine. Ita habet. Deus est id quo melius excogitari non potest; sed id quo melius excogitari non potest, reipsa est, alioqui non esset melius omnibus, id enim lōge melius est quod reipsa est, quàm quod est per solam cogitationem, ergo Deus est in rerum natura.

Hæc argumentatio est reuera subtilis; ut nimis certè irreuerenter dixerit Cameracensis in 1. q. 3. lit. Z. rationes Sancti Anselmi in eo libro contra insipientem, non modò non esse demonstratiuas, sed etiam esse aperte sophisticas, & peccantes in Logica, *propter nimium defectum* (inquit) *dialecticæ, non solum in hoc loco, sed & in aliis passibus, sæpe deceptus fuit, ut dicit unus doctor, & patet intuenti.* Sic ille, temerè ut sæpe alias. Nam bene intuenti patet S. Anselmum, Sabaudiæ, in qua natus est, ornamentum ac decus, præter cætera insignem Philosophum & Dialecticum fuisse. Illum autem unum Doctorem ab Alliacensi indicatum, suspicor esse Gersonem, Cameracensis æqualem, quem Carthus. in 1. d. 3. q. 2. *in fine*, [illegible] in

quendam tractatu, censuisse hanc S. Anselmi disceptationem esse sophisticam. Addit quoque idem Carthusianus in elementatione philosophica, proposit. 79. alium quendam acutum & doctum virum, viuente adhuc sancto Anselmo hanc eius rationem impugnasse, edito libro cui titulum fecit, *Responsio pro insipiente*, & adducta fabula pulcherrimæ cuiusdam regionis nomine (A.) sic conclusisse. Fertur esse pulcherrima (ergo (A.) ergo A est. Sicut ergo hæc illatio nulla est, ita inferebat non valere eam de qua agimus. *Nescio* (inquiebat) *an insipientior sit qui putat hoc sapere, an insipiens, qui dixit in corde suo, non est Deus.*

15 Modestiùs S. Thomas, 1. contra gent. c. 11. & 1. p. q. 2. art. 1. ad 2. tacito Anselmi nomine, respondet ad argumentum propositum. Primò quidem etiam apud eos qui Deum non negant, non constare quòd Deus sit, id quo maius cogitari non potest; cùm multi antiquorum fuerint, mundum aut aliud aliquod corpus, Deum esse; potest autem maius aliquid tali Deo cogitari.

Sed ad hoc pro S. Anselmo responderi posset cum Durando in 1. d. 3. q. 3. n. 14. & 15. Sanctum Anselmum supponere hanc rationem nominis, (*Deus*) ut admissam ab eo quem impugnat. Et verè ea suppositio passim admittitur, ut constat ex D. Augustino, 7. confess. cap. 4. & 1. de doctrina Christ. c. 7. S. Bernardo 5. de consid. c. 7. initio, & epist. 190. Boëtio 3. de consolat. Prosa 10. Idemque ex Cassiodoro, l. de anima, cap. 17. qui agens contra idololatras, *Quidquid* (inquit) *decentius est, illum colere quo melior est.* Rectè item S. Bernardus cap. illo 7. *circa medium. Habe sententiam Dei, ut quod prius est illi tribuas. Si ex toto usque huc ascendere putas*, (ut scilicet concipere Deum esse bonam talentum, (ut qui ibi disputat) *Deum nempe iste quomodo collocabit? In hoc interim gradu satisfacio illum, & si alter pauper appropinquat, illum potius docere. Numquid pertendam me inquietare transfundere illum? Quæ omnem cumque in alium profitiat, vitia est. Insto quid homo negotiare possit. Altissimum quærere radicalem est, sentire impium. Verùm non citra quærendus est. Ascende si adhuc potes ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Ita Bernardus; imò eius æqualis & amicissimus Richardus Victorinus, 1. de Trinit. c. 20. ait, *Quædam quasi dura natura contingere videre, quod nullis prius tam sensibus quam minus credens quasi pro regula teneant, quicquid optimum iudicatur, Deo esse tribuendum, & quod quisquam de hac regula perspicaci ratiocinandi viam non docet, demonstrat absque ambiguo dubitatio persuadere.* Et paulò post: *Est itaque credenda certa maxima propositio, & constans in communi quasi communis animi conceptio, Deo attribuere quicquid altius aestimat humana æstimatio. Et hoc certitudinis solida, & quasi omnia veritatis fundamenti, firmans etiam Magistri passim disputantes suis omnium sumant, cum de Diuinis proprietatibus altiùs & augustiùs disserere intendunt.* Hæc ille quæ Sebundius titulo 63. latè confirmat. Quinetiam Epicurus tametsi homo prorsus pendens à sensibus, hoc ipso argumento persuasit Deum esse teste Tullio 2. de nat. quòd necesse sit præstantem aliquam esse naturam, qua nihil sit melius. Itaque argumentum S. Anselmi non infringitur primâ illâ responsione.

16 Respondet 2. S. Thomas, ac etiam Gregorius in 1. d. 2. q. 1. art. 2. & d. 42. q. 1. art. 3. *circa medium*, admissa notione illa nominis, *Deus*, non propterea sequi significatum huius nominis esse in rerum natura: Posset enim aliquis dicere, illud esse tantum

fit apprehensione intellectus. Nec potest argui quod sit in re, nisi admittatur dari reuera aliquid quo maius cogitari non potest. Optimè enim aduertit suprà Gregorius, nunquam aliquod prædicatum verè tribui alicui subiecto complexum in propositione nō hypothetica, nisi vna pars illius subiecti verè affirmetur de alia, verbi gratia, Impossibile est hanc propositionem esse veram, *homo albus est animal*, nisi hæc sit vera, *homo est albus.* Sic etiam non erit per se notum hanc esse veram, *id quo maius excogitari non potest existit*, nisi priùs constiterit esse aliquid quo nihil maius excogitari potest, esse ens verum & non confictum. Quare maior propositio in illo argumento sancti Anselmi, est tantùm conditionalis, nempe Deus est, id quo maius excogitari non potest, posito quòd sit. Minor quoque, scilicet, id quo maius cogitari non potest, existit; non est euidens, nisi si supponas esse talis rei non modò esse cogitatum, sed etiam exercitum. Et ideò Caiet. 1.p.q.2.art.1. ait maius omni cogitabili, importare actualem existentiam tantùm in actu signato, seu vt conceptam, non autem vt exercitam. Vt verò appareat argumentum allatum non esse efficax, & non esse bonam argumentationem quæ fit à significari & cogitari ad esse actu, fingamus cum Caietano licere quod nobilissimum omnium animalium sit actu, & velit quis probare illud esse actu; quia si non est, ergo non est nobilissimum omnium animalium. Apparet hanc argumentationem fore vitiosam, & tamen procedit eodem modo quo illa sancti Anselmi ratiocinatio.

Quid quod non pauci ex illis qui hanc Diuinæ existentiæ demonstrationem approbant, meritò alibi concedunt Trinitatem Diuinarum personarum non posse demonstrari, sed tantùm fide credi. Et tamen si hæc probatio Diuinæ existentiæ esset demonstratiua, facilè esset eam transferre ad demonstrandam personarum in Deo Trinitatem, vt fecit Sebundius tit. 64. in hunc modum argumentatus. Oportet enim in Deo sit summa productio, & talis qua non possit cogitari maior: Sed productiones illæ Deo internæ quibus duæ Diuinæ personæ productæ (nempe Filius, & Spiritus sanctus) producuntur, sunt tales vt non possit cogitari maior productio, ergo potentiæ sunt in Deo, atque adeò dantur tres Diuinæ personæ, quarum vna sit improducta & duæ productæ, vna per intellectum, altera per voluntatem. Sicut ergo hæc ratio non demonstrat Trinitatem, quæ est mysterium sola fide creditum, vt infrà dicam, ita neque demonstrat Diuinam existentiam.

17 Simile ferè esto iudicium de alia quadam ratione petita ex ratione actus puri. Indicant eam Scot. in 1.d.2.q.2.litera K, M, & B b, sic autem formatur. Si actus purus est possibilis, ergo existit, alioqui non est actus purus qui pugnat formalissimè cum quauis potentialitate: Sed actus purus est possibilis, cùm non implicet iungi puritatem & actum, ergo existit. Sed minor probari deberet. Dicet enim proteruus, contradictionem, licèt non appareat, fortè latere, nec demonstratur eam abesse. Est quidem verum quod si cogito actum purum, cogito rem vt existentem, superest tamen probandum an quod cogito sit merum ens cogitatum. Denique idem esto iudicium de illa ratione Cleanthis Stoici, quam refert Sextus Empyricus contra Mathem. in examine Physicæ, l.2. Si est natura,

natura

naturâ melior, vt reuera est, dabitur optima, quæ alia non est, nec potest esse, quàm Deus, cui soli insunt omnia optimè, ergo datur Deus. Sed nisi aliud addatur, respondebit aduersarius naturam optimam qualem ipse proponit esse commentitiam. Quomodo tamen ex Cleanthis ratio possit reddi valida, infrà dicam.

Probatio ex quorundam entium contingentia discutitur.

18 SECVNDA ratio est, quam aliqui desumunt ex ratione contingentis & necessarij, in hunc modum. Necesse est vt omnis perfectio possibilis habeat in aliquo necessitatem essendi, alioqui non haberet vnde sumeret originem et ad alia dimanaret: nam si ea perfectio est contingens in omnibus suis subiectis, nihil vetat fingere eam cessare, & tunc non haberet à quo fieret, ideóque esset impossibilis, cùm tamen supponatur esse possibilis. Constat enim quod à se fieri nequeat; (quia in ipso non esse, non potest esse virtus ad se efficiendum,) oporteréque rem à se factam sibi ipsi præire, vt rectè argumentatur S. August. 2. de libero arbitr. c. 17. & S. Bernard. 5. de consid. cap. 6. cuius illa sunt. *A se cuipiam nihil, nisi fortè quis putaret quod non erat, dare sibi potuisse vt esse inciperet, aut fuisse aliquid antequam esset, quod vtrumque quàm ratio non sustinet, constat nihil sibimet extitisse principium.* Eodē pretiùs modo philosophatur Author Theol. Ægypt. l. 3. cap. 3. *[illegible]*, & Simplicius in caput 38. enchiridij Epicteti. Nec minus acutū illud Authoris libri de triplici habitaculo c. 7. apud S. August. tomo 9. *Nihil seipsum creat, quia enim potuit qui omnino non esset, seipsum facere*; & illud ipsius Augustini l. 8. de Trinit. cap. 3. *vt animus esset, non ego ipse aliquid; non enim iam erat, qui faceret vt esset.* Hoc argumentum [illegible] Aristoteles 12. Met. tex. 40. & optimè Plotinus Enneade 4. l. 7. cap. 5. [illegible] Val. 1. p. d. 1. q. 2. p. 4. Sed [illegible] dicet aduersarius esse telum imbecille, nisi præsupponatur exclusus progressus in infinitum. Admittet enim Atheus, debere dari ens necessarium, non tamen quod sit à se, sed quod sit ab alio, & hoc rursus ab alio vsque in infinitum. Debet ergo excludi processus ille, aut saltem declarandum esset quomodo eo progressu admisso, nihilominus exigatur principium extrinsecum quod sit à se, alioqui non valebit argumentum.

Simili modo eluditur argumentum quo vtitur Author libri de cognitione veræ vitæ cap. 7. & Petrus Alphonsus in dialogo Petri & Moysi titulo 1. *à medio*, probantes Deum esse, quia mundus non est simplex, sed partes habet; quod autem partes habet, ab aliquo coniungitur. Sed hoc toto concesso dicet Atheus, causam coniungentem non esse à se, sed rursus ab alio in infinitum. Alia argumenta eiusdem Authoris libri de cognitione veræ vitæ, ducta ex bonitate participata creaturarum, infrà attingentur.

Iudicium de probatione ex motu cæli.

19 TERTIA ratio, quam vnicam efficacem esse putat Auerroës, desumitur ex 8. Phys. & 12. Met. fundaturque in motu cæli. Nisi enim dicamus cælum perpetuò moueri, & quicquid mouetur moueri ab alio, & omne corporeum esse mobile, nec dari progressum in infinitum in mouentibus & motis, nunquam deueniemus ad agnoscendas substantias separatas via naturali, vt putat Auer-

motu & sequitur Zabarell. lib. de inuentione æterni motoris, c.1. Est tamen adhuc hic res aliqua, an scilicet Deum concludant efficaciter ex motu absolutè, an tantùm ex æterno motu, qualem Aristoteles posuit. Zabarella suprà cap. 2. *in fine*, existimat hanc argumentationem posse tantùm esse validam, si ducatur ex æterno motu. Alij tamen putant Aristotelem 8. Physic. vsque ad text. 44. argumentatum quoque esse in hanc rem ex motibus nobis & in tempore factis. Siquidem ex eo quòd quicquid mouetur ab alio mouetur, nec datur progressus in infinitum, collegit necessarium esse dare primum mouens immobile, quod à nullo alio moueatur, atque adeò incorporeum, quia si esset corporeum esset mobile. Denique Rub. 8. Physic. tract. de primo motore, n. 78. putat Aristotelem 8. Phys. tantùm voluisse quasi manuducere intellectum ad percipiendum Deum ex illis quæ apud nos sunt. Quasi diceret in causis particularibus Physicorum motuum, quæ apud nos imò in nobis ipsis sunt, aliquo modo reperimus, quòd quælibet mouens cum dependentia ab alio totali aut saltem partiali vsque ad primum in eo ordine. Ergo existimandum est, similiter euenire in ordine mouentium totalium & completorum, vt particularia moueantur ab vniuersalibus, & hæc ab aliis vsque ad primum immobile.

10 Hæc Philosophi argumentatio, vt bene aduertit D. Thomas 1. contra gent. c. 13. nititur quasi radicibus duabus, duobus illis principijs, *Omne quod mouetur ab alio mouetur.* Et *In mouentibus, sicut agentibus, non datur progressus in infinitum.* Vtraque verò hæc propositio difficultatem patitur. Et prior quidem, vt rectè obijcit Ocham. in Centilogio concl. 1. patitur instantiam in plerisque etiam corporeis. Nam multa per actum virtualem reducunt seipsa ad formalem actum, vt patet in aqua se reducente ad frigus natiuum, & in voluntate eliciente volitionem, ac in aliis causis æquiuocis de quo alibi pleniùs. Posterior quoque propositio, difficilis est apud Aristotelem, qui posuit mundum ac motum & generationes ab æterno, ita vt præcesserint infinita indiuidua, quorum alia genita sunt ab aliis animantibus. Ergo tametsi quod mouetur ab alio moueatur, videtur tamen vitari posse primum motorem vim mouendi à se habentem, si recurratur ad successionem causarum infinitarum per accidens subordinatarum. Saltemque vt bene stabiliatur probatio Diuinæ existentiæ, superest ostendendum, non licere cum Atheis ad infinitatem illam recurrere.

Vnde infringitur illa purè Physica demonstratio, quam tantopere extollit Zabarella. Nunquã enim quod ostendendum esse diximus, ostenditur, si seruetur processus ille purè Physicus. Opponunt alij ex motu, siue æterno, (qui nunquam fuit,) siue absolutè sumpto, non posse colligi an primus ille motor sit vnus & incorporeus, & infinitæ virtutis, ac præditus reliquis primi entis perfectionibus, quas cœli motor aut quiuis alius Physicus motor non requirit ex se. Quod latiùs prosequitur Suarez d. 29. sect. 1. n. 7. Sed hoc ego contra rationem illam non vrgeo, quia video respondéri posse cum Caietano, 1. p. q. 2. art. 3. §. *circa hæc*, sufficere vt ratio illa ac similes quæ ad probandam Dei existentiã adducuntur, concludant aliquod vnum prædicatum Deo proprium, probéntque dari aliquod ens cui insit tale prædicatum. Nam eo concesso, per rationem satis à se

in tali prædicato includendam, facilè esset reliquorum Diuinorum prædicatorum apparatum colligere, vt infrà erit manifestum. Itaque firmiora sunt quæ priùs opponebantur, ob quæ plerique & inter alios Gregorius, in 2.d.6.q.1. art.3. ad 6. fatentur demonstrationem illam Philosophi sic expositam non esse efficacem ad probandam existentiam primi motoris, licèt ipsi Aristoteli efficacem visam fuisse concedat Gregorius: videtur tamen Aristotelis ratio in alio sensu accipi posse, quem indicauit Scotus in 2.d.2.q.1 n.lit.G, & infrà attingemus, ac efficacem esse declarabimus.

Examen probationis ex impossibilitate infinitatis causarum.

21 QUARTA ratio est, quæ ducitur ex impossibilitate infinitatis causarum per se subordinatarum, quo ratio proximè proposita passim reducitur. Siquidem probationem illam Diuinæ existentiæ, quæ petebatur ex motu reducto ad vnum principium immobile, tum demum efficacem fore existimant, si fundetur in dependentia essentiali quam ad primam causam habent omnes causæ secundæ, quæ sicut non habent esse à se, ita non habent vim mouendi, neque actualem motum à se, sed ab alio. In causis autem per se ordinatis, non potest procedi in infinitum, alioqui enim darentur causæ physicæ actu infinitæ, atque adeò entia completa actu infinita, quod naturaliter fieri non potest. Probatur sequela, quia causæ per se subordinatæ, ita se habent, vt quæ subordinantur nihil possint facere sine influxu earum quibus subordinantur, proindéque istæ debent esse actu, quia nihil influit nisi sit actu. Hanc probationem Rubius suprà existimat expressã fuisse à Philosopho 1. Meteor. c.2. estque sine dubio efficax, si efficaciter probetur subordinatio essentialis causarum, & absurditas infiniti progressus in causis per se subordinatis. Nam quod adducitur de absurditate infinitatis, parum vrget: quid si enim Athei quorum lippæ mentes ad ipsum veritatis Solem cæcutiunt, non existiment absurdũ, dari simul causas actu infinitas?

22 Itaque ad hunc infinitum processum in causis per se subordinatis excludendum, idem Rubius inde petitã argumentatur, quia si sint infinitæ causæ, nunquam concursus determinabitur vsque ad effectum sicut postulat subordinatio. Quomodo enim posset concursus, seu influxus per illas medias causas infinitas absque prima, pertingere vsque ad effectum, cùm infinitum careat vltimo, & non sit pertransibile? Vsurpant quoque hoc argumentum Caiet. 1.p. quæst.2. art.3.§.ad hoc, Vasq.1.p.d.20.num.11. Hurtadius d.10.Phys.§.3. sed est parui momenti. Nam vt rectè ait Syluester q.2.conflati, art.5.§.2. non repugnat infinitati causarum præcedentium, quòd causa effectus proxima sit vltima, cùm antecedentes sunt innumeræ. Itaque si nihil aliud repugnaret, sicut tres vel quatuor causæ per se subordinatæ, possent operari in eodem instanti, ita idem possent infinitæ. Probabiliùs argumentatur idem Vasquez, ex eo quòd videatur incredibile vnamquamque rem egere infinito numero causarum, cùm habeat determinatam naturam, ac proinde etiam determinatam causam. Sed hoc quoque Athei illico reiicient, negabuntque esse impossibile, vel falsum, si argumentorum vi, vel ad hoc concedendum, vel ad eius à se admittendum, adigantur. Alij quidam minùs

apti

apti modi Diuinam existentiã ex hac causarum subordinatione colligendi, paulo post patebunt, vbi etiam manifestum erit quomodo aliqua ex argumentis ante propositis, possint roborari & reddi efficacia.

ARTICVLVS III.

Probatio prima efficax ex subordinatione efficientium.

23 VT euidenter innotescat, quã præsertim ex parte vrgendi sint Athei, tamque arcta premantur obsidione, vt præclusis quibuscumque effugiis, de salubri deditione cogitare adigantur; Nónulla præmittenda sunt, quibus difficultatis cardo, & vnde eius resolutio petenda sit, planum fiat.

Quæ sit essentialis, & accidentalis subordinatio causarum.

Præmittendum ergo est cum Scoto in 1 d.2. q.2. lit. I, causarum eiusdem generis, putà efficientis aut finalis, aliquas dici accidentaliter inter se ordinatas, aliquas verò essentialiter. Quæ causarum distributio, longè alia est ab illa alia, qua causæ diuiduntur in causas per se, & causas per accidens. Nam causa per se, ea est, quæ secundùm naturam propriam & non secũdùm aliquid quod ei accidat, causat effectum; & è contrà causa per accidens illa dicitur quæ secundùm aliquid quod ipsi accidit, effectum operatur. Sic statuarius vt sic, est per se causa statuæ, Phidias autem aut Polycletus cui accidit statuarium esse, est statuæ causa per accidens, vt patet ex 2. Phys. & 5. Metaph. Itaque causa per accidens non est nisi æquiuocè causa, quia non habet influxum; quod dicã non potest de causa alteri subordinata per accidens: ac proinde latum discrimen est inter causam per accidens, & causam alicuius effectus, alteri causæ accidẽtaliter vel per accidens subordinatam. In priore illa distributione causarum, vnum extremum comparatur cum altero; nempe causa vna cum causato, & ex proprio in effectum influxu vel influxus defectu, ducitur appellatio causæ per se aut causæ per accidens: At in posteriore distributione, duæ causæ quatenus in effectum aliquem reuera influunt, comparantur inter se, & ambæ sunt causæ per se.

24 Iam verò causæ accidentaliter seu per accidens subordinatæ, à causis essentialiter subordinatis differunt in tribus, iuxta Scotum suprà. Primum discrimen est, quòd in causis per se subordinatis, causa subordinata quatenus causans, dependet ab ea cui subordinatur, quod non contingit in causis subordinatis per accidens, licèt vna earum dependeat ab altera quoad primam acceptionem ipsius esse, vt filius à patre, vel quoad aliquid aliud. Secundum discrimen est, quòd causarum essentialiter subordinatarum, vna est perfectior essentialiter, nempe illa quæ est superior, seu cui altera subordinatur, quod non contingit inter causas subordinatas accidentaliter. Quia enim causa inferior in causis per se subordinatis dependet ab altera essentialiter, & ex natura sua manifestum est certam inter eas disparitatem nobilitatis essentialis, ac proinde etiam diuersitatem specificam: At inter causas accidentaliter subordinatas, non reperitur dependentia illa ex natura causæ inferioris, sed causalitas vtriusque in effectum siue est eiusdem ordinis, ac proinde ambæ possunt esse eiusdem

speciei, & æqualis perfectionis. Tertium discrimen est quod omnes causæ per se ordinatæ, simul concurrere debent ad causandum. Nam quia inferior in ipso causandi actu dependet à superiore, manifestum est eas conuenire debere cùm operatio elicienda est; at causæ per accidens subordinatæ, non ita se habent, ac proinde simultas earum in causando, non est necessaria. Hanc Scoti doctrinam quoad aliqua reiectam ob Ochamo eadem d. quæst. 10. lit. K, & ab Oyta apud Gabrielem eadem quæst. 10. litera 10. passim approbāt alij vt Gabr. supra cum Alliacensi in 1. q. 3. lit. H, Picus lib. de prouidentia parte 2. c. 15. Fons. 2. Metaph. c. 2. q. 1. sect. 2. nec dissentiunt Thomistæ, vt videre est apud Sylu. q. 2. conflati art. 3. qui multa ad hoc ex D. Thoma congerit.

Non sunt vrgendi Athei, ex impossibilitate infiniti progressus in causis sibi succedentibus essentialiter subordinatis, nisi essentialis subordinatio probetur.

25 His ita constitutis, cardo huius difficultatis & vis probationis ex subordinatione causarum ductæ contra Atheos, in eo passim collocatur, vt ostendatur non posse dari progressum in infinitum in causis essentialiter subordinatis; esto posse dari in causis subordinatis per accidens, sicut reuera eum concessit Aristoteles, qui mundum æternum ratus, infinitas generationes sibi per totam æternitatem succedentes admisit. Excluso autem infinito illo progressu in causis per se ordinatis, tandem deuenitur ad vnam aliquam causam ab alia vlteriore independentem, quæ non alia erit quàm Deus. Ita argumentatus videtur Timæus Locrensis, cuius ex libro de natura, hæc verba referuntur à Clemente Alex. 5. Stromat. c. [illegible] non multùm ab initio, & à Theodoreto in fine secūdi aduersus Græcos: *P[illegible] est autem principium, quod non est genitum. Si enim genitum sit, non amplius erit principium, sed principium potius illud erit, vnde id sit exortum, quod vocabimus principium.* Hæc ille. Ad quæ tendit longa de Dei existentia demonstratio à Simplicio adhibita, in c. 38. enchiridij Epicteti, Et eodem fortassis allusit Aristoteles 3. Phys. tex. 30. vbi laudans antiquos asserentes infinito debere tribui rationem principij, ait id verè ab iis dictum esse, quia infinitum non potest esse principiatum: Omne autem quod est, aut est principium, aut ex principio.

26 Sed in hoc argumentandi modo vnum supponitur, vel quasi per se patens assumitur, de quo est tota lis. Nempe quod dentur causæ aliquę essentialiter subordinatæ. Athei enim sola causarum accidentali subordinatione contenti, negant dari vllam causarum subordinationem essentialem. Quare illud in primis ostendendum est causas aliquas subordinari inter se essentialiter, nec subordinationem per accidens posse sufficere quantumuis admittatur inter infinitas causas, vt contendunt Athei. Cùm enim in hunc modum vrgentur argumento paulò ante proposito, Vel effectus est à se, vel ab alio; si est à se, habemus ens à se, quod facilè concedimus esse Deum: si est ab alio, vel illud aliud est tandem à se, vel nunquam: si tandem est à se, habemus Deum; si semper est ab alio, ergo datur processus in infinitum, qui dari non potest in causis per se ordinatis. Cùm inquam hoc argumento vrgentur Athei, illico respondent, effectum quemcumque propositum, esse ab alio,

aliæ, & hoc aliud rursus esse ab alio, & ita in infinitum, anteriore eiusdem speciei indiuiduo, conferente alteri proximè sequenti per beneficium ei quod ante acceperat, ab alio cursus anterioris indiuidui, vbi nulla per se subordinatio causarum interuenit, sed tantum subordinatio accidentalis causarum infinitarum sibi inuicem succedentium, qualem concessit Aristoteles;

Neque ex impossibilitate eiusdem progressus, in causis per accidens subordinatis.

27 Aliqui quibus praiuisse videtur Theodorus Abucara opusc. 5. *initio*, hoc Atheis perfugium adimunt, negata possibilitate infiniti processus in causis per accidens ordinatis. Et quidem agendo de causis quarum vna agat per aliam, de quibus passim agũt Athei, non videtur difficile, eam multitudinem causarum in infinita extensione duratiua sibi succedentium, refellere, iisdem argumentis quibus alibi ostenditur successionem & extensionem quamcunque infinitam, repugnare. Quod in extensione duratiua ex infinitis diebus sibi succedentibus constans, *hoc modo* enunci breuiter potest. Si potest produci infinita multitudo dierum sibi inuicẽ succedentium correspondens toti spatio imaginario quod ad nos vsque fluxisse concipitur, sequitur durationem illam seu multitudinem fore maiorem seipsa, quatenus post semel factã & infinities si libeat repetitam alternorum dierum detractionẽ, duratio illa aliunde nullatenus aucta, tam multo spatio imaginario fluenti correspondere & adæquari deberet, quàm ante detractionem partium illarum infinities infinitarum, quod manifestè repugnat, cùm pars non possit adæquare totum, ac proinde non nisi absurdissimè concessum est à Majore in 2. d. 1. quæst. 3. *ad 3. principale*. Probatur autem, hoc sequi, quia si ex motibus partialibus eiusdẽ cœli ab æterno moti, detrahamus mentaliter alternos dies; vel si fingamus ex duobus cœlis ab æterno motis, alterum moueri totidem circulationibus quot nunc fluxissent si mundus hic ab æterno fuisset; alterum verò, alternis tantùm quoad celeritatem vniformibus cum circulationibus alterius cœli, altero tanto plures circulationes peragenti: Ergo, vel dies illi alterni adæquarent eos qui nunc fluxissent; & sic medietas adæquaret totum, & haberetur illatio suprà facta: vel non adæquarent, & tunc rursus interrogo quanto excessu superarentur; non enim finito, quia excessus ille deberet esse æqualis extensioni dierum illorum alternorum infinitorum, qui in alterius cœli motu assignantur, quæ extensio cùm constet infinitis partibus vni certæ æqualibus, non posset esse finita. Non item infinito, quia computando à fine in quo incipit excessus, seu numerando ab vltima die ex illis alternis, qui fuit terminus in quo hi alterni dies desierunt correspondere aliis diebus ex alterius cœli motu causatis; ab eo inquam vltimo die computando, ad hoc vsque punctum temporis, duratio intercedens finita esset, quippe vtrinque clausa, quod pugnat cum infinitate, vt expressè docent Auctor libri de proprietatibus elementorum apud Aristot. cap. 1. Nyssenus 2. contra Eunom. cap. 15. & August. contra epistolam fundamenti c. 10. contrarium *impossibilitatis magnæ, & extremæ dementiæ* damnantes. Quam tamen tantorum virorum censuram ubiter nutent Recentiores illi, qui Manichæum

apud Augustinum supra imitati, infinitum vtrinque clausum cōtra ipsam infiniti vocem ac rationem concedunt. Ergo extensio durativa & successiua illa infinita dierum est impossibilis. Quod ad quamcumque infinitam extensionem successiuam facilè transfertur, vt patet attendenti. Itaque hoc argumento, & aliis quibus extensio successiua infinita suo loco reiecta est, videtur quoque reiici progressus ille infinitus causarum per accidens ordinatarum, quarum vna agat post aliam, quò ordinariè confugiunt Athei.

28 Non est tamen animus Atheis ex hac parte negotium facessere. Tum quia resolutio tanti momenti quanti est ista in qua versamur, non est fundanda in opinione, cuius contrarium multi non improbabiliter asserunt: Tum quia præter infinitum illum progressum in causis accidentaliter ordinatis successiuè operantibus, eo modo quo reipsa factum esse censuit Aristoteles, excogitati sunt à nonnullis alij quidam modi defendendi possibilitatem processus illius infiniti. Quorum vnus quidem quem tradunt Gregor. in 2. d. 1. quæst. 3. art. 2. ad 5. Carthus. ibid. q. 4. in fin. & Venetus 8. Phys. t. 15. nullo modo fauet Atheis, quia supponitur in eo vnum primum indiuiduum ab ente à se immediatè causatum: præterquam quòd modus ille non videtur cohærere cum asserta ab illis Auctoribus infinitate causarum & indiuiduorum sibi ordinatè succedentium, quatenus præter illud primum indiuiduum admittat etiam vnum postremum. Tamen alius quidā modus, posset fortassis ab Atheis quoquo modo ad suum errorem aptari, dicendo dari posse infinitas causas quarum quælibet sit ab alio, non successiuè causantes, sed quæ sibi simul esse communicauerint per totam æternitatem, postquam diuina vi earum extiterint in tempore generationes sibi inuicem succedentes, & finitæ. In quo commento non est repugnantia illa quæ in successiua productione ostendebatur. Ideoque non esse impossibile huiusmodi progressum, habetur ex Capreolo in 2. d. 1. q. 1. ad 2. *Durandi in fine quæstionis*, tametsi Capreolus asserit processum illum esse possibilem ordine opposito ei quem seruaret Atheus accommodatè ad suum errorem. Vult siquidem Capreolus, dari posse infinitos homines à parte post, inuicem dependentes quorum nullus sit vltimus versus finem, quamuis sit vnus primus versus initium, procedens à Deo immediatè, qui eo ipso puncto quo accepit suū esse influat in alium, & hic rursus in alium, & ita de infinitis consequentibus, non tempore, sed naturā posterioribus simul & semel productis. Atheus autem euicta impossibilitate processus infiniti in causis accidentaliter ordinatis successiuè operantibus, retineret eundem progressum, secludendo successionem, & reiiciendo dependentiam vnius indiuidui à Deo, ac inuertendo ordinem processus illius, quem Capreolus admisit esse possibilem.

Legitima ratio vrgendi Atheos ex subordinatione causarum, probando subordinationem essentialem, & fines in ea statuendo.

29 Vt ergo solidè procedamus & nulla ex parte nutet probatio, concedamus vltrò Atheis processum infinitum causarum accidentaliter subordinatarum sibi inuicem succedentium, siue natura tantùm, siue etiam tempore

tempore. Hoc autem concesso, cum incamus admitti debere subordinationem per se inter causas absque progressu infinito in tali subordinatione, ex quo fiet vt non obstante infinitate subordinationis per accidens, habeamus finitam subordinationem per se, & eorum in ista principium extrinsecum, quod sit à se, & non ab alio. Athei siquidem pro ea qua errorem suum tueri satagunt pertinacia, renuunt, vel quo sunt ingenio, non possunt distinguere duo illa, quæ tamen valde differunt; & finitas vnius progressus intra alterum infinitum, nullam cum huius infinitate incompatibilitatem habet, vt patet ex Aristotele, qui admissa serie infinita generationum, atque adeò etiam progressu infinito in causis per accidens ordinatis, contendit tamen progressum infinitum esse impossibilem in causis per se subordinatis, quales esse fatetur singulas causas primi illius progressus, comparatas cum extrinseco principio superiore. Intelligendum igitur est, necessitatem Atheis inferre distinguendi hos progressus, atque adeò admittendi aliquam vltimam causam, quæ sit in vertice progressus subordinationis essentialis, proindeque sit à se; quantumuis causæ ei subordinatæ, si cum aliis causis eiusdem rationis comparentur, possint esse accidentaliter subordinatæ, & non habere terminum in tali progressu accidentalis subordinationis.

Hæc probatio non est ducenda ex subordinatione in causando.

30 Ad hoc præstandum video passim assent dandas esse necessariò causas aliquas certo numero comprehensas, quæ in causando ita se habeant vt vna pendeat essentialiter ab alio superiore, coëxigatque actualem eius influxum iuxta suprà adductam ex Scoto subordinationis essentialis notionem, vnde facilè postea infertur causa à se. Nam vltima causa seu suprema in illo certo numero non erit ab alia causa. Et quantumuis contra Atheos assumptio illa rectè procedat, & argumentum in ea fundatum sit efficax, vt dicam infrà n. 48. nolim tamen ita interpretari dependentiam illam quæ necessariò intercedere debet inter causas essentialiter subordinatas. Nam quantumuis cooperatio illa actualis, inferiori causæ impendenda à superiore, rectè inferretur ex essentiali causæ subordinatione, tamen si hinc ducatur initium, necesse saltem erit argumentum procedere per incertiora, vel minus clara, quam illud de quo agitur, quia minùs perspicuum est Deum cooperari causis creatis ad omnes earum actiones, quàm Deum esse. Prætereà verò illatio illa necessariæ cooperationis ex subordinatione essentiali, absolutè loquendo non videtur firma; quia qui admitteret solam præsuppositionem entis à se negato eius influxu immediato in omnes effectus, vt fecit Durandus, conuinci vix posset nisi ex Dei dominio, & aliis rationibus Diuinam existentiam præsupponentibus. Tandem Athei illico negabunt causam quamlibet ex quo accepit esse, non esse sufficientem ad dandam esse suo effectui, remota actuali cooperatione cuiusuis alterius causæ quantumlibet perfectioris & superioris.

Sed ex necessaria præsuppositione entis essentialiter actualis, ad potentialia.

31 Itaque nexum illum & vim essentialem dependentiam, quæ est in inferiore causa, respectu eius cui essentialiter

sentialiter

sentialiter subordinantur, cùm earum in eo consistere, vt causa superior debeat essentialiter præsupponi ad inferiorem; non præsupponeretur autem essentialiter, nisi talis sit, vt impossibile esset causam effectui proximam producere effectum suum, nisi antecessisset alia; quod non contingeret in causis accidentaliter subordinatis infinitis, quales fuissent in sententia Aristotelis de generationum æternitate: quælibet enim ex illis causis præcessisset tantùm per accidens, & ei alia similis substituta tantundem præstitisset, ac altera quæ re ipsa interuenit. Cùm autem causæ tales sint, tametsi sint infinitæ, non comparantur tamen ad effectum causæ vltimæ, nisi per modū vnius principij, ex omnibus illis causis anterioribus, & ex ipsa vltima, per accidens integrati; quia modus operandi anteriorum causarum respectu effectus immediatè dependentis ab vnaquaque earum, atque adeò etiam mediatè respectu effectus immediatè à causa vltima dependentis, est idemmet qui ipsius vltimæ causæ, quæ per anteriores illas, effectui approximat. Tunc ergo dumtaxat causa præsupponitur essentialiter, cùm vis actiua quæ est principium actionis, seu qua effectus traducitur de non esse ad esse, non reperitur in causa effectui proxima, nisi per anteriorem causam, cui alia causa vltima similis, substitui nequeat; quippe quæ sit altior, habeatque diuersum & nobiliorem modum influendi in suum effectū, quàm sit is quo causa proxima influit in suum. Itaque cùm dicitur causas essentialiter subordinatas ita se habere, vt inferior agat actiua motione superioris, debet id accipi de essentiali præsuppositione causæ superioris, cuius actiua motio saltem mediatè præmitti debuit, vt causa inferior traduceretur à potentia essentiali seu obiectiua, ad actum ei correspondentem, per quem causa illa inferior operatur. Quæ causa fortè fuit cur inferior inter causas essentialiter subordinatas, vt ex Scoto vidimus, [illegible] dependere à superiore quoad causari: præsertim quia ad vitandam confusionem, ac vt causæ per accidens subordinatæ non miscerentur cum subordinatis essentialiter, commodius videri potuit, non vocare causas essentialiter subordinatas, dependentes quoad esse, quia talis aliqua dependentia cernitur in causis accidentaliter subordinatis, vt inter patrem & filium. Quare sufficit vt probemus admittendas esse causas essentialiter se præsupponentes, & in eis repugnare infinitatem, sistendamque esse in vna aliqua vltima superiore, quæ cùm non possit esse ab alia vlteriore & superiore causa, sit à se, ac proinde sit Deus.

Præsuppositio illa probatur.

52 Sic igitur argumentor. Id in quo non esse præsupponitur ad esse, præsupponit essentialiter aliquod extra se, existens essentialiter, quod extrinsecè, saltem mediatè ei conferat esse, traducatque illud de potentia obiectiua ad actum existendi: Atqui in omni re quæ non est actus purus, non esse, præsupponitur ad esse; ergo omnis talis res, præsupponit essentialiter aliquod extrinsecum principium sui esse, saltem mediatum quod sit essentialiter actuale.

Maior est manifesta, nam vis productiua conferens esse, fundatur in ipso esse rei operantis, quare impossibile est intelligere in re aliqua vim aptam ad conferendum aliquod esse, quin prius res illa intelligatur habere esse

esse actuale per quod operatura est. Si ergo in aliqua re desit esse actuale, cui quę saltē natura præsupponatur non esse, impossibile erit ea posse esse fundamentum sui esse, sed necessariò erit tendendum ad aliquid actuale extra ipsam, a quo res illa tanquam ab essentialiter præsupposito accipiat esse. Quòd si illud esse præsuppositum esset tantùm potentiale, ipsi quoque præsupponi deberet aliud esse actuale, sempérque taceremus intra entia ex se habentia tantùm non esse, ideóque inepta conferre sibi esse nec valentia traducere se de potentia obiectiua in qua ex se sunt ad actiuam fundatam in esse actuali, quod ex se non habent. Atque ita deueniendum necessariò est ad ens essentialiter actuale, quod possit esse fundamentum saltem mediatum totius illius esse in quo priùs naturâ supponitur non esse, quam esse; proptereáque non potest esse fundamentum sui esse, sed præsupponit essentialiter radicem primam, ex se habentem vim actiuam, traductiuam alieni esse potentialis de non esse ad esse. Manifesta ergo est maior propositio.

Iam minor non eget probatione. Quòd enim in omni re quæ non est actus purus, non esse, saltem secundùm naturam, supponatur ad esse, patet ex terminis. Idcircò *siquidem* res quæ non est actus purus, appellatur potentialis, quia ex *se* & priùs naturâ, quam alieno beneficio gaudeat, est in potentia ad esse ita, vt quantumuis ei ex se consideratæ nō repugnet talis collatio; idque sit in re illa omnino primum, vt benè tradit Scotus in 1. d. 36. q. vnica littera M. tamen quicquid in ipsa est, ante transmissionem alienæ largitatis ad *eam*, sit purum nihil.

33 Perspicua ergo est conclusio argumenti propositi; nempe quòd omnis res quæ non est actus purus, debet essentialiter præsupponere aliquod extrinsecū, essentialiter actuale principium, saltem mediatum. Quod semper addo, ne quis vt suprà tetigi, cauilletur, antequam probata fuerit Dei existentia, non posse assumi quod influxus immediatus entis à se siue actus puri, admittendus necessariò sit in quacumque effectus potentialis traductione de non esse ad esse. Argumentum ergo, hoc non assumit, sed tantùm quòd oporteat rem potentialem præsupponere essentialiter ens aliquod essentialiter actuale, quod sit primum fundamentum totius esse actualis, quod cernitur in entibus ex se non habentibus esse actuale: *siue* inter tale ens essentialiter actuale, & effectum aliquem assignandum, interiaceant causæ aliquæ potētiales in anteriore illo esse essentialiter actuali iam radicatæ; quo pacto effectus ille assignatus dependēret tantùm mediatè ab illo ente essentialiter actuali, iuxta negantes influxum immediatum actus puri in totum ens potentiale; siue nullæ potentiales causæ interponantur, sed immediatè effectus ille assignatus nitatur ente essentialiter actuali, & ab eo absque vllius potentialis causæ interuentu, esse accipiat.

34 Facilè est hoc totum declarare familiari exemplo parietis, in quo multi lapides alius super alium locentur à fundamento vsque ad fastigium. Nullus enim superiorum lapidum, posset eum quem habet situm tenere, nisi præsupponeretur anterior lapis vsque ad vltimum immediatè nixum corpori connaturaliter locato, seu terræ, cui omnes superstructi lapides nituntur; vnus quidem immediatè, nempe infimus, cæteri verò mediatè, nempe omnes superpositi. Sicut ergo

lapides superiores ducto initio ab eo qui est in culmine parietis, minimè consisterent nisi tandem deuenirent ad corpus graue connaturaliter locatum, ideoque nulli alteri corpori innixum, nec possibile esset lapidem in culmine locatum fulciri ab intermedijs, nisi præsupponeretur corpus immobile, quantumuis eo non nitatur immediatè, sed mediatè tantùm: Ita cùm solum ens essentialiter existens, habeat ex se & connaturaliter ac independenter esse actuale, cætera verò omnia quæ ex se sunt potentialia, non habeant esse, nisi nitantur illi esse essentialiter actuali, & indigeant tali primo quasi sustentaculo & fulcro; necessarium omnino est, vt quoduis ens potentiale, præsupponat essentialiter tale esse essentialiter actuale, à quo saltem mediatè principietur.

Satisfit capitibus num. 29. propositis, infertur[q]; ens à se.

35 Ex his habetur efficax probatio subordinationis essentialis causarum, & finitatis in illa subordinatiorum, atque adeò etiam, quòd manifestè inde sequitur, extrinseci rerum omnium productarum principij improducti, habentis ex se actualitatem. Causæ enim ex quibus videmus prodire effectus aliquos, non sunt ex se, nec existunt essentialiter, alioqui nunquam perirent; ergo subordinantur essentialiter superiori alicui causæ, ex se existenti. Atque ita habemus primum caput ex duobus propositis, nempe quòd admittenda sit essentialis subordinatio causarum.

Alterum verò caput, seu quòd in huiusmodi subordinatione non possit procedi in infinitum, facilè probatur: Quia ens essentialiter existens, non potest habere causam à qua accipiat esse, vt est per se euidens, & infrà declarabitur: ergo progressus à tali causa independenti, ad effectum quemcumque assignatum, necessariò finitus est, quippe vtrinque clausus, nempe ex vna parte per ipsam causam à se, ex altera verò parte per effectum, & causam eius proximam. Imò si limes extrinsecus huius progressus versus imum esset effectus, tunc causa proxima effectus non pertineret ad hunc progressum, quia effectus non præsupponit eam essentialiter, saltem ex generali ratione entis potentialis, quæ est præsuppositio de qua nunc agimus. Itaque effectus præsupponit tantùm essentialiter actum ipsum purum, quod patebit attendenti ad suprà traditam essentialis præsuppositionis notionem. Manifestissimū autem est, quòd inter effectum & actum purum, non datur progressus infinitus, cùm non sint ibi nisi duo extrema.

36 Sed quia non agimus de subordinatione essentiali alicuius effectus ad actum purum, sed de causæ effectum illum proximè principiantis essentiali subordinatione ad causam independentem; propterea admittimus causam potentialem vltimam pertinere ad progressum de quo agimus, qui est progressus causarum ipsarum. Manet tamen argumentum pro effectu factum, facileque est illud huc transferre. Nam causa illa vltima nulli alteri causæ essentialiter subordinatur quàm independenti, quia ex generali ratione entis potentialis non præsupponit essentialiter vllum aliud ens, quàm ens independens, ergo progressus ille totus, & tota subordinatio essentialis ibi interueniens, intra duo extrema concluditur, ac proinde nulla ibi reperitur infinitas. Et quantumuis inter causam vltimam & causam independentem, possent

inter

interponi infinitæ causæ potentiales quibus mediantibus beneficium existentiæ à causa sequenti deriuaretur ad effectum prædictum. Tamen hæc infinitas non spectaret ad progressum in quo versamur, sed ad subordinationem per accidens, quam nunc non attendimus. Ergo euidens est, causas essentialiter subordinatas nullam habere in tali subordinatione infinitatem. Tametsi dato quòd infinitas ille progressus causarum accidentaliter subordinatarum qui supponitur interim posse intra essentialem subordinationem de qua agimus, pertineret ad alterum hunc progressum quem distinximus, perinde nostra referret; quia haberemus nihilominus causam à se, de qua sola litigamus cum Atheis.

Deueniemus igitur ad vnam aliquam superiorem causam ex se actualem, cui aliæ inferiores quæcumque subordinantur, ipsa autem nulli, cùm sit ex se, & nequeat aliunde accipere beneficium existentiæ quam aliis causis impertit. Talis autem causa, alia non est quàm Deus, vt per se patet, & plenius infrà exponetur. Ergo ex essentiali illa efficientium subordinatione quam potẽtialitas agentium inferiorum arguit, rectè & efficaciter probatur dari Deum, quod erat concludendum.

Solemne Atheorum effugium præcluditur, ostenditúrque speciem totam non esse à se.

37 Hæc ratiocinatio viam præclusit solemni effugio Atheorũ, contendentium sistẽdũ esse in ipsa specie ad quam pertinet effectus de cuius causa inquiritur. Eam enim totam dicunt esse à se, & per seipsam determinari ad esse actu: et si de hoc singulari homine quæratur à quo sit, dicunt esse à patre suo, aliisque causis interuenientibus in eius productione, quæ tamen omnes, sine ab alio eiusdem speciei principio in infinitum. Aut si aliqua externa causa diuersæ speciei admittenda sit, negant eam esse à se, quippe quæ rursus ab aliis vlterioribus causis, vel eiusdem secum speciei, vel diuersæ, sed tamen dependentibus & aliunde originem trahentibus proficiscatur.

38 Sed hæc responsio & multa absurda continet, & iam (vt dixi) præclusa est. Nam falsissimum est & absurdissimum species rerũ producibilium determinari seipsis ad esse. Nam nihil potentiale est actu ex seipso formaliter, vt patet ex terminis. Quare cùm species rerũ producibilium non sint actus puri, sed entia potentialia, manifestum est eas non esse formaliter ex seipsis. Ad hæc si species includeret formaliter atque adeò essentialiter ipsum esse; oporteret indiuidua quæ essentialiter includunt omnia essentialia prædicata speciei, includere essentialiter actualem existentiam, ac proinde esse improducibilia & incorruptibilia. Quòd si dicant Athei species rerum determinari per seipsas ad esse, non formaliter, sed causaliter, quatenus species ex seipsa profundit esse, eo modo quo passio pullulat ex natura, facilè impugnabuntur. Quia esse, vt optimè aduertit Mol. 1. p. q. 3. art. 4. disp. 1. post D. Thomam ibi, non potest pullulare ex re cui competit, cùm ad causationem illam & pullulationem præexquiratur causæ existentia quæ supponitur nondum esse. Præterea certum videtur aliquas rerum nouas species esse possibiles: sicut enim aliquæ species rerum recens aliquando natæ sunt, aliquid nouũ, vt dicitur ferente Africa, ita certum videtur nouas quoque species

nunc enasci posse. Si ergo vna aliqua tota species est eo modo à se, quare species illæ quæ nondum factæ sunt, non similiter fuerunt à se eodem modo rerum quomodo species aliquando recens exortæ, si à se fuerunt, non semper fuerunt, sed recens aliquando exortæ sunt? Dicere autem quod aliquæ species sint natura sua determinatæ ad accipiendum esse per successionem indiuiduorum, & non aliæ, ingenij est voluntariè pertinacis, cùm species quæ recens enatæ sunt, vel enasci possunt, perfectione longè excedāt species illas, quæ iuxta ipsos, naturā suā determinantur ad esse. Nam lapillus aut musca, cuius speciem volunt ab æterno fuisse, deterior est quàm aliqua noua species animalis. Tandem tota aliqua species ex illis quas volunt esse æternas, est propter aliquem finem extrinsecum, puta species plantæ propter animalia, & bruta propter hominem: neque enim plantæ vel bruta sunt sibi ipsis finis, cùm aliis seruiant. Atqui quod habet causam finalem, habet etiam efficientem, quia finis causat tantùm mouendo causam efficientem. Ergo tota species habet causam efficientem, atque adeò extrinsecam.

Itaque in solemni illo Atheorum perfugio absurdè assumitur speciem totam determinari per seipsam ad existendum, ac esse à se.

Extrinsecum totius speciei principium, debet esse à se.

39 Nec minùs falsò addunt principium externum si quod concedendum sit extra speciem, fore quoque potentiale & ab alio: hoc enim validè præclusum est per argumentum quod fecimus. Siquidem tota collectio causarum & specierum producibilium, seu non habentium esse ex se, æquè exigit principium sui extra se, ac quæuis species. Nam vna species non idcirco postulat principium efficiens extra se, quod non posset fieri à principio intrinseco si in ea præsupponeretur vis actiua, sed idcirco species tota postulat principiū actiuum extrinsecum, quia tota species quippe potentialis & ex se non habens esse, non potest esse actiua respectu sui ipsius: ad eam enim actiuitatem prærequireretur esse actuale, in quo illa vis agendi fundaretur. Illam ergo vim actiuam respectu speciei, fundatam in esse actuali, oportet quærere extra speciem totam, quia huic toti priùs saltem natura præsupponitur nō esse, vt suprà deduximus. Hæc autem ratio æquè viget pro tota collectione specierum diuersarū quæ omnes sint ab alio & producibiles, ac pro vnica specie, eritque extra omnes illas species producibiles, ac non habentes esse à se, assignandum esse extrinsecum aliquod principium actualiter existens, in quo vis productiua sit independens, ac talis vt priùs natura non præsupponat non esse.

Summa probationis Diuinæ existentiæ, ex subordinatione causarum.

40 Sic ergo hæc summa rationis prædictæ, & præclusionis effugij Atheorum. Tota collectio causarum vnius alicuius effectus, vel importat vnam aliquam causam vltimam quæ sit à se, & non ab alia causa, vel nullam talem causam importat; sed omnes illæ causæ sunt ab aliis causis antecedentibus. Si datur primum, habemus principium improductum, siue Deum: si secundum, actiuitas à qua manare debuisset effectus ille, fuisset fundata in non esse, quod est impossibile. Nec dubitarem his expensis

ad

ad sanitatem reuocandus fuet Atheos, nisi moueret S. Aug. lib. de natura & gratia cap. 25. grauiores nos esse quo- ... (bene vel male, iure vel iniuria) respondeamus quae nostrae obstinentur errori, quam attendere quales sint salubria vel calamitosa errore.

ARTICVLVS IV.

Probatio adducta, ex Aristotele eruitur.

41 ARgumentum ex efficientium subordinatione petitū quod hactenus prosecuti sumus, vt firmissimum ita & antiquissimum est: eo si quidem vsi sunt ex Ethnicis quoque complures, quorum nonnulli suprà adducti iam sunt. Nunc aliquos qui illud explicatiùs tradiderunt, ex Lyceo & Academia placet referre.

Vt autem à Lyceo ordiar non admitto quod Riuius num. 21. adductus, asserebat; nempe quòd Aristoteles argumento illo ad hoc institutum vsus sit 1. Meteor. cap. 1. ibi enim Aristoteles de caelo tantum agebat. Sunt tamen alia loca, in quibus vel vniuersè loquitur & actum priorem debere esse potentia affirmat, vt 12. Met. tex. 30. vel disertè negat dari posse infinitatem in subordinatione causarum per se ordinatarū, vt 2. Metaph. textu 5. & 6. Vnde infert si nulla detur causa prima, sublatum omnino iri quascunque causas vel denique asserit ex eo quòd omne quod mouetur ab alio moueatur, deueniendum tandem esse ad vnum principium alieni motus, quod ipsum in se sit immotum vt 8. Phys. t. 34. & 12. Metaph. t. 35. & saepe alibi, quae omnia Philosophi loca existimo eodem recidere, nec aliud argumentum continere quam quod articulo superiore proposuimus, vt operae pretium proinde sit diligentius ea expendere, praesertim quia plerique argumenta Aristotelis quae penitius non introspiciunt, imbellia putant, cum tamen sint illa ipsa quae aliis verbis proposita, indicarentur efficacia.

Tractatur locus Philosophi ex 12. Metaphysicae.

42 Circa primum locum, considerandus est scopus Philosophi & progressus ad eum. Inchoaturus t. 29. tractationem de substantiis separatis, suscipit probandum inter substantias ponendam esse aliquam immobilem, semper agentem, immaterialem, & cuius substantia sit actus; nam si non esset essentialiter actus, posset non esse, quia quod non est essentialiter actus, est potentiale, quod autem tale est, contingit non esse. Contra quam doctrinam paulò post opponit, dubium videri quod assertum fuerat de essentiali actualitate substantiae illius sempiternae, eò quòd potentia videatur simpliciter esse prior actu, quandoquidem omne quidem quod agit, potest agere, sed nō omne quod potest agere agit: vnde videtur inferri, potentiam esse actu priorē, quia prius est à quo non conuertitur consequentia essendi. Hanc dubitationem ita dissoluit vt dicat iam se alibi, nempe lib. 9. eiusdem operis, tradidisse quomodo actus simpliciter sit prior potentiā, quantumuis verum sit in eo quod de potentia ad actum mouetur, potentiam praecedere actum. Caeterùm affirmat si verum esset potentiā esse simpliciter priorem actu, fore vt nihil sit actu: illa enim quae sunt in potentia tantùm non possunt moueri & reduci ad actum per seipsa, non enim quod in potētia est,

actum seipsum ad illud respectu cuius est in potentia. Ergo necessariò concedendum est, actum essentialiter actualem, esse omnibus rebus anteriorem. Ex quo infert impossibilia asseruisse antiquos illos Diuinarum rerum tractatores, qui existimarunt, mundum & omnia quae sunt, repente extitisse cum ante non essent, & ex simplici priuatione praeexistente, seu vt illi poeticè loquebantur, ex nocte transiisse ad esse, seu ad lucem existentiae. Nec minus deceptos esse ait, Philosophos illos naturales, qui considerantes vi naturae nihil fieri posse ex nihilo, admiserunt chaos in quo omnia simul essent in quadam confusione, ac proinde censuerunt omnia esse in potentia, non autem in actu: vtrique enim impossibili illo vrgentur, quod concedere debeant potentiam passiuam esse actiuam respectu sui ipsius; cùm tamen clarum sit in artificialibus, materiam non mouere seipsam, sed moueri ab artificis virtute; & menstrua quae sunt materia in hominis generatione moueri à semine maris in quo est vis actiua; ac denique terram, quae est materia in plantarum generatione, moueri ab iniectis seminibus. His enim exemplis vtitur Aristoteles ad confirmandam impossibilitatē illam illius, quod ex antiquorum illorum, siue Theologorum, siue Physicorum placito sequebatur. Proindeq; merito alij quos refert, hoc incommodum vitaturi, admiserunt actum essentialiter actualem & simpliciter aeternum, potentia quacunque passiua anteriorem.

43 Haec est vis Aristotelicae argumentationis loco citato, vt rectè attigit Carthusianus lib. 1. de lumine Christianae Theoriae, art. 7. & 10. Verba Philosophi alioqui obscuriora, ex iis quae praemisi perspicua erunt. Cùm *enim* (inquit) *sint substantiae, duae quidem naturales, alia autem immobilis, de hac dicendum quod necesse est perpetuam aliquam & immobilem substantiam esse.* Et paulo post cùm adstruxisset substantiam illam inutiliter admissam in quod attinet ad motus aeterni generationem, nisi addatur eam agere; subdit, ne hoc quidem sufficiturum nisi etiā asseratur esse essentialiter actus. *Nec etiam* (inquit) *si operabitur quidem, substantia vero eius potentia sit, non enim erit perpetuus motus. Quod enim potentia est, contingit non esse. Oportet igitur esse tale principium, cuius substantia actus sit.* (sequitur dubitatio & argumentatio quam diximus.) *Atqui dubium est. Nam omne quidem agens videtur quoque posse agere, posse verò non omne agere, quare potentia erit prior. Verum si hoc ita sit nihil entium erit, contingit enim posse quidem esse, nondum verò esse: at si vt Theologi qui ex nocte cuncta generant, siue vt Physici dicunt, omnes res simul erant idem impossibile erit. Quo namque modo mouebuntur, si nulla erit actu causa? Non enim ipsa materia seipsam mouebit, verùm opifex virtus, neque menstrua, neque terra, verùm semina atque humanum semen, propter quod quidam faciunt semper actum, veluti Leucippus & Plato.*

In his Aristotelis verbis, eò euidentiùs apparet ratio quam proposuimus articulo superiore, quòd non obstante aeternitate motus, & infinitate generationum quam ipse admittit, non minùs impossibile iudicat res potentiales accipere esse, si negetur ens essentialiter actuale, & omnes causae dicantur esse potentiales, quàm asserere subitum rerum existentiae diem post aeternam noctem, & mundum post chaos absque talis transitus causa, quod manifestè est impossibile.

Expenditur

Expenditur locus Aristotelis ex 2. Metaphysicæ.

44 Secundus Philosophi locus probationem propositam non implicitè perspicuè continet. Cùm itaque probandum suscepisset dari primam aliquam causam, atque adeò numerum causarum vnius generationem non posse esse infinitum, sed necessariò dandam esse aliquam primam causam & principium in quolibet causarum genere, (quæ enim præterea addit de finito numero causarum diversarum specie, prætermitto, quia non faciunt ad institutum nostrum,) sic probat infinitatem in causis efficientibus alicuius effectus per se subordinatis, esse impossibilem. *Mediorum quorum extra aliquid vltimum & primum est, necesse est quod prius est, esse causam eorum quæ post illud sunt: si enim dicere nos oporteat quid trium causa est, primum dicemus. Non enim vltimum; nullius enim quod vltimum est. Neque medium, vnius enim. Nihil enim differt vnum an plura sint, aut finita, aut infinita: infinitorum verò hoc modo & omnino infiniti omnes partes mediæ sunt, similiter hucusque. Quare si primum nihil est, omnino nulla causa est.*

Hæc Philosophus, quæ restrinxi ad causas efficientes, quia quantumuis Alexander & Scotus, non improbabiliter contendant, Aristotelem verbis illis generalem pro omnibus causis probationem afferre, & vniuersaliter excludere infinitatem in essentiali quarumcumque causarū subordinatione: tamen alij probabilius asserunt, agi ibi specialiter de causis efficientibus, alioqui enim Aristotelis doctrina valdè diminuta fuisset, cùm nulla sit alia in reliquo capite ratio illam infinitatem excludens, à subordinatione efficientium: proponimus autem posteà peculiares rationes ad eam excludendam ab aliis causis: præterquam quod si verum est, rationem Philosophi esse generalem, iure adhiberi potest ad vnum speciale genus causarum subordinatarum, nempe efficientium. Sensus ergo Philosophi in verbis propositis ad causas efficientes restrictis, iste est. Causæ efficientes, quæ essentialem in ratione causæ subordinationem habent, ita ad inuicem comparantur, vt vnum, nempe causa cum effectu proximè coniuncta, sit vltimum; anteriora verò nempe reliquæ causæ dependenter ab anteriore aliqua causa operantes, sint medium, illud verò cui nituntur omnes illæ causæ mediæ seu dependenter operantes, sit primum quod necesse est admitti si admittuntur vltimum & medium; ac proinde non poterit inter causas efficientes essentialiter subordinatas, cerni infinitas, quæ non reperitur vbi est primum & vltimum.

45 Expēdamus singula. Quòd causa effectui coniuncta habeat rationem vltimi in prædicto progressu, patet. Nam ea causa nullam habet inferiorem sibi subordinatam, & ideò dicitur esse *vltima causa*, nempe tanquam subordinata in causando. Tametsi enim habeat infra se effectum, cuius causa sit, tamen effectus non numeratur inter causas, de quarum duntaxat ordine nunc agimus. Itaque facilè habemus quid sit vltimū in illo progressu. At quod causæ hac vltima superiores, sint causæ mediæ, negabit aduersarius: contendit enim nullam dari primam quæ sit alterum extremum sursum versus, medium autem non dicitur nisi comparatione extremorum. Probat ergo Philosophus causas vltimā anteriores, quotcumque sint dependenter operantes, esse

medias

medias, seu tales quæ agere nequeant nisi supposito aliquo independenter causante, quod proinde rationem primi habeat, probat inquam, adducta hypothesi trium causarum essentialiter subordinatarum, quarum si demarur prima, cæteris ratio causæ adimetur, eò quòd secunda & tertia ab illa pendeant tanquam ab ea quæ in illa serie habet, sola ex se vim causandi, quam inferioribus communicat. Constat enim primam non accipere vim à secunda, aut tertia. Itaque posteriores illæ supponunt primam, & ab ea pendent, non contrà; ac proinde respectu illius primæ, tertia causa habet rationem vltimæ, secunda verò habet rationem mediæ supponentis essentialiter primam. Similiter ergo in casu nostro, inter causas vltimã illã anteriores, si nulla sit quæ ex se habeat vim causandi, atque adeò si nulla sit prima, omnes illæ anteriores causæ haberent vim causandi ab alio, ac proinde erunt causæ mediæ, iuxta notionem causæ mediæ paulò ante propositam. Nec refert quòd causæ illæ dependenter operantes essent infinitæ, ait enim Aristoteles id perindè esse, & omnes illas infinitas causas computandas esse pro vnica, quatenus conueniunt in ratione causæ mediæ, siue quatenus non habent rationem primæ causæ ex se operantis: absurdissimum autem est dari causam vltimam & mediam, & non dari primam, imò implicat in adiecto ponere mediam causam, absque prima quæ sit alterum extremum inter quod & vltimum, causa illa dicatur media. Et ratio causæ manifestè excinditur, quia sicut in ternario illo paulò ante proposito, causa secunda deficit sublata prima, quam essentialiter præsupponit, ita à causis illis anterioribus adimeretur ratio causæ, hoc ipso quòd omnes essent dependentes, ac proinde mediæ & essentialiter supponentes causam independentem, nec tamen daretur vnum aliquod ex se causans cui cætera dependenter causantia innitantur. Ergo inter causas efficientes essentialiter subordinatas, causæ omnes vltimã superiores operantes dependenter, subordinantur vni alicui causæ operanti independenter, ac proinde supremæ & primæ, quod clarè excludit infinitatem in tali subordinatione, & euidenter astruit primam causam quam Philosophus probare intendebat, & causam à se quam quærimus.

46 Vnum duntaxat occurrit quod in hoc Philosophi discursu desiderari meritò videatur, nempe vt proposita causæ mediæ notio firmiter stabiliatur, nec tanquam per se patens assumatur, aut supponatur dari tales aliquas causas medias, vt videtur hic fecisse Philosophus. In ternario namque illo, idcirco exigitur causa per se operans, quia cùm ibi numerus causarum subordinatarum sit finitus, & suprema causa non possit ab alia aliqua vlteriore causari, quia nulla datur vlterior, nec ab inferioribus vt per se patet, mirum non est quòd deueniendum necessariò sit ad causam per se operantem. Et idcirco hypothesis illa iuxta aduersarium censebitur impossibilis. At vbi progressus causarum subordinatarum fine caret, nulla videtur exigi causa per se operans & independens, quia vltra quamlibet datur vlterior sursum versus quæ possit inferiorem fulcire, & ad eam præsupponi. Semper ergo restat probandũ quòd causæ dependenter operantes supponant aliquam independenter causantem, quódque dentur aliquæ in eo sensu causæ mediæ, id enim

enim Aristoteles in loco quem tractamus videtur supposuisse.

47 *Fatque Aristotelem eo loco id supposuisse.* Supplendum itaque est supposuisse. Supplendum itaque est ex aliis eius locis, ut fecit idem met Aristoteles libro ante tractato ex 12. Metaphys. ubi enim text. 35. concludens discursum supra propositum de præsuppositione causæ essentialiter exsuppositione cuius essentialiter cuiuscumque potentialitatis ante quamcumque potentialitatem causam tametsi æternam, ita solum causam tametsi æternam, ita loquitur. *Quare æternum est primum caelum. Est igitur aliquid quod mouet, cum verò id quod mouetur & mouet medium sit, est aliquid quod non motum mouet, æternum & substantia & actus est.* In his verbis, Aristoteles, medium appellat quod mouetur & mouet, seu causam quæ ita causat aliquid sibi inferius, vt ipsa tamen ab alia superiore causetur. Sensus ergo est, quandoquidem motus cæli est perpetuus, vt ipse (tametsi falsò) supponit, necesse est dari mouens perpetuum. Quòd si hoc mouens sit immobile ac ita moueat, vt non moueatur vllo modo, habebitur principium immobile, quod ibi Aristoteles ex motus perpetuitate indagabat: si autem dicatur illud mouens perpetuum ita mouere, vt etiam moueatur, sic erit mouens medium: Nempe inter illud quod mouetur tantùm, nec habet rationem nisi effectus vel patientis, & inter illud quod mouet & nullo modo mouetur, estque proinde substantia & actu ens, seu essentialiter existens & omnino independens. Hoc autem mouens respectu cuius alterum illud mouens quod & mouet & mouetur, habet rationem medij, admittendum necessariò esse eo loco non probat Aristoteles, sed suppleri vult ex paulò ante dictis in illo ipso discursu quem tunc concludit, de necessaria actus essentialiter actualis præsuppositione ad quodcumque potentiale, cuiusmodi est quod mouet & mouetur. Idem ergo supplementum adhibere necesse est in loco illo quem versamus, quia Aristoteles vtrobique eodem modo ex ratione causæ mediæ argumentatur. Atque ita argumentum ex essentiali causarum subordinatione ductum ad probandam primam causam, recidit in argumentum ex præsuppositione potentiæ obiectiuæ ad actum essentialiter actualem, vt optimè vidit Sylvester q. 2. conflatus, art. 3. ad §. 2. post Capreolum in 1. d. 3. q. 1. *circa primam rationem diui Thomæ.* Manifestum ergo est quod ratio hæc Aristotelis, cum ea quam articulo 3. adduximus, coincidat.

48 Cæterùm quòd causas medias seu essentialiter subordinatas vocant operantes dependenter, nempe à prima per se operante, cui subordinantur, quòdque Aristotelem sic sentientem proposui, non est ita accipiendum quasi præcisè ex vi essentialis subordinationis causa subordinata exigat actualem cooperationem in causando; id enim suprà ostensum est non rectè inferri absolutè loquendo. Itaque causæ essentialiter subordinatæ vocantur dependenter operantes, quia essentialiter præsupponunt causam illam per se operantem, seu ad quam nulla alia causa præsupponitur essentialiter: operatur enim dependenter ab altero tametsi actu non cooperante, quicquid tale est vt operari nequeat nisi altero illo præsupposito. Quanquam in suppositione quam facit Aristoteles, quòd scilicet causæ subordinatæ ac mediæ sint infinitæ, omnino asserendum est causas illas subordinatas à prima per se operante pendere quoad cooperationem, eiusque influxum exigere, vt attingant causam sibi proximè inferiorem

 riorem

tionem: Quia cùm tota series causarum subordinatarum sit infinita versus summum, impossibile esset intelligere quomodo detur præsuppositio causæ illius primæ & independentis ad omnes subordinatas. Inter has enim nulla esset quæ prima fieret, ac immediatè penderet ab illa causa independente, vt ratione illius primò factæ, cæteræ subsequentes ab illa oriundæ dici possent præsupponere primam illam causam non factam. Ergo vel omnes causæ factæ pendere debent ab illa prima causa non facta, cùm sit omnium par ratio; vel nulla debet pendere; quo pacto colletur essentialis præsuppositio ad illam causam non factam. Et ideò suprà dicebam, cùm agitur contra Atheos, rectè supponi causas subordinatas, seu non ex se operantes, pendere in causando à causa illa superiore quæ contra Atheos astruitur: quia cum Athei admittant causas subordinatas esse infinitas, idque cum illis (si fructuosè agendum est,) sit supponendum: rectè affirmatur causas illas infinitas inter se accidentaliter subordinatas quas Athei admittunt, causæ illi per se operanti quæ contra ipsos adstruenda suscipitur, subordinari quoad actualem cooperationem in causando, quantumuis absolutè, seu spectata tantum subordinatione essentiali & præcisè ex vi eius, non videatur rectè inferri, si quid essentialiter alteri subordinatur, exigere quoque actualem eius influxum ad causandum.

Locus ex octauo Physicorum examinatur.

49 Circa tertium Philosophi locum minùs erit operæ, suppositis illis quæ tractando secundum eius locum, proximè adducta sunt. Obseruandum ergo imprimis est intentum Philosophi libro illo 8. Physicorum, quod in duobus consistit, nempe in probanda æternitate motus, & in probando æterno motore immobili, ac prædito aliis perfectionibus vsui illi immobili adiunctis. Sed quia in horum duorum capitum probatione, multa intermiscet ex quibus materia implexa redditur apud plerosque qui propterea non pauca Philosopho affingunt de quibus ille ne cogitauit quidem, placet filum disputationis eo loco ab eo susceptæ, per singulos textus prosequi, sed quàm breuissime.

50 Ex illis itaq; duobus quæ eum suscepisse probãda diximus, primum, nempe æternitatem motus, probat à textu 5. ad 16. in quo contra motus æternitatem incipit argumentari ex finitate motus ob terminos contrarios quibus concluditur. Tum proposita textu 17. dubitatione contra motus æternitatem, inde petita quod grauia & leuia, ac etiam animalia incipiant moueri de nouo, ex quo efficeri videtur vt idem quoque contingere potuerit in vniuerso; vt scilicet non ab æterno motum fuerit, sed de nouo, cùm ante non moueretur: diluta obiter text. 18. prima illa obiectione, eò quòd in motu circulari desit contrarietas illa, quæ cum motus æternitate pugnare putabatur: Quoad reliqua quæ opponebantur, respondet text. 19. vniuerso semper adesse motorem suum, ab inanimatis autem aliquãdo abesse externum motorem, id est generans, quod non fecit ea ab æterno. De animalibus autem respondet text. 26. ad eorum motum præexigi præuium motum extrinsecum, saltem extrinsecam obiecti propositionem, ideóque ea posse de nouo moueri cùm ante non mouerentur, secus quàm euenit in motu vniuersi.

Vt autem his dubitationibus plenius satisfaciat Philosophus, & motus aeternitatem stabiliat, ac etiam vt sententiam integratim alterum disputationis caput, probetque dari vnum motorem immobilem, aliùs tem exordium, proponit tex. 21. vel omnia semper quiescere, quod refellit tex. 22. vel semper moueri, quod refellit tex. 23. vel alia semper quiescere & alia semper moueri, quod refellit tex. 24. vel interdum omnia moueri, omnia quandoque quiescere, quod refellit tex. 25. Ex quo sequitur quod tex. 21. propositum fuerat inquirendum & concludendum, nempe ex iis quae sunt, aliquid semper immobile esse, alia verò semper moueri, & aliqua vtrumque participare. Vt autem membrum illud de entis alicuius immobilitate quod probandum supererat, perficeret, remotis rursus tex. 26. his qui omnino motum vel omnino quietem negant, à tex. 27. aggreditur ad illius membri probationem, assumens primò propositionem illam. *Omne quod mouetur ab alio mouetur*, quam inde ad textum vsque 35. illustrat inductione in omni genere mobilium. Inde verò à textu 34. excluso progressu in infinitum in mouentibus & motis, concludit tandem quae mutantur motorem non motum ab extrinseco, & immobilem. Cuius totius deductionis summam ipsemet conficit tex. 40. exinde ad primi motus conditiones, ex quibus primi illius mouentis immobilis attributa inuestiganturus erat, progressum faciens.

51 In hoc Philosophi discursu, motus de quo agitur videtur esse localis. Tamen attendendo vniuersalitatem propositionum quas assumit, certum esse debet vocem motus sumi generaliter. Neque vt aduertit D. Thomas 1. p. q. 2. art. 3. prout idem est quod traductio de potentia quacunque in actum, quae traductio fieri non potest nisi ab eo quod sit in actu, in eo genere in quo traducit seu mouet alterum. Alioqui vis motiua fundaretur in non esse, quod est impossibile. Quia ergo omne quod mouetur, traducitur de potentia, & eo ipso pertinet ad classem rerum ex se nō actualium & praesupponentium non esse, ante quas vt circa primum locum tractatum est, debet praesupponi actus essentialiter existens; propterea rectè infertur si dantur mouentia mota, debere dari mouens immotum, & ex se tale vt traduci nequeat de potentia illa ad actum: Alioqui non esse seu potentialitas praesupponeretur ante esse, quatenus ante totum ordinem mobilium & traducibilium de potentia, non esset aliquid omnino actuale, & ideirco intraducibile.

52 Hinc non aliunde, discursum illum Philosophi robur desumere, attigit Scotus in 2. d. 2. quaest. 10. littera G, clariúsque videtur ex 12. Met. t. 35. vbi hic ipse discursus proponitur, & in illa actus ad potentiam praesuppositione fundatur, vt expendimus paulò ante tractando secundum locum. Sanè sic intelligendo Philosophi mentem in eo libro octauo, aptè quoque explicatur quomodo dicat grauia & leuia ab alio moueri: nempe quatenus tametsi à seipsis moueantur ad propria loca, tamen hanc ipsam vim qua se mouent acceperunt à generante à quo traducta sunt de potentia essentiali ad actum, seu de potentia prima ad actum primum, id est de non esse ad esse. Hoc ipso enim sunt mota ab alio, non tantùm in alio genere motus vt Scotus supra philosophatur, sed aliquatenus etiam in illo ipso de quo agebat Philosophus,

nempe in motu naturali; quandoquidem motus ille in quo graue & leue pendent ab extrinseco, sineque potentialia, scilicet motus à non esse ad esse, præsupponitur ad motum naturalem communem corporum, confertque vim immediatè principiatiuam eius. Nec aliter eiusmodi corpora dici mota ab extrinseco iuxta Aristotelem, patet ex textu 32. de cuius proinde mente non est vt parentes fortè iam pridem mortui, filios agant præcipites, quoties hi deorsum ex alto ruunt, vt iocatur Valesius 8. Phys. cap. 4. contra eos qui ita crudè acceperant quod asserebat Aristoteles de motu grauium & leuium à generante, vt existimarent generãs esse principium immediatè actionum motus naturalis illorum corporum, quod est Philosophum planè ridiculum facere. Iuxta nostram autẽ expositionem, doctrina illa Philosophi de principio extrinseco motus naturalis, valdè deseruit ad confirmandum principale eius intentum; nempe quòd detur primus motor immobilis: eadẽ namque necessitate qua genitum nempe graue & leue, quia erat potentiale debuit ab extrinseco traduci de potentia essentiali ad actum, simúlque accipere vim se mouendi; eadem inquam, generans si potentiale sit, debebit ab alio traduci & moueri, sicque eò vsque progredimur donec deuentum sit ad mouens immobile & intraducibile de non esse; quò tandem deueniendum erit ne potentia obiectiua antecedat actũ. Quare hæc quoque Diuinæ existentiæ ex eo Aristotelis loco probatio, recidit in eam quam tradidimus.

ARTICVLVS V.

Eadem Diuinæ existentiæ probatio prima efficax, ex Platonicis depromitur.

11 PRobationem illam primam, quam pro tam illustri veritate astruenda proposuimus articulo tertio, placuisse Aristoteli hactenus vidimus. Nunc Academiæ & Platonicorum pro eadem probatione suffragia referam, vt appareat quanti debeat esse momenti ratio, quam hæ (vt alicubi loquitur S. Ambrosius) *Philosophorum Patriciæ familiæ*, vno consensu amplexæ sunt.

Expressisse itaque videtur ex Platonis mente hanc probationem Alcinous cap. 9. instit. *in fine* vbi ex eo quòd detur aliquid omnino passiuum, infert debere dari aliquid omnino & purè actiuum, ac nullo modo passiuum. Passiuorum porrò nomine, comprehendit omnia corpora, non quòd eorum aliqua nõ agant, id enim per se absurdum appareret, sed quòd corpora illa quæ agunt, multò ante patientia deprehendantur. Itaque non ea tantùm quæ vulgò appellamus corpora, sed omnia omnino potentialia, in passiuis & corporalibus numeranda sunt, iuxta Platonicam hanc doctrinam. Quo sensu sumitur etiam nomen *corporis* 10. de legibus in longa illa existentiæ Diuinæ probatione ex eo ducta, quod omnia quæ in vniuerso sunt, habeant ad Deũ rationem corporis tanquam ad ipsorum [illegible] & animam; Eandem doctrinam secuti plerique Patres, illa quoque entia creata quę spiritualia & vulgaris corporeitatis expertia sunt, negant esse incorporea. Ita Hilarius can. 5.

cem. 3. in Matth. Gennadius de Ecclesiast. dogm. c. 10. & 11. Nicetas 2. thes. c. 40. aliique non pauci, quorum non ea fuit mens vt Intelligentias spiritualitate carerent, quod aliquibus placuisse video, sed vt eas potius spirituales, atque adeo Metaphysicè materiales, ac externas (latè vsurpata voce) corporeas assererent. Quod enim hæc omnia in potentialibus numeranda sint, iuxta Platonicam veramque doctrinam de huiusmodi Intelligentiarum effectione à Deo, suo loco ostensum est.

54 Igitur omnia tum quæ vulgò, tum quæ latiùs vocantur corpora, id est omnia ad vnum entia creata, tametsi agendi vi polleant, tamen quia multo ante patientia deprehenduntur, debentque traduci de potentia obiectiua ad esse, quod est pati quoddam, in passiuis numerantur, vt expressè tradit Philo lib. de Cherubim, ad illud *pariat hominem*, &c. ait enim *Dei proprium esse facere, nec fas esse id vlli creaturæ ascribere, creaturarum autem proprium esse pati.* Passiua ergo sunt entia creata, & ita quidem vt respectu primæ illius quasi passionis seu traductionis de non esse, sint omnino passiua, nec possint rationem actiuorum vllo modo habere, cùm actiuitas sequatur existentiam, quæ ante traductionem illam, abest à re. Quare ex ea omnimoda patibilitate entis creati, rectè infertur dari debere ens quod sit purus actus, toti illi entium patibilium aggregationi præsuppositus, vt vis motiua & actiua suo passiuo. Oportet autem vim eam actiuam esse purè actiuam, & nullo modo passiuam seu traducibilem de non esse ad esse; alioqui ipsa quoque ad classem entium patibilium pertineret, exigeretque principiū actiuum extrinsecum, quod tandem assignandum erit purè actiuum, vt esse præsuppositum ad non esse, & actualitas ad potentialitatem. Ex quo patet probationem à nobis articulo 3. allatam, huic Platonicæ geminam esse.

55 Idem non minus expressè tradit Plotinus variis in locis, sed nominatim Enneade 6. lib. primo c. 26. vbi ait, *ex eo quod in potentia solùm est, non posse procedere ad quod est actu aliquid prius etiam tanquam actu quodam illic extitisse, & solo suppositum fuisse principium illud à quo res processit esse merè potentiale.* Et quamquam Plotinus ibi disputat contra eos qui potentiam puram Physicam seu materiam statuebant pro primo principio, eamque omnibus anteponebant etiā ipsi actui per quem traducenda erat in melius, tamen ratio adducta generalis est, & æquè vrget pro materia Metaphysica seu potentialitate, subiungenda suo actiuo principio: Imò multò magis, quia materia Physica posset præintelligi actualis entitatiuè ante Physicam formationem quam emendicat à suo illo extrinseco principio de quo Plotinus agit. Materia verò Metaphysica seu potentialitas, priusquàm beneficio sui actiui principij traducatur à non esse, nullo modo est actualis. Quare multò minùs possibile est, vt ipsa sit sibi principium traductionis illius. Similis ratiocinatio habetur apud eundem Plotinum Enneade 5. lib. 9. cap. 5. & Ennea. 2. l. 5. cap. 5. attigitque etiā illam vno verbo Platonicorum magister Trismeg. cap. 13. Pimandri, vocans Deum, *actum energiam perfectam*. Hoc est vim actiuam qua formantur & in actum reducuntur vires potentiales & passiuitates (vt sic dicam) veriùs quàm actiuitates creaturarum. Et cap. 14. inculcat non posse res creatas concipi absque Deo, rationemque hanc reddit: *Nihil*

quod genitum à seipso genitum est. Non ergo seipsum factum à faciente. Qui horum unum subtraxit, perdit & alterum. Nempe quia creatura cùm sit ens potentiale, si Deus non esset, redderetur impossibilis; Deus autem cùm sit essentialiter actus purus non potest non concipi, vt Creator rerum ab ipso diuersarum, posito quòd ea illæ sint, alioquin daretur ens potentiale, non mixtum enti actuali.

36 Sed explicatissimè probationem Diuinæ existentiæ, quam in Academia inquirimus, adhibuit insignis Platonicus, Author Theologiæ secundum Ægyptios, l. 2. cap. 1. ex quo pauca apponam. *Deum esse* (inquit) *hac demonstratio inter omnes maximè videtur efficere. Quod nihil in potentia sit, quin aliud antecedat, quod actu existat, alioqui ne ipsa quidem potestas in actum futura deduceretur, cùm aliud nihil non sit quàm ad actum quandam facultas, nec possit sua vi in actum exire. Nec enim rationi consentaneum est, aliquid à seipso tempore ab agente existere, præsertim cùm agens necesse sit ut prius habeatur, quàm sua vi efficit, fiatque sit idem seipso in vna & eadem ratione prius esse ac posterius. Itaque si potestas in actum educitur,* (nomine potestatis totum ens potentiale intelligit) *necesse est actum quendam prius existere, quod hic nihil habere possit à quo in actum excitetur. Eiusmodi verò est ens necessarium, perpetuum, quod vt nullam aliam substantiam abire nullo modo potest, ita neque vllis affectionibus commutari, à quo abstinet omnis motum, & cuius motu potestas omnis in actum excitatur: Ipsum quoque incommutabile, quoniam ab alio fieri non potuit. Nihil verò illi accidit, quia semper natura in actu perpetuo est, eademque necessaria. Imò id ipsum est quod verè est, vel potiùs supra id quod est. Atque idcirco ratio eorum quæ sunt, ab illo pendet, in eodémque consistatur, & ad illud reuertantur, adeò vt* [illegible] *tamen quidem fingi possit, hoc in* [illegible] *potestate existere, aliquid aliud* [illegible] *excitet vt in actum excitaretur. Contra verò omnia quæ ab illo diuersa sunt, prius in potestate esse intelliguntur, quàm in actu* [illegible] (in ipsis, quippe potentialibus) *antecedit id quod est sine* [illegible] *potestas necessitatem.* Hæc & alia egregius ille Platonicus, quorum cum nostris consensio, citra expositionem se prodit.

ARTICVLVS VI.

Scala à creatura visibili ad Deum, ex Patribus ferè ac Philosophis.

ITa cum Philone libro de præmiis appello argumenta petita ex mundi maioris, & eius partium, ac supellectilis, itémque ex mundi minoris atque adeò totius creaturæ sensum ferientis consideratione, ad opificis Dei existentiam demonstrandam, & velut sensibiliter exhibendam, eáque via scandendam ad Deum. *Via enim nobis* (ait Clem. Rom. 8. recogn.) *ad intellectualia & inuisibilia, ab his quæ videmus & contrectamus datur, sicut continetur in arithmeticis disciplinis, vbi cùm de Diuinis quæritur, ab inferioribus ad superiores numeros ascenditur. Cùm verò de præsentibus & visibilibus ratio expetitur, de superioribus ad inferiores numeros, ordo dirigitur.* Erit ergo fortassis cui rationis suprà allatæ, quippe ex imis Metaphysicæ visceribus erutæ, nimis recondita vis esse videatur. Idémque iudicium feret de aliis plerisque subtilibus rationibus quas Theologi in 1. d. 2. vel 3. & ex S. Thoma Sylvester q. 2. conflati, art. 3. & alij concernunt. Qui igitur de prædictis rationibus ita sentiet,

fornicet, accommodatamque capiti suo aestimare poterit illas alias rationes, omissis quidem scholasticis, tametsi tamen esse acutissimas, non ex quibusnam Dei effectibus, sed ex solis sensibilibus quas nemo non videt petitas, quas ex parte persecuti sunt Ludou. Granat. in Symbolum libro 1. praesertim cap. 3. & 4. & Lessius lib. de prouid. c. 2. quibus praeiuerunt Patres qui de prouidentia, aut contra idola scripserunt; praesertim S. Athanasius, S. Chrysostomus, & Theodoretus, ac etiam S. Basilius, & S. Ambrosius, & ante eos Philo in Cosmopoeia, ac Tullius 2. de natura Deorum, & alij, quorum saepè sententiis & oratione in hac re vti consilium est. Nam vel hoc maximè loco, firmiorem erit & ad conspectum gratiorem, quam molior fabricam fore, si erutam è tantorum ingeniorum lapidicinis visendae molis materiam, minutulis duritatis scrupis meis, & rudusculis tenuibus immisero, ad absolutam substructionem, vt simile consilium excusauit Antiochus, homil. 66.

57 Eas ergo rationes operaepretium est paulò explicatiùs hic adducere, vt *quae cum cognoscant Dominum attrocant in potentias Domini*, Psaltem imitati, Psalm. 70. Sit quod caput est, in Scripturis Diuina existentia non aliis quàm hisce argumentis comprobatur, & cognoscibiliter visibilis asseritur, vt infrà attingemus. Eisdemque hunc quendam velut clamorem naturae opificem suum promulgantis, testantur frequentissimè sancti Patres, nominatimque S. August. 15. Ciuit. c. 3. *Non Diuinorum (inquit) librorum tantummodo auctoritas esse Deum praedicat, sed omnis quae nos circumstat, ad quam nos etiam pertinemus vniuersa ipsa rerum natura proclamat, habere se praestantissimum conditorem.* Et sicut Epicurei, vt Deum rebus humanis nullum statuerent, reprehendebant opera naturae, vt refert Lactant. lib. de opif. Dei, c. 2. sic è contra decet nos operum illorum mirabilia expendere, vt inde assurgamus ad Deum. Sed vt gratior magisque ordinata sit disputatio, ita partienda videtur, vt primùm quidem argumenta in hanc rem quae mundi maioris constitutio & eius essentiales quasi partes, nempe coeli & elementa suppeditant, proponantur, tum addantur rationes ductae ex maioris mundi supellectile, nempe ex mixtis quibusdam, hoc est inanimatis, plantis, animalibus, & homine. Quem ferè ordinem tenuere Ecclesiasticus, cap. 43. & Dauid Psalm. 103. & Iob c. 38. & 39. cùm ex naturalibus operibus Deum inuestigarent, & vt de Psalte dixit ad Psalmi illius titulum Eugubinus, naturalem quandam ac Diuinam Philosophiam, quandam Genesim, quendam Timaeum Platonis, conscriberent. Neque verò omnia quae ad praedicta argumentorum capita pertinent, adducam; id enim vel infinitum vel etiam impossibile esset. Pauca igitur selectiora, & quae illustrissimis etiã ingeniis magis suspicienda visa sunt, breuiter proponam. *Nam & coelestium similitudines, vel in exiguis exprimuntur animalis*, vt in hanc rem eleganter dixit Philo initio Cosmopoeiae. Ea denique praesertim adducam, quae ad rerum gubernationem & administrationem non pertinent. Non quòd ex his quoque non euincatur Diuina existentia; sed quòd ex illis probanda suo loco sit prouidentia, quae probari non potest ex illis quae ad rerum effectionẽ pertinent, vt ex Nemesio suo loco dicam.

Mundus maior, vniuersè.

58 Dari Deum mundi opificem, ex

ex ipso mundo, variis ex capitibus probari posse asserit Cleomedes libro 1. de mundo, *ferè initio*. Probat enim mundum esse essentiæ finitæ, quia ab aliqua natura factus est, & ab vniuersalitate & simpliciter dominante, administratur. Quod verò mũdum talis aliqua natura administret. *Hoc facilè* (inquit) *datur intelligi. Primò ex eius partium serie, deinde ex procreatarum ordine: tertiò ex communi ad se inuicem partium, quæ in ipso includuntur, affectione quarta, quod ad aliquid finem singula procreata; & denique quòd omnia in vsus commodissimos cedant, quæ procreata, & suarum singula sunt naturarum.* His itaque duobus posterioribus quæ in singulis vniuersi partibus essentialibus & integrantibus commodius exponentur tantisper dimissis, vrgenda nunc sunt cætera capita, quæ ad mundum vniuersè spectatum pertinent.

Eius constitutio.

59 Et in primis vrget maximè in hoc genere, series & ordo partium mundum compingentium. Nam si nihil primum in ordine causarum assignetur, sed vnaquæque causa pendeat ab alia in infinitum, fatendum erit visibilem hanc machinam, casu ita fuisse dispositam, cùm nulla sit voluntas superior à qua sic disposita fuerit & ordinata in vnum aliquem omniũ finem. Erit igitur quasi chaos, nulla causarum & effectuum conspiratione & concentu, quod prudens quiuis æstimator statim videt esse incredibile, præsertim in tanto mundi ordine, & aduersantium sibi partium eius conspiratione, vt expendit Damasc. 1. fid. cap. 3. & esse maximè dignum admiratione quòd aliqui ita censuerint affirmat Aristot. 2. Phys. tex. 45. ex eo, quòd videamus animalia & plantas non fieri casu. Quanto enim minùs de vniuerso credendum hoc credibile? Et sic argumentum [illegible] Anaxagoram & Hermotimum, [illegible] piæ antiquioribus visos, asserit Metaphys. cap. 3. Sanè tam suspiciendam connexionem, & consensionem [illegible] variarum naturarum in vnum & eundem tonus vniuersi constitutionem conspirantium, nullo dirigente supremo opifice casu contigisse, ille sibi persuadeat, qui, vt argumentatur Tullius 2. de nat. Deorum, verisimile existimabit, annales Ennij aliud-ve speciosum opus ex innumeris literarum formis casu & sine ordine in terram excussis, existere potuisse, aut longas tabellas ex fortuito colorum in ipsas delapsu, artificiosissimè pingi potuisse, vel denique fieri potuisse ingentia palatia ex lignorum & lapidum fortuito concursu. *Et cum statuam* (ait Trismeg. cap. 5. Pimandri) *absque fabro & pictore fieri nullus asserere audeat, mirum mundi huius constitutionem sine conditore constitisse putabimus?* Simile illud Epicteti apud Arrianum lib. 1. cap. 6. *ex apparatu ipso vtrumque solerti & artificiosissimè pronuntiare solemus, effectorem esse artificem aliquem nec temerè & casu extitisse illa. Ergo horũ quidem singula nobis declarant artificem, aspectabilia verò illa in mundo corpora, intelligentes etiam, & oculi videndique lumen effusum, opificem suum non testabuntur?*

60 Pulchrè verò S. Dionysius c. 7. diuin. nom. ad artificem consurgens adhibito hoc ipso argumento quod suppeditat mundi constitutio, suspicit [illegible] illã qua extrema prioris, cum principio sequentis contrarij iunguntur, & conspirant. Hæc videtur esse illa partium mundi ad se inuicem communis affectio, ex qua Deum opificẽ & mundi administrationem inferebat Cleomedes. Quod argumentum sic expressit Basilius

hom. 4.

num. 4. Hermetis Trismeg. *& siccus & frigidus: aqua humida & frigida: aer calidus & humidus: ignis calidus & siccus. Sic enim sibi qualitatum convenientia & [illegible] progrediuntur quasi alterutro [illegible], ut [illegible] Nam & in praecipuis alteru [illegible]. Nam & in [illegible] elementorum si quidem certè propter contrariam qualitatem, & propter contrariam [illegible] communionem cognationem [illegible], velut terram quæ sicca est & frigida, frigoris cognatio cum aqua. Sic [illegible] aqua connectit & copulat: quoniam [illegible] aqua in vincula, quasi [illegible] impressionem [illegible] qualitate [illegible] cum [illegible] frigore, & cum aeris humore [illegible]. Rursus aer medio suo quasi sequestre naturam pugnantem ignis & aquæ sibi conciliat, aquam humore, ignem calore. Ignis porro qui calidus & siccus est, calore cum aere colligatur, siccitate in terræ societatem [illegible]. Ita orbis & progressus quidam [illegible] elementorum, quo inter se consentiunt & consentiunt omnia. Hinc propriè elementorum [illegible] accommodatum est.* Sic Basilius, cuius allusio in Græca elementorum appellatione fundatur. Στοιχεῖον enim quod elementum Latinè vertitur, consensum quoque & concentum designat, quasi vel ipso nomine doceamur quod expressius dixit Dorylaus apud Censorinum, lib. de die natali, c. 13. & Athenag. orat. pro Christianis, nempe *mundum esse musicum Dei organum.* Et quod Philo libro de plantat. Noë initio dixit: *Universum hoc tanquam in [illegible] Musica concinere veluti contrariarum naturarum concursu [illegible] Divino arbitrio interpositæ.* Inde etiam Deo, *Musici* & *Harmonici* cognomen teste Plutarcho, libro de primo frigido, qui etiam libro de Musica, eam Dei appellationem refert à Pythagora, Archita, aliisque passis inditam, ob concentum quem in suis operibus exhibet, de quo capite 6. Asclepij in fine.

61 Denique ex hoc mundi partium concentu Deum astruit Iustinus q. 6. Græcorum ad Orthodoxos. Interroganti enim Græco unde liqueat an prorsus sit Deus, respondit ex rerum quæ extant constitutione, & perseveranti diuturnitate. Sed quia diuturnitas illa propriè ad providentiam rectricem referenda est, non autem ad primum mundi opificium, ex quo nunc artificem venamur, seclusa eiusdem in mundi administratione providentiâ, diuturnitatem illam missam facio, concentus illam catenus tantùm nunc attingere, quatenus artifex in ipsa mundi constitutione illi diuturnitati consuluit. Et sanè cum aliis nominibus, tum hoc maximè mirabilis omnino est constitutio illa & coniunctio contrariorum, quæ perennitati servit. Nam ut ad hoc institutum expendit S. Athanasius, orat. contra idola post medium. *Quis certè contrarias inter se naturas, compositas tamen esse & concordem harmoniam tenere, videns quis videat ignem frigido, & siccum humido commixtum esse, atque hæc sibi invicem non resistere, sed unum quasi corpus absolvere, non sicum [illegible] & sensim esse [illegible] ab illis, qui ista in unum redactum connexerit?* Et post multa in eandem rem. *Quis animadversis tam dissimilibus contrariisque, parem similemque ordinem ex illis constari, non animo ratiocinetur unam esse vim potentiamque quæ illa dispensat, & gubernat, pro cuius arbitrio omnia ita ritè in eo statu perseverant? Ipsa enim per se nunquam, vel consisterent, vel apparerent, ob mutuam quæ in illis est naturæ discordiam.* Et paulò post. *Non igitur pugnantia & contraria ex ipsa natura in unum coaluissent, nisi præstantior aliquis esset & dominus qui ea coniungeret, cui & ipsa elementa tanquam ancillæ dominæ sua obsequentes cedunt &*

 alterque

attemperarunt. Non enim singula ad suam ipsorum naturam respectantia cum aliis depugnant, sed eam qui ex ira congruentiam dominam agnoscunt, conciliantur inter se fuerunt: Et naturaliter quidem inter se contraria, gubernatione tamen unitatis, in amicitiam conciliantur, &c. quæ ibi prosequitur. Similia præclarè Constantinus Magnus apud Eusebium lib. 2. de vita Constantini, c. 57.

62 Sed non est omittenda insignis in hanc rē ratiocinatio Auctoris libri de mundo, c. 6. Cùm enim hunc mundi ex contrariis congruentiam, tanquam Reipublicæ ex variis & inæqualibus ac quasi oppositis hominum gradibus & conditionibus coalescentis, aut picturæ ex contrariis coloribus absolutæ, constitutionem perpendisset, subdit, *Hoc nimirum illud esse, quod Heraclitus obscure dixerat, Coniunctiones tota & non tota, consentiens & dissentiens, consonans & dissonans, & ex omnibus unum, & ex uno omnia. Itaque universorum compagem (cæli nimirum & terræ, & totius mundi) unam quandam principiorum summè contrariorum, commistio attemperavit, natura ipsa digessit, una eademque constituta cohærentia: Quippe siccum humido, calidum frigido, grave levi miscuit, & rectum orbiculari. Terram etiam universam, atque mare, æthera, Solem, Lunam, & postremò totum cælum, vis una per omnia permeans, certo ordine descripsit, concordique digestio, è diversis ipsa naturis atque impermistis, aere, terra, igne, & aqua, mundum architectata. Cumque eum etiam globosa superficie comprehendisset, naturas quàm maximè contrarias, utpote calida contraria & impermista, adstrinxit ad consensum mutuamque concordiam* [illegible] *ipsi salutem machinata est. Huius autem rei causa est concordia elementorum. Concordiæ porrò causa, est æqualitas, & quòd alterum altero non plus polleat, ad æquilibrium enim* [illegible] *gravia cum levibus, calida cum* [illegible] *ipsis opposita sunt.* Ita Auctor ille, [illegible] ex capite sequenti liquet non [illegible] fuit, sed neque hæreticus potuit. Quis enim eam ipsam elementorum proportionem & æquabilitatem constituit, nisi quæ omnium artifex est Sapientia? Quòd si contingat illam æquabilitatem suo alicubi tollit in loca alterius inuadente violari, providè & omnino sapienter Divina manus instituit compensationem, de qua audi Philonem, libro quòd mundus sit incorruptibilis, *Egregia quidem est* (inquit) *harum virtutum* (mundi partibus intelligentium) *compensatio, æqualitas* [illegible] *regulis ac terminis, quasi suas dispensantium. Sicut enim anni tempora quaternis vicibus distinguuntur, aliis post alias succedentibus, & per orbitam easdem usque recurrente tempore: pari modo & elementa mundi vicissim sibi succedentia mutantur, & (quod dictu est incredibile) dum mori videntur, redduntur immortalia, iterum atque iterum recurrendo idem stadium, & sursum atque deorsum per eandem viam consistendo continuò. A terra enim incipit via, quæ liquescens in aquam mutatur. Aqua porrò evaporat in aërem, aër in ignem extenuatur. At deorsum altera dum sursum, incidit à capite, igne per extinctionem subsidente in aërem, aëre verò in aquam se densante, aqua quoque liquore in terram transfluente. Vide laudatur Heraclitum, dum ait Animarum mors, aquam fieri: aquæ mors, terram fieri. Cùm enim animam spiritum esse putaret, aëris exitium generationem aquæ, & ex aqua perinde gigni terram subindicat, non prorsus interire dicens elementa, sed mutari ex aliis in alia, atque suis semper vicibus, non solùm ut par est, verum etiam ut necessitas postulat, quamvis impariliter* [illegible] *est: quod autem immutabile, idem & recipit* [illegible]. Sic Philo,

in quibus nunc tantum simplici volo fulcrum & planè umbraculum mundi partium coaptatione, ex qua compensatio illa, & mundi in tam disparibus & perpetuò pugnantibus naturis perennitas oritur, vt facilè sit agnoscere eum à Deo & constitutum primò esse & perpetuò regi ac teneri. Meritòque [illegible] lib. de mundo ad Alex. c. 7. [illegible] Phidiæ cum Mineruæ statua, quam Phidias construxerat & imaginē ei suam in scuto medio impresserat, tam affabre, vt si quis imaginem artificis conuellere tentaret, vniuersam quoque statuam dissoluere cogeretur. Similiter enim si Deum è mundo ex tam inimicis partibus compacto excutere, & concidere mundum vniuersum necesse erit, & causâ [illegible] casusue proinde in eo esse potuisse.

63 Hoc argumento ex constitutione mundi petito, Deum prætereà asserunt Trismegistus in Pimandro cap. 5. & c. 11. *sub finem.* Athenagoras orat. pro Christianis. Seneca lib. de prouid. cap. 1. Euseb. in orat. de laudibus Constantini *circa medium.* Abraham cum Chaldæis disputans apud Iosephum 1. antiq. cap. 7. & apud Nyss. orat. de Thaumaturgo. & sapientum Ethnicorum antiquissimi apud Plutarchum lib. de superstit. n. 13. [illegible] opusc. 1. Boet. 3. de consolat. prosa 12. Naz. orat. 14. num. 16. & 45. & pulchrè in [illegible] num. 30. Docent enim assurgendum esse à visibilibus ad opificem, ita ratiocinantes. *Quid enim* [illegible] *quid cælestia & terrestria, quæque vel per aërem, vel per aquam feruntur, vel* [illegible] *ea, quæ his priora sunt, cælum, terram, aërem, aquam, certo ordine collocauit? Quis hæc miscuit ac seiunxit? Quis motum* [illegible] *facit ac* [illegible] *contrariis? hoc enim* [illegible]*, licèt hominis à religione nostra alieni, nobis magnopere probatur.* Oppianum ab eo intelligi notat Billius, auctoris namque industriam in omnibus mutua inter se concordia ostendis collaudauit Oppianus versibus quos ad hunc locum retulit idem Billius. Sed pergit Theologus. *Quis motum hic attulit, ac perpetuus* [illegible] *impedito cursu ea moderatur? Annon rerum artifex, & qui rebus omnibus rationem dum indidit, qua vniuersum fertur & gubernatur? Quis porrò rerum artifex? Annon is, qui hæc procreauit, atque in rerum naturam produxit? Neque enim* [illegible] *casui fortunæque hæc vis & facultas ascribenda est. Vt enim hoc demus, casu omnia extitisse, cui tandem rerum constitutio ac dispositio tribuenda erit? Atque vt hoc quoque ipsum, si ita lubet, casui concedamus, cuius quæso fuerit hæc, iuxta eas rationes, quibus primum creata sunt, seruari atque conseruari? Alteriusne cuiuspiam, an casus? Alterius profectò, non casus. Hoc autem quid tandem aliud esse putas, quàm Deum? Ad hunc modum ratio illa, diuinitus omnibus insita, & prima ac postrema nostræ congenita lex, cunctisque mortalibus innexa, nos ab iis rebus, quæ oculis cernuntur, ad Deum subuehit.* Illustrissima prætereà sunt, quæ passim tota illa oratione, de opificis in hoc vniuerso mirabili sapientia & arte profert. Nec mirum eloquentissimum hominum in tam illustri argumento, eloquentiæ specimen dare, in quo vel [illegible] facundiam nancisci queant. Nam vt præclarè dixit Theodoretus lib. 4. contra Græcos *vndique mundum* [illegible] *miraculum miraculo superadditur*, nisi quod vt idem subdit, *parum abest ne consuetudine dicamus miraculum hoc loco pro miraculo habendum non esse: cùm sit enim mundi opifex omnipotens, quæcumque ab eo fiunt* [illegible] *admirari quidem* [illegible]*, debet tamen auctorem laudare* [illegible]

64 Placet omnia hactenus adducta argumenta, ex Chrysostomo cum multis pro rei magnitudine omnia optime complexo, obsignare. Ita habet tractans dictum insipientis in Psalm. 13. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Non est fundamentum, & quomodo stat aedificium? Non est carina, & quomodo consistit navigium? Non est fabricator navis, & quomodo navis compacta est? Non est aedificator, & quomodo domus facta est? Non est architectus, & orbem condidit? Non est agricola, & quomodo agri tellure manipulos? Non est consiliarius, & quomodo in mundo ipsa apparet concordia? Non est qui providet, & quomodo per omnia pervadit providentia? Non est auriga, & quomodo elementorum quatuor currus agitur? Non est statuarius, & quomodo hominem veluti quandam statuam in mundo fecit? Non est fornicis constructor, & quis tibi caeli fornicem construxit? Non est aurifex, & quis veluti discum aureum, tanquam in mensa, Solem in caelo posuit? Non est qui ferat lampadem, & quis tibi velut lampadem argenteam dedit Lunam in nocte? Non est qui illuminat, & quis tibi clara & lucem praebentia dedit luminaria? Non est qui fecit solus magna lumina, & quis accensos astrorum lychnos tibi in caelo posuit quemadmodum dicit Propheta: Qui fecit luminaria magna solus, Solem, ut praesit diei, & Lunam, ut praesit nocti. Non est opifex, & quomodo pulchritudo creaturarum testatur Creatorem? Ex magnitudine enim & pulchritudine creaturarum, cognoscibiliter eorum genitor consideratur. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Quaecunque in mundo fiunt, aguntur & exercentur, habent qui eis praesit eaque perficiat; & solus mundus non habet qui eum administret? Si non est Deus, quid facis in iis quae Dei sunt? In domo Dei manes, & domum Dei infestas? Vel da mercedem domus, gratiarum actionem; vel domo egredere: qui etiam fumo tractus ... blasphemiis domum implent.* Sic ille.

Concinnitas & pulchritudo.

65 Taceo mundi sic constituti pulchritudinem quam a nemine satis laudari posse, vere dixit Dio Chrysost. orat. 36 *in fine*. Idque docet vel ipsum mundi nomen ab ornatu & venustate ductum, ut notat Auctor libri de mundo cap. 6. & Plinius 2. histor. cap. 4. eoque sensu à Pythagora primum huic machinae impositum fuisse id nomen, testantur Cyrillus 2. in Iulian. ad t. 5. & Stobaeus in Eclogis Phys. cap. 21. tametsi Plato in Gorgia à mundi partium societate & foederatione, in Timaeo autem à varietate partium Graecam illam mundi appellationem derivat. Quod potest eodem recidere, quia duo illa, ad mundi ornatum ac venustatem, maxime faciunt. In Pimandro autem c. 5. (nam ibi quoque haec mundi ab ornatu denominatio habetur, ac proinde Pythagoram praecessit) ab exornatione rerum omnium per generationis varietatem, sic appellatus dicitur. Et denique cap. 4. Asclepij ab ornatu quem hominis divina compositio orbi terrarum affert, eo nomine dictus censetur. Suppeditari autem ex tanta pulchritudine, insigne Divinae existentiae testimonium, docent illa Augustini lib. de utilit. credendi cap. 16. *Species rerum omnium quam praefecit ex aliquo verissimo pulchritudinis fonte manare credendum est, interiori sensu quo conscientia Deum quaerendum, Deique serviendum, meliores quosque animi quasi publice privatimque hortatur.* Sane ut ex hymno rustici cuiusdam refert Dio Chrysost. orat. 30. Mundus tanquam domus valde pulchra à Deo instructus est, quemadmodum ab appellatis foelicibus divitibusque hominibus

[illegible], domos quasdam videmus parietibus & columnis auroque & picturis ornatas. Similiter enim, vt illa rusticas non imperitè cecinit, Deus [illegible] suam ac diuitias in pulchritudinem hoc opus ad hominum [illegible] expromsit, eandem domum [illegible] vt inquitur Varro in Satyra dicta. Similiterque Themistius orat. ad Valentem mundum vniuersum magnam quandam domum cui Deus praesit appellat. *At vt Graeci Philosophi, de domo ac tam venusta domus fabrica statim colligunt, vt ipsa domus [illegible] à sapientissimo & potentissimo [illegible] esse constructam.* Verba sunt Clementis Romani 8. recogn. Eandem mundi contemplationem Deo tribuunt Socrates in Phaedone de Anabasi Socrates in Phaedone de Anaxagorae sententia, eandemque ita exponit Plot. Ennea. 5. l. 2. cap. 7. vt inde ad opificem assurgat. Late quoque hanc mundi pulchritudinem & ornatum prosequitur, ex eoque Deum [illegible] Viperanus 1. de prouid. cap. 6.

66 In summa, mundum vniuersè inspicienti apparebit, verè dictum esse à Philone 2. de monar. Lactantio de ira Dei cap. 14. Plutarcho lib. de tranquillit. animi cap. 15. & 20. Epicteto apud Arrian. l. 3. c. 26. mundum templum quoddam esse Deo sacrum, in quo eius laudes concinuntur. Huius templi sacrarium esse coelum dixit Philo, donaria verò sydera, Sacerdotes & aedituos, potestates Angelicas. Melius postremum hoc munus, ad vniuersam intellectualem creaturam extendisset.

Nunc quando ipsum mundum maiore generatim inspeximus, & ex eius constitutione, ordine, ac venustate, in Deum assurreximus, subdenda sunt aliqua sigillatim de primariis & veluti essentialibus eius partibus. Nam praeter ea quae consideraui in ipsis quatenus quaeuntur ad mundi compositionem simul pertinent, quo pacto ea fere hactenus considerauimus, multa praeterea in singulis per se spectatis attendi possunt, ex quibus Diuinitatis opinionem, atque adeò etiam Dei existentiam, quam inde inuestigamus eliceremus. Aliqua igitur ex eis delibare operaepretium videtur, vt inde praestemus Deo quod possumus, vt Seneca dixit lib. de vita beata c. 31. *nempe vt tanta eius opera sint testes sui.* Nec est timenda alicubi leuitas argumenti. Rectè enim monet S. Chrysost. in Psalm. 9. *enarrans Dei miracula* [illegible] *, laudationem siue praestantiam siue à coelo, siue ab aëre, siue à terra, siue à seminibus, siue à plantis siue à brutis : & vbique [illegible] sum pelagus narrationum.*

Coeli, Sol, Luna, reliqua sydera.

67 In coelo quod tanquam tectum, vt loquitur Nyssenus lib. de hom. opif. cap. 1. magnae huic mundanae domui incumbit, multa omnino sunt quae nos ad artificem summo [illegible] ducant. *Deus coelum oculis nostris expositum* (ait Theodor. serm. 4. de prouid. initio) *magnitudinem simul & pulchritudinem suam spectandam praebet, & hominibus recti locum & vsum exhibet, [illegible] quoque solertem suam praedicat, & omnium linguas ad laudes [illegible] inuitat. Et veluti cum domum aliquam, quae summo artificio extructa, & solido stabilique fundamento innixa, angulis quoque rectissimè compacta, latitudine & longitudine altitudine que iusta proportione per omnia respondet, tum fenestris etiam probè & ordine dispositis illustratur, & omnibus iis quae ad aedificiorum splendorem faciunt ornata & instructa est, conspicimus, mox ipsum architectum admiramur, & absentis imaginem animo concipimus, omnesque perfectionis quae in aedificio cernuntur*

ternitus formam, ad illum autem solemus referre. Sic etiam cùm caelum intuemur & vtiles illos commodissimosque caelestium syderum motus, nequaquam hac admiramur, sed laetam opificem encomiis & laudibus pro viribus nostris volumus, & ex operum magnitudine simul & pulchritudine autorem illorum iusta animi contemplatione aestimamus. Verè enim & meritò hac animis nostris voluimus. Quod si tanta est operum magnitudo & praestantia, quantus est vtique ipse operum conditor? Et si tanta inest rebus conditis elegantia, quantam sapientissimus illius omnium Creatoris pulchritudinem esse conuenit? Meritò tria illa praesertim in caelis suspicit Theodoretus, magnitudinem, pulchritudinem, & vtilitatem, siue bona quae ab eis in haec inferiora deriuantur.

Vastitas praedictorum corporum.

68 Et magnitudinem quidem (propè dixi immensitatem ac nostris sensibus immensurabilem vastitatem,) deprehendere vtcunque licet, gradu facto à terrae magnitudine, quae tametsi *mundi punctum* vt loquitur Plinius l. 2. cap. 68. & Seneca in proemio naturalium quaestionum, tanta tamen est, vt eius expansionem, post tot saecula quibus varij eius tractus tam studiosè lustrati sunt, nec dum compertam planè habeamus, nouis subinde regionibus, quae priùs incognitae erant detectis. Imò longè ante compertam amplissimam eiusdem portionum, Plinius lib. 2. c. 1. futuris damnat mensores terrae. Et tamen hoc quantulacunque eius portio iampridem cognita, magnorum vt loqui solemus regnorum & imperiorum, sedes est. Atqui longè maiorem globo isto ex terra & aqua compacto, constat esse aërem. Quippe qui terram & aquam totam vestit, & vndecunque concludit. Eiusdem verò profunditas & altitudo magna omnino est, & ad multa milliaria porrigitur, vt ex [illegible] rum subuectione intelligunt Meteorologi. Qua proportione autem caeli altitudo, maiorem quoque aëri extensionem & expansionem [illegible] necesse est. Vt inde prudentes aestimatores vastitatem aëris aestimare satis queunt, etiamsi nolimus sententiam illam approbare quam aliqui esse Aristotelicam, veram esse contendunt. Nempe quòd elementum quodlibet superius, decuplo maius sit proximè subiecto, & inferiore. Vt autem sphaerae ignis elementaris, quia de eius existentia variant sententiae, magnitudinem sileam, longè adhuc aëre & ignis orbe (si datur) grandior & extensior est orbis Lunae, caelestium orbium infimus. Quod ex ipsius quoque lunaris astri magnitudine deprehendere licet, quod cùm prae toto suo orbe permodicum quid existat, est tamen absolutè *magnum ac praegrande*, vt contra eius è caelo per carmina deductores latè confirmat S. Basil. homil. 6. Hexaem. & Caesarius dialog. 4. ex eo praesertim quod omnes terrae totius vrbes quàm longissimo licèt interuallo inter se dissitae, lunare lumen ex aequo suscipiunt. Quod nequaquam contingeret; si Luna non respiceret singulas vrbes facie rursus, ac proinde nisi valdè latè pateret essetque, vt idem S. *Pater* concludit, *Exsuperantia & eximia ac amplissima magnitudine*. Iam aliud orbe lunari orbis, cùm eum intra se contineat, longè adhuc amplior sit necesse est, idemque proportione cogitandum donec deueniatur ad vltimum ex caelis mobilibus, quod mea sententia est firmamentum, siue caelum stellatum. Illorum enim interiectorum orbium magnitudinem & expansionem crescere cum eorum supra lunarem altitudine.

ordine, constat. Neque refert quid sentiamus nolli sint Bellarmino inferiores orbes solidi. Nam quæ de altitudine syderum, quibus orbes illi ab iis qui eos adstruunt deferentur, ratiocinamur, constitutura sunt olim sint, salua nunc, constiturum ime siue orbes solidos, siue substantia fluida substantia plenas & capacitates fluida substantia plenas & capacitates illas asserbamus. Videmus sydera illa sub codicem illatâ & cœlestis sub- dum capolitum illatã & cœlestis sub- stantiam, in qua velut in campo curri- tantiæ, in qua velut in campo curri- ture, magnitudo & vastitas decerne illis, magnitudo & vastitas de- cerne ulis, magnitudo & vastitas de- monstratur. Sigillatim verò Solis prodenditur. Sigillatim verò Solis magnitudinem, & vt ait immensam magnitudinem, rationibus mathematicis probat Plinius, lib. 2. hist. cap. 11. & hæc bat Plinius, l. 2. hist. cap. 11. & hæc Cleomedes l. 2. de mundo. Tandem firmamentum siue fluidum sit siue solidum (quamuis fluidum esse nulla indicia cuincunt, & esse solidum non infirmæ coniecturæ alibi propositæ suadent;) firmamentum inquam, incredibilis, & nostrum captum longè superexcedentis magnitudinis esse oportet, cum & inferiores illos orbes amplitudinis effusissimæ ambiat, & tot sydera tantæ vastitatis quantam Astrologi demonstrant, complectatur. Quæ quòd à nobis veluti exiguæ lucernæ aut claui igniti cœlo infixi conspiciantur, tantùm abest vt argumentum præbeant paruitatis suæ in tanta sensuum nostrorum infirmitate, & insidelitate, de qua eleganter S. Ambros. 4. Hexaëm. c. 6. vt potius euidenter inde appareat, (quod luculenter tradit Cleomedes lib. 1. de mundo, c. *de terræ magnitudine*,) summam esse & syderum illorum, & cœli cui infixa sunt, elongationem ac distantiam à terra, ac proinde etiam summam amplitudinem & à nobis sola ratione perceptibilem vastitatẽ, quam suspicere Atheos, & inde excitari ad agnoscendum opificem iubet Cyrillus Alexandrinus.

49 Hæc erat prima illa Diuini opificij nota, quam in cœlis suspiciebat Theodoretus, à qua priusquam ad secundam venio, libet rursus inspicere & mirari celerrimam tam vastorum orbium vertiginem. Nam & hæc ad magnitudinem colligendam facere, postea ostendam. Quàm ergo mirabile est, quòd cœlum stellarum fixarum, cuius tanta est amplitudo quantã ostendimus, & Sol, quem etiam diximus esse tam grandem, tam celeri motu moueatur, vt nulla sit motus celeritas, quam cum illa conferre liceat? Audi enim de hac nimia Solaris pernicitate Cleomedem, lib. 2. de mundo, vt ex celeritate illa magnitudinem Solis inferat sic ratiocinantem. *Si intelligamus equum emissum in amplam decurrere campi regionem, partemque ex horizontis limite Solem exire, quòd totus emicuerit, propè manifestum satis conuellantibus, non minus stadijs decem prosilierit. Atqui autem celeritatis multiplicior magis equo transibit. Sagitta adhuc velocissimè essiciet multò plus tunc, vt non paucioribus prætereat stadijs tanto temporis interuallo. Si igitur equum, æquè celerem mundo vtiam fecerimus, decem institutum stadiorum Solis dimensionem sui celeritatem, multò maior sit sagitta, non minus ducentis stadijs. Ob hæc igitur res omnes pedalis magnis, neque quantus videtur. Quòd igitur infinitùs sagitta velocior sit mundi motus, ab huiusmodi dissupplenis cognoscerimus. Persis cum in Græciam ducibus exercitum, ferunt homines disposuisse, destinasseque ab Susis Athenas vsque, quò vnce possent quæ fierent significari, ab ipsis in Græcia his qui essent in Persis, excipientibus hanc vngentes destinatis paralleleramis vocis. Ferunt vox tali propagata progressu duobus diebus, cum noctibus, à Græcia in Persas peruenisse. Quid si tanta æris motus, ac plaga velocissima, nunmam terra partem duobus diebus cũ noctibus penetrat.*

penetrat; par est, vt tensa, intelligere quanta sit mundi celeritas, quamquam infinities minor, qui recte eam dicere vera, infinities maius interuallum quam sit a Græcia ad Persas peruenit. At si intelligamus sagittam penetrantem maximum terræ orbem, neque tribus diebus cum millibus ducentis quinquaginta millia transferri stadiorum, cum tamen mundi magnitudinem infinities terra maiorem die vnoque vna cælum permeet. Proinde impossibile est celeritatem ac cursum eius mensa, neque vlla complecti oratione. Talem velocitatem quam magnus sit. Possit nobis videre indicare, cum dicitur:

Quantum vero prospicit longe e specula æquora lustrans,
Tam ... equum celeris volat æthere sonitum.

Cæterum sagaciter id ab eo dictum, & amplificatione ... non modo comparanda ... in celeritate ostendenda, quam acutissimi oculorum contuentur, sed etiam specula ponendo fastigium, & vt subiectum pelagus, ... prospicientes videt. Verumtamen admiranda superatur omnis, ... cæli indicare celeritatem, cum immensa sit, nec satis percepta mundi celeritas. Hactenus ille de mundi superioris siue cæli celeritate.

70. At vide quomodo ex ea cæli latepatentia inferat Seneca l. natur. in præfatione. *Quantum est quod ab vltimis litoribus Hispaniæ, vsque ad Indos iacet? Paucissimorum dierum spatium, si nauem suus ventus impleuerit. At illa regio cælestis, per triginta annos velocissimo sideri viam præstat, nusquam resistenti, sed æqualiter cito.* Et infra cap. 4. *Solem quem velocissimum omnium esse scimus ... nostra videt moueri, nec ... crederemus, nisi appareret ista.* Nempe ob vastitatem spatij quod decurrit, sic ludimur. Recta enim vt ratiocinatur Scholiastes libelli de mundo ad Alex. cum Sol intra horas quatuor & viginti eam cæli totam peragrat quã discurrit, necesse est vt semidiametro rotatione nõ minus ducentis septenaginta libus milliarium, vnius horæ curriculo peragret, ac proinde tanta celeritas quæ vix admittitur, non nisi ex tanti interualli immensitate nobis sentitur. Non enim nisi infinitis prope spatijs abducta, tanta & tam inenarrabilis pernicitas, tam vasti syderis motus terrarum & marium multis comparationis, vsque eo velut pigresceret, vt notari non posset nisi post decursum spatium. Deficiunt vero & verba & numeri si ab hoc tam celeri Solis cursu, ad sydereum firmorum celeritatem contemplandam feramur. Ad stellarum enim cælũ (vt idem Scholiastes ratiocinatur) a corruptibili mundi parte, spatium myriadum bis mille sexcentarũ & amplius intercedit. Vnde colligitur tale cælum sexcentas octoginta quatuor myriadas milliarium, quamlibet horæ spatio vt minimum peragrare. Ergo de hac cogitatio necesse est, si illam vastitatem assequi tentet, quæ tantam celeritatem facit esse imperceptibilem. Ac proinde vbique quidem, vt bene dixit Fulgentius l. de fide ad Petrum c. 3. sed maxime in superioribus corporibus, elucet *Dei mobilitas & sapientia in dispositione, & virtus in opere.*

Eorundem cælestium corporum pulchritudo.

71. Alterum quod in cælis suspiciebat Theodoretus, erat pulchritudo. Quam siue animi siue corporis sensu metiamur, fatendum est esse longe maximam, vt ob eam præsertim valeat quod dixit Chrysostomus hom. 9. ad populum. *Tacet cælum, sed ipsius aspectus vocem tuba clariorem emittit, per oculos non per aures nos docens.*

Pulchri

Pulchritudinem ergo intelligibilem, quam in rebus corporeis partium concinnitas & symmetria, numerorumque ac functionum proportio & æquabilitas constituunt, nemo non videt esse in cælis quàm aliquam aliàs, & maiorem & illustriorem. Nec dubitat Philo in Cosmopœ. quin hæ choreæ (ἐν τάξει) admiratione dignissimæ propter ordinem constantissimum, & motus, terminosque mirè concinnos, dici possint continere veram illam & exemplarem Musicam, quam posteà homines animis suis impressam prodiderunt. *Et quidnam est*, inquit Auctor libri de mundo, c. 6. hanc ipsam cæli pulchritudinem describens, *singulorum partium quod tam ex apparatu prisco ordine, quâ certiori motu temperatum est & constitutum. Sole enim atque & Luna, reliquis item syderibus intra spatia se mouentibus exquisitissimè, & indulcè à sæculis in sæcula aduerso*, &c. Aliam in iisdem corporibus concinnitatem & pulchritudinem intelligibilem, ex lucis transmissione ab his ad alia, paulò post attingam. Formam cæli rotundam, lucem, magnitudinem, vt inde eius pulchritudinem tandémque Deum tam pulchri opificij auctorem eruat, elegantissimè expendit Plutarch. 1. *de plac.* c. 6.

71 Hinc exurgit corporea cæli pulchritudo, quæ ex tantis & tam speciosis corporibus efflorescit, & in basi Diuina, vt loquitur Dio Chrysost. orat. 12. & Plutarch. lib. de tranquillitate animi, *sub forum*, Solis, Lunæ, Stellarum, cæterique spectaculis visenda proponitur. Tantáque est, vt si ipsam quidem spectes, expositione non egeat. Quis enim superius illud cælestium florum pratum, vt Chrysost. loquitur homil. 16. ad popul. & Ambros. l. 4. Hexaëm. c. 2. non inspiciendum per se fateatur. Attentam tamen postulat considerationem, quia vt rectè aduertit D. August. libro de vtilitate credendi, c. 16. ac Seneca 7. natur. c. 1. & pleniùs Aristoteles apud Tullium 2. de natura Deorum, quamuis qui eam numquam hausisset oculis, sed nunc primùm eam conspiceret, hebesceret obstupesceretque miraculis; tamen fecundi assiduitate contemnitur, vel potiùs non aduertitur, & quasi vilescit. Sanè vt Anaxagoram sileam, quem se cælo ac Soli conspiciendo natum censuisse, referunt Lactant. l. 3. c. 9. & Laërtius in Anaxagora, vt item taceam Socratem quem ferunt exorientem Solem, quandoque ad occasum vsque defixis in eum oculis secutum, viri Diuinis operibus considerandis intenti, experti sæpe sunt, quanta esset cæli & syderum species, professique singularem se inde voluptatem, & syncerissimam corporis ac animi oblectationem haurire, noctémque sibi (vt est apud Chrysost. 2. de compunct. cordis) ex tam variis astrorum choris, gratiorem die ipso factam. Vniuersalius aliquid dicam. *Ipsi mundus*, ait Seneca 4. de benef. c. 23. *quoties per noctem ignes suos fudit, & tantum stellarum innumerabilium refulsit, quem non intentum in se tenuit?*

Itaque in promptu cuiuis est idem experiri, si nocte serena eodem quo pij illi viri mentis affectu, in cælum ac stellas defigat oculos, & vt Ambros. 4. Hexaëm. c. 2. pulchrè dixit, contueatur *quomodo per Lunæ ac Stellarum fulgorem cælum velut quibusdam floribus coronatum, ita ignitis luminaribus micat, vt paradisi pares vernante depictum, spirantium rosarum cani ... renitere. Vnde & à plerisque ornamentum cæli est nuncupatum, et quòd se stellarum monile præmisum.* Nam de Solis quidem pulchritudine libero præstat, quàm

eam culpa deterere ingenij; & vt dicam cum Nazianz. orat. 3. *a Sole sumam, quibus verbis extendam sit visus, cum Solem tenetur.* Multa paucis perstringit idem Ambros. eodem lib. c. 1. *Oculus est mundi, iucunditas diei, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ.* Scitè quoque lib. 4. c. 1. cœlum Sole & Luna, geminis vultus sui luminibus stellarumque decore insignitum, fulgere ait. Et minor quidem tributa est Lunæ pulchritudo, sed tanta tamen quanta temperandis vtcumque nocturnis tenebris, necessaria fuit. Quem lunaris lucis finem notauit Theodoretus serm. 1. de prouid. Addítque Damasc. 2. fidei c. 7. illam ipsam minorem Lunæ lucem, per Solis collustrationem, fuisse prouisam, non quòd Deus inops esset, (vt non minus impiè quàm stultè garriunt Thalmudistæ,) sed vt concinnitas & ordo seruaretur creaturæ, quæ præest & subest, & instruamur communicare ad inuicem. Adde etiam vt haberemus illustrissimam imaginem nostræ à Deo dependentiæ, & typum Diuinæ infinitatis essentialis, nostræque mendicitatis. Rectè enim & piè admodum obseruat Sebundius tit. 14. Solem & Lunam, luminare maius & minus, esse imagines, esse increati & creati, quia sicut Luna ex se nullum habet lumen, nec habet in propriis bonis aliud quàm potentialitatem recipiendi beneficentiam Solis, ita esse creatum ex se nihil est nisi esse possibile, prorsúsque destitutum actualitate, quam totam à Deo habet cùm habet, sicut Luna habet à Sole lumen. Item sicut Sol, quia non accipit lumen aliunde, habet luminis plenitudinem; non item Luna, quæ illud aliunde recipit, quam etiam propterea interdum obscuram conspicimus, non item Solem. Ita esse creatum, quia est receptum & dependens, finitur certis limitibus, quibus caret esse increatum. Præterea sicut Luna præsente Sole non apparet, eo autem delitescente videtur, & quidem tanquam magnum aliquod luminare, eoque maius, quò magis à Sole elongatur: Ac deniq; sicut cùm Luna splendet, splendor ille est ipsissima lux, quam Sol tunc abditus & non visus efficit in Luna: ita esse creatum increato collatum, & ante Deum, est tanquam nihilum, tantùmque apparet esse aliquid cùm per se consideratur. Quò autem magis confertur cum Deo, eò vilius, & vilior, ac nihilo propinquius apparet. Omnis denique eius venustas & quicquid in ea luce existentiæ fruitur, est participatio Dei, ita vt nulla sit entitas in hac mutabilitatis sede, quæ defluxum non sit, descendens à patre luminum, cuius tametsi occulti luce, per Lunam seu ens de se obscurum fruimur, vt rectè etiam Ficinus notauit in opere de immortal.

71 Sed cumulat cœlorum & astrorum pulchritudinem, perpetuus à tot sæculis illius quasi flos, quod sublunaribus hisce pulchritudinibus quæ illicò marcent, minimè contingit. Optimè hanc cœlestis pulchritudinis prærogatiuam expendit Chrysostom. homil. 2. contra Anom. *Vides* (inquit) *cœlum hoc quàm pulchrum, quàm amplum, quàm magnificum sit, quemadmodum variis stellarum vndique exornatur, & splendeat, quamquam edurare potuerit temporis. Iam enim quinque millia annorum atque etiam plus firmatur & constat, nec tamen longo temporis spatio effectum est vt senescat, sed ad modum corporis adolescentis robusti, floret, vigétque ætate, & quam principio sortitum est pulchritudinem, eandem integram totam seruat, nulla ex parte factum deterius tanto spatio temporis*

peris. Attamen hoc pulcherrimum, splendidissimum stellis elegantissimè ornatum, tam diu Deus, quem fusum, ædificavitque tam diu Deus, quem fusum, et mirabilibus nos fabricatum, & in structum, & admirabilibus non fabricatum, & quosdam. Alloquitur Anomæos quosdam. Atqui si tanta illa erat sententia Deum ab homine posse comprehendi, quasi *per ludum negotium fuerit, ita sanè quis per ludum coelum creauit. Quam rē Esaias eius cum facilitate creauit. Quam rē Esaias Propheta pulcherrimè exprimit, cùm dicit: Qui fabricat cœlum sicut cameram, & extendit sicut tabernaculum super terram.*

Hæc duo priora cœlestis opificij illustria decora, magnitudinem inquam & pulchritudinem, considerantibus, non dubito quin verissimum appareat illud Chrysostomi serm. 2. ad Coloss. & serm. 15. in priorem ad Timoth. & hom. de vanitate vitæ, quantumuis ampla & splendida regum palatia auro multo & gemmis fulgentia, nihil à ludicris puerorum ædificiis, à nidis ex luto festucisque compactis, à formicarum operibus differre censenda, si cœlum suspexerimus. Item quod dixit Eucherius in paræn. ad Valerianum, *expendas nos in futurorum expectationem, si cogitemus quàm fulgebit magnifica perpetuis forma rebus, cùm sit nunc tam speciosa peritura.* Denique ex tanta specie & magnitudine, cognoscibiliter creatoris magnitudinem ac speciem cuiuis creatæ magnitudini ac venustati incomparabiliter præcellentem, perspectum iri, vt bene exposita Solis magnitudine & pulchritudine expēdit S. Ambros. 4. Hexaēm. cap. 1. Est autem rationi quàm consentaneum, & naturali nostræ propensioni accommodatissimum, eo fine quo dictum est, in hæc cœlestia spectacula intendere. *Natura* (inquit Seneca lib. de vita beata cap. 32. & naturam ille principem intelligit, vt distinct. 1. ostendimus hoc est Deum) *artis sibi ac pulchritudinis suæ conscia spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum operis sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida, & non uno genere formosa, solitudini ostenderet. Vt scias illam spectari voluisse, non tantùm aspici, vide quem nobis locum dederit. In media nos sui parte constituit, & circumspectum omnium nobis dedit: nec erexit tantummodo hominem, sed etiam vt ab ortu sidera in occasum labentia prosequi posset, & vultum suum circumferre cum toto, sublime fecit illi caput, & collo flexibili imposuit. Deinde sena per diem, sena per noctem signa produxit, nullam non partem sui explicuit, vt per hæc quæ obtulerat eius oculis, cupiditatem faceret etiam cæterorum. Nec enim omnia, nec tanta visimus, quanta sunt; sed acies nostra aperit sibi inuestigandi viam, & fundamenta veri iacit, vt inquisitio transeat ex apertis in obscura, & aliquid ipso mundo inueniat antiquius: vnde ista sidera exierint, quis fuerit vniuersi status, antequam singula in partes discederent, quæ ratio mersa & confusa diduxerit, quis locis rebus assignauerit*, &c. Sic ille.

Commoda ab iisdem corporibus.

74 Restat cœlorum & sydeum vtilitas, quam multis ex capitibus pendere liceret, nisi multitudo delectum habendum suaderet. In primis verò prodit se vtilitas illa, per effectus quos deriuari in hæc inferiora à cœlis & sýderibus influxus procreant, siue influxus illi à lumine dumtaxat, siue quod verisimilius est & à pluribus assertum, à qualitatibus quoque occultis transmittantur, vt rectè dilutis omnibus Pici in contrarium rationibus concludit Ferrar. 3. contra gent. c. 84. & post longam quæstionis agitationem, in vtramque partem, Alex. de Ang. 7. contra Astrol. c. 5. itémque siue sola astra influant,

siue etiam tota cœli substantia, vt verisimilius videtur. Quanquam maiorem & illustriorem esse astrorū actiuitatem diffiteri nemo queat. Et licèt cætera præter Solem & Lunam sydera influxus suos huc demittere rectè affirmet Plinius l. 2. cap. 39. suffragetúrque Valesius c. 51. hierophys. malè refragante Pico l. 3. contra Astrol. cap. 10. tamen perspicuum est illustrissimam esse præ cæterorum astrorum virtute vim Solis & Lunæ, & vtrumque ex his syderibus vas admirabile ac opus excelsi nominari iure posse, quòd vis opificis splendidissimè in vtroque fulgeat. Legantur quæ Proclus libello de sacrificio & Magia congerit de plantis & lapidibus & animalibus aperte demonstrantibus mirabiles in se Solis ac Lunæ influxus, ex quibus antiquos Sacerdotes sacrā scientiam composuisse ait, agnoscentes in supernis infima & in infimis suprema, indéque paulatim ad Diuinam pulchritudinem ratione progredientes. Et meritò sacram vocaret antiquorum illorum scientiam, si deprehensa per mirabiles illos effectus principe causa, non euanuissent in cogitationibus suis & impia dæmonum societate ac magicis sordibus, omnem illam scientiam inquinassent. Sed venustè in demonstranda hac astrorum & cœlorum vi & beneficentia in hæc inferiora, ex quibus ad Dei cœlorum & astrorum opificis sapientiam & potentiam liceat assurgere, multus ac ex parte etiā nimius est Fernelius 2. de abditis rerum causis. Et alia in eandem rem cùm Philosophorum testimonia tùm experimenta latè dabunt Castro 1. de varic. cap. 5. Sirenius 5. de fato à cap. 46. Alex. de Ang. 1. contra Astrol. cap. 2. aliique. Imò tanta cura vitādi varij, vt Aristoteles initio Meteororū notauit, non aliò spectat, quàm vt vniuersam ac sydereum beneficentiam in hæc inferiora iugis sit, nec defectu sublecti per quod actio cœlestis ad nos vsque propagetur, ea frangatur. Quod magnam arguit cœlestis influxus vtilitatem, ne dicam necessitatem.

75 Verùm illa quotidiana & planè admirabilis ex cœlo & astris primariis vtilitas in nos deriuatur, quòd circumactione & motu suo, vicissitudinem diei & noctis efficiunt, quæ & ad temporum mensuram distinctionémque in annorum orbes ac menses opportunissima est, & ad mortis, lucem vitæ huius quandoque excepturæ speciem ob oculos quotidie proponendam, vrgendámque in tanta & quotidiana temporis fugacitate salutis curam, plurimum valet, vt Theodoretus serm. 1. de prouid. obseruat. Summum prætereà bonum per eam vicissitudinem contingere hominibus ex necessaria per noctem quiete & vniuersali instituto, vt dixit Tertull. lib. de resurr. cap. 12. ac opportunitate per diurnam lucem quantum satis est laborandi, elegantissimè tradit Cyrillus Hierosolym. catech. 9. & Chrysost. l. 2. de compunctione cordis *circa medium*, qui etiam idcirco noctem *nutricem nostrorum portam, calamitatum solatium, vulnerum pharmacum* appellat serm. 1. ad Philipp. in morali. Quod imitatus etiam est sancti Patris studiosissimus Isidorus Pelusiota l. 5. epist. 199. & Theodoretus serm. illo 1. de prouidentia. Idipsum idem S. Chrysost. libro illo secundo explicat, adhibita perapposita similitudine matris quæ filiō somnū conciliat apposito velamine & obductio vultui ac tenebris. Addítque hom. 9. ad popul. id non corporibus modò, sed & seminibus, ac frugibus, esse

per

peropportunum. Sed aliquid insuper adiecerunt iidem Patres, artificis sapientiæ in hac lucis & tenebrarum vicissitudine, dignissimum. Verbis Theodoreti illud aperiam. *Diem ac* [illegible] *solis* [illegible] *quasdam* [illegible] *est,* [illegible] *temporis* [illegible] *ad humanum usum* [illegible] *maturantur* [illegible] *& hiemali* [illegible]*. Desinente enim iam hyeme, & ma*[illegible] [illegible] *quando multi* [illegible] [illegible] *circa sua opera labori* [illegible] *exercentur, itaque* [illegible] *& per*[illegible] [illegible] *à porta* [illegible] *quando & mare* [illegible] *& hiberni* [illegible] *liberum est, tunc etiam* [illegible] *agricolam ad cultura*[illegible] *& plantis* [illegible] *ad* [illegible] [illegible] *Tunc (inquam) dies* [illegible] *tempus hominibus augeri, à multis* [illegible] *fuerit, & paulatim quidem* [illegible] *augmentum* [illegible] [illegible] *ad* [illegible] *suas conficiendas* [illegible]*. Nimium enim & maior* [illegible] *labor, si* [illegible]*, corporibus* [illegible] [illegible] *labore exer*[illegible]*. Quapropter paulatim* [illegible] [illegible] *dies. Ubi verò ad* [illegible] *peractum est, desinit qui*[illegible] [illegible] *non* [illegible] *solu*[illegible] [illegible] *adeò ut* [illegible] *vel in* [illegible] *dies* [illegible]*. Paulatim autem & sensim* [illegible] [illegible] *quod acceptum est redditur. Deinde* [illegible] *autumni tempore* [illegible] *factus est; si hoc* [illegible] *fe*[illegible] *ri* [illegible]*, nec* [illegible] *debita* [illegible] *sed desinunt* [illegible] [illegible] *quam* [illegible] [illegible] [illegible] *quoque* [illegible] *&* [illegible] *quæ homines* [illegible] *possunt* [illegible] *opportunitatem* [illegible]*. Cùm enim frigoris, pluuiarum* [illegible]*, luti & venti molestia domi desidere cogimur,* [illegible] *& ipso die nobis* [illegible] *est.* Sic Theodoretus. Hoc certè artificis institutum in diei ac noctis vicissitudine tam prouidè ac sapienter excogitanda, nō aduerterunt nocturnæ illæ aues ut loquitur Seneca epist. 122. quæ officia lucis noctisque peruertunt; & ut idem ex M. Catone addit tanquam quidam in eadem ciuitate Antipodes, proprium sibi ac peculiare mane faciunt, vitæ communis fastidio. Notauerat ex Socrate omnia hæc horum temporum varietatis argumenta, inde ipse Deum collegerat Xenophon lib. 4. de dictis & factis Socrat. n. 466. & per ea maximè eleuatur in cælesti conuersione intercedens, de qua merito pronunciat Nyssenus in Hexaem. [illegible] *quod in* [illegible] *ex* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]*, apud* [illegible] [illegible] *fungitur orationis.*

76 Iam ipsius cœlestis lucis quanta usus & fructus. *Si quæcunque præsto nobis fuerint aurum, argentum, & vestimentorum* [illegible]*, ferrū & ancillæ, pecorum & boum armenta, equorum & camelorum greges, non orietur autem Sol, pro nihilo putabuntur,* ait S. Ephræm l. de resurr. mortuorum. Sed nihil in hanc rem puto opportunius paucis illis quæ elegantissimè tradit Themistius orat. 15. in fine. Inde enim quanta sit Solis & solaris lucis quotidie nascentis opportunitas, liquidò apparebit. *Vides* (inquit) *hunc Solem qui bona proportione quadam ac similitudine respondet* Deo scilicet iuxta dictum Platonis peruulgatū ex 6. de Republica. *Nonne hic tibi Deum quotidie videtur suam ostentare sapientiam, non in Pnyce aliquam populorum congregans nec in Theatro Athenis* [illegible]*, vel ut olim Gorgias, sed in maximum illud, verèque Olympicū Theatrum? In quo* [illegible] *homines* [illegible] *atque congregans, docet atque exponit, quandonam seminare oporteat, quando metere, quando* [illegible] *habenda cura sit. Tum quando nauigare commodū sit,*

aut ad fumum appendenda galeruncula. Quin & multò iis minora præscribit: nam quæ fermè quæ scribuntur à Philosophis, de agendis rebus, aut non agendis. Hæc ille omnia multò clarius atque evidentius declarat, quando ad forum eundum sit, quando domum redeundum, quando vigilare, quando somnum capere melius sit. At homines, hanc eò sapientiam esse ducunt, cum voluptates abtemperant, eiusque decreta non verbis, sed factis ipsis admirantur. Parent enim, atque exequuntur quicquid ille faciendum significat, ac præcipit. Nihil est verò quod prohibeat, quominus multi statim atque apparuit, rem suam gerant, ac surgant, operisque aliquid exequantur. Sardanapalus verò ac Smindyrides interim dormiunt, tametsi media in luce versentur, quam Deus illis, velut fax quædam splendorem illucerat.

77 Cùm ea alternâ vicissitudine & inæqualitate inæquali vt loquitur qui eam suspicit Naz. orat. 54. in fine, coniuncta est anni tempestatum varietas, quæ ad frugum & plantarum ac etiam animalium procreationem quanto ex vsu sit, ac proinde quantopere artificis sapientiam commendet, nihil attinet dicere, & ea vna ex causa obliquum motum Solis institutum fuisse, advertit Aristoteles 2. de generat. Sed illud est in ea tempestatum sibi succedentium varietate sapientissimè provisum, quod vt Naz. suprà, & D. Damasc. 2. fidei, c. 7. notarunt, cautum est, ne ex summa frigiditate, caliditate, siccitate, aut humiditate (quarum qualitatum aliqua singulæ tempestates præpollent) in extremam contrariam confestim deveniremus, ne in graves infirmitates incideremus ob repentinam mutationem. Vult quoque Theodoretus, sermone 1. de provid. id ad voluptatem & honestam oblectationem provisum.

Ad has vtilitates quæ à primariis astris ortum habent, illa quoque accedit, quòd cælestes ignes mirum in modum hominibus commodant, non modò vt Lactant. 2. instit. c. 5. rectè observat, nocturnas tenebras temperando, præsertim Luna non fulgente, sed etiam navigantes deducendo, eisque viam monstrando per vias nullis vestigiis tritas. Quas enim aquarum natura (ait Theodoret. ad calcem sermonis illius primi) nec equorum, nec mulorum, nec viatorum pedibus calcari, nec curruum rotis perterri, nec etiam aliquibus indiciis notisque signari potest, in qua viatores respicere & iter certum persequi queant, astrorum situs, seu vestigia quædam marinarum itinerum per alta maria navigantibus constituere, summo illi rerum Domino visum est. Vt meritò sanè cum eodem Theodoreto ibidē exclamare liceat. O sapientiam inenarrabilem. Quis vtique Divinæ providentiæ bonitatem, potentiam, in dubiis copiam, in difficilibus facilitatem, operum magnitudinem, divitias, pro dignitate admiretur?

78 Hac ferè ratiocinatione, ex cælorum & astrorum magnitudine, pulchritudine, ac efficacitate, ac præsertim ex concentu & præclara dispositione, ac tanta vtilitate & artificio cælestium motuum, illarum primò fuisse Deum ab antiquis asserit Aristoteles apud Sextum Empyricum contra Mathematicos in examine scientiæ Physicæ, c. 1. & ibidem alij, de quibus sic ait: Nonnulli accedentes ad terram, constantiamque & ordinatum motum cælestium, dicunt omnino Deorum notionem ex eo primùm ortam esse hominibus. Quemadmodum enim si quis fuerit sedens supra Troianum Idam vidissetque Græcorum exercitum decenter & ordinatè in campis procedere, equites quidem primùm cum equis & curribus, deinde verò pedites, eū omnino venisse in mentem, quòd sit aliquis

qui

qua regit & moderatur. & videbat quod ab ipso agitatum nauim et cursum secturam cur- sum; itaque Nestor, aut aliquis alius ex pertus, qui scit & equos regere, & ha- benis, qui scit & equos regere, & ho- mines sinistros? Et quemadmodum qui est nauis nautis singularis? Et quemadmodum qui est nauis perito, cum primum conspexerit nauem prorsus, vtrum primum conspexerit nauem que secunda vento fertur, & velis bene est instructa, intelligit esse aliquem qui eam dirigat, & ad portus deducit propositos. Ita qui primum caelum suspexerunt, & con- templati quidem sunt Solem ab Oriente vsque ad Occidentem cursum suum vehe- menter stadiis constitutum, stellarum autem in quasdam ordines prouidentes choreas, in- quirebant opificem pulcherrimæ huius ex- ornationis, eam constitutionem casu non acci- disse, sed à quadam potente natura, & in- ferre non casu incidentes, quae quidem est Deus. Sic Empyricus. Nec dissimili- ter Clemens, Rom. 8. recogn. ex cu- ius longo discursu hæc pauca tantum apponam. *Si Plato, aliiq; Græcorum Phi- losophi de factura mundi scire voluissent, paene omnibus intellectum habentibus, pa- lam esset? Quis enim est exigui saltem sen- sus homo, qui cùm cernat domum, omnia quæ ad vsus necessaria sunt habentem, ex- tra camerationem in sphæra pyram videat collo- catam, eamque varijs splendore & diuersis imaginibus depictam, luminaribus præci- puis & maximis adornatam; quis, inquam, est qui huiusmodi fabricam videns, non sta- tim pronunciet, à sapientissimo & potentis- simo artifice esse constructam? Et ita quis inueniatur insipiens, cùm caeli opus inspi- ciat, splendorem Solis cernat, ac Lunæ, astrorum cursus, & spatia, & vias, certis rationibus & temporibus videat definitas, non tam à sapiente hæc artifice & rationa- bili, quàm ab ipsa sapientia & ratione cla- mare effecta? Quis astrorum cursus tanta ratione dispensat, errâsque eorum & occa- sus vicibus, certisq; & dimensis tempori- bus, vnumquemque intra caeli ambitum dedit? Quis ad occasum aliis eisdem redire in or- tum permisit? Quis ingressus nudum cor- poribus Solis, vt lucat & dies, & mensis & temporum vicissitudines, diuersis motibus signet: & nunc hyemem, vnde ver, æsta- tem, post & autumnum, certis cursus sui dimensionibus discernat, & semper eisdem vi- cibus suis ordinem incessabili varietate con- stringat? Quis ingenium tanti ordinis mo- deramentum, non ipsum Dei prouidentia su- periori?* Ita ibi Clemens. Et breui- ter eodem argumento dari Deum, confirmat Zaleucus in proœmio le- gum suarum apud Stobæum, serm. 44.

Nec plura de cælestibus corpori- bus. Sed quia Deus diuitias quoque bonitatis & potentiæ suæ prodere voluit, producendo inferiora cor- pora, vt pulcherrimè expendit Sim- plicius in c. 34. Enchiridij Epicteti ad ea progrediamur.

Elementa singula.

79 Ad elemēta singula aggrediens, iisdem te quibus Mercurius filium verbis afflabor ex c. 5. Pimandri. *Vti- nam tibi daretur facultas et alarum ad- miniculo in sublimem aëris plagam vola- res, mediúmque inter cælum, ac terram re- gionem sortitus, conspiceres terræ quidem soliditatem, maris diffusionem, fluxum fluminum, aëris amplitudinem, ignis ar- ctam celeritatem. O felicissimum fili spe- ctaculum, ô beatissimam visionem! Siqui- dem vno momento motu, ferreris cuncta mundi comprehenderes, immobiléque fa- ctorem continens, laetarem quoque perspi- cuam conspicere.* Sed quia id non licet agere, singula elementa breuiter in- spiciamus.

Ignis.

Ignis vt loco ac sede, ita etiam no- bilitate cæteris elementis superior, tam admirabilis naturæ est, & tanta tamque illustria commoda homini confert, vt liceat in eo (quod nota- uit etiam Plutarchus, lib. *an aqua, an ignis*

ignis (vbi sunt) egregia argumenta Diuinæ sapientiæ deprehendere. Et in primis si ignem spectemus in sphæra sua ad Lunæ concauum, maxima est eius opportunitas, præsertim ad vniuersi consummationem & integritatem, vt notauit S. Basil. hom. 3. Hexaem. inde cum sphæram colligens, pro qua etiam argumenta ex motu ignis sursum proposuit D. Aug. 2. de Gen. ad lit. cap. 1. nósque alibi aliquot insuper eiusdem sphæræ vtilitatibus expressis approbauimus, & Philosophi posteriorúmque multorum consensu firmauimus.

80 Mirabilissimum verò est quòd cùm eius ignis quantitas tanta esse ex dictis suprà de elementorum vastitate colligitur, ita stabil permaneat vt nullo subministrato pabulo perpetuus esset. Miramur lucernas vt cum Cassiodoro dicam libro diuinarum lectionum cap. 30. *conservatrices illuminantium flammarum, ipsas sibi nutrientes incendium, quæ humano ministerio cessante, prolixè custodiunt vberrimi luminis abundantissimam claritatem, vbi olei pinguedo non deficit quamuis flammis ardentibus iugiter torreatur.* Interuentu ellychnij ex asbesto seu lino viuo, de quo Plinius & alij, vel immissione liquoris cuiusdam, vt ait Abulensis in cap. 25. Matth. quæst. 305. præstari mirabilem hanc in his lucernis effectum volunt, additque Abulensis non tantùm huiusmodi lucernas semper ardere, sed etiam positas in medio flumine non extingui, neque esse aliquid quod eas extinguere valeat nisi solum aerem introductum. Hinc illæ lucernæ ad annum absque olei infusione ardentes, quas meritò suspiciemus, multóque magis eam quam supra mille quingentos annos vt ex epigraphe patuit arsisse in sepulchro, & maiorum suorum memoria repertam fuisse, scribit Viues ad 21. Ciuit. quæ fortè est lucerna illa per mille quingentos annos ardens, sed statim admisso aëre extincta, quæ tempore Pauli III. reperta in sepulchro Tulliæ filiæ Ciceronis, scribit Pancirolus l. 1. repertorum & deperditorum, titulo de oleo incombustibili. Similésque alias refert Hieronymus Ruscellius in opere de symbolis virorum illustrium, ad symbolum Alphonsi Auali. Verùm quid hæc, ignis ad aliquot annos vel etiam secula absque fomenti consumptione, per perpetua illa tanti ignis, quantum esse contendit Contarenus initio fundi de elementis, conseruatione absque subministratione pabuli? Quanta sapientiæ & artis sunt machinatio illa, & adinuatio, ac collocatio huius ignis ex qua tam vagas elementorum, pacificè suis finibus contentum degeret, alienis non inhians. Inde enim non aliunde satisfacere licet illi à Plinio propositæ nec difficili quæstioni lib. 2. c. 107. *Quæ est ista natura quæ voracitatem auidissimam, sine damno sui pascit?* Non me latent quæ non ita pridem adducta in contrarium sunt à viro docto, minitante si igneæ illius sphæræ absque fomento & pabulo perseuerantia & consistentia admittatur, vt ab ignis illius assertoribus admittitur, dictutum se, cælos ex glacie vel recenti caseo teneriore aut duriore quàm isthic, ideóque illiquabili, constructos esse: vel Lunam, quod etiam aliqui apud Plutarchum opusc. de Lunæ maculis fabulati sunt, habitari ab hominibus pabulo non egentibus.

81 His tamē quæ alibi copiosè discussa sunt, nunc supersedendum est, præsertim quia ignis ille nostras quē fatemur eiusdē cum superiore ab o speciei, abundè suppeditat vnde ignis opificem

[illegible] suspicionum [illegible] ibique in pri-
[illegible] quod sapientes [illegible] à Plu-
[illegible] est, [illegible] an ignis
[illegible] perexiguum
[illegible] insuperque
[illegible] compta, [illegible] im-
[illegible], quam ideirco [illegible] im-
[illegible] publicatum nominabat, di-
[illegible] patrem [illegible]
[illegible] necessitas ferat
[illegible] facultate
[illegible] beneficio ignis
[illegible] in tenebris, beneficio ignis
factum est, vt lucem de nocte habea-
mus, atque quodammodo in diem
[illegible], qua ex parte ad cælestes fa-
[illegible] hoc elementum. Pulchrè
[illegible] Philo 3. de vita Mosis & Xeno-
phon de dictis & factis Socratis, l. 4.
[illegible] quod ait Plutarchus [illegible]
[illegible] ignem esse ve-
[illegible] generale artificiorum omnium
instrumentum. Ideòque addit Philo,
[illegible] ignis in sabbatho apud Iu-
dæos [illegible], vt omnium opifi-
ciorum [illegible] consequeretur. Con-
[illegible], & in non exiguum
immortalitatis argumentum vsurpa-
uit [illegible] hunc ignis vsum, La-
ctantius, l. 7. cap. 9. Ideirco vitam
ignem elementum, [illegible] ac vitæ, [illegible]
[illegible], quæ solus homo vtatur non
bestia; quippe [illegible] & omnino
mortales. Nec video quorsum id apud
Plutarchum libro citato de compa-
ratione vtilitatum ignis & aquæ, in
ignis præiudicium trahi potuerit. Quid
quòd ignem ad Medicinam quoque
conferre demonstrat Plinius, l. 36.
cap. 27. Vt meritò sanè omnibus his
expensis ferri possimus, non abs re
Poetam Philosophum Iliados 12. &
17. & 20. & Odissea 4. ignem [illegible]
[illegible] vocasse, veluti Dominum & verè
mirandum. Et est sanè permira nobi-
lissima hæc sublunaris machinæ pars.
Miremur [illegible], dummodò, quod res
[illegible] contentas contemplanti fa-
ciendum monet Eucherius in pare-
nesi ad Valerian. admirationem no-
stram à tanto opere in auctorem Deum
retorqueamus.

Aer, & quæ in eo, ac ex eo, mixta imperfecta.

82 Excipit igneum aër, quem ele-
gantissimè Tertull. lib. contra Valen-
tinian. c. 23. vocat, *[illegible] substantiam, [illegible] [illegible], [illegible] temporum.* Quibus paucis verbis, ho-
mo, [illegible] vt ille met alicubi loqui-
tur, *[illegible], [illegible]*, in-
signes, & planè admirabiles huius
elementi vsus, Dei artificis sapientiam
luculenter commendantes expedit.
Hærebat in huius elementi consi-
deratione disertus Nazianzenus, orat.
34. nec nisi trepidè ad tantam Diui-
ni huius opificij vbertatem exponen-
dam accedebat. *Ad ea,* inquit, *quæ de-
inceps sequuntur, accedere, refugit quidem
ac reformidat oratio; sed tamen quatenus
licebit, accedet. Quis aërem fudit, [illegible], [illegible], hunc & copiosum thesau-
rum non pro cuiusque dignitate atque for-
tunis [illegible] dimensum, non finibus vllis
inclusum ac circumscriptum, non pro æta-
tum ratione distributum; verum, quid-
quid in manum contigit, quantum cuique
[illegible] sit, impertitum, atque [illegible]
[illegible] dimensum? Quis, inquam, hæc
[illegible], hunc ventorum [illegible],
hoc, inquam, elementum, quo & æstus par-
tes temperantur, & animantur animantia,
vel anima potius cum corpore conspirauerit
in quo corpora, & nisi ipse atque adhi-
[illegible] loquimur; in quo lumen & res lu-
mine perfusæ, atque ipse etiam aspectus
per eum fluunt?* Sic Nazianz. & meri-
tò, hunc vt Trismegistus c. 8. Asclepij
nominat, *organum & machinam per
quam omnia fiunt*, suspicien[illegible] verò eius
potius molitorem, cuius in hoc opere

summa

summa cum sapientia, tum potentia, & largitas proditur.

Cur aër adeò tenuis.

13 Quantæ enim fuit sapientiæ tenuem substantiam, quæ facilè interiora animalium subiret, procreare, eamque iisdem vbique circumdare, & ne euanesceret cohibere, hinc igneis veluti maceriâ, inde infracto & fortissimo terræ muro, vt obseruat Theodor. orat. 1. de prouid. Effugiente enim communi hoc, vt ille loquitur, *vitæ animantium receptaculo*, simul vita animantium euanesceret. Vt nequeam satis mirari supinitatem Physici Caluinistæ, Danæi, in sua Physica tract. 1. cap. 7. & 9. qui negat dari aërem, causatus penetrationem secuturam ex condensatione vaporum per hanc cap[illegible], si plena esset aëre, itemque aëris inutilitatem, & denique quòd dari aërem Scriptura non dicat. Bellum sanè argumentum, sed iampridem à Nysseno contritum in Hexaëm. *Et verum sanè* (quod alia occasione dixit Lactant. l. de ira Dei, c. [illegible]) *ut [illegible] ridicula [illegible] ineptum esse videatur. Sed [illegible] quoniam cum [illegible], ne si ille [illegible] argutum putet.* Nysseni ergo verba afferre placet, vt ineptum Nouatorem sapere sua [illegible] doceamus, cùm confliceris ex quibus leui fundamento tam crassè philosophatus sit. *Omni* (ait Nyssenus) *tum lucida, tum ignea natura propriis qualitatibus à ceteris secreta atque distincta, aëris constitutio silentio prætermittitur, cùm tamen ordinis ratio postularet, vt igne constituto, de ipso aëre disputaretur: qui [illegible] sit, cum igni [illegible] quandam habet cognationem [illegible] de natura [illegible] verba fecerit. Moses [illegible] aëre de hac ipsa disseruit. Quo [illegible] fecit, quod [illegible] aër [illegible],*

aut quod [illegible] sit ab elementis [illegible], sed quia forsasse natura [illegible] pridem, [illegible] per se fieri, [illegible] proprium, nec figuram nec [illegible] colores & figuras [illegible]. Nam & [illegible] fulgore [illegible], & [illegible] nigro & [illegible]. Per se enim nec splendidus, nec obscurus est, sed omni figura, [illegible] induitur, & ad [illegible], quæ suscipit, mouere se accommodat. Etenim nulla [illegible] cedit, & hinc, atque illinc, [illegible], ad earum magnitudinem [illegible] fuerit. Quin etiam si humidum [illegible] plena, quodcumque in eo fuerit, [illegible], aër & ipsum [illegible], & vltra in [illegible] vasis partes ingrediens, [illegible]. His, & aliis innumerabilibus argumentis, aëris natura [illegible], & [illegible] eadem ostenditur. Quare [illegible] ipsum hominum vita [illegible] facilitat, & [illegible] in aëre vitam suam [illegible] ([illegible] per ipsum [illegible] & [illegible] quod vita [illegible] propterea [illegible] est: qui enim [illegible] simul [illegible] fuerit:) [illegible] sapientissimus Moses [illegible] cognatum, [illegible] elementorum, [illegible] ab ipsa [illegible], [illegible] præterijt, ad huius partis declarationem satis esse putans, [illegible], atque [illegible] natura nostra cum aëre commixtionem atque habitum. Hactenus Nyssenus de Mosis quoad aërem silentio. Quanquam non propterea verum est Scripturam absolutè non meminisse aëris, cùm & diuisum à sagitta aërem continuò in se redire dicat, & hauriri ab omnibus tamen Regibus communem aërem profiteatur, aliáque multa sæpe tradat quibus substantia aëris tenuissima exprimitur. Quam iste blatero nisi penetrationem inca-

suum

[illegible] illud [illegible] vellet conte[illegible]dere, [illegible] inhiciam quærcum[illegible] quæ tandem illa sit, & est siue ab aliis corporibus distinguatur, siue nō; nam semper idem penetrationis pericu[illegible] lum imminet quod ex tenui illa sub[illegible]stantia, quam propriè dictum aërem vocamus. Cuius quam iste differtur necessitatem, euincunt cum alia in[illegible]dicia quæ S. August. 2. de Gen. ad lit. cap. 1. proponit, tum maximè qui la[illegible]queum collo iniiciunt, alteriue eius ad cor appulsu prohibito, suffocan[illegible]tur. Itaque præter vitam, magnum & palpabile Diuinæ sapientiæ ac etiā potentiæ (vt ex eius à tam multis tam[illegible]diu haustu indefectione colligit su[illegible]prà Theodoretus) argumentum no[illegible]bis exhibet [illegible] gregarius aërē cri[illegible]spans, & vniuersi machinā temperans.

84 Porrò verò opportunè tenui[illegible]tas illa, hominum vsui seruit, siue ad colorum imagines excipiendas, quod insuper notabat Tertullianus, siue ad fingendos in omnem formam, & va[illegible]riè cadendos sonos, siue etiam ad dif[illegible]flabilitatem. Quia enim ob viciniam cum mundi sentina, paludésque, & cadauera, & animalium venenato[illegible]rum virus, multis modis infici pote[illegible]rat, necessarium fuit frequenti agita[illegible]tione, quam concretio & soliditas prohibuissent, prouideri illi incom[illegible]modo, quod secuturum aliōqui fuis[illegible]se docent exempla quædā aëris lon[illegible]ga inclusione pestiferi, quæ memo[illegible]rat Leo Albertus 1. archit. cap. 12. & lib. 10. cap. 1. & quoad vitiationem ex venenatis animalibus Auctor libri de propriet. element. cap. 1. *in fine.* Iu[illegible]uat item ea tenuitas, vt hæc substan[illegible]tia corpora omnia vestiat, *nec aperta* [illegible] *sed etiam abdita & in[illegible]clusa*, vt ait Seneca 2. natur. quæstio[illegible]num cap. 5. Vnde etiam aliquem mo[illegible]do spiritus naturam æquè ac nomen participat, quod ad varia exclusio[illegible]nem pernecessarium fuit. Idéoque, spiritum quem Græci Latinique [illegible] appellant, per cuncta rerum membra [illegible]lem, totóque consertum Plinius no[illegible]minat l. 2. cap. 5. Quia tamen ea te[illegible]nuitas, accedente maiori attenuatio[illegible]ne per calorem extrinsecum poterat animalibus infimum hunc aërem in[illegible]colentibus esse incommoda, prop[illegible]terea prouisum est vt multis exter[illegible]nis admistionibus scateret, quibus aliquatenus crassesceret ad anima[illegible]lium commoditatē. [illegible] permissio[illegible]nis defectu aër superus, ad quē vsque quidam montes pertingunt, tam te[illegible]nuis est vt aues volantes sustinere nequeat, neque homines ipsos si qui fortè illuc conscenderint fouere pos[illegible]sit, sed cogantur spongiis aqua plenis vnde identidem humorem sugāt cor[illegible]dis refrigerationem procurare, vt de Olympi vertice testantur Gregorius Nyssenus in Hexaëm. sub finem & S. Augustinus 3. de Genesi ad litt. cap. 2.

Est organum temporum, & naturæ armamentarium.

85 Habet denique ex sua tenuita[illegible]te aër quod ei postremò tribuebat Tertullianus verbis suprà allegatis, nempe vt sit idoneum *organum tem[illegible]porum*, id est, vt ego interpretor, se[illegible]quens Eliam Cretensem, similia Na[illegible]zianzeni verba oratione 54. num. 65. exponentem, habet aër vt sit aptum consequentium varias tempestates affectionum caloérisque præsertim ac frigoris cum his inferioribus cōmu[illegible]nicandi instrumentum. Quo etiam sensu Trismeg. cap. 11. Pimandri vo[illegible]cat Lunam *naturæ organum*, *inferiorem materiam mutans*. Itaque ex aëre tem[illegible]nitas *consistentia*, *mutabilisque est*, vt ait Seneca 2. natur. cap. 6. nempe nun[illegible]

experiuntur. *Ecce rursus tempori ... nium ac* Trismeg. cap. 10. Ab ipso eo enim æstuante & concalescente, aluntur omnia, ex eo autem frigescente, nubila, grandines, pruinæ, imbres, procellæ, turbines, & plurima mortalium mala, ait Plin. lib. 2. cap. 38. an rectè, posteà videro. Prius enim operæpretium est hanc tot Dei mirabilium quasi officinam, aut ut Plinius animo concepisse videtur, & Satyricus nominauit Satyra 13. naturæ armamentarium, & artificis Dei in eo constituendo solertiam & sapientiam, tantisper expendere. Id quod etiam ad varietatem earundem anni affectionum in qua versamur intelligendam, necessarium est, cùm ea varietas hinc pendeat magna ex parte.

56 Hanc autem constructionis & Diuini artificij nonnihil exquisitè percipiendi gratia, considerandum est vniuersam aëris expansionem pro varietate caloris extrinsecùs impressi, in tres regiones ac velut prouincias distingui, superam, mediam, infimam, quæ nec magnitudine æquales sunt, nec iisdem semper stant terminis, sine in eadem sint in diuersis locis concluduntur. Nam ut bene ratiocinatur Timon 1. Meteor. quæst. 7. aër superior multùm calet vi Solis & motus quo rapitur, inferior autem multùm calet vi radiorum resilientium, cuius resultus terminus, est limes infimæ regionis ac mediæ. Hæc autem non ita calet ab extrinsecu, quia neque ad eam peruenit raptus, neque reflexio radiorum. Quod enim Cardanus de proport. propos. 58. Zabarella de regio. aëris cap. 7. & ut videtur à Costa 3. natur. histor. Indicæ cap. 6. volunt etiam infimum aërem à cœlo rapi, non quadrat Philosopho nec veritati, ut alibi probatum est, vbi etiam Oceani circumuectionem, ex qua illi aëris quoque motum inferunt, non ad motum raptus, sed ad [illegible] influentiam reuocandum esse, [illegible] sum est. Igitur æstate, summa & [illegible] regio proteruiores sunt, hyeme [illegible] proteruior est media. Item alibi, ubi viget frigus, ut iuxta polos, media regio latior est. Alibi verò, ut sub æquatore, ob maiorem motum aëris superi & vehementiorem radiorum reflexionem crescunt supera & ima regio, decrescente media. Vbique tamen & semper suos aliquos fines habet ternarius ille quê dixi regionum aëris, qui cùm in singulis eiusdem sit naturæ, & easdem naturales qualitates profundere natus, nempe calorem remissum, & humiditatem summam, tamen ab extrinseco alicubi redditur calidior, nempe in extremis regionibus, alicubi frigidior, præsertim in regione media. Et quamuis de causis frigoris mediæ illius regionis, varia sint placita, quæ expendere non est huius instituti, illud tamen nobis probatur, quod alibi etiam multipliciter confirmauimus, placuitque etiam Aristoteli 1. Meteor. summa 3. cap. 5. & S. Thomæ ibi lect. 4. Scoto in 2. d. 17. quæst. 2. lit. B. Timoni suprà & Abulensi parad. 5. c. 91. & 95. nempe quòd illa aëris medij frigiditas oriatur ex circumobsistentia caloris in infimo & supremo aëre vigentis, in illo quidem ob motum & multam lucem directam, in illo autem ob reuerberationem & reflexionem radiorum non pertingentium vsque ad medium aërem. Vapores ergo ad mediam illam regioné subuecti cùm sint suapte natura frigidi, & tantùm caleant propter actionem caloris extrinseci eos in sublime tollentis, cùm primùm incurrunt in mediam aëris regionem, cessante extrinseca illa calefactione maiore, nec tanto corpore

calore

calorè quantum exhalationes terreæ [illegible] compositionem simul [illegible] concipiunt, eiusq; aëriûs fieri, in [illegible] ad id aëris illius medij densitatem ad [illegible] illius medij densitatem. Nã enim multò calidat quàm [illegible]. Nã enim parùm calidus [illegible] & illius aër maiorem [illegible] & densitatem habet, quàm ingnem & densitatem habet, quàm inferior, inferior autem tametsi [illegible] cius est & calidior, tamen valida caret [illegible] actione vapores [illegible] subsistente, [illegible], nec posset vapores [illegible] quàmvis [illegible] tantur. Itaque eo prope modo [illegible] vapores in regione media, quo [illegible] actione ignis illæ [illegible] ti in sublime [illegible] & conscendunt ad illa operculum, quod densum est & minus calidum quàm illa infima quæ subiectis ignibus [illegible]. Sic prohibiti vlteriore progressione vapores, deficiente refractione, & minus potenter agente Sole, redeunt se ad suum frigus natiuum, & [illegible] medium infrigidant, ac etiam impediunt actionem ignis & aëris summi, quæ elementa per calorem formalem quem habent vlteriùs agerent, nisi obstarent vapores frigidi interpositi, qui tamen non impediunt illuminationem medij & infimi aëris, & calefactionem in hoc aëre infimo consurgendam ab illuminatione illa tanquam ab agente æquiuoco. Hæc nobis videtur vera infrigidationis illius causa quã aliàs fusiùs & exposuimus & stabiliuimus. Supponimus enim [illegible] quicquid Stoici apud Lipsium 2. Physiol. dissert. 13. censuerint, & Recentiores aliqui per grandes [illegible] experimentorum structura confirmare conati sint, frigidum suapte natura non esse, nec nobis necessarium videtur miraculum perpetuum, (quod aliqui faciunt) in ea infrigidatione admittere.

87 Hîc iam manifestè Diuina ars & sapientia omnino suspicienda se prodit. Quantæ enim fuit industriæ, naturalem modum excogitare quo aër ille medius, fieret vaporum sursum euectorum conceptaculum, & contra naturam suam frigeret, atque adeò fieret velut officina tot & tantorum mirabilium quot in ea aëris parte ex duobus quàm exilibus & imbecillissimis materialibus principijs, nempe exhalationibus & vaporibus procreantur. Ex iisdem quoque in reliquis duabus aëris regionibus, ac præsertim in infima frigido illo septo non parum conferente, existunt omnino luculenta Dei opificia, in quibus pro merito expendendis longior opera impendenda esset, nisi per summa duntaxat quasi capillum singula hîc attingere, potius quàm iusta tractatione prosequi consilium esset. Summatim & pulcherrime ea recensuit Auctor libri de mundo cap. 4.

Quæ in eo ex vaporibus.

Ex vaporibus igitur (attendo materiam prædominantem,) existunt in aëre medio, nubes, pluuiæ, niues, grandines, quibus in aëre infimo respondent eodem ordine, nebula, ros, pruina, gelu. Nam quòd grando frequentiùs fortè fiat in imo aëre, parum interest, cùm satis sit quòd interdum in medio etiam generetur. In his verò omnibus quanta mirabilium seges, quanta artificis sapientia elucet, in tam varijs effectibus ex eodem materiali principio, in eodem solo procreandis, per variã frigoris in medio illo aëre temperationem. Nam vt docet Aristoteles 1. Meteor. c. 9. 10. 11. & 12. *in medio aëre tria frigore concrescunt, & concreta ad nos descendunt, pluuia, nix, & grando. Pluuia fit ex madido vapore, qui infrigidatur* (nempe frigefactione non tam subita, vt aqua statim rigescat) *nix*

fit etiam nubes congelata fuerit (id est cùm subitum frigus nubē corripuerit antequam in aquam versa fundatur, cōque frigore correpta nubes gelascit oritur nix.) *At grando illic quidem fit* per maiorem constrictionem vehementem ac subitam vaporis in aquam iam concreti. *Sed in eo loco desinit, vbi prope à terra vapores firmatur.* Quis verò satis suspiciat quomodo idem vapor non totus subitò siue in pluuiam, siue in niuem & grandinem concrescat, sed sensim vt non excipiat pariter demissum, sed vt Theodor. serm. 1. sub finem, eleganter dixit, *vedan per cribrum guttulatim transfusitatur*, aut vt ait Nazianzenus orat. 34. num. 46. tanquam mensuris & bilancibus adhibitis distribuatur, ea ratione quæ ad imbriandam & locupletandam tellurem cōsentanea esse possit, non autem ad diluendam & nimio humore subitò perfundendam. Nempe vt rectè exponit Vales. c. 47. Hieroph. nubes cùm primùm concrescunt in aquam, vel in niuem, aut grandinem, cadunt; nec enim possunt eiusmodi corpora ob grauitatem pendula hærere in medio aëre. Nubis autem concretio non fit tota simul, sed incipit à minimis partibus, & continuè serpens totam sensim nubem occupat. Ex quo fit vt partes aliquæ ante alias cadant, & quidem in globulorum formam, dum constipant sese, ac etiam inter descendendum quasi rotundantur, iuuante attritu & collisione ad aërem. Eadem est aliorum Meteororum quæ illis in aëre infimo respondere diximus, generationis ratio, proportione seruata, quam cōsiderandam relinquimus. Neque enim Meteororum tractationē hic instituimus, sed ex paucorum in hoc genere magis illustrium consideratione, sapientiam artificis inquirimus. Quæ etiam ex certis de [illegible] sissimis illis picturis quas Sol & Luna vapores per aërem diffusos radiis ferientes efformant, nihil nunc dicimus.

Quæ ex exhalationibus.

33 At ex terreis halitibus seu exhalationibus, partim in supremo aëre, partim in medio, partim etiam in infimo mirabilia & prorsus stupenda opera efficiuntur. Quamuis enim exhalationes sint suaptè natura grauiores vaporibus, tamen quia sunt siccæ & suaptè natura minùs frigidæ quàm vapores, sunt capaciores caloris extrinseci, quem etiam tenacius retinent ob soliditatem, & plerumque quasi oleosam materiæ pinguedinem. Hinc enim fit, vt exhalatio spatium aëris medij faciliùs perrumpat, & vires eundo acquirens propter accrescentem motu calorem & impetum, in supremum vsque aërem euadat, vbi igne concepto varias denominationes ex figuræ varietate sortitur, & cometæ, alienæ siue satis speciē, visendam se præbet. Quòd si non ita vegeto motu feratur vt spatium illud perrumpat, sed nube inuoluatur, & veluti carcere claudatur, tandem post multam à nube sensim magis ac magis frigescente ac constringente compressionem, vinculorum impatiens, nubem qua parte minùs densa & tenuior est, atque adeò nunc sursum, nunc deorsum versus, effringit, & ex ea halitus extrusione sonus seu tonitru exoritur, non aliter quàm ex castanea integra, prunis imposita & disrupta vi inclusi spiritus per calorem rarefacti, ideóque corticem diffringentis vt exitus pateat. Quod est in hanc rem exemplum S. Thomæ 2. Meteor. lect. 13. Indidem etiam concepto per motum igne, exhalatio in incensiones multiplices transit, in qui-

bus

bus cùm alia innumera suspicienda sunt, tùm celeritates & fragores variæ quas momento edunt, docentes nos quàm eminenter cum summa sapientia coniunctam potentiam, vt propterea Maxim. homil. 12. dicat homines naturali ratione Deum esse nosse, ex fulmine præcipuè & fulgure. Tandem cùm exhalatio non ita calet vt aërem medium perrumpere valeat, sed ad eius frigidi limbum citata, repellitur vi densitatis & frigoris ibi vigentis, tunc ipsa quæ ob impressam leuitatem sursum tendebat, neque sursum neque deorsum, sed obliquè fluit, & quidem in hanc potius quàm in illam partem prout impetus extrahentis vel abigentis exhalationem repellentis, vel soli ex quo illa extrahitur positura & situs tulerit; variásque illas ventorum denominationes suscipit, quas Aristoteles, l. de mundo, c.4. & Plin. l.2. c.47. aliique percensent. Quod autem ventum fluentis aëris vndam ac fluctum confirmant Plin. l.2. c.43. Vitruu. l.1. c.6. S. August. de quantitate animæ c.4. & veteres adducti mecum, atque reiecti ab Agricola 2. de causis subterran. c.3. repugnat Aristoteli 2. Meteor. c.4. ac etiam veritati, vt alibi probatum est, tametsi nobis quidem in hac Dei mirabilium per aërem consideratione perinde id esset. Et vtrumlibet modo de vento philosophemur, nemo vnquam satis suspiciat in tam exili & gracili substantia tantam vim ac vehementiam qua syluæ etiam conuelluntur, & ædificia tota in altum corripiuntur. Denique fere huiusmodi spiritu nihil validum, & contra eum nihil validius esse pronunciat Seneca 5. natur. c.6.

Commoda ab iisdem mixtis imperfectis.

85 Hæc igitur Diuinæ sapientiæ ac potentiæ planè mirabili machinatione, ex tam modicis principiis in aëris officina tam insignia opificia existunt. Quæ meritò ita admiratus est insignis quondam naturalis Theologus, vt Deum inde pluuiæ patrem & stillarum roris genitorem prædicauerit, de cuius vtero egressa sit glacies, quique thesauros niuis ac grandinis in diem pugnæ ac belli parauerit non sanè in fauissa aliqua asseruatos, sed ad nutum voluntatis suæ ex aëre iis quæ memoraui modis, mirabiliter, statis temporibus educendos. Nec verò otiosum fuerit, & sapientiæ reprehensioni obnoxium nubes hoc modo considerare, & attentiùs inspicere cum Scholiaste libelli de mundo ad Alexand. Quî vis aquarum tanta sublimis pendeat, & grauis imbribus nubes libero cœlo libretur, mox impetu tanto ruitura, & latè terram omnem subiectam rigatura? Quo pacto intra sinus tam molles aquæ contineant se, in illas nubium moles velut vtres glomeratæ? aut quomodo grauida nimbis volatum illum peragat? Ipsa verò figurarum quas fingunt, & colorum diuersitas, quibus verbis explicari potest? trahuntur mille modis, angulosæ tamen nunquam, sinuosæ semper, & velut inuolutæ accumulatæque sæpe altissimarum alpium instar fastigiatæ, nunc aureæ, nunc rubentes, nunc atræ, nunc candorem omnem superantes. Sed & motus ipse mirus est, nunc sursum scandunt, nunc in contrarium, nunc inter se concurrunt, nunc aliò aliòque, aliæ & aliæ tendunt. Est etiam cùm sereno per cætera cœlo, subitò emergunt, & mox è conspectu rursus euanescunt. Otiosus videri naturæ ludus superuacuusque possit, ni vsum tam præsentem terræ experiremur. Receptacula pluuiarum sunt, ad necessitatem instituta.

tura. Scilicet [illegible] conceptáque pluuias, quâ terræ, humoribus in præsentiarum nimis fatiscæ abundant, vel hoc abluchant aliò, vel huc abunde important. Quo loco ventorum etiam vsum videmus, nubium vehiculum, ad suum terris velut commeatum in tempore, idque ab omni mundi parte, & quocunque versus suppeditandum. Quis prædicare prouidentiam poterit satis? nam quæ vis vel æstu fatiscenti, rimásque agenti terræ, & omni iam ope sua destitutæ succurrat, nisi per octingenta sæpe milliaria nubes larga pluuiarum aduectione [illegible] vel contrà redundanti & diutina pluuia natanti quod remedium sit, nisi serenator aliquis ventus aërem suo & cœlum restituat & terras siccet? Est igitur pluuia rigandis terris aquam, nubes autem vas quo continetur, ventus currum vehiculúmque præbet. Ergo sunt necessitas, gubernator verò lex naturæ. Hinc ille diues terræ prouentus est & alimentum, in quo dubium vtrum magis necessarium sit, an vt in tempore sitienti, an vt luxurianti subtrahatur, tâ æstu quàm humoribus nimiis fructus haurientibus, quod vtrumque his nubium ventorúmque momentis lex naturæ mira ratione curauit, adeò frustrà verbis quisquam necessitatem rerum illarum ostendere conetur, quarum nos vis vsum aliquem videmus. Et hæc omnia tam mira, tam nobis commoda vna aëris officina ex tam exilibus tamque paucis principiis mundo exhibet.

20 Simul verò inde habet aër, vt sit quod cum Tertulliano dicebamus, *organum temporum*. nam varietas hæc aëris & temporum, quam in his inferioribus experimur, ex variis illis aqueis aut terreis impressionibus existit. Quantæ verò inde ad nos vtilitates perueniant, quæ [illegible] omnibus cum sapientia ac potentia excellens quoque in nos Dei beneficentia clareat, nec plurima [illegible] lum mala per hæc ab aëre castigata, quod ex Plinio *referebamus*, sed innumera & ingentia commoda, facillimum esset sigillatim ostendere, nisi me in his Dei mirabilibus iam longiùs exspatiatum viderem, quàm destinata breuitas ferat. Itaque generatim tantùm dico frigidarû quidem impressionum quas aër imperat per imperfecta illa mixta ex vapore prædominante composita, summâ clarere vtilitatẽ ex oblimatione & inebriatione terræ. Præterquàm quòd *frigus*, vt aduertit Theodor. ad finem sermonis 2. de prouid. *plantas simul & semina in altum germinare prohibet, & vegetabilem vim in radicis distinendo, eamque in altum eluctantem, frigore contrà quasi ad inferiora repellit. Nam [illegible] quoque, quæ & plantis & seminibus [illegible], tempora perdit.* Ventorum verò (vt cæteras ex halitu terreo, prædominante aëreas, opes sileam,) summa est vtilitas, vt docent illa Chrysostomi in Psalm. 134. *Hæc natura simul non paruam nobis vsum exhibet, sed tamen vt vita nostra plurimum conferat, & exhausta & labore confecta corpora recreet ac refrigeret, & aërem efficiat leniorem. Hoc est enim munus ventorum, aërem suscitare ac ventilare, vt non sit se immobilis, corrumpatur & putrescat; fructus maturare, corpora nutrire. Quid verò, dicerit quispiam, vsui ventus in nauigationes? Tempora quibus serere & conseruare ordine oriantur, & [illegible] si vexissime condant, in mari [illegible] & naues manifestares? Hic enim [illegible] verò excipit? & contrarius ventus impediuntur, & ministrant, & pugnanti [illegible] vita nostra vtilis. Alia*

inter

innumerabilia [illegible] ventorum [illegible] [illegible]. Ita Chrysostomus. Seneca quoque summum in tanta ventorum vtilitate Diuinæ sapientiæ argumentum agnoscit, quod iuuabit pauca ex eo decerpta audire. Ita habet l. 5. natural. quæstionum c. 18. *Nulla propemodum regio est, quæ non habeat aliquem flatum ex se nascentem, & circa se cadentem. Inter cetera itaque prouidentiæ opera, hoc quoque aliquis, vt dignum admiratione suspexerit. Non enim ex vna causa ventos aut inuenit, aut per diuersa disposuit: sed primum vt aera non sinerent pigrescere, sed assidua vexatione vtilem redderent, vitalemque tracturis. Eisdem & imbres terris subministrauit, idémque nimios compescuit. Nam modo adducunt nubes, modo diducunt, vt per totum orbem pluuiæ diuidi possint. In Italiam Auster impellit, Aquilo in Africam reiicit: Etesiæ non patiuntur apud nos nubes consistere, idem totam Indiam & Æthiopiam continuis per id tempus aquis irrigant. Quid, quod fruges percipi non possunt, nisi flatu superuacua mixta seruandis ventilentur, nisi esset quod segetem excitaret, & latentem frugem ruptis velamentis suis, quæ folliculum agricolæ vocant, adaperiret. Quid, quod omnibus inter se populis commercium dedit, & gentes dissipatas locis miscuit? Ingens naturæ beneficium, si illud in iniuriam suam non vertat hominum furor. Nunc quod de Cæsare olim maiore vulgo dictitatum est, & a Tito Liuio positum est, in incerto esse, vtrum illum magis nasci Reipublicæ profuerit, an non nasci, dici etiam de ventis potest: adeo quicquid ex illis vtile & necessarium est, non potest his repensari, quæ in perniciem suam generis humani dementia excogitat. Sed ideo non sunt ista natura sua bona, si vitio male vtentium nocent. Non in hoc prouidentia ac dispositor ille mundi Deus, aera ventis exercendum dedit, & illos ab omni parte, ne quid esset situ squalidum, effudit: non vt nos classes partem freti occupaturas compleremus milite armato, & hostem in mari aut post mare quæreremus.* Et infra. *Non tamen, vt paulo ante dicebam, queri possumus de auctore nostro Deo, si beneficia eius corrumpimus, & vt essent contraria efficimus. Dedit ille ventos ad custodiendam cæli terrarumque temperiem, ad euocandas supprimendasque aquas, ad alendos satorum atque arborum fructus: quos ad maturitatem cum aliis causis adducit ipsa iactatio, attrahens cibum in summa, & ne torpeat, permouens. Dedit ventos ad vlteriora noscenda: fuisset enim imperitum animal, & sine magna experientia rerum homo, si circumscriberetur natalis soli fine. Dedit ventos, vt commoda cuiusque regionis fierent communia, non vt legiones, equitemque gestarent, nec vt perniciosa gentium arma transueherent. Si beneficia naturæ, vtentium prauitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus. Cui videre expedit? Cui loqui? Cui non vita tormentum est? Nihil inuenies tam manifestæ vtilitatis, quod non in contrarium transferat culpa. Sic ventos quoque natura bono futuros inuenerat: ipsi illos contrarios fecimus.* Alia de ventorum commodis egregiè disputat Eugub. 7. perenn. Philosoph. cap. vltimo.

91 Sed omnino insignem & nullo modo silendam vtilitatem quam Diuina sapientia ex his ventis in aere artificiis eruit, leuando molem mundanam quæ alioqui vel terræ-motuum quasi torminibus, vel ignium ab exhalationibus incensis conceptorum, æstibus & quasi febribus, vel tempestatum phrenesi aliorúmque quasi morborum symptomatibus, & præsertim putrefactione male affecta erat: Hanc inquam perinsignem vtilitatem, perelegáter prosequitur Cardin. Contarenus sub finem secundi de elementis. Ego eam attigisse contentus, prætereo.

Aquæ & terræ globus.

Vocat enim nos ad se ingens illa moles cui insistimus, ex aqua & terra intermixta. Quæ duorum elementorum compago, illustrissima sapientiæ Dei architecti argumenta suppeditat, vt ea primò considerare sit operæpretium, priusquam de vtroque illo elemento sigillatim agamus. Quamuis ergo aqua, si connaturaliter constitueretur, supereminerer terræ, tamen nunc Diuina benignitas ob animalium & plantarum bonum, aquam maiori ex parte in cauitates quasdam & ingentes fossas congregauit, in quibus non extollitur supra terram continentem, sed potiùs vt plurimùm est ea depressior; ita tamen vt cùm ea terræ supra aquam eminentia non sit admodum sensibilis, non obstet quominus terra & aqua vnum globum circa idem magnitudinis & grauitatis cētrum compingere censeantur, qui non modò introrsum aquis terras per varios occultos meatus alluentibus, sed etiam in extima superficie, nunc terris nunc aquis intermixtis coalescat. Ex qua vtraque aquarum & terrarum intermixtione, ingentes omnino & sublunaribus omnibus, & ad humanæ vitæ vsum, opportunitates existunt, vt satis appareat interuenisse in ea molitione, & aquæ & terræ permixtione, Diuinam artem & manum.

Occulta terra & aqua permistio.

92 Nam vt breuiter vtramque illam aquarum & terrarum intermixtionem expendamus; in primis ex priore contigit vt aqua terram, quæ alioqui in minutissimum puluerem solueretur, prorsusque exaresceret, benignè rigēt, & ne dissoluatur impediat, ei que ei velut glutinum, vt loquitur Philo in Cosmop. [illegible] etiā pro miraculo habendum [illegible] tur. Noē initio his verbis. *D[illegible] dignissimum videtur, id quòd disiunct[illegible] continari à dissimimo, videlicet terram [illegible] aqua*: illud etiam bonum inde in [illegible] deriuatur, quòd dum illa aqua terræ sese per occultos tubos [illegible] percolatur, & salsedinem ex [illegible] exhalationibus commixtis [illegible] deponit, redditur apta vt & plantas & animalia benignè rigēt, fiatq; potabilis, vt in fontibus ac fluuiis cernimus.

Non contendo omnes fluminum ac multò minùs fontium aquas, eum ortum habere. Rectè enim Aristoteles 1. Meteor. c. 13. & 1. de plantis, c. 1. annuente vt videtur Nysseno in fine Hexaëmeri, admittit aliquos fontes, & consequenter fluuios, ex aëris in aquam intra terram conuersione proficisci, veluti sudante terra montanis, quæ ad modum suspensæ spongiæ exiguis quidem in locis, sed tamen quamplurimis, aquas colligat, demúmque emittat. Id quod ille longa inductione defluentium ex montibus aquarum ostendit, & elegantissimus Poëta, Iouianus Pontanus libro singulari Meteororum confirmat ex illis quæ in fonte Corona (vt vocant) deprehenduntur. Ibi enim aër ripæ admotus, circúmque supráque,

Rorensque latens sub fornice sudat, et ipsum

Frigus & algentem sensit per membra rigorem,

Stillatimque cadit sinuans cursumque secundat.

Ex quo ille similiter infert, perpetuum aquis (nempe quibusdam) fluendi tenorem esse.

Perpetuum quoniam seruat natura tenorem,

Aëris aërium sit vertentis in vndam.

Et est sanè hac in parte mirabilis Diuinæ

niæ artis industria, quæ quod vno loco suspicamus tam multis aliis euenit, potueritque prouidere ne aër tam necessarium elementum, dispendia per hanc conuersionem sustineret, tandémve deficeret.

93 At quod non omnia flumina ac fontes ita procreentur, id quod Aristoteles, nec negauit nec affirmauit, habeamúsque aliud quod affirmabimus Diuinæ artis & potentiæ perinsigne argumentum, in aquis è mari euocandis, omnino certum est. Sunt enim vt ceteras probationes taceam, quidam fluuij amplissimi, verbi gratia fluuius quem vocant Maragnonium in mare se exonerat per ostium patens 70. leucas vt refert à Costa 3. natur. histor. Ind. cap. 18. Nili item fluuij vastitas, constat ex granditate ostiorum eius, sunt autem iuxta antiquos nouem, aut septem, aut vt post longam & accuratam explorationem deprehensum esse ait Guliel. Tyr. 19. belli sacri cap. 24. quatuor tantum, sed ita grandia, vt de eorum quibusdam scribat Seneca videri maria. Tantas ergo & tā immensas aquas iugiter tanto impetu fluentes, nemo prudenter rem æstimās, censeat aquis tantùm de nouo genitis ex aëre in speculis aquescente, existere. Nam si totus aër exhaurietur, non videtur suffecturus fluxui vnius ex illis ingentibus fluuiis ad vnum annum, deberétque aër propè immensus perpetuò irrumpere in montes maximo impetu, vt esset vnde subministraretur materia aquæ ex montibus illis oriundæ, cùm ex decem pugillis aëris vix generetur vnus aquæ. Admittendum igitur necessariò est cum S. Basilio hom. 4. Hexaëm. terram omnem irriguis cliuibus differtam fuisse à prouido artifice, ac subter fossam cuniculis quaquauersùm, pérque eas vias aquam è mari elici machinatione non minùs sapientiæ quàm potētiæ plena; siue motum illum aquarum ex mari naturalē esse dicamus, vt videtur interdum esse posse, siue dicamus esse violentū. Nam quia tametsi terra, vniuersaliter loquendo, sit altior mari, tamen in quibusdam tractibus est depressior (quod testantur aggeres, Aquilonaribus necessarij ad cohibendas Oceani furias, possuntque esse vt terrarum sic aquarū montes in mari, quamuis concentricum sit reliquo orbi) propterea nihil verare videtur, quominus mare è locis illis in quibus est altius, (qui multò fortè plures sunt quàm ij quos nouimus,) se insinuet per occultos meatus, erumpátque in alio quopiam eiusdem hemisphærij loco, depressiore quàm sit locus ille in quo patens Oceanus minatur inundationem ob altitudinem supra terram. Atque ita finis erit depressior origine, sicut necessarium est vt aqua defluat, ac proinde aqua talium fluuiorum naturali motu è mari euocabitur, à qua doctrina non abhorret Timon 1. Meteor. q. vlt. ad 2. Et illuc fortè respexit qui dixit *Deum fontes aquarum librasse*, nam librare aquam propriè est conferre altitudinem loci vnde petitur aqua, cum loco in quem deducenda est, siue rectis siue obliquis lineis.

94 Sed maiorem ingenij artificis suspiciendi materiam suppeditat violenta aquæ euocatio è mari ad ora fontium ac fluminum. Sicut enim aqua in vase pleno cui appositi sint tubi, ab imo versus vas aperti, si comprimatur, exilit per tubos, & fertur in altum: sic aqua maris in cauitates terræ fundo substratæ se insinuans, pressa à fluctibus & superuenientibus aquarum montibus, negato per eandem viam regressu, cogitur

obliquè erumpere per canales, ei in quem primùm delapsa est, continuatos. Nō quòd compressio fiat ab ipso mari grauitante in proprio loco, vt malè sensit Scalig. exerc. 46. & in librum Hippocratis de insomniis apotelesmate 31. Sed quòd id præstet agitatio, vel mare catenus extra propriam sedem locatum, quatenus aqua inferior, attritu & percolatione, facta est lenior quàm aqua marina superior, nondum sit attrita, quæ proinde vrget illam priorem aquam iam tenuatam, cui incumbit: fluctusque flatus impellentes, quò recurrunt S. Basil. suprà & Valesi. cap. 63. hieroph. Iuuant item terræ pondera, ad quæ insuper confugit Plin. l. 2. c. 65. Quod ita intelligo, vt terrâ cadente aut obdurescente, stringantur venæ & scatebræ, ideóque vt trusa aqua nouum exitum cogatur quærere. Omnibus illis modis compressa aqua emicat per tubos & aquæductus pertinentes ad ora fontium ac fluminum, quos ita prouidus artifex firmauit & aptè coaptauit, vt non sit metuendum ne eos aquæ diffringant. Accedit etiam & aliquid confert, aliàs violentus aquæ motus per siccitatem terræ sugentis aquam, cuiusmodi vim deprehendimus in panno sicco, cuius parte in aquam iniecta, reliquum licèt altius, paulatim humescit, siccitate imbibente & sugente humorē sublimius positum. Quo pacto in hac re philosophatur Mol. d. 12. Cosmop. ad E.

Constat igitur planè insignem & Deo dignam in occulta illa terræ & aquarū permistione industriam esse, quæ tantos & ad terræ feracitatem, & ad plantarum ac animalium vitam tuendam, vsus habet. Et vel ex hoc capite liquet verissimè à Pyndaro quod tantis commendat Plutarchus, Deum nominatum fuisse ἀριστοτέχναν. Rectè item Constantinus Magnus orat. ad Sanctorum cœtum cap. 7. [illegible] & continuum fluuiorum ex aqua perennes illos Dei manu formatos [illegible] bus decursum nocte diéque non intermittentem, plurimum habere admirationis, voluisséque Deum in constantissima æternæ & perpetuæ vitæ imaginem mortalibus obijcere.

Conspicua intermixtio terræ & aquæ.

91 Sed & altera, hoc est patens & cuiuis conspicua terrarū & aquarum intermixtio, insignes omnino vtilitates parit. Confert enim ad humanam societatem & communicationem bonorum. Nam quia non omnia fert omnis tellus, propterea vt notat S. Ambros. 3. Hexaëm. c. 5. & Theodor. serm. 2. de prouid. *sub finem*, in mediū telluris mare prouidet, quod in plurimos sinus *diuisum*, ingenuis alienius ciuitatis forum repræsentat, éstque id ad facilem conuectionem opportunissimum. Nam vnius nauis onera, vt *idem addit*, vix aliquot millibus iumentorum vehi possent. Vnde existit communicatio bonorū, quam esse naturæ humanæ firmissimum nexum notat id attingens Trismeg. c. 4. Asclepij. Itaque per hanc aquarum & terrarum intermixtionem, & nauigationem, illud habemus vt Chrysost. ait l. 2. de compunct. cordis, *quòd cùm vnusquisque paruam quod sit possideat terræ cespitem, quasi totius mundi rerum Dominus efficitur, [illegible] facilem [illegible] adipiscitur, vniuersisque orbis efficitur commodis tanquam suis mensa, nullo prohibente sumere quod vbique est.* Fuisse quoque id ad vitæ politioris & scientiarum disseminationem pernecessariū, bene notauit Plutarch. lib. *an aqua an ignis vtilior*, in fine prioris partis.

Sed quia vsus magnetis ad sé nauticam

eieus tardius futurus erat, sine quo tamen tantæ navigationes non nisi incommodissime peragi poterant; ac tantum quia multa animantia de hominum quia multa ... illata insulis in varias urbes ... illata fuissent; sapienter provisum est ut non modo insulæ frequentes tanquam stationes, ut Theodoretus suprà observat, in medio mari, ad commodam & facilem transitionem struerentur, sed etiam ut tandem alicubi terræ, seu terræ iungerentur, aut modica, seu terræ iungerentur, aut modica omnino aquarum interpositione distarent à terra. Id quod expressa ne distarent à terra. Id quod expressa terræ & aquæ delineatione oculis subiicit Tornielius anno mundi 1931. & bene commentat à Costa 1. histor. natur. Indi. cap. 20. & 21. & l. 4. c. 34. & 35. ex animalium & hominum penetratione in terras per immensa maria à nostro orbe dissitas. Nam quòd homines ibi degentes liberos primi parentis non acceperint, sed perpetuò subsistentes ut fabulatur Agatarchides apud Phot. cod. 250. pugnat cum vera fide docente *Deum fecisse ex uno omne genus hominum.* Quod autem per Atlantidem olim Europæ & Africæ finitimam, postea avulsam, aditus eis illuc patuerit, ut censet Lipsius 2. Physiol. dissert. 9. non levis difficultatem ut censuit à Costa l. illo 1. c. 22. Felicitate verò temporum nostrorum prohibemur, vel negare Antipodes, quod ob hanc causam de quâ agimus fecit D. August. 16. Civit. c. 9. aut dubitare de iisdem quod ob eandem rationē fecit S. Thom. 1. Meteor. lect. 9. Itaque provisum sapientissimè est, commodo ac bono & transvectioni illi hominum animaliumque commeantium, per eam aquæ ac terræ intermistionem vel coniunctionem.

96 Prorsus verò in aquarum & terræ continentis coniunctione, mirabiles sunt *stellarum fabulæ, & providentiæ fructum* (verba sunt Theodoreti serm. illo 2. de Prov.) *quod illis inustum est, & quæ impediunt terras inundare aquarum. Sed cum contra arenam ... ferantur, postea tamen sibi terminum perpensum, & dum legem sibi a Deo latam illic inscriptam videant instar ... quæ à sidere fracta retractum ... velut ... refugiunt; quasi & eum sortis illis præceptum, quod arenis appulsuræ sunt.* Exaggerat tam fragilis obicis, contra tantos ferocientis maris impetus, obiectum Chrysostom. hom. 9. ad pop. Denique Dei ea in re sapientiam considerat, qui non permiserit mare intra terminos suos sedatum esse, sed voluerit intra eos manentem ferocire, turbari & vehementer resonare, ac in altitudinem ineffabilem excitare fluctus, ut cohibentis virtutis efficacia agnosceretur.

Sigillatim aqua & terra.

97 Iam si utriusque illius elementi, cuius intermixtionē hactenus inspeximus, usum ac utilitatem, pulchritudinemque ac præstantiā & denique creatura ex quibus artificis Dei tum sapientia tum potentia in eorum productione elucet, considerare aggrediamur, exclamare haud dubiè cogemur cum Basilio hom. 4. Hexaem. in fine, *Res istas tametsi sensibiles, tantum ut si ... miraculi, ut quodcunque tandem ingenium quantumlibet polleat acumine, quantumvis contentione ac studio se exerceat, longè tamen deprehendatur inferius, nec satis idoneum sit pro rei dignitate explicet, vel minimum ... rerum quæ in mundo sunt.* Habemus tamen addocenda sunt ne in immensum excrescat oratio.

Non immorabor igitur in iis circa aquam addocendis, quæ Plinius l. 31. c. 1. Lælius Bisciola t. 2. l. 6. c. 1. Cyrillus Hierosol. Catech. 9. & late ex-

luuma l. 1. hydragiologiæ, per priora capita, congerunt de aquæ laudibus. Multa paucis complexus est Vitruu. l. 8. in proœm. *Aqua vero solum potus sed infinitas usus præbendo necessitates gratias (quod est gratuita) præstat vtilitates. Ex eo etiam qui sacerdotia gerunt moribus Ægyptiorum, ostendunt omnes res è liquoris potestate consistere. Itaque cùm hydriam tegunt, quæ ad templum ædemque casta religione refertur, tunc in terra procumbentes, manibus ad cœlum sublatis, inuentionis gratias agunt Diuinæ benignitati.* Et infrà c. 4. *Nulla ex omnibus rebus tales videtur habere ad vsum necessitates quemadmodum aqua. Ideo quod omnium animalium natura si frumenti fructu priuata fuerit, arbusto, aut carne, aut piscatu, aut etiam qualibet ex his reliquis rebus escæ vtendo poterit tueri vitam: sine aqua verò, nec corpus animalium, nec vlla cibi virtus potest nasci, nec tueri, nec parari.* Et tamen quæ est Diuinæ in nos beneficentiæ vbertas, vt idem Vitruui. in citato proœmio obseruat, & Socrates apud Xenoph. lib. 4. de Socratis dictis, n. 466. *Diuina mens, quæ propriè necessaria essent gentibus, non constituit difficilia & cara, vti sunt margarita, aurum, argentum, cæteraque quæ nec corpus nec natura desiderat. Sed sine quibus mortalium vita non potest esse tuta effudit ad manum parata per totum mundum.* Quod sanè est in aqua perspicuum, qua nihil apud homines vilius, quia nihil vulgatius. Qua ex causa Socrates in Euthydemo, cùm dixisset pretiosa tantùm esse quæ rara, subdit rectè tamen dixisse Pindarum aquam optimam esse, licèt vilissimo pretio, addictam passimque habeatur. Quasi ab ea communi lege excipiendam aquam censuerit. Quanquam interdum quod Theod. serm. 2. de prouid. notauit, voluit Deus, deesse aquam, aut non nisi labore ex puteis effossis haberi, vt disceremus quantum munera sit bonum aqua quam Diuina largitas vbique ferè absque nostra cura suppeditat. Inuenisse tamen homines quomodo etiam aquam carnes vim ingesta redderent, exaggerat Seneca 4. natur. c. 13.

98 Infinita præterea sunt quæ laudatus paulò ante Vitruuius ibid. c. 3. Plinius l. 31. c. 2. Agricola lib. 2. de effluentibus è terra ferè toto, Cæsalp. 1. metall. c. 8. passimque alij habent de gratuita vt Nazianz. orat. 34. loquitur ex aquis hausta medicina. *Quædam enim oculis* (ait Seneca 3. natur. c. 1.) *quædam neruis medentur, quædam inueterata & desperata à Medicis vitia percurant, quædam medentur vlceribus, quædam interiora fouent, & pulmonis ac viscerum querelas leuant, quædam supprimunt sanguinem. Tam varius singulis vsus quam gustus est.* Omitto insignes quæ idem Plinius l. 2. c. 103. Agricola ibid. l. 3. à c. 20. & 1. de ortu subterr. à c. 11. aliique passim referunt de notabilibus quæ in aquis obseruantur quoad colorem, odorem, saporem, tenuitatem, frigus, calorem, de quo pulcherrimè Constantinus Magnus orat. ad Sanctorum cœtum, c. 7. Nam tametsi Diuinæ diuitiæ per hæc omnia, vberrimè se produnt, malo tamen hæc quæ omnes ferè vbiuis aliqua ex parte notare possunt, omittere, quàm nimia diligentia adhibita, videri id suscepisse, quod suscipi nisi temerè non potest, nempe vt omnia ipse notarem.

Iã pulchritudo aquæ quanta, etiamsi, vt loquitur S. Ambros. 3. Hexaëm. c. 5. *Non secundum rationem operationis,* (de qua hactenus) *sed etiam creaturæ decorem esse elementum. Pulchra sanè est species huius elementi, vel cum surgentibus albescit cumulis, ac verticibus undarum, & cautes niueo rorare aspergine, vel cùm*

æquore

[illegible] aurio, & aquarum crispantibus [illegible] blanda strenue tranquillitatis purpurascen- [illegible]. Quid [illegible] [illegible] profert [illegible]. Quid [illegible] quando [illegible] frequentes [illegible] quando [illegible] [illegible] sed [illegible] & salutat [illegible], [illegible], quam dulcis sonus, quidam [illegible] [illegible] frugem, quidam gratia & [illegible] [illegible] &c. Vnde mihi [illegible] [illegible] pulchritudinem comprehendam?

99 Terra quoque magnificentiam & potentiam multipliciter exhibet, sed imprimis ipso situ medio inter [illegible] elementorum enim in mundi medio sita, [illegible] pulcherrimi mundi, *subsistens*, [illegible], vt [illegible] c. 11. Pimandri. Vnde Dei existentiam validè inferri putat Abucasseniam (?) opusc. 3. & quamuis affirmandum sit cum situm naturalem esse terræ, nec per miraculum aut violentiam detineri, contingere vt terra mo[illegible] medio in orbe tanquam pila suspensa hæreat (id enim fert naturalis grauitas terræ, vt agnoscit etiam S. Basil. homilia 1. Hexaëm. *sub finem*) tamen agnosci inde quoque potest summa artificis sapientia & potentia, quæ tanti ædificij lapidem angularem è nihilo [illegible] eruere, & in conuenientem locum vbi naturaliter hæreret demittere potuerit. Ipsa verò terræ facies quàm apta ad vsū nostrum, ac etiam ad oblectationem, quàm grata vere adulto terræ tot florum & plantarum virentium ornamētis conuestitæ, & gratissimum vndecumque odorem spirantis suauitas? *Terra situm considera* (ait Theodor. serm. 2. *de prouid.*) *& multiformem eius structuram. Nec enim omnia vel sequata vel plana, aut etiam ardua sunt, sed in montes, siluas & campos tota terra diuisa est. Videas enim in patentissimis campis colles in altum surgere, inter montes autem [illegible] loca prona & plana [illegible] forma sua referre. Sed & ipsos montes in hominum vsus & [illegible] [illegible] Conditor distribuit quos deinde vallium [illegible] distinxit, [illegible] & [illegible] [illegible] vel aliam, [illegible] hominibus quoque in [illegible] & [illegible] loca [illegible] [illegible] extendit. Præterea montes quidem fabrorum arti materiam exhibent, campi verò montium [illegible] frumenta copiam & vsum [illegible] [illegible]. Sed & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Quæ enim [illegible] & [illegible] formam habent, [illegible] [illegible] [illegible] pariant. Dic ergo mihi, quis [illegible], qui [illegible] tam pulchrè disposuit? qui tantis [illegible] instruxit, vt nos [illegible] thesaurum [illegible] possimus consumere? quis item ille sit, qui ea quæ [illegible] [illegible] fiunt, forma & [illegible] [illegible]?* Sic Theodoretus. Taceo alia quæ de montium vsu & commodis eleganter disputat Eugubinus 7. perenn. Philosophiæ cap. 12.

100 Iam terræ feracitas, & in nos nunquam fessa largitas, tot iam sæcula perseuerans, incredibilis omnino esset nisi experimento deprehenderetur. Et feracitatē quidem docet quòd vt ait S. Ambros. 3. Hexaëm. c. 8. *frumentum restituat quod acceperit, & vsuratum [illegible] multiplicatum. Homines sæpe decipiunt, & ipsa fœneratorem suum sorte [illegible]. Terra fidelis manet. Et si quando non soluerit, si forte aduersata fuerit frigoris inclementia, aut nimia siccitas, aut immensa vis imbrium, alio anno superiorum anni damna compensat. Ita & quando prouentus [illegible] agricolæ, nihil terra [illegible], & quando arridet vbertas fœcunda [illegible] se [illegible] effundit, vt nunquam [illegible] [illegible] sua [illegible] reddidit.* Sed & Tertull. l. de resurr. carnis, c. 12. miratur rationem terræ in exhibendis quæ priùs absumpsit seminibus, *fœnore [illegible], vsura [illegible], & [illegible] damna.* Et pulcherrimè,

cap. 31. Arcuit solummodo grauiam sine fulcimento vllo, sine fundamento suo, sine machinamento vllo, sine superbia [illegible] *a rerum* [illegible] *capita* [illegible]*, compagine adficiuntur,* [illegible] *fructum,* [illegible]*, & vtrinque* [illegible] *vestitam.* At quod spectat ad indefessam & continuam terrae foecunditatem, illustria sunt quae scripsit Philo lib. an mundus sit incorruptibilis. *Terra (inquit) vel fluminum restagnationibus sicut in Aegypto, vel annuis imbribus, exhaustas facultates suas reficit, & quieto madens se refouet, vel sequenti anno alimenta largiter animantibus suppeditat. Quapropter quoque Poetae non temere Pandoram vocant, quasi omnia donantem, id est omnia largientem vel vtilia vel iucunda, non his aut illis, sed omnibus quaecunque sortita sunt animam. Certe si cui datum adhuc vere primo* [illegible] *flumine, & a fluuiis campos* [illegible] *insueuere: quando illi* [illegible] *&* [illegible]*, hordeum & triticum, aliasque species varias, vel* [illegible] *agricolarum industria, vel sua sponte prouenientes:* [illegible] *folia frondesque quibus densent arbores, similesque fructuum copiam, quibus non solum* [illegible]*, sed & lassitudini succurritur (nam* [illegible] *fructibus* [illegible] *defatigatis corporibus,* [illegible] *dolores animi)* [illegible] *suaues odores exhalantes e floribus, variosque colores ineffabili arte Diuina pictura* [illegible] *ad* [illegible] *contemplari* [illegible] *syluestres populos, cedros, pinus abietes, quercuum robora procerissima, caeteraque id genus* [illegible]*, quae* [illegible] *montes* [illegible]*, tum* [illegible] *agros radicibus* [illegible] *terra semper* [illegible]. Hactenus Philo. Denique tanta sunt terrae in nos beneficia, *vt huic vni rerum naturae partium* quod notauit Plin. l. 2. cap. 63. *propter eximia merita cognomen indidimus maternae venerationis.* Quod eleganter confirmat idem Philo in Commentario. *Mater enim terra est* [illegible]*, quapropter & priscis illis placuit eam vocare Δημήτρα, composito a matre & terrae nomine. Non enim terra mulierem (vt dicit Plato) sed mulier terram imitata. quam vero poetica gens* [illegible] *, Pandoramque nominare solita est, quippe cunctorum generationi & perpetuitati tam stirpium quam animalium. Merito igitur terra quoque antiquissimae matrum ac foecundissimae natura tanquam mammas dedit, amnium fluenta fontiumque, vt stirpes rigentur & omnia animalia potum copiosum habeant.* Sic Philo eo loco, & similia habet initio libri de plantatione Noe, ac etiam Chrysost. in Psalm. [illegible] addens hoc insuper terrae mammas excedere mammas mulierum, quod ob has oporteat infantes accedere, terrena autem vbera vndique ex alto demittantur & extendantur ad rigandas plantas. Pergit Plinius materna terrae in nos officia exponere. *Haec nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper, nouissime complexa gremio iam a reliqua natura abdicatos, tum maxime vt mater operiens, nullo magis sacra merito, quam quo nos quoque sacros facit.* Et paulo post. *Aquae subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, praecipitantur in torrentes, aer densatur nubibus, furit procellis. At haec benigna, mitis, indulgens, ususque mortalium semper ancilla, quae coacta generat! quae sponte fundit! quos odores saporesque, quos succos, quos colores! quam bona fide creditum foenus reddit!* Addit denique c. 91. non caelestia miracula enarratu difficiliora fore quam terrae, quod ex metallorum opulentia tam diuite ac varia confirmat, ex gemmarum pictura tam multiplici, ex vi medicatorum fontium, quos emittit ex tot locis emicantium

exitium ignium perpetuis incendiis quæ ipsa fouet, ex variis effectibus mirabilibus quos vbique per emissaria varia diuersis in locis exhalationes. Quæ omnia ille tradit in naturæ vbique diffusæ numen sibimet aliter atque aliter erumpens. Et recte si naturæ principium intelligeret, nempe Deum his se mirabilibus operibus prodentem: nam quod generatim dixit Euseb. in panegyr. ad Valerianum, *artificem, compositionem artis, distinctio artificis, compositionem speciem, tamen non mirantur audientem.*

101 Satis multa de essentialibus & primariis mundi partibus, pro instituto, hoc est, ad agnoscendam effusam per eas, vt dixit Sapiens, Dei sapientiam: & vt iuxta Trismegisti monitum c. 6. Asclepij *terræ dimensiones, qualitates, quantitates, maris profunda, ignis vim & horum omnium effectus naturam cognoscens, miratur, adorat atque collaudat artem mentemque Diuinam.* Quæ vt piè simul ac eruditè expendit Cusanus lib. 2. de docta ignorantia c. 14. in horum corporum adunatione, figuratione, & proportionata quoad quantitatem & permixtionem productione, patefecit diuitias Diuinæ militiæ, exemplumque Arithmeticam, Geometriam, & Musicam Diuinam, quibus omnia in numero, mensura ac pondere extiterunt. Nunc subdenda sunt pauca de cæteris corporibus, quæ ad mundanæ huius domus ornatum & quasi supellectilem pertinent, vt & inde quòd pulcherrimè dixit Euseb. orat. de laudib. Constantini Magni, *Diuinæ cognitionis quasi floribus decoremur* lectus in hoc naturæ creatæ prato. Continentur autem ea corpora vel mixtis inanimatis, vel animatis anima vegetante, aut sentiente. Nam hominem, sanctum his animal & mũdi dominum, in cuius vsum mundana hæc molis fabrefacta fuit, mundanæ supellectili accenseri non decet.

Mundi supellex.

102 In corporibus ad mundanæ huius domus supellectilem spectantibus, cùm vniuersè tum sigillatim, visenda præsertim & suspicienda est multiplicitas, pulchritudo, & efficacitas, siue virtus actiua, aut vtilitas. Quæ omnia si prosequi accuratè liberet, & inde ad opificis potentiam & sapientiam assurgere, ingentia volumina conscribenda essent. Pauca igitur duntaxat in singulis illis capitibus selectiora attingam, vt inde absoluamus scalas illas, quibus ad Deũ ex visibilibus creaturis pertingere contendimus, omissis infinitis aliis quæ apud auctores quos indicabo legi poterunt, aut ab vnoquoque per seipsum obseruari.

Prius tamen generatim notare placet insignem Dei sapientiam in omnibus his corporibus inter se connectendis, & colligandis. Quod quia prudentissimè & accuratè tradidit Nemes. l. de hom. c. 1. ipsa eius verba apponam: *Hanc pulcherrimam fabricæ opifex & sator videtur sensim disparem naturam aptasse, vt vnum esset omnia, & inter se cognatione quadam teneretur. Ex quo maximè vnum esse quæ vniuersitatem rerum procreauit, ostenditur. Non enim solum iunxit singulatim indiuidua, sed etiam omnia quæ vbique sunt, aptè inter se composuit. Sicut enim in vnoquoque animali, quæ sensu carent ut, adipem, pilos, & alia eiusdem generis, cum iis quæ sensum habent, neruis, carnibus & similibus coniunxit, & ex his vtrisque animal constituit, neque constituit solum, sed etiam vnum effecit: sic in reliquis rebus, quæcunque sunt speciei, fecit, easque naturæ suæ similitudine, vino discrepantia pedetentim procedentes, inter se constrinxit,*

ex neque multũ quæ prorsus sunt inanima, à stirpibus quæ nutritionem habere animam dissidunt: neque rursus hæ à bestiis, & reliquis animantibus quæ anima sentiente instructa sunt: neque porrò bestiæ, ab intelligentibus naturis planè disiunguntur, nullaque cum eis societate & insita naturali quadam vincula colligantur. Lapis enim à lapide differt vi quadam, sed Magnes lapis à natura & vi cæterorum lapidum discessisse videtur, cùm ferrum ad se perspicuè trahat & contineat, idque velut alendi sui causa facere videatur. Neque id in uno ferro efficiat, sed etiam aliud per aliud exhibeat, quod omnibus sibi adhærescentibus vim suam impertiat. Itaque etiam ferrum tenetur à ferro, cum ipsum à Magnete continetur. Deinceps ædificator mundi Deus à stirpibus ad animalia transiens, non protinus ad gradiendi sentiendique vim devenit, sed gradatim & convenienti progressu est. Pinnas enim & urticas marinas, velut sentientes arbores effecit, quoniam illas in mari instar stirpium suis radicibus defixit, & testas quasi lignas circumdedit, & non secus ac si stirpes essent, immobiles iussit consistere: tangendi tamen sensum ipsis largitus est, qui communis est omnium animalium: ut, cum stirpibus, hoc ipso quod fixa, & stabiles sunt; cum animalibus, ob tangendi sensum, societate tenerentur. Nam spongiam, nisi ad saxa inhæret, & contrahi, & aperiri, aut potius dilatari cùm senserit aliquid accedere, ab Aristotele est traditum. Quocirca hæc omnia eruditi veteres ex animali & stirpibus nomine, Zoophyta nuncuparunt. Porrò autem ad pinnas, & id genus alia, adiunxit ea quæ commeant quidem illa de uno loco in alium, at longè procedere nequeunt, sed circa unum eundemque locum volutantur. Huius generis sunt pleraque quibus testa pro tegmine est, & quæ terræ intestina nominantur. Atque ita paulatim aliis plures sensus, aliis vim progrediendi longius tribuens, ad bestias perfectiores pervenit: dico autem perfectiores, quæ omnes habent sensus, & longè possunt procedere. Cùm autem à stirpibus ad animal rationis compos, hoc est, ad hominem progrederetur, non continuo contulit, sed prius etiam cæteris animantibus naturalem quandam prudentiam, & artificium, & calliditatem instrumentaque ipsorum causa dedit, ut propinque rationi præditis animalibus viderentur. At tum demum illud animal quod verè rationis esset particeps, hominem procreavit. Eandem progressionis rationem in sonis vocum, si quis quærat, inveniet: ex simplici sonitu & vociferatione equorum & boum voce paulatim ad variam & differentem formarum & avium vocem ventum esse deinde, quod explanare & perfecte sunt hominum sermone terminari. Explanatam autem & distinctam vocem cogitatione & ratione aptam esse voluit, quod eam ut animi sensus interpretaretur, effecit. Hæc omnia omnibus concinnè aptavit, & colligavit, & per hominis procreationem ea quæ intelligentia comprehenduntur & quæ sensu accipiuntur in unum contrahit, atque connexuit. Quare rectè Moyses mundi ædificationem exponens, ultimo dicit hominem esse factum, non solùm quod cum omnia propter ipsum essent condita, oportebat primum quæ ad usum illius pertinebant parata esse, deinde eum qui iis usurus esset produci, sed etiam quoniam cum & quæ ratione & quæ cernendi sensu natura percipitur facta essent, oportebat esse quoddam vinculum utriusque ut totum esset hoc universum, sibique consentiens, nec à seipso alienum. Proinde homo genitus est, animal quod utramque naturam contingeret. Ac sapientia quidem eius qui hunc orbem fabricatus est Dei, ut brevissimè exponi potest, hæc est. His generatim circa hæc corpora constitutis ad proposita capita aggredimur.

Mixta perfecta inanimata.

103 Quanta igitur imprimis est mixtorum

mixtorum perfectorum inanimatorum multitudo: Aristoteles in fine tertij Meteororum ea diuidit in fossilia seu lapides, & pulueres, in quibus excedit siccum, & in ea quæ pressiós semper nominat metalla dicuntur, in quibus excedit humidum. Quæ distributio est sine dubio optima, si rectè exponatur. Alij ea distribuunt in lapidem, metallum, sulphur & sales, quæ est diuisio Auicennæ. Alij in lapidem, metallum, & media mineralia, quæ est diuisio Alberti. Vel denique in lapidem metallum, terram & succum concretum, quæ est diuisio Agricolæ. Quamcumque autem ex his mixti perfecti inanimati distributionibus sequamur, innumeras propè corporum species nomine mixti inanimati cõprehensas deprehédere licebit. Quod facilè agnoscet quisquis inspexerit numerosos syllabos fossilium & metallicorum, quos Plinius, Albertus, Cardanus, Agricola & alij contexuerunt, qui tamen & species horum corporum bene multas prætermiserunt, & plurimque multas sub vno nomine complexi sunt.

Mihi verò in primis mirandum videtur quòd tam numerosa metallorum & fossilium varietas, ex iisdem materialibus principiis modica temperamenti variatione existere potuerit. Quis enim tantam artis fœcunditatem & Diuini ingenij diuitias non miretur, cùm attenderit ex quatuor tantùm elementis & ex iisdem primis qualitatibus, gradu tantùm & attemperatione differentibus, tam numerosam corporum multitudinem cum tam disparibus formis & virtutibus efformatam fuisse. Vt sanè sit quod multò magis hunc ex his principiis tot corporum exortum suspiciamus, quàm illam tametsi mirabilem ex literariis elementis vari appositis & iteratis, tot vocum conglutinationem, vnde & libri ingentes & bibliothecæ voluminibus differtæ, coalescant. Nam elementa literaria multò plura sunt, & in plurisque vocibus eadem syllabæ, & denique voces quæcunque vbilibet aliquid sunt, sine actiuitate & efficacia agẽdi: At omnia hæc corpora ex quatuor duntaxat principiis, ac ne omnibus quidem semper interuenientibus ortum habent, & formis substantialibus nulla ex parte iisdem cõstant, ac proinde omnino differunt quoad formam, & multis ac insignibus, & in vnoquoque diuersis viribus pollent. Itaque Diuinæ artis fœcunditas non tantùm generatim ex tam multorum artefactorum productione, & tam variis modis operandi detegitur, quod merito suspicit Guliel. Parisi. 1. de vniuerso, c. 21. sed ex eo etiam quòd seruato eodem modo operandi & ex iisdem principiis, tam numerosam dissimilium corporum multitudinem fuderit.

104 Iam mixtorum perfectorum inanimatorum venustas ac pulchritudo, admirabilis omnino elucet in quibusdam colorem, siue figuram concinnam, siue diaphaneitatem, siue leuorem ac nitelam, aliaque eiusmodi ex quibus corporum pulchritudo efflorescit, spectemus. Aliqui oculos contuitu implent nec satiant, alij ita fulgent vt flammã continere videantur. Refert Plin. l. 37. cap. 5. in Cypro insula ad Hermiæ Regis tumulum, fuisse marmoreum leonem, cui oculi inditi ex smaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem vt territi instrumenta refugerent thynni, diu mirantibus nouitatem piscatoribus donec mutauere oculis gemmas. Aliam smaragdum in cuius splendore tres

stellulæ lucidissimæ cernebantur, alia se visam meminerat Gul. Paris. primo primæ de vniuerso, cap. 42. aliáque quàm plurima de lapidum quorundam decore legere est apud Plinium lib. 37. qui proinde non immeritò in proœmio libri illius præfatur: *in arctum coactam rerum naturæ maiestatem in huiusmodi lapillis esse, tantámque varietati, coloribus, decori, & pluribusque tribui, vt aliqui extra pretia ulla, taxationémque humanarum opum arbitrantur.* Sanè tanti pretij lapilli vt plurimum non quæruntur ad rem medicam, non enim ad eam adhiberi passim solent, sed perrarò tantùm, & aliqui etiam nunquam: multò minùs quæsitum ad ædificationem aliámve humanæ vitæ necessitatem; & nihilominus tantus & iam olim, & nunc etiam, in æstimatione huiusmodi lapillorum consensus fuit, vt profusionem sæpe iam olim damnarint multi, ac nominatim Tertullianus lib. de habitu muliebri cap. 6. & 7. Clem. Alex. 2. pedag. cap. 12. Plin. l. 9. cap. 35. Seneca 7. de benefic. c. 9. quos fatemur non iniuria inuectos in eam luxuriam. Inde tamen colligimus insignem visam fuisse pulchritudinem rerum alioqui non vtilium, aut certè non alio fine æstimatarum quàm vt oculos pascerent venustate sua & gratia. Quæ omnia in plerisque metallis locum etiam habere, ac nominatim in auro & argento, docet eorum splendor ac fulgor qui mortalium oculos tam sæpe perstringit. Notúmque illud ex Socratis disputatione in Hippia maiore *aurum pulchra omnia reddere.*

105 Tandem quoad vires ac vsus perfectorum mixtorum inanimatorum, tametsi multa prorsus fictitia confinxerint aliqui, ac nominatim quoad lapides & gemmas, vt præsertim videre est apud Marbodæum, & ex his figmentis alij occasionem acceperint in alterum extremum declinandi, & nullas omnino in huiusmodi corporibus vires occultas agnoscendi, tamen iis rejectis quæ vel superstitio, vel fraus [illegible], certum est multas esse in his corporibus vires quas experientia firmauit, nec vllus prudenter inficiari potest, vt contra illos paucos qui repugnarunt probat Albert. 2. de mineral. tract. 1. c. 1. idémque constat ex illis quæ tradunt Dioscor. Galenus toto lib. 9. de simplic. medicam. facult. Antonius Ludouicus in opere de occultis proprietatibus, & quoad lapides & gemmas, Anselmus Boëtius, qui commentitios lapidum & gemmarum effectus eruditè secreuit à veris & naturalibus lib. 1. de gemmis & lapidib. cap. 26. eosdémque veros effectus singulorum lapidum expositioni asseruit suo libro 2.

106 Sed vt sileam gemmarum vires & vsus qui perspicui sunt, ad rem medicam & ornatum corporis conuenientem: vt item lapidum vulgarium vsum ad ædificationem prætermittam: alios item quorundam lapidum perutiles aut etiam necessarios vsus, ac nominatim magnetis, cuius vsus tantus est ad rem nauticam: vt inquam fossilibus prætermissis attingam vsum metallicorum, quàm male quæso nobiscum ageretur si metallis destitueremur, etiam iis quæ non sunt pretiosissima, cuiusmodi sunt ferrum & æs. *Ferro* (ait Plin. l. 34. c. 14.) *tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria, vites squalore deciso annis omnibus cogimus iuuenescere: hoc extruimus tecta, cædimus saxa, omnésque ad alios vsus ferro vtimur.* Itaque generale initium omnium propè opificiorum judicandum esset, si deesset

hoc

hoc metallum. Addo etiam vsum eius ad vitæ defensionem & repellendam iniuriam, ac hostes, cùm res fert, è medio tollendos. Et quamuis idcò Plinius hunc sceleratissimum humani ingenij inuentum fuisse arbitretur, quòd *ferre non comminus solum, sed etiam missile volucremque, nunc tormentis excussum, nunc lacertis, nunc vero pennatum, vtque ocius mors perueniret ad hominem, alitem illum fecimus, pennásque ferro dedimus*: tamen non vsus sed abusus in culpa est, nec dissimilis peruersio in quam res alias quantumuis optimas cadere potest. Quanta denique metallorum ad commercia & permutationes commoditas? Olim siquidem cùm res ipsæ permutabantur inter se, non poterant è longinquis terris peti, quæ alicubi deficiebant, vt bene notauit Aristoteles 1. politic. cap. 9. alias 7. ideirco addens introductum necessariò fuisse metallorum vsum ad permutationes. Quæ cùm initio definirentur quantitate & pondere, essetque etiam in ea definitione statuenda, aliquid incommodi, excogitata tandem est signi impressio, vt homines in vsu metalli à mensura liberi essent. Itaque vt idem Philosophus ait 5. Ethic. cap. 5. nummus est omnium mensura, & omnes aliæ res ad vitam vel oblectationem corporis necessariæ aut opportunæ, quodammodo habentur in illa vna. Verùm tametsi multi sint & fossilium & metallicorum vsus, non est tamen dubium quin multæ eorum vires nos lateant, sapienter id prouidente Deo, quod notauit Chrysost. hom. 12. ad popul. vt in his visibilibus nec omnia intelligeremus, ne in superbiam efferremur, nec omnia ignoraremus, ne deessent Diuinæ sapientiæ & prouidentiæ ac industriæ argumenta. Qui [illegible] prudenter addit cùm visibilem hanc creaturam intuemur, si contingat alicuius in ea partis vsum ignorari, non dubitandum tamen esse quin sit maximus. Vult igitur nos semper admirari creaturarum varietatem, & optimum opificem Deum propterea suspicere, nec dubitare de optimo cuiusque creaturæ fine ac vsu, sicut qui medicam officinam ingreditur, ita instrumentorum varietatem admiratur, vt licet ipsorum vsum nesciat, de eo tamen non dubitet. *Sic & tu* (inquit) *in creatura visibili facias.*

Plantæ.

107. In hac nobiliore mundanæ supellectilis parte, eò splendidius ac largius micat opificis sapientia & ingenium, quò altior est anima, quàm forma inanimatorum. Sed in tam fertili argumento legem mihi ipse eandem figo quàm sibi ipsi S. Ambros. 3. Hexaem. c. 13. *In hoc spatioso tractatione [illegible] habentis quibusdam vtendum carceribus differentia est ne quod Salomon specialiter sapientiæ munere donatum videre [illegible] vsurpasse videamur exponere, differentias arborum & varietates radicum & quæcunque sunt dissimilia & imparia. Quæ nec ab ipso tamen magnifice prodantur, vt nihil videatur [illegible] eum disputare de singularum generibus, non penitus tamen plenius omnem singularum naturæ explicare [illegible].*

Earum varietas.

Itaque breuiter duntaxat & carptim, tria illa quæ supra proposui capita, circa plantas percurram. Et varietas quidem tanta in eis est, vt vel herbarum duntaxat immensam esse contemplationem, scribat Plin. l. 18. c. 1. Quanta igitur est illa totius generis plantarum, quod non herbam tantùm, sed & arborem perexatã & fruticem & suffruticem, & in

in singulis his membris innumera alia complectitur, pro radicum vel caulium aut partium cæterarum nutritioni aut fructificationi deservientium varietate) Nam radix quibusdam recta, aliis obliqua, quandoque geniculata, rotunda, fibrosa, aliisque multis differentiis discreta. Caulis similiter interdum rectus, quandoque obliquus, concavus, geniculatus, aculeatus, rotundus, quadratus. Ex partibus quoque ad fructificationem destinatis, varietas magna existit, ut diligenter prosequitur Andr. Cæsalp. l. 1. de plantis, c. 12. & sequentib. Mihi quia in hac re antiquos rerum naturæ & Divinæ sapientiæ scrutatores adscribere consilium est, magis arridens pauca ex Basilio homil. 5. Hexaem. quibus & illam partium in arboribus varietatem, & earum differentias complexus est. *Arborum* (inquit) *aliæ frugiferæ, aliæ infrugiferæ. In his rursus varia est in unaquaque arbore partium descriptio. Atque etiam difficilis inventu singularum proprietatis inventio est. Difficile quoque inventu distinctionis earum, quæ diversi generis sunt: Quædam enim earum partim altè, partim non altè radices agunt, aliæq; ut rectæ crescunt & uno trunco fulciuntur: aliæ terram appetunt, à primaque radice in multos caudices dividuntur, quæ porro quarum rami longè latèque in cælum diffusi sunt, earum radices altè sive orbis formam efficiunt, ac spatium fundamentorum parant tantæ gravitati & ponderi, quæ ex natura subiecta in cælum feruntur. Quot verò corticum genera enumerare possumus? aliæ enim molli & tenero, aliæ duro solido cortice, atque earum partim simplicem, partim multiplicem corticem natura largita est. Illud autem mirum est, quod in stirpibus & arboribus quædam similitudinis similitudines hominum similitudines inveniri possunt. Nam & unus ac virentibus cortex distenduntur, ac porriguntur, & vernibus quasi ... tur ac contrahuntur, ut asserit ... quæ aliæ si præcidantur rursus germinant, aliæ manent sine spe prolis, quasi ... quandam eis infestam afferat.* Sic his ... bus quoad arbores, earum silentium quoad cæteras plantas facilè esset supplere, si hæc minutiùs persequi esset huius instituti. Cæterum tamen obvia esse potest ea quantumuis plantarum varietas, sive terram oculis lustrando, sive vastis voluminibus perlegendis, quibus ea varietas, quantum humana diligentia observari potuit, comprehensa est à viris rei plantariæ peritis.

108. Mihi verò in tanta varietate suspiciendus imprimis occurrit plantarum ex tam exiguis principiis exortus, illeque præsertim quo ex modico semine proceræ & mirandæ vastitatis arbores enascuntur. *Sanè illa in modico grano prællata, mirabilisq; vis est,* ait S. August. 5. de gen. ad liter. c. 24. *quæ valens adhærens humore commixtæ terræ, tanquam materiæ vertit in lignum illius qualitatem, in ramorum diffusionem, in foliorum viriditatem ac figuram, in fructuum formas & ubertatem, omniumque ordinatissimam distinctionem. Quid enim ex arbore illa surgit aut pendet, quod non ex quodam occulto thesauro seminis illius extractum atque depromptum est?* Similia S. Gregor. 14. Moral. c. 5. Illud insuper meritò suspiciendum cum S. Ambrosio 3. Hexaëm. c. 15. & Chrysost. hom. 12. ad popul. quomodo cùm omnia eodem alimenti genere tamenetsi simplicissimo nutriantur & crescant, in tantas tamen varietates abeant: Nutriuntur enim omnia eodem terreo humore, sive eadem aqua lutosa, & tamen tam varia & multiplex existit cùm plantarum diversitas, tùm in singulis plantis partium multiplicitas. *Una atque eadem est aqua,* ait supra S. Am-

S. Am

S. Ambrosium, *cum sit autem natura vni-uersalium virgultorum, diuersis singulis ipsa ministrat*, &c. quæ ex Basilij homil. 5. Hexaëmeri expressit, ergo aliqua ex ipso Basilio appono. *Vna est aqua quæ à radice trahitur, aliter radicem, aliter ipsum per caudicem corticem, aliter lignum ipsum & intimam medullam alit atque sustentat: eadem & folia gignit, & in ramos surculosque diffunditur, & fructibus ac pomis incrementa tribuit, & lachrymas arboris fluere semper gignit: Quorum omnium quanta dissimilitudo sit, quæ eandem exprimere possit oratio? Nam & lentisci alius est succus, alius balsami, & aliam fundunt Tyriæ ferulæ quædam in Ægypto & Africa. Fama est etiam electrum esse arboris succum, quem lapidis naturam induere asserunt, idque indicant quæ in ipso perspiciuntur festucæ, minutissimæque bestiæ, quæ in succo ipso cùm tener esset, adhæserunt.* Idem ex eodem argumento, de succino seu electro docent Aristoteles 4. Meteor. c. 10. & S. Ambros. loco citato. Latéque idem confirmant Encelius 3. de lapid. c. 16. & Bellon. 2. obseru. cap. 71. cùm ex eo quod succinum in aqua mergatur, tùm ex eo quòd, vt Bellonius se vidisse testatur, rudis succini fragmentis plerisque, cortex adhuc adhærebat: id quod etiam ex Archelao refert Plinius l. 37. c. 3. & ex Cornelio quodam, nempe Tacito in fine libri de Germania, Cassiodorus 5. variar. epistol. 2. electrum propterea appellans & succinum, & sudatile metallum. Electrum tamen esse bituminosum quid latè docet Agricola 4. de fossil. c. 9. Philand. in 8. Vitruu. c. 3. Dalechampius in 37. Plinij c. 3. Monardes parte 1. lib. 1. c. 15. Matthiol. in 1. Dioscorid. cap. 93. Renod. 2. de mater. med. sect. 1. c. 10. Costæus in distinct. 1. Antidotarij Mesue c. de Diambra. Clusius in annotat. ad caput Bellonij citatum. Nobis alibi, vtraque pars vera visa est: nempe quòd electrum aliquod, siue succinum, sit bitumen, aliquod verò sit arboris lachryma, vt rectè consentiunt Vicomer. 4. Meteor. cap. 10. Anselm. Boet. 2. de gemmis, c. 159. Cæsalp. 3. de plantis, cap. 43. quòd multæ experientiæ pro vtraque parte alibi adductæ euincunt, & sufficit ad notandum quod de electro dicebat S. Basilius, qui pergit. *Atque vt summatim dicam, qui ipsas stirpium dissimilitudines non didicerit, is varietatem nullam quæ ad eas pertinet inuenerit. Quid quòd ab eodem humore, in vite vinum concrescit & nascitur, in olea oleum? Neque hoc solùm mirum est, quod hic succus dulcescat, illic autem pinguescat: sed illud etiam quod in pomis dulcium succi differentiæ explicari non possunt. Alia enim in vuis dulcedo, alia in malis, ficis & palmis inest. Vis etiam vt in hac inuestigatione copiosius exspatiere, quid sit cur eadem aqua nunc leniter sensum moueat, cùm in nonnullas stirpes infusa dulcescat, nunc palatum asperet, cùm in alias stirpes illata acescit: ac rursus in summam amaritudinem versa sensum asperitate sua labefactat, cùm mixta est cum absinthio aut scammonia, ac si glans aut cornus [illegible] acescit: si autem terebinthi aut nucis iuglandes, in mollitudinem succum, similisque aliarum vertitur. Quid verò attinet ea commemorare quæ dissimiliora sunt? cùm in eadem ficu in qualitates maximè contrarias mutetur? Summa enim asperitas in ficus inest, in pomis summa suauitas: in vitis propaginibus maxima inest acrimonia, in vuis succus gratissimus. Quanta verò in eis est colorum dissimilitudo? Aquam in prato cernere licet eundem terræ succum, in terra florem rubrum, in alio purpureum, in alio cæruleum, in alio candidum: magnamque rursum colorum varietatem narium multiplici odore efficientem ac mutantem? Sed me longiùs insatiabili quadam rerum contemplatione ductum sermonem produxisse sentio.*

liberat nisi fabrica rerum necessaria tacito modum apponat, dum vere dijicit maximam sibi providentiam et universis rebus consulentem. Similia Caesarius dialog. 1. & Meletius ac Nyssenus infrà allucendi. Et optimè etiam Clemens Roman. 8. recogn. qui illud insuper valdè suspicit quòd plantae & arbores omnes, tametsi vastissimae plerumque molis, è sola aqua coalescant. Locus est illustris quem appono huic primo capiti clausulam. *Vt autem, videmus, rebus ipsis & exemplis probamus, nihil omnino ex terrena substantia seminibus dari, sed totum ex elemento aquae & spiritus qui inest ei virtute constare: pone mihi, verbi gratia, in vase aliquo amplissimae magnitudinis, mitti terrae talenta centum, & seminentur in ea diversa species seminum, vel olerum, vel etiam virgultorum; his praebeatur ad rigandum aqua sufficiens, & per annos plures habeatur ista diligentia; congregentur autem semina quae collecta fuerint, verbi gratia frumenti, vel herbarum aliarumque specierum per singulos annos sursum, deinde omnes etiam quae fecerint arborum ad centum talentorum pondus afferantur, tum etiam arbores avulsis radicibus appendantur, & his omnibus ex vase sublatis, si appendatur terra, centum sua talenta integra salva reddit. Vnde ergo dicimus totum illud pondus, omniumque quantitatem seminum diversorum atque arborum fuisse? Nonne evidenter apparet quia ex aqua? Terra enim quod suum est integrum tenet, aqua verò quae per singula infusa est, nusquam prorsus est. Ex potentia Divinae conditionis virtutem, quae per unam aquae speciem, tantarum seminum virgultorumque & substantias reparat, & species format, & genus suum multiplicata custodit. Ex quibus omnibus satis abundèque patere puto, artificis sensu & non irrationabili natura opere cuncta esse, & universa constare.* Satis de primo illo capite.

Pulchritudo earum.

109 Pergo ad pulchritudinem, quae in plantis omnino singularis est. Non enim ut Plin. l. 21. praefatur, *natura se censuit miracula sua visibus & odoribus* (summum intellige, hoc est naturae inferioris parentem Deum) nec generibus plantarum ad utilitatem nostram editis, nisi addidisset etiam decorem & oblectationem ex tanta pulchritudine. *Revera quod sericum, quae purpura, quae textricum pictura, potest floribus comparari? Quid ita rubet ut rosa, quid ita candet ut lilium? violae verò purpuram nullo superari murice, oculorum magis quam sermonis iudicium est.* Verba sunt Hieronymi in cap. 6. Matth. *Quid ergo enumerem* (inquit S. Ambros. 3. Hexaem. cap. 13.) *quanta varietas arborum, quam diversus in singulis & pulcher aspectus, quam patula fagus, quam procera abies, quam comantes pinus, quam umbrosa ilex, quam populus bicolor, quam ramosa & radiantia castanea?* Addo in hanc rem alia ex eodem vere nectareo & ambrosio Doctore, quòd pulchra aliquid & aptius despondeam. Ita habet cap. 8. *Quae species pleni agri, qui odor, quae suavitas, quae voluptas agricolarum! quid digne explicare possumus, si nostro utamur alloquio? Quod tibi describimus purpurascentes violas, candida lilia, rutilantes rosas, & picta rura, nunc aureis, nunc variis, nunc luteis floribus, in quibus nescias utrum species amplius florum, an vis odora delectet? Pascuntur oculi grato spectaculo, longè latèque odor spargitur, cuius suavitate complemur. Vnde digne Dominus ait, Et species agri mecum est. Cum ipso est enim quam ipse formavit. Quis enim alius artifex possit tantam rerum singularum exprimere venustatem? Considerate lilia agri, quantus sit candor in foliis, quemadmodum stipata ipsa folia ab imo ad summum videantur assurgere, ut*

scyphi

[illegible] exprimere formam, ut [illegible] quæ-[illegible], qui tamen [illegible] nulli [illegible] [illegible]. Pulcherrimè item de eodem [illegible] [illegible] Dominus vnum ex [illegible] [illegible], quem Dominus vnum ex omnibus floribus, vt dicitur 4. Esdræ c. 5. sibi delegit: Plinius l. 21. cap. 5. *Nulli florum excelsitas maior, interdum cubitorum trium, languido semper collo, & non sufficiente capitis oneri. Candor eius eximius, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo & semine stantibus in medio crocis. Ita odor, colorque duplex, & alius calycis, alius staminis, differentia angusta. In unguenta verò utrique usa, & [illegible] non [illegible]. Est flos non dissimilis illi in herba quam convolvulum vocant, nascens per frutecta, nullo odore nec crocis intus, candorem tantum referens, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere condiscentis.* Et illo rosam c. 4. proximè antecedente describens germinantem primò inclusam granoso cortice, eoque mox intumescente, & in virides alabastros fastigato paulatim rubescentem, dehiscentemque, & sese pandentem in calycis medio sui stantes complectentem luteos apices.

Liceat sanè quod de vno lilio dixit suprà S. Ambrosius de prædictis omnibus, & de aliis quibusuis floribus pronunciare. *Si quis hunc florem decerpat, & sua soluat in folia, quæ tanta est artificis manus, quæ possit illi speciem reformare! Quis tantus imitator naturæ ut florem hunc redintegrare præsumat?* Verissimè id ab Ambrosio dictum est, sed tantum abest vt redintegrare florem ars queat, vt ne æmulari quidem perfectè vnquam potuerit, tametsi [illegible], quod in particulari declarat Plin. l. 21. c. 8. vestibus quoque prouocant eos flores qui colore commendantur. Quod si tanta vnius & diuersitas florum pulchritudo, quanta igitur omnium simul spectatorum venustas & gratia. Quàm gratum in oculos incurrit vere nouo hoc, vt Plin. l. 16. c. 25. appellat, *Gaudium [illegible] [illegible] varii colorum [illegible] in certamen usque luxuriantium. Nulli* enim, vt idem addit, l. 21. c. 1. *[illegible] facilius [illegible] quàm rerum naturæ pingere, lasciuienti præsertim & in magno gaudio fertilitatis tam varie ludenti*, &c. *Nec pictura quidem sufficiens imaginum colorum reddenda, mixturarumve varietati, siue alterni atque multiplices inter se nectuntur, siue priuatis generum funiculis in orbem, in obliquum, in ambitum, quædam coronæ per coronas currunt.* Meritò igitur Plotinus Ennead. 3. l. 2. c. 13. ex hac tanta in floribus arte, his verbis assurgit ad Deum. *[illegible] apparet vbique miranda, non in Diuinis solum, sed in his etiam quæ facilè quis ob exiguitatem sperni à prouidentia iudicaret. Qualis vtique est in abiectissimis quibusque bestiolis artificiosa stupendaque varietas. Quæ etiam usque ad plantarum fructus & folia sese transfundit & propagat. Vbi mirari licet quàm pulchra sint forma, quàm facilè appareantque florescant, quàm sine labore natura varia speciosaque pulchritudo. Neque semel ita facta sunt, [illegible] quæ fieri desierunt, verùm semper ita fiunt [illegible] superiora [illegible] hæc non [illegible] [illegible] [illegible]. Quæcunque igitur per vices alias atque alias traducuntur, non temerè permutantur, non casu figuras alias induunt: imò verè [illegible] & [illegible] decet [illegible], & Diuinas potentias agere decet.* Quid quod laudatus proximè Ambrosius, c. 17. vult etiam mirari nos, in his minimis prouidentiam Dei, quòd arua & arbores inter cana niuium, pruinas frigorum, haud exiguam speciem viriditatis obseruant?

110 Sed hæc plantarum speciei ac gratia quæ exterius sensus ferit, gratior sine dubio ac speciosior est, mira

tot partium, ex quibus vel minutissimæ plantæ, siue ad alimenti attractionem & deductionem, siue ad fructificationem coniunguntur, symmetria inter ipsas, & cum fine suo proportio. Radicem in primis eis tribuit ad alimentum è terra sugendum, spatia per singulas partes venis, quibus dispensaretur in totum plantæ corpus. Eandem immobilem & constantem esse voluit, vt plantarum firmitati consuleretur contra ventos & subitium procellas; ad quam etiam firmitatem conciliandam, longè latéque illud in plantarum firmamentum diffudit. Ad arcenda frigora & æstus, cortice, eoque interdum multiplici plantas vestiuit; folia addidit tegendis ac protegendis fructibus. Seminibus verò in quibus spes vniuersa perennitatis residet, incredibile est quanto & studio, & ingenio consuluerit. Et quod admirabilius est, ex seminum tenuissimis principiis, cætera omnia ad plantas pertinentia, existere voluit. *Quis est* (ait S. August. tract. 8. in Ioan.) *qui considerat opera Dei quibus regitur & administratur hic mundus, & non obstupescit obruiturque miraculis? Consideret vim vnius grani cuiuslibet seminis, magna quædam res est, horror est consideranti.* Placet id in iis duntaxat plantis ex quibus panem & vinum, principalia scilicet vitæ subsidia petimus, considerare. Nam & hæc duo præsertim familiaria habemus, & clarет in vtrisque Diuinum ingenium ac industria, vt sancti Patres præsertim Basilius, Ambrosius, Chrysostomus & Theodoretus annotarunt.

111 Audi de tritici spica Ambrosium 3. Hexaem. c. 8. *Suscipit granum tritici patria gleba, & sparsum cumbet occatio, ac velut materno terra gremio fouet & comprimit. Inde cum se granum aliud resoluerit, herbam germinat, gratam ipsam specie herbescentis viriditatis, quæ statim genus suum seminis similitudine prodit, vt in ipso sua stirpis exordio, cuius generis herba sit recognoscas, atque in herba fructus appareat, paulatimque adolescit in foenum, iuncturaque geniculatim subrigitur & erigit. At vbi se granum iam spica sustulerit, vaginæ quædam futuræ spicæ parantur, in quibus granum formatur internum, ne tenera eius primordia aut frigus lædat, aut solis æstus exurat, aut ventorum inclementia, vel imbrium vis frequens decutiat. Succedunt quidam ordines spicæ, mirabili arte formati, vel ad speciem grati, vel ad tutamentum artis quædam aere se mirabili alligationis astricti, quam prouidentia Diuina formauit. Et ne fragili immensi oneris pondere velut quædam cedat fultura culmorum, eiusque quibusdam ipsi culmum stabiliuntur, vt geminatis viribus fragem possit multiplicem sustinere, ne impar oneris curuetur in terram. Tum supra ipsam spicam vallum struitur aristarum, vt quasi quodam in arca protendat, ne minorum nocens ulla spica fulis exuatur fructibus, aut vestigijs proteratur.* Sic Ambrosius, eadémque legere licet apud Theodor. serm. 3. de prouid. *sub finem,* & ex parte *ad finem* serm. 2. quæ aperte profecit ex Chrysostomus homil. 11. ad populum, & vtrique præiuerat Basilius homil. 5. Hexaemeri, quem vt semper aliàs in Cosmopœia, expressit verbis allegatis S. Ambrosius.

112 Nunc ex eiusdem prolixiore oratione de vitis fabrica & artificio, quam item ex Basilio desumpsit paucis multis intercisis describo. *Quis non miretur* (inquit cap. 12.) *ex acino vinaceo erumpere, atque ex arboris summitate crescere prorumpere quasi velut quodam amplexu fouet, & quibusdam brachijs ligat & circundat lacertis, pampinis vestit, sertis vuarum coronat? Quæ ad imitationem vitæ nostræ primum viuam defigit radi-*

cem,

[illegible] , deinde quia [illegible] flexibilis & [illegible] ita & [illegible] comprehenderit [illegible] quicquid [illegible] & c. Sed [illegible] si [illegible] & [illegible] fuerit, religatur [illegible] in terram, [illegible] & [illegible] propagantur. [illegible] effusione [illegible] agricola, [illegible] Quid ergo [illegible] fructuum. [illegible] gratiam, [illegible] &c. [illegible] exemplum [illegible] ad [illegible] crystallina [illegible] , qui [illegible] perlabitur, deinde ex ipso [illegible] fructum [illegible] quibus [illegible] formatur, [illegible] tem, nec [illegible] natura iam & [illegible] dulcescere. Vestitur [illegible] viridantibus pampinis [illegible] quibus & aduersum [illegible] non exiguam [illegible] [illegible], & à Solis ardore defenditur. Quid autem [illegible] gratiùs, [illegible] fructu [illegible] ? Videre [illegible] pendentia [illegible] quædam [illegible] , carpere [illegible] vel auro [illegible] vel purpura [illegible] ! Hyacinthus [illegible] gemmas [illegible] , [illegible] , [illegible] gratiam gemmarum. His addenda quæ de Diuina sapientia in pampini constructione habet cap. 14. *Docuit nos pampinus naturæ gratiam & Diuinæ sapientiæ [illegible] mysteria. Videmus enim ita scissum atque diuisum [illegible] foliorum speciem videatur ostendere, ita pars media distincta est [illegible] , separata [illegible] videretur. Ea autem varia videtur [illegible] natura, [illegible] & Soli [illegible] & umbram [illegible]. Denique [illegible] media pars eius extenditur & in ipsa summitate [illegible] , vt [illegible] quàm [illegible]. [illegible] speciem videtur effingere, significans quòd vna inter cæteros pendentes fructus*

habeat principatum, cui [illegible] quidem [illegible] natura, sed [illegible] species & [illegible] victoria. Summa igitur habet [illegible] suam, quæ & [illegible] sibi [illegible] aduersus iniurias [illegible] æris pariter [illegible] , & impedimentum non afferunt ad recipiendum Solis calorem, quo [illegible] , augetur. Quàm proh dolor tam pulchri artificis fructû & ipsum speciosissimum, tam malè in Dei ac sui ipsorum contumeliam à plerisque mortalium vsurpari, quamuis tot inde & tam grauia reportent incommoda, vt grauissimè expostulat Plinius l. 14. cap. 22.

Commoda ex plantis.

115 Restat vtilitas plantarum, quæ ex earum viribus & vsu pendi debet, & in his veram plantæ pulchritudinem consistere, censet Clem. Alexand. 2. pædag. cap. 12. Potest autem hæc vtilitas breuiter expediri, quia nemini ignota est, siue ædificatio- nem, siue rem medicam, siue bonorum sustentationem, aliosque multos vsus spectemus. Nam & herbam à Deo in montibus produci ad hominum seruitutem, hoc est bruta vt Nyssenus interpretatur sustentanda & alenda, admonuit diuinus Vates; qui illud item aliàs non omisit, vsui esse arbores ac plantas, vt in eis nidificent aues ac volucres. *Ex his* (vt cum Plinio dicam l. 12. cap. 1.) *[illegible] [illegible] , [illegible]. Tot denique sapores [illegible] [illegible] , & [illegible] , [illegible] causa cum feris & [illegible] corporibus [illegible] , [illegible] tamen secunda. Mille præterea sunt vsus earum, sine quis vita degi non possit. Arbore sulcamus maria, terrasque admouemus, arbore exædificamus. Prebuit Alpibus [illegible] & [illegible]*

memorant Gallias, hanc primum habuisse causam superfundendi se Italiæ, quod Helico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam, & uvam, oleique ac vini præmissa, remeans secum tulisset. Quapropter hæc vel bello quæsisse venia sit. Multus est in hac plantarum & arborum utilitate demonstranda, S. Ambros. 3. Hexaëm. c.13. & 9. Qui posteriore loco confirmat, etiam plantas venenatas usum suum habere, non modo in plerisque brutis, quorum temperamento congruunt sine noxa edendis, sed etiam ad usum medicum, quod exemplis illustrat. Et ut eum ex paucis concludam, *singula autem quæ generantur è terris specialem quandam rationem habent, quæ pro sua portione complent universitatis plenitudinem creaturæ. Alia ergo ad cibum, alia nascuntur ad usum. Nihil vacat, nihil inane germinat terra. Quod tibi putas inutile, alii utile est, imo tibi ipsi frequenter alio usu utile. Quod cibum non adiuvat, Medicinam suppetit. Et sæpe eadem quæ tibi nocua sunt, avibus aut feris innocuum ministrant pabulum.*

Animalia irrationalia, ac primum eorum varietas.

114 Horum varietatem prope innumerabilem, terra, aquæ & aër suppeditant. Innumeros enim ac genera piscium esse concludit S. Ambrosius 5. Hexaëm. c. 5. idem de avibus docens cap. 14. nec dubium quin de terrestribus animalibus idem dicere liceat. Sed pulcherrimè impertitam animalium irrationalium varietatem complexus est Naz. orat. 34. Dei in ea artem ac divitias suspiciens. *Vide* (inquit post multa de homine in eundem finem præmissa) *aliorum quoque animantium discrimina, quibus tum à nobis, tum inter se differunt: naturas dico & partus, & educationes, & regiones, & mores, ac velut in Republica officia communia? Quonam modo alia gregatim delectentur, alia solitaria sint, alia herbis, alia carnibus nutriantur; alia fera & truculenta sint, alia mansueta; alia cum hominibus versari amant ac libent, alia indomita & libera sint; alia ad rationem & disciplinam prope accedant, alia à ratione & disciplina prorsus abhorrent? alia pluribus sensibus, alia paucioribus prædita sunt? alia motu carent, alia gradiendi facultatem habent, alia pernicissima sunt? alia magnitudine & pulchritudine, aut alterutra horum excellunt, alia autem perexigua sunt aut deformissima, aut etiam utroque vitio laborant? alia firma sunt, alia imbecilla? alia inimicum aperto impetu propulsant, alia suspecta & insidiosa sunt, alia incauta? alia industriæ atque familiaris administrandæ laude florent, alia prorsus inertia sunt & improvida? Quid quod prius dicendum erat, quid sit, ut alia humi serpant, alia corpore recto sint? alia certa sede acquiescant, alia in utroque elemento degant? alia elegantiæ studiosa sint, alia cultura omnino destituantur? alia fecundissima, alia parum fecunda? alia diuturnæ vitæ, alia brevis? Deficiet me sermo, si singulatim omnia persequi tentem. Age piscium quoque naturam mihi considera, per aquas labentium, & per liquidum elementum, ut ita dicam, volitantium; ac proprium quidem aërem trahentium, in nostro autem pereuntium, quemadmodum nos quoque in aquis solemus: Mores etiam eorum, & affectus, & coitus, & generationes, & magnitudines, & pulchritudines, certas item mansiones & aberrationes, congressus ac secessiones & proprietates terrestribus animantibus penè consimiles; nonnullorum etiam societates, & contrarias, tam in forma quàm in nominibus, proprietates. Ad hæc greges avium rerum [illegible], quæcunque varia & multiplici figura sunt, variisque coloribus: quid sit, ut alia muta sint, alia canore*

vera: quaque homini suavissimi cantus sit natio, & à quo hanc similitudinem ante-parent.

Earundem pulchritudo.

125 Eam pulchritudinem (ut ce-tera taceam, unde Deum cuiusque fa-ctorem agnoscas, contulit Lactant. lib. de opi-ficio Dei c. 7. & alia quibus eam sem-per cum utilitate coniunctam esse ob-servat c. 8.) exhibet insigniter *pavo-nis (ut ille ait) pluma vestis & quidem de cataclysis, unde omni conchylio depressior de collo florem, & omni patagio inaurati-oris quâ cerea fulgere, & omni firmatis fe-ciâ quâ unda micant, multicolor & di-scolor & versicolor, nunquam ipsa, semper alia, & si semper ipsa quando alia, toties denique mutanda quoties movenda.* Nec minorem varietatem simul ac pul-chritudinem in piscium genere exhi-buit natura, de quibus audi Pli-nium l. 9. cap. 32. & 34. *Foeminis te-stæ munitis, & conchularum genera: in qui-bus magna ludentis naturæ varietas: Tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, con-cavis, longis, lunatis, in orbem circum-actis, dimidio orbe cæsis, in dorsum elatis, levibus, rugatis, denticulatis, striatis, ver-tice muricatim intorto, margine in mu-cronem emisso, foris effuso, intus replica-to, iam distinctione virgulata, crinita, crispa, canaliculatim, pectinatim, imbri-catim undata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expansa, densata, porrecta, sinuata, brevi nodo ligatis, toto latere connexis, ad plausum apertis, ad buccinam recurvis. Navigant ex his Ve-neriæ, præbentesque concavam sui partem, & auræ opponentes, per summa æquorum velificant. Saliunt pectines, & extra vo-litant, seque & ipsi carinant. Sed quid hæc tam parva commemoro, cum popula-tio morum, atque luxuria non aliunde ma-ior, quàm è conclarum genere proveniat? Iam quidem ex tota rerum natura dam-nosissimum ventri est, tot modis, tot mensis, tot piscium saporibus, quibus pretia captu-rum periculo fiunt.*

Utilitates ab animalibus brutis in hominem.

126 Usus eorundem animalium ac vires diversas, cum ad cibum, tum ad vestes & oblectationem, vel one-ra vehenda, terram sulcandam, alia-que innumera, frustrà exponerem cum per se pateant. Sanè bruta nõ in alios quàm in nostros usus esse com-parata, & perbellè ad eos facere pro-bat Nemes. cap. 1. libri de hom. simul-que tacitæ obiectioni occurrit his verbis. *Ostendit idem (nempe omnia visibilia esse propter nos, de quo ibi disputat) multorum animalium structura ad hominum ministerium fabricata Deum, quandoquidem quæ terga gestant ad colendos agros & vectiones: plerarúmque volucrũ, & aquatilium, & terrestrium ad vescendi voluptatem: imitatricem etiam, ad de-lectationem & animi remissionem. Sunt alia quæ quæ hos fructus non ferant, contráque perniciem homini importent, sciendum est cum quæ ad hominum usum valent prima-rio loco creata essent, tum cætera omnia quæ naturâ ferebat, esse condita: ut ne res ulla quæ fieri posset ab hac opificio abesset. Quã-quam ne illa quidem planè inutilia sunt, ut nullam ex iis homo utilitatem capiat. Nam etiam venenatæ bestiæ emolumentum illi faciunt, propterea quod eis ad curanda vulnera ab illis ipsis illata, tetrisque mor-bis sanandis abutitur. Tales sunt theriacæ quædam compositiones, quæ vocantur, quæ ratio excogitauit ut per eas etiam illis do-minaretur, & velut à domitis hostibus commodum perciperet. Sed habet homo in-finitas vires his contrarias à Deo acce-ptas, quibus arcere & elidere, & corrige-re earum iniurias possit. Alia enim alias vires habent, communiter tamen omnia ad hominis commoditatem naturæ conferunt,*

etiam

etiam illa quorum aliqua nulla vtilitas appareat. Sic Nemesius, cui consentit Plotinus Ennead. 3. l. 2. c. 9. qui ait, *Ridiculum fore si quis animalium naturæ detraheret, quod homines mordeant, quasi deceat homines securos prorsus ignauia viuere. Nec ignorandum est autem hæc etiam ipsa, atque vtilitates quæ ab illis prouenire possunt, partim per se euidentissimas sunt, partim verò si minus manifesta sunt, temporis longitudo demonstrat, adeò vt nihil in eis vel quoad se, vel etiam quoad homines, frustrà sit.*

Sed illud planè insigne in hac re notauit Epictetus apud Arrian. l. 1. c. 16. quòd vt animalia commodiori nobis vsui essent, præmisit illis Deus naturales vestes. *Ne admirationi tibi sit* (inquit) *quòd alijs quidem animantibus ad corporis vsum omnia sunt exhibita, ac non modo vestitus & potus, sed & lectuli, simul etiam quòd non indigent calceis, nec stragulis, nec veste, quibus rebus nos omnibus indigemus. Hæc enim cum non sua sint ipsorum causa generata, sed vsui nostro inseruiant, ita nasci vt illorum quoque rerum indigerent, ex vsu non fuit. Deinde illud quæso considera, quale futurum esset, si quod ad hæc nos pertinet, nos non solùm nobis, sed etiam illis prouidere oporteret, vestitus ipsis, vt & quibus vestiantur, & calceos induere possint, & quomodo abundanter vescantur ac bibant curandum sit. At quemadmodum milites parati adsunt Imperatori calceati, vestiti, armati, (nam si circumeuntem tribunum oporteret mille calceis induere, & vestibus amicire, quàm id molestum quæso esset & graue) sic natura apparauit hæc quæ vsui nostro inseruiunt, vt essent expedita, & nullam curam nostram requirerent. Hac prouidentia fit, vt puer aliquis vniuersum gregem ouium bacillo deducat. At nos huiusmodi beneficiis nequaquam minimè gratias exhibemus: & quòd non tantundem nostris rebus consulant, quantum nos illis curæ impendimus, conquerimur coram Deo. At per Deum immortalem, vnum id tantum satis esse posset ad cognoscendam prouidentiam Dei homini prudenti & grato. Ne interim commemorem grandia illa, vt scilicet ipsum, quòd in pabulo nascitur lac, ex lacte caseus, ex pelle lana. Quis effecit aut excogitauit ista? Nemo inquiunt. O impudentiam & stuporem singularem!* Hæc liberalissimè, ille corpore non animo seruus. Pulchrè etiam idem Epictetus ibidem lib. 4. cap. 21. *Quæ vsui nostro domi inseruiunt animalia, sordibus obsita nequaquam esse voluit natura. Nec in eum si equus volutat aut generosus canis, sed sues cænosi & putidi anseres, vermiculi item & aranei, quæ procul sunt remota à conuersatione hominum.* His ita præmissis, restat vt breuiter Diuinam artem in fabrica corporis huiusmodi animalium, & eorundem anima & ingenijs attingamus.

Structura corporum in brutis vniuersè, ac sigillatim in grandioribus.

127 Exquisitissimum ergo fabricæ artificium, aliáque insuper non pauca Diuinæ ex animalibus sapientiæ argumenta proposuit generatim Plato in Protagora sub fabellæ inuolucro. *Iucundius* (ait) *mihi videtur fabulam vobis commemorare. Olim erat tempus quum Dij quidem erant, nondum tamen erant mortalium genera. Postquam verò his constitutum destinatúmque fatorum decreto generationis tempus aduenit, Dij ea intus ipsa terra effinxere è terra & igne permixtis, copulatis illa creant atque effingunt, & ex ijs quæ igni & terræ miscentur atque temperantur. Quum verò illa in lucem educenda essent, Prometheo Epimetheóque imperarunt, vt illa, distribuentes singulatim quæ consentanea essent viribus, exornarent atque ordine componerent. Epimetheus autem Prometheum rogat vt illud distribuendi munus sibi cederet,*

si quæ

[illegible] distribuendam spectaret. Sic itaque illum distribuit. Hic vero ut ille distribuendi munus obiret, ut alii quidem vires sine celeritate accommodaret, infirmiores vero celeritate exornaret; quasdam vero armaret, [illegible], quibus vero inermem tribueret naturam, iis aliam quandam salutis facultatem [illegible] excogitasse studio [illegible] est. Quae enim exiguo quodam corpore vestierat, commodiorem domum, his aut volatilem fugam aut subterraneam habitationem assignavit; quae vero ad ingentem magnitudinem auxerat, ea ipsa magnitudine praesidio illa custodivit. Alia vero rebus singulis aequas vicissimque facultates distribuens, illaque inter se invicem adaequavit. Hoc vero solicite moliebatur atque curabat, ne quod genus deleri possit. Postquam haec ipsis praesidia subministravit, ut mutuam pestem perniciemque inter se vitarent, tunc vero rationes excogitabat, quibus aeris incommoda pro variis anni temporibus facilius tolerare possent: ipsaque animalia densis pilis circumvestivit, et solidis compactisque pellibus, quae et frigoris iniuriam et calorem propulsare valerent: et vel dum somno se darent, hae ipsae pelles propriam et nativam quandam cuilibet ut naturale essent stragulum cuiusque animantium. Pedibus vero, alia quidem armavit ungulis, alia praeditis et exanguibus callis pellibus solidavit, pedesque plantarum compactis ossium articulationibus firmavit. His ita praestitis, alia aliis animantibus alimenta suppeditavit, aliis quidem e terra herbam, aliis vero arborum fructus, aliis radices. Sunt etiam quibus tribuit ut ex aliorum animantium laniatu vitam tolerarent. Et illi quidem rapacium animantium generi exiguam quandam seminis propagandi tribuit facultatem: iis autem quae ipsorum violentia subiecta maxime attereruntur atque consumerentur, copiosae sobolis efficaciam ad ipsorum generis tuendum conservandumque dedit. Haec Protagoras apud Platonem, quibus consonant quae insignis Platonicus Auctor Theolog. Aegypt. l. 2. c. 1. de varia coaptatione corporum in brutis accommodate ad vitas animae, & naturales eorum functiones, tradit. *Quia proportione corporis (inquit) animam respondere necesse est, adeoque temperamentum eius non eandem esse oportet in animoso & timido: quemadmodum non eadem sunt ferramenta fabri & sutoris. Itaque quia animus in leone clarus est prudentem sibi accommodavit corpus instrumentum distinctum, ad operationem, cum dente et solidum ad robur, densisque ad morsum. Cum leves pedes ad velocitatem: Rursus eque durum ungulam ad pugnam, robustissque [illegible]: leonis corpus compugnatum & ad labores magnum, caeteraque diversa pro dignitate vel indignitate familiarum. Ut cum lepores animus expers sit audaciae & roboris, ad eundem dum periculum, corpus huic conformavit, sui autem fugae ad evitanda pericula accommodum.*

118 Distinctius & diligentius in variis animalium speciebus, eandem Dei opificis solertiam observat S. Ambrosius 5. & 6. Hexaemeri post Basilium hom. 7. 8. & 9. Cosmopoeiae. Ex quo insignem praeterea locum ex commentariis in cap. 2. Isaiae, quo animantium fabricam artis Divinae plenissimam esse breviter demonstrat, placet apponere. Cùm enim latè disseruisset non esse captanda auguria, nec observandos avium volatus, cantumque modum & figuram, ut aliqui faciebant. *Hic consilio* (inquit) *admirator ac suspice potius in avibus sapientiam & dispositionem Conditoris, qui pullis tanta mole quae per aërem ferri, quantum naturae mollis ac subtilior natura aëris, pennis alas sic vestivit, quemadmodum corpus transmittere possit, alias autem vero quasi clavo naturae, volatum suum adaequare & regere. Quae etiam naturae quaecumque avibus &*

incum

incommodi tuendum pedibus, uicem pedum supplebat alarum remigio. Quaecumque natabilia, quaecumque item terrestria rapes, fabricam corporis factam sunt parandae sibi uitae commoditatem. Et quibus calcaribus industria natura accommoda corporum instrumenta cum sint negata, natantibus enim suppetunt pro corporis quantitate remi. Quo vero placidiores sunt naturae, pedes habent ut latitudine plantarum suarum pedum, aquas per uicissitudinem agitationum facilius propulsent. Non ergo est nunc plenum sapientia Dei & opulentum corporis opificium quod Basilius eo loco in auibus notat, diligenter quoque locis allegatis, & ex eo Ambrosius 6. Hexaem. cap. 5. in piscibus & in terrestribus quibusuis animalibus obseruat, ac nominatim in elephanto, (quem tantum animantium fere nominat Basilius, immo immani mole colles imitari, ait Theodor. serm. 5. de prouid. de quo etiam Lactant. lib. de opific. hom. cap. 5.) & in camelo, leone, tigride, equo, boue, aliisque animalibus siue carniuoris siue ruminantibus.

Illustre vero est quod generatim in tanta animantium varietate obseruat Lactant. lib. de opif. Dei cap. 7. & commentum Dei mirabile merito appellat, *quod una dispositio & unus habitus, innumerabiles animantium praeferat varietates. Nam in omnibus fere, quae spirant, eadem series & ordo membrorum est. Primum enim caput, & huic annexa ceruix. Item colla pectoribus adiunctiora, & ex eo prominentes armi, adhaerens pectori venter. Item ventri subiecta genitalia. Ultimo loco femora, pedesque. Nec solum membra suum tenorem ac situm in omnibus seruant, sed etiam partes membrorum. Nam et ipsum caput certam sedem possident aures, certam oculi, nares item, & os atque, & in ore dentes & lingua. Quae omnia cum sint eadem in omnibus animantibus, tamen infinita & multiplex diuersitas figurarum est: quod ea quae dixi aut productiora, aut contractiora longe omnibus variis diuersitatibus comprehensa sunt.* Sic ille. Iam illa quam mirabiliter Diuinam artem produnt quod ad vitam tuendam ut defendat idem Lactantius eodem lib. c. 2. *singulis generibus ad propulsandos impetus externos sua propria munimenta constituit, ut aut naturalibus telis repugnarent fortioribus, aut quae sunt imbecilliora, subtraherent se periculis pernicitate fugiendi, aut quae simul & viribus & velocitate indigent, astu se protegant aut latibulis saepiant. Itaque alia eorum vel plumis leuibus in sublime suspensa sunt, vel suffulta ungulis, vel instructa cornibus; quibusdam in ore arma sunt dentes, aut in pedibus adunci ungues, nullique munimentum ad tutelam sui deest. Si qua vero in praedam maioribus cedunt, ut tamen stirps eorum funditus interiret, aut in eam sunt relegata regionem, ubi maiora esse non possunt, aut acceperunt uberem generandi fecunditatem, ut & bestiis quae sanguine aluntur, victus suppeteret ex illis, & illarum tamen clades, ad conseruationem generis multitudo ipsa superaret.* Non dissimilia ex Platonis Protagora iam retuli num. 117.

119 Sed quia vita non satis tuta esset seruatis tantum extrinsecis damnis, propterea in omnium animantium corporibus ad ea alenda & nutrienda obseruamus quod exponam, adhibita praeclara Meletij consideratione lib. de natura hominis, cap. de numero facultatum. Considerat ille in animali naturale quasi molendinum ac fornacem, quibus cibus corpori paretur. *Quemadmodum enim in molino (inquit) cum rotis adhibetur, farina fit; deinde ipsa aqua admixtione in massam redigitur, quae in fornace decoquitur & nos reficimur, & alij impertiuntur. Hoc quidem modo, nostra in corpore simile*

quaedam

quoddam [illegible]. Siquidem cibum ipsum, [illegible] qui parte adure- [illegible]. Sed quoniam ipse [illegible] pane ad re- [illegible] calore indiget, [illegible] ab ipso quo [illegible] mundi, fuerint, [illegible] alterum sibi affe- [illegible] & intus quid calore [illegible] est, & à quo ex fornacis [illegible]. Sed [illegible] pone se [illegible]. (hu- [illegible] quasi calore sit præditus, [illegible] natura frigida habetur) ipse [illegible]. Verùm [illegible] ab ipso [illegible] caloris [illegible], quam ab aliis [illegible]. Præterea à [illegible] etiam ([illegible]) quòd pingui [illegible] est, [illegible], ut [illegible] calor qui in ipsum demissa alimenta conficit, exhalaret, dispergeretúrque. Hinc [illegible], & [illegible], quod Græcè [illegible] nuncupatur, quòd cibum constringit, [illegible], ipse cibus, [illegible] abducitur. Hic ille, qui etiam paulò post brutus vt appellat fornacis in cibo coquendo, & in vnam formam convertendo, operam plenius describit, respexitque eodem Clem. Alex. 2. pædag. c. [illegible] enim notat panem carnis esse symbolum ob intercedentem in vtrisque ad nostros vsus apparatum coctionem. Vt autem intelligatur quomodo cibus sic confectus, & vt par est præparatus, inferatur ad partes; quod etiam est artificiosissimum Divinæ industriæ opus in animalium corporibus, multa pulcherrimè tradit idem Melet. cap. de susceptione alimenti à stomacho, observans Dei sapientiam in excitando ad laborem illum animali, & in cibi confecti deductione, ac expurgatione tam varia, per circumplexus intestinorũ orbes. In quo etiam Dei prospicientiam observat S. Ambros. 6. Hexaëm. c. 9. sub finem. *Dignum prorsus est*, vt rectè dicitur c. 12. Pimandri, *tam varia & tanta Dei opera intelligere, intelligendo mirari, admirando sese beatum vocare, recognoscentem tali ac tantorum operum factorem & Patrem.*

De eadem corporis structura in bestiolis.

120 Sed hæc tametsi magna & per se mirabilia, minùs tamen suspicienda alicui fortasse videantur in vastis & magnæ molis corporibus. Addam etiam cum Plotino Ennead. 3. l. 2. c. 13. *Ars apparet vbique non tantùm in Dæmonis solùm, sed in iis etiam quæ facilè quis ob exiguitatem sperni à providentia iudicaverit, qualis quæque est in abiectissimis quibusque bestiolis, artificiosa stupendaque varietas.* Ita Plotinus, cuius parcitatem circa argumentum Divinæ artis ex bestiolis petitum, facilè est ex aliis supplere. S. Augustin. Epistola 28. *Animalis cuiuscumque creatio si habeat partium proportionemque considerationem, ineffabilem laudem Creatori excitat, quanto magis creatio non cuiuslibet animalis, sed hominis?* Et in Psalm. 148. ad illud, *ignis, grando, &c. vnam bestiolam, brevem, minutissimam considera, quam volueris: si consideres ordinem membrorum ipsius, & animationem vitæ qua movetur, vt per se fugiat mortem, amet vitam, appetat voluptatem, devitet molestiam, exerit sensus diversos, viget in motu congruo sibi. Quis dedit aculeum culici quo sanguinem sugat? quàm tenuis fistula est qua sorbet? quis disposuit ista? expavescis in minimis, lauda magnum, &c.* Quæ sanctus ille Pater in pulice & culice declarat. Sed præstat ea petere à Plinio, lib. 11. cap. 2. vt appareat quanti fuerit hoc argumentum etiam apud Ethnicos. Cùm enim dixisset cap. 1. libri citati nusquam alibi spectatius esse artificium, huius dicti rationem hanc reddit c. 2. *In magnis siquidem corporibus, aut certè*

maioribus, facilis officina, sequaci materia fuit. In his tam parvis atque tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio? Ubi tot sensus collocavit in culice? & sunt alia dictu minora. Sed ubi visum in eo prætendit? ubi gustatum applicavit? ubi odoratum inseruit? ubi verò truculentam & portione maximam vocem ingeneravit? qua subtilitate pennas adnexuit? prælongavit pedum crura? disposuit ieiunam caveam uti alvum? avidam sanguinis, & potissimum humani, sitim accendit? telum verò perfodiendo tergori quo spiculavit ingenio? atque ut in capaci, cum cerni non possit exilitas, ita reciproca geminavit arte, ut & fodiendo acuminatum pariter sorbendoque fistulosum esset. Et paulò post. *Turrigeros elephantorum miramur humeros, taurorumque colla, & truces in sublime iactus, tigrium rapinas, leonum iubas, cum rerum natura nusquam magis quàm in minimis tota sit.* Similia de Deo tanto artifice in modicis, & vilius (ut ait) pundi animalibus, quàm & in maximis. Tertull. libro de anima, cap. 10. & pulchrè lib. 1. in Marcion. cap. 14. *Animalia (inquit) irrides minutiora, quæ maximus artifex de industria, ingeniis aut viribus ampliavit, sic magnitudinem in mediocritate probari docens secundum Apostolum. Imitare si potes apis ædificia, formicæ stabula, araneæ retia, bombycis stamina, sustine si potes illas ipsas lectuli & tegetis tui bestias, cantharidis venena, muscæ spicula, culicis & tubam & lanceam. Qualia erunt maiora cùm tam modicis aut iuvaris aut lederis, ut nec in modicis despicias Creatorem?* Sic ille de tanto Dei in his minimis opificio, quod eisdem prope verbis suspicit S. August. 11. Civitatis cap. 22. ac præclarè 3. de gen. ad litteram cap. 14. suffragante Hieronymo in epitaphio Nepotiani, & Philone libro *quis rerū Divinarum hæres*, &c. ad illud, *& divisit ea per medium* & Galeno in fine 17. de usu partium, nec contemnendus Galeni opusculum de mirabilibus [illegible]. Sane artificium in minoribus [illegible] per est illustrius. *Magni artificis est clausisse totum in exiguo*, ait Seneca epist. 53. & latè ad hoc insistit Galenus lib. 17. de usu partium, adducto exemplo cuiusdam qui per ea tempora Phae-tontem quatuor invectum equis exiguo annulo insculpserat. Et similia exempla legere licet apud Plinium lib. 7. cap. 21. ubi Dalechampius alia addit.

Itaque iterum cum S. Ambrosio 1. offic. c. 13. rectè pronuntiabimus Epicurum, qui auctore Lactantio 7. institut. cap. 17. negavit rationem providentiæ quicquam in procreandis animalibus molitam esse, eò quòd non ad usum membra nata sint, sed usus illis sit natus, non dispari stultitia, quàm eorum qui mare, ignem, ventos, terram, plurimaque huiusmodi affirmabant non à Deo ad eos quos videmus usus constituta, sed ab hominibus ad hos usus excogitata, & inventa esse, ut refert & reiicit Constantinus Magnus orat. ad Sanctorum cœtum c. 6. *Videbat Epicurus* (ait idem Lactantius lib. de ira Dei cap. 6.) *in corporibus animalium Divinæ rationis solertiam, sed ut efficeret, quod antè inconsideratè assumpserat, adiecit aliud deliramentum superiori congruens. Dixit enim, neque oculos ad videndum esse natos, neque aures ad audiendum, neque pedes ad ambulandum, quoniam membra hæc priùs nata sunt, quàm esset usus videndi, audiendi & ambulandi; sed horum omnia officia ex natis extitisse. Vereor ne huiusmodi portenta, & ridicula refutare, non minus ineptum esse videatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus, ne se ille nimis argutum putet. Quid ais Epicure? Non sunt ad videndum oculi nati? Cur igitur vident? Postea, inquit, usus eorum apparuit. Videndi*

[illegible] erga transeunti sunt, si quidem nihil possunt aliud, quàm [illegible]. Ipsa membra [illegible] ipse esse [illegible] possit [illegible] sum, nisi ipsius membris omnia sunt ordi[illegible], ut ipsum [illegible]. Quid enim si dicas [illegible] possum [illegible] ad [illegible] esse [illegible], neque [illegible] ad [illegible] possit ad [illegible], [illegible] ad sapientiam, [illegible] generatio? Sed [illegible] quæ [illegible] amisit, [illegible] per [illegible] est.

De brutorum anima & multiplici industria.

121 Satis de brutorum corpore. Nunc ad eorundem animam gradum facio verbis Gulielmi Paris. 2. 2. de vniuerso, c. 126. *Conueniens est & expediens valdè ut considerationi [illegible] in animas brutalis, quibus pro diuersitate ipsarum, aptata sunt corpora operationibus earum valde [illegible] conuenientissima. Videbis igitur quanta sit ista diuersitas, quantáque multiplicitas huiusmodi animarum, & operationũ ipsarum licèt impartibiles sint substantiæ earundem.* Est Gulielmus in ea sententia, quam quoad perfecta animantia docuit S. Thomas 1. p. q. 76. art. 8. Bannes ibid. dub. 2. Val. 1. p. d. 6. q. 2. p. 4. & alij: quoad omnes verò brutorum animas S. Aug. 6. Trinit. cap. 6. & lib. de quantit. animæ cap. 31. nempe quod anima sentiens sit entitatinè impartibilis, quod mihi quidem falsum videtur & ipsi S. Augustino loco posteriore allegato inexplicabile meritò videtur, impugnatúrque à Durando in 1. d. 8. quæst. 1. num. 9. & aliis eadem distinctione, sed hoc ad rem præsentem parum refert, cùm ratiocinatio proposita non minùs aptè, imò etiam si rem benè pensamus melius proce-*dat posita sectibilitate huiusmodi animarum quàm impartibilitate. Pergit ergo Gulielmus. Sed & [illegible] earum, videlicet quod eas artes mirabiles & artificia, quæ nec etiam in hominibus inueniri possunt, sicut sæpe dixi tibi de artificio nendi siue filandi, quæ prædicta est aranea, de artificio ædificandi, quod edocta est hirundo, de artificio construendi nidum suum, quod habet pica & multæ aliæ aues. Sic etiam dico & de artificio pugnandi delphinis, videlicet pinnulis, vel pennulis, quæ in dorso eius sunt, ad modum serræ, quibus etiam secant ventres crocodilorum, cum impetu se ponentes & natantes sub eis. Animal etiam, quod Græcè bonachon dicitur, [illegible] sui pugnat, emittens eas vehementi impetu in faciem venatorum aut aliorum, a quibus se defendere vult. Ipsi verò pugnant non solùm dentibus & vnguibus, sed etiam lapidibus: modus verò prædationum, quibus cibum sibi quærunt quædam animalia, quis non miratur? Quæ fraus sine dubio potest maior cogitari quàm illa, quæ vocatur hyæna, quam latinam Africanam quidam dicunt? Addiscit enim nomen alicuius hominis, & veniens nocte ad ostium ipsius profert illud, quod audiens homo, & se vocari ab aliquo homine credens, exit domum suam, & sic capitur, & deuoratur ab ea. Insidias verò leporum, & caterum quis nescit? vulpis etiam malitiam, quæ se mortuam simulat, & descendentem miluum super suum caput, & deuorat: quod & de mustella dicitur. Ardeolam verò auis, quæ cuculus nominatur, nolo præterire, quæ deuorans oua quarundem auicularum, propria ponit in nidis earum, vt ea foueant sicut cubent. Sic ergo decepta pullos cuculi excludunt, & nutriunt, & tandem ab eis deuorantur. Sunt & alia innumera, quæ in libris de natura animalium iam edidi & scripsi inuenire potes, hæc autem sufficiant ad declarandum quod hîc intendo.*

Quadrat institutio item nostro hic Gulielmus cum suis. Infinita quoque sunt quæ de auium, piscium, reptilium, & terrestrium quorumuis animalium ingenio & similitudinaria solertia ac prudentia produntur ab auctoribus. Multa habet S. Basilius locis allegatis quæ excerpsit S. Damasc. 2. parall. cap. 41. & Ambrosius suprà. Fidem propè superant quæ de elephanto ab eis adducuntur, iis additis quæ de eiusdem prudentia & disciplinabilitate referunt Garcias ab horto l. 1. cap. 14. Scalig. exerc. 202. num. 6. Lipsius centur. 1. epist. 50. quibus pertinent Plinius l. 8. à cap. 1. ad 12. Aristoteles 8. histor. initio, & l. 9. à cap. 6. Sed & piscem Indicum cui Reuerso nomen, eiusdem cum Elephanto genij describit Rondel. 15. de pisc. cap. 17. Sed nolo rem infinitam aggredi delabendo ad particularia. Audi generatim de similitudinaria hac brutorum prudentia Arnobium l. 2. num. 15. *Ad hyemalia frigora, & æstatis flagrantias vitandas, opportunis temporibus alia cubilium sibi conficiunt mansiones, alia saxis & rupibus se tegunt & communiunt sublimibus. Excauant alia telluris sola, & in scrobibus fossis munimenta sibi & cubilia præparant. Multaque similia rationis & sapientiæ simulachra in eis obseruamus.* Cui verò ignota huius animalium brutorum prudentiæ & sagacitatis exempla, quæ eluxerunt in morte vitanda, in captanda præda, in curandis morbis quibus infestantur, in præsentiendis tempestatibus aliisque huiusmodi? Quanta medicinarũ lenimenta & sanitatis præsidia hominem docuerint bruta legere licet apud Plinium l. 8. cap. 26. & 27. qui de auium quoque solertia in nidificando pulcherrima tradit l. 10. cap. 33. Sed innumera & omnis generis similitudinariæ huius prudentiæ brutorum exempla simul [illegible] sta apud Plutarchum legere licet [illegible] libro, *vtra animalia potiora ratione* [illegible] *bruta ratione vtantur*.

112 Iis tamen quorum magna pars ad grandiora animalia spectat dimissis, de minusculorum animalium solertia & industria pauca addo ex Nazianz. orat. 34. n. 33. *Tu verò mihi (inquit) irrationalium quoque animantium rationem & peritiam solertiamque inspice, eamque si potes declara. Quomodo volucres in petris & arboribus ac tectis, non modo elegantes quidem tutos, & aliunde pulchre accommodatos nidos elaborant. Vnde apibus & araneis tantus laboris atque industriæ amor, vt & illæ fauos construant, ac sexangularum fistularum, sibique inuicem ex aduerso respondentium, adiunctis circumstant, & per intermedium parietem, atque angulis rectis lateribus alternatim iunctam, domicilium suum fabricent, idque in tam caliginosis aluearibus, abstrusisque figmentis: & hæ rursum per tot atque adeo tenuia & subtilia stamina multipliciter intexta, & variatas telas contexant (& quidem ex tam exiguis initiis, vt vix vlla oculorum acie prouideri possint) quæ ipsis & pro eximio quodam domicilio sint, & venandis alimoniæ causa imbecillioribus animantibus insidiantur? Ecquis Euclides has artificiosas imitando expressit, dum lineas protractas nullas cernentibus, atque in demonstrationibus operam dabat? Ecquis Palamedes (qui etiam acies instruendi artem, ac motus & figuras, multis aliis præceptoribus quem grues, vt aiunt, didicisse ferunt, cum volandi eas ordine ac multiplici volatus genere instructas perspexisset) Quinam Phidiæ & Zeuxides ac Polygnoti, Parrhasij etiam & Aglaophonti, qui incredibili quadam elegantium formarum pingendarum & sculpendarum peritia claruerunt? Quis Gnosiam Dædali chorum ad mulieris motum excitauit, in puellæ gratiam ad summam artis*

[illegible] conficiunt & expli-
[illegible] Quis Creatori [illegible]
[illegible] & ambages [illegible] Ta-
[illegible] per artem [illegible]
[illegible]
[illegible] & [illegible], tempore re-
[illegible] quæ & de ra-
[illegible] & ex ordine, quem in
[illegible] seruant, [illegible]
[illegible] consignata sunt. Hæc ex Nazianz. breuiter, quæ habet etiam Basilius homil. 8. & Ambros. l. 5. Hexaëm. c. 21. & lib. 6. c. 4. & pulcherrimè amplificat Theodor. serm. 5. de prouidentia.

123 Hæc igitur pauca quæ attigi, & alia innumera quæ prætermissa, ac nominatim corporis ab animalibus, ac [illegible] regimen, & cur sensum ac facultatum, cùmque variarum per eas actionum profusio, quàm nobis bene considerantibus magnam in [illegible] brutorum admirationem præbere, docet D. August. tract. 8. in Ioann. Omnia inquam prædicta, tametsi tam stupenda & mira sunt, vt aliquos in eum errorem induxerint quòd bestiæ ratione vtantur, tamen sine dubio absque ratione ab ipsis fiunt, nec à prudentia proficisci dicuntur; quatenus quidē ab ipsis bestiis sunt; nisi quatenus bestia naturali instinctu agunt, vt expedit tali naturæ hîc, & nunc, vel ita quandammodo prouident de futuris, ac si verè ratiocinarentur, vt rectè D. Thom. lect. 1. in lib. de memor. Eo igitur mirabilius est per solam, vt Nemesius lib. de homine cap. 2. rectè dixit, rationis vmbram, & artis imaginem, tanta & tam mira, tam affabrè ac prouidè perfici. Vt necesse profectò fuerit tantæ varietatis adumbratæ prudentiæ, & similitudinis artis, quanta in tam variis animantibus cernitur, proceratorem, & sapientissimum, & inexhaustæ cuiusdam solertiæ ac ingenij extitisse; vt non immeritò Galenus in fine operis de vsu partium, nominet quorumuis animalium considerationem, verissimæ Theologiæ principium, puréque inde efficaciter inferri existentiam Dei conditoris.

Clausula considerationis mundi maioris, cùmque instructæ sui supellectilis.

124 Claudo mundanæ huius molis, cùmque instructæ supellectilis considerationem, aureis Chrysostomi verbis hom. 9. ad popul. *Hæc non & cæca sunt manifesta, & valde imperitis intelligibilia, quòd prudentia quapiam facta sunt & continentur: Quemnam enim stultum & insensatum, qui tantam molem cernens, tantam pulchritudinem, tantam compositionem, talium [illegible] elementorum pugnam & contrarietatem, & [illegible], quæ intra seipsum ratiocinetur & dicat quòd nisi prouidentia quædam esset corporum magnitudinem continens, nec permitteret totum dissolui, nec permanere, nec sufficere potuisset. Tantus quidem horarum ordo, tanta verò [illegible] & dies conuenientia, tot autem irrationalium genera animalium, & plantarum & seminum, & herbarum, tanta [illegible], & nullum in præsentem diem neque excidit, neque consumptum est simul. Nam hæc verè tantùm, sed & alia multa his plura & profundiora dici possunt, & de ipsa dixeris creatura.* Sic Chrysostomus qui huiusmodi ratiocinatione non modò prouidentiam propriè dictam stabilit, sed etiam primam mundi à Deo molitionem ex qua etiam perennis hæc & iugis constantia mundi initio producti, ortum habet. Pulcherrimè etiam Philo l. 1. de monarchia, cùm intenderet probare facilè esse Dei existentiam ex rebus conditis colligere, sic ratiocinatur. *Opifices plerumque cognoscuntur ex ope-*

finxit. Quis enim inspecta statua vel tabula, non statim intelligit plastem vel statuarium? Quis vestibus, nauibus, domibus inspectis, non cogitat textorem, materiarium architectum? quin etiam aliquam adit ciuitatem cuius bene constituta sit respublica, ornataque pulchris legibus, quid aliud credet quam bonis eam magistratibus parere? sic qui venit in hanc veram Megalopolim, mundum videlicet, videns terram montanam & campestrem plenam stirpibus & animalibus, amnium perennium & torrentium, paludis & marium fusiones, tam aeris temperiem & mutationes variasque annuas temporum, ad hæc Solem Lunamque noctis & diei principes, cæteraque sidera, vel fixa vel erratica, totiusque cœli choreas & ambages; nonne verisimilem atque adeo necessariam cogitationem de horum patre, conditore, atque rectore concipiet? Nullum enim artificium sponte sua creatur. Mundus autem arte summa factus est, idque procul à conditore optimo ac perfectissimo. Ita iam esse Deum percipimus. Hæc ille ibi. Placuit autem in hac consideratione aliquantisper versari, opificemque in opere suo suspicere, quod idcirco factum esse hominem doceat Trismeg. cap. 4. Pimandri.

Mundus minor, seu HOMO.

123 Scitè Damasc. 2. fidei cap. 12. allegans Nazianzenum, asserit hominem ex naturis disparibus, visibili ac inuisibili commixtum, ad maioris sapientiæ & magnificentiæ argumentum, veluti quoddam vinculum visibilis & inuisibilis naturæ procreatum à Deo esse, veluti quendam secundum mundum in magno quidē mundo paruum. Et quamquam Naz. loco illo ad quem respexit Damascenus, hoc est orat. 42. & Iambico 18. n. 11. hominē non paruum in magno mundum, sed è contrà magnum in paruo mundum nominet, ut latè one[...] ta expendit Nicetas. Tamen ipsa[...] tuale & ex appellationis illius [...] ta, quam Damascenus eodem capi[te] posteà reddit, non est ex denomina[...] tio improbanda: nempe quia ho[mo com]punctus est quatuor humoribus, quæ quatuor elementis proportionalia sunt: Quod item tradit Hippocrates initio libri de hominis structura, & Meletius l. de natura hominis cap. de elementis. Eodem etiam ex capite homo quibusdam mistis perfectis inanimatis, quæ ex elementorum mixtura existunt, correspondet: sicut & plantis & brutis per functiones vegetatiuas ac sensitiuas. Inde igitur concludit Damascenus, hominem paruum quendam mundum, ac veluti maioris mundi breuiarium dici posse. Annuunt Basil. homil. 11. Nemes. lib. de hom. cap. 1. *sub finem*, Philo lib. de plantat. Noë *initio*, & pulcherrimè in Cosmop. ad finē descriptionis formati hominis: & eleganter Laurentius initio anatomiæ. Sed & subtiliter ac peculiari cæterisque intacta ratione Cusanus l. 2. de coniecturis cap. 14. Philo quoque eodem libro, luminum ob micantes in animo cælestes ignes, & rationis ac scientiarum & virtutum veluti astra, paruum cælum appellandū esse censet. Quod pulcherrimè quoque tradit Cyrillus, aut veriùs Origenes lib. 5. in Leuit. *ferè initio*. Alia ratione partem hominis superiorē cum cælo confert Proclus in secundam partem Timæi explanans illum Platonis locum quo de humano capite agitur. Vnde completur Damasceni ratiocinatio, & perfecta hominis cum mundo visibili analogia, quam Physici quoque tradiderunt, ait Macrob. l. 2. in somn. Scipionis, cap. 12. referens ab eis idcirco mundum *hominem magnum*,

gnum,

[illegible] & hominem breuem mundum dixerunt, Pythagoraei quoque eum agnouerunt. Pythagoricum quoque eum agnitum apud Photium cod. 249. (narrantur apud Photium cod. 249.) Et ratio huius denominationis ex hoc loco ratio huius demum [illegible] quae ex Damasceno adnotauimus quae ex Damasceno ad[illegible] docta [illegible] bene ex Philosophis eam tradit Nyssenus lib. de hominis opificio c. 16. Ex amplitudine humanae dignitatis, & ex eo quod omnia homini [illegible] seruiant, eandem denominationem [illegible] Hugo Ether. l. de regr. ani. c. 8. Itaque expensis breuiter, aut potius delibatis maioris mundi mirabilibus, indeque subuecta ad opificem mente, tam breuiter circa minorem mundum praestandum [illegible], cuius considerationem ex Damasc. 2. fid. cap. 12. asserit, altior est quam mundi maioris & caeterorum omnium hoc vsque expensorum, & vt Plotinus ait Ennea. 3. l. 2. cap. 5. *homo tam pulchrum opificium est, quam pulchrum esse potest.* Est quippe perinde haec consideratio appositissima ad magnificentiam Dei auctoris, & sapientiam ac industriam, ac proinde etiam existentiam patefaciendam, qui est hoc loco scopus noster.

Humanum corpus.

125 Et corpus quidem hominis tanta & tam mirabilia Diuinae artis argumenta subministrat, vt iure videatur dixisse Chrysostomus in Psal. 9. hominis fabricam immensum pelagus miraculorum suppeditare. Infiniti sunt in ea suspicienda & Patres & Philosophi. Sed praeter caeteros, Socrates apud Xenoph. lib. 1. de dictis & factis Socrat. in disputatione cum Aristodemo num. 422. Auctor Theologiae Aegypt. lib. 12. c. 2. cui praeiuit Plato in Timaeo à medio, quem vtrique Hippocratem, Aristotelem, & Galenum adducit Theodor. in epitome diuin. decret. cap. de homine, qui in hoc etiam argumento exultat, & de more non minùs diligentiam & ingenium in Dei mirabilibus scrutandis, ac notandis, quam eloquentiam prodit serm. 5. de prouid. Videndus praeterea Clem. Rom. 8. recogn. Nyssenus de opificio hom. cap. 30. Lactant. lib. de opif. Dei. Methodius, & alij apud Damasc. 1. parallel. c. 8. S. Chrysost. hom. 11. ad pop. Caesarius dialogo 3. Basilius hom. 11. Hexaëm. Ambros. 6. Hexaëm. cap. 9. & lib. de Noë c. 6. & 7. & qui hominem cùm aliis ex capitibus tum etiam ex isto, anteponit caelo, Theodotus Ancyranus in homil. quae habetur t. 5. Conc. Ephes. c. 10. sed diligentissimè ac ex professo Meletius libro de homine, & Theophilus Protospatarius libro de humani corporis fabrica, qui duo vnam illam ob causam videntur de hoc argumento iusta volumina scripsisse, vt Diuinum artificium, & exquisitissimam sapientiam in humani corporis constructione docerent, fortassis vt illos & Gentiles & haereticos refellerent, quos memorat S. Chrysost. homil. 11. ad populum, dixisse corpus humanum esse indignum Dei creatione, causatos sordes eius, & sudores, & lachrymas, ruinoso prorsus fundamento, vt ibidem euincit Chrysostomus & pulchrè Cyrillus Hierosoly. catech. 4. locum infrà dabo. Mihi duo consideranda breuiter occurrunt, tempe generalem quidem analogia quam corpus humanum habet cum terra, è qua primò eductum est. (Ex quo habebitur hominem non modò ratione sui totius, paruum mundum, aut ratione solius animae paruum caelum, vt suprà cum Nazianzeno & Philone diximus, sed etiam paruam terram ratione corporis dici posse.) Ac breuiter quarundam partium constructio, in quibus illustrissimè micat Diuinae artis effusio in corpus.

Eius

Eius analogia cum terra.

127 Notauit eam quam dixi analogiam, ex Platone Cusanus lib. 2. de docta ignorantia, cap. 14. & eleganter Tertull. lib. de carne Christi cap. 9. *Omnis* (inquit) *materia sine testimonio originis suæ non est, etsi demutetur in nouam proprietatem. Ipsum certè corpus hoc nostrum, quod de limo figulatum, etiam ad fabulas nationum veritas transmisit, vtrumque originis elementum confitetur. Carne terrenum, sanguine aquarum, licèt alia sit facies qualitatis. Hoc est quod ex alio aliud fit. Cæterum quid est sanguis, quàm rubens humor? Quid caro, quàm terra conuersa in figuras suas? Considera singulas qualitates, musculos vt glebas, ossa vt saxa, etiam circum papillas, calculos quosdam. Aspice neruorum tenaces connexus, vt traduces radicum, & venarum ramosos discursus, vt ambages riuorum, & lanugines vt muscos, & comam vt cespitem, & ipsum medullarum in abdito thesaurum, vt metalla carnis.* Eadem, ex parte, tradit Contarenus 2. de elem. *sub finem*, insuper obseruans proportionalia in terra & hominis corpore commoda ex proportionalibus partibus, firmitatem scilicet ex ossibus, qualem terra ex montibus habet; rigationem ex venis, qualem terra ex aquis intermistis; calorem ex spiritibus per arterias toto corpore disseminatis, qualem terra ex multo igneo spiritu & exhalationibus calidis, vi cœlesti, intra eam excitatis. Audi etiam de hac re Senecam 3. natural. cap. 15. *Placet natura regi terram, & quidem ad nostrorum corporum exemplar, in quibus & venæ sunt & arteriæ: illæ sanguinis, hæ spiritus receptacula. In terra quoque sunt alia itinera, per quæ aqua, & alia per quæ spiritus currit: adeòque illam ad similitudinem humanorum corporum natura formauit, vt maiores quoque nostri aquarum appellauerint venas. Sed quemadmodum in nobis non tantùm sanguis est, sed multa genera humoris, alia necessaria, alia corrupta, ac paulo pinguiora, in capite cerebrum, in ossibus medullæ, muci, saliuæque, & lachrymæ, & quiddam additum articulis, per quod citiùs flectantur ex lubrico: sic in terra quoque sunt humoris genera complura. Quædam quæ matura durescunt. Hinc est omnis metallorum humus, ex quibus aurum argentúmque petit auaritia, & quæ in lapidem ex liquore vertuntur. In quibusdam verò locis, terra humórque liquescit: sicut bitumen & cætera huic similia. Hæc est causa aquarum, secundùm legem naturæ voluntatémque nascentium. Cæterùm vt in nostris corporibus, ita & in illa sæpe humores vitia concipiunt: aut ictus, aut quassatio aliqua, aut loci senium, aut frigus, aut æstus corrupere naturam, & sulphuratio contraxit humorem, qui modò diuturnus est, modò breuis.* Sic ille. Insuper verò terrenus quoque omnis ornatus, & supellectilis terrarum instrumentis varietas, notari in humano corpore, proportione potest. Addit S. Ambros. l. 1. de Abraham cap. 8. sicut in mundo vniuerso, ac nominatim in terra, sunt quædam veluti membra gemina, & vt ille loquitur antiprosopa, ita & in corpore humano. *Distributa est enim* (inquit) *terra in montes & in campos, vt sunt partes corporis nostri, elatiores aliæ, aliæ planiores. Eminent scapulæ & pectoris superiora, vel manuum. Latera verò & inferiora renibus, velut vallis terræ & conuexa. Quod & de vola manus intelligere licet. Nam in ipso calcaneo pedis, eminere alia, media autem sinuata quis nesciat?* Nec dissimiliter Chrysostomus in Psalm. 9. *Quemadmodum* (inquit) *in nostro corpore hæc quidem sunt ossa, illa verò neruæ, alia autem carnes, ita etiam in terra, alia quidem sunt montes, alia verò*

vera

tangenti. Alia vero proportione pedali. Sunt autem omnia hæc vera. Et hinc quoque proportione notari possunt in humano corpore, commoda omnia proportionalia illa, quæ ex eadem proportione partium varietate, supra expensa sunt. Accedit rotunditas humani corporis ad imitationem terræ. Rotundum namque esse hominis corpus probat Vitruuius lib. 3. cap. 1. ex eo quod si homo collocatus fuerit supinus, manibus & pedibus pansis, circinique collocatum centrum in vmbilico eius, circumagendo rotundationem, vtrarumque manuum & pedum digiti linea tangentur.

Sensuum plantulæ, corporeis sensitiuorum scrobibus, inditæ.

128. Has verò plantas in hac corporis nostri terra manu Diuina cõsitas, describit pulcherrimè Philo lib. de plantat. Noë *siue secund.* Cùm enim disseruisset mundum maiorem esse veluti Dei plantam, non vnicum stirpis genus in se continentem, sed infinitos simul plurimasque ex vna radice progerminantem, radicesque huius plantæ, terram & aquam esse dixisset, à quibus aëris & ignis arbores sustineantur. Tandemque de plantis stabilibus hoc est quæ singulariter plantæ dicuntur, deque ambulatoriis hoc est animantibus, nonnulla annotasset, ad hominem descendit, quem & cælestem plantam (ita quoque eum nominat lib. quòd deterius potiori insidietur, ob sensuum à terra caput, vt alimenta ei non è terra sed è cælo petenda ostenderet) & mundum minorem, plantis multis consitum à sapientissimo opifice, appellat, dimissis nunc Diuinis plantis seu intellectualibus facultatibus animæ fundo insitis, de quibus ibidem disputat, ita de implantatis corpori plantis, philosophatur. *Primum in corpore nostro quasi bono agro, sensuum scrobes præparauit, in quas vnamquamque tanquam arborem conuenientem induxit, auditum in aures, visum in oculis, in nares odoratum, & sic vnicuique locis naturæ. Attestatur autem huic meæ sententiæ, familiaris noster, qui in suis hymnis sic loquitur: Qui plantauit aurem non audiet? qui finxit oculum non considerat? quin & alia quæ visque ad vnum, vniusque ac cæteras corporis partes externas & internas pertinent facultates, omnes sunt generosæ plantulæ.*

129 Artificiosissimam quorumlibet sensoriorum, & vt Philo loquebatur scrobium, perfossionem in capite *tanquam in colle corporis*, vt loquitur Cæsarius Dialo. 3. (quamuis è contra Philo lib. quòd deterius potiori insidietur, ad illud, *misso è valle Hebron* sensoria vallibus conferat) luculenter præ cæteris expendit S. Ambrosius 6. Hexaëm. cap. 9. & quoad visus sensorium Lactant. lib. de opif. Dei, cap. 8. Chrysost. mox allegandus, Theodor. ser. 3. de Prouid. Basilius homil. 1. Hexaëm. Quoad aurium sensorium idem Lactant. c. illo 8. Theodoret. suprà, vbi etiam de olfactu. De omnibus autem Cæsarius suprà.

Mirabile verò est, & ad Deum cum Epicteto suspiciendum valdè accommodatum, quòd cum præter potentiam sensitiuam & organum, tam multa insuper ad sensationem eliciendam interuenire debeant, ea omnia Deus tam prouidè & diligenter curauit. Quod in principe sensu rectè suspicit Epictetus verbis illis apud Arrianum lib. 1. cap. 6. *Ex quauis re eorum quæ in hoc mundo, facile est laudibus celebrare prouidentiam, si quis duo hæc in semetipso habeat, facultatem nimirum contemplatiuam eorum quæ sunt data cuique, & præterea gratitudinem à se audiendi. Si vtrumque non præsto sit, nunquam sciet ni*

ab illo nunc perspiciatur in rebus exhibitis, gratia communicatis omnium. Ab hoc autem etiamsi animaduerteretur, gratuitudo nobilium tamen exhiberetur nulla. Si colores Deus effinxisset, sensum percipiendi eos nulli animali concessisset, quid quaeso horum esset usus? At rursus, si cernendi sensum largiretur, res vero coloratas nullas exhiberet, quibus affici posset ac pasci acies, quid quaeso profuisset? Nam omnino nullum profecisset. Denique ambo haec machinamenta, nisi luminis natura utraque haec ambo copulasset, ut sic quidem usum haberent aliquem. Quis ergo compauit haec inter se, & unde est compages illa qua gladius aptatur atque induitur vaginae, ac rursus vagina gladium amplectitur? Nullusne huius compositionis opifex? Profecto ex apparatu ipso operum solerti & artificioso pronunciare solemus, effectorem esse artificem aliquem, non temere & casu euenisse ista. Ergo horum quidem saltem nobis declarat artificem: spectabilia videlicet in mundo corpora, aspectiones etiam & visus lumen undique effusum, aspectum saltem non cogitabunt? Sic ille de visu, nec dissimilia de aliis sensibus cogitari possunt. Sed inde praesertim solertiam insignit S. Chrysost. homil. 11. ad pop. quod tanta sensuum harmonia lutum ac fauillam impleuerit. Materiae enim vilitas magis demonstrat artis facultatem. Et statuarium admiramur non tam si ex auro pulchram effornet statuam, quam si ex fragili luto idem praestare valeat. Quoniam illic fingenti, materia quoque confert, hic vero nuda est artis ostentatio. Itaque cum ex terra lateres tantum & tegulae fieri soleant, optimus artifex oculum tam pulchrum duplicem (humani caeli Solem ac Lunam vocat supra Ambros.) effingere valuit, tanta humorum, tunicarum, musculorum, neruorum varietate, & tam solerti ac artificioso situ.

Aliae plantae in eodem terra humani corporis.

Sunt & aliae in eodem corpore insitae plantae, ac vere nobis cum plantis communes facultates, quibus in corpore humor & succus perenniter. Nec aliter quam in plantis, & quidem insigni in hac parte Dei artificio, ut pulcherrime expressit Theodor. Serm. 3. de prouid. *Qui vel herbas plantam, vel arbores inserunt, aquas tamen fundendo ducunt, & plantarum radices non diligenter irrigant, ita qui tenuem hanc plantam inseruit, & omnium creaturarum conditor, etiam quodam modo humani corporis membra per venas irrigare fecit. Nam quod ad alimentum attinet, nos homines ab nascentibus arboribus nihil differimus. Proinde etiam ex his, ita nobis quoque alimentum opus est. Arbor quippe nisi nutriatur, arescit: & homo sane pariter similiter omni exhausto humore, in pereuntur. Quemadmodum igitur arbores, vel quae in medio dimissae plantae, vel summitatem aut fructuum latera suscipientes per radices quidem humorem attrahunt, hoc autem & ramos & corticem & medullam nutriunt, qui simul & folia producunt, & flore tandem fructus tandem ad maturitatem extrapolantur: sic & animal hoc cibum quidem ore suscipit, qui illi instar sementis est, canalem autem stomachus refert: at venter eius radix quaedam hunc suscipiens quasi per fistulam quandam venarum in omnes transmittit: atque autem non solum eas verum alimentum inde decerpit: sed nutritione irrigationem omnia corporis membra reficit.* Et quod in plantis terrae infixis supra mirabamur eas ex eodem alimento nutriri tamen tam differentes sint: Tale quidpiam est Meletius lib. de homine, pag. 15. *Natura ipsa, seu natura potius princeps, in nostro, quod animo praeditum est, atrum, mirabiliter operatur. Vnde ipsa, cartilagines, vena,*

*uenâ, arteria, similiáque quæ nuper re-
censui. Ex quibus deinde, oculi, [illegible]
[illegible] fiunt. Ex quibus deinde, oculi,
[illegible], [illegible], [illegible], dentes,
[illegible], [illegible], [illegible], [illegible],
[illegible], [illegible], [illegible], similiáque [illegible]
[illegible], [illegible], [illegible], ac alij [illegible]
[illegible] [illegible], [illegible], ad hæc manus,
[illegible] [illegible] [illegible], ad hæc manus,
[illegible], & omnes partes quæ [illegible]
habet habentur. Aliorsum autem si [illegible]
creta, una tamen alimenti in [illegible]
[illegible], propria sui natura [illegible] alimen-
[illegible], propter qui omnibus [illegible]
[illegible] [illegible], nuper qui omnibus [illegible]. Nam, [illegible]
[illegible] partibus [illegible] [illegible], in ipsa & alteri-
[illegible] partes adhibetur, in ipsa & altera-
[illegible] fiunt, at cum parte [illegible] adhibetur
[illegible], peculiaris ac [illegible] efficitur.
Si enim ad oculos [illegible], tum visibili
[illegible] eiusdem temperamenti efficitur; tum
si ad aures [illegible] peruenerit, diuersis par-
tibus propria inter ad singulas diuiditur. Si
[illegible] ad eas quæ [illegible] sunt partes [illegible]
[illegible], [illegible] natura commiscetur: [illegible]
[illegible] labijs adhibita, in labia commutatur.
Sed & in ossibus concrescit, & in medulla
[illegible] fit, [illegible] cum neruis [illegible]
[illegible], ac simul cum superficie extenditur.
Simili modo in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gra-
[illegible].* Sic ille, quæ habentur verba-
tim apud Cæsar. Dialo. 3. tanquam
[illegible] Philosophorum essent;
& eadem etiam habet Nyssenus lib.
de hom. opificio cap. vltimo, qui il-
lum pluuiæ & agri cum succo nu-
triente & nostro (vt loquitur) agro
animato comparationem pulcherri-
mè prosequitur. Præterquamque veri-
que Clemens Rom. 8. recogn. & La-
ctant. de opif. Dei, cap. 11.

150 Quòd si postremam vegeta-
tiuæ vitæ facultatem, & quasi plan-
tam, inspicere & expendere placeret,
haberemus sanè ingentem seriem su-
spiciendorum summi opificis mira-
bilium: pulcherrimèque hoc ipsum
plantæ & fructus ex ea exortû simili-
tudine declarat Hippocrates lib. de
natura pueri. Et perpulchrè è contrà
Clem. Rom. spicæ ac plantarum nati-
uitatem è terra vuluæ locum tenente,
& semine humefacto, in similitudi-
nem natiuitatis humanæ procreati
declarat 8. recogn. sicut etiam paulò
post nostram procreationem cum
plantarum è terra procreatione con-
fert. Verùm ego quidem tam densos,
vt cum S. Ephrem dicam, miraculo-
rum Diuinorum imbres in hac con-
sideratione corporis nostri excipiens,
nô possum quin cum Theodor. serm.
3. de prouid. exclamem, *Totus sutto, &
animi dubius sum, quo pacto summum il-
lum creatorem meritis laudibus celebrare
possim. Omnem etenim mentis cogitatio-
nem, tanta prouidentia quam circa nos ge-
rit, varietas exuperat. Omnis etenim tan-
ta creatoris sapientiæ ordo, nec vlla tam
admirabilem corporum nostrorum fabri-
cam, dignè enarrare poterit.*

*De partibus humani corporis
nonnullis sigillatim.*

151 Quæ causa est cur ecuitate no-
lim accuratam singularum humani
corporis partium expensionem, ne
in immensum excrescat hæc nostra
Dei mirabiliû in visibilibus eius ope-
ribus consideratio. Ne tamen tantum
argumentû Diuinæ artis, in quo gra-
uissimorum & eruditissimorum cùm
Patrum tùm Philosophorum, indu-
stria, ac diligentia excurrere solet,
prorsus præteream, ostendámque nun
esse cur longè à nobis Deum quæra-
mus, dabo illustrissimum in hanc rem
antiquissimi naturalis Theologi lo-
cum, cui vice quasi commentarij sub-
iungam, indicando potiùs quàm in-
sta tractatione prosequendû, quæ alij
circa Dei mirabilia in hac parte tra-
diderant: secuti tamen Beati Ambro-
sij cõsilium, vt scilicet non tanquam

Medicos subsequar quæ naturæ latibulis abscondita sunt, quod infinitum esset, & ab instituto alienum. Sed ea tantùm attendam, quæ ad observationem Divinæ in hac parte sapientiæ, pertinent. Atque adeò eos tantùm allegabo qui ex tam solerti structura, assurgunt ad Deum: Non autem eos qui vel ibi sistunt, aut naturam tantùm hominis inspiciunt, quasi ipsa ex se fuerit.

Sic igitur philosophatur Trismegistus cap. 5. Pimandri. *Si per ea quæ terra sustinentur singula, & aqua profundo continentur, Deum artificem intueri volueris; age fili, circumspice humani corporis opificium, atque admiratione perdisce, quis tam pulchram imaginem condiderit, quis oculos sculpserit, quis nares, auresque formarit, quis labia diffiderit oris, quis nervos intenderit, atque ligaverit, quis irrigaverit venas, quis ossa compegerit solida, quis carnem pellicula operuerit, quis digitos articulisque distinxerit, quis fundamentum pedum extenderit, quis perforaverit poros, atque meatus aperuerit, quis splenem porrexit atque compressit, quis pyramidem impresserit cordi figuram, quis iecori latera tenuia struxerit, quis pulmonem finxerit fistulae, quis alvo capacem amplitudinem tradiderit, quis honoranda corporis membra in propatulo figuravit, quis obscœna in obscura penitus abdidit, atque ab aspectu verecundiæ velata secrevit? Vide quot Divinæ artis opera in una materia demonstrantur, singulaque pulchra, rectéque dimensa, omnia propriis tamen effigiata differentiis. Quisnam singula finxit? quænam mater, quisnam pater? Nonne hæc solus ipse invisibilis Deus cuncta propria voluntate molitus est.* Hæc Mercurius, quibus & quæ ad humani corporis venustatem ac elegantiam, & quæ ad omnes propè singulares partes spectant breviter complexus est. Nã cum auctore Nysseno libro de homi. opificio, cap. 3. omnes singulares corporis partes ad unam aliquam ex tribus classibus pertineant, nempe earum quæ collatæ sunt ad vitam, cuiusmodi esse aiunt cerebrum, cor, & iecur; & earum quæ collatæ sunt ad vitæ iucunditatem, inter quas numerat organa sensuum, ac denique earum quæ datæ sunt ad generis perpetuitatem: cùm inquam hæ sint classes ad quas singularia quævis membra pertinent, propè omnes aut etiam omnes si bene attendimus, complexus est Hermes verbis prædictis.

132. Ex elegantiam quidem, quam ille primo loco attingit, ex procera ac erecta statura, & harmonica partium dispositione commendat Cassiod. lib. de anima cap. 10. quo templi, (ut vocat) humanæ animæ, concinnitatem, & venustatem declarat. Eodem ferè modò philosophatur Lactantius lib. de opif. Dei, cap. 8. qui simul docent moneri inde hominem non abiici ad terrena, sed cœlestia inspicere. Quod pulchrè etiam prosequitur Chrysost. orat. 1. de providentia, & attigit Aristoteles 4. de part. cap. 10. passimque Ethnici cùm Philosophi, tùm Poëtæ. Optimè item Vitruvius lib. 3. cap. 1. ostendit *non posse ædem aliquam sine symmetria & proportione rationem habere compositionis, nisi uti ad hominis bene figurati membrorum habuerit exactam rationem.* Id quod ille exponit sigillatim. At Nazianzenus orat. 34. illud in hac hominis corporis elegantia, meritò suspicit, quòd tanta partium concinnitas, cùm non minori singularum ad varios fines utilitate, coniuncta sit, eaque lege servata partes aliquæ coniungantur simul & distinguantur, præcellant & dignitate inferiores sint, uniantur & distrahantur, contineant

nium & continentium. Neque verò ad pulchritudinem etiam duntaxat conferunt nobiliores & grandiores partes, sed minores quoque, imò quæ [illegible] partes sunt. Sanè [illegible] quibus [illegible] id in barba Epictetus apud Arrianum lib. 1. cap. 16. obseruat enim eam [illegible] vsum ad sexuum discretionem [illegible] pulchritudinem hominem, [illegible] longè magis quàm cristæ [illegible] gallo gallinaceo, aut iubæ leoni; ideoque eam vocat *Deum* [illegible] quid luci (vt ille vocat) maiorum operum appendicula [illegible]

Caput.

142 Iam quæ post humani corporis generatim propositam pulchritudinem, primo loco considerat Hermes, sunt partes capitis, quod est, [illegible] vt loquitur suprà Cassiod. cap. 15. aut vt ait Lactantius lib. de opif. Dei, cap. 10. [illegible] *Diuini operis quasi culmen.* Plato in 2. parte Timæi vocat, *membrum diuinissimum* [illegible] *Deus subiecit & parere iussit.* Pulcherrimè de eo præ cæteris philosophatus est S. Ambrosius 6. Hexaëmeri cap. 9. breuiter, sed insigniter quoque Chrysostomus homil. 11. ad pop. vsu & firmitatem ossium ad securitatem tam necessariæ partis, qualis est quam continet caput, nempe cerebri, & eorundem multiplicitatem miratur [illegible] collatam, vt suturis in capite locus esset ad perspirabilitatem & fuliginum expurgationem. Nec denique omisit quòd capillos acceperit, *tanquam naturalem galerum* (sic enim loquitur) ad cœli inimicas propulsandas, addo & ad venustatem quam caluitij indecora nuditas monstrat, vt bene aduertit Theodoretus sermone 4. de prouid. annotans caluos idcirco cogi alia quædam velamenta commentari, quæ capillorum vsum expleant. Idem est omniū sensu, nisi si cui caluitij pulchritudinem persuaserit Synesius. Et ita sanè communiri ac ornari decuit vel etiam oportuit, tantæ necessitatis & vtilitatis membrum, ac sedem omnium sensuū: locata enim in eo sunt omnia sensoria è quibus tria nominatim, vt in eis Deum suspiceret, delegit Hermes verbis allegatis; oculos, nares & aures, in quibus quinam insuper Dei artificis ingenium & artem suspexerint, indicatum iam suprà est.

Sed non est etiam omittenda labiorum diffensio & oris conformatio, quam attigit quoque idem Hermes: spectat enim & ipsa ad caput, & incredibile est quàm commodè ad concinnitatem & elegantiam seruiat, quàm aptè ad vsum duobus constantem officiis, nempe sumendi victus, & eloquendi, iuxta illud Platonis à Philone commendatum in Cosmopoeia cùm agit de septenario, *intrant per os mortalia* (esculenta scilicet & poculenta,) *exeunt immortalia* (id est orationes & verba homine digna.) Pulcherrimè vtrumque illud huius partis munus, & aptam eius ad vtrumque conformationem, expendunt Lactantius suprà c. 10. & Cæsarius dial. 3. & quod ad posterius officium spectat optimè quoque idem præstitit Theodoretus sermone 5. de prouid. ostendens artem hac in parte æmulatam esse hanc fabricam in tibiarum, & lyrarum, ac aliorum huiusmodi musicorum instrumentorum molitione) & Nyss. lib. de hominis opif. cap. 9.

Ex harum partium concursu, existit facies (inest enim iuxta Plinium lib. 11.

cap. 17. homini tantum, cæteris os aut rostra) hæc interfuit horologij, velut index, proposita in aperto est, vt notauit Meletius lib. de homine, capite de auribus, & naribus, *ferè enim animæ affectio vultu proditur*, ait Theodor. serm. 3. de prouid. *& animi motibus non modo facies color, sed & oculorum motus, & superciliorum item affectio consentaneè respondet. Et iram quidem insilientium oculorum terribilis visus notat, mansuetudinem verò grauissimè remissimeque, palpebrarum vaga visio simulantes arguunt; luctum autem, superciliorum in medio coitus prodit, & eorundem in altum resurrectio, fastum ostendit.* Pulchrè item Cassiodor. lib. de anima, c. 16. annotat ex hac parte cognosci qualis intus animus voluntasque versetur, & ideircò à voluntate vultum dictum, tanquam speculum voluntatis & animæ.

Nerui, venæ, ossa, cutis.

134 Subdit Hermes de neruis, venis, ossibus, cute. Venarum nomine iuxta antiquam appellationem, etiam quas passim arterias vocamus, complexus est. Quod ad venas & arterias spectat, obseruat diligenter ingeniosissimam, hominis (vt vocat) canalium & riuorum structuram, Theodoret. ser. 3. de Prouid. de ossibus quoque & neruis loquentem Meletius lib. de homine, capite de multiplici hominis facultate, imitatus Nyssenum, qui pereleganter ossium tanquam columnarum multiplicium, & neruorum spiritus eis suppeditantium, vsum & in vtrisque insigne artificis ingenium exponit libro de hominis opificio cap. 30. & ipse imitatus Clementem Romanum 8. recogn. cuius etiam ex parte verba vsurpat; Vnum hunc de tam multis ex Nysseno locis si adduxero non poterit nimium videri. Ita habet. *Fuerit operæpretium hoc loco naturæ artificium in corporis structura considerare. Nam cum ea quæ dura & [illegible] sunt, sensus alterius nullius admodum [illegible] est videre in corporis nostri ossibus, & in plantis, in quibus esse vitæ quædam [illegible] cio sane intelligitur ex eo quòd [illegible] scunt & nutriuntur, tamen solida [illegible] durities sensum non recipit: [illegible] erat quædam quasi cereum [illegible] sionum alterandi subiecti, quod possit eodem do velut impressas notas recipere, sic vt [illegible] animalem hominis corpus non consistere-tur: (quando humida res quod imprimitur, neque durare,) & ob immodicam duritiem non resisteret: (quando quod reddere nequit, notas per impressionem nullas recipit;) sed mediocriter esset tum mollitiem duram, vt animal, hac facultate inter cæteras pulcherrima careret, sensu videlicet motionis. At cum verò omne quod propria mollitudinis causa facilè eius [illegible] stibilior, si non etiam aliquam ex parte duritiei sit particeps, profecto ipse motus expers solutiorque [illegible] sit, instar [illegible] rum piscium [illegible] ideo corpori natura solida quadam esse indidit, eaque vicinis appositione harmonicè copulauit, & neruorum vinculis, commissuras horum constringens, ita deinde ea carne vndique obduxit, quæ & sensum capax foret, & superficie quadam contineretur, vt minus esset obnoxia motibus, ac paulo tensior. Solidis hisce ossibus, tanquam columnis quibusdam ædificij totius incumbit, corporis nostri impositum vniuersum. Neque verò in corpore carebat ei esse nobis, propterea quod necesse fuisset hominem omnis motus & actionis expertem esse, si eo pacto ipsum conformasset natura, quo arbores, vt semper consistentes in loco. Nam neque progressi potuisset, si crura non habuisset quibus sublata vicissim assurgeret, neque manibus vti administris. Nunc verò singulari naturæ artificio corporis organum & loco mouetur, & agendi est facultate prædictum, postquam ei per spiritus transitum neruis assidens, qui*

per

per [illegible] , [illegible] & [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible]. Hoc est quod [illegible] & [illegible], [illegible] [illegible] & [illegible], [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible]. Hoc [illegible] est [illegible], hoc capitis [illegible] [illegible] & [illegible], hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quasi quaedam per [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] quaedam passim per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sic est à natura comparata, ut [illegible] [illegible] propria [illegible], & singulis in membris per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Tandem tenuis pelliculæ seu cutis, qua omnes aliæ partes claudûntur, opportunitatem , & artificis in ea conferenda sapientiam, rectè æstimabit qui aduerterit non defuisse , quibus, vt Plinius lib. 11. cap. 45. meminit visum sit , bruta , cute operimentisque corporum magis aut minùs bruta esse. Tanti refert eam partem, (non enim de extima pruelus & excrementitia cute agimus , quæ pars non est,) minimè crassam, sed tenuem & perspirabilem esse. Et hinc imprimis fabricam hominis suspicit Hugo Ether. de regressu animarum cap. 8. verbis illis. *Mirabiliter homo conditus est. Nimirum non solum ad decorem, verùm etiam vt in sensibus per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] animalia , cùm sit [illegible] [illegible] , [illegible] [illegible] & alia quæ [illegible] [illegible] [illegible]. Neque [illegible] pilis vt [illegible] , [illegible] , [illegible] , atque [illegible]: Neque [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible]: neque [illegible] [illegible] [illegible]. Hoc est quod [illegible] [illegible], quia leui pelle , vt expeditiùs sentiret , sunt ambitus.*

Manus & pedes.

151 Pergit Hermes ad manus & pedes. De manibus luculenter Aristoteles 4. de part. cap. 10. Galenus lib. 1. de vsu partium, Cassiodor. cap. 10. de anima , Lactant. de opif. Dei cap. 10. *sub finem*. Nemes. lib. de homine c. 27. & incomparabiliter. Theodor. serm. 4. de prouid. manuum aptissimam structuram , & innumeros ad tam multa artificia vsus , diligenter prosequitur; illudque etiam quod præ consuetudine non miramur , tametsi reuera admirabilissimum est , nempe quòd manuum beneficio absentibus conuersamur, & qui longis terrarum interuallis distamus , animorum sensa nobis inuicem per manus transmittimus, ancillante sermoni non linguâ , sed dexterâ , orationisque vehiculo vtentes non ore sed manu , & vt Nyssenus lib. de hominis opif. cap. 8. loquitur, manibus inter nos differentes. Ac etiã vt addit Cassiod. cap. 10. de anima, alteram & firmiorem memoriam per manus habemus , dum scripta retinemus , quæ aliàs exciderent. Sed illud omnino singulare quòd accuratè prosequitur Nyssenus ibidē , quem citat etiam approbatque Meletius lib. de hum. pag. 124. nempe quòd manus ad vocis humanæ formationem summoperè conducunt. Nam nisi manus homini datæ fuissent, carpendus ei per labra cibus fuisset, quæ proinde dura & crassa conferri oportuisset. Linguam quoque vel earum amplam, solidam, asperam, quæ vnà cũ dentibus comminueret quicquid ori iniectum foret, vel contrà mollē versus latera, fluidámque , cuiusmodi est canum lingua , quæ partes sic conformatæ ad vocis articulationem ineptæ fuissent. Atque ita aut balandum homini, aut expressandum , aut latrandum, aut hinniendum, aut rudendũ, boandūmve , ac denique inconditio aliquo tali sono vtendum fuisset, si manibus caruisset.

caruisset. Et ideircò Nyssenus eas præcipuè ad vocis vsum collatas arbitratur. De pedibus quibus tanquam fundamento tota hominis moles nititur, accuratè Meletius sub finem libri de natura hominis, miratus tam solertem, tam multarum partium coagmentationem, ossiumque præsertim aptè ad diuersos animalis motus efficiendos, incardinationem. Duos autem tantùm homini collatos expendit S. Ambros. 6. Hexaëm. cap. 9. vt se volatile esse meminerit. Manuum & pedū extrema vngues sunt, de quorum vsu ad firmandum & armandum animal, luculenter Nemes. lib. de hom. c. 28. *in fine*.

Meatus insensibiles in partibus.

136 Iam verò mirum alicui videri poterit, quòd post tam illustrium partium structuram, meminerit Hermes pororum siue insensibilium meatuum, quibus artifex noster, locum in corpore esse voluit. Fuisse tamen tam corpori pernecessariam, & ad eius conseruationem valdè opportunam, certissimum est. Siquidem in tanta caloris & humorum copia, multæ fuligines & excrementitij vapores coaceruantur, *qui* nisi per eas vias excernerentur, exitium viuenti pararent. Adhæc vt expendit Theodor. ser. 3. de prouid. interuentu huiusmodi meatuum, spiritus ad sanguinem & hic vicissim ad spiritus commeant: Item ex communibus alimenti proximi promptuarijs, seu ex venis humor per has vias ad partes alendas appellit, & quidem non irruptione subita, quæ posset innatum parti calorem opprimere, & vim altricem parti insitam obruere, sed sensim affunditur, ac velut instillatur, quo & commeatus parti sustentandæ necessarius non desit, & nullum ex nimio cibi appulsu incommodum inferatur, quale in lampadibus ex nimia olei affusione conceptam in ellychnio flammam suffocantis, deprehendimus.

Vniuersa pectoris crates.

137 Subijcit Mercurius, splenem, cor, iecur, pulmones, aluum, hoc est, vt cum S. Ambrosio loquamur 6. Hexaëm. cap. 9. vniuersam pectoris cratem, ventrisque mollitiem. Structuram omnium illarum partium, & insigne in singulis artificium idem S. Ambros. eo loco obseruat, & pulcherrimè Plato initio quartæ partis Timæi. Fusiùs de iisdē disserit Lactant. lib. de opif. Dei à cap. 11. & Clem. Rom. 8. recogn. *sub medium*, ac nominatim de corde Chrysost. hom. 11. ad pop. firmam eius structuram & aptam ad perennem motum conformationem inspiciens, quod facit etiam Theodor. ser. 3. de prouid. & plenius Nyss. de hom. opif. c. 30.

Partes obductæ, aut à visu semotæ.

138 Ad extremum recenset Hermes partes illas quas prouidus artifex, aut velauit, aut procul à visu semouit. Priores sunt partes speciei conseruandæ seruientes, quas naturalibus & sponte natis velamentis contegit natura in illis quibus iam firmior est cognitio, vt elegantissimè tradit Theodoretus ser. 4. de prouid. In his verò partibus mirabile Dei institutum elucere notat Lactantius lib. de opif. Dei cap. 12. quod ad generis conseruationem duos sexus machinatus sit, cætera similes, nec nisi harum partium structurâ differentes. Id quod etiam luculenter expendit Clem. Rom. 8. recogn. *tanquam magnum, vt ait, prouidentiæ testimonium*. Et idem fuit Aristotelis sensus, vt constat ex 1. Oeconom. cap. 3. & 1. de gener.

gente.c.19.Illarum verò aliarum partium quibus incrementa egerunt, quum à viso, praeclarè exaggerauit Theodor. serm. illo 4. bemiter, sed & Theodor. serm. illo 4. & Hexaem. c.9. De pulchrò Ambrosius Hexaem. c.9. *Dedarò (inquit) creator noster, dulius vidè (inquit) creator noster , dulius gulumen tribuit hominis aurem , ut dum aliarum partium humanarum affectum.* Addit quae captissum id finisse ostium illi in posteriori parte, quod inferat Dominus in Noë arca fieri. Id quod expertus lib. de Noë & arca cap.8. vbi Platonem laudat, à quo hoc ipsum Creatoris nostri consilium animaduersum esse ait (nempe in Timaeo parte 4. initio) fuisse autem arcam illam humani corporis velut imaginem fusè ibidem prosequitur à c.6. ad 9. imitatus (vt saepe alias) Philonem Iudaeum. Quem tamen ea ipsa quam reddimus alibi transuersa expositione, non inuento alio sic erasse, ausum exscidere, ausum scribere, ausum dicere, reprehendit S. August. 12. contra Faustum, c.39. asserens inde apparere quantum interfit Scripturas à Christiano aut alio quouis tractari. Non negat tamen Augustinus Philoni debitam commendationem, tanquam homini liberaliter erudito, & cuius eloquium Graeci Platoni aequare non dubitarent. Mirabile verò insuper est Diuinum illud artificium, quod in hoc posteriori genere partium obseruat Nemes. cap.27. de homine. Cùm enim cap.26. distinxisset motus quos elicimus in naturales qui sine electione & consilio fiunt, velimus nolimus, & animales qui fiunt ex electione & consilio, subdit capite illo 27. *At Deus summa sua prouidentia cum naturalibus, animae opera; & vicissim, cum animae operibus, naturalia coniunxit. Quumquam enim studio reliquarum sibi & potiuntur, depellendi famulatus est, quae vere est de naturalibus viribus, ut praeter electionem & voluntatem nostram aliquid inhibere agamus, si vel ubi non oportet vel sinerent agamus, si vel ubi non oportet vel sequentius excernamus, tandem quosdam profecto deprehendimus molestabis, & ita naturà operante animae effectu, essent. Nam hanc ob causam & saepe diu sufficere depulsiones possumus.*

Nihil in hominis structura non dignissimum laude.

139 Lubet hîc concludentem Trismegistum imitando, exclamare verbis Cassiodori c.16. de anima, *O formam Opificis creaturam mirabilem!* Nam vt ille verè affirmat, *nullum corpus animalis in tantam mysteriorum significationem formatum est. Omnia in hominis corpore praeeminêtia: & cùm membra singula, diuersa corpori praebere videantur officia, aliudque nobis sublime, aliud mediocre, aliud sit in extremo constitutum, in tantam tamen complexionis gratiam conuenerunt, ut omnia sibi necessaria, omnia probentur accommoda.* Vt manifestè appareat iure conclusisse Galenum in fine operis de vsu partium, tantam & tā multae solertiae ac ingenij structuram, non alium quàm Deum habuisse conditorem, iureque homini fabricam hanc suam minimè recenito, exprobrare Epictetum apud Arrianum lib.2. c.8. *Talis artificii cum sis opificium, quare te ipsum dedecoras?* & Anaxagoram in Moralibus apud Fulgentium de prisco sermone; *Fabrè compactum animal quis ferat sic esse peccatum! Quis extrorsicassis tam artificiose hancce eiusmodi tenuitatem?* Nec abs re Cyrillus Hierosolym. catech.4. expensâ corporis structurâ, inuehitur in haereticos eam criminatos, & Deo opifice dignam inficiatos. *Non patiaris (inquit) tibi à quoquam persuaderi, quod alienum sit à Deo corpus hoc. Qui enim alienum esse à Deo corpus credebant, tanquam alieno quodam vase, in scortationem ipso facilè abusi sunt. Quid autem*

damnabilis in hoc admiranda corporis? Quæ pulchritudo illi dedit? Quid non est in illius compositione artificiosum? Numquid non debebant splendidissimam oculorum constructionem considerare? Quomodo autem à lucere possit, citra vllum impedimentum auditum suscipiunt? Et quemadmodum olfactus quidem odores suscipit, & tum aliorum discernendorum habet? Lingua verò, quomodo cibos dandos seruit, & gustui & sermoni? Quomodo palato in abstrusis positus locis, insensibilem tamen habet aeris respirationem? Quis assiduam cordis palpitationem condidit? Quis venas & tandem arterias dispersit? Quis ossibus neruos, seu robur inseruit? Quis partem quidem cibi in substantiam partem verò in aptam egestionem discernit? & membra veranda in connexionibus occultauit bene? Quis defectuum humanam naturam, per facilem commutationem, indeficientem constituit? Non ergo corpus attinsi. Sed dimissis litibus & inopportunis querelis præstat Galeni loco citato exemplum sequi, Deóque opifici nostro hymnum pangere. Nam quando desinimus admirantes tantum opificium, quid aptius pro clausula adhiberemus quàm collaudationem tanti opificis. Præibit verba Epictetus apud Arrianum, l.1. cap.16. *An precor vel dignitas pulchras, hæc possunt oratione satis vel laudari, vel repræsentari? Nam aliud quid oportebat nos (siquidem intelligentia in nobis est quædam) publicè & priuatim facere, quàm laudare ac celebrare numen, atque pro beneficijs in nos collatis gratias agere? Nonne & fodientes decet, & arantes & comedentes, canere hymnum Deo? Magnus Deus, qui nobis instrumenta hæc quibus terrã colerenus, exhibuit: Magnus qui nobis manus dedit, item vt gula deglutire possimus, qui ventrem, qui incrementa corporis occulta, qui vt stertus somno possemus spirare effecit. Pro his vniuersis laudare Deum decebat, at præstantissimum diuinissimúmque hymnum canere, confessionem hanc expromeremus, quòd rerum dederit nobis facultatem intelligentem hæc omnia, ac certa via vtendi percipientem.*

Hanc mihi considerandi in singulis humani corporis partibus Diuini artificij rationem iucundam esse censui, ne in immensum excurrere cogerer, præsertim quia quantacunque afferre possem, superessent semper innumera, quæ exactè obseruare sapientiam humanam superat. *Vt solus homini* (ait S. Chrysost. homil. 12. ad popul.) *cum diligentia expressionem percurramus, cum diligentia dico mihi possibili, non illa vera diligentia: nam esse multas fallaciones rationis docemus, sunt tamen & alia plures arcana, quæ qui fecit, nouit Deus. Non enim omnes ipsi scimus. Vt igitur omnem hominis formationem cum diligentia percurramus, & in vnoquoque membro sapientiam inueniamus, & neruorum, venarum, arteriarum distributionē, situm, aliarúmque omnium formationem consideremus, nec annus integer nobis ad hanc expositionem sufficiet.*

De hominis anima, & præcellentia rationis.

140 Subdamus breuiter pauca de principe hominis parte, in qua viget intellectus seu ratio, hæc enim si abesset locum aliquem nacti viderentur Plinius in proœmio libri 7. & Lucret. l.5. ac Tullius 3. de Republica referente August. 4. in Iulian. c.12. & alij quos acriter excipit Lactant. l. de opific. Dei, c.3. & 4. conquesti de naturæ in hominem iniquitate ac duritia. *Equidem* (ait Sidonius Apollin. l.7. epistol.14.) *si humana substantia rectius mihi quàm minus considerata est, plurimùm agnere, quod secundum corpulentiam, per spatia quamuis porrecta similem, ac homines moriuntur, quo nihil æquè miserum, destitutúmque*

rationisq;

[illegible] nascendi conditio produxit [illegible] cum prodeat tanquam ab aduerso, [illegible] [illegible] pilos, [illegible], [illegible] plumis vestita [illegible] : quibus [illegible], vel tam vel infirmare, vel repellant, cornua, dentes, vngues arma [illegible] ingenita sunt : membra verò nostra in hanc genita sunt [illegible] [illegible] sola [illegible] [illegible] [illegible] cæterisque [illegible] [illegible] [illegible], multifariè natura præsidia, quasi [illegible], [illegible] mater occurrit, humana [illegible] parentis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Similia [illegible] Nyssen. lib. de hominis opif. c. 7. At cùm animam ratione præditam, huic ipsi quantumuis fragili ac luteo vasculo immissam, eiúsque insignes perfectiones ac dotes attendimus, tollitur omnis cauillandi occasio, & euidentissimè apparet quantum nõ modò animâ (quod non debet in controuersiam vocari,) sed etiam corpore, beutis præcellamus; & illis ipsis dotibus quas naturæ parens Deus, brutis largiùs, nobis parciùs, contulisse alioqui videretur, vt optimè expendit Chrysost. homil. 11. ad populum *sub finem.* Hominis enim corpus quatenus animæ subest, & ab ea dirigitur ac munitur, tam aptum est ad omnia munera, tam munitum contra omnes iniurias vt pro miraculo esse possit. Quod attigit Socrates apud Xenoph. lib. 1. de dictis & factis Socratis num. 425. & Chrysost. orat. 1. de prouid. *in fine,* latéque & benè prosequitur Auctor Theologiæ Ægypt. l. 12. cap. 2.

142 At enim vt ad corpus de quo suprà satis multa dicta sunt non regrediamur, facile est animæ nostræ consideratione tanquam vehiculo in Deum ferri, si præcellentiam rationis illi insertæ inspiciamus cum Nyssen. orat. in eos qui ægrè ferunt reprehensiones, initio. *Pers (inquit) Diuina & sacra res est enim eximia Dei possessio, quæ non aliunde accessit, sed est coniuncta, connexa & contemperata, ex [illegible] præstantissimum quod [illegible] ab [illegible] : [illegible] [illegible] ad Dei similitudinem. Hac [illegible] ab alijs differt [illegible], & Diuina, quæ cæteris præstat, dat propriam accepit formam & characterem, cum in alijs, [illegible] magnam habeat communionem. Figura enim oculorum, carnis [illegible], cutisque superficies, & quæ latent in ventre, nequaquam hominis insigne [illegible] quod ornamentum & decus afferunt. Nam & in terrestribus & aquatilibus, & volatilibus, & in omnibus vt semel dicam, animantibus, illorum cernitur participatio. Hæc autem reddit omnium principem & planè beat, quod Deus habens affatim [illegible], nobis parum est largitus : vt illam primam [illegible] & agrestiorum rationem, rationis [illegible], & sic colamus eum qui tam pulchrè sua nos ornauit gratia. Ratione sumus fortibus fortiores, cum simus corpore imbecilli, & in seruitutem omnia redigimus, & vsui nostro ministrare cogimus. Extantes domamus, & iugo subiungimus, & efficimus vt aratra, terram proscindant: & equum celerem habenis [illegible] reprimentes, reddimus obedientem, & tardum asinum fustis vrgentes, facimus celeriorem : multásque percaticas [illegible] trahere & onera ferre cogimus. Elephantorum autem carnis vastam molem, & camelorum magnitudinem calide & [illegible], & deducimus ad id quod nobis videtur. Hinc & profunda transimus, & paruo ligno arte gubernandi ferri, ingredimur maria ad quæ non patet aditus, & illinc [illegible] terram non habentes signa, quando nostrum cœli stellarum fugit terra, signis cœli tutò ducuntur, & Nautæ, sicut Magis, dux est stella. Cœli autem inuenta est latitudo stellarúmque figura & numerus, & [illegible] quanta sit magnitudo, & quod interuallum, Lunaque descriptio, & significatio, & quid*

Soli accidat vt aliquibus temporibus abscondat radios. Iam verò de terræ motu quoque philosophamur. Sentimus ventorum flatum, & imbres futuros diuinamus: & iis quæ è terra nascuntur intimum adhibentes, herbarum naturas examinamus: & aliam quidem pronunciamus esse valetudini salutiferam, aliam autem esse soporiferam ei qui non possit dormire, aliam mederi hepati, & aliam splenis tumorem deprimere. Mitto scientias, relinquo artes necessarias, & quæ sunt excogitatæ ad omnes delitias, variorumque studiorum & exercitationum ambitum. Hæc Nyssenus, qui etiam subiungit hominem rationis interuentu, vi agendi & efficiendi celeritate pollere, valereque memoria, & cùm hîc sit, aspicere ea quæ sunt alibi.

141 His similia ac etiam multò plura legere licet apud alios qui de animæ rationalis, vel hominis propter eam dignitate ex professo tractant, ac nominatim quod breuiter attigit Nyssenus de imperio illo quod per rationem nanciscimur erga quæcumque bruta quantumuis efferata, & iugum pati insueta, luculenter expendunt & amplificant Basil. hom. 10. Hexaëm. Theod. serm. 5. de prouid. Philo elegantissimè in Cosmopœia, cùm tractat causas cur homo post omnia animantia productus sit, & Pelagius hæresiarcha epist. ad Demetriad. (*quæ* habetur tom. 9. Hieronymi) idcirco dicens hominem exterius inermem, omnium optimè intus fuisse armatum, interuentu rationis & prudentiæ, quibus cetera animalia quantumuis naturaliter armata, regit vt libet. Quod item idem Nyssenus addebat de scientiis excogitatis ab homine, rectè ponderat S. Basilius in c. 2. Isaiæ ad illud *inclinauit se homo*, & Cassiodor. c. 7. libri de anima, ac Seneca 5. natural. quæstionum. Prætereà quod subdebat de admirandis artibus, eloquentissimè tractat Theodoret. serm. 4. de prouid. additque, & validè exaggerat Cydonius Græcus scriptor orat. de contemnenda morte, non artes modò ad necessitatem seruientium opportunas, sed etiam ad delitias, & multas non necessarias commoditates, fuisse rationis interuentu excogitatas, cùm bruta vi naturalis illius sagacitatis & vmbræ rationis qua pollent, solis necessariis prospiciant, nec scientiis tantùm, sed & artibus careant, & vtrarumque fructu. Vt meritò proinde Sebundius tit. 63. dicat *totam scientiam & claram cognitionem hominis de seipso in hoc consistere, vt homo consideret se cum aliis animalibus*, sic enim agnoscet naturæ suæ præcellentiam & diuitias. Quod addebat Nyssenus de rationis celeritate, & hominis quasi immensitate propter rationem omnia momento peruagantem, & se sistentem vbi libet prout voluntas tulerit, breuiter sed eleganter attingitur à Trismegisto c. 10. Pimand. in fine, & optimè etiam c. 5. Asclepij, copiosiùs autem & ornatissimè tractatur à D. Ambrosio 6. Hexaëm. c. 8. Lactantio de opif. Dei, cap. 16. Philone lib. de nom. mutat. ad illud, *dixit an centenario nascetur filius*, & à Theodoreto serm. 3. de prouid. Ex quibus Philo & Theodoretus animæ celeritatē quorumuis volatilium pernicitati præferunt, imò Theodoretus ipsius etiam Solis celeritati eam anteponit, proindeque non esse nobis de alarū materialium defectu conquerendum infert idem Theodoret. ibid. serm. 5. Additque auctor libri de cognit. veræ vitæ c. 8. animam propterea censendam esse non modò Sole, sed etiam toto mundo maiorem, intelligendi magnitudine, cùm eum comprehendat cogitatione.

Iam modus per hanc facultatem hauriendi ex rebus corporeis notitiā,

indice

in hoc Epicteto apud Arrian. l. 1. c. 6. sufficientissimum est argumentum ad colligendum Deum. *Natura* (inquit) *& intelligentia nostra hac est natura & intelligentia, ut per se ipsa rebus sensum pellentibus applicari non possit, nec speciem transferendi: quae in ea quærat, sed ex his singula quædam sumpsimus, detrahimus aliquid, & addimus alterum, & componimus admirandum quid, & componimus admirantes, & mehercule subinde ratiocinantes, & per Deum, ex uno in aliud digredimur per intelligentiam quæ repræsentantur nobis. An hæc quidem satis non sunt quibusdam, ut moveantur atque instigentur, quominus desinant opificem? vel exponant saltem nobis, quid sit factum: vel exponant saltem nobis, quid sit tandem, cum fabricaverit omnia ipsa efficiuntur: vel quomodo credendum fieri posse, ut admiranda hæc & artificiosa, temere casuque efficiantur?* Sic Epictetus qui subdit nobis solis, tanta & tam mira Dei opificia advertere & mirari concessum esse, *& Deum introduxisse hominem ut spectatorem, ut intellectorem operum suorum, ac non spectatorem solum, verum etiam & interpretem.* Hæc ille merito summæ iam olim etiam apud Ethnicos admirationis, quòd sic, ut Origenes 6. contra Celsum testatur, ex eius lectione proficere sentirent.

Rationem & etiam visum consequitur voluntas libera, cuius ut Tertullianus 2. in Marcion. loquitur, *liberi arbitrij emancipati à Deo boni* quanta sit dignitas, nihil attinet exponere. Inde certè fieri ut cælum non sit merum Dei beneficium, sed etiam premium virtutis, affirmat Nazianzen. orat. 1. & 31. & 38. Nyssen. hom. 1. de hom. opific. *sub finem*, & Cyrillus 8. in Iulian. *sub finem.* Malè verò aliquos ex voluntatis defectibilitate arguisse Deum, convincunt illa Nemesij l. de hom. cap. 41. *Qui Deum accusant quòd hominem non creavit talem, ut in eum vitium cadere nullum posset, sed liberæ voluntatis effecerit imprudentes Deum accusant, quòd rationis compotē, ac non à ratione vacuum, hominē genuerit. Necessarium est enim alterum de duobus, aut rationis expertem esse factum, aut si rationis esset particeps, & in rebus agendis versaretur, esse libera voluntate. Necessariò igitur omnis natura rationis particeps, libera voluntate est, & sua natura mutabilis.*

Optimè homini à natura auctore provisum.

145 Ex his facilè est, tum inventam sæpe calumniam de hominis neglectu præ ceteris animalibus, depellere, tum in Deum hominis opificem inde assurgere. Primùm hoc præstitit Lactantius sæpe citatus. Ego paucis ex Seneca adductis idem exequar. Ita habet 2. de benef. c. 29. *Vide quàm iniqui sint Divinorum munerum æstimatores, etiam quidā professi sapientiam. Queruntur, quòd nō magnitudine corporis æquemus elephantos, velocitate cervos, levitate aves, impetu tauros: quòd solidior sit cutis belluis, decentior damis, densior ursis, mollior fibris: quòd sagacitate nos narium canes vincant, quòd acie luminum aquilæ, spatio ætatis corvi, multa animalia nandi facilitate. Et cùm quædam ne coire quidem in idem natura patiatur, ut velocitatem corporū & vires pares animalibus habeamus, ex diversis ac dissidentibus bonis hominem non esse compositum, iniuriam vocant: & in negligentes nostri Deos querimoniam faciūt, quòd non bona valetudo, & vitijs inexpugnabilis data sit; quòd non futuri scientia. Vix sibi temperant, quin eousque impudentiæ provehantur, ut naturam oderint, quòd infra Deos sumus, quòd non in æquo illis stetimus. Quanto satius est ad contemplationem tot tantorumque beneficiorum reverti, & agere gratias, quòd nos in hoc pulcherrimo domicilio voluerunt secundas sortiri, quòd terrenis præfecerunt! Aliqua animalia comparat nobis, quorum pote-*

ſtas perpeti non eſt) Quicquid nobis negatum eſt, dari non potuit. Proinde quiſquis es iniquus æſtimator ſortis humanæ, cogita quanta nobis tribuerit parens noſter, quanto valentiora animalia ſub iugum miſerimus, quanto velociora conſequamur, quam nihil ſit mortale, non ſub ictu noſtro poſitum. Tot virtutes accepimus, tot artes, animum denique, cui nihil non eodem quo intendit momento peruium eſt, ſideribus velociorem, quorum poſt multa ſæcula futuros curſus antecedit: tantum denique frugum, tantum opum, tantum rerum aliarum ſuper alias aceruatarum. Circumeas licet cuncta: & quia nihil totum inuenies, quod eſſe te malles, ex omnibus ſingula excerpas, quæ tibi dari velles. Ita bene æſtimata naturæ indulgentia, confitearis neceſſe eſt, in deliciis te illi fuiſſe. Ita eſt. Chariſsimum nos habuit Deus, habetque. Hactenus ex Seneca. Tantam igitur, & tam nobilem, tamque nobilibus dotibus pollentem ſubſtantiam, meritò Triſmeg. c. 11. Pimand. S. Baſil. in illud *attende tibi*, & Anſelm. c. 64. monolog. aſſirmant eſſe aptiſſimam ſcalam qua ad Deum hinc ſuſtolli poſſumus, eò quòd ex tot ac tantis eius perfectionibus, facilè liceat deprehendere dari aliquod primum tot perfectionum exemplar, in quo illæ eſſentialiter exiſtant, & ſecretæ à mutabilitate ac defectibus quibus in anima noſtra commiſcentur.

Et hactenus circumiuimus vniuerſum hunc viſibilem mũdum, quod faciendum monet Auguſt. in Pſalmum 26. ad illud, *circuiui & immolaui*, vt vocem illam à creaturis omnibus, vt idem Pater addit, prodeuntem DEVS ME FECIT, exaudiremus, & quod ſapienter monet idem Auguſtinus poſt expenſam huiuſmodi vocem, hymnum eidem cognito pangeremus.

Iudicium de argumentis ad Dei exiſtentiam inferendam ex ſenſibili creatura hactenus ductis, & breuis eorundem ſumma, &c calumniarum depulſio.

144 Hæc argumenta ex mundi creatione, conſeruatione, adminiſtratione, & exornatione ducta, quæ vt initio dicebam, Philo libro de præmiis appellat cœleſtes ſcalas, quibus ad opificem tenditur, magni omnino facienda ſunt, vt etiam initio monui. Nam S. Paulus Actor. 17. idcircò ait Deum non longè eſſe ab vnoquoque noſtrûm, id eſt facilè poſſe cognoſci: & ex iiſdem argumentis Actor. 14. probatur Deum non reliquiſſe ſeipſum abſque teſtimonio, *Quod eſt,* (inquit S. Proſper 2. de vocatione gentium, cap. 4.) *hoc teſtimonium, quod ſemper Dominus adhibuit, & nunquam de ſua bonitate ac poteſtate conticuit, niſi ipſa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & innumerabilium beneficiorum eius diues & ordinata largitio, per quæ humanis cordibus quædam æternæ legis tabulæ præbebantur, vt in paginis elementorũ ac voluminibus temporum communis & publica Diuinæ inſtitutionis doctrina legeretur.* Pulcherrimè eundem locum ad hoc propoſitum tractat S. Athanaſius orat. contra idola *poſt medium.* Ibi ſunt nutus quibus ſe Deus nobis innuit, ait S. Auguſt. 2. de libero arbitr. c. 17. quem imitatur S. Gregorius 26. Moral. cap. 8. vocans creaturas nutus Dei, & lib. 5. cap. 20. elegantiſſimè oſtendẽs has eſſe veras Diuini ſilentii. Imò hunc eſſe clamorem quo nobis denunciatur Dei exiſtentia, ſuprà dixi ex Auguſtino, loco quem allegaui ferè initio huius articuli, & in Pſalm. 148. ad illud, *Confeſſio eius ſuper cœlum & terram.* Et ſimiliter loquitur Plotinus

Plotinus Enneade 5. lib. 2. cap. 3. Haec Dei posteriora, ut ait Nazianz. orat. 2. de Theolog. n. 6. id est, ut ipsemet exponit, signa & argumenta, quae eum nobis indicant, quemadmodum umbrae illae Solis & imagines quae in aquis cernuntur, Solem infirmis oculis repraesentant. Uberius haec omnia tradunt praeter citatos Theophilus Antiochenus 1. ad Autolicum, Nyssen. dialogo de anima, *paulo post initium*, Clemens Romanus 8. recognit., Epictetus apud Arrian. lib. 1. cap. 6. & l. 2. c. 14. *in fine*, & elegantissimè Philo libro 1. de Monarchia *circa medium*, & *in fine Cosmopoeiae*, ac verbatim etiam hic adscribendus S. Chrysostom. nisi prolixitas obstaret, homil. 19. in ad Ephes. inter med. & homil. 9. & 10. ad popul. & in Psalm. 110. ad illud, *in omnes voluntates eius*, ubi concludit universum corpus creaturae esse homini pro libris & literis, in quibus Dei opificis artem legat. Cuius libri prae caeteris libris excellentiam & facilem usum exaggerat homil. 9. ad pop. & Basil. homil. 1. Hexaem. Haec igitur causa fuit cur in mundi visibilis maioris ac minoris, & utriusque partium consideratione, visum fuerit aliquandiu haerendum. Non enim possunt non censeri validissima ad Dei existentiam probandam, argumenta illa, quae ad hoc ipsum subministrat veritatis spiritus, & in quibus ad hoc ipsum urgendis eiusdem spiritus organa, sancti Patres, tam diligentem operam navarunt.

145 Quia verò prolixitas, & tot argumentorum multitudo, videri alicui posset minus commoda, apponam eorum omnium brevem summam ex Minutio à num. 14. *Mihi videtur* (inquit) *qui hunc mundi totius ornatum non Divinae rationis perfectum volunt, sed frustis quibusdam temerè cohaerentibus conglobatum, mentem, sensum, oculos denique ipsos non habere. Quid enim potest esse tam apertum, tam confessum, tamque perspicuum, cum oculos in coelum sustuleris, & quae sunt infra circaque lustraveris, quàm esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo omnis natura inspiretur, moveatur, alatur, gubernetur. Coelum ipsum vide, quàm latè tendatur, quàm rapide volvatur, vel quod in noctem astris distinguitur, vel quod in diem Sole lustratur, Iam scies quàm sit in eo summi moderatoris mira & Divina libratio. Vide & annum ut Solis ambitus faciat, & mensem, vide ut Luna auctu, senio, labore circumagat. Quid tenebrarum & luminis dicam recursantes vices, ut sit nobis operis & quietis alterna reparatio? Relinquenda verò Astrologis prolixior de syderibus oratio, vel quòd regant cursum navigandi, vel quod arandi, metendique tempus inducant. Quae singula non modò ut crearentur, fierent, disponerentur, summi opificis & perfectae rationis eguerunt, verùm etiam sentiri, perspici, intelligi, sine summa solertia & ratione non possunt. Quid cùm ordo temporum hoc frugum stabili varietate distinguitur, nonne auctorem suum parentemque testatur? Ver aequè cum suis floribus, & aestas cum suis messibus, & autumni maturitas grata, & hyberna olivitas necessaria. Qui ordo facilè turbaretur nisi maxima ratione consisteret. Iam providentiae quantae ne hyems sola glacie ureret, aut sola aestas ardore torreret, autumni & veris inserere medium temperamentum, ut per vestigia sua anni revertentis occulti & innoxii transitus laberentur. Mari intende, lege litoris stringitur, quicquid arborum est vide quàm è terrae visceribus animatur. Aspice Oceanum, refluit reciprocis aestibus: vide fontes, manant venis perennibus: fluvios intuere, eunt semper exercitis lapsibus. Quid loquar aptè disposita, recta montium, collium flexa, porrecta camporum? quidve animantium loquar adversus sese tutelam multiformem?*

alias armis munitas cornibus, alias dentibus septas, & fundatas unguibus & spiculatas aculeis, aut pedum celeritate liberas, aut elatione pinnarum. Ipsa praecipuè forma nostra pulchritudo Deum fatetur artificem, status rigidus, vultus erectus, oculi in summo velut in specula constituti, & omnes caeteri sensus velut in arce compositi. Longum est ire per singula. Nihil in homine membrorum est, quod non & necessitatis causa sit, & decoris, & quod magis mirum est, eadem figura omnibus, sed quaedam unicuique liniamenta deflexa: sic & similes universi videmur, & inter se singuli dissimiles invenimur. Quid nascendi ratio, quid cupido generandi? Nonne à Deo data est, & ut ubera partu maturescente lactescant, & ut tenera soboles ubertate lactei roris adolescat? Nec universitati solummodo Deus, sed & partibus consulit. Britannia Sole deficitur, sed circumfluentis maris tepore recreatur. Aegypti siccitatem temperat Nilus amnis, solet Euphrates Mesopotamiam, pro imbribus pensat. Indus flumen & serere orientem dicitur & rigare. Quod si ingressus aliquam domum, omnia exculta, disposita, ornata vidisses, utique praeesse ei crederes dominum, & illis bonis rebus, multo esse meliorem. Ita in hac mundi domo; cùm caelum terramque perspicias, providentiam, ordinem, legem; crede esse universitatis dominum parentemque, ipsis sideribus, & totius mundi partibus pulchriorem. Haec ille.

126 Neque verò post non indiligentem pro tenuitate nostra mirabilia Dei opificij expendentem, curandae admodum videntur nugae veriùs quàm obiectiones Lucretij, qui libro 5. *non multum ab initio* ut argumentum ad Dei existentiam comprobandam ex mundo & creatura visibili petitum, infringeret, & omnia ad naturam seipsa existentem revocaret, obiicit quaedam in mundo incommoda & absona, quasi inde colligi possit mundum non esse à Deo factum, aliqua imperfectiora in illo conspiciuntur. En spurcissimi celatam e-scriptoris, post multa contra religionem & mortalium de eo opinionem.

Quod si iam rerum ignorem primordia quae sint,
Hoc tamen ex ipsis caeli rationibus ausim
Confirmare, aliisque ex rebus reddere multis,
Nequaquam nobis Divinitus esse paratam
Naturam rerum, tanta stat praedita culpa.
Principio quantum caeli tegit impetus ingens,
Inde avidam partem, montes, sylvaeque ferarum
Possedere, tenent rupes, vastaeque paludes,
Et mare, quod latè terrarum distinet oras.
Inde duas porrò propè partes fervidus ardor,
Assiduusque geli casus mortalibus aufert.
Quod superest arvi, tamē id natura sua vi
Sentibus obducat, ni vis humana resistat,
Vitai causa valido consueta bidenti
Ingemere, & terram pressis proscindere aratris.
Si non foecundas vertentes vomere glebas,
Terraique solum subigentes cimus ad ortus,
Sponte sua nequeant liquidas existere in auras,

Quae sequuntur potius impetunt providentiam mundi gubernatricē. Tanta tamen est gubernationis mundi, cum Dei existentia & mundi per eum productione connexio, ut qui unam inficiatur, alteram quoque consequenter sit sublaturus. Itaque impiè quidem, sed tamen consequenter ex defectu providentiae (ut supponit) arcentis incommoda, infert hic Atheus defectum causae mundum producentis. En igitur adhuc aliquos non tam humanos sonos, quàm Epicurei huius porci grunnitus.

Et tamen interdum magno quaesita labore,
Cùm iam per terras frondent, atque omnia florent;

Aut

Aut nimiis torret feruoribus ætherius Sol,
Aut subiti peremunt imbres gelidæq; pruinæ,
Flabráq; ventorum violento turbine vexant.
Præterea genus horriferum natura ferarum
Humanæ genti infestam terráque marique,
Cur alit, atq; auget? cur anni tempora morbos
Apportant? quare mors immatura vagatur?
Tum porro puer, vt sæuis proiectus ab vndis
Nauita, nudus humi iacet, infans, indigus omni
Vitali auxilio, cum primum in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profudit,
Vagitúque locum lugubri complet, vt æquum est,
Cui tantum in vita restet transire malorum.
At variæ crescunt pecudes: armenta feræque:
Nec crepitacula eis opus sunt, nec cuiquam adhibenda est
Almæ nutricis blanda atq; infracta loquela:
Nec varias quærunt vestes pro tempore cœli.
Denique nō armis opus est, nō mœnibus altis,
Queis sua tutentur, quando omnibus omnia largè
Tellus ipsa parit, naturáque dædala rerum.

147 Verùm hæc omnia quàm inania sint, satis suprà ostensum est suis locis. Nam & montium, & maris, & ferarum, suum vsum esse ostensum est. Visum item quomodo homo non sit factus inermis & abiectus à natura. Penè verò risum mouet quod de laboris & culturæ circa terram impendendæ necessitate, queritur homo ignauissimus. Tandem quas imaginatur desertas ob feruorem aut frigus terrarum oras, populosissimas esse, detessit veritatis parens atque ipse sanè in Lucretium cadit Plotini oratio Ennea. 3. lib. 2. cap. 3. reprehendentis eos qui minutula quædam in mundo minùs (vt putant) commoda, exaggerantes, toti id quod minutiæ illæ pertinent ac opifici detrahunt: quos non minùs peccare ait, quàm si quis negligens totius hominis spectaculum, pilum duntaxat ex eo, aut minimum pedis digitum assumeret in argumentum reprehendendi hominem, & hominis opificem. Consultiùs itaque idem Plotinus ibid. & c. 7. & 8. sequenti, ac sæpe alibi, omnia quæ in mundo sunt, optimè disposita, & suo modo pulchra esse docet.

148 Sed quod inspecto Diuino opificio subdendam esse Dei opificis laudationem, moneat prisca narratio, cuius meminit Philo lib. de plantat. Noë, loco longioris laudationis quam ei omnes creaturæ instituunt apud Eusebium orat. de laudibus Constantini initio, Placet Deo opifici, & mundialis huius machinæ architecto, naturæ principi encomium pangere suauissimis Orphei verbis, quæ Græcè simul ac Latinè dabo quòd genuinam & vsquequaque plenam Græci carminis expressionem despondeam. Naturam itaque primam, hoc est Deum rerum omnium opificem, his ille verbis collaudat hymno nono.

Natura omnium mater Dea, artificiosa mater
Ὦ Φύσι παμμήτειρα θεά, πολυμήχανε μῆτερ,
Susceptrix, honorabilis, multa creans, dæmon regina:
Οὐρανία, πρέσβειρα, πολύκτιτε, δαῖμον ἄνασσα·
Omnidomans, indomita, gubernatrix, vndique splendens,
Πανδαμάτωρ, ἀδάματε, κυβερνήτειρα, παναυγής,
Omnium rectrix, honorata, præstantissima omnibus:
Παντοκράτειρα, τετιμένα, πανυπέρτατε πᾶσιν·
Incorrupta, primogenita, antiqua, claros viros efficiens,
Ἄφθιτε, πρωτογένεια, παλαίφατε, κυδιάνειρα,

Nocturna, multa [illegible], lumen ferens, ægrè detenta
Ἐννυχία, πολύτειρε, σελασφόρε, δεινοκάθεκτε·
Quietum talo pedum vestigium volvens
Ἄψοφον ἀστραγάλοισι ποδῶν ἴχνος εἱλίσσουσα·
Casta princeps Deorum, fine carens finis,
Ἁγνὴ κοσμήτειρα θεῶν, ἀτελής τε τελευτὴ,
Communis quidem omnibus, incommunicabilis verò sola
Κοινὴ μὲν πάντεσσιν, ἀκοινώνητε δὲ μούνη·
Ipsa pater sine patre venusta valdè gaudens maxima
Αὐτοπάτωρ, ἀπάτωρ, ἐρατὴ πολυγηθὴς μεγάλη·
Benè florens, nexus, amicitia, multis mixta, sciens
Εὐανθεία, πλοκὴ, φιλία, πολύμικτε, δαῆμον·
Dux potens vitam ferens, omnia nutriens puella
Ἡγεμόνη, κράντειρα, φερέσβιε, παντρόφε κούρη,
Sufficientia, iudicium, Gratiarum celebris suada
Αὐτάρκεια, δίκη, Χαρίτων πολυώνυμε πειθώ·
Aetherea terrestris & marina regina
Αἰθερία, χθονία, καὶ εἰναλία μεδέουσα·
Amara quidem perniciosis, dulcis verò obtemperantibus
Πικρὰ μὲν φαύλοισι, γλυκεῖα δὲ πειθομένοισι·
Sapientissima omnium datrix, nutrix, omnium regina
Πάνσοφε, πανδώτειρα, κομήτρια, παμβασίλεια·
Incrementum nutriens, pinguis, maturorum verò dissolutrix
Αὐξιτρόφος πίειρα, πεπαινομένων δὲ λύτειρα·
Omnium quidem tu pater, mater, nutrix & altrix
Πάντων μὲν σὺ πατὴρ, μήτηρ, τροφὸς ἠδὲ τιθηνός·
Statim generans, beata, semine abundans, maturitatis motus
Ὠκυλόχεια, μάκαιρα, πολύσπορος, ὡριὰς ὁρμὴ,
Omnium artifex, figulatrix, multorum creatrix, veneranda Dea
Παντοτεχνὲς, πλάστειρα, πολύκτιτε, πότνια δαίμων,
Æterna, motum ferens, multa experta, prudens Dea
Ἀιδία, κινησιφόρε, πολύπειρε, περίφρων·
Semper fluxum turbine celerem impetum agitans
Ἀενάῳ στροφάλιγγι θοὸν ῥύμα δινεύουσα·
Omniam fluentis, circularis, aliena forma [illegible]
Πάνρυτε, κυκλοτερὲς, ἀλλοτριομορφοδίαιτε·
In throno sedens, honoratissima, sola iudicatum perficiens
Εὔθρονε, τιμήεσσα, μόνη τὸ κριθὲν τελέουσα,
Supra sceptrigeros, graviter sonans, optima.
Σκηπτούχων ἐπάνωθε, βαρυβρεμέτειρα, κρατίστη·
Intrepida, omnia domans, fatum Parca, ignem spirans.
Ἄτρομε, πανδαμάτειρα, πεπρωμένη αἶσα, πυρίπνους·
Æterna vita & immortalis providentia
Ἀΐδιος ζωὴ ἠδ' ἀθανάτη τε πρόνοια.
Omnia tibi sunt: omnia enim tu illa sola facis.
Πάντα σοι ἐστί· τὰ πάντα σὺ γὰρ τάδε μούνη τεύχεις.

ARTI

ARTICVLVS VII.

Aliæ efficaces Diuinæ existentiæ probationes per satyram.

AD argumenta hactenus proposita, quibus non modò Diuina existentia, quod intendebamus, sed etiam potentia & sapientia perspicuè euincuntur, vt eadem existentia vlterius confirmetur, & prorsus obstruatur os loquentium iniqua, addenda sunt breuiter quædam alia argumenta, quæ interdum quoque in hanc rem à Patribus & Philosophis vsurpantur, suntque reuera efficacia si prudenter æstimentur. Tale est illud de quo latè Tertull. lib. de testimon. animæ aduersus idola, & c. 17. apologet. ac lib. de resurrectione carnis c. 3. & ex eo Cyprianus lib. de vanitate Idolorum num. 65. quod breuiter proponit Nemesius cap. 44. de homine, his verbis. *In repentinis perturbationibus & timoribus, sine disputatione, neque deliberatè, & antequam aliquid consideremus, Dei numen inuocamus. Quicquid autem naturaliter quamque rem insequitur, in eo tanta est vis ad demonstrandum, vt contradici non possit.* Hæc ille. Simile illud Arnobij lib. 1. n. 46. *Deum esse omnes naturaliter scimus, siue cum exclamamus ò Deus, siue cum illum testem conscientiæ [illegible], & quasi nos cernat, faciem sublimamus ad cælum.*

Confirmatur efficaciter ex consensu omnium omnino populorum & sapientum. *Natura* (inquit Simplic. in cap. 38. Enchirid. Epicteti) *non homines modò, sed & bruta animantes & stirpes & lapides, ea denique omnia quæ sunt, pro sua quæque vi, ad diuinum respiciunt. Homines verò præter id, à parentibus etiam statim à puero ad sensationem assuefiunt, & communis hominum sequuntur notiones. Omnes enim homines, tum Barbari quàm Græci, cum superiori tempore, tum nunc, quamuis alij aliis rationibus, Deum esse censent.* Idem ex Dione Chrysostomo orat. 12. dixi n. 5. At vt ait Seneca epist. 118. *multum dare solemus præsumptioni omnium hominum, & apud nos veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri.* Vrgent optimè hanc rationem Eugubinus lib. 1. & 6. perennis Philosophiæ, & nuperus Metaphysicus qui effusis eloquentiæ habenis in hoc campo excurrit disp. 20. sect. 1. Sed neruosissimè S. Chrysost. in Psalm. 13. tractans enim insipientis dictum, *non est Deus, & quomodo* (inquit) *omnis lingua Deum nominat? fallentur ergo omnes hominum myriades, quæ Deum esse dicunt, & solus insipiens se putat verum dicere, qui solus ita sentit? Et qui quamquam quidem vel stipem [illegible] in testamentis euenerit, per consensum reprobatur ac reijciatur quando iudicat veritas. Publicam autem totius mundi sententiam, solus tu insipiens euertere? Et quomodo non est verè reprobus, insipiens, & stupido insipientior? Quamuis enim totius mundi homines de Deo diuersas sententias generauerint, nominis tamen fundamentum nemo labefactauit.* Hactenus os aureum. Auget huius argumenti robur, quod, vt bene notauit Eusebius orat. de laudibus Constantini *ferè initio*, omnes homines in hoc consenserunt, qui tamen de aliis rebus in tam varias scinduntur sententias. Item quod, vt pulchrè aduertit Tullius sub initium 2. de natura, opiniones falsæ, aut ab hominibus excogitatæ, sensim abolentur, iudicium autem de Dei existentia semper apud omnes firmum & stabile permansit. *Qui propterea* (inquit) *Deum esse dubitat, haud sanè intelligo, cur non idem, Sol sit, an nullus*

sit, dubitare possit. Quid enim est hoc illo evidentius quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum saeculis, aetatibusque hominum inveterare potuisset. Etenim videmus caeteras opiniones fictas atque vanas, diuturnitate extabuisse. Quis enim Hippocentaurum fuisse, aut Chimaeram putat? quaeve anus tam excors inveniri potest, ut quae quondam credebantur, apud inferos portenta extimescat? Opinionum enim commenta delet dies, naturae iudicia confirmat.

110 Aliam rationem petitam ex ordine rerum in perfectione, urget Carthus. lib. de natura aeterni & veri Dei, art. 11. quam etiam ut supra num. 17. scripsimus insinuasse videtur Cleanthes, sed ita proposuit ut merito visa fuerit inefficax. Potest ergo reddi efficax si ita proponatur, ut ab eodem Carthusiano proposita est. In entibus cernitur ordo quoad bonitatem ac perfectionem. Sunt enim quaedam entia, alia aliis altiora & actualiora. Cùm igitur magis & minus non attendantur, nisi per ordinem ad unum summum, sicut dantur entia magis & minus perfecta, ita necesse est fateri dari unum ens omniũ eminentissimum & perfectissimum, quod è diametro opponatur enti maximè imperfecto, nempe materiae, ita ut sicut haec inter entia simpliciter dicta, seu substantias, est imperfectissima & infima, cùm ex se careat omni generis sui actualitate, seu omni forma physica, ideóque dicatur pura potentia & propè nihil; ita illud ens in vertice ordinis entium sedem habens sit perfectissimum, & purus actus, ac merum & simplicissimũ esse, ad quod caetera omnia entia naturaliter connectuntur, ut ordo entium sit stabilis ac permanens: ita enim res se habet in omni ordinata multitudine. Vtitur insuper Cleanthes apud Tullium 2. de natura praesensionum rerum futurarum. Denique tum in nobis, tum in aliis creaturis elucent plurimae perfectiones, quae cùm non sint summae in suo genere, necesse est tales tandem sint per participationẽ, iuxta illud 2. Metaph. t. 4. *Primum in unoquoque genere est causa caeterorũ*, ut ignis est causa omnium calidorum, ergo per ea quae videntur bona ut Sapiens cap. 13. Sapientiae argumentatur, potuit intelligi ille qui est, & à magnitudine speciei & creaturae cognoscibiliter videri creator. Quod fuit etiã argumentum Stoicorum in hanc rem, teste Galeno in historia Philosophica c. 17. & pulcherrimè à Boetio proponitur 3. de consolat. prosa 10. & ab Auctore libri de cognit. verae vitae c. 7. quorum ille ratiocinatur. *Quin exstat (Deus) atque veluti quidam omnium fons bonorum, negari nequit. Omne enim quod imperfectum esse dicitur, id diminutione perfecti imperfectum esse perhibetur. Quo fit, ut si in quolibet genere imperfectum quid esse videatur, in eo perfectum quoque aliquid esse, necesse sit. Etenim perfectione sublata, unde illud, quod imperfectum esse perhibetur exstiterit, ne fingi quidem potest. Neque enim à diminutis inconsummatisque, natura rerũ cepit exordium, sed ab integris absolutisque procedens, in haec extrema atque effoeta dilabitur. Quod si, uti paulo ante monstravimus, est quaedam boni fragilis imperfecta felicitas, esse aliquam solidam perfectamque, non potest dubitari. Firmissimè, inquam, verissiméque conclusum est.* Hoc etiã spectare videtur quod ex Platone & aliis Clemens Alexandr. 2. Stromat. cap. 5. asserit, nempe admirari praesentia, esse gradum ulterioris cognitionis. Nec dissimilia ex Archita Tarẽtino & Pythagora refert Eugub.

ad

ad titulum Psalmi 103. Ego paucis sed planè illustribus verbis auctoris Theologiæ Ægyptiorum l. 7. cap. 3. idem illustro. *Cum ergo quis prospectat [illegible] aliquid sub aspectum cadit quod pulchrum sit, illustre & apparendum, [illegible] magna cum admiratione intuetur manifesta [illegible] insignia, veneraturque etiam ipsa [illegible] in quibus ipsum opificem [illegible], quod huius opus pulchrum esse sentit, & summam perfectionem adeptum: [illegible] quidque in eis summum bonum sit, cuius [illegible] est [illegible]. Post opificem & huius [illegible] opus primum, reliqua quoque honorata & perfecta abunde apparent. Quia verò opus opificis, qui [illegible] est, protectant, magis [illegible] bona* (mundi superioris intelligibilis) *insignia latere non possunt.* Sic ille, & similia multa apud alios Platonicos legere licet, nominatimque apud Plotinum.

Hæc cum ita sint, (ait S. Anselm. c. 3. Proslog. alloquens Deum,) *cur dixit insipiens in corde suo, non est Deus, cum tam in promptu sit rationali menti te maximè omnium esse? Cur, nisi quia stultus & insipiens?*

ARTICVLVS VIII.

Murmur insipientis in corde suo, & eius redargutio.

151 PAuci *inveniuntur tanta impietate*, ait S. August. serm. 10. de verbis Domini, *ut impleatur in eis quod scriptum est. Dixit stultus in corde suo non est Deus. Insania ista paucorum est. Sicut enim magna pietas paucorum est, ita & magna impietas, nihilominus paucorum est.* Quia tamen est saltem paucorum, (atque utinam ferreo hoc ævo non nisi paucorum sit,) quod genus hoc hominum sit, & quibus nitantur fundamentis, investigare placet. Proponam ergo primò præcipuos quosdam ex iis quos hac insania flagrasse accepimus. Tum si quid Athei habent quod suo obtendant crimini, referam, & obstruam os loquentium iniqua.

Quinam, Athei iniuriâ audierint.

152 PRIMÒ ergo, illos qui nullum omnino Deum admiserunt, Lactantius l. 7. cap. 9. ait non modò Philosophos, sed ne homines quidem fuisse. Consentit propè S. Augustinus tract. 106. in Ioan. *Exceptis paucis* (inquit) *in quibus natura nimium depravata est, universum genus humanum Deum mundi huius fatetur auctorem.* Eandem Atheismi causam S. Damasc. 1. fidei cap. 3. his verbis tradit. *Pravitas tantum [illegible], ut quosdam [illegible] abominabilissimum, & omnium malorum pessimum barathrum detraxerit, ut dicerent non esse Deum.* Aliam causam attigisse videtur idem Lactant. de ira Dei cap. 9. ubi recensens *[illegible] & [illegible]*, ut vocat, *Philosophos*, qui tot sæculis & ingeniis assertum numē tollere aggressi sint, recenset Diagoram & Theodorum; quos ait, quia nihil novi potuerant reperire omnibus iam dictis & inventis, maluisse contra veritatē, id negare, in quo priores universi absque ambiguitate consenserant. Protagoram dubitasse de Deitate, cōmemorat ibidem Lactantius: at non nisi de Diis Atheniensium dubitasse, scribit Iosephus 2. contra Appionem: fuisse verò omnino impium, ac opinatum nullum esse Deum, prodit Eusebius 14. præparat. cap. 1. & Epiphanius in compendiaria doctrina Ecclesiæ, quæ habetur in fine Panarij, & Sextus Empyricus lib. contra Mathemat. in examine Physicæ c. 2. Tametsi quæ de Protagoræ libro refert Eusebius suprà, & Theoph. 3. ad Au-

tal. non malitiam ab initio, eius dubitationem tamen sonant.

153 De aperto Diagoræ atheismo & in Herculem dicacitate testes præterea sunt Tull. lib. 1. de natura Deorum, Cæcilius apud Minutium in Octauio num. 9. & Athenagoras orat. pro Christianis non longè ab initio. *Diagoræ (inquit) Athenienses merito impietatis dicam impegerunt nullum esse Deum asseueranti, qui non modo Orphei sacramenta & rationem in medium prodiderit, verum etiam Eleusinia Cereris, & Cabirorum vulgauerit mysteria, Herculis statuam comminuerit, ne sibi ad coquenda rapa ligna deessent. Cuius etiam est apertè promulgata sententia, nullum planè extare Deum.* Idem ex Plutarcho confirmat Theodoretus 2. aduersus Græcos *in fine*. Sed & Athenienses, eam ob causam decreuisse talentum ei qui Diagoram occideret, refert Cyrillus lib. in Isaiam ad tex. 1. & Iosephus 2. contra Appionem, eorumdem Atheniensium, ac etiam Scytharum, & Persarum, in impietate hac eliminanda studium adiungens. Causam Atheismi Diagoræ, Sextus suprà memorat fuisse quòd peierasset quidam à quo ipse læsus fuerat, ideòque pœnam euasisset humanam, nec tamen Diuinæ vltioni subiectus esset. Per errorem ex vocis affinitate, Pythagoras loco Diagoræ inter Atheos annumeratus videtur à Pio 2. epist. ad Turcarum Principem, vel certè loco Protagoræ, de quo paulò ante, irrepsit in eam epistolam Pythagoras, vt in simili re monet Gyraldus in historia Poetarum dialogo 5.

Empedoclem, Clitomachum, & Critiam, Deos negasse auctor est Theophilus initio tertij ad Autolycum. His Ælianus 2. variæ historiæ cap. 31. adiungit Euhemerum Messenium (quem impurissimum vocat suprà Theophilus,) Diogenem Phrygem, Hipponem, & alios, quos Barbaris omnibus nequiores facit, cùm omnes Barbari Deum agnoscant. Irrationabile, sterile atque inutile huiusmodi genus hominum vocat Max. Tyrius dissert. 1. num. 4. nec dissimilibus eos decorat elogiis Prudentius 2. aduersus Symmachum sect. 7. Aggregatum eidem Atheorum numero Heraclitum auctor est Clem. Alex. in protrept. *ante medium*. Recensens enim eos Philosophos qui Athei dicti sunt, ait vnum ex eis Ægyptios reprehendisse, quòd vel lugere non deberent Deos, si Dij essent, vel si lugendi essent, Deos illos esse, credere non deberent. At hoc Ægyptiis exprobrasse Heraclitum, auctor est Epiphanius sub finem Ancorati; quanquam Plutarchus in fine libri de superstitione, id tribuit Xenophani. Idem Epiphanius in compendiaria doctrina memorat Panætium Rhodium quæ de Diis dicuntur sustulisse, affirmantem nugas esse sermonem de Deo. Similis aliorum multorum Philosophorum sensus fuit.

154 Miratur tamen Clem. Alexãd. ante medium protreptici, hos ob non multiplicis Diuinitatis assertionem, habitos fuisse Atheos. Sanè Euhemerum habitum fuisse Atheum, tantùm quia mortes & sepulchra Deorum notauit & collegit, quod Lactant. lib. 1. initio cap. 11. & c. 22. Arnobius lib. 4. num. 31. & alij referunt, ideòque eos reiecit, probabilis coniectura est. De Diagora idem insinuat Epiphanius non multùm ante finem Ancorati, referẽs suprà memoratum scomma eius in Herculem, & carpens Ægyptios quòd eum non audiuerint, nec à propriis Philosophis scientiam acceperint, qua vnum numen colerent. Eundem cum reliquis à Clemen-

te

ut paulò antè memoratis purgat Macrobius 10. var. cap. 17. Sed & Theodoretus in epito. Diuin. decrete. cap. de prouidentia, videtur eundem cum damnare erroris circa prouidentiam. Heraclitum iniuriâ audiuisse Atheū, conuincat ex eius epistola ad Hermodorum, qua scripsit de huiusmodi criminum, ne purgat, clarisque eam perillustri sententia. Questus enim quod lapides Deorum nominibus inscripsit, testes essent Deitatis apud Ethnicos, subdit, *opera testimonium (Deo) perhibere debent, ut Sol, nox & dies de eo testantur. Quæ tur anni differentia testimonium ei ferunt, terra vniuersa fructum producens testis est, Luna circulus, eius opus, cælestis testimonium.* Sic ille, ostendens Deum non se reliquisse sine testimonio. Itaque Iustinus in apolog. ad Anton. vocat Heraclitum, Christianum, & purgat ab Atheismi calumnia.

155 Sed non parum miror S. Irenæum lib. 2. cap. 19. numerare inter Atheos Anaxagoram, cùm ibidem Clemens circa medium, Aristoteles 1. Metaph. cap. 1 *in fine* Ioseph. 2. contra Appionem, Plotinus Enneade 5. lib. 1. cap. 9. Lactant. 1. instit. cap. 15. S. August. 8. Ciuit. cap. 2. & lib. 18. cap. 41. Sextus Empyric. in opere contra Mathem. initio examinis scientiæ Physicæ, Hermias in Philosophorum irrisione c. 3. bibliothecæ, Sidonius carm. 15. August. epist. 56. Abelard. 3. introduct. cap. 1. & ex antiquorum testimoniis Eugub. 1. perennis Philosophiæ cap. 4. & lib. 2. cap. 15. eum vnius Dei testem laudent. Quin etiam Euseb. 14. præpar. cap. 6. refert Anaxagoram ab Euripide Atheo idcirco impugnatum. Imo idem Euseb. ibidem cap. 5. & Theodoretus 2. contra Græcos initio, & Themistius orat. 15. referunt, eum, primum omnium Græcorum agnouisse Deum mundi auctorem, quod Theodoretus in peregrinatione Ægyptiaca eum ab Hebræis didicisse testatur: & in Phædone Socrates, Anaxagoræ acceptam refert notitiam efficientis rerum mente. Sed & Socrates apud Xenophontem vitio dat Anaxagoræ quod explicandis Deorum consiliis plurimum sibi gloriæ vindicaret. Aristoteles quoque 12. Metaph. tex. 30. ait Anaxagoram posuisse mentem essentialiter actualem, omni potentia passiua priorem. Nisi si placeat dicere, Anaxagoram, agnouisse quidem causam primam, sed talem vt tamen non deberet censeri prima causa: ideò enim Aristoteles eum arguit, quasi negasset causam primam, vt obseruat Vicom. 12. Metaph. tex. 30. & eo etiam nomine eum reprehendit Socrates in Phædone, quod naturalibus causis plus quàm oportebat tribuendo, primam, quam admittebat, quodammodo obtueret. Forsassis etiam S. Irenæus, Atheniensium sententiam expressit: nam vt testatur Iosephus suprà memoratus, Anaxagoras paucorum sententia, morte mulctatus est, quòd Solem quem Athenienses Deum esse crederent, ipse ignitum saxum asseruisset, & in Atheismi suspicionem venisset. Quod confirmat Lucian. in Timone scommata in Iouem, eiusque fulmen retusum ex impactione in rupem, cùm peteret Anaxagoram negantem plures Deos.

156 De Stoicis ita loquitur Theophilus Antiochenus 2. ad Autolycum circa initium. *Stoici quidem Deum esse in vniuersum abnegant*, *aut* (quod eodem recidere bene monet Lactant. lib. de ira Dei cap. 9.) *si sit*, *eum nullius quàm sui curam gerere. Hæc quidem Epicurus & Chrysippus dixerunt.* Et l. 3. fere initio idem tribuit Pythagoræ & Clitomacho: Stoicos tamen purgat

Lactantius

Lactantius loco proximè allegato, alterna eius & de existentia Deitatis & de prouidentia bene sensisse. Quod constat ex Epicteto Stoico c. 38. Enchiridij, & saepe alibi. At Epicurum non modò Deum fuisse improuidum, sed omnino etiam inficiatum esse ex Possidonio refert Lactant. de ira Dei c. 4. tametsi cum depellendae inuidiae causa verbo tenus admitteret: quod Possidonij iudiciū approbat Tullius circa finem libri 1. de natur. Deor. & annuit Sirenius 1. de fato cap. 5. & l. 4. cap. 1. sed aliter censuit ipsemet Tullius 2. de natura, & alij apud Sextum Empyricum lib. contra Mathemat. in exam. scientiae Physicae cap. *an sint Dij*. Refert enim Sextus eos dixisse, Epicurum secundùm vulgus negasse numen, non tamen re ipsa. Epictetus apud Arria. lib. 2. dissert. 20. ait Epicurum id conatū vt persuaderet Deos non esse, vel si sint, humana tamen non curare, neque aliquid commune nobis cum illis esse, itaque quod sanctum & pium in ore habent homines, esse falsum & ementitum quiddam, profectum ab impostoribus, & à legislatoribus, vt populos continerent. Videtur tamen de Epicuro receptius esse, quòd dumtaxat (vt loquitur Tertull. c. 46. apologet.) Deum statueret otiosum, & inexercitum, ac neminem humanis rebus. Ita Epiph. circa initium Panarij, Lactant. lib. 3. cap. 17. initio. August. 18. Ciuit. c. 41. Theodor. in epito. Diuin. decreto. cap. de prouidentia, & 6. contra Graecos *fere initio*, Atticus apud Euseb. 15. praepar. siue lib. contra Philosophos c. 4. & ipse Epicurus epistola ad Menicoeum, quam refert Laërt. lib. 10. Itaque in album eorum qui simpliciter Athei fuere, nolim referre Epicurum.

157 Socratem, olim audiuisse Atheum, testatur Iustinus initio apologiae ad Anton. nec parum faciunt Lactant. 5. instit. c. 20. idemque ab Aristophane, Melius, quasi qui cum Diagora idem sentiret dictus est; tametsi aliam appellationis illius originem ex eo petitam, quòd agrestes adolescentium mores bona institutione expolijsset (nam μῆλα Graecè sunt pecudes,) refert ex aliquibus Suidas v. Socrates. Et eum sanè Iustinus meritò purgat. Quod etiam praestitit Tertull. cap. 14 apologet. Lactant. 5. instit. cap. 15. Euseb. 13. praepar. c. 4. adducens Numenium libro de arcanis Platonicis, ac denique Nemesius lib. de homine *in fine*: vt omittam Platonem in eius apologia, & Xenophontem item in Socratis apologia. Certissimum id videtur habuisse Catharinus in cap. 1. epistolae ad Rom. ad illa verba, *dicentes se esse sapientes stulti facti sunt*, vbi de Socratis & Platonis salute aeterna, bene sperat, quae vtique de Atheo non diceret, ac denique certum quoque id habuit Erasmus cuius nota vox illa. *Vix me contineo quin dicam, Sancte Socrates ora pro nobis*, Nimirū Socrates quòd polytheismum tunc receptissimum damnaret, Atheismi damnatus est, vt habetur ex Cyrillo 6. contra Iulia. ad c. 1. & ex alijs paulò ante memoratis. Qua etiā ex causa Christiani Athei dicti sunt teste Iustino suprà & Arnobio lib. 6. *in fine*, & lib. 3. num. 13. & Athenagora leg. pro Christianis initio, & alijs plerisque antiquis. Quamuis quod ad Erasmicam illam Socratis apotheosim attinet, minimè sanè ratam habuit Hadrianus Cardinalis lib. 4. de vera Philosophia cap. 8. & 9. omnes vniuersè gentiū Philosophos ignibus aeternis addicens. Specialiterque quoad Socratem, Erasmo non suffragabitur, quisquis Atticum illum

scurram

[illegible] (ita eum appellat Minutius in [illegible] Octauio), & Zeno apud Laertium lib. 3. cap. 20.) tametsi non Atheum, aliis tamen sceleribus euo-[illegible] in vita legerit, præsertim tum-[illegible] & effrænis iræ, vt latè repitur [illegible] Cyrill. 6. in Iulia. ad t. 1. & Theodor. 12. contra Græcos *sub initium*, & Nazianz. orat. 3. num. 58. frustra eum purgare conantibus Elia ibidem, & Nonno in expositione historiarum citatum orationi insertarum num. 21. Nec item Erasmo suffragabitur quisquis assensus fuerit auctori epistolæ de viro perfecto, quæ habetur tomo 9. Hieron. vbi ait hunc tam laudabilem, vt putant Doctorem, homicidam, ipsum se, ne publicè occideretur, occidisse priuatim: ac denique non suffragabitur qui, quod omnibus notum est, non ignorauerit, nempe dæmonium illi à puero adhæsisse, pessimum [illegible] pædagogum, ait Tertullia. lib. de anima cap. 1. Vt taceam Saluiani de [illegible] querelas 7. de prouid. c. 100. [illegible] Socratem ob tentatam inductionem communitatis vxorum, [illegible] fecisse mundo. Quod omittendum duxi, quia non Socrates id scripsit, qui nihil scripsit (quamuis hunc eum scriptis prodidisse dicat Saluianus,) sed Plato nomine Socratis. Pruriginosum Socratis ingenium, sugillat Constant. Magnus orat. ad Sanctorum cœtum cap. 9. hypocrisim & gloriæ appetentiam innuit Aristoteles 4. Ethic. cap. 7. Itaque ipsi quoque Ethnici eum apud inferos reliquerunt, vt ait Tertull. cap. 11. apolog. quod ibi Pamelius contra Erasmum annotauit. Porphyrius quoque apud Socratem, Christianum Historicum, lib. 1. c. 19. multa & grauia in eundem coniicit. Sed de prætensa hac Socratis sanctimonia, plura vt alios omittam, Perer. disp. 28. in epist. ad Roman.

158 Tandem Aristotelem Atheis annumeratum, imò Atheismi auctorem pronunciatum à quibusdam, refutarunt Carpentarius digress. 3. in Alcinoum, & Neomallarus libro 3. de pulchritudine animi cap. 10. Platonem item Atheismi insimulat Crispus distr. 1. lib. 2. pag. 58. Sed nolo in apertis calumniis confutandis tempus terere. Aliis verò diiudicandum relinquo quòd Tullium Atheis aliquoties accenset August. 5. Ciuit. cap. 9. tametsi ait eum dissimulanter egisse.

Qui potiùs Atheis annumerandi.

159 His itaque de quorū Atheismo variantes aut falsæ sunt sententiæ, prætermissis, annumerandi potiùs Atheis fuerint Acrothoitæ illi, seu Thoës, quos ex Theophrasto memorat Porphyr. 2. de abstinentia; & Simplic. ad cap. 38. Enchiridij Epicteti, ob impietatem illam subitò vniuersos à terra absorptos esse. *Et si quis* (inquit Simplicius) *forte aliquo tamen atque alter, ob omni aeuo, tales fuisse perhibentur.* Puta Euripides, teste Eusebio 14. Præparat. cap. 6. (tametsi inconstans fortè quoad hoc fuit, & rectè hac in parte sensit per aliquod saltem tempus;) Bion Theodori discipulus apud Suidam, & Laërtium lib. 4. qui insuper pecudis potiùs quam hominis vitam, & infœlicem mortem, seràmque de Atheismo pœnitentiam, refert, addito insuper hoc elogio. *Bion Borysthenites, Scythica tellus produxit, quem dixisse audiuimus, Deos reuera nihil esse. At si quidem id dogma tueri perstitisset, meritò dicendum esset sensisse vt visum fuisset, etsi malè, visum tamen fuisse. At nunc tamen longo morbo tabescens, ac mori pertimescens, qui Deos non esse dixerat, fanum qui non viderat, mortalibus qui illudebat, variis dum Diis immolarent, non solùm quidem ad aras ac mensæ nidori, pinguedini, suffitu Deorum,*

 admonit

[illegible] mares: nec peccans tantùm diuis, debitas poenas (sed & suo calamo facile) poenae excarnificandum, [illegible] possessis dominetur. [illegible] & [illegible] [illegible] impositi, [illegible] perpetu magis, quàm non [illegible], [illegible], qui [illegible] Deos esse, quasi tunc Dij essent, cùm illis [illegible] esse arbitraretur.

160 His addendus omnium hominum impius Lucianus, ob imprecationem, Suida teste, discerptus à canibus, & non alium praeter naturam Deum agnoscens Lucretius lib. 5. & Plinius lib. 2. cap. 1. & Critias Atheniensis apud Sextum Empyric. lib. 3. Pyrrhoniarum hypothiposeon cap. 24. quibus Doletum praeter alios annumerat Prateolus verbo Athei. Nec omittendi nuperi de Deo dubitantes, apud Cardinalem Hosium epist. 109. Sed omnem dubitationem nequam ille ex Caluinista Atheus, quem Maldonatus in cap. 26. Matth. ad vers. 13. refert *scripsisse librum de arte nihil credendi, in quo illud tamen confidenter diceret, oportere priùs Caluinistam fieri, qui Atheus esse vellet.* Ita ille Atheus, Lutetiae exustus. Et est sanè cuique in sua arte credendum, vt rectè conclusit Maldonatus. Rationem verò originis Atheismi ex Caluinismo, prodidit apud Duraeum in defensione decimae rationis Campiani contra Vvitakerum, Atheus [illegible] interrogatus. Cùm enim Caluini virus de Deo ad peccata [illegible], ac fortiter adigente combibisset, videretque quanta inde [illegible] immanitas refunderetur in Deum; conclusit, praestare nullum penitùs Deum, quàm cum Caluino peccati auctorem credere. Haud ineptè, vt constabit expendenti quae in simili disputat Plutar. lib. de superstit. num. 11. Ex eadem, vt apparet, Caluini popina emerserat Marinus ille Mediceus cui Trinitas lusus fuit, Deo [illegible] Magnum Portugalensem appellans, vt [illegible] oculatus testis Renatus Bare[illegible] librum Nouatiani de Trinitate [illegible]. Multos alios ex eodem [illegible] haereticorum proceres referunt apud Serrarium cap. 2. Prolegom. [illegible]. Erubescat itaque calamus ille Lemanicae synagogae leno, 4. instit. cap. 12. [illegible] 27. turpiter eructans, Papae & Cardinalibus tam olim ac etiam nunc, primum Fidei articulum esse, nullum dari Deum. Praedictis Caluini contubernalibus accedunt alij apud Lindanum in dubitantio, & Petrum Gregor. comment. de Deo cap. 1.

Imò si Nouatianum audimus lib. de Trinitate cap. 5. Irenaeum lib. 1. cap. 19. Origenem hom. 12. in Ierem. Fulgentium epist. de baptismo Aethiopis, & Augustinum in Psal. 80. ad illud, *non erit in te Deus recens*: Omnes quotquot sunt haeretici, referendi sunt in hanc classem, quamuis enim in officina decepti cordis, vt August. suprà loquitur, fabricent sibi phantasma Dei quale volunt, illúdque non in templis, sed quod est peius in corde suo ponant, ita vt falsorum videndorúmque simulachrorum templa ipsi fiant, *tamen non est Deus qui ingenio hominis fictus est*, ait suprà Nouat. Idque vt caeteros haereticos taceam, de Deo Caluini luculenter demonstrat Becanus opusc. 5. cap. 14. & 15. Nec refert quod nomine tenus Deum admittunt. *Deus enim*, vt notauit Maximus Madaurensis Ethnicus, apud Aug. epist. 43. *omnibus religionibus* (quarumlibet amentitis) *commune nomen est.* Rectè ergo dixit Clem. Alex. 7. strom. cap. 3. *haeresi assuefacere nosse quomodo, esse qui non est vere Deum*; hoc est vt perspicuè loquamur, Deo carere.

161 Eisdem Dei inficiatoribus

bellum cap. 2. de quo id. iure merito annumerat Machiauellum cum toto grege suo, eorum scilicet, quibus cum Plinio supra & Euripide apud Plutarchum de placitis cap. 7. caeli Deum, [illegible] est, quod de fabulosis & [illegible] Ethnicorum de Deo placitis, dixit Aristoteles 12. Metaph. 50. & de hoc [illegible] Seneca 2. natural. c. 42. Nec alio fine excogitatas fuisse Deorum [illegible], fatebantur aliqui Ethnici apud Arnobium lib. 6. *in fine*. & de Deitate ipsa aliqui apud Sextum Empyricum in opere cōtra Mathemat. in examine scientiæ Physicæ cap. 1. ac nominatim Critias, ex quo hæc verba refert cap. 2. *Fuit tempus quando erat hominum vita inordinata & belluina, & ministra virium, cùm neque bonis vllum esset præmium, neque vllum malis supplicium. Deinde mihi videntur homines leges tulisse quæ pœnas irrogarent, vt tyrannus esset Iustitia, & ancillam haberet Contumeliam. Mulctabatur autem si quis [illegible] peccaret. Deinde quoniam leges quidem ipsos ab [illegible] manifestè facta non admitterent, clanculum autem ea admittebant, tunc mihi videtur vir aliquis ingeniosus & prudens cogitasse quid operæpretium fuerit, si inter mortales inuenisset, quemadmodum malis metus esset iniiciendus, etiam si clam agerent, aut dicerent, aut cogitarent. Hinc Deum introduxit, nempe quod sit Deus numine [illegible] vigens vita, menteque audiens & aspiciens, cogitansque, & hæc attendens, & Diuinam gestans naturam. A quo audietur quidem quicquid dictum est inter homines: quicquid autem fit, videri poterit. Si quis autem apud se tacitus aliquid cogitet mali, hoc Deos non latebit, inest enim prudentia. Hæc autem dicens, induxit doctrinam longè iucundissimam, nempe falsa oratione tegens veritatem. Frequenter autem hic dicebat Deos, vt maximè terreret homines eo ducens. Vnde professionis timores esse mortalibus, habendique & [illegible] esse vitæ [illegible] [illegible], [illegible] esse [illegible] & [illegible] [illegible]. & [illegible] corpus [illegible]. & [illegible] & [illegible] astra globus, humidisque [illegible]. Ad has timores reduxit homines, per quos verbis [illegible] & [illegible] [illegible] legibus.* Sic ille ibi. Ex quibus paucis aduerteris, subiunxit: *Sic autem primum arbitror aliquem persuasisse mortalibus, vt existimarent esse genus dæmonum.* Sed meritò possumus in hunc intorquere quod in Plinium Viues 1. de veritate Fidei cap. 9. *ô proditorem generis humani! Nam si id secretum tanti nostra refert ignorari, [illegible], & [illegible] qui [illegible] hominum continentur?* Nec iniuria sanè Plato 10. de legibus grauissimè statuit, si salua futura est Respublica, nullo modo esse permittendum, vt qui eius curam capessunt, impiam de Deo sententiam habeant, cùm Respublicæ salus nitatur vera Dei cognitione. Id quod vsus quoque ipse, & experientia tot sæculorum confirmat. *Nam peregrinantibus* (ait Plutarch. lib. contra Colotem cap. 28.) *multas occurrere absque mœnibus vrbes, absque studiis literarum, absque Regibus, vsuque argenti & pecuniæ, quibus ignota prorsus theatra & gymnastica omnis exercitatio, quinetiam quibus nulla sint domus, sed tuguria duntaxat & mapalia. Nusquam tamen extare vrbem aut oppidum, quibus nullus sit Deus, nulla iuramenta, nullæ preces nulla sacrificia ad bona consequenda, & mala impendentia propulsanda. Talem vrbem à nemine vnquam visam, aut etiam videri posse: potiùsque constituendam sine Sole vrbem, quam sine Deo ac religione. Hæc enim esse neruos totius humanæ societatis & fun-*

fundamenta, sine quibus nulla leges regere, nulla politia consistere queat. Aduersus huiusmodi Deitatis hostes S. August. 3. contra literas Petiliani c. 21. ait dici in Psalmo, *Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Hic*, ait idem Sanctus Pater in Psalm. 13. & ibidem Chrysostomus, *nemo audet dicere etiā aptus fuerit negare*, insigni sanè pudendæ blasphemiæ testificatione. Suspicit autem paulò post Chrysostomus, quòd Deus qui vbique est, à solo corde insipientis abest.

Tantæ impietatis obtendiculum, primum, & secundum.

162 SECVNDO, quod attinet ad tantæ impietatis obtendicula, certum est Atheos rationibus destitui, sed vt apertè colligitur ex Philo supra cap. 7. & libro 7. cap. 55. & ex Lucretio lib. 1. & 3. & 5. adducuntur vt ita sentiant, ad liberè laxandas cuicunque sceleri habenas, absque angore cōscientiæ. Cui [illegible], optimum remedium esse negationē Dei, docet Lactant. lib. 2. cap. 1. & Iustinus initio Tryphonis, & luculenter S. Basil. hom. quòd *Deus non sit auctor malorum*, initio. Aliqui tamen assumunt eadem argumenta quæ inficiatores Diuinæ prouidentiæ. Sicut ergo hi nituntur existimata animæ mortalitate, ex Nemesio cap. 44. de homine, itémque (vt est apud Platonem de legibus) humanam in fœlicitate & malorum gloria, quæ Deus impediret si nostrarum rerum curam haberet: ita alij, vt aduertit Simplicius in c. 38. Enchiridij Epicteti quæst. 2. ob eas causas Deum negant, existimantes, & quidem meritò, ex Tertulliano 1. in Marcionem c. 24. & Lactantio de ira Dei, cap. 9. & Platone 10. de legibus, & Sexto Pythagorico sententia 367. Deum improuidum, non esse Deum.

Marmoreo (inquit ille) Licinus tumulo
tegitur; Cato paruo,
Pompeius nullo; credimus esse Deos?

Et alius.

Cum rapiant mala fata bonos, ignoscite
fasso,
Sollicitor nullos esse putare Deos.

Sed late Atheus Euripides in Bellerophonte apud Iustinum lib. de Monarchia *sub finem.*

Ait aliquis (inquit) esse sanè in cœlo
Deos.
Non sunt, non sunt: si quis hominum
dicit,
Ne antiquo stultus vtatur dicto.
Hæc autem mihi perpendite mea dicta
Animo attendentes. Dico ego tyrannidem
Occidere plurimos, & possessionibus
priuare,
Et contra iusiurandum vrbes depopulari;
Et hæc qui faciunt magis sunt fortunati,
Quàm qui quietè pietatem colunt quo-
tidie.
Noui ego paruas vrbes Deum hono-
rantes,
Quæ maioribus parent magis impiis,
Maiorum bellorum numero subactæ.
Puto & vos, si quis otiosus Dijs
Supplicet, neque manu quærit victum,
Frustrà deprecaturum à Dijs calami-
tate.

Et idem inter alia argumenta ex eodem Euripide proponitur apud Eusebium 14. præparat. c. 6. & ex Plutar. 1. de placitis cap. 7. vnde apparet Euripidem non tantùm falsos Deos fuisse criminatum, vt ait Athenag. orat. pro Christia. sed absolutè numen quodcunque sustulisse. Sed ad rem. Huius argumenti difficultatem exaggerat Dauid Psalm. 72. & hanc vnam fuisse Stoïcis causam obstruendi Fati docet Iustinus in parænesi, *non multùm ab initio.* Alterum Atheorum argumentum est, quòd omnia sic perseuerant ab initio creaturæ, ergo non

aliud

aliud numen præter naturam quærendum est.

Diluuntur.

163 Sed vt ad hoc postremo ueniat, tantum abest vt inde Deus excludatur, vt potius tanta perseuerantia & constantia rerum de se variabilium, efficacissimè demonstret, opus esse naturæ, esse opus Intelligentiæ. De qua plenius cùm de prouidentia, cuius præcipuum munus est perseuerantiæ propriam curare. Et nonnulla etiam tacta sunt suprà, cùm ostensum est Deum in mundi fabrica ita se gessisse, vt eius perennitati cõsuleret. Et propterea ex hac constantia & diuturnitate vniuersi, Deum intulerunt Athenagoras orat. pro Christia. & Iustinus ad quæst. 6. Græcorum.

164 Prius verò argumentum, copiosè à Patribus de prouidentia scribentibus solutum est, & à Seneca libro de prouidentia. Vide Lactant. l. 5. cap. 23. Sanè malos plerumque, tametsi tardius, plecti, agnouerunt etiã Ethnici, vt Plutarchus lib. de sera numinis vindicta, & Plato apud Orig. l. 6. cõtra Celsum *ante medium*, & pulchrè l. 8. *circa medium*, vbi quòd verò immolant Deorum molæ, & quod impij grauissima pœna, sit impietas. E contrà verò falsum est, bonos semper esse infœlices, vt rectè monuit Theodoret. lib. 6. contra Græcos, & Isidor. Pelusiota lib. 2. epist. 179. & de Constantino obseruauit S. August. 5. de ciuitate c. 13. Itaque elucet in hac re, summa Dei sapientia, qui vt aduertunt S. Chrysost. orat. de secundo aduentu Domini, & S. Gregor. 5. Moral. cap. 15. aliquos impios hîc plectit, in argumentum prouidentiæ, alios tolerat ad tempus, quos grauius punicâ feriet. Aliquos item bonos hîc iam enumeratus dimittit, copiosissimè alibi muneraturus; alios hîc quoque remunerat, vt ostendat se actionibus & rebus humanis inuigilare. Imò interdum, pro consiliorum suorum altitudine, permittit eos qui in vita laxiore fœlices fuerant, pius factus, vexari. Quod eloquentissimè tractat Chrysostomus libris tribus de prouidentia ad Stagyrium, ex seculari fœlicissimo & nobilissimo, sanctum & valdè pium monachum, sed ex quo se Deo manciparat, arreptitium; additque homil. 5. in Epistolam ad Hebræos, & orat. in terræ motum *sub finem*, malis hîc aliqua bona dari, in præmium paucorum bonorum quæ agunt: è cõtrà verò bonis, dari mala, vt pro suis leuibus culpis satisfaciant. Quod vberiùs prosequitur hom. 8. in 2. ad Timoth. ad illud, *quæ possum*, &c. At verò plerumque multa peccare qui optimi putantur, late tradit huic argumento respondens Saluianus 5. de prouidentia, & Iamblicus lib. de mysteriis 4. 51. Plerumque etiam Deus per huiusmodi incommoda vult abradere præoccupantis voluptatis venenum, vt pulcherrimè philosophatur Max. centur. 1. ex variis cap. 86. Et verò infœlicissimum esse qui hîc non plectitur, vt admissa sine quibus non viuitur, mala eluat, agnoscit Plato in Gorgia, idemque apud Clem. Alex. 1. pædag. cap. 8. disertè tradit bonum esse puniri, atque emaculari & corrigi. Procopius item Sophista epist. ad Gessium, optimè ostendit obrui hîc bonos malorum multitudine, vt assuescant ad ipsum cœlum cogitatione euolare, etiamsi corporis vinculis hîc adhuc detineantur. Item hac via patefacit Deus potentiam suam, dilatans in tribulatione, & amara suauia reddens, vt aduertit Chrysost. in Psal. 4. ad vers. 1. & Hierocles ad

versum 17. Pythagorae. Multa in hanc rem pete ex S. Ambrosio 1. de offic. cap. 15. & 16. Hilario ad illud Ps. 118. *Iustus es Domine.* Iunilio lib. 2. de part. Diuin. legis cap. 4. Anastasio Niceno quaest. 17. in Scripturas in hanc rem Patres adducente, ac nominatim Nemesium Emissenum Episcopum in serm. de prouid. cap. 45. cuius locus quem refert Anastas. habetur in fine vulgati operis de natura hominis, vbi idem auctor copiosè de prouidentia disserit. Ex quo Anastasij loco ac etiam ex q. 24. in qua multa eiusdem Nemesij nomine ex cap. 1. citati operis allegantur, agnosci obiter potest verus auctor operis illius de homine, quem Gregorium Nyssenum esse cum aliis quibusdam falsò contendit Pamelius in cap. 5. de anima Tertulliani. Videndus praetereà in rem nostram, Tyrius dissert. 15. Plotinus Ennea. 3. lib. 2. & 3. praesertim cap. 5. lib. 2. & Ennea. 4. lib. 3. cap. 16. & qui elegantissimè pro more commoda eliquatum in vita fundum mentis, per incommoda à Daemonibus tanquam fullonibus Dei permissu illata prosequitur Synesius epist. 44. Quo eodem modo loquitur Nilus libro de orat. cap. 134. Ex Recentioribus verò, in eodem argumento excultant Knardus orat. 9. Theologica, & Espencaeus digress. 16. in 1. ad Timoth.

Ad tertium Atheorum argumentum.

165 Eiusdem impietatis tertium fundamentum videri posset, illud quod adduxit Euripides apud Plutarchum 1. de placitis cap. 7. cùm enim statuisset impius ille, Diuinitatem omnibus praesidentem, esse commentum legislatorum non valentium aliter coercere populos, subdit: *Thalamus Fatica delirantiae,* congruenter Callimacho ita dicens. *Si Deum nosti, scire quoque quod factu nihil non Deo possibile. Atque Deus non omnia potest; quandoquidem si Deus est faciat atrum nitentem, gelidum, & quod sedet ne stet, ac contra.* Ex quo argumento ac etiam alio suprà adducto ex eodem Euripide, constare liquidò videtur, eum tantùm duntaxat commentitios Deos, vt olim Athenagoras orat. pro Christia. *non malitiose ab initio,* & Iustinus sub finem libri de monarchia, sed absolutè Deum negasse. Nam alioquin non apprehenderet argumentum Callimachi de niue atra, & aliis quae asserit fore vt posset Deus facere si daretur. Hoc verò quàm puerile sit, ex infrà dicendis de Diuina potentia erit compertissimum. Itaque non est quod nunc laboremus in plenitore huius argumenti confutatione. Oportet tamen vel impietatem hanc suam aliquando occuluisse Euripidem, vt Plutarch. 1. de placit. cap. 6. affirmat, vel retractasse, aut saltem piè aliquando sensisse ex quo scripsit. Nam apud Iustinum libro de Monarchia *non multùm ab initio* adducuntur haec insignia eius carmina contra Atheos.

Quicunque mortalis putat, diem totum
Admittens aliquod facere, & latere Deum,
Is videtur malus & dum videtur, capitur,
Cùm otium agit iustitia.
Hoc perpendite, quicunque existimatis non esse Deum,
Bis peccantes non rectè,
Est enim est. Quod si quis malè facit
Et est malus, tempus sane lucretur.
Nam tempore posteà dabit poenas.

Postrema Atheismi machina.

166 Posset denique cum Sexto Empyrico lib. 1. Pyrrhoniarum hypotyposeon cap. 3. fieri tale argumentum, quòd si Deus sit, cùm sit bonus infinitè, & perfectissimus, nulla in mundo

[illegible] malitiæ aut imperfectionem [illegible] contrarium cuius infinitum, destruit [illegible] aliud. Cui argumento respondens Arnobius lib. 2. num. 49. [illegible] exaggerationem [illegible] [illegible], insolubilem existimat videri[illegible]tur. Alexander autem quem refert & [illegible] reiicit Simplic. 2. cæli *in fine*, concedit Deum non posse mala excludere, aliumque ea omnino fuisse prohibi[illegible]. Et verò hoc ipsum argumentum multos Philosophos vexasse, testatur Lactantius libro de ira Dei cap. 13. Sed rectè respondet Scot. in 1. d. 2. q. 2. *in fine*, & Sylvester q. 2. conflati art. 3. oppositum non excludi formaliter ab altero opposito, nisi à subiecto in quo est. Et sic Deus infinitè bonus & perfectus, excludit à se omne malum, & omnem imperfectionem. Effectiuè autem non tenetur Deus excludere omne sibi oppositum, sed potest permittere ad bonos fines, de quibus S. Thomas 3. contra gentes cap. 71. & Synesius 1. de fato à cap. 13. Dei item benignitatem ex mali permissione, sæpe extruunt Patres, allegando cùm de prouidentia. Et ex eo quòd bona ex malis quæ permittit eruat, infinitam Dei potentiam agnoscit Plotinus Enneade 3. lib. 2. cap. 5. iure laudatus à Theodoreto 6. aduersus Græcos sub finem. *Magna sapientia est* (inquit etiam Æneas Gazæus in suo Theophrasto iure hunc suspiciens) *etiam ea quæ malè facta sunt in vsum aliquem bonum conuertere, & quæ non informiter facimus, ea in formam pulchram posse redigere, & perfecta exhibere.* Pulcherrime item hoc exaggerant Clem. 1. Strom. cap. 8. Nyssenus sub finem orationis de iis qui præmaturè obeunt, Boëtius 4. de consolat. Prosa 6. *sub finem*, Prosper ad dub. 7. Genuensium, Sanctus Dionys. cap. 4. Diuin. nom. *in fine*, Eucher. hom. 4. de Epiphania, Synesius epist. 57. Damasc. 2. fidei cap. 29. Aug. 11. Ciuit. cap. 17. & lib. 13. cap. 4. & cap. 11. & lib. de agone Christiano cap. 7. Cæterùm postremam hanc obiectionem, in qua dissoluenda versamur, cùm aliter proposuisset Trismegistus cap. 7. Asclepij, ait primùm, respondendum nihil ad eam omnino esse, quasi scilicet indignum censeat cui responderetur. Tum subdit, Deum excellentem malitiæ prouidisse, donando nobis rationem qua possimus quicquid nos dedecet cauere.

167 Plura in murmur Atheorum pete si lubet ex Mussio lib. 2. de Diuina historia cap. 11. Gradus verò quibus in eam voraginem descenditur, in hodiernorum Atheorum moribus copiosè describit Vellonus lib. 3. de hominis officio cap. 17. & breuiter, sed optimè rem attigit Clemens Alex. 3. Stromatum cap. 4. vbi post alia in hanc rem sic ait, *ut Deus ignoretur efficit vera inspiratio.* Et paulò ante. *Quomodo fieri potest vt qui victus est à voluptatibus, domino assimiletur, aut Dei habeat cognitionem.* Optimè item alter Clemens 5. recognit. *sicut enim* ait, domum fumo peccatorum repletam, prohibere inhabitantes aspectu conditoris. Quomodo verò ab hoc scelerum omnium capitalissimo, ad genus omne impietatis gradus fiat, frustrà exponerem. Certè Plotinus Ennea. 2. lib. 9. cap. 16. ait malum omnem, in primis id habere, vt despiciat Deum, neque priùs aliquem totum esse malum, quàm despiciat superos; ac si nondum in aliis omnibus malus est, ex hoc tamen vno, in cunctis malum euadere. Denique de condignis pœnis tantæ impietatis, legendus Plato 10. de legibus *sub finem.*

QVÆ

QVÆSTIO II.

Ad quantam essentiæ & attributorum Dei notitiam possimus pertingere lumine naturæ.

168 HABEMVS dari aliquod iam introductum seu Deum; nunc antequàm in essentiæ & attributorum eius naturali speculatione longiùs procedamus, peruestigandum est ad quantam de Deo diuinisque attributis, notitiâ, humanus intellectus naturaliter possit pertingere, vt hæc sit nobis quasi rubrica, qua dirigamur in naturali hac inuestigatione Deitatis, reiectâsque propriis Christianæ Theologiæ contemplationibus, quæ nituntur principiis reuelatis, in illis tantùm quæ nostri iuris sunt, quia pendent ex naturali lumine, immoremur. Malè námque Viues 1. de verit. Fidei cap. 1. negauit posse in Diuinarum rerum cognitione fines alicubi poni naturæ, idque intelligit quoad veritates de Deo naturaliter cognoscibiles. Atenim cùm possint deesse illa principia ex quibus aliquæ de Deo veritates colligantur, manifestum est posse naturam vlteriore notitia quandóque prohiberi, vt clarè patet ex omnibus illis propositionibus quæ per se ad fidem pertinentes vocantur à D. Thoma q. 14. de veritate, art. 9. & in 3. d. 24. quæst. 1. art. 2. quæstiunc. 2. His præmissis naturalem Dei cognoscibilitatem, & quæ ad hanc consequitur naturalem Dei effabilitatem, sic exponam, vt primùm tradam, quò nequeat vis creata cognoscendo aut effando pertingere, tum quò aspirare queat, vnde aditus ad reliquam de Deo tractationem patebit.

ARTICVLVS I.

Terminus extrinseci naturalis de Deo cognitionis & elocutionis.

ASSERTIO.

Deus non est naturaliter quidditatiuè visibilis, multò minùs comprehensibilis, & quod ad hæc consequitur simpliciter effabilis.

169 PRIMÒ, nego Deum esse naturaliter visibilem. Quod cùm de corporea & intellectuali visibilitate, hoc est de perspicua & euidenti intuitione, per sensum, aut per intellectum accipi possit, & de vtraque verissimum sit quod dixi, de sola tamen visibilitate intellectuali nunc accipitur.

Supponitur Deum non esse corporaliter visibilem, reiectâ Celsi calumniâ.

Visibilitatem verò corpoream, clarum est non cadere in Deum, qui est substantia spiritualis; vt rectè docuit Orig. 7. contra Celsum *circa medium*. mentitur Celsum quòd diceret Christianos sperare se Deum visuros oculis corporis, & manibus contrectaturos, eiúsque vocem auribus excepturos: itéque negat idem Celsus id posse contingere. *Nec auribus percipitur, nec cernitur oculis, neque sermone profertur, sola mente tam perspicitur, sola mente prehenditur* (inquit Trismegistus cap. 7. Pimandri) *Idéoque mentis attollendas ad cognoscendum Deum, dependendam esse vestem quam circumferimus, & vndequaque*

[illegible], cor-*[illegible]* quod ille *[illegible]* appel-lat *[illegible]*, *[illegible]* fun-*[illegible]*, *[illegible]* *[illegible]* *[illegible]* *[illegible]* *[illegible]*.

Optime item Antisthenes apud Theodoret. 1. contra Græcos circa ini-tium, & Numenius apud Eusebium 11. Præpar. cap. 11. item Proclus in libro defensionis fabulosæ Theolo-giæ, quem ex eius commentariis in Platonis Rempublicam, Tigurinus interpres clarissimæ memoriæ concin-navit, & in capita distribuit, cap. 21. asserit Homerum propterea dictum cæcitatem contraxisse, *quia animum* (verba eius sunt) *ab omni sensu publico separavit, & supra apparentem elegantiam longè profectus, intellectivam & verissimam pulchritudinem mentis nec-tens contemplatus est: quamobrem obcæcatum dicitur, quod cœlestis illa pulchritudo cor-poreis oculis usurpari nequit, sed inferio-ribus [illegible] [illegible], quæ corporis in-strumento videntur in sublime conscenden-dum, ubi nulla sunt sensuum, sed solum mentis.* Hæc ille. Huc etiam sensum in oraculis Chaldaicis pag. 20. dicitur. *Ne cogites imaginem naturæ ipsius Dei, per se [illegible]*: id est ne speres te visurum Deum corporaliter, ut ibi exponit Plethon pag. 44. & ut Psellus in eadem oracula pag. 93. ait, *Deus solo mentis flore percipitur, quia est propriè mens*. Quæ etiam ex causa Dei per nos cognitio cap. 10. Pimandri vocatur *Divinum silentium, & omnis animus abs-tractio à sensibus, & transfiguratio in Deum.* Eadem etiam ex causa Marcus Eremita in capitulis de temperantia cap. 6. ait quæ intellectu percipiun-tur, (inter quæ eminet Deus) eligere sepulchrum, in quo mortua nullius sit eorum quæ versantur animo, utique hausta per internuntios corporeos sive sensus. Latè denique idem tradit Philo libro de mutat. nominum, ini-tio, estque ex Divina incomprehensibilitate per se notum. Quid verò de Divino Chrysostomo dicemus, qui orat. 12. etiam ad plantas, quæ omni cognitio-ne carent, Dei notitiam extendit?

Deus nec per intellectum quidem est naturaliter visibilis.

170 Visibilitas ergo de qua agimus, est intellectiva, non quomodocun-que tantùm evidens, (hanc enim de Deo haberi posse, constat ex multis naturaliter de Deo demonstrabilibus,) sed etiam intuitiva, quam nulli intel-lectui creato naturaliter competere Fides docet, & verum esse singuli ex-perimur; ut planè deliraverint Ano-mæi contrarium iactantes, quibus præiverant quidam Platonici, teste Psello ad orat. Naz. 42. ad illa verba, *ut Dei claritatem & videant & sentiant*, ut allegatum est cùm de theurgis. Idque se sensisse ante susceptam Chri-stianam fidem cùm Platonicus esset, fatetur Iustinus ferè initio Trypho-nis, quod etiam paulò post Platoni tribuit. Quanquam longè aliam fuisse Platonis sententiam, compertum est ex eius verbis, expensis à S. Cyrillo 8. in Iul. ad 1. 2. Alia quoque ex eodem in Epinomide refert Clem. Alex. 5. Stromat. cap. 1. Sed & 6. de Republ. disertè negat, bonum summum, cuius beneficio res omnes bonitatis vim & nomen mutuantur, posse à nobis, sive sensu, sive animo, perfectè cognosci; quamvis addat si ipsum prorsus igno-remus & absque ipso quàm maximè alia noverimus, nullam ad nos ex aliis venturam utilitatem; sicut nec pro-desset nobis quicquam quod sine illo bono possideremus. Sæpe autem in sequentibus repetit summa illius boni

maiestatem, angustiorem esse humana cognitione, eámque longè transcendere. Quod confirmat initio septimi, pereleganti apologo quem Politianus in Lamia eleganter expressit. Nota etiam sunt illa eiusdem Platonis apud eundem Cyrillum lib. 1. *sub finem*, & apud Apuleium lib. de dogm. Platonis, Clementem Alex. in protrept. *post medium*, Lactant. lib. de ira Dei, cap. 11. Athenagoram orat. pro Christianis *ferè initio*, & alios posteà adducendos. *Deum intelligere haud facile est, eloqui autem impossibile.* Quæ etiã ex Hermete refertur Cyrillus vbi proximè, Lactant 2. instit. cap. 9. Iustinus in fine parænéseos, & latè ac planè bene Stobæus to. 2. serm. 80. locum posteà adscribam.

171 Præclara quoque illa ex c. 10. Pimandri. *Tunc poterimus mentis oculos eleuare, bonúmque, diuinúmque incomprehensibilem prospicere, cum nihil de illo prorsus dicerimus. Eius cognitio, diuinum silentium est.* Ad hæc allusisse videtur Arnob. lib. 1. num. 17. Et paulò post idem Mercur. *Impossibile est* (inquit) *animam hominis in corporis sede tantam Diuinam assumere formam: neque licet etiam pulchritudinem Dei contueri, nisi quis ante in Deum fuerit reformatus.* Acmon (quem antiquissimum Philosophum nominat Iustinus in fine parænéseos, & apud Ethnicos celebrem, quo vtrumque nomine cum Mercurio æquat) in suis de Deo libris, Deum ἀπόκρυφον seu prorsus occultum nominat. Ægyptios creatorem Eneph appellasse scribit Porphyrius apud Eusebium 3. præpar. cap. 3. eiúsque imaginem fecisse hominis forma, colore cæruleo, zonam tenentem & sceptrum, cuius in capite pennam ponebant, significantes difficilem inuentu esse creatorem, & nemini conspicuum, viuificum etiam ac Regem & intelligibili motu circumductum. Ex eiusmodi antiquissimorum Philosophorum dictis, accepisse Athenienses occasionem erigendi aram ignoto Deo, id est imperceptibili, solíque abscondito, non improbabiliter coniectant Baron. anno Christi 52. num. 9. & Serar. opusc. de sancto Paulo parte 3. num. 48. tametsi eam coniecturam infirmare videntur quæ de Diis incertis Romanorũ, ad Atheniensium similitudinem ita nominatis, habet Tertull. 1. in Marcion. cap. 9. & ex Varrone August. 6. Ciuit. cap. 4. Hæc enim potiùs quadrant cum illa expositione quã habet S. Chrysost. in epist. ad Titũ hom. 3. verbis illis. *Athenienses quoniam ab initio Deos multos non acceperunt, verùm per tempora illorum ferme orbem ingressi sunt, sicuti qui ex Hebraeis allati referuntur, sicuti Panex Arcadia, sicut parua quælibet ac magna existere contingunt ex hoc fieri posse, vt esset & alius Deus qui ab ipsis nesciretur, vt etiam illi suspecti dicebant, tam aram instituerunt, quam inscripserunt ignoto Deo, proponentes id significantes, & si quis ignotus sit Deus.* Hæc Chrysostomus. Qua expositione admissa, non habet locum coniectura prædictorum recentiorum, circa aram Atheniensem, occasione accepta ex antiquissimorum illorum Philosophorum de Deo dictis, constitutam. Eundem porrò fuisse Pythagoræ ac Pythagoreorum de Deo sensum, constat ex Onato Pythagoræo libro de Diuino, apud Stobæum in eclogis Physicis cap. 1. & ex Cyrillo 6. in Iulian. ad 1. 4. vbi ait Numã quia Pythagoræ dogmata sequebatur cognouisse Deum omni omnino specie & forma carere, & idcirco constructa templa, sacri nominasse, quia sola Deus ab hominibus, quantum capaces sunt, videtur, & subditis præcepisse vt per fidem iurarent.

rem. Vnde patet Pythagoricum & Pythagoricos non modò corporalem, sed & mentalem Dei visibilitatem infitiatos esse. Quod pulchrè confirmat Clem. Alex. 5 Strom. cap. 5. his verbis. *Meritò à Socrate dicta est Philosophia mortis meditatio. Qui enim neque visum adhibet in cogitando, neque aliquem trahit ex aliis sensibus, sed ipsa pura mente se rebus applicat, is veram prosequitur philosophiam. Hoc sibi vult etiam Pythagoræ quinque annorum silentium, quod præcipit discipulis, ut scilicet aversi à rebus sensibilibus nuda mente Deum contemplarentur.* Ita Clemens.

172 Itaque Trismegistum & Pythagoram, ac Pythagoræos, de more magistros in hac veritate asserenda habuit Plato, quem secuti sunt, (demptis paucis illis malè sanis, nec nisi nomine tenus Platonicis, quos iam tetigi,) omnes alicuius nominis Platonici. Inter quos Proclus apud Carthus. 3. dialogorum de fide Cathol. art. 19. ita loquitur. *Deus est omnino ignotum, & à nullo intellectu qui post eum, comprehensibilis.* Illustria quoque habet Max. Tyrius dissert. 1. num. 1. & 8. Nempe noverant isti Platonis mentem locis allegatis: nec ignorabant Socratem, ut est apud Xenophontem 4. de dictis & factis Socratis declarasse naturalem Dei inaspicibilitatem, exemplo Solis, qui visu privat eos, à quibus imprudenter visus in ipsum figitur. Laudat eum locum Clemens Alex. post medium Protreptici & 5. Strom. cap. 6. ac Cyrillus 1. in Iulian. ad l. ult. imitatusque eum videtur Origen. 1. de principiis c. 1. & luculenter S. Hilarius 10. de Trinitate post medium, & Minutius n. 17. & 18. pulchrè Gregor. Naz. orat. de constit. Episcop. Nec longè abest illud August. 7. de moribus Eccles. cap. 7. *Intellectus humanus ubi ad Diuina perventum est, avertit se se, intueri non potest, palpitat, æstuat, inhiat amore, reverberatur luce veritatis, ad familiaritatem tenebrarum suarum, non electione sed fatigatione convertitur.* Hæc ille, quæ usurpavit Auctor libri de cognit. veræ vitæ cap. 5. & similia pulcherrimè cecinit Prudent. lib. 2. contra Symmach. l. 2. ad versum 88. Neque verò hanc comparationem refugit Trismegistus, quæ ex parte ab his auctoribus usurpatur. Quamvis enim c. 10. Pimandri dicat conspectionem boni, & Solis animarum, illustrare mentem, & oculi mentalis lucem augere cùm conspicitur, contra quàm corporeo oculo accidit, qui fulgore nimio corrumpit oculos inspicientium tamen mens eius rectè cohæret cum illorum aliorum auctorum sensu. Restringit enim se Mercurius ad cognitionem & inspectionem Dei, quam præveniente Diuina luce quis aggreditur. Prædicti verò Auctores agunt de ea, quam oculus animæ naturali nisu, & suprà quam fert exilitas & hebetudo obtutus nostri, nititur elicere.

173 Tandem S. Iustinus in exposit. Fidei laudat Græcum quemdam, qui Diuina nobis esse prorsus impervia asserebat. *Nemini (inquit) omnium, quantumvis bonus fuerit, concessum est ut pertingere ad primum illam ac beatam naturam & essentiam queat. Diuinam naturam autem? Imò ne ad ea quidem, quæ de ea mysticè & arcanè in rebus sacris peraguntur. Nihil enim hominibus de rebus Diuinis liquidò constat, sicuti de Græcorum sapientibus quidam dixit.* An Aristotelesi cuius est illud omnino præclarè dictum 2. Metaph. tex. 1. ita se habere intellectum nostrum ad cognitionem eorum quæ de se manifestissima sunt, (nempe rerum Diuinarum, quæ ut maximè rationem entis obtinent, ita

& rationem cognoscibilia) vt oculos vespertilionis ad lumen solare? Vide in eādem rem illustria loca apud Galenum 9. de placitis, Auctorem Theologiæ Ægypt. l. 11. cap. 4. Philonem lib. *quod Deus immutabilis*, ad illud, *Noe inuenit gratiam*, Clementem Alex. 5. Stromat. cap. 5. *sub finem*, & cap. 3. *circa medium*, vbi refert Ægyptios posuisse in sacris sphingas, vt docerent omnem de Deo orationem esse ænigmaticam & obscuram, quod confirmat Plutarchus lib. de Iside, & vtinerē ad designandam totius Ægyptiacæ Theologiæ obscuritatem extendit. Quamuis aliam quoque eius facti rationem reddit Synesius lib. de prouid. sect. 1. nempe vt iungendam robori prudentiam docerent. Et mirum sanè non est, vt obseruat Nicetas 2. thesauri cap. 23. & S. Chrysost. hom. 7. in 1. ad Corinth. ad illud *animalis homo*: mirum inquam non est, ignorari à nobis & non penetrari Diuina, cùm ne cœlestia quidem tametsi corporea, imò nec terrena, & in quæ semper incurrimus, peruadamus. Quod Chrysostomus exemplo fallaciarum in visu occurrentium exponit. Visus quippe, vt etiam ait Tertull. cap. 17. de anima, *remus in aqua, inflexus vel infractus adseueratur aduersus conscientiam integritatis, & turrem quadrangulatam de longinquo rotundam persuadet, æqualissimam porticum angustiorem in summo infamat, cælum tanta sublimitati suspensum mari iungit*. Ridiculus ergo esset, vt suprà Chrysost. ex his sensuum fallaciis infert, qui se res nostras penetrare crederet; quanto magis qui Deum tanta à nobis intercapedine abiunctum? Nec dissimilis fuit Ethnicorum multorum argumentatio.

172 Itaque in hac veritate consentiunt sani omnes, vt dicere iure potuisse videtur S. Chrysost. homil. 52. in Ioan. *in initio*, nullum vnquam Philosophorum insaniisse præter Anomæos. Tametsi Turrianus in defensione cap. 11. lib. 6. concilii, quibusdam Ethnicis Philosophis (forte Platonicis suprà memoratis) illum ipsum errorem tribuit, ita innuente Sancto Dionysio cap. 1. mysticæ Theologiæ. Veritatem tam communi consensu receptam, confirmat ratio. Nam potentia, & obiectum illi connaturale & proportionatum, debent esse eiusdem ordinis: obiectum enim & potentia cùm se habeant vt motiuum & mobile, debent habere aliquam proportionem in se positam, quòd potentia aliquam cum obiecto connaturalitatem habeat, ob æqualem essendi modum, seu reductionem ad eundem ordinem: Atqui intellectus creatus, est inferioris ordinis respectu Dei, qui est in vertice intelligibilium, cùm sit actus purus, expers omnis potentialitatis, ipsa verò potentia creata potentialis sit, nec possit vlla ratione pertingere ad connaturalitatem cum ordine superiori, quandiu quoad naturales dotes spectatur; ergo facultas intellectus creati nequit vi sua, & per communem concursum ad Deum contuendum assurgere. Attigit hanc rationem S. Hilarius suprà, & innuit Prosper, sententia 61. & epigr. 60. & bene Chrysostomus hom. 5. contra Anom.

173 Nec verò Deus clauditur connaturali sphæra intellectus creati, vt patebit infrà. Item non fuere Anomæis claram & euidentem Dei notitiam iactantibus superbè vel etiam insanè ac furiosè (vt August. 2. contra Faustum c. 18. & Cyrill. 13. thesauri *initio*, rectè admonent) quid dicerent iuxta Philosophum 9. Metaph. cap. 12. simplicia, aut omnino attin-

gi,

gi, aut omnino ignorari. Addidissemus enim fuisse Aristotelici Eunomium & Eunomianos, ex Basilio & Nysseno in Eunomium pugnantibus saepe liquet; sanctusque Ambros. serm. 22. in Psalm. 118. damnans Arrianos quod relicto Apostolo, sequerentur Aristotelem, & eligerent disputationis tendiculas & ancipitia verborum secundum Dialecticae disciplinam. At Arrianismi tamen fuisse Eunomianum, & Eunomij in Dialecticis tricis peritiam, discimus ex Ruffino 1. histor. cap. 25. Sed vt dicebam non inerat Philosophus Anomaeos siue Eunomianos. Simplicia enim, aut omnino attingi aut omnino ignorari, tametsi verum est quantum attinet ad primam eorum apprehensionem, de quibus disputat Philosophus, (si quidem vel res ipsa est quae apprehenditur, vel ea non apprehensa absque erroris mixtura apprehenditur aliquid aliud) tamen intra latitudinem legitimarum de re apprehensionum, quibus ipsa verè attingatur, dantur aliquae quibus res distinctiùs & clariùs pleniusque attingatur, quàm aliae obscurae & imperfectae, tametsi haud erroneae eius apprehensiones. Quod optimè notauit S. Basilius hom. de vera fide, affirmans tales esse dum in hac vita degimus nostras de Deo apprehensiones. Est ergo Deus naturaliter inuisibilis, vt minus mirum sit quod S. Chrysost. homil. 65. in Ioan. *in fine*, & Euseb. 5. de demonstratione cap. 3. rectè aduerterunt, & prosecutus postrà est copiosè Medina 2. paraen. c. 2. ante Christi aduentum seclusa Fidei lumine in tot ac tantos circa Deum errores incurrisse humanum intellectum, paucis duntaxat rectas de Deo opiniones habentibus, nempe (vt idem paulò ante dixerant) Hebraeis, quibus propè solis, vt ait Eusebius, aut nonnullis per eos, vt aduertit Chrysostomus Diuinum tunc iubar collucebat.

Deus non est comprehensibilis à creato intellectu.

176 Quòd si Deus non est naturaliter visibilis à creatura, multò minus erit comprehensibilis, quod agnouit Celsus apud Origen. lib. 6. *sub finem*, & pugnaciter contra Anomaeos demonstrat Chrysostomus in orationibus de incomprehensibili Dei natura. Illustrissima sunt quae ex eo & ex Nazianzeno delibauit Nicetas 2. thesauri cap. 18. & 19. Quia enim haec fuit apex insaniae Anomaeorum vt non modò Deum naturaliter videri à nobis posse, sed & comprehendi dicerent, tam monstrosum errorem impugnare Patres illos necesse fuit, quod ante exortos praedictos errores necessarium non fuerat. Rectè enim S. Chrysost. supra hom. 2. sic statuit de praedictis haereticis Anomaeis. *Quid tantum vnquam dicere ausus est, ipse se ita Deum nosse quemadmodum Deus se ipse nouit, asserens. Hoc autem dicere ? hocine refelli debeat argumentis, & tanquam res dubia in controuersiam cadere? Nonne satis hoc ipsa verborum facie effertur, vt omnis eorum impietas satis ostendatur? Nimirum statim ex se, ipsum eorum scelus explicatur & deprehenditur furor. Id manifesta est insania maximè ignoscenda, nouus impietatis modus, nemo vnquam aliquid tale vel animo concipere, vel lingua referre ausus est.*

Sed quia in hanc rem plura afferenda sunt infrà tractando obiectum Diuini intellectus, satis nunc erit quae dicta sunt, breuiter ex eo demonstrare quòd comprehensio adaequat rei intelligibilitatem, vt iuxta S. Aug. 12. Ciuit. cap. 18. res comprehensa scientis comprehensione finiatur, sicut

manet rem propriè comprehendit, cùm illam vndique includit: manifestum autem est, Deum, si non videtur, non claudi intellectu cognoscentis, nec adæquare eius cognoscibilitatem. Est igitur Deus incomprehensibilis iisdem de causis proportione seruata quibus est inuisibilis, nempe quia *sic excedit omne quod cogitare vel sapere possumus, sicut superat omne quod sumus*, vt dixit Fulgentius initio 2. ad Trasimundum. Nec dissimiliter Cassiod. lib. de anima, cap. 10. *Egrediamur licet paulatim extra nos ... animæ nostræ, & immensa religione supra nosmet ipsos alia cogitatione subleuemur, transeamus etiam pulcherrimam vniuersam creaturarum, profundèque tractemus quis sit qui tam magna, tam ingentia, vno momento fecerit: tamen quicquid miramur amplius est, quicquid sentimus excelsius, dum ad illam imperspicabilem maiestatem mens humana non peruenit. Vna ergo ratio præmii beata est, venerari quod inuestigabile est, non definitè quærere qualis quantusque sit.* Disputat in hanc rem non paucis Hugo Etheria. lib. 2. de hæresibus quas Græci in Latinos deuoluunt cap. 2. concluditque rationem huius veritatis esse quòd non quales facturæ, vt dicit Parmenides, talis & factor, neque quantus ille tantæ sunt hæ. Cùm ergo Deum non nisi per creaturas cognoscamus, nunquam ad eius intuitionem assurgemus naturaliter, tantum abest vt ad comprehensionem.

Nec naturaliter effabilis absolutè.

177 SECVNDÒ, quia mentis conceptum sequitur partus vocis, negaui Deum esse naturaliter effabilem: nempe effabilitate correspondente intuitioni seu quidditatiuæ cognitioni, ac multò magis effabilitate correspondente comprehensioni. Vtramque effabilitatem vocare nunc possumus absolutam & simpliciter ...; quamuis manifestum sit effabilitatem correspondentem comprehensioni, fore longè illustriorem si dari posset; quod nulla vi posse contingere constabit ex dicendis plenè suo loco de Diuina per intellectum creatum incomprehensibilitate, quam leuiter tantum paulò ante attigimus. Deum ergo non esse naturaliter effabilem absolutè, vtrouis ex prædictis duobus modis vox illa accipiatur, certum est ex ratione quam tradit Auctor libri de causis, propositione 6. *Causa* (inquit) *prima, superior est omni narratione, & deficiunt linguæ à narratione, & propter narrationem esse ipsius, quoniam ipsa est super omnem causam.* Et paulò post. *Omnis rei non cognoscitur nisi ex ipsa causa sua, cùm ergo causa est tantùm & non est causatum, non scitur per causam primam, neque narratur, quia est superior narratione, neque consequitur eam loquela. Quod est quia narratio non fit nisi per loquelam, & loquela per intelligentiam, & intelligentia per cogitationem, cogitatio per meditationem, & meditatio per sensum. Causa autem prima est supra res omnes, quoniam est causa eis: propter illud ergo fit quod ipsa non cadit sub sensu, & meditatione, & cogitatione, & intelligentia, & loquela: non est ergo narrabilis, &c.* Hanc verborum inelegantiam compensabit Nouatiani amœnitas, illud ipsum argumentum cum suo cultu & conuenienti nitela proponentis cap. 7. libri de Trinitate. *Nomen Dei proprium non potest edici, quoniam nec concipi potest. Id enim nomine continetur quicquid etiam ex naturæ suæ conditione comprehenditur. Nomen enim, significantia est eius rei, quæ comprehendi potuit ex nomine: at quando id de quo agitur tale est vt non digne nec ipsis intellectibus colligatur, quomodo appellationis digno vocabulo pronunciabitur? Quod dum extra intellectum est, etiam supra appellationem*

pellationis significationem sit necesse est, ex nomini quando nomen suum Deus ex quinquaginta hostiliam rationibus & acceptionibus adiunxit & profert, non tam legitimam proprietatem appellationis suum est depromptam, quam significationem quandam constituit, ad quam cum homines decurrunt, Dei misericordiam per ipsam impetrare videntur. Aurea item sunt quae idem cap. 1. tradit de omni eloquentia ad eloquendum Deum omnino muta, cum quod is maior sit omni sermone, nec dici possit, ne si poterit edici, hinc dici possit, nullo sermone minor sit, quo cum nitantur & circumiri & colligi possit. Quid si hoc attenderunt Indi quos refert à Costa 5. histor. cap. 3. nullum summo Deo nomen imposuisse, tametsi eum dari faterentur? Vt proinde non possit hic nominis defectus, in modicam de Deo notitiam referri, vt à Costa facit. (Quàm multa enim, modicè nouimus, quae tamen proprio nomine nominamus?) sed referendus potiùs videatur in nominis causam à nobis inexplicabilis cognitam ab eis incapacitudinem, ad Dei expressionem, nisi quod eum innominabilem appellamus. Sic enim Aristoteles referente Clemente Romano 8. recogn. Deum, quintum elementum (id est quintum supra vulgaria elementa rerum sensibilium principium,) acatonomaston, id est incompellabile, nominauit.

178 Nec alio sensu Trismegistus cap. 5. Pimandri Deum appellat nomine meliorem. Sed illustrissimè loco quem ex eo allegant Stobaeus ser. 80. & Cyrillus 1. in Iulian. *Deum* (inquit) *cogitare difficile est, eloqui impossibile: res enim incorporea non potest corpore significari, & quod aeternum est cum temporariis aegrè coniungitur. Hoc enim praeterit, illud semper est: istud per imaginationem adumbratur, illud verum est. Imbecillius autem à fortiore & inferius à praestantiore, tantum distat, quantum à Diuino mortale. At medium inter ista interuallum pulchritudinis spectaculum obscurat. Etenim quae oculis & aliis sensibus usurpari possunt, ut corpora visibilia & rerum accidentia, eadem lingua & sermone enuntiare possumus. Quod autem incorporeum & inconspicuum & absque omni figura est, neque materia constat, à sensibus nostris percipi non potest. Intelligo ô Tati, intelligo rem, ineffabilem Deum esse.* Haec ibi. Addo & alium plane insignem locum ex cap. 8. Asclepij. *Deus* (inquit) *vel pater, vel dominus omnium, vel quocunque alio nomine ab hominibus sanctius & religiosius nuncupetur, quod inter nos, intellectus nostri causa, debet esse sacratum, tanti enim numinis contemplatione, nullo ex his nominibus eum definitè nuncupabimus. Si enim vox haec est ex aëre spiritu percusso sonus declarans omnem hominis voluntatem, vel sensum, quem fortè ex sensibus homo perceperit, cuius nominis tota substantia paucis composita syllabis, definita atque circumscripta est, ut esset in homine necessarium vocis auribusque commercium, simul & sensus, & spiritus, & aëris & omnium in his & per haec, aut eum his nomen est totum Dei? Non enim spero totius maiestatis effectorem, omniumque rerum patrem vel dominum, uno posse, quamuis è multis composito nomine, nuncupari.* Laudat haec & alia ad hoc propositum Mercurij dicta Lactantius 1. instit. cap. 6. *Ne quis* (inquit) *nomen requireret ἀνώνυμον, id est sine nomine esse dixit*, & caetera quae posteà allegabo. Statius autem Pythagoricus (is quem Ruffini audacia in Sixtum Romanum Pontificem transformauit, quamuis fuerit homo Gentilissimus, vt eum nominat S. Hiero. in cap. 22. Hieremiae) hanc rationem reddit cur Deus sit anonymus. *Nomen Dei ne quaeras, quia non inuenies. Nam omne quod nomine appellatur, à digniore nomen accepit, ut alius quidem vocet, alius autem audiat.*

Quo

Quis vero est qui nomen impo sui Dei. Dei autem non nomen est Deus, sed indicium, quod sentimus de Deo. Hanc ille sententia 23. quibus ratio Hermetis paulo ante adducta illustratur.

179 Porro ea quæ attulit ex Hermete vt pleraque alia vsurpauit Plato, de quo ita Plotinus Ennea. 6. l. 9. cap. 4. *Summum Deum ait, neque scribi unquam, neque dici posse. Scribimus autem loquimurque de eo frequenter, vt ita saltem dissicultatibus nostri animum excitemus, & ad Diuinum spectaculum dirigamus.* Sed ex Platone alia quædam paulo post addam, nunc conforme huic numini, Hebræorum placitum memorabo ex Nazianzeno orat. 4. de Theologia sub finem. *Deum (inquit) nullo nomine exprimi posse, idque ostendunt Hebræorum doctissimi, atque antiquissimi quique, quantum quidem nobis coniectandum dederunt. Nam qui propriis notis summum illud numen honorandum duxerunt, ac ne ipsis quidem literis aliud quiddam eorum quæ post Deum sunt, ac Deum, scribi sustinuerunt (tanquam fieri debet Deum hoc etiam usque à rebus nostris communicatione distinctum esse oporteret. Et quando tandem rem solubilem naturam illam insolubilem, nec cum aliis communem, explicari paterentur? Quemadmodum enim nemo est qui aerem totum unquam hauserit, ita Dei naturam nec mens ulla unquam prorsus concepit, nec vox ulla complexa est.* Collaudat cum Iudæorum (vt ait) pietatem Basilius libro de Spiritu sancto, cap. 18.

180 Reuertor ad Platonem, quem Origenes initio libri 6. contra Celsum refert monere in quadam epistola summum bonum esse ineffabile. Refert ipsa verba Clemens Alex. 5. Strom. cap. 5. *Monet (inquit) Plato quoties de Deo tractans in Epistolis, dicendum est (inquit) tibi per ænigmata, vt si tabulæ, vel in mari, vel in terra aliquid acciderit, qui legit non intelligat. Deum enim vniuersorum qui omnium causa est, inuenire difficile, & inuentum significare omnibus impossibile: quoniam dici posse literis, cum sit perfecte simpliciter verbis non posse exprimi.* Quo spectat etiam illustris locus eiusdem Platonis quem ex Porphyrio adducit Cyrillus 1. in Iulian. in fine, & illud enthyma Platonis in Timæo à veteribus Patribus, vt suprà retuli, celebratum, *Deum intellectu percipere difficile est, eloqui autem impossibile.* Laudat etiam eam Platonis sententiã Tertullianus c. 46. Apologet. & Theodoretus 2. aduersus Græcos, Celsus apud Origen. lib. 8. in medio, annuitque ibidem Origenes, quamquam Nazianzeno Platonis hoc dictũ minus placuit orat. 2. de Theologia, existimanti callidè ita locutum Platonem, nempe vt ex eo quod difficilem intellectu Deum affirmabat, opinionẽ hominibus afferret se eum concepisse: ex eo autem quod nullis verbis eum explicari posse dicebat, hoc ageret, ne inscitia eius prodi ac deprehendi posset. *Ego vero,* subdit Nazianzenus, *ita pronunciandum censeo, Dei naturam nullis quidem verbis explicari posse, animo autem atque intellectu comprehendi, multo minus posse. Nam quod quis animo & ratione complexus fuerit, id quoque fortasse sermone declarare queat,* &c. *At vero tantam animo comprehendere, omnino impossibile est.* Comprehendi ait, non concipi: quæ expressè distinxit Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 186. priore reiecto, admittens posterius.

181 Itaque iuxta Nazianzenum & qui ex eo profecit Damascenum 1. Fidei, cap. 15. (aliàs 16.) Deus idcirco est naturaliter ineffabilis, quia est incomprehensibilis. Cùm enim ineffabilitas sit attributum dicens ordinẽ ad verba vocalia, seu voces exter-

nas,

na, (in ordine quippe ad conceptum Deus dicitur innominabilis, vel incomprehensibilis,) clarum est illud esse ineffabile, quod non potest vocibus exprimi. Quod autem tale sit, dignosci potest ex institutione vocum, quæ idcirco facta est vt haberemus quod subrogaremus conceptibus nostris quos de rebus habemus. Quia enim illos conceptus exhibere non possumus, voces supponimus vt signa ad placitum, & ex pacto cognita, quibus nostrorum de obiectis cognitionum, certiores reddamus alios quibus pactum illud innotuit. Itaque ea dumtaxat exprimuntur voce, quæ cognoscimus, & eatenus exprimuntur per se loquendo, quatenus is qui loquitur cognouit. Atqui Deus, vt ostensum est, non potest à nobis naturaliter videri, multóque minus comprehendi: ergo non potest etiam nominari simpliciter & perfectè, seu nomine Deitatis adæquatè expressiuo. Quo sensu Origenes lib. 6. contra Celsum sub finem, cùm dixisset Celsus, Deum esse innominabilem, approbat hoc eius dictum, modò sensus sit quòd in verborum significatis nihil potest Dei proprietates exprimere, nempe planè & adæquatè. De quali etiam nomine loquebatur Philo initio libri de nominum mutatione cùm ait, *natura Dei est esse non dici, & ratione consentaneum erat ne vllum quidem proprium nomen prædicari posse de eo quod reuera est.* Eadémque repetit, cùm idem Philo initio libri de legatione ad Caium; vbi ait *ne tamen quidē verbum in verē articulatam versum, posse Deum eloqui.* Tum Iustinus in apologia ad Antoninum cùm ita scripsit: *Si quis nomē Dei indere auderet, profectò prorsus furere insanabiliterque insanire videretur.* Idem voluit August. 1. de doctrina Christ. cap. 6. cùm negat aliquid à nobis de Deo dici posse, ne hoc ipsum quidem quòd sit ineffabilis, quia quod à nobis ineffabile dicitur non est omnino ineffabile: quia & hoc cùm dicitur, aliquid dicitur. Quod acutè pro more vrget S. Anselmus cap. 62. Monologij, & lib. de cognit. veræ vitæ cap. 3. vbi inductione per omnia prædicamenta id exponit. Si tamen ipse est libri illius auctor vt asserunt aliqui antiquiores. Tandem S. Martinus in professione suæ fidei t. 4. biblioth. eodem sensu dixit Deum esse indicibilem, nec explicari posse etiamsi libri de eo conscripti totum mundum replerent, ipséque orbis in vnam de Deo bibliothecam transiret. Nempe ob Diuinam infinitatem. Quò reducitur ratio, quā in hanc rem vtitur Marcus Eremita, in capitulis de Temper. cap. 9. cùm ait: *Periculosum est sermone prolato ineffabilem aliquid tentare, quia sermo prolatus duplex est & pluralis. At animo sola sine voce contemplatio ipsum est, melius est, quæ tamen in indiuidua subsistit vnitate, non in pluribus.* Eodem pertinent illa Guitmundi Auersani in confessione de S. Trinitate, *Quoties Deum cogitare volumus, nunquid cogitare valemus quam debemus, vel tamen tantùm valemus quantum volumus, quanto minus eloqui quantum debemus? Quòd si humanæ mentis cogitatio deficit, dicendi saltem quomodo sufficit non sermo, ipse erit sermo exterior quòd præsidet?* Similia illa S. Gregorij 20. moral. cap. 24. *Pene omne quod de Deo dicitur, eo ipso quo indignum est, quòd potuit dici. Nam mens laudis non sufficit ad confessionem consistentia, quomodo sufficiet loquens lingua?* Alia habet 27. moral. cap. 26.

182. Paulò obscuriùs sed tamen eodem sensu ineffabilitatem Diuinam collegit Plotinus Ennea. 5. lib. 3. c. 13. nempe ex eo quòd Deus non sit aliquid, id est quòd non sit natura certæ & definitæ perfectionis, sed illimita-

ta. Cum itaque conclusisset in c. 12. Deum esse ipsummet vnum, & non esse aliquid vnum, ita orditur caput illud 13. *Quamobrem reuera ineffabile est, quicquid enim dicas proprium aliquid dicturus: sed enim quod est super omnia, superque mentem apprimè venerandam, ab omnibus segregatum, non habet certum nomen aliud, atque aliquid omnium, & nec certe nullum est nomen eius, propterea quod de eo nihil dicimus sed nos, quoad possumus, tamen aliquid de eo nobis significare conamur.*

Alia in eandem sententiam habentur ibid. cap. 14. & Ennead. 6. lib. 8. cap. 11. & 18. vbi habetur pulcherrima illa clausula. *Danda est nominibus nostris venia, nam sic de Deo nos oportet loqui, postquam loqui de illo non valemus ad votum.*

ARTICVLVS II.

Quatenus Deum naturaliter cognoscere & eloqui liceat.

ASSERTIO.

Potest Deus abstractiuè & confusè quoad essentiam & absoluta praedicata ex creaturis cognosci, atque etiam nominari.

185 Primò, dixi Deum esse ab intellectu creato naturaliter cognoscibilem abstractiuè & confusè. Quae cognitio confusa & abstractiua contraponitur intuitiuae & multò magis comprehensiuae, de quibus articulo superiore actum est. Voluit enim Deus ex parte naturaliter cognosci, vt alliceremur ad poscendam pleniorem notitiam, vt optimè tradunt S. Cypr. in praefatione libri de operibus cardinalibus, & Nazianz. non longè ab initio orat. 2. de pasch. ac Edmundus Cantuariensis in speculo Ecclesiae cap. 27. & Hugo lib. de sacramentis Fidei, parte 3. cap. 2. & clarius in fine eiusdem partis.

Cuiusmodi sit confusa notitia nostra de Deo, & vnde oriatur.

Quomodo autem intelligenda sit abstractiua illa Dei cognoscibilitas, exponendum est conformiter ad ea quae dicta sunt, agendo de cognoscibilitate Intelligentiarum, vbi ostendimus nos posse cognoscere substantias immateriales conceptu quodammodo proprio, nempe qui est reciprocus, licèt non sit genuinus, sed valde confusus & supposititius, ita vt conceptus noster, si de Deo agatur, directè quidem & immediatè repraesentet aliquam perfectionem Deo soli & nulli alteri conuenientem, non tamen eam concipiat distinctè, & secundùm propriam suam germanam repraesentationem eius, vt rectè Gregor. in 1. dist. 3. q. 4. concl. 5. sed maiori ex parte per negationes quibus adumbret, & quatenus potest exprimat, quasdam positiuas perfectiones Deo soli conuenientes. Quae rudis expressio causa est cur Fons. 2. Metaph. cap. 2. q. 2. s. 4. neget huiusmodi conceptus, tametsi proprios, esse quidditatiuos. *Apud nos* (inquit Auctor Theologiae Aegyptiorum lib. 4. cap. 4.) *nihil est quod naturam eius exprimat, aut cum rationibus illi ipsius conueniat. Quare nec de eo iudicare possumus, nec vllum exemplum quod quidem per se nobis subiicere ad eiusdem perspicuitatem: qualis ergo in nobis esse potest contemplatio primi opificis, qui ipsa est rerum omnium essentia pura, abundans luce, honore & dignitate?* Hoc item sensu Auicembron dixit creaturas erigentes se ad creatorem, *facere ei umbram*, vt legere est apud Gulielm. Parisiens.

rissimè lib. 2. de vniuerso, cap. 35. insigniter de hac re philosophantem. Vide etiam Dauidium 3. animæ, digr. 38. plura ex Platonicis congerentem.

184 Et luculenter sane S. Thomas opusc. 2. c. 10 (& in 1. Cor. 13. Lect. 4. notitiæ qua Deum hic cognoscimus imperfectionem), inde infert, quòd cognoscamus Deum vtentes creaturis tanquam *similitudine obscura*, vt vocant: Seu vt idem S. Thomas in 4. d. 49. q. 2. art. 1. ad 15. eam appellat, *medio in quo seu medio cognoscimus*. Cùm autem aliquid eo modo cognoscitur, quantò minùs medium illud cum eo conuenit, eò imperfectior est cognitio. Vt si bouem per equum cognoscas, imperfecta erit notitia; adhuc autem erit imperfectior, si bouem cognoscas per plantam quæ est in genere remotiori; & multò magis si per genus remotius, putà per lapidem vel metallum: imperfectissima autem erit, si fiat per rem alterius generis categorici. Constat autem Deum in nullo genere cum creaturis conuenire, & à quauis creatura imperfectissimè exhiberi, quia in nullo suo opere Deus omnes suas vires expromit, vt præclarè notauit Basil. lib. 2. contra Eunomium *sive in fine*. Ergo notitia Dei ex creaturis hausta non potest non esse imperfectissima, & potiùs quoad quid non sit, quàm quoad sit. Porrò non est mirum quòd ita procedamus in Dei cognitione, cùm non aliter ferè explicemus positiuas creaturarum differentias, quàm per negationes, vt cùm dicimus animam esse immaterialem, equum esse irrationale animal. Possumus quidem vt notauit S. Dionys. cap. 2. cælest. hierarch. efformare de Deo conceptus non modò negatiuos, quibus ab eo remouemus limitatas perfectiones creaturarum, (vt cùm dicimus eum esse incorporeum,) sed etiam positiuos, quibus attribuimus Deo aliquas perfectiones respondentes perfectionibus creaturarum, vt cùm dicimus Deum esse bonum & sapientem. Quò spectant prædicata quæ Deo tribuuntur via eminentiæ & causalitatis, vt loquitur D. Thom. Rom. 1. lect. 6. allegans S. Dionysium, qui idem habet cap. 7. de Diuinis nominibus.

Nostra de Deo notitia negatiua, præstat affirmatiuæ.

185 Ex his tamen duplicis generis de Deo conceptibus, negatiui, quos vsurpamus cum via remotionis procedimus, vt idem D. Thomas loquitur, censentur præstantiores, vt docet Sanctus Dionysius loco allegato & S. Damascenus 1. Fidei, cap. 4. & Iustinus ad q. 5. Græcorum, & pulchrè Cyprianus aut quiuis alius, Auctor libri de oper. Card. in prologo verbis illis: *Non pertinet ad liquidum se videre Diuinitas, quam utique inuestigatio fidelis aliquo modo adorat vel sentit, sed propriam essentiam nec conspicit, nec comprehendit. Affirmatio quippe de Dei essentia in promptu haberi non potest, neque enim definibilis est Diuinitas, sed veritas summa ipsa que remotis indicat negando quid non sit, quàm asserendo quod sit. Quoniam quicquid sensibus subiacet, illud esse non potest, quod omnem superat intellectum.* Eodem respexit Origenes lib. 6. contra Celsum *sub finem*, cùm vniuersaliter concedit Celso, nihil eorum Deo adesse quæ nos cognoscimus, eò quòd quæ insunt ei, superent omnem scientiam non humanam modò, sed etiam excellentiorum naturarum, vt idem addit. Nec minùs expressis verbis idem dixit Victorinus lib. 4. aduersus Arrium *post medium*. Posita namque Diuini esse infinitate, & indeterminatione, concludit. *Ex hoc cognoscitur tam incognitum &*

illa de Deo dicere, vt sinat incomprehensibilis sit & esse & viuere & intelligere, vt nec esse quidem ista videantur quod ille supra omnia sit. Quare & ἀνυπόστατος & ἀνούσιος & ἄνους & ἄζως, siue existentia, siue substantia, siue intelligentia, siue vita dicitur, non quidem per vitium, id est, non per priuationem, sed per supereminentiam. Multos alios Patres adducit Cypariss. deca. 2. cap. 9. & adstipulatur planè luculenter & copiosè grauissimus secundùm Patres scriptor, Hugo de S. Victore in cap. 2. cœlest. hierar.

186 Fuêre etiam Philosophi non pauci, qui disertè idem tradiderunt. Quò spectant quæ generatim disputat Proclus in Alcibiadem 1. pag. 248. ostendens in prædicatis affirmatiuis fieri descensum à perfectioribus ad imperfectiora; è contrà verò in negatiuis procedi ab imperfectioribus ad perfectiora. Sed optimè in rem nostram Simplicius in cap. 38. Enchiridij Epictet. Est (inquit) *ad principia ascendendo quærendum possitne aliquid vt esse principia prædicemus quod statuimus. Quod si repertum fuerit, rursus in illo hærendum, donec ad supremas cogitationes peruenerimus, quibus nihil restet excellentius, nec porrò ab ascensu desistendum. Neque enim verendum ne inanis sit nostra progressio, magni quædam, quæque prima principia excedant, de iis cogitantis. Neque enim fieri potest vt tantum saltum faciamus cogitatione nostra, vt æquemus primorum principiorum dignitatem, nedum superemus. Vna enim hæc quæ ad Deum fit extensio, est optima, & omnia quæcunque fieri potest eximia tribuere cum omnia bonorum quæ cogitatione persequimur sanctissima & summa, & primaria nomina quibus res extollimus, illud persuasissimum habendum, nihil nos illi dignum ipsi tribuisse; sed ad veniam impetrandam illud satis esse, quod nihil superius illis habeamus.* Hæc ille. Idem denique voluerat Plotinus Ennea. 5. lib. 5. post Platonem, qui vt Porphyrius 4. histor. testatur apud S. Cyrillum 1. in Iulia. *sub finem* dixit nomen Deo nullum congruere, neque humanam cognitionem posse eum comprehendere, sed appellationes quæ de Deo dicuntur abusiuè de eo dici.

187 Quæ tamen ab eo verè remouemus, propriè remouentur. Cuius rei ratio est, quòd cùm aliquid de Deo verè negamus, non solùm remotio illa vera est, sed etiam prædicatum illud quod negamus, quippe creatum ac plerumque corporeum possumus distinctè penetrare, vt verbis supra allegatis tetigit S. Cyprianus. Verbi gratia cùm negamus Deum esse quantum, molem illam quam à Deo remouemus, distinctè percipimus. At cùm de Deo aliquid verè affirmamus, prædicatum illud, ab iis quæ similia in creatura conspeximus translatum ad Deum, tametsi eodem nomine donetur, non potest non esse illi inadæquatum, ac longè impar, iuxta illud Bernardi 5. de consid. cap. 3. *Quis est iste tam communis in vocibus, tam longè in rebus?* Vt proinde cogamur quod obiectioni nostræ rationis deest, negatione addita supplere, ne si in ratione illa positiua creatæ perfectioni respondente sistamus, nihil habeamus Deo dignum. Atque ita S. Max. centur. 2. Theolog. cap. 39. cuius hæc sunt verba. *Qui philosophatur de Deo, ait, Verbum facit carnem, dum non potest aliunde quam ex iis quæ cernimus & contrectamus, Deum cognoscere tanquam causam. Qui verò negatiuè, auferendo philosophatur, verbum facit spiritum, atque eum qui est supra quam intelligentiis, ex nulla penitus ex rebus quæ cognosci possunt rectè cognoscunt.* Ita Maximus, quæ in eum quem dixi sensum pluribus illustrat Cyparissiota decade 2. cap. 3. similique

et cum his alij Græci Patres, præsertim Dionysius, & Platonici Philosophi, vt Proclus propos. 115. ac sæpe alibi, Deum nominant supersapientem, superbonum, supervitalem, superintellectualem. *Deus* (inquit Damasc. 1. Fidei cap. 8.) *[illegible], supersubstantialis, super entia existens, superplenus, superdiuinus, superbonus, superplenus, omnem principatum & ordinem superlocans.* Hanc vocat Theologiam negatiuam, vel Diuinam ignorantiam, vt annotat Clichtoueus ad caput citatum Damasceni: & hanc non esse paruam notitiæ partem cùm de profundo isto in illam summitatem respiramus, dixit S. August. 8. Trinit. cap. 2.

Triplex via Deum ex creaturis cognoscendi.

188 Vnde explicata manet triplex illa ratio Deū ex creaturis agnoscendi, quàm suprà ex D. Thoma tetigimus, pleniusque exponit Bellouisius tract. 1. de terminis cap. 2. nempe per viam eminentiæ, aut causalitatis, aut remotionis. Cùm enim agnoscimus omne ens quod non est à se, cuiusmodi est creatura eiū collectiuè sumpta, debere oriri ab ente aliquo quod sit à se, quale est solus Deus, dicimur procedere via causalitatis. Sed quia illud ens creatum, est innumeris imperfectionibus commixtum, agnoscimus etiā debere dari verum aliquod bonum optimum, in quo omnes perfectiones sint prorsus defæcatæ, vt habeatur in natura rerum, non modò bonum & melius, quæ in creaturis inueniuntur, sed etiam optimū, per ordinem ad quod dicuntur bonum & melius; Propterea tunc dicimur procedere via eminentiæ, vel vt D. Thom. lect. illa 6. in 1. ad Rom. loquitur, via excellentiæ. Qui tamen hunc modum Deum ex creaturis agnoscendi exponit per Diuinam causalitatē prout æquiuocam, ita vt cùm Deus via causalitatis cognoscatur præcisè vt causans, atque adeò tantùm attingatur quoad an est; postea via excellentiæ, agnoscatur vt causa æquiuoca, & res à se causatas excedens in perfectionibus quas impertit, quæ est vlterior Dei cognitio, quàm ea quæ sistebat in eius existentia. Verùm quia ob hunc ipsum Dei supra res creatas excessum, nihil vsurpare possumus quod positiuè exprimat Deum consentaneè ad eminentiam illius, propterea superest tertia via, quâ omnia in creaturis reperta, fatemur imperfecta esse, & remouemus ea à Deo. Atque ita consummamus notitiam illam abstractiuam, quam hîc de Deo comparare possumus.

Naturalis Intelligentiarum de Deo notitia superat nostram.

189 Illud hoc loco monendum restat, abstractiuam hanc Dei notitiam naturalem, in nobis esse deteriorem quàm in Angelo secundùm naturæ suæ vires spectato. Cùm enim omnis Intelligentia, seu omnis natura intellectiua ex libro de causis proposit. 8. intelligat ad modum suæ substantiæ, quia de homine egregiè traditur cap. 11. Pimandri: hominis autem substantia longè cedat Angelicæ; manifestum est Deum naturaliter illustrius ab Angelo, quàm ab homine attingi, tametsi ab vtroque sub eo lumine, obscurè & imperfectè attingatur. Bene id docuit Auctor quæstionum veteris ac noui testamenti q. 1. *Vnaquæque* (inquit) *natura pro capacitate sua, suspicatur de Deo, vt quantum natura distat à natura, tantum distat sententia à sententia in iudicando quid Deus sit. Quia enim supra omnia est, maius est [illegible]. Homines enim*

quantum possunt animi nostri extendere, asserimus quod Deus sit optimum, non desinimus. Angeli autem qui superiores hominibus sunt, quia de Deo aliquid sentiunt, non est dubium. Archangeli verò eo ipso amplius, Cherubim autem & Seraphim, qui potestate iuxta Deum esse dicuntur, maiora de Deo sentiunt, non tamen comprehendunt penitus quid Deus sit. Hæc ille, & planè similia S. Cyrill. 11. thesauri *circa finem.* Et eodem referri possunt quæ habet Chrysost. hom. 3. contra Anomæos, cùm ait, *vt non pari modo hic Deum nosse ac virtutes incorporeas. Sed quantò illæ virtutes, puriores, sapientiores & perspicaciores sunt naturâ humanâ, tantò perfectius & melius nosse Deum: quantumque inter hominem cæcum & videntem discriminis est, tantum illas à nobis hac in parte differre.* Nempe sistendo intra naturalem nostram & illarum de Deo notitiam. Nam quod spectat ad illud Dei lumen, in quo videbimus lumen, æquè Intelligentiæ seclusâ Diuina largitate indebita, laborant cæcitate circa Deum, ac nos, & ex Diuina irradiatione affulgente, æquè homines oculati esse possunt, ac illæ. Sed & inter ipsos homines, naturalis de Deo notitia ex operum consideratione comparata, eò est illustrior, quò perspicacior est mens vniuscuiusque, & diligentia in inuestigatione Dei ex creaturis. Ideòque Sapiens, vt Cyrillus Hierosolym. notauit catech. 9. *initio*, dixit Deum posse ex operibus videri cognoscibiliter, Græcè ἀναλόγως, secundùm proportionem.

Cognitio de Deo, ex pura naturæ lumine parabilis, est tantùm de Deo prout vno.

190 SECVNDÒ, hanc naturalem Dei cognitionem, nullo nisi naturali præsidio interueniente comparatam, restringi ad essentialia & absoluta prædicata. Quibus verbis non reiicio prædicata Dei respicientia creaturas, vt omnipotentiam, &c. quomodocunque sint relatiua, sed tantùm reiicio notitiam Diuinarum relationum personalium, seu Trinitatis, quam nemo cognouit ex puro naturali lumine, seu secluso, aliquo reuelationis Diuinæ interuentu. Quia hoc mysterium non potuit innotescere ex creaturis, cùm nulla earum procedat à Deo vt trinus est, sed tantùm procedant ab eo vt est vnus, de quo bene Scot. in 2. d. 1. quæst. 1. & Tol. in cap. 1. Ioan. annot. 12. adducens Sanctum Athanasium. Rationes autem aliæ, quæ ex Diuinis operationibus immanentibus adducuntur à Richardo Victorino in opere de Trinitate, præsertim lib. 3. non probant esse in Deo distinctionem personarum, quæ tamen maximè intrinseca est huic mysterio. Naufragant etiam ad eum scopulum rationes illæ naturales, quas in huius mysterij probationem accumulant, Cusanus 1. cribrationis Alcorani à cap. 5. Sebundus titulo 47. & aliquot sequentibus, Viues 2. de verit. Fidei, cap. 2. & Abelardus 2. introductionis ad suam Theologiam, vel vt lusit S. Bernard. epist. 190. *stultilogiam.* Rectè itaque Auctor libri de oper. Card. apud Cypr. serm. de Spiritu sancto, agens de hoc mysterio, *absconditum est* (inquit) *à sapientibus & prudentibus tanta rei maiestas, nec potuit humani fastus ingenium, secretis interesse cælestibus, & penetrare ad superessentialis naturæ altitudinem. Et licet intelligerent quod verè esset creatrix & gubernatrix rerum Diuinitas, distinguere tamen nullo modo potuerunt quæ esset Deitatis Trinitas, vel quæ vnitas, vel quæ personarum proprietas.* Sic ille.

Philo

Philosophos tamen Trinitatem agnouisse.

191 Ex plerisque tamen locis Ethnicorum, quæ referunt Origen. 6. contra Cels. *longè ante medium*, Lactant. lib. 4. à cap. 6. ad 9. August. 10. Ciuit. cap. 28. & 29. & ibi Viues c. 23. Theodoretus 1. cötra Græcos *à medio*, Abelardus 1. introd. à cap. 17. ad 25. Carthus. in element. Theolog. propos. 14. Eugub. & 2. perennis Philos. Cusanus libro de Beryllo cap. 23. & 24. Carpentarius ad 5. Theol. cap. 6. Petrus Gregorius lib. de Deo, c. 18. conficit negari non posse priscis Philosophis notitiam aliquam Sanctissimæ Trinitatis, etiam quoad ipsas personas. Et ita plerique Patres apud citatos, & ex Recentioribus Mol. 1. parte quæst. 32. art. 1. Vasques d. 132. cap. 1. Henriquez lib. de fine hominis, cap. 7. num. 4. Suar. 1. de Trinit. cap. 1. Expressissima videntur quæ ex Philosophorum vetustissimo habentur cap. 1. Pimandri *ferè initio*, & quæ ex variis locis, tum libri ad Asclepium, tum aliorum eiusdem Hermetis operum, collegit Cyrillus Alex. 1. in Iulia. *in fine*. Non modò enim Patris, sed & Verbi, & Spiritus sancti meminit, & Trinitatis mundum sufficientis, et propterea diceret *primum deum subiacere mentali mundo*. Nemini præterea incompertum oraculum de Trinitate, quod ex eo refert Suidas. Quæ omnia confecta esse (quod voluit Albertus apud Carthus. in 1. d. 3. quæst. 3.) credet qui auscultandum putabit eidem Alberto ibidem asserenti nesciri quis fuerit Trismegistus, & præstat sanè cum tot perantiquis & eruditissimis Patribus falli, agnoscendo pro veris Hermetis operibus quæ illi agnouerunt, quàm nimia in Auctoribus diiudicandis sagacitate nimium inferre præiudicia illorum. Quod aliquos etiam post Albertum fecisse, & etiamnum facere nouimus. De Platonis quoque circa hoc dictis, multa habentur apud Cyrillum suprà, ac nominatim, quod referente Porphyrio dixerit, *usque ad tres subsistentias Diuinam substantiam progredi: Esse autem summè quidem Deum bonum, post illum autem & alterum conditorem, tertium & mundi animam*. Similia ex eo Plotinus Ennea. 5. lib. 1. cap. 8. & ex Platone ac Plotino Hugo Ether. lib. 1. de hær. quas Græci in Latinos deuoluunt cap. 1. Alia in hanc rem Platonis loca dabit idem Cyrill. 8. in Iulian. ad 1.4. & multa diligenter collegit Viues suprà, & Carpent. digress. 5. in Alcinoum *circa initium*. Ex quibus contexta videtur fabula quam habet nuperus quidam ex oriente Scriptor apud Brouium anno Christi 1530. n. 32. *Miror abundans dignè nequeo*, ait de Platone Claudius Mamertus lib. de statu animæ, cap. 8. *quòd ante puerperium Virginis, ante Incarnationem Dei, ante hominis resurrectionem, ante prædicatam summæ Trinitatis in gentibus veritatem ineffabilem, tres unæ in Diuinitate personas laudabili vsu, mirabili ingenio, non imitabili eloquio quæsiuit, inuenit, prodidit. Patrem Deum, paternamque mentem, arte sine consilio, necnon vtriusque benignum amorem mutuum, unam summam, æqualem, indiuisam æternitatem, non solum ita credi oportere docuit, sed ita esse* conuincit. Sic ille de Platone.

192 Magistrum secutos Platonicos, multa & ipsos de hoc mysterio scriptis mandasse, docet, multa ex eis referens Cyrillus lib. illo 8. ad 1.2. & 3. ac præsertim ex Plotino, cuius extat liber de tribus principalibus subsistentiis, qui est primus Enneadis quintæ, tametsi August. 10. Ciuit. cap. 23. aliter Plotinum interpretetur,

tur, sed minùs commodè. Addit item Cyrillus in hanc rem testimonium ex Amelio, quem Porphyrij scholis præfuisse ait Theodor. suprà, tametsi ex Porphyrio in vita Plotini aliud colligatur. Habes ergo & aliorum quoque Platonicorum de hac re loca ab Augustino varijs locis relata notavi in opusculo naturalis Theologiæ Platonicæ. Alia quoque multa notavit Genebrardus in notis chronicis præsertim ætate 6. Intolerandum verò est Laurentij Vallæ supercilium, indiligentiæ aut mendacij culpantis Augustinum suprà, & 7. Confess. cap. 9. referentem lectas à se apud Platonicos illas de Trinitate sententias. Digna sanè audacia, cui Palac. quæst. 1. prologi robustiùs ac fortiùs pro Augustino reponeret, unò pro alijs etiã plerisque Patribus, Augustino hac in parte suffragantibus, præsertim Cyrillo & Theodoreto suprà & Eusebio 11. præpar. cap. 10. quos cum illo male sano capite, in sinceritate Auctores referendi, & intelligendi perspicacia, committere, nemo prudens iustum æstimet. Miror autem bambalionem illum non attendisse Platonicos, quorum hi Patres meminerũt, facilè potuisse ex Scripturis novi Testamenti, & insonante tunc Euangelij tuba, percipere, quæ de Trinitate tradiderunt. Quod de Plotino observavit Aug. epist. 56. *in fine*, & Theodor. 6. contra Græcos *circa medium*, qui etiam de eodem Plotino, ac Plutarcho, & Amelio, ac Numenio, idem tradit lib. 2. *sub finem*. Cæterùm fatetur S. Cyprianus, vel quicumque alius est auctor operis de Christi operibus cardinalibus serm. de Spiritu sancto, Platonicos de Patre, & Filio aliqua sensisse, non potuisse tamen propinquare sanctitudini, significans eos de Spiritus sancti persona, nihil novisse. Quod non consonat ijs quæ de anima mundi ex Platonicis adduximus, neque alijs quæ paulò ante ex Plotino & alijs notavimus.

Vnde ea Trinitatis notitia in Philosophis, & quibusdam Ethnicis, nominatimque in Sibyllis.

193 Vniversaliter autem cum Recentioribus allegatis dicendum est, antiquiores illos qui de hoc alijsve Fidei nostræ mysterijs, ante Christum aliquid tradiderunt, eam notitiam non habuisse ex modo naturæ lumine, sed aliunde: putà ex obscura aliqua traditione accepta ex conversatione cum Hebræis, alijsve Ecclesiis legis naturæ: quod attigit Canus 12. de locis cap. 6. fidelibus enim illis per speciales revelationes, vel ab antiquo acceptam, aut per manus traditam doctrinam, insuperque Hebræis per veteris instrumenti libros, mysteria nostra ac nominatim Trinitatẽ multipliciter adumbrantes, mysteriorum adulta iam Christianæ lucis die detegendorum scintillæ aliquæ affulserunt, quibus illi alijs collucere hac in parte potuerint. Quò spectare potest oraculum quod de Serapide circumfertur apud Suidam, verbo Thulis. *Primus Deus, deinde verbum & Spiritus cum eis, congenita autem sunt omnia, & tendentia in unum, cuius potentia est æterna.* Nam si Ioseph, quod Saræ pronepos esset, Serapis quasi ἀπὸ Σάῤῥας dictus est, ut aliquos censuisse refert Ruffinus 2. histor. cap. 23. & planè affirmat Iulius Firmicus lib. de erroribus profanarum rel. cap. 14. tom. 4. bibliothecæ: minus mirum erit tam illustrem de Trinitate notitiam, eo Serapidis oraculo contineri. Potuerunt etiam iidem Ethnici eam cognitionẽ ex libris sacris per seipsos haurire, nam à plerisque eorum lectos esse

esse sacros librorum esse dubium est, vt attigi in tractatu naturalis Theologiae Platonicae illis suis libris adumbrari Christiana mysteria, ac nominatim Trinitatem paulo ante manui, Ita quoque tradunt Genebrardus in citatis supra suis chronicis, praesertim [illegible] 4. Petrus Alphonsus toto titulo [illegible] Galat. lib. 2. & passim alij.

554 Potuerunt praeterea iidem Ethnici, ex librorum Sibyllinorum lectione proficere. Sibyllas enim cognouisse quoquo modo hæc mysteria, eorum scripta docent: agnouisse verò per specialem reuelationem illis factam, existimant Suares, Vasquez, & Molina supra adducti post quos, & Molina supra adducti post D. Thomam 2.2.q.2.art.7. ad 3. & qui hæc omnia capita, quibus ea notitia ad Ethnicos permanare potuit, latissimè prosequitur Auctor supplementi Gabrielis in 4. d. 40. q. 1. art. 3. dubio 1. Vt enim optimè dixit sententiam hanc confirmans Niceph. 8. histor. capite 9. in fine, *Fuit Diuinæ prouidentiæ ad rerum futurarum certiorem confirmationem [illegible] per praeclaros ministros futura prædicere, verum [illegible] quoque aduersus & alienis ad id vti, perinde atque Moysem quondam grauem & [illegible] decantasse carmen, [illegible] quoque [illegible] [illegible], aut [illegible] gratia, super [illegible] quæ ex ipso [illegible], alias etiam [illegible].* Hæc ibi, quæ habentur etiam 1. Tripartitæ historiæ cap. 2. Et sanè ridiculè videmus qui ad materiales causas referunt huiusmodi prænunciationes, vt tractatum est cùm de obiecto intellectus Intelligentiarum. Diuinitus ergo quoad hoc afflatas fuisse Sibyllas, fuit sententia Heracliti, apud Clementem Alex. 1. Strom. cap. 8. in fine, asserentis *eas Diuinum apparuisse, non vt alij recitâs vertere, futura illis Diuinitus apparuisse.* Ita enim disertè habet ipsemet Heraclitus epistola 3. ad Hermodorum. Ita etiam [illegible] Apollinaris apud S. Cyrillum [illegible] 1. Ipsa quoque Sibylla Cumæa, apud Antiochum Græcum Scriptorem, in præfatione Sibyllinorum oraculorum, idem de se edisseri Regi Tarquinio, pluribusque contra [illegible] Casauboni Theologiam, confirmat Eudæmon Ioannes lib. 1. pro Baronio cap. 5. & Salmeron tom. 1. tract. 29. Sanè profanorum Scriptorum omnium (vno excepto Cicerone) & Sanctorum Patrum, eam fuisse sententiam, dixit Molina 2. [illegible] cap. 9. & vt ex Patribus [illegible] aut alterum adducam, expressè S. Hieronymus 1. in Iouin. cap. 26. id sensit, his verbis *Varro Sibyllas decem fuisse enarrat, quarum insigne Virginitas est, & virginitatis præmium Diuinatio.* Fauet Theophil. 2. ad Autol. vocans Sibyllas Gentium Prophetissas, & Clem. Alex. 6. Stromatum cap. 5. *ante medium*, vbi adducit verba quædam S. Pauli, (credo ex concione aliqua,) ex Sibyllæ loco argumentantis. Et ita quoque quoad hæc intellexerim [illegible] illum afflatum ex quo Iustinus *in fine paræn.* Sibyllæ oracula deriuat: Nec refert quòd Sibyllarum impietatem redarguat S. Aug. 13. contra Faustum cap. 15. quod etiam colit in expositione inchoata epistolæ ad Rom. *ferè initio*, vocans eas Prophetissas non Dei, ob earum scilicet impietatem, vt constat ex aliis quæ ibi adiungit. Hoc inquam non refert, nam quamuis & impiæ fuerint, & quoad ea profanas agitante Dæmone locutæ & vaticinatæ sint, vt disertè ait S. Ambros. 1. Cor. 1. tamen & Balaam cecidit apertos habens oculos, & potuerunt non sibi sed aliis profutura, Diuinitus doceri, vt rectè Anan. 1. de natura Dæmon. c. 1. 2. & Abulen. c. 2 3. Iudic. quæst. 14. imò vt videtur ipse Augustin. 8. Ciuit. c. 23.

Ideircóque Christiani testimonio Sibyllarum reuincebant Paganos, nequicquam obtendentes ea loca esse supposititia, vt refert Aug. 1. de consensu Euang. cap. 20. & Constantinus Magnus orat. ad Sanctorum cœtum cap. 19. & Origenes 7. contra Celsum. Quos Ethnicos, mirum est, ferè secutum esse Bodinum 2. Dæmonomaniæ cap. 5. non sine sale in Patres oraculis illis vsos contra Gentiles, quod constat antiquos Christianos fecisse frequenter, adeò vt teste Orig. 5. contra Celsum, ideo vocarentur Sibyllistæ, eósque pœna mortis ab huiusmodi lectione deterrere tentauerint Ethnici, vt queritur Iustinus Martyr orat. ad Antoninum Pium *post medium*.

Ex Trinitatis notitia, apud Ethnicos quàm manca.

195 Sed vndecumque Sibyllæ & alij Ethnici notitiam rerum Fidei nostræ, & nominatim Trinitatis hauserint, rectè monet Theodoretus lib. 2. contra Græcos, eos commiscuisse limum aquæ pellucidæ, quam ex Scriptura vel traditione hauserant. Idem de Platone obseruat Euseb. 11. præparat. cap. 1. & 10. & lib. 14. cap. 7. *in fine*. & de Porphyrio Aug. 10. Ciuit. cap. 29. indisciplinata eius de hoc mysterio loquentis verba damnans. Strabos ob eandem causam in Diuinis rebus Ethnicos vocat Cyrillus in ipso fine primi in Iulianum, & nominatim in hoc mysterio caligantes tumidos Philosophorum intellectus nominat Auctor libri de operibus card. serm. de Spiritu sancto, agens de Platonicis. Nec ineleganter idem Theodoret. lib. 1. ait eiusmodi Philosophos, cùm de Deo philosophantur, videri aues oscines humanarum vocum imitantes. Quod verissimum est, præsertim cùm de Trinitate agunt. Quanquam rectè supra addit Theodoretus eos dignos esse venia, sicuti [illegible] sunt in illis quæ natura duce de Deo inuestigarunt, eò quòd scientia lumen, hominibus non piis dari soleat, sicut pluuia desertis & syluestribus locis, & sicut capillitiens [illegible]tur sepulchris. Et ita intellexerim S. Thomam cum 1. p. q. 32. art. 1. & super Boet. de Trinit. q. 1. art. 4. in corpore & ad 8. negat Philosophos habuisse notitiam personarum Trinitatis, siue ex effectibus siue aliunde; nempe perfectam, & falsitati non immixtam, aut plenam, vt habetur ex lib. 1. de Incarnat. cap. 16. apud S. Aug. tom. 4. & ex coll. August. q. 25. in Exodum, allegante Didymum. Quo etiam modo Foxius in 2. partem Timæi pag. 64. citans Bessarionem, negat Ethnicos agnouisse Trinitatem, quia quantumuis eam visi sint attigisse, immiscuerant tamen multas falsitates; vt personarum inæqualitatem, quam in Philone Platonico, notauit Isid. Pelusiota lib. 2. epist. 143. (quamuis insignis Platonicus, Auctor Theologiæ Ægypt. lib. 10. cap. 13. disertè tradat Verbum Diuinum esse eiusdem substantiæ cum Patre, & ei æquale, vt proinde non possimus eum errorem omnibus Platonicis attribuere. Quod latè etiam contendit Eugub. 2. perenn. Philos. cap. 17.) Alij verò in tribus Diuinis personis commenti sunt essentiæ multiplicitatem, quod nominatim fecisse Platonem & Platonicos, vt Calcidium & Plotinum, notauit Genebr. 1. de Trinit. circa quintum errorem, & Scaliger exerc. 365. num. 3. ac optimè quoad Platonem, Constantinus Magnus orat. ad Sanctorum cœtum cap. 9. vt proinde non immeritò Arrij errorem ex Platone profectum esse, docet S. Cyrillus 1. in Iulian. *in fine*, & S. Thom. 1. contra

Gent.

Gent. cap. 6. & 8. valetque hic etiam quod queritur sæpe Tertullianus, quod quotidie *hæreses à Philosophia (non bona) ... & Plurimum ... hæreticorum condimentarium factum.* Vel *hæreticorum ... ab Aristotele ... ipsi assumpsisse*, vt de Arrianis dicit Epiphan. hær. 69. *sub finem.* Nec dissimilis Hieron. in cap. vltimum Nahum ad illud *Bruchus ... & euolauit.*

Deus naturaliter est imperfectè effabilis.

196 TERTIO, addebam Deum naturaliter esse à nobis cõfusè & imperfectè effabilem, ac nominabilem. Nominamus enim Deum sicut eum concipimus, atque adeò nomine & conceptu confuso & imperfecto ex parte nostra. Quod voluit Origenes lib. 6. contra Celsum *paucis ante finem paginis* refellens Celsum, qui absolutè dixerat Deum esse innominabilem. Docet autem Origenes esse aliquo modo nominabilem, licèt non perfectè. Celso videntur fauere Plato & Plotinus, relati ab Aug. 9. Ciuit. c. 16. his verbis. *Deum summum ... quem ... verum Deum dicere ... , ... à Platone prædicari asseruit (Plotinus) quod ipse sit solus qui non possit penuria sermonis humani, ... ullo modo comprehendi.* Ita Augustinus. Sed quæ ab eo ibidem adduntur clarè significant verba nunc allegata, de imperfecta expressione & nominatione esse accipienda. Subdit enim Augustinus eos falsos esse, *etiam sapientibus viris, cum se vigore animi quantum licuit à corpore remouerunt, intellectum Dei, ad ... interdum tanquam in ... rapidissimè coruscantis luminis candidam ...* Quibus verbis imperfecta aliqua Dei notitia conceditur, quidni ergo etiam nominatio, cùm *sermo* (vt dicitur cap. 5. Pimandri) habeat pro sorore intelligentiam, & iuxta Philonem lib. *quis rerum Diuinarum hæres*, ferè initio, & lib. *quod deterius potiori insidiatur*, sermonis suis & vitæ frater, & obstetrix, seu mens, seu cognitio quæ de re habetur? Quare Deus vt imperfectè à nobis cognosci, ita & imperfectè nominari potest. *Homines sumus*, ait Chrysost. hom. 1. contra Anomæos, *nec aliter quàm lingua humana, verba de Deo facere possumus.* Et Plotin. Enn. 5. lib. 5. cap. 1. *quasi quandam parturientis angustiam laborantes quid potissimum dicere (de Deo) debeat ignoramus, & de illo quod dici non potest, dicimus atque nominamus, significare aliquid nobismetipsis affectantes.*

197 Hinc factum vt Deum quantumuis vnus, imò & vnica purissima perfectio sit, tam multis nominibus nominemus, vt varias eius perfectiones exprimamus. Quod hinc traditur libro de mundo ad Alexandrum *sine*, & à Seneca 4. de benef. cap. 7. & 2. natur. quæstionum cap. 45. & apud Dionem Chrysostom. orat. 1. & 12. Sic namque cuiuslibet nominis imperfectionem, supplet pluralitas nominum. Ex quo illud Trismegisti cap. 8. Asclepij *cum ... Deum posse vno quamuis è multis composito nomine nominari. Itaque ... vel ipse omnium nominibus nuncupetur.* Allusisse ex parte ad hunc locum videtur S. Dionys. c. 1. Diuin. nominum. Ergo varia Dei nomina fecimus tum quoad essentiam, tum quoad varias habitudines qualescunque, & peculiaria attributa.

De primo nomine essentiam Dei exhibente.

Nomina Dei essentiam exprimentia, duo adducit Nazianz. orat. 4. de Theolog. circa finem. *Quantum (inquit) nobis assequi concessum est, ens & Deus magis quodammodo essentiæ nomina sunt;*

ex iis qui enumerantur &c., ad eam indicandam aptior est; non solum hoc nomine quod ipse cum Adeo in omnem orationem adesset, quæcumque illi quæ nomine vocaretur, ita sensum appellare, sed etiam quia nomen illud magis proprium esse reperiebat. Ratio vero subdit, quæ si nominis notatio & impositio attendatur, planè conuincit eo nomine non exprimi essentiam. *Quartum nomen (inquit) Dei est vel à verbo θέειν vel ab ἄιθειν, id est ardere, quod in hoc putem sibi fuisse atque arguta videantur, hoc est à currendo, vel ab ardendo rationem originis suæ ducat, tum propter sempiternam agitationem, tum propter vim vitiosorum affectuum consumptricem (Nam hoc quoque ignis consumens dicitur:) Ex eorum tamen numero est, quæ ad aliquid referuntur, nec libera sunt, atque absoluta, &c. At nos nomen ipsum exprimitur, ut esse ipsum per se ... et non cum alio quopiam coniunctum.* Ita Theologus, idemque ex Damasceno habet Nicetas 2. thesl. c. 17. Nec aliter indicabimus, tametsi aliarum eiusdem Græcæ vocis, θεὸς, notationes magis probemus, quas inquirere non pigebit, cùm multas in huiusmodi notationibus vocum, auri & mystice significationis massas plerumque latere, moneat S. Chrysost. homilia 31. in epist. ad Romanos.

198 Apud varios ergo varias reperio vocis prædictæ notationes. Plutarchus lib. de Iside num. 10. aut à voce θεατὸς, id est visibilis & aspectabilis, aut à voce θέω, id est currens, deriuat prædictum nomen. Cuius posterioris etymologiæ Simplicius in cap. 38. Enchiridij Epicteti, Clem. Alex. in protrept. longè ante utrumque, & multò antea eos Plato in Cratylo, imò Plutarch. 1. de placitis cap. 5. vtriusque alteram notationis hanc reddens causam quòd primi mortales qui aliud numen quàm syderum perpetuo motu agitatorum, non agnoscebant, à cursu, quem spectabant perennem, numen imposuerunt. Theophilus tamen Antioch. fere initio primi ad Autolicum, à currendo dictum vult Dei nomen, quòd Deus omnia continuat, regeret, & in operationem producat attingens à fine vsque ad finem. Quam notationem approbat Damasc. 1. fidei, cap. 12. post magnum Dionys. cap. 12. Diuinorum nom. Et reduci potest eodem quod ait S. Edmundus in speculo Ecclesiæ cap. 17. tom. 5 bibl. nempe hanc vocem ex eo deriuatam esse, & additam Deo, quòd ipse omnia creauit & custoderit. Damascenus tamen & Dionysius aliam præterea eiusdem vocis deriuationem adhibent, quæ ab Anastasio Sinaita 7. Hexaëm. circa finem his verbis refertur. *Celeberrimus & rerum Diuinarum Mysta Apostolicus, Dionysius, dicit in sapientissima sua Theologia, quòd Deus Græcè dicitur θεὸς, eo quod omnia θεᾶται, id est contempletur.* Et ita etiam Gennadius Scholarius initio libelli de vita salutis, & Nyssenus orat. 12. contra Eunomium, & lib. *quòd non sint tres Dij*, ad Ablabium, & Cusanus in fine libelli de Deo abscondito. Tres ante dictas notationes, nempe ἀπὸ τοῦ θέειν, αἴθειν, θεᾶσθαι, à currendo per prouidentiam, ab ardendo, & contemplando, approbat Athanasius libro de definitionibus Theologicis circa initium, (aut potiùs Anastasius Sinaita ex cuius ὁδηγῷ cap. 2. apud Anastasium mutilo, aut contractiore, depromptus est liber ille Athanasio tributus.) Quartam ex Theophilo Antiocheno supra, addere possumus, quod scilicet θεὸς dictus sit Deus διὰ τὸ τεθεικέναι, id est ab eo quòd omnia in securitatem collocauit. Ad quam accedit alia ex Herodoto lib. 2. referente Deos à Pelasgis dictos θεοὺς

velut

[illegible] id est ordine suo distribuentes omnia. Tandémque Maximus Monachus in expositione Liturgiæ cap. 6. θεὸν dictum vult ex eo quòd valdè sit, vel [illegible], vel curat.

Itaque quæcunque ex his notationibus placeat, [illegible] dixit Nazianzenus sæpè post Iustinum epulog. ad Senatum [illegible]. & vtrumque sentiunt Abulensis opusc. vlt. *in fine* nomen illud (*Deus*) non exprimere Dei essentiam, sed actionem tantùm, vel habitudinem ad creaturas. Quod intelligo spectata ei vocis. Nam ex vsu sapientum videmus vocem illā adhiberi ad notitiam qualemcumque de essentia illa infinita notitiam exprimendam; & hoc sensu hoc nomen esse nomen essentiæ, dicere potuerunt Iustinus lib. 1. cap. 15. Tertull. cap. 3. contra Hermog. & 3. contra Marcio. cap. 15. (vbi vocat hoc nomen naturale Diuinitatis) S. Ambros. ad 3. caput ad Galat. Athanas. in epist. de decretis, Synodi Nicenæ. Ruffinus ad 1. Symboli art. aliique complures.

De altero nomine diuinæ essentiæ.

159 Aliud nomen essentiæ quod magis probabat Nazianzenus, est nomen ὢν seu *qui est*, quod est nomē Hebræorum Tetragrammaton. Vnde factum videtur quod non incognitè obseruat Gyraldus Syntag. 1. de Diis gentium [illegible], vt nomen Dei non Græcis tantùm, & Latinis, sed etiam Ægyptiis, Persis, Etruscis, Arabibus, Assyriis, cæterisque Barbaris ac etiam nuper repertis populis, Tetragrammaton sit. Nomē ergo entis Nazianzenus ait propriam esse Dei, idque totum, nec priore aliquo re vel posteriore (nec enim erat aut erit in Deum cadit) definitum aut circumcisum. Quasi diceret; hoc nomen exprimere Dei essentiam quantum potest à nobis exprimi, si sumatur absque contractione & limitatione vlla ad certum tempus, vel ad certam perfectionem. Quod latè expendit Cardinalis Cusanus in dialogo quem inscripsit *de Possest*, attendensque id Hilar. 1. de Trinitate [illegible], admiratum scait in eo nomine (ὢν vel *qui est*) tam absolutam de Deo significationem, quæ naturæ Diuinæ incomprehensibilē cognitionem aptissimè ad intellectum humanū sermone loqueretur. Alia quædam de ea appellatione, in sequentibus, Dei descriptionem & æternitatem exponendo, attingere necesse erit, ac nominatim disp. seq. n. 3. illustrem in hanc rem Numenij locum dabo. Cuiusmodi verò esse dicemus quod ex Artapano apud Clem. Alexand. 1. Stromat. *sub finem*. & Euseb. 9. præparat. cap. 4. legimus, nempe hoc esse nomē quod cùm primùm à Mose audiuit Pharao, qui Dei mittentis nomē rogarat, animam efflauerit, Mosis tamen beneficio mox excitatū? Nec dissimilia sunt quæ refert Abulensis quæst. 7. in c. 4. Exodi ex Rabbi Salomone affirmante sola nominis Tetragrammati prolatione, occisum à Mose fuisse Ægyptium illū quem percussum & sabulo absconditum Scriptura memorat. An istam fabulam (plerâque enim mentitur ille Artapanus, Rabbinus verò fabulari proprium est quarto modo) æmulati sunt Etrusci, quos memorat Lactatius in 4. Thebaidos, confirmare solitos fas non esse homini nomen Dei audire, idque Nympham à qua accepisse se hoc dicebant, vt confirmaret, ad aurem tauri nomen Dei pronunciasse, qui illicò exanimatus corruerit: Sed & Babylonij teste Isidoro Pelusiota l. 1. epist. 19. [illegible] de Dei sui nomine persuaserant, eius prola

prolatione res miras posse perpetrari, ac ideirco arbitratur idem Isidorus, non permisisse Deum vt Daniel cum tribus pueris in fornacem coniiceretur, ne Babylonij à Daniele, quippe arcanorum omnium perito, pronunciatō in fornace Babylonici Dei nomen causarentur, eique Diuini nominis pronunciationi miraculum illæsorum in igne corporum tribuerent. Eâdem arte patrata à Christo miracula, fabulati sunt Iudæi apud Viuem l. de verit. Fidei, cap. 11. quibus affines illæ, vt ait Arnob. lib. 1. num. 27. calumniosæ & pueriles Ethnicorum de Christo voces, *Magus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit, Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentium nomina, & remotas furatus est disciplinas.*

De nominibus diuinorum attributorum.

200 Iam verò quod spectat ad nomina attributorum, si habeatur ratio institutionis, benè notat Durand. in 1. d. 2. quæst. 2. num. 11. ea prius dicta esse de creaturis quibus communia sunt. Illis enim quippe nominibus, primùm à nobis imposita sunt. Ideòque notat Nyssenus lib. *quod non sint tres dij*, omnia Dei nomina esse significatiua, imò si habeatur ratio modi significandi, solis creaturis conueniunt. Ratione enim talis modi, semper important imperfectionem, quia, vt dicitur in lib. de causis propos. 22 atque bene exponit D. Thomas, si sint abstracta significant per modum formæ, & vt quo aliquid est, quod est esse imperfectum & carens perfectione per se subsistendi. Si verò concreta sint, significant per modum compositionis, quæ in Deo non reperitur. Vnde rectè infert Manzolis cap. 17. formalitatum Sancti Thomæ post ipsum Diuum Thomam q. 7. de pot. art. 5. ad 2. omne nomen posse negari de Deo quantum ad modum significandi. Tamē quia nominum proprietas non ex modo significandi, sed ex re significata pendi debet vt notat S. Thom. in 1. d. 22. q. 1. art. 2. eò quòd nominis impositio non sit facta ad modum illum designandum, sed ad rem duntaxat significandā. Propterea nomina illa, simpliciter loquendo, debent censeri vera nomina Diuinorum attributorum, tametsi semper important imperfectionem aliquam quæ in Deum non refunditur. Et ita sentit Bellouisius tract. 5. de trin. cap. 7.

Sed bene habet, quòd tametsi Deo legitimum omni ex parte nomen indere nō possimus, ipse quoque Deus, eo non eget. Nomen enim, vt bene definit S. Ambros. in Psalm. 45 *est proprietas vniuscuiusque, quæ possit intelligi seu internosci ab aliis cum quibus posset confundi.* *Deo ergo*, vt inquit Trismegistus apud Lactant. lib. 1. c. 6. *nomen non est, quia solus est, nec opus est proprio vocabulo, nisi cum discrimen exigit multitudo, vt vnamquamque personam suis notis & appellatione designes.* Quod Hermetis dictum vsurparunt etiam Iustinus in parænesi, Minutius Felix in Octauio num. 25. Cyprianus de vanitate idolorum num. 63. & Attalus Martyr Lugdunensis apud Euseb. 5. histor. cap. 1. aliàs 2. iuxta Ruffini interpretationem. Quod enim in Græco Eusebij codice habetur, rogatum Attalum quodnam esset Dei nomen, respondisse, Deum nomen non habere more hominum, ita expressit interpres Ruffinus. *Qui plures sunt nominibus discernuntur; qui vnus est, non indiget nomine.*

ARTICVLVS III.

Summa quæstionū & aditus in reliquam de Deo tractationem.

201 EX disputatis hac quæstione, colligere licet, quæ & quatenus possimus de Deo naturali lumine & cognoscere & exponere. Nempe non nisi quæ ad Deum vt vnum spectant, & quidem tenuiter ac permodicè. *Et non est mirū* (inquit S. Iren. l.2. c.47.) *si in spiritalibus & cælestibus, & in his quæ habent reuelari, hoc patimur nos: quandoquidem etiam eorum quæ ante pedes sunt, (dico autem quæ sunt in hac creatura,) quæ & contrectantur à nobis, & videntur, & sunt nobiscum, multa fugerunt nostram scientiam, & Deo hæc ipsa committimus. Oportet enim eum præ omnibus præcellere. quid enim si tentemus exponere causam ascensionis Nili? Multa quidem dicimus, & fortassis suasoria, fortassis autem non suasoria, quod autem verum est & certum & firmum, adiacet Deo. Sed & volatilium animalium habitatio eorum quæ verno tempore adueniunt ad nos, autumni autem tempore statim recedunt, cum sit hoc in mundo hoc ipsum, fugit nostram scientiam. Quid autem possumus exponere de Oceani accessu & recessu, cùm constet esse certam causam? Quid de his quæ vltra eum sunt, enunciare qualia sint? vel quid dicere possumus quemadmodum pluuiæ & coruscationes & tonitrua & collectiones nubium, & nebulæ, & ventorum emissiones & similia his efficiuntur; annuntiare quoque & thesauros niuium & grandinis & eorum quæ his proxima sunt? Quæ hæc autem nubium præparatio, aut quis status nebulæ: quæ autem causa est per quam crescit Luna & decrescit, aut quæ causa aquarum differentiæ & metallorum & lapidum & his similium? In his omnibus nos quidem loquaces erimus, requirentes causas eorum, qui autem ea facit solus Deus veridicus est.* Sic Irenæus, rectè concludens, si in rebus creatis quædam sunt Deo committenda, eo quòd in his tenebris non possimus ad eorum constitutionem peruadere, multò magis præstandum id esse, cùm de Deo ipso, déque rebus Diuinis agitur. Idem sæpe inculcat S. Basilius, ac nominatim homil. de vera fide; vbi rectè cócludit omnia quę de Deo scire possumus, tametsi vera sint, nec in eis per errorem decipiamur, tamen perexiguam Dei notitiam ingenerare, nec plus ferre præsentem nostram mendicitatē, qua ex rebus creatis creatorem venamur. Itaque satis nobis esse debere si tenuem ac rudem Dei cognitionem comparemus, eámque prout possumus, adhibitis pluribus nominibus, quando nullum vnicum sufficere potest, exponamus quoad præstare humana facultas potest. Nam commensuram Diuinæ cognoscibilitati notitiam efformare, eámque vt par est verbis exponere, nunquam nobis licebit, etiam si (inquit) *omnes omnium mentes vnà ad inuestigandum coeant, & omnes ad enunciandum linguæ concurrerent.* Additque Cyrillus Catechesi 6. impossibile semper id fore homini, vel si se totum in linguam mutauerit, ac ne Angelos quidem, si omnes conuenirent, id præstituros pro rei dignitate.

202 Hinc factum vt (quod suprà etiam monui) cæcutirent plerumque in hac re Ethnici Philosophi, adeò vt S. Iustinus epist. ad Diognetem, (quam separatim edidit H. Stephanus,) neget priusquam Christus aduenisset, vllam ex omnibus hominibus nouisse Deum verum: sed vana & nugacia Philosophorum de eo placita fuisse dicat, & prodigiosa menda

mendacia, ac imposturas præstigiarum. Propterea quoque fidem nostram de Deo, *aquam vitæ* appellet S. Diadochus de perfect. spiritu. c. 12. eò quòd fide post exceptam lethæis aqua abluiscamur Philosophicas de Deo ineptias quas vel inde sufficientissime existimamus, quòd Philosophi tam dissidentia de Deo senserint, vt latè prosequuntur Iustinus ferè initio paræneseos, Cyrillus 1. in Iulian. ante med. fine. S. Basilius homil. 1. Hexaëmeri, Franc. Picus 1. exam. vanit. doctrin. Gentium cap. 9. & Gyraldus syntag. 1. histor. Deorum. Tamen habet etiam hic locum quod in simili de iisdē Philosophis scriptum est à Tertulliano lib. de anima, cap. 2. *planè non negabimus aliquando Philosophos iuxta nostra sensisse. Testimonium est veritatis, etiam euentus ipsius. Nonnunquam & in procella confusis vestigiis cœli & freti, aliquis portus offenditur, prospero errore, nonnunquam & in tenebris aditus quidam & exitus deprehenduntur cæca felicitate, sed & natura pleraque suggeruntur, quasi de publico sensu, quo animam Deus dotare dignatus est.* Sic ille. Idem obseruat Iulianus Pelagianus apud Au[illegible] cum cap. 14. & Cong[illegible] in Genesim.

203 Itaque vt idem Tertull[illegible] paulò post subdit, *ex Philosophia hanc rem non pauca sine* [illegible] *in prædictis ad simplex testimonium* [illegible] *assumunt, quia & ex æmulis* [illegible] *testimonium antistatum, si non æmulo prosit.* In quo est cur pœnitentia accusandi videantur Auctores non ita Antiqui qui de Deo naturaliter cognoscibili ex professo scripserunt, vt Contar. 5. primæ Philosophiæ, Carthus. lib. 1. de lumine Christianæ theoriæ, & lib. 1. & 2. dialogorum de fide Catholica, ac libro de natura vnius veri Dei, & Interpretes 12. Metaphysicæ. Nisi si quod B. Anselmo propositum fuit de Deo naturaliter cognoscibili ex professo scribenti in Monologio & proslogio, eis quoque propositum fuisse dicamus: Nempe vt non alienent ea in ex placita, sed melius suas ratiocinationes adducerent, quod de Anselmo testatur Edimerus lib. 1. vitæ Anselmi, & attigit etiam ipse Anselmus in argumentis vtriusque illius opusculi.



DISTIN

DISTINCTIO VI.

DE ESSENTIA ET ATTRIBVTIS Dei generatim.

CONFVSÆ illius & imperfectæ quam naturaliter comparabilem admisimus, notitię de Deo tradendæ, initium facimus à Diuina quidditate, quam non quidem definire, sed describere & adumbrare tentabimus. Quod enim Boetius 1. Theol. cap. 1. perfectam quoque Dei definitionem admittit, reiiciendum est: siquidem *Deus est definitio definitionum*, vt dixit Anastasius Sinaita cap. 2. *ὁδηγ.*, quia omnes definit, ipse à nemine definibilis. Cuius rei rationem assignare licet, tum summam Dei simplicitatem, (nempe obiectiuam de qua posteà,) generis & differentiæ exclusiuam; quod fuit in hanc rem argumentum Euagrij lib. de Diuinitate apud Nicephorum 10. histor. cap. 15. in fine. Tum quia definiens (*perfectè*) ad definiti fastigium ascendit, & definito superius fit, rem scilicet perfectè penetrando, & quasi concludendo intellectus sui finibus, vt contra Eunomium Dei definitione gloriantem, disputat Nicetas 5. thesau. cap. 40. His de causis passim monent Patres, definitionem Dei excedere captum nostrum. Quod optime præter cæteros tradit Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 214. & Philo 2. allegor. *sub finem*, damnans stultitiæ eos qui de essentia Dei disserunt (nempe quasi eam perfectè penetrent) cùm suam nemo sciat perfectè. Aliquali ergo Diuinæ quidditatis descriptione, siue ænigmatica definitione, vt loquitur Auctor libri de cognitione veræ vitæ, cap. 7. quia illa nobis non negatur, contenti erimus. Qua etiam contentos fuisse Ethnicos Philosophos, notat S. Chrysost. hom. 5. contra Anomæos *post medium*.

QVÆSTIO I.

De prædicatis Dei essentialibus, per quandam generis & differentiæ imitationem.

1 VT in cæteris rebus essentia prædicatis quibusdã communibus & propriis, id est genere & differentia consummatur, ac per ea rei definitio texitur; ita Diuinam quasi definitionem seu descriptionem, conficimus, assignatis primùm prædicatis Deo cum creatura communibus, quæ eo modo, qui postea traditur, correspondent generi, mox additis prædicatis propriis quæ differentiæ respondent. Quod autem aliquod prædicatum possit esse Deo & creaturis aliqua tandem ratione commune, indubitatum esse debet. Vtrumque enim Deus & creatura, habent rationem entis & substantiæ, &c. Argumentum autem quo Didymus initio libri contra Manichæos, probat nihil posse esse Deo & alicui alteri commune, nempe quia Deus est ingenitus, atque ingenitum autem nihil est; quod falsum videretur si Deo & creaturis esset aliquid commune: Hoc inquam argumentum, non est efficax. Nam aliqualis antecessio secundùm rationem, non pugnat cum ratione ingeniti.

ARTICVLVS I.

De essentialibus prædicatis, Deo cum creatura communibus.

ASSERTIO.

Deum esse ens, & quidem substantiale, ex præcedentibus compertum est. Non esse substantiam corpoream, siue incompletam, siue quomodocunque completam, agnouerunt ferè Philosophi, ac nominatim Aristoteles. Est itaque substantia completa, immaterialis, ac proinde viuens, & intellectualis, quam vno nomine spiritum dicimus.

2 Porrò, tametsi prædicatorum omnium communissimum est ens, & post ens substantia vel accidens, tamen quia si Deus existit, vt supponitur, & suprà probatum est, manifestè patet eum esse ens, nec aliud quàm substantiale, vt vel ipsa vocis *Deus* notio patefacit. Idcirco duo illa communissima Dei prædicata, supponamus potiùs, quàm asseramus.

Deus quomodo interdum dicatur non ens, aut non substantia.

3 Non me latet aliquos tum Philosophos, tum Patres interdum dicere Deum non esse ens, vt videre est apud Picum libro de ente & vno c. 3. 4. & 5. quod etiam in Platone obseruat Eustratius 1. Ethic. cap. 6. *ante medium.* Alios verò vt Augustinum 7. Trinit. cap. 5. & quos Abelardus adducit 2. introd. ad Theolo. cap. 10. dicere Deum non esse substantiam: Tamen priores tantùm voluisse Deum esse à se, atque adeò non esse mutabilem: ob quam causam plerique è contrariò dicunt solum Deum esse ens, creaturas verò non esse entia, vt luculenter exposuit S. Eulogius orat. 5. apud Photium cod. 230. dicens: *In Deo enim est supra esse, at nostrum esse, neque propriè ens est. Quomodo enim sit propriè ens, quod à non ente desinit, & quod naturâ suâ in non ens desinit?* Similia Alcuinus 1. de Trinit. *in fine*. Orig. homil. vnica in 1. Regum ad illud Annæ, *Neque*

que etiam est alibi extra id. & planè opti- mè S. Bernardus serm. 41. in Cantica (Gregor. 16. Moral. cap. 18. ad ... illud *ipse enim solus est.* Maximus 1. Comm. Theol. c. 2. Parmenides, Epicharmus Pythagoricus, Plato, & Platonici apud Viuem 8. Ciuit. cap. 11. itemque Plotinum Ennead. 6. l. 5. cap. 6. ac auctor Theolog. Ægypt. l. 3. cap. 5. ac rursusque Plato apud Theodor. 2. aduersus Græcos *sub medium*, & apud Senecam epist. 58. *Quod autem* (inquit) *est exuperat omnia, hoc Plato ait per excellentiam esse, ut Poëta communiter dicitur: omnibus enim versus facientibus hoc nomen est, sed iam apud Græcos in unius notam cessit. Homerum intelliges cum audis Poëtam. Quid ergo hoc est?* (Ens videlicet, de cuius significato, iuxta Platonem agit ibi Seneca.) *Deus scilicet maior ac potentior cunctis.* Alia ex Platone in eamdem sententiam collegit Euseb. 11. præpar. cap. 6. & optimè ibidem adductus Numenius lib. 2. de bono, cuius hæc sunt verba: *Age quantum possumus, proximè ad ipsum ens ascendamus, dicamusque ipsum ens nec unquam non fuisse, nec unquam futurum, sed esse in determinato præsenti tempore solum. Quod quidem præsens si quis velit vocare, æternitatem appellamus. Præteritum enim tempus præteriit iam, & non est. Futurum verò nondum est, sed venturum videtur. Quare si præteritum atque futurum ipsi enti accommodabitur, impossibile quiddam eueniet; idem esse videbitur, & non esse. Transit enim quod fuit, & nondum peruenit quod futurum est. Ipsum autem ens est: erit ergo, & non erit. Ipsum autem ens verè est, nec localiter unquam mouebitur: nec enim sursum aut deorsum, nec ante aut retrò, nec ad dexteram aut sinistram, aut circa medium mouebitur. Satis ergo ipsi conuenit, quoniam eodem modo semper se habet.* Et post pauca: *Ipsum, nec quicquam docebit incorporea ei nomen* *fuisse concedentem. Est enim nomen eius essentia, & ens: nec enim factum est, neque corrumpetur, nec motum ullum suscipit. Simplex præterea est atque incommutabile, in una eademque simplicissima idea consistens, nec voluntate sua, nec alia lege potest, ut ab identitate sua recedat. Plato quoque in Cratylo ait, similitudine rerum nomina esse imponenda. Sit ergo nomen incorporeo intellectuali incorporeo, æternæque substantiæ, ipsum ens. Hæc maioris cuiusdam nouitatis fuisse puto, quemcumque vir quam Plato fuit, ut puta Pythagoras. Plato quoque dicit: Quid est quod semper est, & ortum non habet: & quid quod semper fit, est autem nunquam? Illud verò mente ac ratione percipitur, hoc irrationali sensu & æstimatione comprehenditur, fitque ac transit, & verè stabiliterque nunquam est. Percunctatus igitur quid sit ipsum ens, absque origine ipsum esse, respondit: mutatur enim quod oritur, quod autem mutatur æternum esse non potest. Deinde progressus aliquantulum subiicit. Si ergo ipsum ens æternum atque immutabile est, nec exit unquam à seipso, sed eodem modo semper se habet, hoc profectò est quod mente atque ratione percipitur. Corpus autem fluit, & nunquam manserit ens est. Quare hoc est, quod sensu atque æstimatione percipitur, ut ait Plato dicit, oritur atque interit, verèque nunquam ens est.* Hæc Numenius. Non igitur pugnant siue inter se, siue cum veritate qui dicunt Deum non esse ens, aut solum Deum esse ens. Vtrique enim idem propositum est, nempe docere eminentiam Diuini esse, quod præ nostro prærogatiuam essendi sibi vendicet, nec nisi eo modo quo nos sumus, nempe mutabiliter & variabiliter.

4 Posteriores verò Auctores suprà enumerati, seu qui Deum esse substantiã negant, tantùm volunt Deum non substare accidentibus, quod est verissimum: non tamen idcirco ab-

solutè negandum est Deum esse substantiam, vt ob eam causam negabantur Arriani apud S. Ambros. lib. de Fide contra Arrianos, cap. 4. imò eosdem Arrianos hac in re impugnans Phœbadius Agennensis sub initium libelli sui, ait propriè nomen substantiæ soli Deo competere, tùm quòd substantia, vt ille ait, *dicatur id quod semper ex se sit, est quod est, quod propria intra se virtute subsistat*, quæ vt vni & soli Deo competit: item quia, vt postrà addit, *virtus Dei sola nullius extranea opis indiget, quidquid illud est sub debens.*

Itaque duo illa Diuina prædicata nempe entis & substantiæ missa faciamus, illud tantum circa ens supponentes ex prima Philosophia, ens non dici vniuocè aut æquiuocè de Deo & Creatura, sed analogicè, & qua ratione præscindi potest, esse prius ac superius Deo, contra Soncinatem in 1. d. 35. q. 2. conclus. 2. *sub finem*, & contra Maytonium quæst. 5. prologi ad 1. vbi vult Deitatem in Deo esse priorem entitate, eò quòd ens non prædicetur in quid. Item contra Caietanum 1. p. q. 5. art. 1. & Ferrariensem 1. contra gentes cap. 32. circa rationem quartam, negantes ens esse prius ratione ex parte ipsius Dei, eiusque parum constanter primum repugnantem, tum re ipsa consentientem Syluestrum q. 3. conflati, art. 6. & q. 6. a. 2. concedunt tamen illi ens esse Deo superius ob imperfectionem nostri intellectus. Sed fundamentum Maytonij est vniuersaliter falsum, vt ex eadem prima Philosophia suppono, in qua etiam ostenditur ens qua ratione præscindi potest, ita esse superius Deo ex parte ipsiusmet Dei, vt est superius creaturis ex parte ipsarum, vtrobique enim militat eadem ratio. Iam ergo accedamus ad illa substantialia prædicata communia, quæ primò intra substantiam occurrunt, nempe ad spiritum & corpus.

5 SECVNDO ergo, negamus Deum esse substantiam corpoream incompletam: hæc autem cum duplex sit, nempe materia & forma, perspicuum in primis est Deum non esse formam materialem, cuius tam multiplex est dependentia & imperfectio. Idque multis rationibus probat Contarenus in compendio primæ Philosophiæ circa initium libri quarti.

Deus non est forma immaterialis.

Sed dimissa forma materiali, fuerunt qui censerent Deum esse formam immaterialem siue animam propriè dictam & informantem mundum, tanquam corpus suum. Quem errorem in Varrone reprehendit S. Aug. 4. Ciuit. cap. 31. nosque alibi de forma mundi disputantes latè reiecimus cum Lactantio 7. instit. cap. 5. & eodem Augustino 1. de consensu Euang. cap. 23. & 4. Ciuit. cap. 12. & 13. Tribuit eum errorem Aristoteli Clemens Alex. in protrept. Sed immeritò, nec enim potest quicquam ex Aristotele proferri quod errori illi faueat. Procul item ab eo abesse Pythagoram, Platonem, & ante eos Trismegistum, Dei in orbem influxum animatione illa designantes, rectè asseruerunt Neouillæus lib. 1. de pulchritudine animi, cap. 4. Cusanus lib. 3. Idiotæ, siue de mente, c. 13. Eugub. 2. perennis Philos. cap. 5. & Sirenius 9. de fato, cap. 5. fauetque apertè Naz. orat. 37. num. 12. dicens eos qui apud Ethnicos Theologiæ laude magis excelluerunt, propiusque ad nos accesserunt, appellasse Spiritum sanctum nomine animæ mundi, sed animæ (vt ipsemet Naz. glossat,) extrinsecæ. Ex quo videas malè ibidem Billium,

aut

aut potius Eliam Cretensem ex quo ille profecit, locum Aristotelis de anima rationali, extrinsecùs quidem adueniente, intrinsecè tamen informante, interpretari de Spiritu sancto, eo quo dictum est modo mundum animante. Bernardus tamen epist. 190. reprehendit Abelardum, quòd iuxta Platonem asserens Spiritum sanctum esse animam mundi, dum multum sudat quomodo Platonem faciat Christianum, se probat Ethnicum. Errori illi de Deo mundum animante, affinis est alius quem Auerroi tribuit, & acriter refellit Contarenus lib. 5. compendij primæ Philosophiæ *sub finem*, nempe quòd Deus sit anima octauæ sphæræ. Sed S. Thomas 1. contra Gent. cap. 27. *in fin.* refert Auerroëm tribuisse hunc errorem Zabiis, & improbasse.

6 Horum igitur errorum speciali impugnatione nunc prætermissa, breuiter ostenditur formæ siue animæ rationem Deo nulla ratione quadrare, ob imperfectionem maximam & potentialitatem quam dicit informatio cũ summa & purissima Dei actualitate incompossibilem. Et vt omittam peculiares imperfectiones, sufficit generalis imperfectio ob essentialem formæ rationem partis & incompletionem. Vt enim rectè ratiocinatur Origenes lib. 1. contra Celsum *ante medium*, Deus non est pars, imò neque totum propriè, quia vtrumque dicit imperfectionem: nam pars est aliquid alterius, totum verò est aliquid ex aliis coalescens, ac proinde emendicans aliunde suã perfectionẽ.

Deus non est materia prima.

Hinc disiectus manet insanus error Dauidis de Dinanto, qui omitti potiùs quàm refelli debet, ne credibilis videri potuisse censeatur, aut quod de Fausto dixit Aug. lib. 12. contra eum, cap. 45. *ne propterea gannio ille putaret aliquid dixisse, quia ei respondere dignum habuimus.* Igitur ille nequam non vnius circa fidem erroris reus, vt videre est apud Prateolum v. *Dauid Dinantum*, asseruit Deum esse materiam primam, quod nemo ante eum delirauerat. Nam quod apud Tertullianum legitur de præscript. cap. 7. *vbi materia cũ Deo æquatur, Zenonis disciplina est*, aliam sententiam habet: nempe Zenonem ac Stoicos, (quod in Hermogene acriter reprehendit idem Tertullianus) materiam infectam & æternam, ex qua Deus postea res effecerit, statuisse, quamuis Deum à materia longè secernerent; Deum ergo esse materiam primam Dauid ille Christiani nominis probrum, primus & vltimus asseruit, nisi si ab Almarico Magistro id hauserat. Latiùs eum errorem impugnat Perer. 5. physiolog. cap. 12. sed constat nihil à Deo esse elongatius, quàm materiam primam. Quod præclarè tradit Dionysius Alexand. lib. 1. aduersus Sabellium relatus ab Eusebio 7. præp. cap. 8. *Deus (inquit) impassibilis, immutabilis, immobilis atque actiuus est: materia verò prorsus è contra, passibilis, mutabilis, mobilis, omnis alterationis receptiua.* Perillustrem locum ex Eusebij libro de Triade & Monade dabit Fransc. Georg. in harmon. cant. 1. tomo 7. cap. 2. ac ne fortè & locus & liber ille apud vnum Georgium habeatur, similem ex parte sententiam legere licet apud eundem Eusebium in orat. de laud. Constantini *circa medium.* Pulchrè item Nicetas 5. thes. cap. 40. *Duo (inquit) sunt rerum quæ sunt extrema, Deus & materia, ille quidem ascendendo, hæc verò descendendo, postquam materiam, nihil omnino superest.* Idẽ dixerũt alij apud Durandum in 1. dist. 5. q. 4. num. 9. eodémque sensu

Cusanus lib. 2. de docta ignorantia cap. 8. ait infinitatem materiæ esse contrariam infinitati Dei, cùm sit propter carentiam, hæc verò sit propter abundantiam, atque adeò illa sit privativa, hæc verò negativa. *Addit* paulò post idem Nicetas materiam esse essentiæ lasciviam, idolum, & vmbram semper fugientem atque ita ad quod non est recurrentem, quod antè etiam docetat Porphirius lib. de occasionibus, euidentissimū autē est quantopere ab his absit diuina perfectio.

7 Quanquam, quod bene aduertit Proclus in Platonis Alcibiadem. 1. & explicatiùs tradidit Ficinus in epist. quadam de comparatione lucis Dei cum vmbra materiæ, fatendum est materiam Deo esse similem per quandam dissimilem similitudinem: sicut enim materia est informis, & ignota, & infinita, ita & Deus: sed Deus, vt rectè admonet idem Proclus, eorum qui de rebus Diuinis apud Gētiles accuratissimè disputarunt vertex & coryphæus indice Psello ad orationem 2. Nazian. de Paschate. n. 9. Deus inquam talis est secundùm melius, materia secundùm deterius, nam materia est informis, quia nullum physicum actum substantialem ex se includit, atque adeò ad nullam rerum classem directè pertinet, sed potest effingi vel transire in hoc aut illud; Deus autem informis dicitur, quia vt pulchrè tradit D. August. 2. de lib. arb. cap. 17. est forma non formabilis, quam formari & mutari repugnat. Materia incognita est, ob nimias tenebras & exilitatem entitatis, est enim prope nihil; Deus ob nimiam lucem & entitatis infinitatem, lippientibus creaturarum intellectibus est imperuius; denique materia est infinita patiendi potentia, Deus infinita virtus agendi.

Illustrare hoc ipsum liceret cum aliis quæ disputat Plotinus contra asserentes materiam esse rerum principium Ennead. 6. lib. 1. cap. 16. 17. & 18. cum perelegant i dissertatione qua Contarenus 7. compendij primæ philo. *fere omnia* exponit paulatim in entium ordine degenerari, ac delapsum fieri in deterius, à primo entium, quod Deus est, vsque ad extremam non entis abyssum, cui proxima materia imminet. Sed si diutiùs immorer in re clara, vereor ne in Aristotelis reprehensionem incurram, qui apud Stobæum serm. 4. ait: *Ea quæ res manifestas demonstrare conantur, perinde facere, ac si Solem adhibita lucerna vellent ostendere.*

Deus non est substantia completa, purè corporea.

8 TERTIÒ, negant Deum esse substantiam corpoream quomodolibet completam. Quod addidi, quia corpus substantiale completum intelligi potest, vel constans certum partibus substantialibus entitatiuis quantitatis exigitiuis, vt Mayro. in 2. d. 14. q. 2. Dur. dist. 12. q. 1. n. 16. Gabriel ibid. q. 2. Zabarella l. de natura cœli, capite 6. aliique permulti de cœlis senserunt: vel constans partibus physicis essentialibus. Priore modo Deū corporeum facere potuissent Philosophi illi, qui vt est apud D. Aug. 8. ciuitatis cap. 5. corpori deditis mentibus Deū omnino corporeum asseruerunt. Quibus eodem opere lib. 6. cap. 10. annumerasse videtur Stratonem Peripateticum, referens ex Seneca eum fecisse Deum sine anima, vt Plato eum fecerat sine corpore. Stoïcus quoque Deum sine intelligentia & prorsus corporeum fecisse, dicit Valesius cap. 58. sacræ Philos. eos propterea insimulans Atheismi. Contrarium ta-

ad expressionem eius retulerit Clem. Alex. 5. Strom. cap. 6. & alij paulò post illo-rum; aliquem absurdissimum errorem, quem sufficientissimè conuellent di-cenda contra sequentem.

Nec ex anima spirituali & corpore compacta, contra vulgum Ethnicorum.

2 Posterior ergo ratio corporis composita, à plerisque Deo attributa est. Ita enim idololatras humani generis censuisse, & Deum ex materia externa quam videbant in idolo, & incluso vt putabant spiritu com-pegisse, videtur tradi apud Arnob. lib. 6. num. 10. & 19. & apud Aug. 8. Ciuit. cap. 23. vbi Augustinus impu-gnat Trismegistum, cuius est senten-tentia cap. 13. Asclepij. Idem refert Chrysost. hom. 10. in 1. Corinth. & clarè Olympius Philosophus Ethni-cus, apud Sozom. 7. histor. cap. 15. Pluribus id eruunt Sonnius lib. 2. demonstr. tract. 1. cap. 3. Valentia 1. de idolol. cap. 5. & lib. 5. c. 4. & Bellarm. lib. 2. de imag. cap. 13. tametsi non dis-fiteatur (quod verum est, & notauit etiam Picus lib. 4. de Prænot. cap. 4.) nonnullos vt Maximus Tyrius dissert. 38. tradit, vsos esse statuis tanquam honoris Diuini signis quibusdam, & notis, quibus ad memoriam Dei tan-quam manuductione quadã & via de-ducerentur. Quod etiam legimus vrgentibus Christianis respondisse Ethnicos apud Arnobiũ suprà, Athe-nagoram orat. pro Christianis, Atha-nasium orat. contra idola, Ioannem Thessalonicensem libello qui refertur in 2. Synodi Nycenæ actione 5. circa initium, & Origenem 7. contra Cel-sum, vbi Celsus sub fictione stomacha-tur in Christianos statuarum cultum Ethnicis exprobrantes, & eum refu-gientes tanquam rei inanimæ excla-mat. *Quis enim sit tam stultus, vt statuam Deum credat, non Diis dicatas statuas.* Quanquam Arnobius suprà num. 12. adductis simili Ethnicorum sui tem-poris responsione, constanter nihilo-minus supponit. *Sigillorum hominum & formas supplicatio humana. Quomodo Deos esse sigillorum ipsa censetis, nec præter hæc quicquam cum credatis habere Diui-num.* Hæc ille, quibus innuitur Ethnicos illos, ipsas statuas habuisse pro Diis, tametsi verbo tenus erro-rem excusarent cùm reprehendeban-tur. Et similia legi possunt apud La-ctantium 2. instit. cap. 2. Expressissimè quoque id ferunt illa Iustini in Epi-stola ad Diognetum ferè initio. *Vide non solum oculis sed etiam prudentia cuius sint substantiæ, aut cuius formæ, ij quos vocatis & existimatis Deos. Nonne eorum alius quidem est lapis, et quo calcatur simi-lis? Alius autem est æs nihilo melius quam quæ in vsum nostrum fabricata sunt vasa? Alius lignum, & quidem etiam putri-dum? Alius argentum cui opus est homine custoditore, ne furto auferatur? Alius ferrum rubigine corruptum? Alius testa nihilo speciosior ea, quæ ad abiectissimum ministerium facta est? Nonne ex materia corruptibili omnia sunt hæc omnia? nonne ferri & ignis ope fabricata? Nonne eorum aliud sculptor lapidum, aliud faber ærarius, aliud argentarius, aliud figulus finxit, nonnulláque in talem formam vnumquod-que mutaretur, præsertim arte aliqua-rum harum, hæc ei impressa fuisset? Nonne quæ nunc eadem è materia sunt vasa, simi-lia his reddi queant si eosdem artifices nan-ciscantur? Nonne hæc quæ à vobis adoran-tur, ab hominibus vasa, reliquis similia fieri rursum possent? Nonne surda sunt omnia? nonne cæca? nonne inanima? nonne sensus omnis expertia? nonne immobilia? nonne omnia putrescunt? nonne omnia corrumpuntur? Hæc Deos vocatis, his ser-uitis, hæc adoratis & omnino similes illis redditemini*

videbimus. Hactenus Iustinus. Cæterùm quæ prætensam illam statuarum à Deo animationem impugnans Arnobius loco proximè allegato n. 17. & 18. coniectat de muribus ac soricibus inter medias simulachrorum pendigines nidulantibus, verè fuisse coniectata, docuit euentus in disiectione statuæ Serapidis Alexandriæ toto orbe visendæ. Rem describit Theodoret. 5. histor. cap. 22. & idem legere licet in alia narratione quam habet Saxo Grammaticus lib. 14. historiæ Danicæ, cùm de simulachro Rugianithe.

Ac etiam contra quosdam Philosophos, Hebræos, & Sarracenos.

10 Inter ipsos quoque Ethnicorum sapientes nonnulli Deum hoc posteriore modo corporeum fecerūt, quos Tullius memorat 1. de nat. Deorum, & talem aliquando fuisse sententiam Democriti, docet August. epist. 56. verbis illis. *Quamuis nobis ne audissent quidem nomen Democriti, qui hoc tam docte cognouerint, nescio quem suis temporibus magnum putatum, qui Deum esse arbitratus est imagines, quæ de solidis corporibus fluerent, solidaque ipsa non essent, easque huc atque illuc motu proprio circumeundo atque illabendo in animos hominum, facere ut ibi Diuina cogitentur, cùm profecto illud corpus unde imago fluebat, quantò solidius est, præstantius quoque esse iudicetur? Itaque fluctuauit ergo, sicut ipsi dicunt, mutauitque sententiam, ut aliquando naturam quandam de qua fluerent imagines, Deum esse diceret, quæ tamen cogitari non posset, nisi per eas imagines quas fundit ac emittit, id est, quæ de illa natura, quam nescio quam corpoream & sempiternam, ac etiam per hoc Diuinam putat, quasi vaporis similitudine continua velut emanatione ferrentur, & venirent atque intrarent in animos nostros, ut Deum vel Deos cogitare possemus.* Credunt autem varij Auctores hunc errorem, quo Deus corporeus ex parte asseritur Stoïcis tribuunt. *Deus* (inquit Origen. 2. contra Celsum) *Stoïcis corpus est & mutabilis, omniaque alterationem capax, ut nihil eum corrumpi vetet, si corruptorem habeat, & hic tam nomen sit felix, quòd eo careat.* Eandem de Deo corporeo sententiam Stoïcis tribuit Euseb. 15. præpar. cap. 15 & 16. (quanquam lib. 14. cap. 6. ignem artificiosum & intellectualem iuxta Stoïcos Deum nominat,) Clemens Alex. 1. Strom. cap. 5. Tertull. cap. 47. Apolog. Aug. lib. 1. de consensu Euang. cap. 23. Iustinus apolog. ad Antoninum (referens de eorum sententia Deum dissoluendum tandem esse in ignem,) Theodoretus 2. aduersus Græcos in *fine* adducens Plutarchum, qui cùm alibi sæpe ita refert, tùm 1. de placitis cap. 7. Hæc autem Stoïcos ex quibusdam Scripturæ locis malè intellectis accepisse, ait Clemens Alex. 5. Stromat. cap. 6. Tandem August. 8. Ciuit. cap. 5. Stoïcorum sententiam exponens, *Stoïci* (ait) *ignem id est corpus vnum ex his quatuor elementis quibus visibilis mundus hic constat, & viuentem, & sapientem, & ipsius mundi fabricatorem, atque omnium quæ fiunt in eo, eúmque omninò ignem, Deum esse putauerunt.* Stoïcis in asserenda Dei corporeitate Platonicos adiungit Tertullianus c. illo 47. Epicurei Deum humana forma fecerunt ex Sexto Empirico lib. 3. Pyrrhon. hypotiposeon cap. 24.

Eum quoque errorem amplexatos esse plerosque Hebræorum tradit Hieronym. à Sancta fide, lib. 2. contra Iudæos, cap. 2. & Rabbi Moys. lib. 1. directoris dubitantium cap. 1. Viues 2. de veritate Fidei, cap. 1. itéque Petrus Alphonsus toto titulo 1. sui dialogi, rectè in præfatione, & in illius tituli

fine,

sint, alioquin eos, Hebræorum illorum de Deo sententias, videri verba recentiorum patrum, sed veterum multorum. Et hanc ipsam fuisse tum olim hæresim Sadducæorum affirmat Arnob. lib. 3. num. 11. quod fuisse expressum à S. Luca Actor. 23. cum ait eos negasse spiritum, ostendit Serarius lib. 2. trihæresij c. 21. & late Loyerius 2. de spectris cap. 2.

Fuit etiam error Sarracenorum vt Morbisano Turcarū Principi exprobrat Pius 2. epist. ad eum data. Prælucerat eis in hac impietate Mahumetes, vt docet Cantacus. orat. 1. in Mahometem num. 18. & Viues 4. de veritate Fidei, cap. 8. & apertè patet ex illis quæ ille Antichristi prodromus habet variis in locis, sed nominatim, in libro qui inscribitur doctrina Mahumeti (qui liber magnæ est authoritatis apud Arabes) ex impij illius mente asserit, Deum illuminari à quatuordecim candelis, longitudine itineris quingentorum annorum exporrectis, & quæ in mundo sunt, proferri à Deo in ephemerides adscribi calamo, cui sunt cuspides octoginta & longitudo itineris quingentorum annorum, latitudo verò itineris annorum octoginta. Quis hæc audiens risum teneat? *Sed tremenda sunt hæc, non ridenda*, vt rectè capillo vicino dixit Aug. in simili, cum quo etiam S. Cæsar. cap. 5. iure concludam. *Hi, & cæteri similes eorum, id solum cogitare potuerunt, quòd cum eis corda eorum obstrusa carnis sensibus, fabulata sunt.*

11 Inter Christianos in eodem errore de Dei corporeitate si Isidoro lib. de doctrina & fide cap. 5. assentimur, fuit Melito, aut saltem illi item Christiani, quorum hanc sententiam improbauit idem Melito, vt alij meritò malunt. Nam prioribus imposuit epigraphe libri Melitonis quæ habetur apud Euseb. 4. histor. cap. 26. & apud Hieron. in catalogo, cum enim titulus libri esset *de Deo corporeo, siue corporato*, existimarunt astrui eo opere Dei corporeitatem, cùm tamen conuellatur, contra illos Christianos qui eam ex Scripturis malè intellectis astruere satagebant, vt apparet ex eius operis fragmento, quod habetur apud Theodoretum q. 20. in Genes. modò non Latina interpretatio mendosa, sed Græcus codex consulatur. Vide etiam quæ addam n. 13.

Ex his vides Tertullianum (quod malè ei tribuit Castro verbo Deus hæres. 1.) non fuisse primum auctorem sententiæ Deum corporeum asserentis. Nam neque absolutè, neque inter Christianos primus ita sensit Tertullianus, si tamen damnandus est huius erroris Tertullianus, quem S. August. 10. de Genesi ad lit. cap. 25. & hæres. 86. purgat. Quod etiam fecit Sanderus lib. 7. de visib. Monarch. hær. 43. & variis ex ipso Tertulliano locis adductis, idem præstitit Pamelius paradoxo 15. Illustris præter cæteros est locus ex lib. de carne Christi cap. 8. alias 11 *Cum anima sit*, (inquit) *necesse est habeat aliquid per quod est. Hoc erit corpus eius, omne quod est, corpus est sui generis, nihil est incorporale nisi quod non est.* Ex his verbis patet nomine corporis rem minimè materiam, sed veram à Tertulliano fuisse designatam. Quem etiam loquendi modum, vsurpauit Phœbadius libro contra Arrianos *sub finem*, & refert etiam nec reijcit Augustinus epist. 28. *non multum ab initio.* Quid quod idem Tertullianus cap. 7. & 8. libri contra Praxeam, expressè agnoscit rem spiritualem esse corpus, sed generis sui, & habere effigiem, seu vt ibidem loquitur formam suam, idque tam clarum putat

vt supponat à nemine negandum: *Quis (inquit) negabit Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est?* Atqui hæc sanus quilibet, satis videt non cohærere, & apertè se destruere, nisi corpus sumatur pro re solida ac non nulla, vt ipse ibidem loquitur. Quinetiam satis norat Tertullianus corporeitatem Dei pro materialitate acceptam, à sapientibus omnibus negari. Qua ergo fronte dicere potuisset, quis neget Deum esse corpus, in ea significatione?

Omnimoda Dei spiritualitas, ratione probatur.

12 Rationes, contra errorem propositum vrgeri possunt quamplurimæ, partim petitæ ex generalibus imperfectionibus importatis per compositionem quamcumque, partim speciales seu fundatæ in specialibus imperfectionibus, compositionis ex anima & corpore. Sanè & in omni, & in hac etiam compositione, vt argumentatur Alcinous c. 9. pars antecedit id cuius est pars, id est habet rationem causæ respectu eius. Constat autem omnem causam à Deo abesse. Est item pars minor & imperfectior suo toto, vt argumentatur S. Aug. contra epist. Manichæi cap. 16. & lib. 5. Confess. cap. 7. Habet quoque pars distinctionem à compartibus, atque adeò exclusionem perfectionis earum, vt argumentatur S. Athanasius orat. contra idola. Necesse item est vt vbi sunt partes, interuenerit causa adunans & componens, vt optimè ad hoc propositum argumentatur Eusebius oratione de laudibus Constantini, & Clemens Rom. 8. recogn. *non modicum ad rem.* Quem locum laudasse videtur Arrius in disput. Nicæna cum Athanasio, dicens, opinionem quæ in Deo partes statuit, fuisse à Clemente Petri Apostoli sedatam: quod enim Arrium ad Clementis constitutiones respexisse velit Turrianus in proœmio earundem constitutionum ob assertam in eis Dei æternitatem, ex qua impartibilitas videtur posse colligi, nimis longè petitum videtur, etiamsi collectio illa quam scio à Sancto Hilario vsurpatam in Psal. 129. infirmis non esset, sed valida. Adhæc quod Alcinous suprà non omisit, & præclarè contra Stoicos vrget Porphyrius apud Euseb. 15. præpar. cap. 16. & ex Platone attigit Abelardus 2. introduct. ad Theolog. cap. 12. Deus si corpus esset, corrumpi posset, quod à Deo abesse debet quàm longissimè. Consequentiam pulchrè deducit Damasc. 1. Fidei cap. 4. haud dubiè ex Naz. orat. 2. de Theol. *quia compositio pugnæ principium est, pugna autem solutionis & interitus.* Et quamuis quodlibet segmentum posset fingi remansurum post sectionem, tamen ipsum totum quod supponitur omnium illorum segmentorum adunationem exigere, verè corrumperetur per eorum dissolutionem, vt patet in hominis corruptione. Qui verò nexus fingi possent ita adamantini, vt eos dirumpi contradictionem implicet?

Ipsam porrò Dei diuulsionem & distractionem in partes, tametsi cætera incommoda abessent, illico refugit animus, vt contra Pythagoram, animos portionem Dei esse asserentem, disputat Tullius 1. de nat. Deorum. Et inde sequi animã rationalem esse mortalem probat Seuerus Platonicus lib. de anima apud Euseb. 13. præpar. cap. 10. impugnans circa hoc Platonem, qui tamen sicut & Pythagoras non aliter videtur voluisse animas nostras à Deo decerpi, quàm vt radios à Sole. Quo eodem sensu

Philo

Philo 2. Allegoriæ animam Diuinitatis abscissionem appellauit. Ita latè disputat Nicolaus 1. de pulchritudine animi, cap. 3. Et est sanè opinio ista de animabus ex Dei essentia decisis, *non modò stulta, verùm etiam flagitij plena*, vt rectè ait S. Chrysost. hom. de formatione Adæ, pugnatque cum immutabilitate & essentiali sapiẽtia & sanctitate Dei, quibus attributis caret anima rationalis. Purgat Tertullianum à Gennadij hac in parte calumniis, Pamel. parad. 4. & Catholicis à Pelagianis idem fuisse obiectũ testatur S. Aug. lib. de gestis Pelagij cap. 35. Lactantium quoque Viues 13. Ciuit. cap. 24. eodem crimine onerat, sed non satis probat. Multis eum errorem arguunt Prudent. in apotheos. poëm. 5. & Castro v. anima, hær. 4.

Præterea si Deus huiusmodi partibus constaret, non haberet ex se necessitatem essendi, vt probat Durandus in 1. dist. 8. p. 2. q. 1. n. 5. quia vel alterutra pars posset esse sine altera, puta forma sine materia, vel contrà; aut non posset. Si primum, ergo compositum, quod non potest esse nisi vna pars sit in alia, posset non esse & careret necessitate essendi. Si secundum, ergo neutra pars haberet necessitatem essendi ex se, quia sic posset esse secluso quouis alio: ergo compositum quod non est nisi partes coniunctæ, careret omni necessitate essendi. Tandem vt argumentatur suprà Nazianz. ex corporum cum corporibus impenetrabilitate, sequeretur Deum non coëxistere mundo huic corporeo, neque esse immensum.

14 Rationem Aristotelis contra Dei corporeitatem paulò post adducam, cùm de eius mente constiterit. Alias plerasq; rationes ad hoc ipsum vrget Contar. 4. compendij primæ Philosophiæ *natur.* Quæ proponitur 5. Theolog. Ægypt. cap. 8. dubia ex eo quòd Deus perpetuò agat, posset facilè infringi. Incommoda quoque quæ ex Dei corporeitate infert Arnob. lib. 3. à num. 10. facilè vitarentur non admissa in Deo corporeitate, qualis est in nobis, vt perperam fingebant Ethnici, quos ille ibi impugnat. Ait quidem S. Cyrillus 6. contra Iulianum ad c. 9. ne ipsos quidem Ethnicos Deum humana specie esse dixisse: Et ab eo errore grauiter fuisse dehortatum Numam, prodit Plutarchus in Numa, & Clem. Alexand. 1. Strom. cap. 6. verbis illis, quæ descripsit etiam Euseb. 9. præpar. cap. 3. *Numa Rex Romanorum, erat quidem Pythagoreus, ex iis autem quæ à Mose tradita sunt adiutus, prohibuit Romanis ne homini aut animali simile Dei facerent imaginem. Cùm itaque centum & septuaginta primis annis templa ædificarent, nullam imaginem nec effigiem fecerunt depictam. Occultè enim eis indicabat Numa, quòd id quod est optimum, non alia ratione quàm sola mente vlli licet attingere.* Quæ ferè etiam ex Varrone habet August. 4. Ciuit. cap. 31. Tandem verò specie humana expressum fuisse Deum, defectu dumtaxat præstantioris formæ nobis notæ, docet Dio Chrysostomus orat. 12. verbis illis. *Mentem atque prudentiam ipsam per se neque quisquam figulus, neque pictor exprimere potest. Nemo enim prorsus has spectare potest, neque enarrare. Ad illud verò in quo hæc asseruntur, non suspicantes, sed scientes confugimus: atque ita humanum corpus prudentiæ rationisque vasculum, Deo attribuimus, inopia videlicet potioris exemplaris: neque apparentibus atque ad effingendum possibilibus, id quod effingi nequit, neque apparet, exprimere conamur, in confugium adhibita potentia. Atque hoc melius, quàm quod aiunt Bar-*

harum quasdam animalibus Diuinam assimilare naturam, ex paruis & absurdis more imaginibus. Hæc igitur quamuis ita se habeant, tamen addit S. Cyrillus, Ethnicos aut eorum aliquos suis super hac re opinionibus obluctatos, inter quos erant illi quos arguit Arnobius adhibitis rationibus illis quas minus efficaces esse dicebam. Sed dimissis his minùs validis rationibus & expensis dumtaxat illis quas ante proposuimus, non dubito quin prudens quiuis æstimaturus, concludendum sit cum Nazianzeno suprà, nugarum gurgitem in hac Dei corporei assertione tantum esse, vt pes nusquam figi possit: additque idem Nazianzenus neminem adhuc eorum qui Diuinitus afflati sunt, hoc vel dixisse vel comprobasse. Quæ verba ad eluendam impositam Melitoni calumniam, non parum momenti habere videntur: non enim ita scripsisset Nazianzenus, si verum esset Melitonem virum planè magnum, & Spiritu sancto afflatum (vt constat ex epistola Synodica Asianorum Episcoporum ad Victorem Papam, quæ habetur apud Eusebium 5. histor. cap. 24. & apud S. Hieronym. lib. de Scriptoribus in Polycrate) ad astruendam, & non ad impugnandam Dei corporeitatem, librum illum de Deo corporato conscripsisse.

Consensus Philosophorum circa Dei spiritualitatem.

14 QVARTÒ, dixi Philosophos ferè consentire in Dei corporeitate neganda: hoc sibi voluit præcipuus Magorum Hostanes, apud S. Cyprianum de vanitate idolorum, negans veri Dei formam conspici posse, quia scilicet ob incorporeitatē forma aspectabili caret. Idem latè docet Tyrius dissertatione 1. numero 2. & 7. addens dissert. 38. num. 222. & 227. cur nihilominus corporeæ dicatur Deus habentes visu patentes. *Nominat Pythagoricus* (inquit Orig. 1. contra Celsum ante medium) *cui ne ex ipso superiùs apparet doctissimus, contraria grauiter existimantes Deum esse incorporeum.* Idem docent Empedocles in carminibus quæ ex eo refert Ammonius sectione 4. libri perierm. num. 7. Trismegistus apud S. Cyrillum 1. in Iulianum circa finem, Pythagoras & Socrates apud Lactantium lib. de ira Dei cap. 11. (tametsi Pythagoram culpante Epiphanio hær. 7. quòd corpus diceret esse Deū, cui oculi essent, Sol & Luna, & reliqua sydera. Quod Stoicis tribuit Damasc. lib. de hæresibus.) Et Plato in Tymæo, Deum vocans ἀσώματον, laudatur idcirco à Iustino in Tryphone, consenseruntque Platonici, laudati propterea à D. Aug. 8. ciuit. cap. 5. & 6. quamuis refragante Tertulliano c. 47. Apologetici. Rursus de Platone idem refert Seneca apud Aug. 6. ciuit. c. 10. vt appareat parum Platonicè, Philonem tametsi alioqui Platonicum l. 1. allegor. ad illud *per memetipsum iuraui,* &c. scripsisse, *quis poterit de vniuersorum essentia certè definire, sitne incorporea, careátne qualitate aut non careat?* Quamquam rectam hac in parte fuisse Philonis mentem, constat ex aliis locis ac nominatim ex lib. *quòd Deus immutabilis* ad illud *dehinc benignum.*

Eam admisit Aristoteles & quomodo probauerit.

15 De Aristotele, certum est quòd rectè hac in parte senserit ex 8. Phys. tex. 79. & 12. Met. tex. 5. Extant tamen multorum veterum testimonia, quibus asseritur Aristotelem compegisse Deum ex materia & forma. Ita Plutarch. 1. de placitis, cap. 7. eùmque adducens Cyrillus 1. in Iulianum *sub finem* Clemens Alex. in protreptico,

mea nobilium. Athenagoras orat. pro Christianis, iuxta quos Deus Aristoteli est corpus ex mundo vel cœlo, & anima compositũ. Quod velle etiam videtur Clemens Rom. 8. recogn. non longè ab initio, his verbis: *Aristoteles quintum introducit elementum quod acatonomaston, id est incompellabile nominauit sine dubio illum indicans qui ex quatuor elementis coniungens, mundum fecerit*: & eadem quantum intelligo fuit mens Sexti Empyrici lib. 3. Pyrrhoniarũ hypotyposeon cap. 24. cùm dicit Aristotelẽ asserere Deum esse incorporeum, & extremitatem cœli: Non enim videtur quòd hæc extrema verba ad finem localem pertineant. Tullius quoque 1. de nat. Deorum, citans lib. 3. de Philosophia dicit Aristoteli Deum esse ardorem cœli; sed calumniam detegunt Carpentar. digress. 3. in Alcinoum & Scaliger. exerc. 365. num. 4. & quamuis 12. Metaph. tex. 39. Aristoteles appellet Deum animal optimum ac supremum, non tamen idcirco Deum fecit corporeum; vt malè obiicit Franc. Picus 4. examinis doctrinæ gentium cap. 1. & lib. 6. cap. 17. nomine enim animalis designat rem viuentem, vt benè Canus 10. de locis cap. 5. nam & D. Greg. quamuis agnoscerit Angelos esse spirituales, tamen homil. 10. in Euangelia vocat Angelum animal rationale.

16 Difficultas tamen superest, de medio quo Aristoteles 8. Phys. tex. 79. & 12. Metaph. tex. 41. (vbi alterius illius loci rationes perstringit,) probat Deum esse incorporeum. Supponit enim Deum habere virtutem infinitam, & hanc non posse esse in magnitudine infinita, quæ (ex 3. Phys. non datur) additque virtutẽ infinitam non posse esse in magnitudine finita, alioqui eam localiter moueret in instanti, quod repugnat. Probatur sequela; quia virtus illa moueret magnitudinem finitam citiùs & velociùs quàm quodvis mouens finitum, atque adeò in instanti, quia si moueret in tempore, reperiri posset virtus finita, quæ valdè aucta, & tamen manens finita, posset causare motum illum, virtuti infinitæ adæquatum.

Hanc rationem vt validam defendit Rom. 8. Phys. contra. de primo motore n. 98. Suar. verò d. 30. Metaph. sect. 4. à num. 20. eam reiicit, nec se quicquam inuenisse quod satisfaciat pro ea ratione tuenda affirmat Vicom. 12. Metaph. tex. 41. *circa finem*, ea enim ratio æquè probaret virtutẽ spiritualem infinitam, esse impossibilem, scilicet quia moueret in non tempore. Vel si non ita moueret quia posset non exercere totam suam actiuitatem, sed liberè mouere in mensura certa, idem quoque dici poterit de virtute corporea infinita: ergo ratio illa ad summum euincit Deum non esse formam in magnitudine intellectu destitutam qualis est forma materialis. Non conuincit tamen Deum non esse formam corpoream liberam & similem animæ rationali; sic enim virtus infinita poterit mouere non secundùm totum suum posse, sed secundùm quod congruit mobili, vt expendit Ferra. 1. contra gentes c. 20. & annuit Dand. 3. animæ, digr. 23. §. *quod anima sit forma, ad obiect.* 10. Quanquam addit Aristotelem 8. illo Phys. iam ante probasse à text. 44. ad 54. quòd Deus nõ sit forma substantialis incorporea, cum nõ moueatur per accidens sicut moueretur si esset forma corporis: hoc autem ex ante probatis supposito, ait Dandinus Aristotelẽ loco allegato probasse quòd Deus nullo modo sit virtus corporea, quia si talis esset, ageret necessariò quãtùm posset. Dici tamen ad summum euin-

ei per illam rationem Philosophi, quòd Deus sit forma libera, atque adeò non materialis, quia non ita clarè constat de principio illo, quem hic auctor Philosopho tribuit. Sed adhuc contra illud quod concessimus ex ea ratione haberi, nempe quòd Deus sit forma intelligens & libera, quæ infinitam suam virtutem temperet, opponi posset cum Vicom. 12. Metaph. tex. 41. *virtus finita,* quòd virtus non libera & corporea sæpe non operatur ad extremum potentiæ, vt patet in equo vel cane, qui non semper currunt quantum possunt: non quòd liberè se ad id determinent, sed quòd dictamina sensus interni per quæ mouentur ad operandum, non semper ferant, vt tota vis talium animaliū experimatur. Vnde patet medij illius Aristotelici difficultas. Quicquid tamen sit de eo medio, habemus suffragium tanti Philosophi pro incorporeitate Dei.

Ethnicorum in Christianos calumnia in re præsenti.

17 Quòd si antiqui Philosophi tam agnouerunt, frustrà monerem Christianos altiore in schola edoctos idem professos: meminitque fuisse Celsum apud Orig. lib. 7. contra eum *ante medium, & sed in fine,* cùm Christianis imposuit, quòd Deum esse corporeum crederent, & humana specie, inde ducto argumento quod dicatur in Christianorum sacris libris, ad imaginem Dei creatum esse hominem & ei specie similem. Ex quo etiam loco non bene intellecto occasionem arripuisse primos statuarum opifices Deum effingendi specie humana, testatur Iustinus in parænesi. Inde quoque in errorem hac in parte inductos fuisse Iudæos, habetur ex Basilio homil. 10. Hexaëm. & ex Nyssena orat. in eadem verba. Addi potest ex eodem Origene ibid. lib. 4. *circa medium*, quòd in Scriptura fiat passimque mentio manuum, pedum, & huiusmodi aliorū Dei membrorum. *Hæc enim (inquit) & similia, quæ in sacris literis non intelligunt Ethnici, putant nos Optimo Maximo Deo formam humanā addere.* Hæc loca opponentibus Ethnicis respōdet Arnobius quærendus esse aliquis intelligentiæ Doctores, per quos addiscantur, quibus modis conueniat literarum illarum nubes atque inuolucra relaxare. Sed non est ea difficultas ita grauis, vt comperendinatione egeat.

Prima, quòd dicant Christiani hominem esse ad imaginem Dei.

18 Quod ergo attinet ad priora illa loca, respondeo cum Origene loco primùm allegato ex lib. 7. *Celsum nequaquam audisse à Christianis nostris corpus commentum esse, vel si quid huiusmodi à Christianis aliquibus audiuerit, simplicissimos homines fuisse, Scripturam non intelligentes.* Ita Origenes tacitè innuens simplices aliquos Christianos ita sensisse, quod posteà etiam multos simplices Monachos existimasse, & in eos dedocere conantem Theophilum Alexandrinum propterea exarsisse, legimus apud Cassian. collat. 10. cap. 2. Sed & Augustinus de mor. Eccles. cap. 10. *Reprehenduntur (inquit) apud nos pauci quidam, qui humana forma Deum cogitant, atque ita se habere suspicantur, quo opinione nihil est abiectius.* Sic cui videntur inter hos pueros numerandū esse Lactantium, eò quòd lib. de ira Dei, cap. 2. vitio det aliquibus, quòd negent Deum habere figuram vllam, aut vllo affectu commoueri. Sed quamuis reclament quoscunque vidi codices, argumentum libri, & ipsa in capite citato re-

sumptio

sumptio eiusdem sententiæ, clamat, legendum esse non *signum*, sed *gra-num*, seu amoris affectum, quem Epicurei cap. 4. reiecti Deo adiunxerunt. cæterumqui enim eodem lib. c. 11. laudat Socratem, formam Dei negantem. Nec verò eo nomine quòd Deũ effigiari fecerat, malè hæserimus quod meminerim, audiuit Lactantius. Quæ enim ibi contra eum declamat Grammaticus ille, qui non tam commentariis illustrauit, quàm infecit, & densis ac fœdis erroribus contaminauit Lactantij libros, nullo loco habenda sunt. Sed quicquid de Lactantio sentiamus, passionum tradita aut mala intelligentia (quòd sæpe contra Celsum queritur Origenes) non debet crimini esse aliis bene sentientibus, & hominis cum Deo similitudinem, non corpoream sed intellectualem esse agnoscentibus, vt latè prosequitur sanctus Ambrosius 6. Hexaëm. cap. 8. & August. enarratione 2. in Psalm. 48. *sub finem*. & ex Platone ac Porphyrio Eusebius 11. de præparat. cap. 14. & Isidorus Pelusiota l. 3. epist. 95. Itaque ex eo quòd homo dicatur esse ad imaginem Dei, non sequitur Deum asseri corporeum. Vnde exposita manent loca illa Scripturæ, quæ ab Ethnicis priore loco obiecta diximus.

Altera Ethnicorum calumnia, ex Scripturis membra Deo tribuentibus.

19 Iam quod spectat ad posteriora illa loca, quibus eadem in Christianos Gentilium calumnia nitebatur, non malè respondet idem Origenes loco allegato ex lib. 4. qui ex illis locis ita argumentabantur, potuisse eodem iure suspicari, Christianos credere Deum esse alis instructum, quando hæc quoque verba reperias inueniantur in Scripturis de Deo loquentibus, nec aliter eo loco calumniam refellit Origenes. Quod fuerat etiam Melitonis argumentum apud Theodoretum q. 20. in Genesim, ac postea quoque S. Augustini epist. 111. laudantis in eandem rem S. Hieronymum in Psalm. 93. Sed quid si aliqui vsque eò delirarunt, vt ex illis locis quibus Deus alatus dicitur, & Eptophthalmos, cum reuera talem esse colligerent, teste Cyrillo Hierosol. Catechesi 6. *sub initium*? Itaque directè respondendum est cum eodem Origene lib. 6. contra Celsum *sub fin.* nomina membrorum Dei corporalium pro eius potentiis, aut vt Nouatianus cap. 6. de Trinit. loquitur, efficaciis, vsurpari: Quòd aliter dixit S. Bernardus serm. 4. in Cantica habere Deũ manus, pedes, os, & similia membra per effectum, non per naturam. Eleganter hoc ipsum prosequitur S. Cyrillus Alex. respondens Iuliano lib. 5. ad textum 6. & Philo lib. de Confusione linguarum ad illud: *Venite faciamus lateres. Deus* (inquit) *caret manibus, pedibus, aliisque creatis partibus iuxta doctrinam veritatis; non enim est Deus similis homini, quamuis interdumquam docendi causa, dicantur de eo talia, dum non possumus vltra nos ipsos sapere, sed ex nostris accidentibus de ingenio illo consiliarius fuerimus.* Hæc ille. Videndus quoque lib. de somniis *ferè in fine libelli*. Sed & libro de sacrificio Abelis & Caini ad illud, *Cùm introduxerit te Deus, &c.* Præclarè ait, causam cur aliquibus Deus humana forma præditus videatur & membris instructus, hanc esse, quòd præter res mortales nihil cogitare possimus, neque proprios mortalibus egredi, sed induti rebus mortalibus tanquam cochleæ, eisque testarum in morem inuoluti, de Deo sicut

de

de nobis philosophemur. Placuit hæc comparatio Clementi Alex. 5 Strom. cap. 5. & Ambrosio 2. de Cain & Abel. Addo etiam pauca ex longiore Cæsarij disputatione in quosdam prædictis Scripturę testimonijs ad Dei corporeitatem astruendam abutentes. Ita habet Dialo. 3. *Montem vel sylvam eandem accipe, & oculis mentis aspice, illa cogitationes tantum & figuras esse, idque considera ex vili & exigua ad Numen comparatione. Mare omnia magnitudine superans elementa, velut ex toto gutta est, & universa volucri [illegible] sunt, si ad Divinum illud pelagus conferantur, quemadmodum inquit Propheta. Veruntamen cum simplex quoddam sit, nullaque forma præditum clamat absque ore, currit absque pedibus, insilit, & ad festinandum absque tibijs assurgit: divites [illegible], non habentes manus: in sublime elevatur absque alis: suffocat multos, absque vola vel digitis, aut membris: inflatur & exæstuat, labijs carens: rupibus allidit, absque brachijs, circumstans immensa ferventis unda navis: absque dentibus devorat, & vicinam terram exedit. Si verò quum simplex quoddam natura sit & fluxum, ista facere solet: quantò magis præstare potest hæc is, qui totam invulnerabilem continentem atque tyrannidem potentissima arena refrænavit, & quasi serras mare circa ipsum posuit terminum? Per fluctus enim ad extremam regionem impetuose ferens, arena quasi fræno inhibetur, & in spumam impetu resolutum, ad seipsum revertitur. Similiter & flumen venis unicè simplex sit, flat, sibilat absque labio, tellure demit absque brachijs: vindemiat fructus, arbores quatiendo, absque manibus demetit, evertit, & superficie undarum formam abscissam, & quæ sunt in fundo in superficiem transfundit, non ventilabro, non farculo utens: militat ex adverso, & nullibi inhibitus à cursu ingentes naves pectoribus & humeris carens. Abdit autem aliquas instar quidem impellens in pelago velut in prato vel campo, [illegible] hostibus vel baculo feriens: rursusque [illegible] pollentia hominibus transfretandis parata maria, nullo ipsa fonte varians, diriguntur mare & ventus, conferat quidem numinibus magnitudinem præstantia, cubiti autem vel nihilo, vel grano sinapis, aut alicuius rei minoris lineam obtinentia, si tam Deo conferantur, clamant, vulnera sunt, insiliunt, fortiter vincunt, progressum impediunt, manibus & forma carentia beneficiunt, purgant, divitias conferunt, subministrant panem, ducunt, abducunt: cur tu non præclarissime ac mihi clare formam tribuis & adscribis membra Numinis simplicis & incomprehensi, & nulla forma expressi, dum audis, Inclina Domine aurem tuam & exaudi me: Item & respice ad me. Et, mitte manum tuam ex alto, & eripe atque libera me. Et quæ sunt consimilia alia.* Sic ille.

Sed cùm rectè scripserit Plinius lib. 2. cap. 17. *effigiem Dei formámque quærere, imbecillitatis esse humanæ*, contra fusius in re clara, quam etiam fusissimè alij prosecuti sunt, nominatim S. Anselmus tali opusculo, & auctor opusculi Hieronymo tributi quod inscribitur *summa essentia*, habeturque apud S. Bonaventuram tomo 2. opusc. estque fortassis Rabani, ut suspicatur Pamelius ad lib. 2. Tertulliani in Marcionem cap. 16. item auctor libri de essentia Divinitatis, id est Eucherius lib. de formulis spiritualis Intelligentiæ, ex cuius duobus primis capitibus constat liber ille perperam aliquando Augustino tributus, ut observavit Conradus Brunus lib. singulari de imaginibus cap. 4. qui ibidem & cap. 2 copiosè idem prosequitur, præter innumeros alios.

Deus est spiritus.

20 QVINTÒ, dixi Deum esse substantiam completam immaterialem,

lem, ac proinde viuentem & intellectualem, siue spiritum. Nam si Deus est substantia corpore carens, necesse est vt sit substantia spiritalis & immaterialis, & quidem completa, nam si esset incompleta, deberet importare ordinem ad materiam, quæ non nisi corporea est, vt diximus agentes de substantiali simplicitate Intelligentiarum; atque ita non careret corpore, contra suppositioné. Quòd si Deus est immaterialis, necessariò quoque est intelligens & viuens vitâ supremâ seu intellectuali, vt affirmat Aristoteles 12. met. c. 39. & 40. siquidem omne immateriale (vt fusè alibi deduximus, & attigit S. Thom. 1. p. q. 14. art. 1.) est intellectuale, quare fatendum est Deum esse spiritum, nó quidem sumpto nomine spiritus pro substantia corporea tenui & subtili qualis est ventus, quo sensu Celsus apud Origen. lib. 6. *sub finem*, existimabat Christianos appellare Deú spiritum, conformiter ad Stoicos ibidé ab Origene adductos, (cum tamen illam vocis ambiguæ acceptionem veriti aliqui Christiani negarint Deum esse vocandum spiritum, vt Nouat. cap. 7. de Trinit.) sed sumpto propriè nomine spiritus pro substantia puré immateriali & intellectuali, qualem esse Deum, manifesté, vt iam monui, habetur ex eo quòd Deus nó sit corpus. Potestque etiam positiuè confirmari argumento illo Platonicorum quod refert & laudat D. August. 8. ciuit. c. 6. potéstque ad hunc modum proponi. In Intelligentiis creatis reperitur ratio substantiæ spiritualis, à Deo producta; ergo ne causa cedat effectui, necesse est Deum esse vel formaliter vel eminenter intellectualem: non potest autè Deus esse intellectualis eminenter tantùm, quia esse intellectuale est aliquid ex genere suo perfectiùs, quàm esse non intellectuale, & vt loquitur supra S. Augustinus *melius est aliquid vita* (id est intellectualitas) *quàm corpus*: ita vt si intellectuale & non intellectuale ad summum perfectionis suæ gradum contendant, impossibile sit intellectuale non excedere rem non intellectualem, imò idem dicendum erit de viuente simpliciter comparato ad rem inanimam, quidquid sit, an viuens aliquod imperfectum possit secundùm rationem specificam cedere corpori inanimo, secundùm rationem genericam cedente corpori viuenti. Ergo Deus est formaliter spiritualis & intellectiuus.

21 Attigisse quoque videtur hanc rationem Socrates apud Xenophon. lib. 1. de dictis & factis Socratis cum Aristodemo disputãs. Ex eo enim quòd homo intellectum habeat, colligit, extra hominem in eo qui homini intellectum contulit esse intellectum, & lib. 4. num. 467. ex aliorum Deorum, id est Intelligentiarum inuisibilitate siue spiritualitate, similem Dei perfectionem inesse infert. Eodem argumento, occasione à Xenophonte accepta, vsum Zenonem, videre est apud Sextum Empyricum aduersus Mathematicos in examine Physicę *Contra Dij*, sed explicatissimé Plotinus enn. 4. lib. 7. cap. 9. *Omnino* (inquit) *necesse est esse aliam quandam naturam præter corpora quæ esse habeat ex se ipsa*: & paulò post. *Non omnia peregrina tantum vita, alioqui in infinitum progressio fiet; sed oportet naturam quandam existere primò viuentem, quæ in gradu, esse Diuinam oportet & solere ex se ipsa viuens atque existens, primo tamen principique existens, mutationis secundum essentiam expers: hæc itaque primò enti semperque enti, non dicit vita carere, instar lapidis aut ligni, sed oportet esse viuentem,*

 paréque

pendque vita frui: nempe quia cognoscendo & intelligendo creat tamen aliam confert. Hæc Plotinus puram Dei vitam & perfectissimâ, hoc est, intellectualem asserens, eâque haud dubiè validum argumentum, quo etiam efficaciter conuincitur omnem perfectionem simpliciter simplicem in creaturis repertam, quamuis in eis admixtam multis imperfectionibus, modò tamen secundùm conceptum & rationem obiectiuam suam, sit ab imperfectione præcisibilis, reperiri formaliter in Deo tanquam primo eius fonte, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum.

Habemus Diuina prædicata communia nostris essentialibus respondentia, vno Spiritus nomine comprehensa. Nam vt bene ait Marius Victorinus 4. aduersus Arrium initio, *Deus spiritus est qui hoc ipso vocatur quod spiritus dicitur, nempe spiritum intelligere cogimur quandam cogitationem, vitamque, intelligentémque substantiam.* Quod autem S. Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 9. eo vno nomine omnia Diuina prædicata designari vult, minùs placet: constat enim Deum analogicè cum Intelligentiis creatis conuenire in ratione spiritus, vnde addendum est aliquid, per quod ab eis secernatur. Nunc ergo ad prædicata essentialia Deo propria, veniamus.

ARTICVLVS II.

De quasi differentia, primò distinctiua & constitutiua Dei.

22 PErfectio habens respectu Dei rationem differentiæ, ea est, qua Deus completè constituitur in ratione talis essentiæ, & primò ab aliis quibuslibet essentiis secernitur, quam proinde necesse est conuenire Deo per se primò, & quatenus specialiter itémque formaliter includere in quid Diuina essentia quatenus hæc essentia est sibi vendicat, vt ex proportione ad differentias essentiarum creaturum constitutiuas, est manifestum.

ASSERTIO.

Nulla determinata perfectio, etiam intellectio quomodolibet spectata, habet rationem differentiæ primò distinctiuæ & constitutiuæ Dei, sed ratio essendi à se, vel essendi per essentiam, siue essendi suum esse, aut suam existentiam, vel quæ per hac importatur ratio essendi necessariò, illimitatè, atque purissimè.

PRIMÒ, nego perfectionem vllam determinatam posse habere rationem differentiæ constitutiuæ Dei, quod est contra Suarem disp. 30. Metaphys. sect. 5. num. 14. & 15. & l. 13. de Trinit. cap. 4. num. 16. & alibi, asserentem Dei differentiam quam quærimus, petendam esse ex Diuina intellectione spectata per modum vltimi & purissimi actus, ita vt Deus concipiatur esse natura intellectualis, non ob vllam habitudinem ad intelligere actuale ex ipso aut virtualiter distinctum à sua radice, (qui est modus quo concipimus & affirmamus creaturas aliquas esse intellectuales,) sed ob formalissimam identitatem cum intellectione sua, seu quatenus est suum intelligere abstractissimum atque purissimum, atque adeò imparticipatum & per essentiam.

Nec intellectio, nec vlla determinata perfectio, est differentia Dei.

23 Contrarium rectè asserunt Albertinus

bertinum contr. l. 14. de relatione, dub. 2. num. 16. & sequentibus, Florezu. 1. & 2. num. 16. & sequentibus. Gillius Trinitate notatione 2. ad 8. Gillius l. 2. tract. 1. cap. 12. & tract. 2. cap. 4. n. 5. & sequentibus. Eadem fuit mens antiquorum, quos allegabo proponentis varias Dei descriptiones. Nunquam enim Deū per huiusmodi differentiam describunt. Probatur ergo quod asserui, quia differentia vltimò constituens & specificans rem, debet formaliter importare, omnia essentiæ cōpetentia quatenus hæc essentiá est: Atqui Diuina intellectio, prout intellectio est, non importat pleraque essentiæ Diuinæ, vt talis est, conuenientia: Nam de essentia Dei quatenus est hæc essentia, nempe infinita & summè perfecta, non tantùm est intellectio, sed etiam bonitas, iustitia, omnipotentia, & alia huiusmodi, vt infra probabitur: & tamen per se patet, has perfectiones non importari nomine intellectionis. Quòd si dicat aduersarius, se ideirco non asserere quòd intellectio sola sit differentia Dei, sed tantùm id asserere de intellectione per essentiam, quæ formaliter (licèt confusè,) importat omnem perfectionem, opponendum erit, hoc pacto non intellectionem, sed rationem essendi à se, assignari tanquam differentiam Dei. Nam intellectio, vt sic, non præstaret in Deo munus illud differentiæ, quod est importare omnem perfectionem competentem essentiæ Dei, quatenus talis essentia est. Deinde quæcunque alia diuina perfectio, cui ratio illa essendi à se, vel essendi per essentiam opponatur, æque importabit omnem perfectionem Deo vt sic essentialem, ac intellectio: æquè ergo posset assignari pro differentia Dei, volitio à se, vel iustitia à se, atque sapientia aut intellectio à se. Itaque nulla perfectio determinata, (nullam enim quæcunque per ratio,) potest assignari pro differentia Dei adæquata, & complectente omnia essentialiter Deo competentia, quatenus Deus est. Neque verò (vt præmisi) vllus antiquorum talem aliquam perfectionem pro differentia Dei assignauit. Quod enim S. Thomas variis locis quæ accumulat Salas tract. 11. d. 2. num. 51. sæpe ait, intelligere & intellectionem esse essentiam Dei, itemque quod Plotinus Ennea. 5. l. 8. cap. 4. asserit essentiam Dei esse sapientiam, vel quod Epictetus apud Arrianum lib. 2. c. 8. ait substantiam suæ essentiam Dei non esse tamen sed scientiam, facilè explicatur in sensu identico, vel inadæquato, ita scilicet, vt significetur perfectiones illas identificari cum essentia Dei à parte rei: vel si formaliter idem sint cum ea, non dicere tamen omnem perfectionem essentialem Deo quatenus Deus est competentem, quod debet habere differentia Dei constitutiua; sed importare tantùm aliquam perfectionem in differentia illa includendam, non tamen omnem. Quo eodem modo coguntur Aduersarij exponere varia dicta S. Doctoris, quibus tum velle, tum iustitia dicuntur esse essentia Dei, ita enim habet 1. p. q. 20. art. 3. & q. 21. art. 1. & sæpe alibi.

24 Inde quoque dilui poterit difficultas Philosophica non dissimulanda; nempe quòd differentia constituens speciem aliquam, debet esse proportionata & accommodata differentiæ constituenti genus, vt patet tum ex munere differentiæ specificæ, tum inductione. Nam verbi gratia differentiam corporis, quòd est tertia quantitatis species, dicimus esse extensionem trinæ dimensionis, videlicet accommodatè ad differentiam

quantitatis, quæ est vis accidentaria localiter extensiua. Similiter in animalibus specie diuersis, differentiæ animalis quæ est esse cognoscitiuum per sensum, opponimus differentias proportionatas, seu petitas ex eadem cognitione per sensum, vt rectè asserit Caiet. 1. p. quæst. 54. art. 1. §. *ad euidentiam*, ita vt intra illud genus cognoscitiui per sensum, ex animalia differant specie, quæ constituuntur, & ab aliis differunt per differentiam differentiæ illi, genus cōstituenti, proportionatam. Cùm ergo hæc ita sint, constétque Deum pertinere ad ordinem ac velutì genus substantiarū intellectualium, intra quod variæ species per differentias generi illi proportionatas distinguuntur & constituuntur, inferri videtur Deum quoque per aliquam talem differentiam, atque adeò ab intellectione petitam, constitui & distingui debere.

Hanc difficultatem dicebam dilui posse ex doctrina paulò ante adducta. Quod enim Deus in quarto ex vulgatis rerū ordinibus, nempe in intellectiuo collocetur, euincit intellectualitatem pertinere saltem inadæquatè ad differentiā Dei, quia alioqui Deus nullo modo constitueretur proportionatè ad illum ordinem, in quo analogicè cum eo conuenimus. Minimè tamen inde efficitur, differentiam, Dei adæquatè constitutiuam, esse duntaxat intellectualitatem quomodolibet spectatam: quia Deus propter essentiæ infinitatem non arctatur ad solam generis illius perfectionem, sed habet præterea multas alias perfectiones essentiales, sibi quatenus talem essentiam habet competentes, quas differentia eum constituens debet importare formaliter, vt constat ex notione differentiæ constitutiuæ initio proposita.

Differentia Dei, est esse à se.

25 SECVNDO, dixi Diuinam differentiam consistere in ratione essendi à se: Quod facile patet ex notione illa differentiæ constitutiuæ initio adducta, quæ bene quadrat in hanc Diuinam perfectionem. Conuenit enim Deo quatenus talis est, ac per se primò vt patet, cùm neque per accidēs, neque ratione superioris vllius gradus Deo conueniat. Continet item omnia quæ de Deo vt sic, prædicari possunt essentialiter, quandoquidem in cuiuscumque Diuinæ perfectionis conceptu, intimè & impræcisibiliter imbibitur quòd sit à se, vt in sequentibus manifestum erit. Quare nihil prædictæ perfectioni deest, quominus sit vera differentia constitutiua, & ab aliis omnibus secernens Deum: quod agnouerunt, qui hunc dixerunt esse quasi characterem Diuinitatis, quo Deum à nobis internoscimus, vt Nyssenus lib. de hominis opificio cap. 16. & Cyrillus Alexand. lib. 7. dialogorum de Trinitate *initio*, & Paschasius Diaconus cap. 7. posterioris librorum illorum quos de Spiritu sancto luculenter & rectissimè conscriptos testatur S. Gregorius 4. dialog. cap. 40. ait enim Paschasius, Deum per hoc differre à nobis, *quòd sit sibi ipsi fons luminis sui*, id est quod à se sit, seu vt dixit Phœbadius sub initium libri contra Arrianos *quod quicquid illud est, sibi debeat*. Eadem Mercurij mens fuit, cùm Deum vocauit, *illud quod ipsum omnia & solum, quod vnum, quod ipsum ex seipso*. Refert Cyrillus 1. in Iulia. *sub finem*.

Quomodo accipiendum sit illud à se.

26 Porrò vox illa *à se* qua Diuinam differentiam exponimus, accipienda est

est negatiuè, non positiuè. Neque enim sensus est, Deum causare aut facere seipsum, vt absurdissimè locutus est Aristides tomo 1. orat. 1. his verbis. *Primus ipse se creauit.* Et paulò post. *Primus ipse est & antiquissimus, & omnium princeps, ipse ex se factus. Quando autem creatus fuerit, nemo potest dicere,* [illegible] *& fuerit ab initio, & semper in posterum sit futurus, ipse sibi pater, & mater quam vt ab alio creari potuerit.* Eodem modo loquitur Seneca referente & approbante Lactantio lib. 1. instit. c. 7. in fine his verbis: *Nos aliunde pendemus, itaque ad aliquem respicimus, cui quod est optimum in nobis debeamus: alius nos edidit, alius instruxit. Deus ipse se fecit.* Idem dixere antiquissimi hæreticorum apud Clem. Rom. 6. constit. cap. 10. & 11. ac Plotinus Ennea. 6 lib. 8. cap. 12. & 14. 15. & Græcus tertiæ Christianæ quæstionis impugnator, (reiectus à Iustino, in confutatione responsionis ad tertiam illam quæstionem,) & Apollo, cùm quærenti cuidam, quis aut quid esset Deus, Colophone respondit viginti & vno versibus, quorum prima vox erat αὐτοφυής, teste Lactantio capite illo 7. vt mirum videri possit, Sanctum Basilium 1. contra Eunom. non multùm ab initio, asseruisse, neminem vnquam siue Ethnicum, siue hæreticum, reuocasse hoc in dubium, nisi si fortassis significet S. Basilius reipsa id neminem negasse, sed tantùm verbo tenus.

27 Cæterùm reipsa id esse falsissimum, & modum saltem loquendi prædictorum auctorum esse absurdissimũ, patet. Nam vt rectè suprà ait Iustinus: *Per seipsum produci significationem productionis habet, eius quod à seipso producitur: id autem quod per seipsum productum sit, ab eo quod per alium productum sit, ipsa productione nihil differt. Atque ita Deum non esse ἀγένητον & αὐτογενῆ ac ἀπάτορα;* quibus nominibus post Sibyllam, Apollinem, & Hermetem, Lactantius suprà c. 6. & 7. appellat Deũ, ob improductionem. Similitérque Orpheus, præclaro illo hymno quo naturam summam, hoc est Deum celebrat, (est nonus inter eius hymnos) his inter alia epithetis eã compellat, αὐτοπάτωρ, ἀπάτωρ. Rectè itaque concludit Iustinus *Deum si principio caret,* (id est improductus) *est neque αὐτογενὲς neque ἑτερογενὲς, id est, neque à se, neque ab alio factum, dicendum esse; nam qui omnino* (positiuè scilicet non negatiuè) *per seipsum factus est, nulla ratione principio carens est.* Accedit manifesta repugnantia, quæ in ea Dei per seipsum prima productione reperitur, vt enim benè ait S. Anselmus c. 18. Monolo. *nihil per seipsum fieri potest, quia quicquid fit, posterius est eo per quod fit, & nihil est posterius seipso.* Similia idem ibidem cap. 5. nec aliter argumentatus est Eunomius, cuius hæc verba refert S. Basil. *non multùm ab initio* primi libri contra eum. *Vnum esse Deum & naturali quadam sensu, &* [illegible] *Patrum doctrina, nec à se nec ab alio factum profitemur. Nam vtrumque horum æquè fieri non potest. Necesse est enim verè, quod facit ante id esse quod fit, & ipsum quod fit secundum esse ab eo quod facit, nihil enim seipso prius aut posterius esse potest. Neque quicquam aliud ante Deum, seruaretur enim potiùs aliud, quàm quod secundũ ab illo est, Deitatis manifestarem.* Hactenus Eunomius, quæ verissimè dici consentit Basilius. Eadem habent laudati suprà q. 1. art. 2. Augustinus, Bernardus, Simplicius & alij, ipséque Plotinus impugnans seipsum Ennea. 6. libro illo 8. c. 20. *Nonne* (inquit) *sequitur, Deum si se facit prius quã faceret extitisse? si enim se facit certè quà ratione seipsum sibi dicitur, eandem existit, qua verò dicitur facere, iam existit ante seipsum,* [illegible] *eum ipse sit quod fieri dicitur,*

Respondet autem Deum ita se facere, vt ipsemet sit sui & causa & effectio, quod ipsum reuera est Deum non se facere, vt ratio dubitandi proposita euincit.

Itaque Deus negatiuè tantùm est à seipso, quatenus non est ab alio factus. Quem sensum pati possunt S. Augustinus (adductus ab Aureolo apud Capreol. in 1. d. 13. ad argumenta contra 2. malè huiusmodi locutionem extendente) & alij aliqui graues auctores, qui seclusa à Deo omni dependentia, dixerunt Deum esse sibi causam: itémque Euripides laudatus à Clemente Alex. 5. Strom. cap. 7. quod Deum alloquutus esset his verbis. *Tu qui per te ortus es.* Nec renuo (si ita videtur) vt Plotino quoque & aliis eam propositionem eadem expositio adhibeatur: propterea enim eas non tam falsæ sententiæ quàm absurdæ locutionis notaui, in qua saltem magnam subesse absurditatem negari non potest.

Difficultas contra Diuinam differentiam sic expositam.

28 Occurrit vnica difficultas philosophica contra Diuinam differentiam sic explicatam: differentia enim constitutiua debet esse vltima, vt patet ex omnibus differentiis constitutiuis creaturarum, quæ semper supponunt anteriores perfectiones substantiales communes aliis entibus cum quibus eas conuenit, & eas limitant signas illis imprimendo tanquam sigillum, quo illæ perfectiones naturæ constituendæ appropriantur: at ratio essendi à se cùm Dei prædicata inquirimus, occurrit prima post ens, & substantiam, iuxta veram sententiam in prima Philosophia traditam, tractando diuisiones entis: ergo non superuenit aliis plerisque gradibus substantialibus Deo cum creaturis communibus, puta gradus viuentis, & immaterialis & intellectualis.

Facilè tamen respondetur hanc differentiam posse quoque intelligi vt superuenientem prædictis posterioribus gradibus. Non enim diuisio illa in ens à se & ab alio, collocatur inter diuisiones entis, proximè post diuisionem in substantiam & accidens, quasi non licuisset interponere diuisiones alias entis, penes perfectiones prædictas analogicè communes Deo & creaturæ, & vtrisque quodammodo superiores: sed quod ille diuidendi modus minimè compendiosus fuisset, eò quòd membra illa diuidentia omittantur à primo Philosopho, quippe tradita in inferioribus scientiis, quarum explicatio antecessit. Atque ita ratio essendi à se eum locum obtinet inter substantialia Dei prædicata, qui differentiæ constitutiuæ debetur. Adde quod quamuis ea differentia non esset vltima substantialis ratio Dei, sed prima post ens; tamen rectè nihilominus adhiberi posset loco differentiæ ad describendum Deum, quia est reciproca & distinctiua, seipsúmque continens reliquas Diuinas perfectiones substantiales eo modo qui postea exponetur. Tunc autē tantùm quærenda est differentia vltima, cùm priores quæ ei præsupponuntur in re definienda, non sunt reciprocæ & importantes quidquid essentiæ de qua agitur, vt talis est, competere debet.

Alij modi eandem Dei differentiam explicandi.

29 Tertiò, exposui Dei differentiam per rationem essendi per essentiam, siue essendi essentialiter suum esse nempe actuale, vel suam existentiam; sunt enim hæc omnia vnum & idem. Quod vt appareat

legi

[illegible] asserit pro differentia constitutiua Dei, probandum in primis est, Deum esse essentialiter actualem.

Hoc autem facilè probatur à contrario, si ostendendo cur existentia creatæ actualitati non sit essentialis creaturæ. Vera siquidem huius rei ratio est, quòd forma illa Metaphysica quæ rei creatæ extrahitur formaliter de potentialitate, & fit actualis, communicatur ei ab extrinseco principio impertiente illi quod ipsa ex se & vi propriæ essentiæ non haberet: Quia ergo existentia Deo non aduenit aliunde, (quippe qui aliunde non emendicat esse, sed ex se est,) propterea existentia est de essentia Dei, nec tantum ea ipsa quatenus implicat contradictionem existentiam fingi ab essentia Diuina, sed etiam quoad conceptum, quatenus impossibile est concipere essentiam Diuinam, nisi actu inuoluendo hoc prædicatum in ratione obiectiua quam format qui illam essentiam concipit: contra Marconem q. 16. prolog. *in sent.* & alium ab eo adductum in 1. d. 2. q. 1. art. 2. & Salam tract. 2. d. 3. num. 31. contendentes existentiam actualem esse ratione ratiocinata posteriorem essentia Dei. Qui si consequenter loqui velint, admittere debebunt essentiam Dei in illo priori quo concipitur ab eis vt antecedens actualitatem, esse aliquid potentiale: quod autem concipitur esse tale, debet concipi recipiens esse aliunde, quod manifestè repugnat Deo attribui. Præclarè id attigit Author Theolog. Ægypt. lib. 3. cap. 5. *in cogitatione quidem* (inquit) *fingi potest Deum in aliqua potestate existere, alioqui altero indigeret, cuius vi in actum excitaretur. Contrà verò omnia quæ ab illo diuersa sunt, prius in potestate esse intelliguntur, quàm in actu: quia primatis antecedit cogitationem in talia re, & potentiæ necessitatem.* Hæc ille.

Quòd si Aduersarij fingant, existentiam, concipi duntaxat posteriorem secundùm rationem ab essentia, non aliter quàm per modum antecedentis ipsam existentiam, facilè reiicientur eâdem ratione qua D. Thom. 1. p. q. 3. art. 4. probat existentiam non posse realiter causari ab essentia cui supponitur: nihil enim potest habere rationem causæ à qua aliquid realiter producatur, quin prius habeat existentiam, ob necessariam præsuppositionem actus primi existentiam importantis, ad secundum seu ad actionem: alioquin res mere possibilis posset realiter causare, quod nemo dixerit: cum ergo existentia non possit præsupponi sibi ipsi, & esse in re priùs quàm producta fuerit ab illo qui illam saltem supponit, manifestum est existentiam non posse fluere realiter ab essentia rei: atqui eodem planè argumento conuincitur eam non posse per rationem manare ab essentia, quia similiter necesse est essentiam illam quæ est causa per rationem, seu ratio & causa virtualis, præintelligi existentem antequam intelligatur causans per rationem; ab eo enim quod intelligitur vt non ens, quomodo poterit intelligi manare verum ens? aut quomodo hic quoque actus secundus non supponet primum proportionatum: id est non quidem re ipsa à secundo distinctum, sed tamen actualem, & existentem, qualis est ipse secundus?

30 Itaque ratio essendi suum esse, seu existentia actualis & exercita, est aliquid Deo essentiale; ac proinde cùm sit aliquid Deo proprium (nihil enim præter Deum est existens essentialiter, vt constat ex potentialitate creaturæ,) atque etiam aliquid intimum omnibus Dei perfectionibus essentialibus, naturæ Diuinæ vt talis est

est conuenientibus, rectè assumitur pro differentia Dei, non minùs quàm ratio entis à se. Imò reuera duæ hæ rationes non differunt nisi verbo tenus. Nam ratio entis à se sumenda est negatiuè, vt suprà vidimus, ita vt idem sit esse à se, atque non esse ab alio: negatio autem vt negatio est non constituit essentiam rei positiuam: itaque ea negatione haud dubiè circumloquimur fundamentum positiuum ei substratum, quod in præsenti nullum esse potest præter rationem essendi essentialiter, seu essendi suum esse, & suum existere. Ergo sicut rationi essendi à se, vt suprà probatum est, competit esse differentiam Dei, ita etiam rationi essendi suum esse. Quod expressè asserit S. Thom. q. 7. de potentia art. 2. ad 5. adducens Auctorem libri de causis. Idem quoque voluerunt Philosophi illi, qui teste eodem D. Tho. lib. de ente & essentia cap 6. initio, dicebant, *Deum non habere essentiam* nempe contrapositam existentiæ exercitæ, qualis est essentia nostra. Ad ipsam quippe Dei essentiam directè & intimè pertinet ipsum existere actuale, quod proinde non potest sicut in creaturis, ita & in Deo concipi à nobis ad modū formæ Metaphysicæ, superuenientis essentiæ iam constitutæ, sed est ipsius magna pars. Philosophos illos à S. Thoma adductos, Caietanus, ibi, ait fuisse Platonicos: sed ipse S. Thom. in 1. d. 2. q. vnica art. 3. 4. *quatenus ad tertium*, ait fuisse Auicennam, & Rabbi Mosem, quorum hic id habet lib. 1. directoris cap. 56. & idem voluisse videtur Trismegistus cap. 6. Pimandri, & Plotinus Ennea. 3. lib. 8. cap. 9. & Ennea. 5. lib. 4. cap. 1. Et præiuerat Plotino, Magister 6. de Repub. his verbis. *Solem dicet non modo efficere, vt ea rei quæ sub aspectum cadunt videantur, sed vt ipsa rei generentur, crescant, nutriantur, licet ipse non sit eorum generatio. Qui enim esset bonum quæ statue bonum illud* (summum de quo agit) *in rebus quæ cognoscuntur, tribui et vim & efficaciam, non modo vt cognoscantur, sed etiam vt sint, cum tamen ipsum illud bonum non sit essentia, sed supra ipsam essentiam maius & augustius, omnem nimirum rerum creaturum naturam, dignitate & virtute longè latéque exuperans.* Sic ille.

E contrà verò Numenius apud Eusebium 11. præpar. cap. 6. deriuando nomen essentiæ, ab esse actu, dixit nomen Dei esse essentiam: similiter alibi non reperiri essentiam, sed florentiam dixit Plotinus Ennea. 6. lib. 5. cap. 2. Hunc tamen loquendi rigorem molliuit vsus, vt benè tradidit Auctor Hypognostici apud August. lib. 1. circa medium, his verbis: *Essentia dicitur ab eo quod est, quæ tamen de solo Deo dici debet secundùm illud quod scriptum est in Exodo: Dicis mihi* (id est populo) *Qui est, misit me ad vos, tamen & de creaturis dici potest quod habeant essentiam sed non sicut de Deo, qui initium non habet quod est, sed ex quo accipientes initium, quod sunt esse coperunt.* Hactenus ille.

51 Vnum est quod hac in parte à Philosopho opponi possit: videtur enim existentia creata seu esse actuale creaturæ esse essentiale ipsi existentiæ creatæ; quid enim magis intimum quàm idem sibi ipsi? Falsum igitur esse videtur quòd existentia exercita sit soli Deo essentialis, idcóque assignari possit pro differentia Dei. Respondeo existentiam creatam non esse essentialiter exercitam & actualem; potest enim in ipsa existentia distingui aliquid habens rationem essentiæ, & aliquid habens rationem accidentis. Essentia existentiæ, (quam nunc sumimus vt contra distinctam essentiæ rei, cui tota existentia superuenit)

est

est esse actualitatem; exercitium autem eiusdem actualitatis, seu positio eius extra causas, se habet ad prædictam existentiæ essentiam, eodem modo quo tota ipsa existentia se habet ad essentiam principaliter dictam. Existentia ergo, non est essentialiter actualis in creatura, sed potest concipi vt potentialis, & aliquando recepta est talis; atque ita ipsamet tota habet rationem formæ Metaphysicæ, superuenientis essentiæ principaliter dictæ, eaque posterioris ratione, vel etiam re iuxta multorum sententiam; insuperque exercitium eius, quod est veluti existentia ipsiusmet existentiæ conceptæ ad modum cuiusdam essentiæ & veræ entitatis, est posterius existentia rationem talis essentiæ terminante, & ratione ab ea distinguitur. Quæ omnia à Diuina existentia procul absunt, ac proinde peculiare Deo est, esse essentialiter suam existentiam, siue suum esse actuale.

Necessitas essendi importatur per independentiam, potestque etiam statui differentia Dei.

12 QVARTÒ, addidi rationes essendi à se, vel essendi essentialiter suum esse, hactenus expositas importare rationem essendi necessariò, illimitatè atque purissimè, ac proinde his quoque modis posse assignari Diuinam essentiam. Et quidem quod attinet ad necessitatem essendi, res clara est: vt enim benè ratiocinatur Marius Victorinus 4. contra Arrium, *quod à se extat, ex æterno & in æternum viuit; nunquam enim se deserit, quod sibi causa est, vt hoc ipsum sit quod existit.* Similia Psellus ad orat. 2. Theologi de paschate num. 9. idemque voluit Auctor libri de causis propos. 26. cùm ait, *omnis substantia stans per seipsam, non est cadens sub corruptione.* Stans per seipsam dicitur ibi substantia, non pendens ab alia, vt manifestum est ex glossa, quam Iauellus initio Commentarij ad eundem librum non male coniectat adiunctam esse ab ipsomet propositionum auctore, vel quod Diuus Thomas ibidem lect. 1. maluit abbreuiatore, & vt sæpe queritur idem S. Doctor lectionibus sequentibus interpolatore eleuationis Theologicæ Procli, seu ducentarum & nouem similium Procli propositionum. Si igitur substantia constans per essentiam suam, posset desinere, & quod proinde est aliquando non fuisset, atque adeò non esset necessariò, posset essentia talis rei, vt in glossa dicitur, esse sine seipsa; non enim fit corruptio vel non positio existentiæ, nisi quia causa à qua res pendet & accipit esse, nec dum contulit illud, vel non vult vltrà conferre. Vbi ergo res ipsa est causa & causatum simul, vt ibidem dicitur, id est, vbi res ipsa est sibi loco causæ, quatenus habet essentialiter & per seipsam id quod aliis quæ talia non sunt confertur per causam, impossibile est interuenire desitionem, vel non positionem existentiæ, ac proinde res illa est necessaria simpliciter. Contrarium verò cernitur in quibuslibet non habentibus esse suum à se, sed illud emendicantibus ab aliis: carent enim radice illa necessitatis quoad esse, & indefectibilis in eo perseuerantiæ, domi, vt ita loquar, nascentis ac ex internis rei principiis oriundæ, qualem enti à se oportet concedere.

Et idem est de illimitatione, & puritate essendi, ac essentiali infinitate.

13 Iam quod spectat ad illimitationem seu puritatem essendi, agno-

fuit S. Thomas 1. contra Gentes cap. 26. eum posse assignari pro differentia Dei. *Ex hoc ipso* (inquit agens de Deo) *suum esse ab omnibus aliis distinguitur, quia nihil ei addi potest. Vnde commentator in propos. 9. de causis, dicit, quod causa prima ex ipsa puritate suae bonitatis ab aliis distinguitur, & quodammodo individuatur.* Haec D. Thomas, qui cùm loco suprà allegato ex q. 7. de potentia cum Aristotele libri eiusdem de causis, asserat differentiam Dei esse quòd sit summum esse, satis significat rationem essendi suum esse, importare rationem essendi purè & infinitè, ita vt nihil addi possit ei quod sit suum esse: ac proinde si ratio essendi suum esse potest assignari pro differentia Dei, licebit quoque dicere illimitationem vel essendi puritatem constituere differentiam illam. Tota ratiocinatio perspicua est, nisi quod nexus illimitationis essentialis & puritatis essendi cum ratione essendi suum esse, confirmandus est valido aliquo argumento. Quod praestare non est ita facile. Multi inde probant, quia ens essentialiter existens, seu à se, non habet à quo limitetur: nam neque à causa qua caret limitari potest, neque à sua receptibilitate, quia hac quoque caret: dicit enim ordinem ad id à quo fieret receptio, seu ad agens impertiens perfectionem receptibilem. Sed quid si quis dicat limitationem hanc essentiae à se, oriri ex propria ratione eius, quae non potest esse perfectior? Sicut quòd homo sit tantae perfectionis essentialis, nec habeat maiorem vel minorem eius mensuram, non oritur ex eo quòd causa extrinseca, nempe Deus, voluerit ei tantam duntaxat perfectionem conferre, & non maiorem, vt satis sed falsò tradit Scheiblerus titulo 3. & alij quos adducam dist. sequenti num. 129. sed ex sua essentia per seipsam definita ad tantam non maiorem aut minorem perfectionis mensuram, sicut per seipsam habet vt sit haec essentia, iuxta Plotinum Ennead. 6. l. 8. c. 9.

58 Efficaciùs itaque argumentabimur cum eodem Plotino Ennead. 4. lib. 7. cap. 9. & Enneade 5. lib. 5. cap. 9. & ibidem lib. 2. cap. 14. quibus locis affirmat, omnia quae sunt, aut esse possunt, debere in Deo contineri, & nisi eo continerentur, fore impossibilia. Sic igitur argumentor. Omnis perfectio possibilis, debet habere alicubi necessitatem essendi: atqui non potest eam habere nisi in ente à se; ergo si ens à se sit vnicum, oportebit omnem perfectionem possibilem reperiri in illo vnico ente, ac proinde oportebit tale ens esse actum purum, & infinitae perfectionis in sua essentia. Maior certa est, quia quodcumque dicitur possibile debet habere necessitatem essendi vel in se vel in alio aliquo: nam si careret omni necessitate, essetque vbique contingens, posset supponi non esse: siquidem quod contingens est quatenus est tale, nihil vetat cessare, & perdere esse quod non habet necessariò sibi connexum; nihil item repugnat caruisse illo esse ob eandem causam, ac proinde rectè supponi posset, tale ens quod dicitur esse tantùm contingens cùm in se tum in causa sua, nec esse nec fuisse vnquam, siue in se, siue in tali causa sua. Ea autem suppositione facta, manifestum est perfectionem illam quae re-ipsa est possibilis, fore impossibilem: Quia neque ipsa posset seipsam extrahere à non esse, vt constat, neque aliud quicquam daretur à quo extrahi posset, quandoquidem in nullius rei necessariò persistentis potentia contineretur. Nam si contineretur saltem eminenter, hoc ipso non desiisset omnino.

tatio, contra suppositionem, haberetque in aliquo necessitatem essendi: igitur necesse est perfectionem omnem possibilem, vt in maiori asserebam, habere alicubi necessitatem essendi, tamque repugnat perfectionem vbique contingentem esse possibilem, quam repugnat perfectionem possibilem, esse impossibilem. Minor verò eiusdem syllogismi est suprà probata vbi ostendimus necessitatem essendi competere soli enti à se, & non reperiri in ente ab alio. Quare restat vt ens à se, (posito quòd sit vnicum, sicut infrà suo loco asseretur ex ratione ipsa entis à se,) omnem omnino perfectionem vi essentiæ suæ complectatur.

35. Non video qua pateat exitus, nisi si dicatur ad maiorem, in perfectionibus possibilibus duplicem distingui posse possibilitatem, nempe intrinsecam & extrinsecam: & illam quidem semper illis competituram, quæcumque tandem fiat suppositio, quia illam ex se habent quatenus ex parte sua semper habent vt sint factibiles si adsit causa: posteriorem verò possibilitatem, fore exscindendam si causa per ordinem ad quam habent illam possibilitatem supponatur prorsus sublata: quo pacto Scotus in 2. d. 7. q. vnica lit. K. & L. duplicem impossibilitatem distinguit, alteram intrinsecam quæ est ex repugnantia extremorum, alteram extrinsecam ex defectu causæ. Sed hæc responsio nullo modo infirmat discursum propositum, distinctio siquidem duplicis illius possibilitatis, est omnino commentitia, cùm possibilitas nihil aliud sit quàm realitas entitatis non consistens, seu capacis habere actualem existentiam: atqui possibilitas illa intrinseca solitariè spectata, seu si seiungatur ab externa est incapax existentiæ, quia neque habere potest existentiam à se vt conceditur, neque ab alio, quia supponitur illud aliud prorsus deesse: itaque illa interna possibilitas, esset, & non esset possibilitas, ob capacitatem & incapacitatem existentiæ actualis. Deinde possibilitas illa extrinseca, est prædicatum interius existentiæ actuali, pertinetque ad rei essentiam, quia res quælibet est essentialiter & impræcisibiliter, vel ens à se vel ens ab alio, atque adeò importat essentialiter extrinsecam illam possibilitatem: ergo hæc possibilitas non debet concipi ad modum prædicati rebus contingentis & aduentitij ac separabilis.

36. Vt tamen connexio illimitationis cum ratione entis à se, ita stabiliatur, vt nulla ex parte mutet eius probatio, placet illam aliter quoque colligere, cum Plotino Enn. 6. lib. 7. cap. 12. cuius hæc sunt verba: *Quod factum est, si modò factum, oportet aliquid esse, idemque proprium atque formam quod autem à nullo factum est, nimirum neque factum est aliquid hoc ipsum nullum omnino est, & causa nulla: nullam quidem quoniam posteriora hoc causa sunt, causa verò quoniam ex ipso nascuntur.* Similia habet Ennea. 5. l. 5. cap. 6. & latè Ennea. 3. lib. 8. cap. 8. & 9. Ex quibus locis erui potest hoc argumentum. Quidquid est possibile debet alicubi esse à se. Nam quidquid est, vel est à se, vel ab alio quod sit à se, vt suprà latè deductum est ex essentiali actus puri præsuppositione, ad totum ens potentiale: si ergo perfectio de qua quæritur non insit enti à se, sit perfectio à se, habetur quod quærimus; si autem sit ab alio quod sit à se, ergo debet ei inesse formaliter vel eminenter: formaliter quidem, si nihil obstet; eminenter autem si continentia formalis aliunde excludatur: Vtrumuis

autem modo insit, nostra non interest, quia tantum contendimus ens à se debere aliquo eandem modo & saltem nobiliore, quamcumque perfectionem possibilem continere, cùm repugnet vt causa praebeat esse quod ipsa non continet, ergo quia necessitate totum ens ab alio (quod sanè infinitè multiplicabile est,) debet habere causam à se, eadem debet esse alicubi à se: ergo ens à se, si vnicum sit, (vt infra ostendemus vnicum esse) continebit in se omnem omnino perfectionem possibilem, nullis limitibus clausam, quia quantacumque assignetur multitudo perfectionum ab alio possibilium, semper supererit locus pluribus & maioribus absque termino. Habere autem simul in se omnem hanc omnium perfectionum possibilium innumeram numerositatem, est habere puritatem illam, seu illimitationem & infinitatem essendi, quam Deo vendicare, & tanquam differentiam tribuere intendebamus.

57 De hac porrò infinitate intelligendi sunt Argent. q. 1. prolog. *ad 1. quoddam argumentum*, & alij qui infinitatem assignant pro differentia Dei: expressè enim Argentina, infinitatem vsurpat pro omnimoda perfectione conuenienti rei per essentiam suam. Ex quo patere videtur non benè eam ab aliquibus refelli ex eo, quòd infinitas sit modus tantùm & velut quantitas virtualis perfectionis quam afficit, supponens perfectionem illam quidditatiuè & essentialiter constitutam. Quamuis enim infinitas, cùm ad certum genus perfectionis restringitur, ita accipiatur; vt cùm dicimus sapientiam aut potentiam infinitam, tamen infinitas essentiae, non concipitur quasi modificatio essentiae iam constitutae, sed vt id quo ipsa constituitur, & ab aliis secernitur. Quod optimè aduertit Caiet. 1. p. q. 3. art. 5. *quoad secundum*, sicut illimitatio & indeterminatio Diuinae essentiae ad certum genus perfectionis, aduersariis ipsis annuentibus, non est modus Diuinae naturae, sed ipsa eius constitutiua ratio. Idem ergo de essentiali infinitate dicendum est, quam constat idem esse quod illimitationem, & indeterminationem illam.

ARTICVLVS III

Dei descriptio colligitur.

58 N*Vnc per capita*, (verba sunt S. Ambrosij lib. de fide contra Arria cap. 6.) *pro viribus inquiramus quid Deus sit, & videamus an ei aliquid possit comparari. Certè hoc est Deus quod cùm dicitur non potest dici, cùm aestimatur non potest aestimari, cùm comparatur non potest comparari, cùm definitur, ipsa sua definitione crescit.* Similia, vel potiùs eadem Naz. orat. 49. in qua habetur ille Ambrosio tributus de fide liber, additis tantum initiis quibusdam, & paucullis in fine resectis. vsurpauit etiam ea ipsa verba quae retuli August. serm. 130. de temp. Ad quaestionem ergo propositam quid sit Deus, quando compendiariè non licet cum Simonide, aut etiam (quod Tertullianus cap. 46. Apolog. testatur) cum Thalete, poteram respondere verbis S. Basilij homil. 1. Hexaem. expendens enim illud quod in capite libri scriptum est, in principio fecit Deus: *Natura* (inquit) *planè beata est Deus exuberantissimè abundans, et incolumis bonitas, cunctis rationis capax, valdè amabilis pulchritudo, Regenerationibus vnicè & exoptatissimè desiderio nulli non expetenda omnium quae sunt principium, origo, fons vitae, spiritualis omnis intelligentiae lux,*

lux, sapientia inattingibilis nec ulli peruia contemplanti. Sic Basilius. Nec longè ab illa differt responsio, qua simili de Diuina quidditate interrogationi respondet Auctor quæstionum veteris & noui Testamenti quæst. 1. *Deus* (inquit) *hoc est quod nullo attingit spiritu: plus est enim quàm quidquid dici potest aut cogitari.* Addam tamen cum eodem Auctore. *Sed dicemus aliquid quod licet impar sit, tamen ex aliqua conuenienti ratione, ut quæ Deo digna videantur.*

ASSERTIO.

Deus est ens, aut spiritus à se, vel ens per essentiam, ac simpliciter necessarium, vel id quod est, aut ens imparticipatum. Quodque eodem recidit, actus purus.

39 PRIMÒ, describo Deum ens vel spiritum à se, parum sollicitus quòd ens sit ex se abstractiùs & communiùs quàm spiritus: nam per differentiam appositam, redduntur ambo æquè latè patentia, quia differentia illa importat omnem perfectionem Deo essentialem. Itaque quamuis cùm definiuntur res creatæ, non possit ens adhiberi loco generis, sed semper debeat adhiberi genus proximum, non tantùm quia ens non importat aliquem determinatum gradum quo res ab aliis distinguatur, vt ratiocinatur Ferrar. 1. contra gentes cap. 25. sed etiam quia debet adhiberi genus quod formaliter contineat superiores differentias, alioqui enim differentia quæ adhiberetur, vel non esset rei propria, vel non contineret formaliter differentias superiores, atque ita definitio esset manca, nec sufficienter essentiã exprimeret. Quamuis, inquam, ita res se habeat in definitionibus rerum creatarum, tamen in descriptione Dei, perinde est quodcunque prædicatum commune assumam, siue ens, siue substantiam, siue spiritum: quia ratione differentiæ appositæ, nihil deerit ex pertinentibus ad essentiam.

Deus est ens à se, siue ingenitum.

40 Est igitur Deus ens à se, neque negatur, vt suprà exposuimus, vt eo nomine Athanasij in tractatu de definitionibus habetur, *essentia sine causa.* Quæ definitio tametsi ex dictis articulo superiore videtur manifesta, tamen breuiter declaratur, ex essentiali actualitate Dei, excludente causalitatem quamcumque. Nam si aliqua interueniret, certũ est perfectionem sic collatam non fore essentialiter actualem, cùm nostræ omnes perfectiones idcirco tantùm sint accidentariò actuales, quia deforis communicantur.

Et causa quidem effectiua & finalis manifestè per hæc reiiciuntur à Deo. Materialis verò & formalis, reiectæ præterea sunt articulo 1. si agatur de materia & forma Physica, seu quæ sunt essentiales partes compositi. Quamquam plerasque rationes ibi adductas, facile quoque est transferre ad remouendam à Deo formam illam Metaphysicam suppositalitati ab ipso distinctè substratam, quæ solet dici forma totius, cuiusmodi est in homine humanitas. Quò etiã spectant multa quę contrà Deum sic formatum, acutè omnino & eleganter disputat S. Bernardus 5. de consideratione cap. 7. quæ infrà excludendo à Deo realem compositionem adducenda erunt. Itaque Deus est omnimodis incausatus, estque legitima eius descriptio, qua dicitur esse ens à se, seu ens ingenitum: quo eũ nomine Sibylla Erithræa donauit,

vt ex Fenestella diligentissimo (vt ipse scriptore) refert Lactantius lib. 1. instit. cap. 6. eodem spectant illa Trismegisti cap. 7. Asclepij: *Deus nec eget quidquam nec patitur, hic est, hic fuit, hic erit semper, hic ergo est, quia ex se totus est natura Dei.* Ita ille. Sed & Numenius lib. 2. de bono apud Eusebiu 11. præpar. cap. 9. hanc Dei descriptionem Platoni tribuit, cùm ait: *Platonem perscrutatum quid sit ipsum ens, respondisse, ipsum esse absque origine.* Significauit etiam hanc Dei descriptionem Plotinus Ennea. 3. lib. 8. cap. 9. cùm describens Deum, ait: *Cogita fontem, principium aliud non habentem, fluminibus verò se totum tradentem, nec tamen fluminibus illis exhaustum, sed in se quietè manentem; aut vitam arboris ingentis totam sit se per totam arborem propagantem manente principio, neque diuiso per totam, sed velut in radice fundato. Hæc vtique præbet totam arbori vitam atque multiplicem, ipsam verò manet nunquam multiplicem, sed multiplicis vitæ principium.* Et statim subdit, hoc principium debere esse non factum, atque alio à se. Optimè item Ennea. 6. lib. 8. cap. 11. *Si aliud (inquit) est super illud (nimirum ipsum) neque causa primo, sistere in eo gradum oportet, neque vlteriùs de hoc aliquid dicere, sed perscrutari potiùs quomodo sequentia facta fuerint, de illo verò nullo modo per rationem sit indagare, quomodo quoniam non est natum.* Ita ille. Tandem Dei quidditatem consistere in eo quòd sit ingenitum, affirmare videtur Dionysius Alexand. lib. 1. aduersus Sabellium referente Eusebio 7. præparat. cap. 8.

41 Non me latet, hanc Dei descriptionem vocibus illis conceptam, vt ingenitum à plerisque Patribus non fuisse approbatam, ac etiam ea abusum fuisse Eunomium, vt videre est apud Basilium & Nyssenum in Eunomij impugnationibus, ac etiam apud Cyrillum 1. thesau. item & Damasc. 3. thesau. cap. 40. Ex eo enim quod Dei descriptio sit, esse ens non factum seu ingenitum, idque à nobis cognoscatur, inferebat ganeo ille corporis & animæ leprosus ex Rufino 1. histor. cap. 25. comprehendi à nobis Deum, ausus insanam illam blasphemiam vomere, teste Theodoreto lib. 4. hæreticarum fabularum ferè initio. *Nihil de Diuinis rebus ignoro, & tam exactè noui Dei substantiam, quàm ... Deum esse ingenitum*, factus discipulus supra magistrum. Nam Aetius infelicis huius prolis progenitor, tantum dixerat, vt refert Epiphanius hær. 76. initio. *Et tam benè noui Deum, quàm seipsum.* Vterque autem ea tantùm Dei definitione nitebatur, seu perceptione rationis ingeniti, quæ est Diuina quidditas.

42 Nihilominùs reijcienda non est descriptio prædicta, nec eam Patres improbant quasi malam, sed vel tantùm quatenus dicunt per eam perfectè exponi Dei essentiam, vel attendendo formale significatū vocis ingeniti seu negationem, in qua manifestum est non consistere essentiam Dei. Quo etiam sensu S. Thom. 1. p. q. 13. art. 2. negat nomina Dei negatiua, prædicari de Deo substantialiter, quamuis fundamentaliter, seu spectando rem negationi illi substratam, certum sit aliqua talia nomina posse esse substantialia. Adde quod Eunomius, & eius magister Aetius, æquiuocè vtebantur voce à se, siue ingeniti. Ea enim vox potest designare Deum carentem causa, quo sensu, & rectè dicebant Deum definiri (nempe vtcumque) per eius ingenitum. Potest etiam designare carentiam principij cuiuslibet, & hoc sensu Verbum Dei non est ingenitum, ex quo impij

impij

tempe) illi concludebant Verbum Diuinum esse diuersæ à Patre essentiæ, ac proinde non esse Deum. Et hoc præsertim sensu Patres improbant illam Dei descriptionem per vocem ingeniti, quam S. Basil. 1. contra Eunom. circa initium, vocat *primum primorum blasphemiæ Eunomianæ*, reijcitúrque etiam ab Athan. orat. 2. contra Arian. Apertior est distinctio illa apud Græcos, qui vt obseruat S. Cyrillus 1. in thesau. *circa initium* vocem ingeniti, ἀγένητος, prout est essentialis, pertinétque ad nostram illã qualemcumque definitionem Dei, scribunt simplici, ν, prout verò est vox notionalis, & de sola prima Trinitatis persona dicitur, tanquam proprietas eius characteristica, vt loquitur Nazian. orat. 23. & 36. scribunt eam duplici, ν. Vide plura in hanc rem apud Fabrum in Dodecam. c. 12. & Turria. ad cap. 4. doc. 9. Cyparis. num. 5. & ipsum Cyparis. ibid. c. 1 *an fine*. Itaque descriptio Dei, verbis illis concepta, legitima est. Quòd verò ea descriptione abusus sit nequam ille, (quem constat fuisse non ineruditum, sed in Philosophicis potentem teste supra Ruffino, & in Theologicis tantùm, vt sacram doctrinam in scientiæ formam primus redegerit, teste Theodoreto 4. hæreticarum fabularum in Eunomio) inde quidem nihil descriptionis huius bonitati deperit. Vt enim præclarè dixit Rusticus *ante medium* Dialogi contra Acephalos; *Si tacere debemus, vel omnino auferre omnia quæ ab hæreticis male vsurpantur, vnà nobis est consuetudine & præ omnibus auferentur Scripturæ Diuinæ.* Hæc ille sapienter, & similia Tertullianus contra Praxeam cap. 8. Vt autem constet non descriptionis addictæ, sed Eunomij ea abutentis vitium fuisse, quod inferebatur de Diuina per nos comprehensione; Adeò nos significatum huius descriptionis non penetrare aut intueri euidenter, vt ipsa experientia abundè docet, sed tantùm abstractiuè & confusè attingere. Quod voluit auctor libri de Fide contra Arianos cap. 4. cùm enim Deum descripsisset subdit, *quod tamen tam dictum est, quantum & quale sit nec mente concipi, nec sensu æstimari, nec verbis definiri potest.*

Deus est ens per essentiam, & simpliciter necessarium.

43 SECVNDÒ, descripsi Deum alijs verbis, semper tamen eodem sensu, dicendo Deum esse ens per essentiam, & (quod per hoc importatur) ens simpliciter necessarium. Et quidem quod attinet ad illud *per essentiam* notat Sylu. q. 6. consilij art. 5. & q. 11. art. 4. cùm aliquid dicitur esse tale per essentiam, duplicem posse esse sensum. Primus est, quo res dicatur esse talis non per aliquid superadditum sed per suammet essentiam, quo pacto ait *per essentiam* sumi in vi duarum dictionum. Secundus, quo illud *per essentiam* sumatur in vi vnius dictionis, ita scilicet vt idem sit atque (*essentialiter*.) Priore modo nihil vetat res creatas esse entia per essentiam, si supponamus veram sententiam de indistinctione à parte rei, existentiæ & essentiæ creatæ actu terminantis effectionem; tametsi repugnantibus Thomistis ac nominatim Capreolo in 1. dist. 8. q. 1. *præsertim ad septimum Godofredi contra* 1. vbi contendit esse Dei proprium, quòd sit reipsa suum existere. Posteriore verò modo in quo nunc loquimur, solus Deus est ens per essentiam, id est, solus est essentialiter existens. Ens siquidem in descriptione illa, non sumitur tantùm in vi nominis, sed etiam in vi partici-

pij,

pij, prout scilicet idē significat quod existens. Quam duplicem significationem notare quoque licet in voce *viuens*, quæ interdum designat tantum rem de cuius quidditatiua ratione sit gradus vitæ, quo pacto sumitur in vi nominis, interdum verò designat rem quæ actu vitam habeat quo pacto est participium. Quod ergo Deus sit ens sensu eius per essentiam, manifestum est ex dictis articulo superiore, agnouitque Plotinus Ennead. 5. l.7.c.38. his verbis. *Deo conuenit ipsum esse. Non tanquam aliud de alio prædicetur, sed tanquam hoc ipsum quod est significet* cùm itaque nullum ens creatum, essentialiter sit, vt elegantissimè declarat idem Plotinus Ennea. 5. lib.7. cap. 1. scitisque Deus ex essentia sua id habeat, constat potuisse inde describi Deum, atque ita S. Thom. q. 2. de potentia art. 1. in corpore *ait ipsum esse Dei*, esse naturam & quidditatem eius.

44 Et quia enti essentialiter existenti necessariò ac inseparabiliter adiungitur existentia, ita vt impossibile sit diuelli coniugium illud nexibus essentialibus firmatum, constat quoque Deum potuisse describi per necessitatē essendi, quippe per quam Deus à quibuslibet creatis ita seiungitur, vt impossibile sit creaturam hac perfectione donari. *Nunquam enim pro* (inquit Prosper 2. de vocat. gent. cap. 21.) *ex eius interruptionis est particeps, vt non semper obnoxium sit defectioni quod debetur occasui: vita hominis principium, mortis exordium est, nec prius incipit augeri ætas nostra, quàm minui: ita si quid adiicitur spatij temporalis, non ad hoc accedit vt maneat, sed in hoc transit, vt pereat. At Deo* (vt idem ex Augustino ait serm. 3.) *quod est esse, perpetuum est*: Nimirum quia est ens necessarium. Et hanc esse Dei descriptionem expressè docet auctor Theologiæ Aegypt. lib. 5. cap. 1. *Deus* (inquit) *est ens necessarium, sempiternum ex ipso descendens*. Et paulò ante dixerat. *Deum esse ens necessarium ac perpetuum quod ex alicuius substantia aliæ neque ortum, neque ruinam aliqua ratione patitur.*

45 Vnde obiter colligere licet quanti Philosophi fuerint Lutherani apud Possevinum libro de atheismis hæreticorum capite 8. & qui ex eius auctoritate similiter philosophatus est Andreas Musculus apud Prateolum 1. catal. *in fine*, & de eadem causa bene multi apud Cnoglerum in articulum 1. Symboli Lutherani, qui Diuinam Christi naturam in cruce & passam & mortuam agnoscunt, ac etiam ex eodem grege Ioannes Langus, qui aduersus Staphylū disputans, & in suis ad Iustinum de Fidei expositione rapsodiis, deificationem carnis Christi, & conuersionem substantiæ illius creatæ, in Diuinam substantiam, comminiscitur. *Quæ tamen sacrilegia nec inferna vomuerunt*. Exclamat in hoc erroris monstrum Ambrosius lib. de Incarnationis Dominicæ sacramento cap. 6. imitatus haud dubiè similiter contra hoc exclamantem Athanasium epist. ad Epictetum. Ipse sanè Arrius (aut quod mauult scriptor annal. anno 325. num. 51. Arrij nomine, Arrianus,) in disputatione Nyssena cum Athanasio *ante medium*, assertam à se prius passæ Deitatis blasphemiam, cohorruit. Eiusdem verò substantiale augmentum & carnis versionem in ipsam, deliramenti & emotionis mentis damnat Iustinus supra. Sed vt aliquid philosophicum vergam, & quantum hoc delirio in naturale lumen ac Philosophiam peccetur ostendā, omittamque æternas execrationes quibus Oecumenica Concilia Chalcedonense, & duo

Con

Constantinopolitana scripsit illam Leontius missam in Eutychete, Dioscoro, Seuero, & alijs, quam tamen paulo post, teste Anastasio Sinaita cap. 14. in *Ὁδηγῷ sub finem* contra Ecclesiam & Deum armauit: ac etiam vt taceam multas ex eruditis argumentationes quibus memoratam Lutheri impietatem in antiquioribus erroribus infectatur Proclus epistola ad Armenos, Fulg. tota lib. 3. ad Trasimundum, Nouatia. cap. 10. *de Trinit.* Aquilius *in fine* libri de ratione Fidei ad Arminium, idem Anastasius cap. 13. & 14. *Ὁδηγοῦ* & passim Athanasius in varijs sermonibus contra diuersas hæreses; ac tandem, vt taceam quæ disputat Cassian. v. Christus, hæresi 4. Vt inquam hæc omnia omittam, *quæ non sine tali magistro atque interprete*, vt bene supra monet Nouatianus, *ex ipsis facile cognoscat Dominum substantiam veri*. (addo etiam crescere, *cum possit* hac ipso enim decesset ei ratio entis à se, & simpliciter necessarij, quam essentialem esse Deo, luculenter cognouimus. Vt iure proinde dixerit Auctor libri de cognitione veræ vitæ cap. 11. *Hæc cæca mentis assensum, [illegible] rationem confusi, & à veritatis professione longè remoti*. Sed vt optimè ait idē Nouatianus suprà, *erroris semper est abrupta dementia, & [illegible] est magnum, si usque ad perniciosa descenderit, qui fidem legitimam reliquerunt*; & possumus sane non incongruè Luthero occinere quod olim duobus Seuerianis Episcopis, Alamundarus Saracenorū Princeps opposuit apud Nicephorum 16. histor. c. 35. & apud Theodorum lectorem 2. Collectaneorum, vt iam supra retuli, agens de naturali indestructibilitate Intelligentiarum. *Ecquid obsecro mihi Deum [illegible] Diuinam naturam & passam esse, quid de Angelis negatis passos?*

Deus est id quod est.

48 Tertiò, describunt Deum verbis illis *id quod est*, quibus verbis tria significari possunt, & verum aliquid ex illis significandum, vsurpantur ab Auctoribus. Primum esse actualitatem sese exhibentem, esse Deo essentialem, quo sensu Patres [illegible] art. 1. huius quæstionis, & alij apud Valdensem t. 1. lib. 1. art. 1. cap. 6. & 7. plerumque dicunt, Deum esse id quod est, & esse maximè propriè, [illegible] negant alia esse, quia significet cùm sint potentialia, sunt obnoxia mutationi, ideóque non sunt dicenda esse simpliciter. *Solus Deus stat in essentia*, inquit Philo libro quod deterius potiori insidietur, ad illud, *Ecce ego sum, qui ab [illegible] fuisse dicitur. Ego sum qui sum, ac si quid [illegible] post eum est, non per essentiam sit, sed sola opinione [illegible].* Annuit Plato apud Philoponum ad 6. Procli cap. 7. malè hac in parte impugnatus ab Alexandro, vt refert Alexandrum refellens Simplicius 1. Phys. ad t. 15. laudatur etiam hac in parte Plato ab Aug. 8. Ciuit. cap. 11. & ab Euseb. 11. præpar. cap. 6. item Aristoteles 2. Metaph. c. 3. principium rerum semper existentium verissimè & propriissimè ens appellari ac esse dici, inde confirmat, quòd alijs essendi causa sit, ipsum verò à nemine sit; verum quodque autem inter alia complura, idem aliquod prædicatum sortita, maximè tale est dicendum, ex quo alijs alijs prædicari illius participatio obtingit. Sed luculenter idipsum prosecutus est Plutarchus libro de *εἶ* n. 11. & 12. meritò hac in parte Eusebio 11. præpar. cap. 7. & Cyrillo 8. in Iulia. ad 1. laudatus; illud enim *εἶ* in Delphici templi [illegible] scriptum, ait *esse nomen, sed Dei [illegible]*

rarum esse commendant. Natura enim mobilis, inter ortum & interitum consistens, instabilis & phantastica est. Nam si mentem intenderis, ac ipsam comprehendere animo volueris quemadmodum aqua manibus inclusa, quantò magis premitur ac strictius constringitur, tantò magis effluit, sic mutabilia cuncta quantò magis ratio prosequitur tantò magis amittit; cùm enim omnia sensibilia in fluxu sint continuo, fiunt atque corrumpuntur, nec eadem temporum perdurare possunt. Fluuium autem eundem bis intrare secundum Heraclitum impossibile est. Quare nec mortalem substantiam si iterato consideres, eandem habere esse dices, &c. ita nunquam ad esse peruenire potest. Nunquam enim generatio eius stat sed embryo à semine, deinde infans, puer, adolescens, vir, senex, decrepitus, ac quibusdam primis corruptis aetatibus ad nouas semper nouitate mutatur, &c. planè autem in eandem sententiam; tandémque concludit, *Solus igitur Deus est verè ens.* Eundem discursum ac illationem ex Platone refert Theodoretus 2. cõtra Graecos, & Seneca epist. 59. Hoc porrò sensu descriptio quam tractamus nullomodo differt ab ea quae tractata est num. 41. approbauitque huiusmodi descriptionem insignis inter Hebraeos, Peripateticus, Rabbi Moyses lib. 1. directoris dubitantium cap. 62. tractans illud *ego sum, qui sum*, & Plotin. Enneade 6. lib. 8. cap. 9. verbis illis: *Quod autem aut proprium non transgreditur, nec est quam à seipso deliquit, rectè quis hoc ipsissimum quod est, existere dixerit.*

47 Potest deinde illis vocibus (*id quod est*) significari Deum esse ens, quod sit totum illud quod ipsum dici potest esse. Vnde illa Dei nominatio quam frequenter latéque exposuit Cusanus Dialogo quem ab ea inscripsit, *de Possest*, ait enim in Deo idem esse potentiam & actum, & Deum esse actu omne illud quod esse potest, ac proinde meritò vocari *Possest*. Quod ille vt dixi latè versat. Breuiter autem declaratur. Quia illud quod non est totum quod est, secundum aliquid sui est compositum, atque adeo habet potentiam passiuã quae reperitur vbicumque cernitur compositio, supponitque actũ à quo actuatur. Quoniam autem haec omnia à Deo solo procul absunt, (nec enim ipse aliquid possidet, sed est omnia quae in eo sunt, vt testis Plotinus Ennead. 3. lib. 3. c. 9.) propterea manifestũ est, posse Deum verbis praedictis eo sensu explicatis describi. Et ita expressè Anselmus cap. 22. proslogij. Videtur etiam ad hunc sensum respexisse Athanasius oratione aduersus idola, asserens rationem seu definitionem Dei, esse ipsummet esse, eò quòd Deus nullis partibus coalescat: id est nihil intra se contineat quod non sit ipse, accedítque Auctor libri de fide cõtra Arrianos cap. 4. qui Deum id quod est simplicem ac purum praefatus, addit, id quod est, esse essentiam Dei. Sed luculenter omnino Boëtius *circa initium* libri de Trinitate, ad Symmachum *Diuina* (inquit) *substantia est id quod est, reliqua enim non sunt id quod sunt; unumquodque enim habet esse suum, ex his ex quibus est, id est ex partibus suis, & est hoc, atque hoc, id est partes coniunctae; sed non hoc, vel hoc singulariter, vt cùm homo terrenus constet ex anima & corpore, corpus & anima est, non vel corpus vel anima. Igitur in parte, non est id quod est, quod verò non est hoc atque hoc, sed tantum est hoc, illud verè est id quod est; pulcherrimum fortissimumque, quia nullo nititur. Quocirca hoc verè vnum, in quo nullus numerus, nullum in eo aliud, praeter id quod est.* Laudauit hunc Boëtij locum S. Bernard. 5. de considerat. cap. 7. *circa finem.*

48 Tandem vocibus illis *id quod*

est

est quibus Deum nunc describimus, significari possit Deū habere esse illimitatum & indeterminatum ad extremam perfectionem, quōdque non possit melius capi, quàm per vocem essendi, absolute, & absque restrictione prolatam. In ea enim sic summa, omnis perfectio instauratur, vt optimè tradit S. Bernard. 5. de considerat. cap. 6, & habetur etiam ex D. Thom. quæst. 7. de potentia art. 2. ad 9. vbi ait quòd esse est actualitas omnium actuum, & propter hoc est perfectio omnium perfectionum, ita vt nihil addi ei possit quod sit ipso formalius (esset enim non ens) nec ex se distinguatur in plura esse, sed tantum quatenus est talis vel talis naturæ: ex quo fit vt absolutè pronunciatum, omne esse & omnem perfectionem contineat. Hoc sensu Deum appellatum à priscis fuisse *id quod est*, vel *ipsum esse*, ad totam existendi plenitudinem Deo vendicandam, annotauit Eugub. 1. perenn. Philosophiæ cap. 7. fatetque eodem illustris locus Auctoris Theologiæ secundùm Ægyptios l. 4. cap. 1. cùm ait *Deum esse ipsum quod est, extra quod nihil omnino est.* Eodem sensu Deum esse omnia sæpe dicit Plotinus, ac nominatim Enneade 5. lib. 2. cap. 1. & 2. sed & libro 3. eiusdem Enneadis cap. 12. propterea ait Deum esse ipsum vnum non aliquid vnum. *Si enim* (inquit) *vnum aliquid esset, non amplius esset ipsum vnum. Quod enim ipsum dicitur super hoc est, quod aliquid appellatur.* Elegantissimè quoque hanc Dei illimitationem & quòd Deus non sit hoc aliquid, tradit idem Plotinus Ennead. 5. l. 5. c. 6. & c. 13. pulcherrimè tradit, *Qui de Deo aliquid dicit, non est contentus dicere quòd Deus sit id quod est, cum cuncta auferre, [illegible] aliud de Deo affirmare*, & Ennead. 3. lib. 8. cap. 9. *Deus nihil est eorum quorum est principium: Est & hoc, nihil de ipso prædicari queat, non Deus, non essentia, non vita: præstantius quiddam super hæc omnia sit. Si autem ipsum ipsi [illegible] apprehenderis, præter id [illegible], & [illegible] in aliud, & [illegible], atque in ipsius [illegible], tum [illegible] simpliciter [illegible].* Et cap. 10. ad ipsum bonum seu ad ipsum Dei esse, nihil vlterius addi velit cogitando, ne intelligentiam quidem, vel aliud quidem. Optimè quoque Ennead. 6. l. 8. cap. 21. Denique hanc Dei essentialem infinitatem declarat idem Plotinus Ennead. 6. l. 6. cap. 3. & quod eodem recidit infinitam Dei pulchritudinem lib. 7. c. 32. vbi hanc essendi immensitatem eruit ex ratione essendi à se. Quo item modo ratiocinari videtur Aristæus lib. de Harmonia apud Stobæum in Eclogis physicis cap. 24. his verbis. *Principium et principium ante omnia est, & ortu caret, ac perfectum. Nam nec si post aliud sequeretur, ante omnia foret, nec si aliunde ortum sumpsisset, ortu careret; & si perfectum non esset, aliud a quo ferretur ipsum, ac moueretur, requireret. Manifestum ergo fit, principium per se ortu carere, & esse æternum, [illegible] & motum efficere, [illegible] perfectionem contineat, ipsum per se perfectum esse.* Hæc Aristæus. Respexit eodem Damascenus 1. de fide cap. 12. cum ait *inter omnes Dei nomenclaturas, nullam magis propriam esse, quàm illam à [illegible]. Qui est, eo quòd Deus totum esse in se complectatur, tamquam ipsum quoddam & immensum essentiæ pelagus.* Ita ille post Nazianzenum orat. 36. & 42. annotatque S. Maximus centur. 4. de Charitate, & alij multi cùm Patres tùm Ethnici vocantes Deum omnia, post Parmenidem, quem cùm omnia vnum dixit, hoc tantùm voluisse ostēdit Plotinus Ennead. 5. lib. 1,

cap. 8. & Simplicius 1. Physic. ad textum 8. Cusanus 1. Excitationum ad illud, *Tu quis es? Principium qui & loquor vobis*. Tandem D. Thom. 1. p. q. 13. art. 11. annotat ipsum esse indefinitè & abstractè sumptum, magis propriè explicare essentiam Dei, alia verò prædicata quò sunt determinatiora & contractiora, eò magis deficere ab eo quod Deus est. Nec paucis rationibus Contarenus 4. primæ Philosophiæ suæ *medium*, approbat sanè Dei descriptionem, Deus est ipsum esse per se existens, & non côtractum.

43 Nihilominus illud esse abstractum, seu vt Diuus Thom. loquitur, *commune & indeterminatum*, non est intelligendum de esse abstracto ab omnibus quæ quouis modo habent esse, quasi velit D. Tho. Deum esse ipsummet esse abstractum, eo modo quo animal præcisè conceptum, dicitur generica essentia hominis, equi, &c. Hoc enim refellit ipse D. Thomas 1. contra gentes cap. 26. & q. 7. de potentia art. 2. ad 5. & 6. & optimè q. vnica de spiritualibus creaturis art. 1. Tantùm ergo voluit, Deum licèt sit quoddam esse proprium & singulare, ex natura tamê illa sua singulari habere actualitatem essendi, obtinere omnem omnino essendi perfectionem: Nam quæuis perfectio, est aliqua pars essendi, quæ contineri debet in ipso esse per essentiam: atque ita quæcumque determinatæ cuiusdam perfectionis nomine illa omnis perfectionis abyssus exprimatur, diminutus erit conceptus, meliusque eam designabimus, si dicamus Deum esse ipsummet esse abstractum & indeterminatum, nulloque modo limitatum, sed habens omnem omnino perfectionem, quia de quauis perfectione dici potest, quod sit aliquod esse: atque ita qui est omne esse, seu esse abstractè & indefinitè, est omnis omnino perfectio. Non potest quidem [illegible] Diuinum, vt loquitur Ferrar. contra gentes *sub finem*, cap. 26. habere rationem esse communis communitate vniuersalis prædicabilis, sic tamen esse commune communitate formæ exemplaris, quia omne esse est quædam ipsius similitudo: adde vniuersalitate ac communitate causæ: Quo sensu S. Bernardus sermone 4. in Cantica ait Deum esse rerum omnium esse, non materiale, sed causale. Et eodem modo simile dictum interpretatur Marius Victorinus lib. 1. aduersus Arrium *esse longè ab omnia*, alludens quantum existimo ad Hermetem vt sæpè alias. Hermetis enim dictum est, *Deum esse omnia, & nihil esse extra ipsum* quod Cyrillus Alexand. 1. in Iulia. in ipsis fine exponit in prædicto sensu causali, seu quia omnia per Deum sunt, & sub ipso. Eumdem sensum debet habere epigraphe illa Ægyptij simulachri, in qua Deus ita de se ipso loquitur: *Ego sum omne quod fuit, quod est, quodque erit, & peplum meum nemo mortalium reuelauit*. Ita refert Plutarch. lib. de Iside num. 5. Sanctus quoque Damascenus in *fine primi* de Fide, cùm dixisset quid essentia Dei donat omnibus esse, subdit, *& ipsa est omnium esse*: nempe eo sensu, seu quatenus donat esse omnibus. Alios idem eodem sensu asserentes habet Cusanus in Apologia pro docta ignorantia, quibus adiungendus Plato ex Eustratio in 1. Ethic. cap. 6. Auctor Theologiæ Ægypt. lib. 4. cap. 2. Plotinus Ennea. 5. lib. 2. cap. 1. & 2. & lib. 3. cap. 15. & lib. 5. cap. 3. Victorinus 1. & 4. aduersus Arrium, alludens ad caput 1. & 8. Asclepij & 5. 9. & 12. Pimandri, vbi Deus dicitur esse omnia, adstipulante sancto *Dionysio* c. 5. & 13. Diuin. nominum, aliisque bene

multis

multis aliis addoctrinæque in scripturis temporum esse hunc loquendi morem notauit Palac. in cap. 41. Ecclesiastici ad versum 11. Prorsus autem absurde Almaricum, vt est apud Turrecr. in summa de Ecclesia, lib. 4. cap. 35. censuit Deum esse ipsum formale esse rerum omnium, quod etiam Trismegisto perperam affingit Catharin. 1. Dialogorum de fide Cathol. cap. 11. nec refelli debet quod per se apparet falsum & fatuum, ubi ipsum etiam Innocentio cap. *damnamus* de summa Trinit. & fide Catholica: videtur enim hoc respexisse Pontifex, cùm damnans Almaricum dixit eius doctrinam, non tam hæreticam quàm insanam esse censendam.

Deus est ens imparticipatum.

50 QVARTÒ, vocaui Deum ens imparticipatum, iuxta illud Origenis 6. contra Celsum *sub finem. Deus non est substantia particeps; participatur enim magis, quàm participat.* Quod de aliis item omnibus Diuinis perfectionibus dicere poterat. E contra verò *creaturæ dicunt ens, participans esse, quia primitiùs & propriè, fieri autem singulariter & solitariè est ens,* ait Anast. lib. 2. de recta Fidei dogmatibus *in medio.* Ens imparticipatum Didymus lib. 1. de Spiritu sancto circa initium, ex sancti Hieronymi interpretatione, vocauit ens capabile, ens autem quod vocaui participatum, appellauit ens capax. Nec multum inde abest Auctor libri de spiritu & anima, cap. 6. appellans Deum ens capibile & participabile omnibus, quia natura sua munere & vsu, eo munere participatur ab omnibus per essentiam qua sunt, & secundùm illam ad idoneam speciem qua ab aliis differunt, & secundùm vtrumque ad congruum vsum quo proficiunt. Quòd si Deus est ens participabile, constat iure creaturas dici entia participata; vt rectè tradit Plotinus Enneade 6. lib. 5. cap. 6. & late Basilius lib. 5. contra Eunomium non multum ab initio, ac late etiam Proclus in Alcibiadem 1. pag. 229. Aduertit autem Scotus in 1. dist. 8. q. 2. lit. E. participare, idem esse, quod partem capere, atque adeò voce illa duplicem relationem importari, nempe capientis ad eum à quo accipitur, & partis ad totum. Possumus etiam cum Durando in 1. d. 8. parte 1. q. 2. n. 21. asserere tertiam relationem voce illa importatam, nempe totius ad partem, quæ relatio tam est intima creaturæ, quàm compositio in qua importari tertiam hanc relationem & participationem, paulò post ostendam.

51 Iuxta illam ergo primam relationem, quam Deum imparticipatio excludit, Deus quia est id quod est, in primo sensu adducto num. 46. seu quia est essentialiter, nec habuit esse deforis, non est ens participatum: nam non potest dici ens participatum per comparationem ad se ipsum, quia vt rectè S. Cyrillus 7. dialog. de Trinitate *ante medium. Sui ipsius nihil est particeps, sed quod particeps est alius cuius est particeps habitudine quadam ad aliam particeps est.* At creatura propter dependentiam à Deo participat Deum, estque ens participatum, vt fusiùs prosequitur Hugo Etherianus lib. 2. contra Græcos cap. 1. Imò quamuis interdum vna creatura dependeat ab alia, tamen vt notauit D. Tho. 4. contra gentes cap. 17. creatura non dicitur participabilis, sed semper dicitur participans: cuius rationem Ferrariensis ibi esse putat, quia solus Deus operatur intra substantiam, eam producens & conseruans, & solus est exemplar, cuius omnia creaturæ sunt exemplata, seu

participata; & imperfectæ similitudinem sed potius dicemus non obstante dependentia illa creaturæ alterius ab ipsa, creaturam causantem non dici participari, *quia non est primum ens*, vt Anastasius dicebat, seu quia ipsa quoque dependet aliunde, non tantùm quoad suum esse, sed etiam quoad talem sui esse cum alio communicationem, quatenus non agere nisi coadiuuante & coefficiente Deo. Itaque ipsa quoque in fulmen per aliā creaturam participatione, est participans, ergo non est participabilis absolutè. In eo enim loquendi modo, participabile, & participans, contraponuntur; ita vt quod in vno membro collocatur, excludatur ab alio.

52 Iam verò iuxta tertiam illam relationem quæ à Deo per imparticipationem excluditur, (de secunda enim postea dicam) Deus dicitur ens imparticipatum, quatenus est id quod est, secundo modo exposito num. 47. Quia enim in creaturis forma participata non est tota res à qua participatur ob eius compositionem, propterea forma illa censetur habere rationem partis, & esse id quo res quæ participat, est. Atque ita in ente creato, *id quod est*, & *id quo est*, differunt: propterea que creatura dicitur ens participatum, quatenus est in ea aliquid per modum habentis, & aliquid per modum habiti, qui est vnus sensus quo res potest dici participare aliud, & esse ens participatum, vt aduertit Durandus suprà: at in Deo aliter euenit, quia enim in ipso non reperitur ratio illa partis, seu id quo est, contradistinctum ei quod est, propterea non dicitur esse ens hoc modo participatum. Non restringo *id quod est* & *id quo est* ad vltimum subiectum nempe ad suppositum & naturam, vt aliquando fit, sed sumo has voces generaliter, prout *quod est* designat quodcumque subiectum seu quodcumque habens, & *quo est* designat quamcumque formam habitam, quæ sit in subiectum ipsum. Hoc igitur sensu Deus dicitur esse *id quo est* & ipsamet res habita, vt ex multis locis Augustini probat Fulgentius ad 2. Ferrandi *fere initio*, asseruntque S. Gregor. 18. mor. c. 34. Anselmus *cap.* 15. monolog. & alij passim; non enim vt benè argumentatur S. Hilar. 2. de Trinit. sub finem *habere & haberi unum est, neque eadem significatio continet vtrumque, atque eam.* Induceretur ergo in Deo diuersitas, si perfectiones Deo internæ dicerentur esse eius, & haberi ab eo, vel esse id quo ipse est. In creaturis autem quia diuersitas illa intrinseca, est necessariò admittenda, aliter res habet.

53 Tandem relatio illa partis ad totum quam vox *imparticipatum* excludit, designat totalitatem & plenitudinem Diuini esse. Quo pacto Deum esse ens imparticipatum, idem est atque Deum esse *id quod est*, tertio modo suprà exposito num. 48. Sed aduertendum est cum Scoto suprà, partem quam in hoc loquendi modo sic intellecto capere dicitur res participans, non sumi hic propriè, prout quod est aliquid rei, sed extensiuè prout omne minus dicitur pars maioris. Quo ferè modo morales Philosophi dicunt in omni appetitione intendi summum bonum, nempe vt interpretatur D. Thom. 3. contra gent. cap. 17. ratione 5. & 1. Ethic. lect. 1. quatenus quilibet appetens vel ipsum summum bonum in se expetit, vel portiones aliquas boni & velut stillas per obiecta creata dispersas lambendo, in ipsum boni fontem fertur virtualiter, tanquam in totum, cuius bona illa limitata sunt particulæ, vt loquitur etiam Aristoteles 1. Rhetor.

cap.

cap. 5. Diuinum ergo esse, quod est nostro diminuto & mutilo, se habet veluti riuorum ad partem deficientem à fontali illa essentia, atque adeò tanquam totum ad partem essentialiter distinctam, cuiusmodi est omne finitum si cum infinito comparetur, quod rationem aliam infinitam in qua cum eo conueniat, vt annotauit Scotus suprà. Thomistæ aliter exponunt imparticipationem Diuini esse & participationem esse creati. Nempe illud vocant imparticipatum, quia est immersum in essentia, quippe ab ea indistinctum: hoc verò vocant participatum, quia est receptum in essentia, tanquam vera forma in suo receptiuo, realiter ab ipsa distincto, vt videre est apud Capreolum in 1. dist. 8. q. 1. *circa secundam primæ conclusionis.* Sed hunc modum explicandi entis imparticipationem & participationem, esse imaginationem phantasticam, dixerat Henricus ibidem à Capreolo adductus, asserens, & rectè, ens participatum dici tale, non quia in aliquo, sed quia ex aliquo participatur, & eodem sensu, dici receptum.

14. Sed vt dilucidiùs appareat quid sit Deum participari à creatura, videndum est quàm latè pateat hæc participatio, & secundùm quas Dei perfectiones possit contingere, vt Deus dicatur à creaturis participabilis, creaturæ verò entia participata. Potest itaque hæc Dei per creaturas participatio dupliciter contingere, nempe vel secundùm eas rationes quæ Deo insunt formaliter quæ est magis propria participatio Dei, vel secundùm eas rationes quæ Deo insunt eminenter tantùm. Priores, vt benè aduertit Albertinus 1. principio complexo coroll. 2. num. 4. sunt triplicis generis. Aliquæ enim sunt ita Deo propriæ, vt directè pugnent cum esse participato, cuiusmodi sunt esse ens à se, esse actum purum, esse ens independens, & hæ perfectiones nulla ratione participari possunt à creaturis, quod manifestum est ex oppositione prædicta, vt mirabile valdè sit reperiri potuisse qui assereret homines per gratiam habitualem reddi participes supremæ illius & Dei singularis excellentiæ, quæ est esse per essentiam, quod meritò explodit Curiel controuersia 1. in illud 2. Petri 1. *Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc Diuinæ efficiamini consortes naturæ.* Aliæ verò Dei perfectiones tales sunt, vt quamuis ob exclusionem omnis imperfectionis, & pugnæ cum alia perfectione, sint in Deo formaliter, tamen nihil importent proprium Deo, vt Deus est, cuiusmodi sunt ratio intellectus, & voluntatis, aliæque huiusmodi perfectiones, quæ in suis rationibus præcisis & abstractis, nihil dicunt quo peculiarius inclinent ad Deum, quàm ad creaturam, sed sunt veluti indifferentes et per appositionem differentiæ restringentis contrahantur ad Deum, vel ad creaturam, fiantque propriæ alterutri; & hæ perfectiones Dei, participari possunt à creaturis quatenus perfectio quæ in Deo est, & ea quæ creaturæ communicatur Diuinitus, habent aliquam formalem conuenientiam saltem analogam. Id enim necessarium est ad hanc participationem, vt notauit Cabrer. 1. 2. q. 14. art. 7. Tandem reperiuntur in Deo aliquæ perfectiones, quæ quamuis non pugnent directè cum esse creato, tamen non possunt præscindi à proportione & connexione cum Deo, eò quòd inuoluant aliquid proprium Deo quatenus à creaturis seiungitur. Verbi gratia, soli Deo vt Deus est, connaturale est intueri se non per medium

præci

praecognitum, sed immediatè per seipsum, vt attigimus cùm de Diuina cognoscibilitate naturali ageremus; fusiùsque infrà mouebo cùm de Dei per seipsum intuitione sermo erit), vnde habetur eam notitiam correspondere modo essendi proprio Dei, eiusque eiusdem cum Deo ordinis, non quidem quoad potentialitatis exclusionem, (id enim est impertinens, vt rectè in simili dixit Ferrar. 3. contra gentes cap. 12.) sed quatenus Diuina visio quasi genericè sumpta, & praecisa à terminis potentialitatis, debetur tantùm ei cognoscenti, quod sit actus purus, & summum esse. Hae posteriores Dei perfectiones, possunt quoque participari à creaturis. Quamuis enim in summo (vt de intuitione illa dixit Caiet. 1. p. q. 12. art. 5. circa ad 3.) insint Deo soli, tamen infrà summum possunt communicari creaturae, sed ita vt in eorum quidditatiuo conceptu semper importetur illa huiusmodi perfectionum quasi genericè spectatarum connaturalitas cum Deo solo. Neque enim nouum est, vt quae vni soli connaturaliter sunt propria & debita, ab aliis quoque participentur extrinsecè & accidentariè, seu quoad actum duntaxat, non quoad aptitudinem connaturalem. Hoc igitur modo Diuinae illae perfectiones tertij generis, possunt participari ab ente creato, vnde desumenda est ratio supernaturalitatis quam Christiani Theologi agnoscunt in quibusdam formis, quae tametsi nobis adueniant, sunt tamen supra totius naturae debitum, quatenus si spectentur praecisè à finibus potentialitatis quibus in nobis immerguntur, important aliquam rationem Deo soli reciprocam & connaturalem, quod vberius exponere alienum est ab instituto. Nunc enim tantùm indicare voluimus quàm latè pateat participatio perfectionum Dei formaliter inexistentium, quae est prima Diuinarum perfectionum participatio suprà proposita. Posterior verò, seu participatio perfectionum existentium in Deo eminenter, tunc contingit, cùm recipimus à Deo aliquam formam à qua Deus non potest denominari, eò quòd in tali forma secundùm abstractissimam rationem suam considerata, inuoluitur semper imperfectio Deum dedecens. Et tales sunt omnes omninò perfectiones creatae, si spectentur adaequatè & quoad omnia quae ipsis illis insunt. Quia verò forma hoc pacto participata, non conuenit formaliter, saltem analogicè, cum vlla perfectione Deo intrinseca, propterea dicimus hanc Dei per creaturas participationem, prae illa priore esse minus propriam. Nec plura de quarta illa Dei descriptione.

Deum esse actum purum.

55 Qvinto, attuli aliam ipsis quoque Ethnicis satis frequentem Dei descriptionem, qua Deus dicitur esse actus purus. Quamuis enim D. Thom. q. 7. de potentia art. 2. ad 9. neget actum purum esse definitionem Dei, tamen non negat esse descriptionem: nec verò negare potest vt patebit ex sequentibus. Praemittendum autem est ex Gabr. in 2. dist. 12. quaest. 1. litt. B, & C, potentiam dici à posse. Triplex autem est posse, nempe posse esse, posse agere, posse pati, siue recipere. Ex primo posse, habetur prima potentia, nempe illa quam Scotus vocat obiectiuam. Thomistae hanc positionem acerrimè impugnant, nominatimque Sonc. 9. Met. q. 2. & l. 7. q. 17. Maurolis cap. 5. formalitatum, Capreol. in 2. d. 13. ad 5. Soto 2.

log.

hus contra 1. & cũ aculeo Spinæ 5. Metaphys. defens. 11. quæ habetur post lectionem 14. sancti Thomæ in eundem librum, tamen reipsa eam admittunt sub aliis nominibus, præsertim Diuo Thomas quæst. 3. de potentia art. 17. ad 10. & alibi, nempe sub nomine cohærentiæ terminorum, aut possibilitatis vel non implicantiæ rei: neque enim Scotus aliud intendit, vt patet ex 1. d. 2. q. 7. littera I, & ex 2. d. 12. quæst. 1. lit. B, & ex 4. dist. 11. quæst. 3. lit. D. Ex secundo posse, habetur potentia actiua, ex tertio potentia passiua seu receptiua, aut subiectiua. Primo modo Antichristus est in potentia, secundo anima est potentia habens vitam actiuam, tertio aqua actu suscipiens calorem, est potentia ad calorem. Et quia actus contraponitur potentiæ nono Metaph. idcirco actus dicitur totidem modis quot potentia, ita scilicet vt primæ potentiæ, respõdeat actus qui dicitur entitatiuus, seu ad vitandam vocis huius inuidiam, entitas actualis, & existens: neque enim Scotus nomine actus entitatiui, contraponentis potentiam obiectiuã, aliud intellexit, qui etiã non curat an vocetur actus, vt patet ex 2. d. 12. quæst. 1. lit. C, & K, tantumque contendit, & merito, id quod est extra causas, nec amplius est in potentia obiectiua, esse aliquid existens & actuale, seu habens actum existentiæ. Secundæ potentiæ respondet actus secundus, seu actio, cui primum tributum est nomen actus, sicut & potentiæ actiuæ, nomẽ potentiæ, vt obseruat D. Thom. q. 1. *de potentia art.* 1. *in corpore.* Malè porrò Gabriel suprà, ait huic potentiæ, respondere, id quod agit præsentialiter. Nam quod agit est actus primus, qui est ipsamet potentia actiua, proindéque non potest ei contraponi, similiter tertius actus non est id quod de præsenti patitur, vt vult Gabriel, sed vel est ipsamet forma recepta (vt idem paulò post inconstanter addit,) vel ipsamet receptio & subiectatio seu causalitas materiæ, in formam vel compositum.

56 Iam verò actus ille qui dicitur purus, non excludit potentiam actiuam, vt benè aduertunt Bellouisius tract. 2. de terminis cap. 6. Vicomer. 12. Metaphys. ad t. 30. & latè Carpentar. digress. 3. in Alcino. *circa medium.* Nam potentia actiua benè cohæret cum actu principali, seu cum actu primo: Quin potiùs vnumquodque agit secundum quod est actu, vt dicitur 9. Metaph. Itaque potentia actiua contraponitur duntaxat actui secundo seu actioni, quæ præcisè vt est actio non est actus potentiæ actiuæ informatiuus, sed tantùm extrinsecè denominatiuus per modum accidentariæ formæ, quod nullam importat imperfectionem in potentia actiua, pugnantem cum ratione actus puri: cùm verò actus in potentia actiua recipitur, imperfectio illa non afficit eam formam actiuam quatenus agentem, sed quatenus immanenter agentem, seu quatenus recipientem, Nam potentia immanenter operans, habet vtrumque, sicut actus ipse immanens simul est actio & passio, vt benè ait Argent. in 4. dist. 50. art. 2. ad 5. Actus ergo purus excludit duntaxat duas extremas potentias, nempe primam & tertiam, quarum vtraque pugnat cum puritate essendi: obiectiua quidem quatenus excludit perfectionem essendi actu; passiua verò quatenus excludit perfectionem formæ recipiendæ. Nam si forma esset innata & essentialis rei non reciperetur, vt rectè attigit Alcinous c. 7. comparans formas physicas cum materia.

17 Quare cùm dicimus Deum esse actum purum, significamus Deum esse ens essentialiter existens, quippe liberum à potentia obiectiua, significamus item Deum esse ens incapax recipere aliquam perfectionem, quia ipse est essentialiter omnis perfectio simpliciter dicta, vt vox ipsa puri actus importat. Nam sicut purum nihil, constituitur per omnimodum recessum ab esse, nihilque prorsus veræ perfectionis & entitatis importat: ita purum esse, seu purus actus, omnem omnino simpliciter dictam & veram perfectionem importare debet, actu & formaliter. Et quamuis Deus non sit essentialiter illud quod importatur perfectionibus secundùm quid, receptis formaliter & vt tales sunt, tamen non est in potentia ad eas, quia ob imperfectionem & potentialitatem eis admixtam, nequit esse id quod illæ sunt: nihil autem est in potentia ad illud, cuius receptionem excludit essentialiter, vt benè obseruat Plotinus Ennead. 2. lib. 5 cap. 1. quare Deus propterea non desinit esse actus purus. Imò eò est purior, quò est elongatior à forma & imperfectionibus, quibus miscentur illæ perfectiones, vel semiperfectiones immerguntur. Tandem quia incapacitas illa extraneæ perfectionis, oritur in Deo ex plenitudine perfectionis, omnem defectum & potentialitatem excludentis ab ipso Deo, propterea cùm Deum actum purum nominamus, significamus insuper Deum non posse habere rationem actus informatiui. Hic enim non eximitur à potentialitate; quia ex se non habet perfectionem illam, seu illud esse, quod intenditur per communicationem formæ cum potentia subiectiua; ac etiam quia est imperfectior toto inde resultante; quippe ordinatus ad illius totius perfectionem [illegible] ab eo pendens finaliter. Quòd si interdum Deus vocatur forma, [illegible] tantum Diuinæ actualitatis [illegible] men ordo ad receptionem. [illegible] lib. de Trinit. vocat Deum [illegible] *formam à qua formata sunt omnia*. Interdum quoque in talibus locutionibus, nomen formæ vsurpatur pro substantia, vt aduertit Basilius lib. 1. contra Eunom. *post medium*, & initio libri 4.

18 Est ergo Deus actus purissimus, id est, non tam actus, à defectu quocunque & potentialitate ac actualitate liber. Quod optimè tradit Plotinus suprà cap. 1. agens enim de mundo intelligibili qui verè non est aliud quàm Deus, *profectò* (inquit) *si ibi neque materia est in qua id ipsum consistat, quod in potentia esse dicitur,* (atque adeò materiæ nomine intellige potentiam quamcunque subiectiuam.) *neque quicquam aliorum, aliquid quod non tum sit, est futurum, neque permutatur in aliud, atque manens ipsum ex se generat aliud, neque à seipso digrediens tradit alteri vt ipsum sit non: certè non erit illic, quod esse dicitur in potentia.* Et post pauca agens de Diuino intellectu: *Intellectus nequaquam ex potentia quæ intelligere possit, in actum prodit intelligendi, alioqui alio quodam prius egeret huic esse, quod ex potentia non procedat in actum, sed totum iam possideat in seipso. Quod enim in potentia est, exigit alterum quo accedente perducatur ad actum, vt aliquid tandem fiat in actu: quod autem ipsum à seipso semper ita se habet, est actus. Itaque omnia prima* (id est tria Diuina supposita, quæ ille vtcumque agnouit, vt alibi diximus) *actus existunt, habent enim quidquid oportet habere, atque id quidem & à seipsis & semper.* Hæc Plotinus.

19 Iam verò si benè perpendatur

meræ

meracitas ista Diuinæ actualitatis & entitatis, apparebit, iure Deum ab Alcinoo cap. 9. dici *immensum pelagus essentiæ pulchri*, quippe in quo omnis placito conceptibilis ac simpliciter dicta perfectio, absque mixtura vllius defectus vel imperfectionis, se prodit: associantur enim rationem hanc actus puri æternitas essendi, necessitas, impassibilitas, immutabilitas, simplicitas, summum ius & potestas in alia omnia, & cæteræ huiusmodi perfectiones, vt fusè ac optimè omnino ratiocinatur Auctor Theologiæ Ægypt. lib. 5. c. 5. ac eruditè simul ac piè S. Bonauentura in itinerario mentis in Deum c. 5. *tomo* 2. *opusculorum*, & Dionysius Rikelius lib. de natura veri Dei art. 20. *tomo* 1. *opusc. minorum*. Apparebit item Deum esse veluti in vertice rerum, & quasi apicem ordinis entium, *cuius nec virtus* (inquit Lactantius 1. inst. c. 7.) *æstimari possit, nec magnitudo perspici, nec principium comprehendi, ita vt cum ad illum mentis humanæ intentio, & acumen, & memoria peruenerit, quasi subductis & consumptis omnibus viis subsistat, hæreat, deficiat, nec sit aliquid vlterius quo progredi possit.* Hæc ille verissimè, nam vltra actum purissimum nullus est progressus, cum nihil ei addi possit, alioqui enim non esset purus.

Et hactenus pro modulo nostro Dei quidditatem exposuimus. Nunc claudam verbis Chrysostomi hom. 1. in Ioan. *quid si has satis non sunt ad omnia ostendenda, nulla te admiratio teneat.*

De Deo enim vobis sermo est, quem neque dicere, neque intelligere pro ipsius magnitudine quisquam potest.

* * *

QVÆSTIO II.

Sintne aliqua positiua Dei prædicata, re aut ratione extra essentiam.

60 VT plenior Diuinæ quidditatis hactenus vtcumque expositæ notitia habeatur, & aliquid quod in ea singulare est, innotescat, intelligendum superest quomodo ad eam se habeant cætera Diuina prædicata positiua, nempe illa quæ nostris accidentalibus correspondent, ac de quibus non est specialis ratio cur in Deo distinctè & expressè concipiantur vt essentialia, quod dico propter existentiam actualem quæ in nobis quidem est prædicatum accidentale, at in Deo est essentiale vt vidimus. Ago item de solis tantum prædicatis positiuis, quia negatiua vt sic, & formaliter accepta, constat esse extra essentiam cuiuscumque positiui, & realiter negatiuè ab eo distingui. Itaque tota hæc quæstio, est de illis positiuis Dei prædicatis, quæ non spectant ad classem earum perfectionũ quæ in creaturis substantiam constituunt. Talia sunt sapientia, iustitia, misericordia, &c. Petrus de Candia apud Capreolum in 1. d. 2. q. 2. ea vocat *perfectiones secundarias non quidditatiuas*, aduertens passim hæc duntaxat à Theologis vocari *attributa*, propriè & præcisè sumpta hoc nomine. Apud antiquos vt notat Ochãm. quodlibeto 5. q. 2. vocabantur *attributa*, apud Commentatorem vocantur *dispositiones*, apud Auicennam *proprietates*, apud Algazelem *dignitates*, vt aduertit Iauellus 12. Met. q. 15. post Capreol. in 1. d. 8. q. 4. concl. 1. *in fine*, qui Gregorium aliter interpretatur

pretantem modum illum loquendi Commentatoris, refellit, *ad argumentum Gregorij post 26. Aureoli 2. loco contra 2.* Expendemus autem quomodo in Deo se habeant huiusmodi prædicata, & essentia hactenus explicata, tum quoad distinctionem realem, tum quoad mentalem.

ARTICVLVS I.

De essentiæ & attributorum distinctione à parte rei.

HAnc distinctionem constat ex prima Philosophia, vel esse realem maiorem, cuiusmodi est quæ reperitur inter entitates non infimas, & vt antiqui vocabant ratas: vel minorem, quæ scilicet est inter extrema, quorum saltem alterum infimum est, & essentialiter postulat inniti alteri. Quòd si infima illa entitas, conferat alteri extremo cui aduenit, nouam rationem formalem, ita vt illam extrahat à genere ad quod ante pertinebat, sicut figura extrahit quantitatem à secunda Categoria ad genus qualitatis, dicitur distinctio formalis; si verò constituat tantùm vel compleat intra idem genus, vt faciunt vnio & subsistentia quæ substantiam constituunt & perficiunt in genere substantiæ, dicitur distinctio propriè modalis, tametsi latè interdum nomen distinctionis modalis pro vtroq; membro distinctionis realis minoris vsurpetur.

ASSERTIO.

Nulla datur Diuinæ essentiæ ab attributis distinctio tanquam rei à re, siue realis maior: sed neque minor, siue formalis, siue modalis, siue vllo modo ex natura rei, quæ quidem actualis sit & mentis negotiationem præueniat.

61 PRIMÒ, nego attributa distingui ab essentia Dei maiori realitate, contra aliquos Arabes, qui referente Auerroë 12. Metaph. commento 15. posuerunt Diuina attributa, vel (prout ipse loquitur,) dispositiones, esse additas essentiæ, quasi formas subiecto superinductas. Est item contra quendam Pagi Andegauensis hæreticum, quem Petrus Abælardus 1. introd. ad Theologiam c. 8. refert suo tempore docuisse Diuina attributa esse res quasdam & qualitates ab ipso Deo diuersas, sicut nostræ perfectiones accidentales se habent in nobis. Eadem fuit sententia cuiusdam Gualteri, quem Niphus refert 12. Met. disp. 13.

Attributa non sunt res formæ, ab essentia distinctæ.

Sed contrarium certissimũ est, & naturæ lumine euidens. Ac imprimis ita docuit Aristoteles 12. Met. t. 51. idcirco asserens *Deum esse suam intelligere*, & t. 39. *esse suam continuationem*, & t. 37. *esse simplicem substantiam*, & 2. magnorum Moral. cap. 6. negat *Deum esse virtute præditum* (nempe virtute distincta) *quia sic virtus esset Deo melior.* Quæ est etiam ipsissima Sancti Bernardi in hanc rem argumentatio serm. 80. in Cant. & ab eo adducti S. Augustini 5. de Trinitate cap. 10. vt postea referam. Est etiam Alcinoi cap. 9. vbi præterea vocat Deum ἀνενδεῆ, & ei aliquid accidere negat. Idem dixit Plotinus Ennea. 6. lib. 7. cap. 19. negans in Deo esse intrinsecam differentiam prorsus vllam. Sed & proposit. 4. de causis dicitur *in ente primo, non esse multitudinem aliquam bonorum* siue (vt alia exemplaria habent,)

mode

modorum. Quibus verbis remouetur à Deo pluralitas perfectionum absolutarum, inter se, atque adeò ab essentia distinctarum. Idē Plotinus quoque Ennead. 6. lib. 8. cap. 15. negat Deo vllam formam aduenire, etiam intelligibilem. Et cap. 18. libri illius 7. negauerat quicquam de Deo tanquam aliud de alio prædicari sed tanquam id ipsum quod est significet, & cap. 41. adducit Platonem asserentem nihil de Deo tanquam accidens prædicari posse: & Ennead. 6. lib. 8. c. 10. *quod est ipsum (Dei) quod est sit ipse.* Idem voluit Hippodamus Thurius apud Stobæum serm. 101. docens hominem egere virtute & aduentitiis perfectionibus, quia non est essentialiter & natura sua bonus, in Deo autem qui natura optimus sit, omniaque in seipso præhabeat, secus esse. Disertè quoque Ethnicus cum quo agit Iustinus quæst. 4. ad Græcos, negat esse in Deo distinctionem vllam, indéque probat volitionem Diuinam non distingui à voluntate Dei.

62 Cōsentiunt Arabum proceres, vt Cōmentator latè loco allegato, Mauros contrarium affirmantes inde impugnans, quòd hoc pacto foret in Deo compositio: omne autem compositum est nouum & habens causam. Nam si aliqua essent quæ componerentur per se & absque causa, tunc per se exirent de potentia prima in actum, & mouerentur ad esse sine motore: quod constat esse impossibile, ex quo infert Cōmentator. *Sic igitur est intelligendum quod dicitur Deus habens vitam,* (actualem de qua ibi disputat) *vt sint idem subiecto, & duo secundum modum considerationem quia significant idem omnibus modis, sicut significant nomina synonyma, neque sicut significant nomina* (id est non ita vt tantùm sit distinctio vocabulorum) *neque sicut principale & sumptum, quia sumptum significat idem quod principale, & magis,* (sumptu accipit pro concreto, principale pro abstracto re distincto.) *hoc enim ita se habent in eis quæ sunt forma in materia. In eis autem quæ sunt forma non in materia* (cuiusmodi est Deus, quem propterea S. Bernardus 5. de consideratione c. 7. ait formatū non esse, quia est forma,) *dispositio & dispositū reducuntur ad vnum in esse, & duo in consideratione.* Et post multa eodē spectantia, sic concludit. *Multiplicitas igitur in Deo non est nisi in intellectu differentia, non in esse.* Idem sensit Auicenna 8. suæ Metaph. cap. vlt. vt ex eo refert Capreol. in 1. d. 8. q. 4. conclus. 1. qui adducit etiam aliqua in eandem sententiam ex Algazele in sua Metaph. lib. 3. cap. 1. vel vt alias diuiditur opus illud lib. 1. tract. 3. c. 1. Sed illustriora sunt quæ habet idem Algazel ibidem tract. 1. dicto 8. *Nihil* (inquit) *potest designari in necesse esse,* (id est in Deo ente necessario,) *quod sit superadditum essentiæ illius si enim posuerimus eius esse cum illa designatione, sic vt destruatur eius esse si ponatur illa non esse,* (sicut se habent dispositiones & temperamentum in corporibus) *tunc esse eius penderet ex illo, & fieret compositum ex partibus, ita vt non sequeretur essentiam eius esse nisi propter coniunctionem illorum. Omne verò causatum, ex aliquibus causatum est, sicut supra dictum est. Si autem non sequeretur illud non esse, quamuis ponatur illa designatio non esse, tunc illa designatio accidentalis est illi, sicut scientia homini, quod est falsum: omne enim accidentale, causatum est, & eius causa si fuerit ipsum necesse esse, tunc ipsum similiter erit agens & recipiens. Ipsum autem esse agens, non est ipsum esse recipiens, eò quod non recipit secundum hoc quod agit, neque agit secundum hoc quod recipit: esset igitur in eo multitudo aliquo modo. Iam autem ostendimus, quod in ipso necesse esse,* multi

multitudo esse non potest, ex quod oportet multitudinem causatam esse ab vnitatibus; est igitur vnum omni modo. Hæc est prima in hanc rem Algazelis ratio, petita ex Diuina independentia & simplicitate. Subdit autem alterum quoque eiusdem dicti rationem ex Auerroë supra iam adductam, nempe quod impossibile sit aliquid ex seipso primum moueri, & à se ipso extrahi de potentia prima, & reduci ad actum ei correspondentem. Oporteret ergo, Deum, si esset compositus ex subiecto & accidente Physico, non accepisse esse à seipso, vt sic compacto, sed ab aliquo, quod à toto illo quà tale est, distinguatur. Atque ita, Deus, secundùm id omne quod habet, non esset ens à se, nec id quod est.

65 Præterea vt bene argumentatur S. August. 5. Trinit. cap. 4. *Accidens non dicitur nisi quod aliqua mutatione eius rei cui accidit, amitti potest. Nihil itaque accidens in Deo, quia nihil in eo mutabile aut amissibile, nihilque in eo secundùm accidens dicitur, quia nihil ei accidit;* Nempe quod verum accidens sit, & seipsa accidat, vt explicatè tradidit S. Cyrillus 11. thesauri *in medio*, vbi cùm retulisset ex Eunomianis hæc verba, *Accidens nullum Deo inesse potest, perfectus enim ex seipso, nihil potest accidere*; respondet Cyrillus, nullum quidem esse in Deo verum accidens, (quod vnum nunc contendimus,) tametsi sint in eo quædam quasi accidentia, vocemodoque dicendi, quòd modo accidentium ea intelligamus. Nec alium esse Augustini mentem loco citato, constabit ex dicendis cùm de Diuina simplicitate. Nunc eidem Augustino addamus eius in hac re auctoritate nitentem sanctum Bernardũ serm. 80. in Cant. vbi præclarum & philosophicum argumentum in hanc rem suppeditat. Nam tametsi illud ipse de diuinitate & Deo comparata præcipuè proponit, subdit tamen idem dicendum esse de attributis ad Deum comparatis. Nec dubito quin Deum sumat non personaliter tantùm, vt aliqui contendunt, sed etiam essentialiter, quandoquidem Deus essentialiter & personaliter acceptus, eadem simplicissima entitas est, iuxta Bernardum, vt procedat argumentum eius de attributorum indistinctione à Deo, atque procedat de Deo, vtrouis modo spectetur. Sic igitur argumentatur. Aut Deus est bonus & sapiens bonitate & sapientia sibi superiore, vel æquali distincta, vel inferiore; si superiore, dabitur supra Deum aliquid cui potiùs nomen Dei erit tribuendum: si æquali distincta, dabuntur plures Dij. Nam quo iure essentia attributo substrata, Deus dicitur, eodem formam attributalem ei superinductā & æqualem, licebit Dei dignitate & appellatione donare. Si inferiore, ergo forma qua Deus esset sapiens, esset creatura, & ens ab alio: atque ita Deus ex se esset insipiens, nec esset actus purus, & perfectio summa non formabilis, eaque perfectio externa quæ Deo cōferret esse bonum, vultum magnum, sapientem, faceret Deum meliorem quàm ipse esset ex se, essetque Deo melior, vt rectè conclusit cum Augustino sanctus Bernardus. *Magnitudine (inquit) Deum dico magnum, sed qua ipse est, ne maius aliquid Deo ponam: & bonitate fateor bonum, sed non alia quam ipse est, ne melius ipso aliquid mihi videatur inuenisse. Et de cæteris in hunc modum. Securus & liberus pergo, inoffenso, vt aiunt, pede in eius sententiam qui dicebat, Deum nonnisi ea magnitudine magnum esse, quæ est quod ipse: aliquin illa erit maior magnitudo quàm Deus. Augustinus hic est validissimus malleus hæreticorum.* Hæc

& alia ibi Bernardus. Faciunt deniq; huc alia ex eodem 5. consideratione cap. 7. *Dicimus (inquit) Deum magnum, bonum, iustum, & sapientem* [illegible] *sed nisi omnia vnum in Deo & cum Deo consideres, habebis multiplicem Deum. Mihi vero non displicet quod* [illegible] *melius* [illegible] *Deum. Quaeris quid?* [illegible] *simplex* [illegible] *multiplex* [illegible]. Alia testimonia Patrum & Philosophorum, nec pauca, dabimus infrà tractantes Diuinam simplicitatem. Et quod spectat ad Patres, multos collegit Cyparissiota tota decade 10.

Ad fundamenta contrarij erroris.

64 Iam verò fundamentum quo in errorem contrarium abductus dicitur memoratus suprà Gualterus, est infirmissimum. Ex eo siquidem quòd quidditas Dei & attributa, vt putabat, spectent ad diuersas Categorias, inferebat realem distinctionem essentiae ab attributis; vt vel hinc videas haereticos ab Ambrosio lib. de Fide contra Arria. cap. 7. Philosophorum discipulos non immeritò dici, nec sine causa questi Tertullian. cap. 7. de praescriptionibus post Irenaeum lib. 2. cap. 19. *omnes haereses à Philosophia* (non bona sed vitiosa) *subornari.* Respondendum ergo est neque Dei siue essentiam, siue attributa, esse limitibus categoricis coarctata, vt aliqui incluserunt, quos sine ioco recipit Gabr. in 1. d. 8. quaest. 2. lit. H, neque si coarctarentur, distinctum propterea iri à parte rei. Nam actio & passio, quae sunt duo summa genera, sunt vna & eadem entitas, ex 3. Phys. tex. 21.

Attributa non sunt entitates informa, ipsa addita ad essentiam.

65 SECVNDÒ, reiicit omnem distinctionem realem minorem inter essentiam Dei & attributa. Quod specialiter propositum tractandum, non quòd vlla sit noua difficultas in hoc puncto, vel maior quàm in superiore, (vtrobique enim eaedem rationes procedunt,) sed vt breuiter reiiciam sententiam quorundam, *Philosophiae documentis contrariam, & à Philosophis summis petitam,* vt ait Carthus. in 1. d. 2. quaest. 2. & à calumnia liberem Scotum, cui sententia haec de attributorum distinctione reali minore, ab essentia, passim tribuitur, non modò à Scoti aduersariis, quod minus mirum esset, sed quod certè mirandum est, à plerisque Scotistis, praetendentibus hanc Scoti sententiam, vt Carthusianus suprà loquitur, *siue conspicienter siue pertinaciter defendentibus:* cum tamen Scotus non aliam inter essentiam & attributa distinctionem agnouerit, quàm eam quae dicitur rationis ratiocinatae, & ab ipso dicitur formalis, quia est plurium rationum formalium seu obiectiuarum, & quidditatum. Et interdum quoque dicitur ex natura rei ac virtualis, quia non confingitur gratis ab intellectu, sed habet in re fundamentum. Intellectus enim, iuxta Scotum, attendens eandem simplicem & indiuisibilem Dei entitatem aequipollere plurimis & diuersissimis perfectionibus creatis, habet fundamentum, simplicissimam illam entitatem dispartiendi mentaliter in plures conceptus obiectiuos, vt particulatim eius latepatentiam adaequet.

Calumnia Scoto hac in parte illata depellitur.

66 Hanc ergo tantùm distinctionem in re fundatam, tametsi nullo modo actualem ante opificium intellectus, admitti à Scoto inter essentiam Dei & attributa, asseruerunt

ita

tam olim quidā Scoti discipuli apud Gregor. in 1. d. 8. quæst. 1. art. 1. & expressè Rubionius ead. dist. quæst. 3. *in fine*, monens cauere eos qui aliter Scotū intelligunt. Idem censuit Tartaretus quodlibeto 5. art. 2. *circa conclusionem* 3. & latiùs in 1. d. 2. p. 2. q. 7. ad illum Scoti versiculū. *Secunda opinio*. Item Occa apud Gabr. in 1. d. 2. quæst. 11. *in fine*. Philippus Faber c. 8. formalitatum, Picus conclus. 7. ex *propriis*. Valls. 1. physicorum cap. 3. Iauell. 12. Metaphys. quæst. 19. & alij adducti cùm de distinctionibus agremus. Videturque apertè haberi ex ipso Scoto in 1. d. 2. præsertim quæst. 7. lit. F. *Ad solutionem argumentorū principalium*, vbi negat hanc distinctionem attributorum & essentiæ, esse propriè realem actualem, sicut communiter dicitur distinctio realis, illa quæ est distinctio rerum & in actu: additque posse vocari distinctionem rationis, non quidem ab intellectu formatam, (id est gratis excogitatam), sed prout ratio accipitur pro quidditate; posse quoque vocari distinctionem virtualem, quia res in quam ipsa cadit, potest varias prædicationes & denominationes subire, perinde ac si essent plures res. Alia quoque multa ibidē addit, ex quibus quæ de mente eius dicta sunt, fiunt plusquàm probabilia. Tandem vt alia ex eo loca congerere prætermittam, Gregorius tam acer hac in parte Scoti aduersarius, ex Scoto multa collegit in 1. d. 13. q. 1. art. 1. quæ omnino hunc sensum ferunt, & inter alia refert ex reportatis, Scotū eam distinctionem quæ iam tunc modalis ab aliquibus eodem quo nunc sensu vocabatur, reiecisse à Deo, tanquam pugnantem cum simplicitate Dei, retenta distinctione formali, quę tamen si eo modo quo Gregorius & alij Scoto parum æqui contendunt, intelligeretur, æquè excinderet simplicitatem Diuinam, vt notum est, & certè (quantum quidem intelligo) opinio eam asserens, non tota proscriberetur ab Aquario in controuersia, verbo, *Attributa.*

Ad argumenta Aduersariorum.

67 Argumenta Scotistarum pro Scoto malè intellecto pugnantium, hîc referimus, & soluuntur à Capreol. in 1. d. 8. quæst. 4. ad conclus. 1. & passim ab aliis Scholasticis eadem distinctione, nec sanè talia sunt, vt in re tam graui aliquid nouandi fundamentum præbere debuerint.

Præcipuum est quod de Diuina essentia & attributis enuncientur contradictoria; putà quod essentia virtualiter causet attributum, hoc autem è contrà non causet virtualiter essentiam. Duodecim similes contradictiones vrget Mayronius in 1. d. 8. quæst. 5. sed iure Capreolus suprà ad 6. ait hoc argumentum esse debiliter fundatum. Si quidem vna & eadem entitas diuersimodè concepta, verbi gratia entitas actionis & passionis, potest fundare attributa contradictoria, quando huiusmodi prædicata non conueniunt rei *tali ubi*, vt ait Capreolus ibidem, id est quando non cadunt in rem sub eadem ratione. Fateor Capreolum ea verba aliter accipere eo loco, sed consentit ad 2. ex primo loco propositis contra 2. vbi ait, obiectum non attingi totaliter, idem esse atque ita variè terminare actum intellectus, ac si essent diuersa obiecta, ac proinde *distinctum in anima*, vt ait, quatenus pluribus illis actibus obiicitur. Propterea definitio obiectiua & definitum quamuis non sint nisi vnica ratio obiectiua, tantùmque differant penes expli-

tarum & implicitum, tamen subeunt prædicata contradictoria. Nam de definitione obiectiua rectè dicitur quòd non prædicetur identicè de definito, ipsum autem definitum prædicatur identicè de seipso. Sufficienter autem vitatur in huiusmodi casibus contradictio, quatenus ob multiplicitatem vel rationis obiectiuæ, vel modi concipiendi, extrema prædicatis contradictoriis substrata, non sunt prorsus eadem, quod ad contradictionem exigitur. Nam tametsi sint prorsus eadem materialiter & entitatiuè, tamen sunt plura ratione, siue æquiualenter, vt optimè declarat S. Thomas in 1. d. 2. quæst. vnica, art. 3. ad 6. exemplo puncti: quod cùm sit res prorsus incomposita & insectilis, tamen correspondet veraciter diuersis conceptionibus, tendentibus ad ipsum prout cogitatur secundùm se, & prout cogitatur vt principium linearum, siue vt centrum. Porrò virtualis illa causalitas, cuius in eodem Scotistarú argumento fiebat mentio, cùm non sit vera causalitas actualis, sed tantùm virtualis, ac velati conditionata (id est, si attributum illud causam haberet, hanc ipsam haberet,) non suadet distinctionem illam quæ cernitur inter causam & verum effectú, cerni quoque inter essentiam & attributa, sed ad summum distinctioné illam quam vocant rationis ratiocinatæ. Imò neque hanc euincit, nam vt aduertit Rubion. in 1. d. 43. quæst. 2. art. 2. præmissæ quarum influxus & causalitas in conclusionem videtur adhuc maior, quàm sit causalitas essentiæ in attributa, plerumque non differunt à conclusione, nisi ratione ratiocinante, seu penes explicitum & implicitum concipiendi modum, vt patet in demonstratione risibilis de homine, per animal rationale.

68 Alterum Scotistarum argumentum ex eo ducitur, quòd perfectiones Deo & creaturis communes, si secundùm abstractissimas suas rationes concipiantur, debeant inter se distingui realitate minori, siue actualiter ex natura rei. Quod argumentum, quamuis non pertineat ad quæstionem de essentiæ & attributorum distinctione, in qua nunc versamur, sed ad quæstionem de distinctione attributorum inter se: quia tamen idem vtrobique sentimus, facilè soluitur, negando quod assumitur. Non enim sapientia quatenus abstrahit à creata & increata, & iustitia prout abstrahit similiter à iustitia Dei & creaturæ, distinguuntur à parte rei: quamuis neque etiam liceat de eis vt sic acceptis, dicere quòd non distinguantur eo modo, sicut neque etiam licet de eis vt sic acceptis, dicere quòd sint creatæ vel non creatæ. Sicut ergo vtraque determinatur ad alterutrum ex his prædicatis, vi subiecti cui applicatur, (nam sapientia Dei increata est, sapientia verò creaturæ est creata:) Ita & de præcisionibus illis prædicatis philosophandum est, admittendo scilicet distinctionem actualem iustitiæ & sapientiæ creatæ, astruendo verò indistinctionem actualem earundem in Deo, & neque distinctionem neque non distinctionem earum, acceptarum secundùm rationes suas abstractas, Deo & creaturis communes, non obstante vulgato illo principio, *de quibuslibet licet affirmare contradictoria.* De rebus enim vt subsistentibus præcisioni intellectus, non est necesse verificari quæcumque contradictoria, vt bene obseruant Suarez disp. 35. Metaph. sect. 1. num. 41. & Vasq. 1. p. d. 119. num. 10. sed tantùm, quæ vel rationi obiectiuæ sic abstractæ essen-

tialia sunt, vel necessariò manant ex ratione sic abstracta, cuiusmodi non sunt in casu nostro prædicata illa, *dissimilium à parte rei, non distinctum à parte rei.* Reliqua Scotistarum argumenta, Philosophica non sunt, nec aliquid reuera continent, quod ex prædictis facilè non sit diluere.

ARTICVLVS II.

De attributorum & essentiæ præcisibilitate, ac distinctione per mentem.

67 HAbemus nullum positiuum Dei prædicatũ quantumuis proportionale nostris accidentalis prædicatis, accidere ipsi essentiæ Diuinæ. Nunc superest expendendum an eadem positiua Dei prædicata nostris accidentalibus correspondentia, essentiæ Diuinæ supercurrant quoad conceptum, sintque eius accidentia Metaphysica. Cui difficultati affinis est alia, de ipsorum inter se attributorũ obiectiua distinctione vel identitate, quam ex naturalium duntaxat Theologorum sententia examinabimus, supposita reali attributorum inter se identitate, cùm ex dictis articulo superiore, tùm ex dicendis cùm de simplicitate. Esse autem quæstionem hanc totam naturalis Theologi propriam, rectè vidit Caietan. quæst. 12. de ente & essentia, & ex illis quæ circa eam ex Ethnicis adducemus, constabit.

ASSERTIO.

Et attributa Dei ab essentia, & essentia ab attributis, & attributa ipsa inter se, sunt mentaliter præcisibilia secundum quid, non tamen perfectè & simpliciter, sed plusquàm quoad eiusdem rationis obiectiuæ confusam & explicitam exhibitionem, fundatam in virtuali perfectionum Diuinarum multiplicitate, prorsus tamen citra ad distincta realiter, siue intra, siue extra Deum.

68 PRIMÒ, admitto præcisionem secundum quid tum inter essentiam & attributa, tum inter ipsa attributa. Vbi recolenda est ex prima Philosophia, duplex mentalis præcisio, siue distinctio: altera quæ dicitur simpliciter præcisio, cernitúrque in rationibus obiectiuis pluribus per rationẽ secernibilibus, vt in genere & differentia: altera quæ est tantùm præcisio secundum quid, cernitúrque inter ea quorum eadẽ est obiectiua ratio, sed modò clariùs, modò confusiùs percepta, vt inter definitionem obiectiuã & definitum. Animal enim rationale, est id ipsum planè quod homo, ita vt qui hominem percipit, animal quoque rationale percipiat, & contrà, vt manifestum esse potest ei qui cogitato eo quod subest illi voci *homo*, reflexionem fecerit supra illum suum conceptum obiectiuum: nihil siquidem in eo attigerit quod non attingat quoque cùm fertur in significatũ huius quasi complexi *animal rationale*, quamuis tunc eandem illam rationem obiectiuam, deartículatiùs, atque adeò clariùs & distinctiùs concipiat.

Præcisio secundum quid, cadit inter attributa & essentiam, ipsáque inter se attributa.

Quod igitur hæc posterior præcisio siue distinctio, interueniat in hoc negotio, vt asserimus, euincitur ex

eo

eo quòd attributa concipiuntur vt superaddita essentiæ, eamque determinantia, ac etiam vt emanantia ex illa, tanquam ex causa virtuali, quæ aptiùs *ratio* appellatur. Ipsis quoque Diuinis attributis inter se collatis, varia tribuuntur, neque enim Deus dicitur velle per intellectum, & intelligere per voluntatem. Quæ omnia vt minimum euincunt illam quam diximus præcisionem secundùm quid, tum attributorum ab essentia, tum ipsorum inter se attributorum. Nam nisi ea saltem adesset, omnes termini Diuini, essent synonymi, atque adeò omnes prædicationes de eis factæ, essent identicæ & nugatoriæ, prædicato & subiecto non differentibus, nisi voce tenus, quod nemo dicat.

71 Nomine licet Aquarium in 1. d. 8. circa quæstionem 4. Capreoli conclus. 4. tribuere Nipho d. vltima ad 12. Metaph. quòd dixerit omnia attributa Diuina esse synonima. Passim quoque tribuitur Aureolo & Nominalibus, quòd omnem inter Deum ac Diuina attributa, ipsaque etiam attributa inter se comparata, distinctionem rationis negauerint. Re vera tamen Niphus tantùm cōtendit nullam esse pluralitatem rationum obiectiuarum inter essentiam & attributa, vel inter ipsa attributa, & stādo intra Deum, nullā suppetere causam pluralitatis Diuinorum attributorum, quamuis fateatur eam suppetere comparando Deum ad creaturas. Quod satis est ad concedendam distinctionem rationis secundùm quid, inter Diuinas perfectiones, penes varias cum creaturis habitudines, vt notauit Commentator 12. Metaph. t. 39. asserens *quòd cùm intellectus intelligit in Deo dispositionem & dispositum.* (id est attributum & essentiam) *non intelligit ea esse nomina synonima, ita quòd propositio sit secundùm nomen, non secundùm intentionem, sed intelligit ea esse differentia, secundùm assimilationem ad res compositas*: id est intellectus secernit attributa Diuina ab essentia per comparationem ad res materiales & potentiales, in quibus attributa similia Diuinis, secernuntur ab essentia. Quod verò attinet ad Aureolum & Nominales, non dubito quin idem asserant quod isti. Quamuis enim Aureolus illis viginti tres argumentis, quæ ex variis eius locis collegit Capreolus quæstion. 4. cit. in *argumentis Aureoli contra 2.* reiiciat distinctionem rationis inter Dei essentiam & attributa, vel inter ipsa attributa, tamen (vt patet attendenti,) intendit tantùm excludere pluralitatem rationum obiectiuarum, quam propterea Capreolus in responsionibus ad illa argumenta semper nititur astruere. Nominales autem falsò creduntur negare in Deo distinctionem hanc rationis secundùm quid, neque enim peculiariter de Deo loquuntur, sed vniuersè negant dari aliquam veram distinctionem, quæ sit tantùm per mentem: quod est tantùm dissidium de vocabulis. Cæteri siquidem non dicunt distinctionem rationis, etiam illam quæ est simpliciter distinctio & præcisio, esse distinctionem veram qua res intrinsecè diuidatur & fiat in se multiplex, quod vnum contendunt Nominales: sed tantùm dicunt eandem realitatem obiici pluribus conceptibus formalibus ipsa distinctis, & eatenus rem illam censeri diuidi, quatenus ita variè terminat intellectum cōceptus illos plures dirigentem in ipsam, ac si non esset res vna, sed multiplex propter pluralitatem virtualem intellectui concipienti præuiam. In qua Paludanus apud

Capreolum supra ad 15. *Aureoli 2. loco contra 2.* dicit distinctionem actualem rationis esse inchoatiuè: hoc autem non negant Nominales, & nominatim Gregorius, vt videre est in 1. dist. 8. quæst. 2. art. 2. ad 2. contra 3. tametsi hic præsertim reiectæ cuiuscunque distinctionis mentalis calumniam sustineat. De fundamento huius præcisionis dicam infrà num. 79.

Diuina essentia non potest concipi, quin includantur attributa.

72 SECUNDO, negant attributa (nempe positiua, de quibus solis nunc agimus, vt initio monui) posse perfectè præscindi per mentem ab essentia, aut viceuersa essentiam posse præscindi ab illis. Quamuis enim plerunque conceptus obiectiui nō reciprocentur in inclusione essentiali, vt patet ex animali quod est essentiale homini, quamuis homo non sit essentialis animali, tamen hoc loco admittenda est reciproca illa inclusio quantum attinet ad implicitam tantùm & confusam continentiam, formalem quidem & actualem, non tamen explicitam. Vtramque partem breuiter probemus.

Et quidem quod attributa nō possint plusquàm quoad explicitum conceptum præscindi ab essentia, manifestum erit præmissa vna suppositione, nempe quòd illa quæ sunt de essentia alicuius rei, non possint ab ea perfectè præscindi, nisi ipsa dissoluatur: propterea enim animal potest perfectè præscindi à rationali, quia genus non est de essentia differentiæ, at ab homine de cuius essentia est, non potest perfectè præscindi. Nam si animal remoueatur, dissoluetur homo, atque adeò non præscideris ab homine animalitatem; præcisio enim supponeret à re remanente aliquid aufelli, quod sibi non seruatur. Impossibile ergo est præscindi perfectè ab illud quod est ei essentiale. Iam sic argumentor cum Caietano q. 11. de ente & essentia, §. *quoad quartum argumentum*. De ratione essentiæ essentialiter infinitæ, est omnis omnino perfectio absoluta simpliciter simplex, seu nullam importans imperfectionem, vel oppositionem cum alia perfectione simpliciter dicta. Atqui essentia Diuina est essentialiter infinita, attributa autem sunt perfectiones absolutæ simpliciter simplices. Ergo attributa sunt de ratione essentiæ Diuinæ; atque adeò non plus possunt ab ea præscindi, quàm rationale ab homine. Maior quoad posteriorem partem est extra controuersiam: alioqui enim attributa non inessent formaliter Deo. Sed & infinitas essentiæ, quæ in eadem minori assumitur, certa esse debet ex infrà dicendis de Diuina infinitate. Maior ergo in qua est tota difficultas, probatur; quia illud non est essentialiter infinitum, quod habet fines in sua perfectione essentiali: atqui essentia non continens intra se formaliter omnem omnino perfectionem, tametsi dicatur eam includere quasi radicaliter, habet fines suæ perfectionis essentialis, deest enim illi ea perfectio quæ conferri posset per perfectionem simpliciter simplicem, si formaliter in ea contineretur; ergo non est infinita essentialiter.

73 Respondere potest cum Capreolo in 1. d. 8. quæst. 4. *ad* 14. Aureoli 2. *loco contra* 2. essentiam Diuinam spectari posse vel prout est in se, vel prout hic à nobis imperfectè concipitur: de ratione ergo eius vt est in se, esse omnem perfectionem conceptibilem, quæ tamen non sit semi-

perfectio,

perfectio; de ratione autem eius vt à nobis concipitur, non tamen prædicata illa quæ in nobis sunt essentialia: siquidem Diuinam essentiam apprehendimus ad instar nostræ, & aliarum quidditatum creaturas constituentium.

Sed contrà, quia quod est de ratione essentiæ in se spectatæ, debet includi in ea verè & absque falsitate concepta, nam ex parte rei cognitæ, eadem planè est essentia quomodolibet verè concepta, & essentia sumpta in se: quia si desit aliquid ex parte obiecti, essentia concepta non erit illa ipsa quæ est in se, cùm tamen supponamus illam ipsam esse quæ concipitur, non aliam. At essentia à nobis cognita, est vera essentia Diuina, licèt abstractiuè hîc cognoscatur, sicut animal rationale est vera essentia hominis, licèt non nisi abstractiuè nobis repræsentetur. Ergo si attributa sunt de ratione Diuinæ essentiæ sumptæ in se, erunt quoque de ratione eiusdem prout à nobis conceptæ, & qui sine eis Deum concipiet, aliud concipiet quàm Deum, quia Deus qualis est in se, includit illa in sua quidditate. Vt autem rectè dixit August. q. 29. in Iosue, *Quisquis cogitat Deum qualis non est Deus, alium vtique Deum & falsum in cogitatione portat.* Deinde vt argumentatur Palud. in 1. dist. 2. disp. 1. & Aureolus apud Capreol. in 1. d. 4. q. 4. *argum.* 1. *contra* 2. essentia concepta potest tanquam non præscindens ab attributis, & nunc à nobis hoc propugnantibus ita concipitur, ac etiam ab Aduersariis cùm eā in se sumptam concedant includere attributa: concipiunt enim quod concedunt; essentia autem concepta tanquam non præscindens ab attributis, perfectior est ac dignior quæ Deo assignetur, quàm absque attributis. Ergo sic est concipienda: debemus enim Diuinam quidditatem, quam perfectissimam possumus concipere. Denique habet etiam hîc locum illustris ratiocinatio qua D. Bernardus epist. 190. vtitur vt probet nihil in Deo claudicare, & in Deo non posse cogitari aliquid habēs aliquam perfectionem, quia careat aliquid quod item sit intra Deum. Infert enim inde Deum non fore illud quo nihil maius valeat cogitari. *Maius enim* (inquit) *sine dubio est quod totum maius est, quàm quod ex parte. Sic verè digne pro sua possibilitate Diuinam æstimat magnificentiam, qui nihil in ea cogitat dispar, ubi est totum summum, nihil distans, ubi totum est unum, nihil diuersum, vbi totum est integrum, nihil denique imperfectum vel egens, vbi totum est totum.* Hæc Bernardus, quæ non valent tantùm de imperfectione à parte rei interueniente in conceptu aliquo obiectiuo qui sit Deo internus, sed etiam de defectu cadente in eundem conceptum obiectiuum, prout nostræ cogitationi & præcisioni subest.

Itaque ratio obiectiua Diuinæ essentiæ, non potest simpliciter præscindi mentaliter ab attributis, quamuis secundùm quid, seu quoad conceptum explicitum ab eis præscindatur, & eatenus attributa censeantur ab essentia quasi à causa virtuali proficisci, ac esse essentiæ extrinseca. Nam ad hoc totum sufficit distinctio eiusdem rationis obiectiuæ penes explicitum & implicitum, vt ex Rubionio ostendi articulo superiore, exemplo præmissæ illius, *animal rationale est risibile*, quæ habet rationem causæ virtualis respectu sui implicitè conceptæ, seu respectu conclusionis illius, *ergo homo est risibilis*, & ad eam se habet extrinsecè, ac tanquam aliquid prius. Quoad illam quoque distinctum conceptum spectata attributa, habent rationem acci-

dentium, & essentiæ quatenus sine eis explicitè concipimus; habet rationem essentiæ, continentis explicitè, non ea tantùm prædicata quæ in nobis non sunt accidentalia, (siquidem existentia concipitur vt essentialis Deo, quæ tamen nobis est accidentaria,) sed tum illa quæ nobis substantialia sunt, tum illud quod in constitutione essentiæ à se, concipi debet, nempe existentiam exercitam; ad quam distinctionem tanquam ad scopulum omnes prope aduersariorum argumentationes naufragant.

74 Aliàs autem pro nostra sententia rationes, quas ex ... petere liceret, præsertim ex modo loquendi Scripturarum & Conciliorum prætermissis, quia ad eas naturæ lumen, ex quo solo nunc procedimus, non assurgit: dimissis item Patrum qui pro eadem sententia nostra adduci possent copiosis cœtu; vnum duntaxat vel alterum ex Philosophis adducam. Auctor Theologiæ Ægypt. lib. 15. cap. 5. negat *Diuinæ essentiæ quicquam adiungi, asseritque eam esse ab omni multitudine ad numerum pertinente abstractam, quocunque modo ea multitudo in rem præcreatam cadat* id est, vt paulò ante dixerat *etiam quoad imaginationem diuidentem*, siue quoad mentalem præcisionem simpliciter dictam. Et lib. 12. cap. 18. ait *essentiam, & alias substantias ... nostras, non ... primariæ essentiæ ... , vel ... , vnitatem ... dici*, nempe quia essentialiter in ea importantur: quo eodem sensu dixisse videtur Paschasius 1. de Spiritu sancto cap. 5. *nullum Dei munus esse adiectitium*. Commentator 12. Metaph. tex. 35. cùm dixisset in rebus compositis & potentialibus, dispositionem & dispositum, siue essentiam & attributum, intelligi aduncta, & tamen aliquo modo distincta, subdit: *Cùm autem fuerit considerata dispositio & dispositum in iis quæ non sunt in materia, tunc reducuntur ad vnam intentionem* (id est rationem obiectiuam) *... modo, & nullus modus erit quo prædicatum distinguatur à subiecto extra intellectum sicut in essentia rei.* Quæ postrema verba non important tantùm identitatem materialem attributi & essentiæ, sed etiam formalem; alioqui haberemus aliquem modum distinguendi attributum Diuinum ab essentia, nec minùs perfectum, quàm sit plerumque modus distinguendi attributa creata à quidditatibus quas nonnisi ratione consequantur: cùm tamen Commentator neget suppetere vllum modum distinguendi Diuinum attributum ab essentia, licèt subdat non propterea prædicationes in his terminis Diuinis esse synonimas, ob interuenientem licèt extremè distinctionem secundùm quid, superiùs expositam.

Diuina attributa non possunt concipi, quin inuoluatur essentia.

75 Iam altera pars quam suprà susceperamus probandam, nempe quòd essentia non possit perfectè mentaliter præscindi ab attributis, atque adeò quod attributum omnipotentiæ vel omnisapientiæ, cæteraque attributa vt ad Deum restricta, non possint concipi quin in conceptu obiectiuo eorum, actu & formaliter, tametsi implicitè tantùm, importetur essentia; patet ex eo quòd attributa illa non sunt entia creata, ergo sunt essentialiter entia à se, atque adeò impossibile est ea concipere vt non existentia, vel vt indifferentia ad esse à se, aut ab alio. Ergo cùm essentia Diuina constituatur per rationem entis à se absoluti, manifestum est in attributis illis includi essentiam, quoad rationem eius obiectiuam, &

quasi

quasi specificam; propterea'que simplicitas, & immutabilitas, & huiusmodi aliæ quasi affectiones Diuinæ quidditatis, competunt quoque attributis, cùm tamen prædicata essentiæ reciproca, nunquam vni essentiæ est, tenui debeant. Hanc sententiam docuit Plotinus Enneade 5. lib. 7. c. 3. *Omnia (inquit) quæcunque dicimus alibi in* natura Diuina) *etiam infinitatem, velut terminū diuimus, ab essentia, & simul cum essentia, omnia esse.* Ita ille probat æternitatem includere Diuinam naturam, & idē esse de cæteris attributis. Videtur denique hoc tradidisse Trismegistus cap. 11. Pimandri cùm ait, *Dei quasi essentia, est bonum, pulchrum, beatitudo, sapientia, æternitas essentia ipsum idem.*

Nullum attributum potest concipi quin inuoluatur aliud.

76 TERTIÒ, negaui attributa quoque posse perfectè præscindi ab inuicem, quod manifestè sequitur ex dictis. Probauimus enim essentiam importare formaliter omnia attributa, rursúsque conuicimus in singulis attributis importari essentiam: ergo singula quoque attributa importare alia omnia. Et ita luculenter Plotinus Ennea. 6. lib. 7. cap. 2. *Si operet* (inquit) *in Deo quamlibet aliorum esse deficiētem expertem, neque sui est penes Deum esse aliquid, quod non sit totum & vniuersum, profectò necessarium est in vnoquoque eorum quæ Dei ipsius propria sunt, omnia contineri.* Agit de Diuinis attributis vt explicitè pluribus: nam apud eum attributa non esse plura realiter, hic ipse locus, & alia permulta testatissimum faciunt. Et Ennea. 5. lib. 1. cap. 4. vt refert etiam S. Cyril. 8. in Iulian. ad 1. 3 *omnia quæ apud Deum perfecta, & vt omnino sit perfectus, nihil habet quod non sit tale*, id est, quod non sit omnino perfectum, & omnem perfectionem importans. Item Ennea. 6. lib. 4. cap. 14. *est illic totum, ac item infinitum, & omnia simul, habetque vnumquodque differentiam, ac rursus non differentiam suis finibus aliquo quomodo inesse, & infinitum? Aut ita licet dicere naturam illam omnia simul habere, omnem vitam, omnem animam, omnem similiter mentem, vnumquodque vero ipsorum nullis terminis inter se disiungi, atque idcirco rursus vnum esse.* Et eandem Ennea. 6. lib. 6. cap. 3. *Immensam infinita, si cui occurrerit velut vna, subito occurrit vt multa, num vero si multa dixeris, rursum mentieris: neque vbi quodlibet non est vnum, neque etiam multa sunt omnia. Atque hæc ipsa infinitas est naturæ, vt secundum alteram quidem imaginationem, vnum sit, quatenus autem alteri sit imaginatio, statim.* Consentit Alcinous cap. 9. *Deus* (inquit) *est omni ex parte perfectus, Diuinitas, essentialitas, veritas, commensuratio, bonum: dico autem hæc, non vt separans, sed vt per omnia vnum intelligens.* Eodem pertinere potest illud ex propositione 4. de causis. *In ente puro non est multitudo aliquorum mediorum*, non enim duntaxat de realis multitudinis exclusione loqui videntur, (quanquam vt minimum eam excludat,) sed etiam de exclusione multitudinis per rationem perfectè præscindentem. Denique potest etiam eodem pertinere illud Parmenidis adductum à Cusano lib. 1. de docta ignorantia cap. 23. *Deo esse quodlibet quod est, est esse omne id quod est.*

77 Ex Patribus vnicum pro hac sententia proferam, dimissis aliis alibi adductis. S. ergo Anselmus cap. 16. Monol. cùm dixisset in homine tria hæc prædicata, *rationale, corpus*, & *homo*, non vno modo vel vna consideratione prædicari (id est secundùm eandem rationem obiectiuam) eò quòd homo secundùm aliud sit corpus, & secundùm aliud sit rationale, &

vtrum

vnumquodque hominis, non sit totum id quod est homo; subiungit aliter in Deo philosophandum esse. *Illa verò summa essentia* (inquit) *non sic est aliquid, vt illud idem secundum aliquem modum, aut secundum aliam considerationem, non sit; quia quicquid aliquo modo essentialiter est, hoc est totum quod ipsa est.* Quæ Anselmi verba *magnum, & in tota Christi Ecclesia peruulgandum principium*, appellat Vald. t. 1. lib. 1. art. 1. cap. 2. *initio*. Ac ne quis verba illa de essentia sola, vt prius attributis distinctè concepta, vel de essentia & attributis prout sunt à parte rei, glossandâ existimet, additur ibidem ab Anselmo, *cùm dicitur, iustitia, vel essentia, idem significat quod alia, vel omnia simul, vel singula.* Ex quibus verbis manifestè apparet sermonem esse formalem, & de attributis quoque correspondentibus nostris perfectionibus accidentariis, nominéque pertinentibus ad quidditatem Dei distinctè conceptam sub ratione quidditatis, non tantùm de quidditate quatenus distinctè præintelligitur attributis.

Ex Scholasticis allegari potest D. Thomas cùm aliis locis, tùm opusc. 61. cap. 4. vbi ait *omnia quæ in* Deo sunt idem esse secundum rem, & essentialia esse non accidentalia, ac ratione differre, non ratione definitionis, sed ratione speculationis. Quod declarat in variis attributis, quibus ait variè denominari Deum propter varios effectus; nempe misericordem, Iustum, &c. Quòd si iustitia & misericordia Diuina non differunt definitione, vt ibi ait S. Thomas, sanè neque ratione obiectiua differunt; tametsi speculatione penes varios effectus differant. Id est tametsi non quisquis distinctè profert vnum attributum, distinctè quoque profe-rat aliud, propter specialem [illegible] dinem importatam nomine vnius [illegible] tributi, non nomine alterius; quamuis eadem vtrique nomini de[illegible] & ratio obiectiua subsit. Conferantur Caiet. q. 12. de ente & essentia, T[illegible] & alij recentiores, ac Nominales, & Nyphus ac Aureolus, adducti n. 71. Itaque hæc sententia, ratione & auctoritate satis firmata est.

73 Tantùm superest vt occurramus vni difficultati in contrarium, quæ duci potest ex absurdis locutionibus, ad quas per hanc sententiam parari videtur aditus. Nam si omnia attributa formaliter se includunt, licebit sanè dicere intellectum velle, voluntatem intelligere, potentiam sapere. Quidni enim volitio, tribuatur potentiæ illi quæ formaliter est voluntas, cuiusmodi iuxta nos est intellectus? At constat hæc abhorrere à communi sentiendi & loquendi modo. Ad vitandam ergo huiusmodi locutionum absurditatem, obseruandum est, de eadem omnino ratione obiectiua, nunc confusiùs expressa vt nomine *hominis*, nunc distinctiùs vt nomine *animalis rationalis*, posse varia pronunciari pro varia illa expressione: verbi gratia de definitione obiectiua, prout distinctè sumitur, licet affirmare quòd sit explicatio definiti. Hoc autem de ipso definito nemo dicat, & tamen eadem est vtriusque obiectiua ratio, seu quidditas; alioqui definitio obiectiua non esset id quod nominatur. Item ens non est perfectè præcisibile ab inferiore illo cui inest, iuxta probabiliorem sententiam metaphysicam, quia si ratio entis humani ab homine abstraheretur, nihil planè superesset in homine, quod pugnat cum præcisione perfecta siue abstractione simpliciter dicta, & tamen aliqua attribuimus homini vt

ens

ens sit, quæ negantur de eo vt est tale ens, & contra. Præterea summa genera & differentiæ vltimæ, seipsis conueniunt & differunt, ita vt vna & eadem irresolubilis ratio obiectiua, absque vlla prorsus præcisione, fundet duplicem illam correspondentiam conuenientiæ & disconuenientiæ: neque tamen idcirco licet dicere, differentias quatenus conueniunt disconuenire, vel quatenus disconueniunt conuenire.

Similiter ergo tametsi inter Diuina attributa non intercedat multiplicitas rationis obiectiuæ, sed vna & eadem sit implicitè omnium quidditas & definitio, vt ex D. Thoma suprà dicebamus, tamen vni attributo quatenus distinctè concepto per ordinem ad aliquos actus, non sunt tribuenda quæ eidem tribuuntur per ordinem ad alios: præsertim quia in nobis actus illi diuersi manant à perfectionibus, ratione obiectiua, ac plerumque etiam reipsa differentibus, quibus vnica illa superioris ordinis ratio formalis æquiualet. Quare si ad eam vnicam rationem Dei obiectiuam inadæquatè (quantum ad explicitam conceptionem attinet,) acceptam, referamus quæ ad eam sub alia item distinctè inadæquata eius conceptione referenda fuerant; vt si dicamus intellectum Dei velle, & voluntatem vt sic intelligere, absurda erit attributio, non obstante identitate rationis obiectiuæ vtrobique. Tum quia illa ipsa vnica ratio obiectiua superior, quatenus concipitur distinctè vt continens vnam ex rationibus obiectiuis inferioribus, non continet aliam rationem obiectiuam inferiorem distinctè, sicut differentia obiectiuè & quidditatiuè eadem, quatenus conuenit, non disconuenit: Tum quia per huiusmodi attributiones, innuerent, illas perfectiones plures quæ in ente superiori sunt vnica perfectio & ratio obiectiua, esse quoque vnam perfectionem in inferioribus per ordinem ad quorum perfectiones plures, illa superioris entis perfectio obiectiuè & quidditatiuè vnica, modò distinctè in ordine dumtaxat ad vnum aliquem actum, modò in ordine dumtaxat ad alium concipitur, & modo vt hunc tantùm, modò vt illi perfectioni nostræ correspondens apprehenditur, omnes enim virtualiter continet, tametsi obiectiuè indistinguibilis, vt mox declarabitur.

De fundamento præcisibilitatis secundùm quid, numero 70. asserta.

75 QVARTÒ, dixi præcisibilitatem secundùm quid attributorum ab essentia, & inter seipsa, fundari in virtuali horum extremorum distinctione: & quia non eadem apud omnes est notio distinctionis huius virtualis, sequor Caiet. q. 12. de ente & essentia, & 1. p. q. 39. art. 1. cuius doctrinam approbat Mol. 1. p. q. 28. art. 2. d. 1. aliique permulti. Nihil igitur aliud est distinctio virtualis, quàm illud quod in obiecto reipsa indistincto antecedit, propter quod intellectus possit obiectum illud concipere vt multiplex, & variis in illud, ac saltem non synonimis conceptibus formalibus tendere, per quos obiectum illud actualiter accipiat multiplex esse intellectum, seu distinguatur de facto per mentem. Itaque Deus idcirco ex se dicitur esse virtualiter distinctus, seu fundamentaliter multiplex, quia seclusa omni opere intellectus, habet in se vnde possit terminare conceptus prædictos, eósque causare, & verificare obiectaliter, vt loquitur Caiet. q. illa 12. In Diuinis siquidem

perfectione, tametsi obiectiuè & quidditatiuè vnica, abundantur omnes omnino perfectiones inferiores, ita vt nulla formaliter desit earum quæ ab imperfectione eaui possunt, quia quamuis secundum modum quo participantur à creaturis, specificam diuersitatem habeant, ideoque vt sic spectatæ nequeant in vnam numero quidditatem coalescere, tamen semper præcisè quoad rationes formales earum abstractas, non habent incompossibilitatem, possuntque in vnicam superiorem & illimitatam rationem obiectiuam conuenire.

Ob illum itaque perfectionum inferiorum concursum in vnicam superiorem, superior illa perfectio potest terminare conceptus prædictos, quos cùm de facto terminabit, subibit actualiter distinctionem per rationē, quam ante non subibat nisi virtualiter & fundamentaliter, ob perfectam in ea identitatem plurium perfectionum aliqua quidem per mentem distinguibilium, nondum tamen distinctarum. Quod significauit Capreol. in 1. d. 8. q. 4. ad 1. Scot. contra 1. cùm hanc fundamentalem distinctionem vocauit inchoatam distinctionem rationis, quia scilicet potest de facto accidere rei ex se ad hoc occasionem præbenti, tametsi ante intellectus operationem prorsus indistinctæ, [illegible] illas perfectiones quas intellectus secernet, sine vlla distinctione & multiplicitate habenti. Non tamen idcirco credendum est, illas perfectiones esse tantum virtualiter ac non etiam formaliter in re. Nam vt Caiet. art. illo 1. rectè aduertit, aliud est esse virtualiter alicubi, aliud esse ibi virtualiter distinctum ab aliis, quæ ibidem quoque sint. Dicitur enim perfectio esse alicubi formaliter, si per seipsam insit & denominet intrinsecè subiectum tale, seu si sit in aliquo, vt forma in habente ipsam. Dicitur autem virtualiter tantùm distincta, si ea sit ipsa vna simplex forma, non consurgens ex concursu plurium & actu distinctarum perfectionum, sed tamen sit talis, vt perinde sibi sit ac si distincta & multiplex esset, & ita exerceat propria plurium perfectionum, ac si plures ibi reperirentur. Quod certum in Diuina perfectione accidere) vna enim & eadem obiectiuè ac quidditatiuè, ita exercet propria singularum perfectionum in inferioribus seiunctarum, ac si seiunctionem ipsa haberet.

80 Quod non tantùm valet quoad operationes diuersas creatis perfectionibus diuersis proportionatas, quas ipsa sola vt talis vel talis est principiat, sed etiam quoad specificationem habituum & actuum specie diuersorum, tendentium in eam quatenus distinctè multiplex est. Nam sicut si ipsa esset obiectiuè aut realiter talis, qualis distinctè repræsentatur, posset diuersispecificare actus & habitus in eam sub illis perfectè præcisis gradibus vel perfectionibus tendentes, ita ex identitate obiectiua infinitati eius adiuncta, seu ex omnimoda eius simplicitate formali, nihil illi deperit quominus secundum illas distinctè plures perfectiones spectata, & quatenus talis vel talis est accepta, possit fungi munere illo diuersispecificandi actus aliquos & habitus. Neque verò nouum est ad terminum specificè vnicum terminari actiones specie diuersas, vt expressè affirmat Scotus in 3. d. 14. q. 2. lit. E, & variis exēplis declarat Suar. t. 1. 3. p. d. 31. s. 6. *ad 6. principale*, vt exemplo creationis & generationis quas constat specie differre, tametsi possint esse vnius & eiusdem termini, posito quòd vnio

non

non comprehendatur per modum termini in productione formæ eductibilis, sed sit ipsamet productio facta concurrente subiecto, vt videtur probabilius. Addi etiam exemplum productionis gratiæ per aquam vt per instrumentum, vel absque vsu instrumenti per Deum solum, vbi præternaturalitas causæ vnius actionis, videtur importare specificam diuersitatem illius, ab alia qua gratia fit naturaliter, tametsi vtriusque actionis idem specificè terminus sit, vt notum est. Addi quoque potest exemplum parietis albi, qui per vnicam formam albedinis, obiectiuè seu specificè simplicem, terminat & diuersificat relationes similitudinis & dissimilitudinis, quas alter paries albus, & alter niger, ad eum habent. Nimirum in his aliisque similibus exemplis quæ facile occurrunt, diuersus modus tendendi in obiectum specificè idem, sufficit ad communicandam tendentiis specificam diuersitatem quæ termino deest, quamuis & hic multiplicitatem aliquam subeat, non obiectiuam seu quidditatiuam, sed quatenus subest variis illis tendentiis, spectatúrque inadæquatè ac distinctè, quatenus hanc tantùm vel illam terminare potest. Quod significant qui dicunt terminum in illis casibus esse materialiter vnicum, formaliter multiplicem: vbi (*formaliter*) non est idem quod *quidditatiuè*, vt patet ex dictis, sed innuit tantùm peculiarem illam habitudinem aut connotationem quam dixi.

Illa ergo eminentialis & virtualis multiplicitas perfectionis Diuinæ obiectiuè vnicæ, confert ei vt varias operationes principiet, & diuersos specie actus & habitus discriminet, atque fundamentum distinctionis actualis per rationem, qua non cō-imperfectissimum nullo suo non valentes vno actu intelligibilitatem eius distinctè adæquare, illam dilaceramus, & variis distinctè inadæquatis conceptibus, eam vt distinctè multiplicem exhibentibus, apprehendimus. Quod præclarè his verbis dixit Caietanus q. illa 13. ad 6. *Implent libros Doctores balbutiendo vt possunt excelsa Dei, humano more ratiocinantes. Simplicissimam illam rationem formalem, quæ quod in Deo est formaliter complectentem eminenter perfectiones quas nos conceptibus separatim (atque adeò distinctè propositas) inadæquatè ponentes.* Hæc ille, asserens virtualem pluralitatem in Deo aptè cohærere cum vnitate rationis obiectiuæ, siue formalis, itéque & rectè confirmans, fundamentum distinctionis rationis actualis præuium virtute multiplex. Qui etiam hanc eandem doctrinam valde magnificat 1. p. q. 13. art. 5. *ad tertium.*

Præcisio cum fundamento, non semper est præcisio simpliciter.

81 Hinc verò non aptè infertur, distinctionem actualem rationis ex virtuali oriundam, esse distinctionem simpliciter. Nam potest quoque haberi fundamentum ad distinctionem rationis secundùm quid, ita vt quod passim dicitur, distinctionem rationis ratiocinatæ esse illam quæ intercedit inter extrema reipsa eadem, distinctaque per mentem cum fundamento in re, intelligendum sit de extremis illis quæ plures rationes obiectiuas continent, non autem de illis quæ differunt tantum secundùm explicitam & implicitam exhibitionem eiusdem rationis obiectiuæ, in re præbente fundamentum ad multas illas conceptiones fabricandas, propter virtualem sui multiplicitatem, ac multiplicem connotationem. Et quā-

quam in creatis, ob finitatem, multiplicitas illa sufficeret ad diversas rationes objectivas pro diversitate connotationum secernendas, tenúsque mentaliter perfectè præscindendam, tamen universaliter loquendo, non ita est: quia reflexione facta super conceptus objectivos variis illis connotationibus substratos, potest aliquando occurrere eadem quidditas & ratio objectiva actu imbibita in omnibus, tametsi confusè tantùm menti occurrens. Et ita reverà fit in singulis Diuinis attributis, hoc ipso quòd concipiuntur vt entia essentialiter increata, seu à se.


Ex eodem quoque fundamento vides, falsam esse sententiam illam, quam Ægidius à Carbonaria tractans in 1. dist. 2. quæst. 2. malè affingit Sancto Thomæ: nempe quòd pluralitas Diuinorum attributorum à nobis fabricata mentaliter, ex parte tantùm intellectus nostri se teneat. Hoc enim neque D. Thomas dixit, neque verum est. Nam quamuis pluralitas actualis attributorum Diuinorum fabricetur per mentem, sitque tantùm à nobis, tamen ex parte objecti præit fundamentum & occasio multiplicitatis illius secundum quid, objecto realiter & objectiuè simplici, superinducendæ, vt ex dictis compertum est. Qua etiam ex causa idem S. Doctor in 1. d. 22. q. vnica art. 3. ad 4. negat distinctionem Diuinorum attributorum esse tantùm rationis ratiocinantis, quasi scilicet sit tantùm grammatica repetitio ejusdem extremi eodem modo bis accepti, vt cùm dicitur (Petrus est Petrus,) nullúmque interueniat fundamentum distinctionis: non tamen propterea astruit distinctionem rationis ratiocinatæ, importantem plures rationes objectiuas simpliciter præcisas.

In Deo fundamentalis præcisio, non est per ordinem ad plura, sicut actualis.

84. Malè denique ex prædictis inferretur sicuti Deus ante ordinem ad quæcunque creata, imò ad quæcunque creata distincta, habet virtualem illam pluralitatem quam diximus, ita & actualem habere absque illo ordine. Nam de fundamentali quidem, quòd penitus absoluta sit, ex eo patet, quòd pluralitati actuali creaturarum præintelligenda sit Diuina virtualis pluralitas tanquam causa: pluralitati verò relatiuæ quam in Deo esse docet Fides Christiana, præeat virtualis pluralitas intellectus & voluntatis, ex quibus reddenda est ratio illius pluralitatis Deo intrinsecæ, seu cur vna processio sit generatio, non alia. Vt proinde clarum sit, distinctionem Diuinam fundamentalem; (secluso transcendentali respectu Dei ad creaturas,) competere Deo ante vllum ordinem ad quamcunque pluralitatem realem creatam vel increatam. *Dixi secluso transcendentali respectu Dei ad creaturas*, quia si admitteremus aliqua Diuina attributa esse transcendentaliter respectiua creaturarum, vt est quorundam Recentiorum sententia, quàm infra discutiemus agentes de Diuina omnipotentia, consequens fatendum fore attributa illa non competere Deo nisi per ordinem ad hujusmodi creaturas eamque suppositionem omnino respuunt S. Thom. quæst. 7. de potentia art. 6. & alij qui negant aliqua attributa competere Deo per ordinem ad creaturas quod patet ex fundamento quod communiter plerique diserte adhibent, nempe quod etiamsi per impossibile nullæ essent aut esse possent creaturæ adhuc verum esse posset contineri in

Deo perfectionem illam essentialiter necessariam cuius participatio quædam est creatura illa, secundum quam dicitur posse competere Deo attributum aliquod, quæ argumentatio apertè excludit transcendentalem respectum attributi ad creaturam, nam quod essentialiter seu transcendentaliter respicit aliud, non potest esse eo sublato, ut per se constat, ex necessaria dependentia inter extrema sic relata. Excluso igitur eo Divinorum attributorum respectu ad res creatas, sic statuendum est quoad fundamentalem Divinorum attributorum pluralitatem. At pluralitatem actualem rationis, quæ est partim pluralitatis fundamentalis, facilè concesserim non posse induci sine prædicto ordine. Nam obiectum est unitissimè & omnimodis unum, ut rectè urget Dur. in 1. d. 2. quæst. 3. num. 15. Ergo quamdiu sisteris in ipso, nulla habebitur multiplicitas actualis. Quod decem argumentis ex Godofredo & aliis confirmatur apud Capreol. in 1. d. 8. quæst. 4. *in argumento ultimo loco proposito contra* 2. Si opponas, rem ita se habere ad cognosci, sicut se habet ad esse, respondendum erit, cùm res per ipsam cognitionem accipit aliquale esse quod ante non haberet, mirum non esse si aliter se habeat ad cognosci quàm ad esse. In nostro autem casu per distinctionem actualem, seu per cognitionem multiplicitatis illius fundamentalis, confertur ipsi distinctioni fundamentali, pluralitas actualis quæ antè aberat. Itaque non est omnino idemmet esse quod cognoscitur, cùm illa pluralitas virtualis cognoscitur distincta actualiter, & quod cognitioni illi præiacet.





DISTINCTIO VII.

De proprietatibus transcendentalibus essentiæ Dei accommodatis.

1 Est igitur Deus essentia tantùm, nullis, ne à mente quidem perfectè præscindente apponendis accidentibus, obnoxia, *cùm ratio* (vt rectè dixit Auctor libri de cognitione veræ vitæ c. 5. & 8. & 12.) *astruat nihil Deo esse accidentale, sed totum quod de eo prædicatur, ei esse essentiale.* Et hac de causa dixisse videtur Plotinus Ennea. 6. lib. 6. cap. 8. nihil esse essentia Dei essentialius. Quia tamen conceptu distincto (vt vidimus,) essentia Dei huc vsque explicata, secerni potest à perfectionibus aliis Diuinis positiuis distinctè & explicitè acceptis, ac vt sic attributorum siue proprietatum Diuinarum nomen obtinentibus: imò quia à formis per prædicata quædam negatiua importatis, & proprietatis rationem habentibus, reipsa distinguitur, eo modo quo ens & non ens distingui possunt à parte rei. Idcirco ad Diuinarum illarum proprietatum siue attributorum considerationem veniendum est, initio facto à transcendentalibus, quippe quæ etiam in creatis prima attributa censentur, eò quòd minus addant entitati & essentiæ, sintque generalissima, & aliis ordine naturæ priora. Inde ad reliquas Dei proprietates quæ naturam eius vt intellectualiter viuentem affectantur, gradum faciemus. Sunt autem transcendentales illæ passiones ternario numero comprehensæ, & hoc ordine dispositæ, vt prima sit vnitas, sequatur veritas & bonitas, quæ omnia constant ex prima Philosophia. Ab vnitate igitur, & iis quæ ad eam attinent ordiendum est.

QVÆSTIO I.

De Diuina vnitate.

VNITATEM transcendentalem esse formaliter aliquid negatiuum, quicquid contrà aliqui Recentiores asserant, confirmatum latè est in prima Philosophia. Neque tamen idcirco existimandum est vnitatem nõ competere Deo formaliter. Quamuis enim Caiet. q. 12. de ente & essentia, dicat nefas esse ponere formaliter in Deo negationem, tamen multis ex capitibus patere potest, non modò fas, sed & necessarium esse negationes aliquas ponere in Deo formaliter, vt bene contra Eunomium, hoc ipsum quod Caietanus dixit, asserentem, disputat Basilius lib. 1. contra Eunom. circa medium, & annuit D. Thomas in 1. d. 34. quæst. vnica, art. 1. ad 3. allegans S. Dionysium in libro de mystica Theologia, asserentem creaturarum omnium entium negationes esse in Deo. Et verò an non Deus formaliter est diuisus & distinctus à qualibet creatura, non finitus, non mensus, ac denique omnium imperfectionum nostrarum negationibus præditus, & quidem à parte rei ac citra opificium intellectus? Negationes enim sunt suo negatiuo modo à parte rei, sicut omnibus dormientibus noctu insunt aëri tenebræ, siue non lux, & lapis nemine cogitante est non videns, vt rectè asserit idem Caiet. 1. p. quæst. 39. art. 1. ad 2. & quæst. 48. art. 2. contra Capreol. in 1. d. 2. quæst. 1. ad 1. *Aureoli*, & d. 8. quæst. 4. *ad 6. Scoti contra* 1. Neque verò imperfectio vlla ex huiusmodi negationibus Deo formaliter & reipsa attributis inferri potest, quin potius habetur inde magnarum imperfectionum à Deo remotio, vt ex sequentibus manifestum erit.

ARTICVLVS I.

Indiuidualis Dei vnitas, ratione & auctoritate stabilitur.

ASSERTIO.

Vnitatem Dei simpliciter dictam, siue essentialiter indiuidualem, & demonstratiua ratio euincit, & Philosophi solo naturæ lumine perfectam habere potuerunt, & verò etiam habuerunt.

1 PRIMO dixi, vnitatem simpliciter dictam siue indiuidualem esse de Deo demõstrabilem, cum enim disputatur de vnitate Dei, non tantùm quæritur an Deus sit indiuisus in se & à se, quod habent omnia entia, sed etiam an sit essentialiter singularis, ita vt non modò sit re vera vnicus, seu, vt loquitur Ruffinus initio symboli *enarratione* vnus, sed essentialiter quoque sit talis, repugnetque dari plures Deos. Huiusmodi ergo vnitatem posse de Deo demonstrari negat Ocham. & ex eo Gabriel in 1. d. 2. q. 10. art. 2. sed malè. Nam si demonstratur dari verum Deum, demonstratur quoque eum esse vnum, quia vt ait Phœbadius lib. contra Arrian. circa initium, *Deus si non vnus & verus est, Deus non est*. Imò existimo vnitatem esse de Deo à nobis demonstrabilem à priori, demonstratione ducta ex ratione essendi à se, in qua immediatè fundatur negatio illa communicabilitatis cuiuscumque, in qua cõsistit vnitas indiuidualis. Quod est contra Gillium lib. 2. tract. 3. c. 6. num. 2.

numa. negantem posse à nobis viatoribus vnitatem de Deo demonstrari à priori, qui sanè eodem iure asserere debebit, vnitatem in communi non esse passionem, à priori demonstrabilem de ente, quod est contra omnes Metaphysicos, apud quos vnitas demonstratur à priori de ente, per rationem seu qualemcumque definitionem entis, putà per hoc quod est habere essentiam realem. Eodem modo, assumendo rationem quasi quidditatiuam & definitionem Dei, quamtumuis non in se visam, clariorem tamen Deo expressam sub nomine Dei, quod erit minus extremum demonstrationis, poterimus inde formare demonstrationem à priori de vnitate Dei. Quòd si euidentia qua rationem illam obiectiuam inspicimus, officeret huic demonstrationi, vt vult Auctor allegatus, officeret quoque omnibus aliis de Deo per eandem Dei rationem formalem demonstrationibus, atque ita vniuersa naturalis Theologia euerteretur. Iam verò Diuinam indiuidualem vnitatem demonstraturi, audiamus Tertull. l. 1. contra Marcion. c. 12 ita monentem, *Deum ne scias vnum esse debere, nisi quid sit Deus.* Itaque additas suprà Dei descriptiones articulamus.

Deus est vnicus, quia est ens à se.

2 In primis diximus Deum esse ens à se, quidque sit essentialiter suum esse: vnde sic licet argumentari. Quod est essentialiter hoc, & indiuiduum, non potest multiplicari, radix enim multiplicitatis numericæ est communicabilitas essentiæ, & eo ipso intra aliquam naturam possunt esse multa indiuidua, quòd natura potest per hæcceitates quidditati extrinsecas restringi ad hoc vel hoc indiuiduum: Atqui natura quæ est à se, est essentialiter hæc, siue indiuidua. Nam nisi ita esset, liceret concipere naturam illam vt communem & vniuersalem; hoc autem est impossibile, quia natura vniuersalis & communis, non potest esse essentialiter existens, cùm vniuersalibus repugnet existentia, nec nisi singularibus competat, vt notum est ex prima Philosophia, demonstratque Suar. disp. 5. Metaphys. sect. 1. Ac proinde quidditas illa, cui intrinsecum est existere actu, cuiusmodi est quidditas Diuina hoc ipso quòd est ens à se, vel esse suum esse, non potest concipi vt communis, sed tantum vt singularis: Ergo quidditas Diuina non potest multiplicari, atque adeò Deus est essentialiter vnicus. Aliter sic proponi potest idem argumentum. Existentia essentialiter exercita non potest esse aut intelligi communis: sed existentia essentialiter exercita est essentia Dei, vel ad eam pertinet; ergo essentia Dei non potest concipi vt communis. Sanè si liceret Diuinam quidditatem concipere vt communem, necesse esset ipsam ex se esse indifferentem ad plura inferiora, vt in omnibus quidditatibus communibus visitur: atque ita quia ipsa non posset semetipsam restringere & determinare ad vllum indiuiduũ, (quomodo enim posset se determinare, quæ non concipitur existere, antequàm sit singularis, nec in eo negotio habet rationẽ causæ liberæ, cuius solius est determinare semetipsam) quia inquam ipsa Diuina quidditas non posset restringere seipsam, oporteret eam restringi & determinari ad tale vel tale indiuiduum per causam externam, quo ipso ens à se haberet extrinsecam causam, quæ est aperta & explicata contradictio. Fortassis autem poterit ad hunc sensum trahi ratio Aristotelis 12. Metaphys. cap. 8.

colli

a singularitate unitatem Dei ex defectu materiae. *Quaecunque* (inquit) *multa numero, & materiam habent, una enim & eadem multorum ratio est, veluti hominis. Socrates vero unus: ipsum vero quod erat esse primum, non habet materiam, actus enim est. Unum ergo et ratione et numero primum movens immobile ens est.* Haec Aristoteles, valide, si nomine materiae intelligatur natura contrahibilis per haecceitatem.

4 Ad hanc ex primo Dei descriptione petitam unitatis Divinae probationem revolvi potest illa alia quod Deus cum sit primum ens, debeat esse maxime unus, quia entia ipso uno sunt entia, ut elegantissime ratiocinatur Boetius lib. 3. de consol. prosa 11. & Plotin. Ennead. 6. lib. 9. cap. 1. *Omnia* (inquit Plotinus) *entia ipso uno sunt entia, tam quae primo entia sunt, tam etiam quae quoquo modo in rerum ordine numerantur. Nam & quidnam forent, nisi unum forent? Si quidem privata uno, non amplius sunt quod esse dicuntur. Neque enim exercitus erit, nisi fuerit unum, neque chorus, neque grex aliter, nisi singulariter sint & unum. Tum vero nec domus, neque navis erunt nisi possideant unum, quandoquidem domus unum aliquid est, & navis. Quod quidem si abstuleris, nec domus ulterius erit domus, neque navis similiter erit navis. Continuae igitur magnitudines, nisi insit unum, nunquam erunt. Cum itaque dividuntur, quatenus amittunt unum, esse quoque commutant. Quinetiam plantarum animaliumque corpora quae unum singula sunt, si quando fugerint unum, in multitudinem videlicet dissipata, essentiam statim suam quam habebant, amittunt, nec quae prius erant ulterius erunt: sed statim evadunt alia, quaecunque & ipsa sunt, quatenus sunt & unum. Tum praeterea viget sanitas, quando corpus continuatur in unum: tunc pulchritudo floret, quando partium natura membra continuit: tunc virtus in anima regnat, quando in unum coit, & in unum conspirat consensionem.* Et paulo post. *Eorum sane quae dicuntur entia, quodlibet sit & unum, sive & hoc ipsum quod est in se habet. Quapropter & minus quidem entia, minus etiam unum possident: quae vero magis sunt, similiter sunt magis & unum.* Atque adeo quod est summe ens, quia est seipso, debet esse summe unum; sicut caetera quae magis sunt entia, eo sunt magis una, ut idem Plotinus annotat. E contra vero creaturae quia sunt entia inferiora & imperfecta multiplicantur, sed ita tamen ut praemitti necesse sit unitatem primi illius entis. Quod argumentum ad Dei unitatem probandam pulcherrime urget Simplicius in cap. 34. Enchiridij Epicteti, verbis illis. *Necesse est unum esse ante multitudinem: quod unumquodque multorum, aut unum esse necesse est ob participationem unius, aut nihil esse prorsus. Praeterea necesse est ante omnem proprietatem, esse principalem unitatem, unde omnis proprietas inter multa distribuitur. Nam a Divino & principali pulchro, pulchra omnia producuntur, & a prima Divina veritate, omnis veritas. Necesse igitur est omnia principia ad unum referri principium, quod non ex parte principium quoddam sit, sicut reliqua singula, sed quod sit principiorum omnium principium, & eximium, omniaque caetera in sese contrahat, & omnibus a sese principij dignitatem communicet praevideatque impertiat, cum ea quae par est remissione & diminutione. At ita quidem absurdum est, duo, aut omnino plura esse principia prima statuere.* Et iterum in caput 1. *Res omnes cum inter sese differant, suisque differentijs complicentur, ad unum singulae suum principium reducuntur. Velut pulchra omnia, quaecunque & ubicunque sunt sive in corporibus sive in animis, ad unam redeunt pulchritudinem fontem: sic etiam*

euidentia, sic etiam omnia, & neque principia omnia, sicut primum principium voluntati, neque principium & fontem & bonitatem fontem earum ea quæ dicit à unitatem & proportionem. Quare unus rationem habet unum illud principium ad res omnes; tandem habet incomparabilem principium ad eam multitudinem quæ sub ipsius proprietate continetur. Neque enim aliter fieri potest, quia unaquæque multitudo, distributio aliqua separata, ad suum illud principium conuertitur, à quo omnibus una & eadem forma affulgeat. Omnisque enim multitudinem vnum antecedit, & omnis quæ in multitudine est proprietas, ab uno ad multa porrigitur. Omnia igitur singularia principia in [illegible] consistunt, ac neque creatur, non [illegible] neque loco; sed ut in vno puncto, & vbi omnis multitudo, & in vnitate numerus, illud enim est omnia, ante omnia, sic in uno principio multa principia multiplicantur, & in vna bonitate multæ bonitates sunt collectæ. Atque illud non est principium, & unumquodque religionum, aliud pulchri, aliud veritatis, aliud congruentiæ, aut alterius alicuius; sed simpliciter eorum quæ sunt principium, sed principium principiorum.

Et quia est ens necessarium.

5 Descripsimus præterea Deum per rationem entis necessarij, vnde hic licet Diuinam vnitatem colligere. Ens essentialiter necessarium de facto tam non multiplex quam esse potest, siquidem enim non esset ens essentialiter necessarium in essendo, si esse & posse esse in eo differrent; atqui multiplicabilitas entitatem naturæ communis, vt inductione manifestum est, extenditur ad infinita indiuidua, quibus enim illa communitas infinities restringibilis, eorum indifferentiam infinitas vocabimus; ergo si natura essentialiter necessaria, sit communis & multiplicabilis, oporteret dari de facto infinita indiuidua Deitatis, quæ nemo vnquam quantumuis impius induxit, nec vero induceret vnquam, cum nulla argumenta ex illis quibus inducimur ad Deum admittendum, illos Deorum singulos, vel infinitos imperiales, persuadeant: imò ex eius nullo prorsus sit quod fauerat vel fauere multiplicationi Diuinitat. Omnia siquidem non modò æquè bene se habebunt posito vnico ente necessario ac vnico primo principio, sed etiam meliùs, vt postea declarabitur. Quo ferè modo Aristoteles vnitatem primi motoris collegit 8. Phys. tex. 48. *Vnum (inquit) magis quam multa, & finita quam infinita oportet existimare. Semper enim finita prius quam infinita sumenda sunt, si modo eadem sunt. In ijs enim quæ sunt natura, finitum sit potius, & id quod melius est oportet, si modo esse possit. Sufficiens autem est & unum, quod cum primum immobilium sit perpetuum, cæteris erit principium motus.* Hæc Philosophus. Itaque si ens necessariũ non multiplicatur de facto infinitè, vt inde compertum est, ne finitè quidem multiplicabitur, aut multiplicari poterit, sed vnicum erit essentialiter. Vrgent perclarè hanc rationem S. Irenæus lib. 2. cap. 1. & Tertull. in Marcion. l. 1. cap. 5. exagitat enim Marcionem geminæ Deitatis assertorem, exigens cur non plura sint Deitatis indiuidua si duo dentur, quandoquidem locupletiorem oportere credi substantiam Diuinitatis si competeret ei numerus. Additque liberalius Valentinum ad triginta Æonum fœtus, tanquam Æoniæ scrophæ, examen Diuinitatis effudisse, honestiùs etiam facturũ si plura semper & plura posuisset indiuidua Deitatis. Nam quæ ratio patitur duo poni, patitur etiam poni alia plura, & ita

ita absque termino. Vsus etiam est eo argumento Prudent. in Hamartigenia, *non multum ab initio.*

Et quia est actus purus.

6. Tandem descripsimus Deum per rationem actus puri, ex qua sic licet argumentari pro Diuina vnitate. Si actus purus esset multiplex, verbi gratia duplex, ergo vnus ex illis vel esset altero minor, vel superior, vel æqualis: Ex duobus prioribus sequitur manifestè defectus alicuius perfectionis in vno, nempe in minore. Et idem quoque habetur ex tertio membro; nam vnusquisque ex illis pluribus non esset alter, atque ita careret omnibus perfectionibus alteri propriis, & cùm quilibet sit infinitè perfectus, quippe Deus, quilibet eorum careret infinita illa perfectione quæ esset in altero. Neuter igitur esset actus purus, qui debet totaliter excludere non esse, & defectum perfectionis. Hoc argumento Dei vnitatem collegit Ficinus 2. de immort. cap. 2. & iam olim Xenophanes & Zeno apud Aristotelem in fragmento 3. de Zenone *ferè initio*, & apud Eusebi. lib. 4. cap. 5. Probat enim Zeno Deum esse vnum, quia est præstantissimus omnium entiũ, nec possunt esse duo summa entia & præstantissima. Quod argumentum pulchrè prosequuntur Irenæus l. 4. cap. 5. & Tertull. 1. in Marcionem à cap. 3. ex quo pauca adscribo. *Quantum humana conditio de Deo definire potest, id definio quod & omnium conscientia agnoscet, Deum, summum esse magnum, in æternitate constitutum, innatum, infectum, sine initio, sine fine. Hunc enim statum æternitati censendum, quæ summum magnum Deum efficiat, dum hoc est in Deo, ipsa, atque ita & cætera, vt sit Deus summum magnum, & forma & ratione, & vi & potestate. Cùm de illo consenserit omnibus (nemo enim negabit Deum summum magnum quid esse, nisi qui poterit Deum, imò, modicum quid è contrario pronuntiare, vt Deum neget, auferendo quod Dei est,) quæ erit iam conditio ipsius summi magni? Nempe vt nihil illi adæquetur, id est, vt non sit aliud summum magnum, quia si fuerit, adæquabitur: & si adæquabitur, non erit iam summum magnum euersa conditione, & vt ita dixerim lege, quæ summo magno nihil sinit adæquari. Ergo vnicum sit necesse est quod fuerit summum magnum, par non habendo, ne non sit summum magnum. Ergo non aliter erit, quàm per quod habet esse, id & vnicum omnino. Proinde Deus cùm summum magnum sit, rectè veritas nostra pronuntiauit: Deus si non vnus est, non est. Non quasi dubitemus esse Deum, dicendo si non vnus, non est: sed quia quem confidimus esse, id eum definiamus esse quod si non est, Deus non est, summum scilicet magnum. Porrò summum magnum vnicum sit necesse est. Ergo & Deus vnicus erit, non aliter Deus, nisi summum magnum. Nec aliter summum magnum, nisi parem non habens, nec aliter parē non habens nisi vnicus fuerit. Certè quemcunque alium Deum induxeritis, non alias poteritis eum formam tueri Deum, quàm vt illi proprium Diuinitatis adscripseritis, tam æternitatem, quàm & summum magnum. Duo ergo summa magna quomodo consistent, cùm hoc sit summum magnum, par non habere: Par autem non habere, non competat, in duobus esse nullo modo possit.* Hæc & alia bene multa eo loco Tertullianus, quæ in pauca contraxit Nouatianus libro de Trinitate cap. 4. & Prudentius in Hamartigenia *ferè initio*, vbi hæc inter cætera.

Aut vnus Deus est, rerum cui summa potestas.
Aut quia cum duo sunt, minuuntur deficit summa.

Patri nihil [illegible], nisi plane contrarium.

Eodem recidit ratiocinatio quæ habetur apud Clem. Romanum 3. recognit. initio, ubi Simon Magus hæ- stionem S. Petri disputationem expo- nens, unum (inquit) esse dixisse Patrem *omnium, quia non possunt esse duo immensi, alioquin neuter eorum immensus erit, quia in eo in quo alter subsistit, alteri finem sub- sistendi facit.* Ubi immensitas, pro es- sentiali infinitate est accipienda.

7 Paulò etiam aliter, sed tamen ali- ter, illudmet argumentum de impos- sibilitate multiplicis summi magni urget suprà Tertullianus, & Boetius 3. de consolat. prosa 10. Rich. Victor. 1. de Trinit. c. 24. Damasc. 1. de fide cap. 15. & optimè Nyssenus in pro- œmio orationis magnæ Catecheticæ, ubi docens quomodo se gerere de- beat qui Ethnicum suscipit edocen- dum, ita loquitur. *Quando cum dispu- tandum erit aliquo ex iis qui Græci fu- erint, rectè erit si ducendi hoc sumatur ini- tium. Utrum Deum esse existimet, an sit in opinione eorum qui dicuntur Athei, quod Deum non esse censeant. Atque si Deum quidem non esse dicat, ex iis quæ artificiosè & sapienter in mundo administrantur, in- ducetur ut per ea fateatur esse quandam vim quæ in iis ostenditur superiorem universi- tate. Sin autem Deum quidem non esse du- bitet, sed eo delabitur ut Deorum putet esse multitudinem, hac adversus eum utemur consequentia; Deumne perfectum esse pu- tet, an cui desit aliquid? Quod si, ut est con- sentaneum, Divinæ naturæ perfectionem sua tribuat testimonio, exigemus ut ipse sit perfe- ctum in omnibus quæ considerantur in Di- vinitate: ne Deus consideretur commi- stus ex iis quæ sunt contraria, nempe ex eo quod est mancum, & ex eo quod est perfe- ctum. Sed sive in potestate, sive in boni no- tione, sive in sapientia & æternitate & in- corruptione, & si aliqua alia quæ Deum decet intelligentia, tendit in contemplatio- nem, omnino astruitur in Divina natura considerari perfectionem ex hac conse- quentia rationis conficiatur. Hoc autem mihi de- ex non erit omnino difficile, cogitationem dissipatam dispersamque in Deorum multi- tudinem, deducere ad Divinitatis unius confessionem. Si enim omnino dederit se per- fectionem fateri in subiecto: docet autem multa esse perfecta quæ per eadem expo- nuntur, sumatque accipiant sibi aliorum ac formam, necesse est omnino ut iis quæ nulla discernuntur mutatione ac diversita- te, sed in iisdem considerantur, aut pro- prium ostenderet, aut si nihil proprii ac pe- culiariter mentis comprehendendum accipit, in iis in quibus non est quod discernat, non existimare esse discretionem. Sic enim neque in eo quod est plus aut minus, inveniat dif- ferentiam, quoniam diminutionem non ad- mittit ratio perfectionis: neque in eo quod est deterius ac præstantius. Neque Divini- tatem de eo putarit, subiiciat, à quo dete- rioris nomen non est appellatio. Neque in eo quod est antiquum & recens. Nam quod non semper est, Divinum non potest existi- mari. Sed si una est & eadem ratio Divi- nitatis, cum nulla in illis inveniatur pro- prietas, ut est consentaneum, necesse est om- nino, ut aberrans & falsa de multitudi- ne Deorum phantasia, compellatur ad con- fitendam unam Divinitatem. Nam si bo- nitas & iustitia, sapientiaque, & potentia, similiter & eodem modo dicitur, interitu- praque & æternitas, omnisque notio pia eodem modo consistitur, omni qualibet ra- tione sublata differentiæ, simul necessariò tollitur à dogmate Deorum multitudo, cum quæ est per omnia, ut ita dicam iden- titas, fide ad unum deducat.* Bene item hoc argumentum expressit Nyssenum imitatus Damasc. 1. de Fide, cap. 5.

Denique nonnihil diversa ratione illud idem argumentum de summo magno non multiplicando proponit Lactant. 1. instit. cap. 3. verbis illis.

Deus

Deus qui est aeterna mens ex omni vtique parte perfecta, consummataque virtus est. Quod si verum est, vnus sit necesse est. Potestas enim, vel virtus absoluta retinet suam propriam firmitatem. Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere; id perfectum, cui nihil possit accedere. Quis dubitet potentissimum esse Regem, qui totius orbis habeat imperium? & vtique merito: cum illius sint quae vbique sunt, omnia: cum ad eum solum omnes vndique copiae congerantur. At si plures partiantur orbem, minus certe opum, minus virium singuli habebunt, cum intra praescriptam portionem se quisque contineat. Eodem etiam modo Dij, si plures sint, minus valebunt, aliis tantundem in se habentibus. Virtutis autem perfecta natura, non potest esse nisi in eo in quo totum est, non in eo, in quo pars exigua de toto est. Deus vero, si perfectus est vt esse debet, non potest esse nisi vnus, vt in eo sint omnia. Deorum igitur virtutes, ac potestates infirmiores sint necesse est, quia tantum singulis deerit, quantum in caeteris fuerit: ita quanto plures, tanto minores erunt. Quid, quod summa illa rerum potestas, ac Diuina vis ne semel quidem diuidi potest? Quicquid enim capit diuisionem, & interitum necesse est. Si autem interitus procul est a Deo, quia incorruptibilis est, & aeternus: consequens est, vt diuidi potestas Diuina non possit. Deus ergo vnus est, si nihil esse aliud potest, quod tantundem capiat potestatis.

Accedit ad hanc argumentationem illa quam S. Anselmus libro de Incarnatione verbi cap. 4. ducit ex ratione summi boni, his verbis: *Quod vero vnus solus Deus sit, & non plures, hinc facile probatur: quia aut Deus non est summum bonum, aut sunt plura summa bona, aut non sunt plures Dij, sed vnus solus. Deum vero summum bonum esse, nullus negat: quia quicquid aliquo minus est, nullatenus Deus est: & quicquid summum bonum non est, minus est aliquo, quia minus est summo bono. Summum certe bonum, plura non sunt ab inuicem, vt plura sint summa bona. Si enim plura sunt summa bona, paria sunt. Summum ergo bonum est, quod sic praestat aliis bonis, vt nec par habeat, nec praestantius. Summum ergo bonum, vnum & solum est: non igitur sunt plures Dij, sed vnus & solus est Deus: sicut summum bonum est vnum & solum: sic summa substantia, vel essentia, siue natura, quae eadem ratione, qua summum, nullatenus pluraliter dici posse probatur.* Et hactenus ex Dei descriptionibus vnitatem eius collegimus. Quod argumentandi genus ita potens est vt idcirco Chrysostomus in Psal. 82. concludat eum qui multos Deos agnoscit Deum diffiteri, propterea quod vera Dei ratio bene percepta pluralitatem excludat: sitque multorum Deorum admissio vnius negatio. Quod aliter dixit S. Athanas. orat. contra idola sub finem. *Multitudo numinum nullitas numinum.* Nunc alia quaedam capita prosequamur.

Alia vnitatis Diuinae probationes.

Argumentari ergo praeterea possumus cum Pythagora, ex quo illa refert Iustinus lib. de Monarch. *Si quis dicet Deus sum praeter vnum, is debet mundum huic parem condere, & dicere hic meus est. Nec solum condere, & dicere meus est, sed habitare ipse in eo quem fecerit. Hic autem ab eo factus est.* Sic Pythagoras, quasi diceret, cum Dei existentia colligatur ex mundo quem produxit, vnicus autem productus sit mundus, (quae enim ad plures mundos comminiscendos coniectura queat suppetere?) restat vt quisquis plures Deos comminiscitur, fateatur se id gratis fingere, ac sine vllo fundamento. Argumentari insuper possumus cum Aristotele 12. Met. *in fine* ducto

argumento ex mundi gubernatione. *Entia (inquit) nolunt male gubernari, non est bona pluralitas principatuum, unus ergo princeps.* Quia igitur ex 8. Ethic. c. 10. & ex aliis quæ concorrunt Sanderus toto lib. 3. visibilis Monarchiæ, Bellarm. lib. 1. de Pontif. cap. 1. Lipsius 2. monit. polit. cap. 1. & Coccius to. 1. lib. 7. art. 2. gubernatio perfectissima, est monarchica, inde manuducimur vt cognoscamus vnum dari supremum mundi gubernatorem. Viget elegantissimè hoc argumentum Prudentius *sub initium* Hamartigeniæ post S. Cyprianum de vanitate idolorum num. 53. quę verbatim propè expressit Minutius in Octauio num. 18. cuius hæc est disputatio. *Inquirendum putas vtrum vnius imperio, an arbitrio plurimorum, cœleste regnum gubernetur: quod ipsum non est multi laboris aperire cogitanti imperia terrena, quibus exempla vtique de cœlo. Quando vnquam regni societas aut cũ fide cœpit, aut sine cruore discessit? Omitto Persas de equorum hinnitu augurantes principatum, & Thebanorum præmortuam fabulam transeo, ob pastorum & casæ regnum de geminis memoria notissima est: generi & soceri bella toto orbe diffusa sunt, & tam magni imperij duos fortuna non cepit. Vide cætera, rex vnus apibus, dux vnus in gregibus, in armentis rector vnus: Tu in cœlo summam potestatem diuidi credas, & scindi veri illius ac Diuini imperij totam potestatem? cum palam sit parentem omnium Deum, nec principium habere nec terminum: qui natiuitatem omnibus præstet, sibi perpetuitatem, qui ante mundum, fuerit sibi ipse pro mundo; qui vniuersa quæcumque sunt, verbo iubet, ratione dispensat, virtute consummat.* Paulò aliter idem argumentum vrget Lactant. lib. de ira Dei c. 11. *Deus (inquit) vnus est, in quo vis & potestas consummata est, nec minui potest, nec augeri. Si autem sunt multi, dum habent singuli potestatis aliquid, ac muneris, summa ipsa decrescit, nec poterunt singuli habere totum, quod est commune cum pluribus: vnusquisque tantum deerit, quantum cæteri possidebunt. Non possunt igitur in hoc mundo multi esse rectores, nec in vna domo multi domini, nec in naui vna multi gubernatores, nec in armento aut grege duces multi, nec in vno examine multi reges. Sed nec in cœlo quidem multi Soles esse potuerunt, sicut nec animæ plures in vno corpore, adeò in vnitate natura vniuersa consentit. Quod si mundum*

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet:

Apparet testimonio Poëtæ, vnum esse mundi habitatorem Deum. Siquidem corpus omne, nisi ab vna mente incoli, regique non possit. Omnem igitur Diuinam potestatem necesse est in vno esse, cuius nutu & imperio regantur omnia, & ideo tantus est, vt ab homine non possit aut verbis enarrari, aut sensibus æstimari.

9 Frustrà verò ad eludendam vim prædictæ ratiocinationis petitæ ex vnitate gubernatoris, fingeretur aggregatum plurium agentium intellectualium supremorum, cum quadam æqualitate quoad independentiam in essendo & agendo. Quorsum enim id comminisceremur, cùm nullum sit indicium multarum illarum causarum primarum, & necesse sit quamlibet earum esse imperfectam & insufficientem ad suum effectum, vel alias esse supervacaneas, cùm tamen quælibet earum debeat esse ens infinitum, atque adeò sufficientissimum ad omnia factibilia? Item cùm prima causa debeat esse libera, poterit vna resistere alteri si plures sint, & vna volente pluuias, altera poterit velle excitare ventum. Ita Trismegistus c. 11. Pimandri, & S. Athanas. *sub initium*

ora

orationis contra idola: & esse rationem communem Doctorum dicit Rabbi Moyses lib. 1. directoris dubitantium cap. 74. Nec verò poterit vna in alteram habere efficaciam, si vtraque est libera & infinitæ virtutis. Neque maior est ratio cur vna incipiat, quàm potiùs alteri consentiat, quàm altera. Possent ergo huiusmodi plures primæ causæ, lites inter se interminabiles agitare, vt rectè vrget Lactant. lib. 1. institu. cap. 3. *Non videntne (inquit) qui Deos multos esse credunt, fieri posse vt aliquid diuersum velint, ex quo inter eos disceptatio & certamen oriatur, sicut Homerus bellantes inter se Deos finxit? cùm alij Troiam capi vellent, alij repugnarent. Vniuersum igitur arbitrio vnius regi necesse est. Nisi enim singularum partium potestas ad vnam prouidentiam referatur, non poterit summa ipsa constare, vnoquoque nihil curante amplius, quàm quod ad eum propriè pertineat; sicut ne res quidem militaris, nisi vnum habeat ducem, atque rectorem. Quod si in vno exercitu tot fuerint Imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alæ; primum nec instrui poterit acies, vnoquoque periculum recusante; nec regi facilè, aut temperari, quòd suis proprijs consilijs vtantur omnes, quorum diuersitas plus noceat, quàm prosit. Sic in hoc rerum naturæ imperio, nisi vnus fuerit, ad quem totius summæ cura referatur, vniuersa soluentur & corruent.* Quòd si quis plurium illarum primarum potestatum paci consulens, figmentum figmento addat, ponatque plures mundos, in quorum quouis quælibet ex pluribus causis primis, solitaria regat: imprimis gratis plures mundos intrudet, eisque prouidendum si mundos illos vicinos fingat, ne lis aliqua inter Deos illos de finibus mota, nemine arbitro fiat interminabilis. Quid si verò vnus Deus alterius opes quantumuis distans, pro sua infinita vi vellet destruere? Adhæc vt benè argumentatur Damasc. lib. 1. cap. 5. quis possent hi tres dominio vinui: insuper vt vrget Athenag. orat. pro Christianis *non multorum ab omni* imperium Dei veri limitatum esset vno mundo, atque adeò finitum. Spectat ad hunc locum argumentatio Trismegisti cap. 11. Pimandri, cùm enim omnia entia mundo contenta retulisset, subdit. *Quid enim hæc omnia genita sunt, ô dulcissime mi Mercuri, neque parum neque eius est vt non differentia perdiderint: nam corpora sunt, hæcque animata, & mouentur. Hæc autem vt in vnum congredi absque congregatore impossibile est. Oportet igitur aliquem esse talem, ac penitus vnum. Nam cùm multi, variique sint motus, & dissimilia corpora, vna autem velocitas in omnibus, impossibile est duos aut plures esse factores: neque enim vnus ordo seruatur in multis. Præterea qui inter illos imbecillior esset, potentiori inuidiam moueret, ex quo lites quædam orirentur. Rursus si vnus eorum alter mortalium, alter immortalium animalium extitisset, cuperet quoque immortalia gignere, quemadmodum cupit & mortalium effectorem mortalia. Quin etiam cùm existunt animalia, vna quidem materia, ad quem illorum perfectionem fabricatio pertinet? Quid si ad vtrumque, ad quem præcipua cura?*

10. Ex consensu partium vniuersi, Dei vnitatem demonstrant Euseb. 4. de demonstr. cap. 5. Boetius 3. de consol. prosa 12. S. Athanas. orat. contra idola *sub finem*. S. Cyprianus in prologo libri de oper. Christi cardinal. Hugo Victorinus 7. eruditionis Didascalicæ c. 19. & S. Thomas 1. contra gentes cap. 13. *in fine*, ex Commentatore & Damasceno. Verba Cypriani sunt. *Non paterentur mala & diuersa rerum esse principia, quia nisi ad vnum inuicta referantur, dissentiæ & inficiante con-*

sta

sta turbata, confunderentur in chaos, & repugnarent, & indissoluerentur in se dissidentes materiae, nisi omnibus salutis auctoritas imperaret, & omnes naturalia [illegible]*, vniuersitatis causas & effectiones ordinaret.* Eodem spectat ratio Orig. 1. contra Celsum *ante medium,* obiecti enim Celso Iudaeos, quod cultricemus Moysi dolis decepti, vnum Deum esse crederent, respondit Origenes, *quantò probabilius & omnibus figurentur potius, quod ex iis quae videntur persuadetur, mundique dispositione ordinatissima consonam totius mundi vnum opificem colere, conspirantibus in* [illegible] *suis partibus. Vnde* [illegible] *enim non posse creari à multis conditoribus.* Haec ille, quae breuius expressit S. Ambros. 1. de fide cap. 1. his verbis. *Vnum Deum communis natura testatur, quia vnus est mundus.* Quae verba vsurpauit S. Aug. serm. 3. de Sanctis, & leguntur etiam apud Philonem initio alterius libelli de mundo. Connexionem creaturarum corporearum inter seipsas & conspirationem in vnum finem, vrget optimè in hanc rem Nemes. lib. de hom. cap. 1. locum dedi cùm ex mundi supellectile Dei existentiam colligerem. Nunc eum illustrabo ex Proclo in Alcibiadem 1. pag. 229. *Ipsum profectò bonum* (inquit) *clam,* [illegible] *ordinem, propriam manum exhibet omnibus. Hoc autem illud vbique participant, aliter atque aliter, suo quolibet ordine, & quatenus vnaquaeque naturaliter apta est, bonum inde reportant. Hic quidem debilius effectus illa: hic conformius illa magis conditione participat; haec insuper semper* [illegible]*. Res namque Diuinae* [illegible] *indiuiduum habens essentiam, sic & bonum indiuisum possidens, & vnitum. Quae verò à principio longius discesserunt, in distantia quadam, & diuisione iam posita, bonum proprium comparant. Quapropter talia circa quodam ad idem contendunt, mutuoque conspirationem penitus exigunt. Vt quando* [illegible] *quod est circa eam boni, saltem per consensionem mutuam suppleat natura defectum. Atque ita debilitatem suam diuisione spissam, conspiratione corroboret. Hac namque ratione homines singuli seorsum debiles in commune ad consilium congregantur, diuisam ita mentem iamiam copulantes, & quasi è similibus multis bonum vnum accendere contendentes. Ipsa quidem multitudo non potest per se ipsam sibi communem vnquam comparare, nisi circa vnum aliquid, in eo praeualens simul ordinaretur. Hoc enim circa mentem verum ordinem contemplari licet. Multitudinem scilicet aliquam congenitam esse, atque per* [illegible] *ad vnionem ipsam penitus absolutam. Ipsum Diuinum bonum, idque cunctis* [illegible] *appetitum, vt per* [illegible]*.* Similia latè & pulchrè Simplic. in cap. 1. Enchiridij Epicteti.

11 Tandem si darentur plures Dij, haberemus plures fines simpliciter vltimos, quod esse impossibile demonstratum est in morali, & falsum esse non incongruè ostenditur à Scobundio tit. 4. ex eo, quod omnia quae sunt infra nos habeant nos pro fine, qui sumus illis longè minus multiplicati: cùm enim infra hominem reperiatur multiplicatio generica & specifica, in homine qui est omnium naturarum inferiorum finis, reperitur sola indiuidualis multiplicatio; consimile ergo est finem hominis hac quoque multiplicatione carere. Eodem pertinet probatio illa Diuinae vnitatis qua vtitur Cyrillus Hierosol. catech. 4. non possumus seruire pluribus dominis, (nempe tanquam supremis dominis, & vltimis finibus nostris,) ergo Deus est vnus. Et potest etiam eodem reduci perpulchra ratiocinatio

ratiocinatio

tincantia quam in hanc rem conficit Constantinus Magnus orat. ad Sanctorum cœtum cap. 3. & attigit Tertullianus l. 1. in Marcion. cap. 5. dicta perplexitate qua laborandum nobis esset in necessitatibus si essent plures Dij, ad quem enim potius confugeremus, aut cui collato iam beneficio gratias ageremus cum alterius iniuria? aut quomodo non frigeret vel saltem teperet in plures diuisus & incertum cui potius debitus cultus?

12 Alias Diuinæ vnitatis probationes dabunt Richard. Victor. lib. 1. de Trinit. à cap. 6. ad 15. Abelard. 3. introduct. cap. 2. S. Thomas 1. contra gentes cap. 42. Contarenus 4. primæ Philosophiæ *circa medium*, qui ita interpretatur argumentum illud quo Parmenides probabat nihil esse nisi vnum, vt sensus sit non dari nisi vnum Deum. Aiebat enim Parmenides quicquid est præter ipsum ens, (id est præter Deum, qui solus verè est ens,) esse nihil. Nam si præter ipsum per se ens, vel per se esse, aliquid existeret quod esset quoque ipsum esse, daretur aliquod esse præter ipsum esse, quod omnino esse absurdissimum. Quæ ratio recidit in eam quæ adducta est ex perfectione essendi. Et cum ista Parmenidis ratione sic exposita, coincidit, necesse est ratio qua vtitur S. Fulgentius lib. ad Donatum, his verbis: *Ipsa veritas vna est Deus, & sicut extra ipsam veritatem non est alia veritas: sic absque vno Deo vero, non est alius verus. Ipsa enim vna veritas, est naturaliter vna vera Diuinitas: & ita non possunt duo veri Dij naturaliter dici, sicut ipsa vna veritas naturaliter non potest diuidi.* Et infrà: *Vnus Deus dicitur credi, quoniam probatur vna veritas, quæ sola vera est Diuinitas.* Hæc ille, quæ statim apparet parum habere efficaciam ad concludendam Dei vnitatem, nisi veritas vna pro vno vero ente quod solum verissimè sit, (vt intellexit Parmenides) accipiatur. Et sanè, vt rectè philosophatus est Auctor libri de cognit. veræ vitæ c. 3. *Deus solus verè est, & ideò veritas est. Omne enim quod est, verum est, quod verè non est, falsum est; sed Deus verè est, igitur veritas est. Creatura autem ei collata quasi non est, & idcirco quasi falsitas ad veritatem est.* Et ita hanc rationem intellexit Ludou. Cœlius lib. 12. cap. 4. qui refert ea quoque vsos Platonicos ad Dei vnitatem probandam.

Consensus sapientum in asserenda Dei vnitate.

13 SECVNDO, dixi Philosophos hanc Dei vnitatem agnouisse, quod rectè dixit Orosius 6. histor. cap. 1. de Deo vno, vnam esse penè omnium sententiam. Pulchrè quoque Minutius in Octauio *ante medium*, cum Philosophos longa serie produxisset pro vnitate Dei, sic conclusit: *Exposui opiniones omnium ferme Philosophorum, quibus illustrior gloria est, Deum vnum multis licet designasse nominibus, vt quiuis arbitretur, aut nunc Christianos Philosophos esse, aut Philosophos fuisse iam tunc Christianos.* Hæc ille. Et sanè Theoph. Antioch. in suo libro 2. ad Autol. disertè testatur, scriptores quotquot tradidere Deorum multitudinem, tandem ad Dei vnitatem deuenisse: & initio libri 3. refert Orpheum cùm trecentos sexaginta Deos induxisset, eos tandem morti propinquum reiecisse testamento, & confessum esse vnum esse Deum. Affert eius palinodiam Cyrill. 1. in Iulian. & plenius Iustinus in Apolo. ad Anton. & in paræn. *circa medium*, Euseb. 13. præpar. cap. 7. Clemens Alex. 5. Stromat. c. 7. Theod. 2. contra Græcos. Nempe ex narrationibus Ethnicorum de Diis illis pluribus, vt cætera argumenta deessent, adduci sufficienter poterit

in Diuinæ vnitatis assertionem. Quanquam Plinius lib. 2. cap. 7. ex Ethnicorum deliramentis circa Deorum pluralitatem, eò adductus est, vt non modò pluralitatem abijceret, sed propè apertè negaret dari Deum.

14 Explosit quoque polytheismum non modò Aristoteles, vt vidimus, & patet ex 12. Met. tex. 49. 50. & 51. sed etiam alij ex Poëtis & Philosophis, adducti à S. Iustino in parænesi, & lib. de Monarchia, & à S. Cyrillo 1. in Iulian. *sub finem*, & à Lactant. 1. instit. cap. 5. & 6. & à Clem. Alex. & passim ab alijs Patribus idola impugnantibus. Inter Recentiores quoque, multos ex antiquis adducunt Bellarm. lib. 1. de Christo cap. 5. & Eugub. lib. 3. 4. 5. & 6. perennis Philosophiæ. Antiquissimi sapientum Chaldæi auctore Psello in summaria Chaldaicorum dogmatum expositione, vnicū ac optimum admittebant esse rerum omnium principium. Trismegistus in vnitate Dei asserenda frequentissimus est: imò Deum, [illegible] appellat cap. 13. Pœmandri, & sæpe alibi. Orpheus teste Anasta. 1. hexaëm. in fine, & Pythagorici teste Athenagora oratione pro Christianis, & Epiphanio in compendio Fidei, ipsam vnitatem vocabant, vel vnum, vt ex Porphyrio refert Cyrillus 1. in Iulia. *circa medium*, ex quo etiam *sub eiusdem libri finem* refert alterum nominum Deo maximè propriorum iuxta Platonem, esse [illegible]. Idem Plato, vt est apud Theod. 2. contra Græcos, & Euseb. 11. præpar. cap. 9. quas literas ad Dionysium dabat, nec sortiri effectum curabat, à Deorum nomine ordiebatur, serias verò & ex animo scriptas, Dei nomine singulari prænotabat. Ita habetur epistola inter Platonicas 13. quam vides Græcis iam olim agnouisse licèt Recentiorum palam mittas sapiat, & nostra habeamus Anaxagoram, Heraclitum, & Empedoclem, in vnius primi incorporei assertione cum Platone conuenisse, docet Plotinus Ennea. 5. lib. 1. cap. 9. qui idem de Parmenide dixerat cap. 8. Thaletis, Anaxagoræ, Antisthenis, & aliorum antiquorum Philosophorum testimonia collegit Lactant. 1. instit. cap. 5. & 6. & Cyrill. 1. contra Iulianum.

15 Ex quibus satis superque patet sapientum omnium consensus in hac veritate. Quin etiam S. Aug. lib. de vera relig. c. 25. disertè ait illos ipsos qui Deos multos voce tenus admittebant, fassos esse vnicum esse cunctarum rectorem & dominum: quod est reipsa dicere vnicum omnino esse Deum, vt rectè intulit idem referens Lactant. 1. instit. cap. 3. Nec Philosophi duntaxat, sed etiam Ethnici quique naturæ lumine ducti, & eius quasi voce locuti, vnum Deum admiserunt. Quod optimè docuit Lactant. 2. instit. cap. 1. verbis illis. *Cùm ipsorum Deorum cultores, sæpe videamus Deum summum & confiteri & prædicare, quum sibi veniam sperant posse impetrari sua: qui non agnoscunt eadem tamen, quem præsens ignorari ab homine fas non est. Nam & cùm iurant, & cùm optant, & cùm gratias agunt, non Deum aut Deos multos, sed Deum nominant, adeò veritas ipsa cogente natura, etiam ab inuitis pectoribus erumpit: quod quidem non faciunt in prosperis rebus. Nam tum maximè Deus ex memoria hominum elabitur, cùm beneficijs eius fruentes, honorem dare Diuinæ indulgentiæ deberent. At verò si quæ necessitas grauis presserit, tunc Deum recordantur: si belli terror infremuerit, si morborum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegauerit, si sæua tempestas, si grando ingruerit, ad Deum confugiunt, à Deo petitur auxilium, Deus, vt subueniat, oratur. Si quis in mari*

genera

ctum sæuientis iactatur, hunc inuocat: si quem aliqua vi afflictatur, huius præsidium implorat: si quis ad extremam mendicandi necessitatem deductus, victum precibus exposcit, Deum solum obsecratur, & per eius Diuinum, atque vnicum numen hominum sibi misericordiam quærit. Nunquam igitur Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt. Postquam metus defluxit, & pericula recesserunt, tum verò alacres ad Deorum templa concurrunt, his libant, his sacrificant, hos coronant. Deo autem, quem in ipsa necessitate implorauerant, ne verbo quidem gratias agunt: adeo ex rerum prosperitate luxuria, ex luxuria verò, vt ingrata mens, sic impietas aduersus Deum nascitur. Robustiùs etiam ac neruosiùs de more Tertullianus illud ipsum telum contra polytheismum intorquet c. 17. apolog. *Hoc quod est* (inquit) *Deum æstimari facit, dum æstimari non capit. Ita eum vis magnitudinis, & notum hominibus obiicit, & ignotum. Et hæc est summa delicti, nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt. Vultis & ex operibus ipsius tot ac talibus quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur; vultis ex animæ ipsius testimonio comprobemus? Quæ licet carcere corporis pressa, licet institutionibus prauis circumscripta, licet libidinibus & concupiscentiis euigorata, licet falsis Diis exancillata, cùm tamen resipiscit, vt ex crapula, vt ex somno, vt ex aliqua valetudine, & sanitatem suam patitur, Deum nominat, hoc solo quia propriè veri huius Deus, bonus & magnus. Et quod Deus dederit, omnium vox est. Iudicem quoque contestatur illum, Deus videt, & Deo commendo, & Deus mihi reddet. O testimonium animæ naturaliter Christianæ. Denique pronuntians hæc non ad Capitolium, sed ad cælum respicit. Nouit enim sedem Dei viui; ab illo, & inde descendit.* Plenissimè hoc argumentum prosequitur idem Tertullianus lib. de testimonio animæ aduersus idola. Minùs itaque mirum est in tam sordida naturæ Deum vnum denunciantis veluti voce, vnitatem illam probasse Mahumeti de grege porcos, quibus vt scribit Bartholomeus Georgieuits lib. de Turcarum ritibus cap. 1. in templis loco imaginum habentur inscripta Arabice hæc verba *la illah illalah* id est, *non est Deus nisi vnus.* Et eiusdem significationis verbis nempe *allah hecber,* id est, *Deus verus vnus,* de turri sacra miræ altitudinis, ter alta voce à Sacerdote ingeminatis, conuocantur ad orationem, tandémque coniunctim ad longum tempus corpora in latus quatientes nihil aliud submisse voce cantillant, quàm suum *la illah illallah, non est nisi vnus Deus.* Itaque apparet Dei vnitatem apud gentes etiam deprauatissimas, fuisse compertissimam.

16 Non tamen me latet quàm olim vulgare fuerit idololatriæ crimen, variis ex causis vt posteà dicam inuectum, ac tantopere propagatum. Quamuis enim tantopere peruagata sit idololatria, inde tamen non infertur, sapientes quosque non potuisse penetrare, aut etiam non penetrasse naturali lumine vnitatem Dei, tametsi verissimum est quod monet S. Iustinus in paranesi, & Cyrill. in fine 1. in Iulian. plerosque veteres Ethnicos qui Deum vnum reuerà agnoscebant, abscenè tamen de Dei vnitate esse loquutos, vel eam in speciem negasse, metu cicutæ, ne idem ipsis quod Socrati multorum Deorum osori contingeret. Et hac de causa Aristotelem Athenis fugisse, significat Seneca in fine libri de vita beata, & disertè tradit Origenes circa finem libri 1. contra Celsum (quanquam alias illius fugæ causas adducunt alij, nempe negationem prouidentiæ ac mortis inde impendentis metum, quos latè refellit

Picus lib. de prouid. parte 1. cap. 7. scriptis in Hermiam ex Phauorino apud Laertium eam fugam attribuens.) Idem etiam Origenes lib. 7. contra Celsum *in fine* addit, Peripateticos quantumuis probè nossent Deum esse verum, tamen se attemperantes vulgi opinionibus, simulasse se offerre preces simulacris: quod Senecæ quoque exprobrat S. August. 6. Ciuitat. cap. 10. & Platonicis lib. 10. cap 1. ipsique Platoni Euseb. 13. præpar. cap. 4. & 8. & Origen. *initio* 6. contra Celsum, S. Cyrill. 1. in Iulian. *in fine*, ac Athan. orat. contra idola, Philoponus latè ad 9. Procli cap. 4. Theodoretus 3. contra Græcos *ante medium*, August. de vera relig. cap. 3. & eadem ac Anaxagoræ & Pythagoræ & Stoicis, & vt sic, penè cunctis Philosophis, Iosephus 2. contra Appion. & Trismegisto idem S. August. 8. Ciuit. cap. 23. Xenophonti Clemens Alex. in protrept. *post medium*, & Ciceroni Lactant. 2. Instit. cap. 3. cuius tamen de Dei vnitate synceram mentem testantur libri de natura Deorum, in quibus tam acriter, quamuis sub alieno nomine, polytheismum exagitat, vt testetur Arnobius lib. 3. mussitasse aliquos sui temporis Ethnicos, igni Senatus decreto tradendos esse libros illos, ne à polytheismo homines auerterent.

Obiter quomodo Trinitatis mysterium Diuinæ vnitati non præiudicet, contra Auerroëm & aliorum calumnias.

17 Vnitatem tamen Dei, quam melioris notæ Ethnici agnouerunt, negarunt tamen pauci ab Ecclesia transfugæ, nostris ferè temporibus apud Coccium t. 1. lib. 1. art. 2. & iam olim Philoponus, seu potiùs, vt innuit Phot. cod. 75. Mathroponus & alij Trithritæ, apud Bellarm. suprà lapsi occasione mysterij Trinitatis, ex quo etiam mysterio malè percepto Auerr. 12. Met. tex. 39. Christianos ponere tres Deos existimat, subiungitque eos non posse euadere, dicendo quod Deus sit trinus & vnus, *quia cum substantia fuerit numerata, per numerum personarum resultat ternarius Deorum numerus*, vt ille malè collegit ex hoc mysterio. Quod tamen huic veritati non præiudicare certum est, & ex professo tradunt Gregorius Thaumaturgus Æliano Ethnico id criminanti respondens in expositione Fidei, Tertull. libro contra Praxeam cap. 3. Basil. opusculo aduersus eos qui calumniantur quòd tres Deos in Trinitate colamus, Nyssenus lib. eiusdem argumenti, & tract. contra Græcos ex communibus notionibus, Nazianz. orat. 45. ad Euagrium, Anselmus lib. de Incarnat. Verbi cap. 3. Eulog. orat. 5. apud Phot. cod. 230. Boëtius lib. de Trinitate *ante medium*, laudatus idcirco à S. Bernardo 5. de consideratione cap. 7. *circa finem*, pulchra quoque in eam rem adducente ibid. & toto c. 8.

18 Sed optimè & ad rem nostram accommodatissimè August. tract. 39. in Ioannem, vbi infidelium contra Trinitatem argumentum ab Auerroë paulò ante propositum, acutè de more & copiosè dissoluit his verbis, *Quemadmodum dicimus Patrem Deum, & Filium Deum, nec tamen dicimus duos Deos: nefas est enim dicere duos Deos, nefas est dicere tres Deos: & tamen qui Pater est, nõ est Filius; qui Filius est, nõ est Pater: Spiritus autẽ sanctus Patris & Filij Spiritus, nec Pater est nec Filius. Quemadmodum ergo sicut aures Catholicæ sunt eruditæ in gremio matris Ecclesiæ, nec ille qui est Pater sit Filius, nec ille qui est Filius sit Pater, nec Spiritus sanctus Patris & Filij sit vel Filius vel Pater, tres Deos tamen esse non dicimus, quãuis de singulis si quæratur, necesse est de*

quo

quotiescumque interrogati fuerimus, Deum esse fatemur. Et absurda illa videntur hominibus, solita trahentibus ad insolita, visibilia ad invisibilia, creaturam comparantibus creatori. Interrogant enim nos aliquando infideles & dicunt: Patrem quem dicitis, Deum dicitis? respondemus Deum: Filium quem dicitis, Deum dicitis? respondemus Deum: Spiritum sanctum quem dicitis, Deum dicitis? respondemus Deum: Ergo, inquiunt, Pater Filius & Spiritus sanctus, tres sunt Dii? respondemus, non. Turbantur, quia non illuminantur: cor clausum habent, quo clavem Fidei non habent. Vides ipsissimum Auerrois argumentum, tanto ante ab aliis infidelibus propositum. Nunc opponamus ipsiusmet Augustini solutionem. *Nos ergo* (inquit) *fratres Fide praecedente, quae sanat oculum cordis nostri, quod intelligimus, sine obscuritate capiamus, quod non intelligimus, sine dubitatione credamus. A fundamento Fidei non recedamus, ut ad culmen perfectionis veniamus: Deus est pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus sanctus, & tamen Pater non est qui Filius: nec Filius est qui Pater: nec Spiritus sanctus Patris & Filii Spiritus, aut Pater est aut Filius. Trinitas unus Deus. Trinitas una aeternitas, una potestas, una maiestas, tres personae, sed non tres Dii. Non mihi calumniator respondeat: quid ergo tres? Si enim tres sunt, oportet dicas, quid tres? Respondeo, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Ecce, inquit, tres dixisti: sed quid tres, exprime, imo tu numera? Nam ego compleo tres, cum dico Pater & Filius & Spiritus sanctus. Id enim quod Pater ad se est, Deus est: quod ad Filium est, Pater est: quod Filius ad seipsum est, Deus est: quod ad Patrem est, Filius est. Ista quae dico possetis de similitudinibus cognoscere quotidianis. Homo & alter homo, si ille sit pater, ille filius; quod homo est, ad seipsum est, quod pater est, ad filium est: & filius quod homo est, ad seipsum est, quod autem filius est, ad patrem est: pater enim nomen est dictum ad aliquid, & filius ad aliquid: sed illi duo homines sunt. At vero Pater Deus ad aliquid est Pater, id est ad Filium: & Filius Deus ad aliquid est Filius, id est ad Patrem: sed non quomodo illi duo homines sunt, sic isti duo Dii. Quare hic non sic est? Quia illud aliud, hoc autem aliud est; quia illa Diuinitas est, haec humanitas. Est ibi aliquid ineffabile, quod verbis explicari non possit, ut & numerus sit, & numerus non sit: videte enim si non quasi appareat numerus: Pater & Filius & Spiritus sanctus, Trinitas: si tres, quid tres? deficit numerus: ita Deus nec recedit a numero, nec capitur numero: quia tres sunt, tanquam est numerus: si quaeris quid tres? Non est numerus: unde dictum est: Magnus Dominus Deus noster & magna virtus eius, & sapientiae eius non est numerus. Ubi cogitare coeperis, incipis numerare: ubi numeraueris, quid numeraueris non potes respondere. Pater, Pater est: Filius, Filius est: Spiritus sanctus, Spiritus sanctus est. Quid sunt isti tres, Pater & Filius & Spiritus sanctus, non tres Dii? non. Non tres omnipotentes? non. Non tres mundi creatores? non. Ergo omnipotens pater? omnipotens plane. Ergo & Filius non omnipotens? & Filius omnipotens plane. Ergo Spiritus sanctus non omnipotens? & ipse omnipotens: tres ergo omnipotentes? Non, sed unus omnipotens. Hoc solo numerum insinuant quod ad inuicem sunt, non quod ad se sunt: quia enim Deus Pater ad se est Deus, simul cum Filio & Spiritu sancto, non sunt tres omnipotentes: Quia vero non ad se est Pater, sed ad Filium, nec Filius ad se est, sed ad Patrem, nec Spiritus sanctus ad se, in eo quod dicitur Spiritus Patris & Filii, non est: quid dicam tres, nisi Patrem & Filium & Spiritum sanctum unum Deum, unum omnipotentem? Ergo unum principium.* Habes perspicuam argumenti propositi

solutionem, in eo positam quòd pluralitas quidem personarum in Deo sit, non tamen nisi vnitas essentiæ, vnde existit illa, vt Bernardus suprà loquitur, absque numero numerus, Trinitasque simul ac vnitas, quæ difficilis quidem captu est. Sed vt rectè subdit idem Bernardus cap. 8. *quæris quî quomodo illud quod catholicum est dicimus, possit esse? Sufficiat ei tenere sic esse. Atque hoc non rationi perspicuum, nec tamen opinioni ambiguum, sed Fidei persuasum. Sacramentum hoc magnum est, & quidem venerandum, non scrutandum. Quomodo pluralitas in vnitate, & hæc vnitate, aut ipsa in pluralitate? Scrutari hoc temeritas est, credere pietas est, nosse vita est vita æterna est.* Et quamuis humanæ rationis obtutus ad hanc lucem cæcutiat, tamen vt rectè dixit S. Ambros. 1. de pœnit. cap. 4. & Hilar. 2. de Trinit. *Non Deus altitem affirmantibus, sed sui affirmandus verbis est.* Quare cùm ipse se talem declarauerit, captiuandus est intellectus in obsequium Fidei; nec refert quod in naturalibus nihil tale cernamus. *Necesse est* (ait Auctor libri primi de Incarnat. cap. 10. apud August. tom. 4.) *exceptum aliquid esse & Deo dignum, quod nulla prorsus comparatio nec in rebus sit, sed ne in cogitatione quidem, vel sensu inueniri possit.* Quod Auerroëm cogitare oportuit, nec ita sensibus affigi, vt quicquid in rebus creatis impossibile esse cerneret, Deo negaret.

19 Auerroistæ tamen, et Niphus 12. Metaph. & Zimara theorem. 41. volunt illud Auerrois argumentum contra antiquos (vt ipse vocat) ponentes in Deo Trinitatem, non esse contra Trinitatem Christianam, sed contra antiquos quosdam asserentes sapientiam, amorem & vitam, distingui in Deo à parte rei, tanquam tres substantias, vel tria accidentia. Quia tamen Arabibus Christiani vocantur antiqui, quemadmodum Iudæi, Patres circumcisi, vt sæpe in Corano mulieri adductis Genebrardus 1. de Trinit. & nemo antiquus præter Christianos dixit illam Dei Trinitatem esse vnitatem, quod tamen dixerunt illi quos impugnat Auerroës; videtur sanè impugnare Trinitatem Christianam, & annumerare nos Tritheitis atque adeò insipientibus, iuxta illud præclarè dictum à Lactant. 1. instit. c. 3. quo hanc disputationem obsignare placet, *Nemo est qui sapiat, rationémque sequatur, qui non vnum Deum esse intelligat.*

ARTICVLVS II.

Polytheismi causæ, prima origo, atque progressio.

20 *QVidenam igitur in causa est (vt* quidem me quæ Plotinum Enneade (l. 1. c. 1. admiratio tangat) *vt animæ quæ Diuinæ sortis sunt, tamen Dei obliuiscantur*, & vnitate illa Dei, quam ita naturæ lumini se ingerere vidimus haud percepta, in polytheismum fœdè sint prolapsæ? Illud vt in humanæ naturæ nostræ probri, expensione, ac commiseratione hæreat tantisper, tum quia erit hæc non inualida, aut tenuis, Diuinæ vnitatis confirmatio, vt patebit in processu; tum et inde discamus, quæ sit fœlicitas temporum nostrorum, quibus abacta ea infamia, eóque *subactum monstrum primo & vltimo*, vt loquitur Nazian. orat. 41. *ac omnis mali causa & initio & finis*, vt loquitur Spiritus sanctus Sap. 14. *traditi fuimus ad seruiendum Deo viuo & vero, euersa tanta superstitione per altissimam Christi humiliationem, per Apostolorum prædicationem, per fidem Martyrum,*

pro

pro veritate mendacium, & iam veritate [illegible], inquit August. 4. Ciuit. cap. 10, agendas inde Deo gratias admonens. Quo etiam spectant quę disserit Euseb. 3. præpar. cap. 1. Nec obstat quod cōtendat aliquis apud Ananiam lib. 3. de nat. dæmon. c. 3. nullo modo post Christum superfuisse idololatriam, id enim falsitatis conuincit manifestissima experientia, nec asseritur in locis Sophoniæ & Zachariæ quibus ille author nititur; durauit igitur [illegible] quidē orto Sole Christo, (vt optimè interpretatur August. concio. 3. in Psalm. 103.) bestiæ syluæ in cubilibus suis collocatæ sint: hoc est dæmones idololatriæ inuentores, deiecti sint de potestate sua in genus humanum, sensim exuendi possessione, vt latiùs Tol. in cap. 12. Ioan. annot. 13. vnde excisæ radices idololatriæ, sensim idcirco exsiccandæ à Christi aduentu.

Et quamquam aliud est idololatria, aliud polytheismus, (potest enim quis idololatra esse, vni tantùm creaturæ cultum Deo debitum exhibendo, nec aliud agnoscendo, cui supremus ille cultus debeatur,) tamen eodem modo de idololatriæ & polytheismi causis, origine, ac progressu philosophandum videtur. Si quidem nec omnes qui à summo magno deflecterint, in vnico creato bono Diuinitate donando consistunt, nec facilè est eum qui à summi Dei vnitate desciuit, & rei cuipiam creatæ ac finitæ Diuinitatem tribuit, in vnica creatura sistere, cùm in nulla vnica creatura occurrere possit ille perfectionum cumulus, quem Deo inesse, intellectibus nostris natura insculpsit. Ex quo fit vt eum per partes variis in subiectis exquirat errabunda mens ad multiplices creaturas conuersa quousquam ne in omnibus quidem sit occursurus ille cumulus, donec ad ipsum verum summum magnum, fiat regressus. Vide hoc Nazian. orat. 3. de Theolog. *fere initio*, inter Atheismum & vnius veri Dei cultum, solum polytheismum collocans, indéque confirmans triplicem de Deo sentientium ordinem, nempe statuentium anarchiam, polyarchiam, monarchiam.

Polytheismi causæ generales & remotæ.

11 Igitur & idololatriæ, & falsi cultus Deorum, causa principalis, eaq; generalis & remotior, fuit cum ignorantia veri Dei iuncta imbecillitati humani discursus, & dæmonum fallaciæ ac industriæ, tum malitia hominum, quam semper fuisse idololatriæ anteambulonem, [illegible] pronunciat qui has polytheismi remotas causas præclarè explicat Athanas. orat. contra idola circa initium. *Vt enim homines, (inquit) malitiam, quæ nulla est, sibi [illegible] effinxere, ita quoque Deum qui nullus erat effigiarunt; non aliter quam si quis in profundum demersus, & [illegible] lucis ac sine conspectu carens rerum quæ luce [illegible], oculis [illegible] [illegible]. Atque [illegible] acien [illegible] premeret, sola quæ in profundis sunt percipit, nec præterea quicquam esse in rerum natura opinatur, eáque quæ [illegible] sibi in aquis apparent, verum omnium potissima credit. Ita olim stulti homines demersi in carnales libidines & imaginationes, obliti que eorum rationum dogmatúmque quibus Deus intelligitur, obscura cordis ratiocinatione, vel potius irrationali vecordia ipsi sensu visibilem esse Deum finxerunt.* Hæc ille. Similiter S. Dionys. amorem sui & superbiam fuisse idololatriæ radicem pronunciat cap. 9. cæl. hierarch. Ad remotissimam verò causam pertinet, quod naturæ corruptionem Guliel. Paris. l. de leg. cap. 14. vocat radicalem

causam

causam idololatriæ. Quod præterea additum de Dæmonum industria, latè declarat A Costa 5. histor. Ind. c. 1.

Polytheismi causæ proximæ.

Sed si de proximioribus polytheismi causis aut occasionibus sermo sit, quinque omnino enumerat, & luculenter explicat Theodoretus toto lib. 3. adversus Græcos, novem Euseb. orat. de laudibus Constantini *post medium*, septem verò Plutarchus 1. de placitis cap. 6. annuente Clemente Alex. in protrept. *longè ante medium*, quem per partes audire, & paucis aliunde adductis illustrare, non erit inutile, prætermissis tamen infinitis quæ alij qui hæc ex instituto tractarunt persecuti sunt, ac nominatim Lilius Gyraldus syntag. 1. historiæ Deorum, & alij allegandi. *Perversæ sententiæ* (inquit Clemens,) *& quæ declinarunt à recta, verè perniciosæ, hominem, qui est planta cælestis, avertentes à cælesti vivendi ratione, & humi prostraverunt, persuadentes humanis figmentis attendere.* Sic ille generatim de numero causarum illarum seu occasionum, nunc de singulis dicamus.

Pulchritudo cælorum, syderum, ac elementorum.

22 PRIMAM, itaque causam sic proponit. *Alij statim ex cæli contemplando decepti, & solo visu credentes, motus astrorum contemplantes admirati sunt, & Deos esse censuerunt astra. Deos namque θεοὺς ἀπὸ τοῦ θέειν, hoc est à cursu nominantes, & Solem adorarunt ut Indi, & Lunam ut Phryges.* Indis illis vicinos Persas, à Trismegisto id didicisse docet Philastrius agens de Heliognosticis hæreticis, idque etiam de Indis occiduis latè refert A Costa 5. histor. cap. 4. Cæterùm insipientes Indi Solem, & Lunam Phryges, pro Dijs haberunt. Nam ut Cyrillus Hierosol. catechesi 4. notavit, inde consequens erat ut illi noctu, hi de die sine Deo essent, ac etiam quoties luna tecta fuit diu nubecula inter illa astra & oculos hominum illorum se interponebat: quibus in defectibus Divinam hac in parte providentiam, ut astra creata agnosceremus, suspicit Theodoret. initio tertij contra Græcos, & Æneas Gazæus *sub medium* Theophrasti, & Chrysost. hom. 10. ad popul. Non primùm Phrygibus aut Indis tribuunt hoc Lactantius & Euseb. 9. de demonstrat. cap. 1. & ex Diodoro Siculo Theodoret. init. 3. adversus Græcos, sed Ægyptiis. Ægyptios ergo Lactantius 2. instit. cap. 14. ait primò cælestia inspicere atque adorare cœpisse, & quia neque domicilijs tegebantur propter aëris æqualitatem, neque ullis in ea regione nubibus subtexitur cœlum, cursus syderum & defectus notasse, dum ea sæpe venerantes curiosiùs & liberiùs intuerentur.

Cæterùm providè Deum præter illos quos dixi astrorum defectus, quædam ab astris incommoda in nos derivari voluisse ad falsam illam de eorum Divinitate persuasionem avertendam notavit Chrysost. homil. 10. ad pop. Cæsar. dialogo 1. & Theodor. serm. 1. de provid. & quod consideratione dignum est, cælis & astris motum indidit eundem ex parte ob causam. De quo mirabiliter philosophatur Nyssenus lib. de homin. opif. cap. 1. ex quo pauca adscribo. *Cùm non una hæc sit motus species, cùm quid de loco ad locum transfertur: verùm etiam cùm quid vel mutatur, vel convertitur: natura porrò incommutabilis, cùm nullam speciem quâ quid mutatur, non admittat: idcirco Divina sapientia permutatis utrisque proprietatibus, naturam rerum semper volubilem*

undi

[illegible] *alterum verò* [illegible] *esse videtur.* [illegible] *Atqui hoc bonû divini prouidentia singulari* [illegible] *ut homines in rebus creatis* [illegible] *esse aliquid proprium immutabi-* [illegible] *pro Deo* [illegible] *Non* [illegible] *Diuinita-* [illegible] *res vel* [illegible] *sit.* [illegible] *esse* [illegible] *Cælum* [illegible] *Deus* [illegible] *per hanc proprietatem* [illegible] *rebus* [illegible] *Diuinitatis aliquid* [illegible] ita Nyssenus, sapienter. Spectâque eodem quod Magnus Dionysius epistola 7. Apollophanem confutans asserit, Deum incertum supra naturam, constituentem illum cælorum & astrorum motum [illegible], vt scilicet se eorum effectorem ac solum Deum probaret, vt benè ibi in paraphrasi exposuit Pachymeres. Coniunguntur ab Dyonisius exemplo extraordinariæ illius solaris defectionis quæ moriente Christo contigit, itémque exemplo remoræ solis iniectæ à Iesu Naue, & ex eo quod sub Ezechia dies ipse solus fermè quam solet maior effecta est. Quod miraculum ait, Babyloniis Ezechiæ absque pugna subiecisse, & à Persis celebratum nomine triplicis Mithri (hoc est Solis triplicati.) Quamuis enim S. Ambrosius [illegible] tradiderat, quia cælestem Apolli, Mithram Persæ, plerique Venerem vocent, tamen Mithram fuisse ipsum met Solem, non modo S. Dionysius supra testatur, sed & alij bene multi, quos memorant Quintinus ad c. 20. libri de præscrip. Tertulliani, & idem Pamelius ac in librum de corona militis in fine.

25 Ad primam hanc Polytheismi causam ex Clemente propositã reducendus est cultus elementorum, quæ vnà cum astris & cœlis mundanam hanc molem integrant, alioqui mutilam à Clemente causarũ Polytheismi enumerationem traditam esse dicendum erit. Nam in cæteris capitibus nusquam meminit cultus elementorum, quæ tamen apud plerosque nationum loco habita celeberrimum est. Sic igneum quamplerique pro Deo habuisse, refert Tiraquellus lib. de nobilit. cap. 31. num. 575. & 576. & Chaldæis constat ex lepido Ægyptiorum in eos facto, quod memorat Ruffinus 2. histor. cap. 26. & Suidas V. Canopus. De Persis idem docent illa Tyrij dissert. 38. *Igni sacrum faciunt Persæ, igni alimentum suppeditant, maledicentes, comede ô Domine.* Originem primam huius apud Persas erroris, his verbis tradit Clemens Rom. 4. recognit. *Zoroaster* [illegible] *ignis reliquias* [illegible] *ad Persas, vt ab eis tanquam Diuinum è cælo lapsum ignis perpetuo conseruaretur custodia, atque vt cælestis Deus coleretur.* Adseruationis illius perpetuæ meminit Socrates l. 7. cap. 8. & eodem spectat illa inuentio inter Chalcedonios facinus apud Euagrium lib. 5. cap. 14. Eandem item fuisse atrocissimæ in Christianos persecutionis occasionem sub Isdegerde, ob dirutum intempestiuè ab Audâ Episcopo templum ignis, scribit Theodoretus 5. histor. cap. 39. At non ignem tantùm sed & aquam Persis numen fuisse

significat Clemens in protrept. mox allegandus. Clarius idem docent illa Sidonij carm. 2.

—Sternit nuda formalis sedes
Principes dictante Magis, iuratur ab illis,
Ignis & unda Deus,

Quinetiam Laertius lib. 1. *sub initium*, ait eos non ignem tantum & aquam, sed & terram Deos consuluisse. De multa aqua, & citato aëre, in Deorum numero alicubi habitis, testatur cap. 13. libri Sapientiæ, & nominatim de aqua Seneca epist. 41. verbis illis. *Magnorum fluminum capita veneramur, subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calentium fontes, & stagna quædam, vel opacitas, vel immensa altitudo sacrauit.* De terra autem & aëre tute idem testatur August. 7. Ciuit. cap. 6. & 16. & sequentibus, & de omnibus elementis Iulius Firmicus libro de errorib. profanarum per 5. capita prima, & Chrysostomus in Psalm. 2. ideirco asserens disposita esse à Deo elementorum prælia, vt reuincerentur elementorum cultores Græci, scirentque omnes quòd quæ bello impetunt & impetuntur, Dij esse non possunt. Sed habemus in hanc rem ipsius quoque Clementis testimonium in eodē protrept. cùm agit de Dijs quos Philosophi agnouerunt. *Principia itaque (inquit) à se laudata reliquerunt, Thales Milesius aquam, & Anaximenes, qui ipse quoque fuit Milesius, aërem, quem Diogenes Apolloniates est postea consecutus. Parmenides autē Eleates introduxit Deos ignem & terram. Ex his autem alterum solum Deum existimarunt ignem, Hippasus Metapontinus & Ephesius Heraclitus. Empedocles autem Agrigentinus, cùm incidisset in multitudinem, præter hæc quatuor elementa, contentionem etiam & amicitiam. Sunt autem hi quoque impij, qui insipida quadam sapientia elementa materiæ venerantur? Et lapides quidem vel ligna non honorarunt, terram autem matrem, vt Deam esse colendam putarunt. Neptunum quidem non effingunt, ipsam autem aquam colunt. Quid est enim aliud Neptunus quàm humida quædam substantia, quæ ἀπὸ τοῦ πόσεως hoc est, à potu Græcè nominata est, sicut certè Mars bellicus Ἄρης Græcè dictus est ἀπὸ τοῦ ἄρειν & ἀναιρεῖν, id est ab insurrectione & interfectione. Qua ratione mihi videntur quoque valde multi, cùm solum ensem fixerint, tanquam Marti sacrificare. Est autem hoc Scytharum, sicut dicit Eudoxus in secundo de Ambitu. Ex Scythis autem Sarmatæ, vt dicit Icesius in opere de Mysterijs, adorant acinacem. Hoc etiam vsu venit Heraclito & eius sectatoribus, qui ignem colunt tanquam rerum principium. Hunc enim ignem alij nominarunt Ἥφαιστον id est Vulcanum. Persarum autem Magi ignem coluerunt, & multi ex ijs qui Asiam incolunt. Quinetiam Macedones, vt ait Diogenes in primo Persicorum. Quid mihi opus est recensere Sarmatas, quos refert Nymphodorus in libro de legibus Barbaricis ignem colere, aut Persas & Medos & Magos? Hos autem dicit Dinon sacrificare sub Dio, solas Deorum imagines ignem & aquam esse putantes.* Vides confirmari à Clemente quod paulò ante dicebamus de aqua quoque apud Persas & Magos pro numine habita. Sed pergit Clemens. *Neque verò tormentationem infamiam. Nam & si maximè existimarunt fugere ab errore, in alium tamen labuntur errorem. Deorum quidem imagines ligna & lapides non existimarunt vt Græci, sed nec ibides & ichneumones vt Ægyptij, sed ignem & aquam vt Philosophi.* Et paulò post, *Fatentur ergo Philosophi suos magistros fuisse Persas, vel Sarmatas, vel Magos, à quibus didicerunt impietatem venerabilium*

venerabilium

[illegible] sibi principatum, principem [illegible] efficientem. & ipsorum principatuum ipsorum ignorantes, Deum, qui earum principia: hæc autem egena & infirma, vt ait Apostolus, quæ ad ipsam hominum [illegible] [illegible] falsa sunt elementa, [illegible]. Ita Clemens.

24 Similia multa exempla complexus est Tertull. 1. in Marcion. c. 13. verbis illis. *Vt aliquid & de isto huius mundi indigno loquar, cui & apud Græcos ornamenti & cultus, non sordium nomen est, indignas videlicet substantias ipsi illi sapientiæ professores, de quorum ingeniis omnis hæresis animatur, Deos pronuntiauerunt, vt Thales aquam, vt Heraclitus ignem, vt Anaximenes aërem, vt Anaximander vniuersa cælestia, vt Strato cælum & terram, vt Zeno aërem & æthera, vt Plato sidera, quod genus Deorum igneum appellat. Quam de mundo, considerando scilicet, & magnitudinem, & vim, & potestatem, & honorem, & decorem, opem, fidem, legem singulorum elementorum, quæ omnibus gignendis, alendis, conficiendis, reficiendisque conspirant, vt plerique Physicorum formidauerint initium, ac finem mundo decernere, ne substantiæ eius tantæ, scilicet, numina Dei habentur, quæ colunt & Persarum Magi, & Ægyptiorum Hierophantæ, & Indorum Gymnosophistæ.* Hæc Tertullianus. Imò ex multiplicibus illis Deorum ordinibus quos de Ethnicorum sententia memorat Artemidorus lib. 2. cap. 35. maior pars est elementorum. Et cauerat tamen Deus, vt prudenter notauit Theodoretus sermone 2. de prouidentia, ne homines hac in parte deciperentur. *Cùm enim magna (inquit) elementis vtilitas insit, & eorundem extrinsecus vsus existat, ad hæc insigni quoque pulchritudine & specie [illegible] [illegible], Deus ea quoque quæ nobis molestiora & aduersa [illegible], [illegible], ne ipsa elementa pro Diis haberemus, sed Dei opera tradit tantum esse, quæ & regantur & gubernentur, quocunque ille voluerit. Quapropter hic vita nostra [illegible], [illegible] omnes nos videmus (vt inquam [illegible] pauperum simul & diuitis [illegible], seruorum & dominorum, priuatorum regumque thesauris, [illegible] non magis quam pauper [illegible], fruantur qui purpura amicti sunt, sed quod æqualiter distributus vniuersam hominum naturam, quoad singulis necessarium est, [illegible] & adiuuat) non modo iucunda [illegible] animalium & plantarum generatione nos delectat, verum etiam frigore [illegible] est: hoc omnium argumento nos docent, quod solus ad vitæ generationem & viuentium salutem minimè sufficiat. Similiter & Solis radiis non [illegible] [illegible] & visibilium corporum, quantitate vero & caloris differentiam ostendere solent, sed quoties illi [illegible], & nisi [illegible] ille rerum gubernator [illegible] frigidulas nobis [illegible], idem ille Sol, quem [illegible] adorare solent, vna omnia [illegible] simul [illegible], [illegible] quæque suis [illegible] [illegible].* Et paulò post. *Horum autem [illegible] ille rerum administrator [illegible] est, hoc omnium argumento nobis persuadere voluit, ne creaturis [illegible], nec [illegible], sed harum ipsius bona hæc [illegible] [illegible].* Sic Theodoretus, conformiter ad Chrysostomum supra allegatum. Et fortassis hæc attendentes cordatiores Ethnici, elementorum in speciem cultores, non ipsa elementa, sed rerum opificem Deum colebant. Sanè Diuus Augustinus primo de consensu Euang. capite 29. ait se audiuisse quendam Ethnicum qui diceret se legisse apud nescio quem Philosophum quod ex iis quæ Iudæi in suis sacramentis agerent, intellexisset, Iudæos colere Præpositum elementorum, quibus iste visibilis & corpo-

tota mundus extructus est, eamque propositam pro Deo haberent. Ita ergo plerisque etiam Ethnicis euenire potuit. Plerosque autem ex Philosophis pro elementorum cultu ante adductis, immunes esse ab eo crimine indubitatum videtur, tametsi quia primum mundi principium (materiale non effectiuum) aliquod elementum statuerunt, ita seniter visi sunt. Satis multa de primo illo Polytheismi capite.

Terræ fructus aliáque dona.

25 Pergit Clemens. *Alij autem eorum quæ ex terris nascuntur mites fructus capientes, Cererem frumentum vt Athenienses, & Dionysum vitem vt Thebani appellauerunt.* Ita quoque de primis Deorum cultoribus censuit Prodicus Chius apud Sext. Emp. contra Mathemat. in examine Physicæ cap. 1. & ex parte Tertull. cap. 11. apolog. & qui hinc ductos quos vocabant Penates ostendit Firmicus de error. profan. cap. 15. Nam cum penes vincere omne quo vescimur homines, ait Firmicus, quotidianas epulas penatium nomine consecratas. Respondebant Ethnici apud August. 4. Ciuit. cap. 24. quoniam sciebant nemini talia nisi aliquo largiente concedi, propterea quorum Deorum nomina non inueniebant, earum rerum nominibus appellasse Deos, quas ab eis sentiebant dari, non Diuina munera honorantes, (id enim summi stuporis fuisse dixit Seneca supra,) sed Deos ea conferentes. Dij namque certi, certas habere crediti tutelas, *vt certum ab aliquo, id quod eius esse putabatur in locis suis postulabatur,* vt ait Ammianus lib. 2. num. 59. & vt addit l. 4. num. 4. Dij lenti & lares similitarum tantum regionum præsides crediti & inimici partium dexterarum, vnde carriue ignarorum Deorum, vt dicitur in I. Qui igitur de nomine non agnoscebantur, colebantur ex muneribus suis. Sic pecuniam, virtutem, honorem, concordiam, victoriam, Deorum loco habitas dicebant, id est quæ his similiaue dona conferrent, non ipsa dona. Quæ responsio quoad quosdam que videtur non improbabilis. Sic enim, vt cætera exempla dimittam, aqua quam aliqui & in iis Marcius Chrysocephalus bona de cruce citat, apud Gretser. t. 2. de cruce, ait fuisse ab Ægyptiis cultam tanquam Deum, non erat Deus Ægyptiorum. Quod patet ex Vitruuio in proœm. libri 8. referente *qui sacerdotes gentium moribus Ægyptiorum cum hydriam rigebant quæ ad templum religione deferebatur, in terra procumbentes, manibus ad cælum sublatis de inuentione gratias agit Diuinæ benignitati,* [illegible]. Sic etiam *Victoriæ* (cuius potentiam cunctis notius ait Symmachus in relatione ad Imperatores pro restituenda eius ara,) *nunquam numen est, non potestas* (vt bene reponit S. Ambrosius epist. 31. Symmacho respondens) *donatur non dominatur, legionum gratia, non religionum potentia* alitoque, vt recte addit Aug. 4. Ciuit. cap. 14. *cur non etiam ipsum regnum Deus aliquando sit, si victoria Dea est? nam quid ipse Iouis in ea causa opus sit, si victoria fauent atque propitia, & semper eat apud eos, quos victores esse voluerit?* Sed nónnihil hoc ipsi quoque Ethnici huius ex parte agnouisse videntur. Audi & de hac Dea, & de similibus volueritè Tullium 2. de nat. *Multæ naturæ Deorum, ex magnis beneficijs eorum, non sine causa, & à Græciæ sapientibus, & à maioribus nostris constitutæ nominatæque sunt. Quicquid enim magnam vtilitatem generi afferret humano, id non sine Diuina bonitate erga homines fieri arbitrabantur.*

Ita

Itaque cum illud, quod erat à Deo natum, nomine ipsius Dei nuncupabant, vt cum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum: ex quo illud Terentij, sine Cerere & Libero friget Venus. Tum autem res ipsa in qua vis inest maior aliqua, sic appellatur, vt ea ipsa nominetur Deus, vt Fides, vt Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proximè à M. Æmilio Scauro, ante autem ab Attilio Calatino erat Fides consecrata. Vides Virtutis templum, vides Honoris à M. Marcello renouatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico à Q. Maximo dedicatum. Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis? Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, vt sine Deo regi non posset, ipsa res, Deorum nomen obtinuit. Quo ex genere Cupidinis, & Voluptatis & Lubentinæ Veneris vocabula consecrata sunt, vitiosarum rerum neque naturalium: quamquam Velleius aliter existimat: sed tamen ea ipsa vitia naturam vehementius sæpe pulsant. Vtilitatum igitur magnitudine constituti sunt ij Dij, qui vtilitates quasque gignebant.

Itaque hac ratione bona saltem pars Gentilium à valde stupido rerum quotidiano humanis vsui seruientium cultu eximitur, eaque peruersitate liberatur quam in eo Dei nominis in species Dei iniuriam abusu, exaggerat Cyrillus Hierosol. catech. 6. quandoquidem non illa ipsa munera, sed in eis Deum eorum datorem colebant. Est tamen hic aduertendum perperam Ethnicos suprà memoratos cultum illi Diuino sub nomine numinum exhibito, prætexuisse ignorationem nominis à quo putarent certa quædam dona proficisci. Sæpe enim notos alioqui Deos ea ratione colebant; vtpote gratia Pomonam Deam seu Deum Pomum qui in Scriptura Remmon dicitur, Venerem fuisse pomorum præsidem obseruat Serar. opusc. de Naaman, & multa similia exempla suppeditat Gyraldus supra. Præterea animaduertenda hic est & reiicienda opinio Galeotti Martij libro de doctrina promiscua cap. 17. contendentis antiquos sub nominibus Cereris, Pomonæ, &c. Diuinas Ideas frumenti pomorum, &c. coluisse, quod agnoscerent ab his ideis conferri mortalibus huiusmodi dona. Quamuis enim, vt dixi, aliqui cordatiores præsentiori intuitu, sub huiusmodi nominibus honoratum vellent Deum, à quo homines ea munera accepisse existimabant: tamen nec ea opinio omnium fuit, nec Diuinas ideas pro fundamento habuit, sed Deum vt beneficum largitorem.

Præuentio malorum, & rerum tutela.

26 Subdit Clemens. *Alij cum considerassent vim pœnæ, ea vt Deos sculpserunt, adorantes pœnas & calamitates. Hinc furias & Eumenides, & quas παλαμναίους ἀποτροπαίους vocant. Sic auerruncatores & malorum depulsores, & præterea ἀλάστορας sibi mala dantes finxerunt Poetæ Scenici.* Deas seueras ipse Clemens post aliquot paginas memorat dictas Athenis fuisse (vel vt est apud Plutarchum in Solone num. 6. Deas venerabiles) quas nunc simpliciter vocamus furias. Nec alia ex causa cultos constat huiusmodi Deos, quàm ne nocerent, & vt procul abessent. Qua etiam ex causa culta Dea febris, & mala fortuna, & Orbona, vel vt est apud Cyprianum lib. de vanitate idolorum, Suburbana, orbitatem depellens, aut vt est apud Arnobium lib. 4. n. 70. incommoda orbitatis remouens. Item tonitru ex Cyrillo catechesi 6. quod etiam coluisse Indos occiduos refert à Costa 5. histor. c. 4. & idem de incidentibus suo tempore

superstitionem testatur Gulielm. Pariz. lib. de legibus cap. 24. *Quid non videas formacem Deam*, inquit Lactant. l. 1. cap. 20. *vel potius doctos viros colebrandis fornacalibus operari.* At et habetur 2. fastor.

Facta Dea fornax: laeti fornace coloni
Orant ut vires temperet illa suas.

Atque adeò ne laederet colebatur. Ventum Circium ut insalubritatis auerruncum, colebant olim Galli, cuique pari consilio templum ex voto aedificauit Augustus in Gallijs ex Seneca 5. natur. cap. 17. de sacrificio item ventis à Graecis facto, ut eos propitios haberent, meminit Clem. 6. Strom. cap. 1. Spectare etiam huc videtur causa illa Polytheismi, quam tradit Iustinus in Apolog. ad Anton. his verbis: *Vera dicam, si quidem & olim Genij mali per spectra illuserunt, feminas ac pueros, terrarumque prodigijs homines, ut à stupidis viris* (nempe damnorum inferendorum nisi colerentur) *expressi sunt, quod tamen non putarunt, qui nescij malorum daemonum esse has praestigias, in timorem sunt Deos nominarunt, & singulos propriis vocabulis, quae cuique placebant maximè.* Eodem spectat Rubigus vel Rubigo fructuum prohibendae rubigini ex Gellio l. 5. cap. 12. Lactant. 1. instit. cap. 20. & August. 4. Ciuit. cap. 21. ubi etiam de Deo Spiniensi, ut spinas ex agris eradicaret. Est & huius ordinis Viduus Deus, qui animam corpus viduare credidunt, & quasi feralis intra muros non habebatur, sed foris colebatur, ex Cypriano de idolorum vanit. n. 27. Multa de Diis hisce & delatis eis ne nocerent honore, eruditè Lovet. 8. de spectr. cap. 5.

Eodem cõsilio ut aduertit Gulielmus Parisiens. 3. 2 de vniuerso, cap. 5. praepositi Dij quibusque rebus, vnde orta infinita propè Deorum multitudo praesertim apud Romanos, quos 5. August. 4. Ciuit. c. 8. testatur grandibus voluminibus vix comprehendere potuisse omnia Deorum, & Dearum nomina, singulis rebus propria dispertientes officia numinum, Segetia Dea Rusinae, iuga montium Deo Iugatino addicta, collibus item Deam Collatinam, vallibus Valloniam praefecerunt, montibus Deam Montinum ex Arnobio l. 4. num. 9. addique praepositum sationibus Saturnum. At sata quamdiu sub terra essent, Deam Seiam praesidem dabant; cùm iam super terram essent & segetem facerent, Deam Segetiam; frumentis germinantibus Deam Proserpinam; geniculis nodisque culmorum, Deum Nodotum; inuolumentis folliculorum Deam Volutinam, cùm folliculi patescunt ut spica exeat Deam Patelanam; cùm segetes nouis aristis aequantur, quia aequare hostire dixerunt Deã Hostilinam; florentibus frumentis Deam Floram, lactescentibus Lacturtiam, maturescentibus Maturam, cùm runcantur Runcinam; iam collectis ut tutò seruarentur Deam Tutilinam praeposuerunt. *Nec omnia commemoro,* (inquit August. suprà ex quo illa excerpsimus) *quia me piget quod illos non pudet.* Alios utique multos iisdem rebus ac similibus praefectos colligere licet ex Arnobio lib. 4. num. 7. ita ridete Ethnicos. *Putationibus arborum Puta (inquiunt) praeesse est, rebus petendis Peta. Deus nemorum Nemestrinus: Patellana numen est, & Patella, ex quibus vna est patefactis, patefaciendis rebus altera praestituta: Nodutis dicitur Deus, quia ad nodos perducit res satas: & quae praeest frugibus terendis, Noduterensis: ab erroribus eorum Dea Vibilia liberat: in tutela sunt Orbonae orbati liberis parentes, in Naeniae, quibus extrema tempora. Nam quae duras & solidas infantibus paruis ossa, Ossilago ipsa memora-*

tur.

ger. Mellonia Dea est pollens potensque in apibus, mellis curam custodiamque dulcedinis [illegible]. Dicere (ò quam in ista voce proprie fatuam, Pota, Pala, Patella) si essemus [illegible] apes vellet in terris, aut si [illegible] humanum [illegible] quidem [illegible], Dea Mellonia non esset: aut Ossilago [illegible] esset nomen proprium [illegible]. Alia habet num. 9. & lib. 5. à num. 10. itémque Prudentius lib. 2. contra Symmachum sect. 4. Speciatim autem liminibus, & foribus, & cardinibus, Limentinum, Forculum & Cardeam præpositos, & apud Græcos Apollinem Thyræum & Antelios Diuos memorat Tertull. cap. 12. de corona militis, & lib. de idolol. cap. 15. quo posteriore loco prædictam ab Enoch hanc idololatriam commemorat. Limentino Limam Deam addit Arnobius sup. num. 9. Benè autem S. Aug. 4. Ciuit. cap. 8. *Vnum (inquit) quisque domui suæ ponit ostiarium, & quia homo est, omnino sufficit: Tres Deos isti posuerunt, Forculum, foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini, ita non poterat Forculus, simul fores & cardinem liménque seruare.* Foci tutela Laterano credita ex Arnobio lib. 4. num. 5. aduertente Lateranum eundem esse cum Genio, qui adauctus sit hoc nomine, quod ex laterculis crudis ab hominibus illud caminorum exædificetur genus. Sed & ianitorem non alium fuisse quàm Mercurium viæ vicinitatis præfectum, quem propterea ἀγυιέα vocabant, testatur Clemens Alex. in protrept. Tota quoque ipsa domus, Diuinæ alicui tutelæ commissa, vt argumento est epigraphe illa domus cuiusdam apud Theodoretum initio 6. contra Græcos. *Iouis puer inuictus Herculis domum hanc inhabitat, hic mali nihil subito.* Quod legens Diogenes, solita dicacitate, *Et quomodo (inquit) Dominus intrabit domum?* De ciuitatibus & vrbibus res est notissima, fuséque id tradit Alexander Neapolit. 6. genial. c. 4.

27 Quantò verò præ omnibus cæteris bonis charior est vita, eò plures ad eius & eorum quæ ad eam pertinent tutelam, Deos multiplicarunt, initio facto à prima hominis origine, ac vt enumerantur Diespiter, Mena, Alemona, Lucina, Nona, Decima, Partula, Opis, Vitumnus & Sentinus, Postuerta, Prosa, conceptionem fœtus, eiúsque in vtero conseruationem & partum procurantes, ex Tertull. lib. de anima cap. 37. Gellio lib. 16. cap. 16. Aug. 4. Ciuit. cap. 11. & lib. 7. cap. 2. & 3. Iam natis, aperiebat in vagitu os, Deus Vaticanus; eosdem leuabat de terra Dea Leuana; cunas tuebatur Cunina, (nempe vt Lactant. lib. 1. instit. cap. 20. ei tribuit infantem in cunis tuendo & fascinum summouendo;) mammam siue rumam paruulo immulgebat Rumina: Potina, seu vt Aug. 4. Ciuit. cap. 34. vocat Potica, potionem ministrabat; Educa siue vt est apud Nonium, Edusa, escam; Victuam & Potuam vocat Arnobius lib. 3. num. 21. nisi si hæ iam grandium victui & potui præfectæ erant, illæ infantum duntaxat, vt videtur velle Donatus in Terentij Phormionem. Refert enim ex Varrone pueros initiari, Edulæ & Poticæ & Cubæ Diuis edendi & potandi & cubandi, vbi primum à lacte & cunis transierunt. Atque huc refert illud Poetæ,

Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

Omitto quæ de quatuor præsidibus recens natorum iuxta Ægyptios, tradit Macrobius 1. Saturnal. cap. 19. Rursus ex cap. 21. libri 4. de Ciuitate, *Deo Statilino commendabantur stantes, Deo Adeonæ adeuntes, Abeonæ abeuntes, Deæ Menti vt bonam haberent Mentem,*

Deo

Deo Volumno & Deæ Volumnæ ut bona vellent, Deæ Pecuniæ ut pecuniosi essent, Deo Æsculano & filio eius Argentino ut æream & argenteam pecuniam haberent, & cætera quæ ibi addit Aug. Fuit & Iterduca, & Domiduca, quæ paruos iter capere, & domum docere innuitur ex lib. 7. cap. 3. eiusdem operis. Denique singulorum membrorum cura totidem Diis assignata, vt in particulari tradit Fulg. Placiades 3. Mythol. in fabula Pelei & Thetidis. Sed hæc ad illustrandum tertium membrum à Clemente propositum, plus satis.

Affectiones, præsertim vitiosæ.

23 Quartum autem affert Clemens his verbis. *Sunt verò quidam ex Philosophis, ipsi quoque Poëtis [illegible] quæ sunt in nobis affectionum figuras & simulachra [illegible], nempe metum & amorem, & gaudium & spem, sicut certè ipse quoque Epimenides, qui contumeliæ & impudentiæ Athenis erexit altaria.* Hæc ille, vt videas non immeritò Isidorum Pelusiotam lib. 1. ep. 36. Philosophiam Ethnicam [illegible], quod deformitatis fontes, (tales quippe passiones,) Diuinitates vocaret. Philosophis quoque cum Poëtis id tribuendum esse ita docet Theodoretus 1. de prouid. *Quidam ex Philosophis, ipsis affectibus & passionibus humanis, Dei nomina & appellationes tribuere ausi sunt. Et voluptatem quidem Veneris, iram verò Martis, ebrietatem Bacchi, furtum Mercurij, prudentiam Mineruæ nominibus [illegible]. At dum [illegible] quidam superbè [illegible] superstite & [illegible] non sint [illegible] [illegible] affectionum [illegible] hominum [illegible] [illegible] [illegible] qui Philosophiam professi, & [illegible] [illegible] [illegible] affectibus dominari [illegible] ferunt, [illegible] affectibus [illegible] [illegible] rum fuerunt; [illegible] [illegible] & sui [illegible] constituerunt, [illegible] affectibus [illegible] commissi sunt, concupiscentiæ & [illegible] fortes, & [illegible], adeo vt affectibus sacrificare imperauerint & [illegible] propagauerint.* De amore res est notissima, vt & de eo disputatio quam pereleganter expressit Alexander siue Aphrodisæus, siue Trallianus 1. probl. q. 87. *Quod si aliquis est Deus,* inquit Sextus Empyricus aduersus Mathem. in examine phys. cap. *an sint Dij, sint Misericordia quoque erit Dea, sunt enim ambo animi affectiones [illegible] existimatur Misericordia similiter ac [illegible] Cupido, apud Athenienses quidem sunt quædam aræ Misericordiæ.* Hæc ille. De Romano Misericordiæ templo multa habet Middendorpius lib. 3. de Academiis, tractans Ethnicorum Romanorum Theologiam, vbi de aliis huiusmodi numinibus suppositiciis, non pauca, præsertim de fide ac spe, [illegible] pauca de fide Viues ad 4. Ciuit. c. 20. & Pamelius ad cap. 24. apolog. Tertull. De gaudio item siue lætitia res est comperta, vt ex antiquioribus tradit Viues 4. Ciuit. cap. [illegible] coniectantibus ipsum esse Deum Fugium Appellatè, (tametsi alia est vocis illius notatio,) quod enim lætitia fugatur. Huic affinis Risus, de quo Deo Plutarchus in Lycurgo. De Fama, ab Atheniensibus cum contra Mycalem prælium decernerent, in Deam relata, teste Procopio Sophista epist. ad Zachariam. De Pauore & Pallore, & cæteris huiusmodi [illegible] Aug. 4. Ciuit. cap. 23. *non [illegible], sed [illegible]* res item vulgatissima est ex facto Tullij Hostilij *quem dignum fuisse qui semper Deos [illegible] haberet,* ait Lactant. 1. instit. cap. 20. His Romanorum Diis, Deam Podagram Lacenum Deam, et Solibio [illegible] Clemens in protreptico de Paupertate &

& Senecta testis Arrianus de gestis Alexandri, lib. 3 de his Plinij iudicium lib. 2. cap. 7. *Credere Deos ex suis cuiusque hominum vt Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut vt Democrito placuit duos omnino, Pœnam & Beneficium, maiorem ad socordiam accedit. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, vt portionibus quisque coleret, quo maximè indigeret. Itaque nomina alia aliis gentibus, & numina in iisdem innumerabilia reperimus, inferis quoque in genera descriptis, morbisque & multis etiam pestibus, dum esse placatas trepido metu cupimus. Ideóque etiam publicè Febris fanum in Palatio dicatum est; Orbonæ ad ædem Larum ara, & Malæ Fortunæ Esquiliis.* Hæc ille. At Minut. num. 41. in hunc morborum & Deorum ordinem, refert etiam Accam Laurentiam, & Floram, prostitutas, et impudicas meretrices, & tamen Diuinitatem apud Romanos nactas. Quod grauiter etiam queritur Lactantius suprà, & August. quoad Accam 6. Ciuit. c. 7.

29 Tam porrò per seipsam iacere hanc Theologiam, vt confutatione non egeat, dixit Euseb. 3. præparat. cap. 3. & tamen hanc vnam ex potissimis Polytheismi causis fuisse, quod quisque affectum suum vitiosum & concupiscentiam statueret sibi Deum, luculenter tradit Epiphan. *sub finem* Ancorati, & Athanas. *sub initium* orationis contra idola, ac Nazianz. orat. 2. de Theolog. num. 26. & orat. 1. in Iulian. num. 115. qui docent hinc ab impiis quæsitum sceleribus suis obtendiculum. Posséque id non paruum in omnia scelera incitamentum, & indolentiæ in omni scelere poculum à Dæmone porrectum, vt loquitur adducendus mox Theodoretus, certissimum est, vulgatóque Terentiani adolescentis exemplo confirmatur ab August. 2. Ciuit. cap. 7. Idem vrget Iulius Firmicus lib. de error. profan. cap. 13. ac Cyrillus 6. in Iul. ad 1. 5. nitsúsque Aug. 1. confess. cap. 16. & 2. Ciuit. cap. 25. Nazianz. orat. 3. n. 115. Orig. hom. 2. in Iudices, Lactant. 1. institi. cap. 20. Minut. num. 35. Antiochus homil. 21. Theodoret. init. 7. contra Græcos & lib. 3. in medio, Seneca de vita beata cap. 26. & de breuitate vitæ cap. 16. & Menippus apud Lucianum in Necyomantia. Breuiter sed benè Cyprian. epist. 2. cap. 6. cum Deorum turpitudines ac scelera perstrinxisset. *Quare* (inquit) *iam mihi non posse esse qui spectat integer vel pudicus, Deos suos quos venerantur imitantur, fiunt miseris & religiosa delicta.*

30 Nec alio consilio tantæ in plerisque Ethnicorum sacris turpitudines intermistæ, vt de Ægyptiacis Saturni & Hori & Harpocratis aliorúmque Orgiis memorat Epiphanius in compendiaria doctrina, quæ habetur ad finem panarij, addens etiam de tacitis, hoc est interprete Nazianzen. orat. 39. iure damnatis silentio Eleusiniis mysteriis; déque sacris magnæ Matris, quorum propudia plenissimè describunt Arnob. lib. 5. à num. 4. Minutius num. 45. Aug. 2. Ciuit. cap. 4. & 5. & lib 7. cap. 26. & Clemens Alex. in protrept. *non multùm ab initio*, vbi Eleusiniorum arcanorum descriptionem quam præstat premisset & vt promiserat, verè digna nocte, & igne mysteria, concludit his verbis. *O impudentiam. Olim quidem noctis, temperantibus hominibus voluptatis integumentum erat nox silens. Nunc autem iis qui initiantur, est incontinentiæ sermo nox, & ignis qui lucet in facibus, vitia & animi perturbationes arguit. Extingue igitur ô Sacerdos. Reuerere lampades, ô tu qui faces geris, erubesce faces illas. Con-*

Nunc niuet.

nemini, quia nulla mysteria, & orgia ha- [illegible] *Quæ non dissimulat, & arguit, & punit quæ videt.* [illegible] *sunt* [illegible], *& qui sunt pleni sunt Dei* [illegible] *& sunt Dei* [illegible], *qui* [illegible] *quidem qui est verè Deus* [illegible], [illegible] *autem qui* [illegible] *& ingenium* [illegible] *pro pudore* [illegible] *impudenter* [illegible]. Subdit ibidem Clemens benè multa de obscœnitate aliorum plerorumque sacrorum, ac nominatim Bacchicorum de quibus infra, quibus adde deliria sacrorum Floralium apud Aug. 1. de consen. Euang. c. 33. & apud Lactant. lib. 1. instit. cap. 20. vbi addit Cupidinum & amorum simulachra in Græcorum gymnasiis (in ipso Academiæ vestibulo, ait Pausanias in Atticis) fuisse consecrata, per deploratam nequitiam hominum illorum, qui liberis suis flagitiorum Deos obiicerent, ea forma quæ improuidam ætatem illaqueare aptissima esset, quod reprehensum quoque à Tullio memorat. In bonam tamen partem id accepêre Philosophi de amore disputãtes apud Athenæum lib. 13. [illegible] *à principio*, nempe vt significaretur amore eundum & perueniendum ad disciplinas comparandas. Nam & rem Diuinam apud Cretenses & Thebanos puro amori ritè peractam, refert ibidem Athenæus, quod in militari suorum statu victoriam existimarent. Vt vt tamen sit, Satanæ haud dubiè consilium fuit, ætatulæ simplici, & vt dicit supra Lactantius, in laqueos cadere quàm eos [illegible] aptiori, formam illam ob oculos ponere. Sed & Chrysost. in Psal. 134. ad illud *os habent, &c.* generaliter videtur non alia ex causa dæmonem statuas olim insedisse, quàm vt daret occasionem imitandi quod statua [illegible]. *Quoniam est* [illegible]*sa (inquit) quod nullus* [illegible] *nihil* [illegible], *nec* [illegible] *figure* [illegible] *figuræ, dum* [illegible] *qua figura sunt* [illegible] *Sic illi*, imitatus ex parte Clementem Alexand. cuius illa sunt in protreptic. post multa de plenis dedecore Ethnicorum Deorum ac Dearum figuris. *Sed iam non reguntur vulgi magna pars, sed pudore* [illegible] *omni abiecto, dum depingunt nuper* [illegible] *in Venerem* [illegible] *& titillationes. Depictis enim quibusdam tabellis, sublimè appensis*, [illegible] *libidinis* [illegible] *impudicitiæ*, [illegible] *& in* [illegible] [illegible] *eadem* [illegible], *qua* [illegible] *propter complexum, & ad Ledam adulterum* [illegible], *quod sit* [illegible] *amor*, [illegible] *& admirantes* [illegible] *picturam*, [illegible] *Hæc sunt* [illegible] *& dicteria vestra exempla-ria. Hæ sunt Theologiæ probris & petulantiæ plenæ. Hæ sunt doctrinæ Deorum, qui vna vobiscum fornicantur. Nam quod quilibet vult, hoc etiam putat, vt ait orator Atheniensis. Contrariæ autem sunt aliæ quoque vobis imagines: Panisci quidam, & nudæ puellæ, & ebrii Satyri, &c. quæ picturis indicantur, conuictæ professa ab intemperantia. Iam verò etiam libidinis & impudentiæ figuras apertè descriptas publicè intuemini, nec erubescitis: sed potius* [illegible] *custoditis perinde ac si Deorum vestrorum imagines impudentiæ* [illegible] *figuras* [illegible] *Philænidis* [illegible] *depingentes, atque certamina Herculis. Hæc non solum* [illegible], *sed etiam aspectus & auditus*, [illegible] *esse* [illegible]. Celsus de industria quædam ab eo ibidem præmissa

genomisa aliaque infamia eiusdem generis numina, de quibus Arnob. lib. 4. num. 5.

Virtutes, & euentus.

51 Sequitur quinta causa quam Clemens his verbis proponit. *Alij ex ijsdem rebus empsisse, alia instar hominum in Deos referunt, & instar corporis effingunt. Nam tanquam Dea colitur Iustitia quadam & Clotho, & Lachesis, & Atropos, & Parca, & Auxo & Thallo Atticæ.* Duo hæc postrema sunt nomina Gratiarum, vt videre est apud Gyraldum libro *quomodo quis ingratus nomen & crimen possit effugere*, vbi multa de Gratiis: ad quæ adde Gratiarum templum ex Aristotele 5. ethic. cap. 5. obuiam fuisse constitutum, vt retributio efficiatur, hoc est, vt explanauit eum locum Michael Ephesius, constitutum fuisse in medio itineris, eò quòd & beneficio affectus omnino debet vicissim inseruire ac subministrare ei qui beneficium contulit, & ille iterum gratificando prouocare. Ob quam etiam causam, vt ait idem Ephesius cum tres fingerentur Gratiæ mutuò inter se amplexu coniunctæ, vna auersa in medio aduersarum duarum collocabatur, vt ex eo quòd conuersa erat ad excipientes & amplectentes, redditio ministerij, ex eo quòd ab aduersis complexu excipitur, noui beneficij prouocatio significaretur. Miratur verò August. 4. Ciuit. cap. 21. cur cùm Iustitia & aliquæ aliæ virtutes numina habita sint, porrò Gratiæ, Fides & Pudicitia, cæteræ quoque pari honore donatæ non fuerint; neque enim Prudentiæ, vel Temperantiæ, vel Fortitudini erectas aras asserit, quamuis non minor ex illis gloria à plerisque parta, quàm et Decijs illis virtutibus fide, iustitia & pudicitia. Similia viget Arnob. inde, quarta cum Pietati, Concordiæ, Saluti, Honori, Virtuti, Fœlicitati cæterisque huiusmodi, aras magnificis extructis delubris apud Romanos condidisset. Celeberrima inter huius classis numina fuit Pax, tum apud Athenienses ex Plutarcho in Cimone, tum apud Romanos, vt demonstrat erectum à Vespasiano templum magnificentissimum, in quod qui de rationalibus disciplinis disputabant, conueniisse, ex Galeno notat Mercurialis 1. var. c. 13. Erexerat & aliud iam olim Numa ex Clemente Alex. 5. Strom. cap. 1. de quo, non reclamante temporum ratione, verisimilius tacitum olim putauisset, collapsum fuisse qua nocte Christus natus est, iuxta antiquam de eo prædictionem, quòd esset permansurum tamdiu quousque Virgo pareret, vt ex Petro Damiano refertur in Homilia quadam quæ habetur apud Lippomanum to. 8. sed quòd citetur in eo S. Bernardus Damiano posterior, mendacij epigraphen cum tota historia arguit Cardinalis Baronius in *Annalibus*. Non possumus tamen diffiteri in fetu indubitato eiusdem Petri Damiani, hoc est epist. 4. quæ est de Dei omnipotentia cap. 12. hanc narrationem haberi, nisi quòd non vocatur ibi templum pacis, sed palatium Romuli de quo ille (vt ait,) prædixerat, non casurum nisi pariente Virgine. Quietem pacis germanam, (si non ipsammet alio sub nomine,) cultam à Romanis extra vrbem, notat Aug. 4. Ciuit. cap. 16. causam referens vel in inquieta hominum illorum ingenia, à quibus quies semper exularet, vel in Deum id permittentem, vt appareret à vero Deo extorribus, quietem non esse. Quieti & Paci affinis Pacifus Deus, cuius numinis Arnob. lib. 4. num. 13. aliique (interprete Turnebo 13. aduers. cap. 21.) Deus bellis aduersarius.

fistas, pausámque & quietem affectés. Tandem huius quoque ordinis est & Fortuna: nam Thallo & Auxo illa, quarum præterea meminit supra Clemens, Gratiis annumerandæ sunt de quibus iam ante. Fuisse verò Auxo nomen Gratiæ apud Athenienses, testatur Pausanias 9. Beoti. Sed & Thallo ex Gratiis vnam fuisse quam Hesiodus tertiam ex Gratiis Thaliam nominat, non improbabilis coniectura est. Fortunam, Deam maximam à Romanis habitam, docet Clem. Alex. in protreptico, notans eos illam locasse in sterquilinio: *Dignam (inquit) Deæ templum sortitam sterquilinium*, quod omisit qui bene multa de Fortunæ Deæ cultu collegit Alexander 1. genial. cap. 13. Euersum eiusdem templum, grauiter eleum Iulianum scribit Nazianz. orat. 2. num. 58. de eius cultu breuiter audi Plinium lib. 2. cap. 7. *Toto mundo & locis omnibus, omnibúsque horis, omnium vocibus fortuna sola inuocatur, vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuitiis colitur: volubilis, à plerisque verò & cæca etiam existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorúmque fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola vtramque paginam facit; adeóque obnoxiæ sumus sortis, vt Sors ipsa pro Deo sit.* Plura pete ex Plutarc. lib. de fortuna Romanorum, & ex Niceta 4. thesaur. in appendice 1. ad narr. 42. vbi Fortunæ imaginem apud quosdam refert monstrulæ impositam, vel globo, ad prosperæ Fortunæ periculum & instabilitatem designandam: quod habet etiam Dio Chrysost. orat. 64. Apud alios autem gubernaculum nauis insertum manibus eius, tanquam certam vniuersitatem moderantis, vt sibi persuaserant exemplis quibusdam quæ vide apud eundem Nicetam. Nec omittendus Hieron. in cap. 65. Isaiæ ad illud, *ponitis fortunæ mensam*, & Sanctus Paulinus epist. ad Iouium, vbi etiam de occipiti caluo sacratæ occasione. Fortunum Deum à Philosophis dictum, quam vulgus Fortunam nominabat, refert & late refellit Lactant. lib. 3. cap. 28. & 29. & meminit etiam Arnobius lib. 3. *in fine*.

Narrationes poëticæ.

32 Sextam eiusdem fecit tradit Clemens. *Sextus est modus introducendæ & exponendæ Deorum acceptionis, qua Deos numerant duodecim, quorum etiam Theogoniam canit Hesiodus, & quæcumque de Diis Theologicè dicit Homerus.* Duodecim illos Deos Tullius apud Lactantium lib. 1. instit. cap. 15. maiorum gentium appellat; Seneca verò 2. naturalium quæstion. cap. 41. Iouis consiliarios facit; vnde & Consentes dictos, quòd in rebus gerendis consentiant, obseruat Viues 4. Ciuit. cap. 23. Paulò diuersam appellationis illius rationem, insinuat Arnob. lib. 3. n. 13. cùm enim dixisset ex Varrone Deos penates esse eos qui sunt introrsus, atque in intimis cœli penetralibus, subdit: *Hos Consentes & complices Etrusci aiunt & nominant, quòd vnà oriantur & occidant vnà, sex mares & totidem fœminæ, nominibus ignotis & eo nationis barbarissimæ, sed eos summi Iouis consiliarios ac principes existimari.* Sic ille. Hos quoque additis octo adscriptitiis, vocabant Selectos, & planè selectos ait August. 7. Ciuit. cap. 3. *nobilitate criminum, non dignitate virtutum*: nec aduertebant priscilli, vt facetè dixit Tertullianus, si Dij seliguntur vt bulbi, vtique cæteros improbos iudicari (id est vt Augustini 7. Ciuit. cap. 1. de hoc loco censura vtitur) indignos. Numerat eos ibidem cap. 2. August. ex

Varrone

Varrone his verbis. *Hos certè Deos selectos Varro vnius libri contextione commendat, Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solem, Orcum, Liberum patrem, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruam, Venerem, Vestam, in quibus omnibus ferme viginti, duodecim mares, octo sunt feminæ.* At quod eorum Theogoniæ, vt Clemens aiebat, descripta haberentur, valdè inde Ethnicos vrgent sancti Patres. Quid enim magis indecorum, quàm sexu multiplici, & eius officiis Deitatem commaculare, vt latè vrgent Lactant. lib. 1. instit. cap. 8. & 18. Arnob. l. 1. à num. 6. & l. 4. à num. 16. Theoph. 2. ad Autolycum initio, Constantinus Magnus in oration. ad Sanctorũ cœtum c. 4. & inter ipsos Ethnicos acriter id reprehendebant Magi teste Laërtio lib. 1. *sub initium*, ac optimè Plinius lib. 2. cap. 7. Breuiter, sed acutè Cyprianus de idolorum vanit. num. 17. *si aliquando Dij nati sunt, cur non hodièque nascuntur? nisi si fortè Iupiter senuit, aut partus in Iunone defecit.* Quæ totidem verbis habet Minutius n. 19. sed & alia pleraque ex eodẽ Dialogo à Cypriano fuisse vsurpata, facilè est aduertere. Eadem quoque habet Theoph. 2. ad Autolycum *initio* & ob hæc & alia de Diis Theologicè disserta ab Homero, vt suprà aiebat Clemens, expulsum fuisse Homerum à Platone de ciuitate illa sua intelligibili, prodit idem Minutius num. 37. & Socrates ex Max. Tyr. dissert. 8. num. 49. Rursus quoque Plato apud Cyrillum 3. in Iulian. c. 1. & à veteribus Romanis in omnes poëtas idem fuisse constitutum eadem ex causa, docet Dionys. Halicarn. l. 2.

Beneficia, malorum iam illatorum depulsio, Regia beneficentia.

33 Postremam Polytheismi causam affert Clemens verbis illis. *Reliquus est postremus (sunt enim omnino hi septem modi) qui proficiscitur à Deorum in homines beneficiis: nam cum beneficum assistentem Deum non intelligerent, effinxerunt quosdam seruatores Castorem & Pollucem, & Herculem Alexicacum, & medicum Æsculapium.* Adde & Vibilium à viarum erroribus liberatorem, ex Arnob. lib. 4. num. 7. & Pellonium, pellendorum hostium potentem Deum ex eodem libro num. 3. Itaque ad hoc postremum Clementis caput pertinent, tum illi Dij qui bona conferre putabantur, quos ipse reclamantibus Ethnicis in secunda causa memoratus distinguerat à bonis collatis; tum illi qui mala iam illata depellebant: nam qui ne aduenirent prohibebant, pertinent ad tertium caput. Subdit autem Clemens has esse lubricas & exitiosas à veritate digressiones, quæ hominem à cœlo detrahunt, & in barathrum pessundant. Cæterùm vt hæc Polytheismi causarum ex Clemente adducta enumeratio sit adæquata, necesse est vt in hoc postremo capite contineantur, vel ad illud saltem reducantur quæ spectant ad Deos illos qui consecrationem ex benefactis, aut regia magnificentia, vel bene inuentis consecuti credebantur: quod vnicũ propè totius Polytheismi caput agnoscere videntur Iustinus initio libri de monarchia, & Tertull. 2. in Marcion. cap. 11. & cap. 11. Apolog. quódque Euseb. 2. præpar. cap. 1. ex Diodoro, itémque Cyrillus Alexandrinus 6. in Iulian. ad tom. 8. ac etiam Theodoretus 3. contra Græcos ante medium referunt ex Sanconiatho

historico antiquissimo, cuius hæc sunt verba. *Antiquissimi Græcorum præcipuè Phœnices & Ægyptij, à quibus cæteri homines hunc morem acceperunt, Deos maximos habuere qui aliquid ad humanæ vitæ vtilitatem inuenissent, vel in aliquas gentibus beneficissent, Benefactores autem illos, & multorum bonorum operum auctores censentes, quasi Deos adorabant, & veteribus quibusdam præstitis templa præparantes, columnasque & virgas nomine illorum consecrabant.* Hæc ibi. Sic Sterculius quòd agros docuisset fimo oblimare, ex August. 18. Ciuit. cap. 15. Sic etiam Triptolemus ob fruges inuentas Deus habitus, vt ait Epictetus apud Arria. lib. 1. cap. 4. miratus tamen quòd cùm Triptolemo ob inuentas fruges, & alijs ob huiusmodi minora beneficia collata, aræ constitutæ essent ac templa; Nemo tamen idem præstitisset illi ob traditam sapientiam. Fuit igitur hoc vnum ex præcipuis Polytheismi capitibus, vt sæpe Patres agnoscunt, imò ita videtur traditum Sapient. 14. vbi dicitur *hæc fuisse humanæ vitæ deceptio, quoniam aut affectui* (in mortuos vel etiamnum viuos) *aut Regibus* (id sibi deposcentibus, aut in mortuos illos benè affectis aut benè meritis de populis suis) *deseruientes homines incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt.* Hoc de Indis hæc tradit A Costa 5. histor. cap. 6. idem de Serapide Rege apud Ægyptios defuncto testatur Varro apud August. 18. Ciuit. cap. 5. vbi additur constitutum fuisse vt quisquis eum hominem fuisse diceret, capitalem penderet pœnam: & idcirco in templis Serapidis & Isidis appositum fuisse Harpocratis simulacrum, quod digito labiis impresso admonere videtur, vt silentium fieret, nec diuulgaretur qui fuissent Dij illi. Varro ibidem addebat existimat. Meminit eiusdem pœnæ, sed tanquam in sepulchri positi carcerem Arnobius l. 6. num. 20. Ipsum sane Serapidis nomen ex Osiride & Api compactum, tanquam Osirapis ob pharmacum ex Osiride & Apis sepultura commixtum in statuam Osiridis, refert ex Athenodoro Clemens Alex. in protrept. ante medium. At Osiridem non modò hæc quam dico sepultura mortuum euincit, sed & planctus in templis, & pectorum pulsatio, & conuentus tanquam defuncto facti, vt scribit Athenag. orat. pro Christ. idemque Seneca apud August. 6. Ciuit. cap. 10. & Heraclitus apud Epiphan. sub finem Ancorati.

Deos (inquit Cyprianus initio libri de vanitate idolorum) *non esse quos vulgus colit hinc notum est; Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud suos, postmodum etiam in morte cœperunt: inde illis instituta templa, inde ad defunctorum vultus per imaginem detinendos expressa simulachra, quibus & immolabant hostias, & dies festos dando honores celebrabant: inde posteris facta sunt sacra, quæ primis fuerant assumpta solatia.* Quæ totidem ferè verbis habet Minutius in Octauio num. 34. Pertinet eodem quod ex Clemente Alexandrino refert Cyrillus 10. in Iulia. ad t. 4. nempe quòd templa celebria nominata fuerint sepulchra, & sepulchra nominata fuerint templa. Quid quid clarius ad ostendendum homines fuisse, & mortem obiisse eos qui in templis illis colebantur? Ex nominum notatione idem late colligit Loyer. l. 7. de spectr. cap. 8. Confirmant autem hæc Cyprianus, tum longa inductione, quam etiam habent Lactant. 1. instit. cap. 15. & 22. Epiphanius sub finem Ancorati, Tertull. cap. 10. Apolog. Euseb. 2. de præparat. c. 1. August. 1. de consensu Euang. cap. 23.

cap. 13. & 8. Ciuit. c. 26. & ex Clem. Alexandr. Eusebius 2. præpar. c. 8. Arnobius l. 6. num. 7. & 8. Minutius in Octauio num. 58. Tum Alexandri Magni auctoritate, quem ait insigni volumine ad matrem suam scripsisse, metu suæ potestatis proditum sibi de Diis hominibus à Sacerdote secretum; quod maiorum & Regum memoria seruata sit, inde colendi & sacrificandi ritus inoleuerit. Hæc ille cum Minutio, de Alexandri volumine ad matrē, quod Athenagoras oratione pro Christianis, & August. 12. Ciuit. cap. 10. vocant epistolam, quorum hic ibidem lib. 8. cap. 5. sacerdotem illum ait Ægyptium fuisse, nomine Leonem, vel Leontem, vt habetur 1. de consensu Euang. cap. 23. Confirmat etiam hoc ipsum Minutius suprà num. 25. ex eo quod peierante Proculo Romulus Deus factus est, vt & Iuba Mauris volentibus, & Diui ceteri Reges, quos consecratos ait non ad fidem, sed ad honorem emeritæ potestatis. Adduxerat item n. 24. auctoritatem Euhemeri, quem ait exequutum natales, patrias, & sepulchra omnium Deorum, & Persei ac Stoicorum scribentium homines ob merita virtutis aut muneris Deos habitos, Euhemero Agrigentino ab Ennio latinè facto, addit Arnobius lib. 4. num. 31. *alios (vt ait) mille, scrupulosè hæc rimatos, & libris professos, ac in ijs Nicagoram Cyprium, Pellæū Leontem, Cyrenensem Theodorum, Hipponem ac Diagoram.* His Satyrum Alexandrinorum historicum iungit Theoph. 2. ad Autolycum *non multum abimus*, item Herodotum, Trismegistum & Appollodorum. Addit Athenag. orat. pro Christianis, vt iure dixerit Tertull. l. de idol. cap. 15. quòd Dij nationum, homines retro fuerint, etiam apud Ethnicos constare. Itaque verè dicit August. 1. de consensu Euang. cap. 23. *historica veritas, sepulchra fabulosorum Deorum ostendit in terra, vanitas autem poetica, stellas eorum non figit, sed fingit in cælo.* Obseruat autem Lactant. 1. instit. cap. 21. solemne fuisse mortuis consecratis immutari nomina, nempe ne quis putaret eos homines fuisse. Sic Romulus post mortem Quirinus dictus est, & Leda Nemesis, & Circe Marica, & Ino Leucothea, & sexcenta huiusmodi. Generatim verò ob honoris nouitatem huiusmodi Deos dictos à Romanis fuisse Nouensiles, affirmant aliqui apud Arnobium l. 3. n. 32. tametsi nec ipsis quidem Ethnicis quid Nouensiles essent, conuenisse, ostendit Arnobius ibidem.

Affectus in suos.

34 Ad causam Polytheismi supra ex Sapiente tactam, nempe ad affectum, spectat quod ab eodem Sapiente ibidem nequicquā contrà grunniente Caluino 1. instit. c. 11. § 8. dicitur de dolore patris ex morte filij, cui dolori leniendo, & memoriæ filij retinendæ erectum sit idolum, & instituta sacra, non quidem publicè, cùm grauissimi Scriptores passim dicant primum idolum publicè propositum patri à filio statutum esse, vt paulò post dicam; sed priuatim, vt bene distinxit Bellarminus l. 1. de verbo Dei, cap. 13. Hoc Fulgent. Placiades 1. Mytholog. circa initium refert de Syrophane Ægyptio ex Diophante Lacedæmoniorum historico. Par autem ratio est de affectu filij in parentes, ex quo motos plerosque Regum ad parentum apotheosim, certum est ex Belo, cui idolum primum quod publicè adorandum propositum est, statutum fuit à Nino filio, vt Eusebius initio Chronici, Hieronymus Oseæ 2.

& Ambros. in c. 1. ad Rom. referunt, post Diodorum l. 4. Et hunc Belum esse ipsum Iouem Saturni filium ex Sanconiatho docet Viues 18. Ciuit. c. 13. an [illegible], vide etiam Theoph. in fine tertij ad Autol. & Alexander apud Euseb. 9. praeparat. cap. 4. ac Plin. l. 6. cap. 36. & l. 37. cap. 10. & qui Theophilum suprà laudat Lactantius l. 1. cap. 23. Vniuersè etiam in quorumcunque propinquorum & necessariorum morte idem à variis patratum tradit Nazianz. orat. 2. de Theolog. num. 26. eandemque Athanasius circa initium, orat. contra idola, qui exemplis etiam sui temporis id comprobat. Addit etiam Cyrillus 6. in Iulian. ad c. 8. exemplum Hephestionis quem Alexander Deum fecit, quia ei carus in vita & fere fuerat. Lactant. 1. instit. cap. 22. adducit exemplum Fatuae, sororis Fauni vel vxoris, vt ex Clodio refert, quam Faunus ob ebibitam vini ollam virgis myrteis ad mortem vsque cecidit. Postea verò facti poenitens, & eius desiderium non ferens, diuinis honoribus affecit, & Bonam Deam nominauit, in cuius propterea sacris obuolutam vini amphoram positam refert; nec myrteas fas fuisse inferre vecticas addit Arnob. lib. 5. num. 14. Illustrissimum quoque in hanc rem est exemplum Antinoi illius, quem Adrianus Deum esse voluit. *Desiderium* (inquit Athanas. suprà) *idololatriam non alia de causa inuentam esse, quàm desiderio eorum quos [illegible] reparantur, eadque [illegible] de [illegible] argumentum praebent*, quo sane frequenter vsi sunt qui tum viuebant vel posteà vixerunt Christiani scriptores, idololatriā impugnantes, vt Theoph. 4. ad Autol. *circa initium*, Iustin. in Apolog. ad Antoninum, Egesippus apud Euseb. 4. histor. c. 8. Athenagoras orat. pro Christianis, Orig. 3. cōtra Celsum. Clemens Alexand. in protrept. Epiphanius in [illegible] & in Ancorato, Hieron. in cap. 2. Isaiae, Tertull. cap. 18. libri 1. contra Marcionem, & l. de corona mil. cap. 13. & cap. 23. apolog. Prudent. lib. 1. contra Symmachū epigr. 12. & saepe alij. Quod autem Gaudentius Brixiensis tract. 4. de lect. Exodi *sub finem* ait sacrificia mortuis institutā, cùm primùm celebrarentur tantùm parentalia, & inde idololatriae malum extulisse caput enormis, transitu facto à commentis ad sacrificia, quae sensim succresceret, non [illegible] his quae ex grauissimis auctoribus paulò ante allegatis habemus.

Metus & assentatio.

85 Tandem assentationem timoris Tyrannorum, aut complacendi Principibus, multos huiusmodi Deos peperisse docet suprà Sapiens, & pulchrè Minutius num. 21. verbis illis: *Aegyptij sane hominem sibi quem colant, eligunt, illum vnum propitiant, illum de omnibus consulunt, illi victimas caedunt; & ille qui caeteris Deus, sibi certè homo est, velit nolit: nec enim conscientiam suam decipit, si fallit alienam. Etiam principibus & regibus, non vt magnis & electis viris (sicut fas est) sed vt Deis turpiter adulatio falsa blanditur, cum & praeclaro viro honor verius, & optimo amor dulcius praebeatur. Sic eorum numen inuocant, ad imagines supplicant, genium id est daemonem eius, implorant: & est eis tutius per Iouis genium peierare quàm Regis.* Idem colligi ex Alexādro Macedone, quem quia tunc viuebant, tredecim decreuerūt nominari Deum, vt refert Cyrillus 6. in Iulian. ad c. 8. aut vt habetur apud Gazaeū *sub nomine* Theophrasti decimum tertium Deum numeratū, quamuis ille vt idem Gazaeus addit saepe saucius, saepe aeger, demum vita functus.

functus, hominem se probarit. Aliis exemplis id declarat Theodoretus 3. aduersus Græcos *ante medium*, & l. 8. *fere in fine*, ac Lactant. l. 1. cap. 22. *in fine*, & suprà Athanasius: sic enim Deos habitos ait, in Creta Iouem, in Arcadia Mercurium, apud Indos Dionysium, apud Ægyptios Isidem & Osiridem, & Horum, & suo propè tẽpore Antinoum, quòdque Senatus Romanus Deos esse vellet: tametsi, vt hæc exempla docent, impij prorsus & perditissimi extitissent. Quid enim Antinoo illo spurcius? quid Hercule intemperantius, vt latè Clemens Alex. in protrept. Arnob. l. 4. num. 25. & 26. Lactant. 1. instit. c. 9. ac etiam vt Lactant. ibidem cap. 11. prosequitur, crudelius ac furiosius? quid Baccho effœminatius? vt latè videre est Theodoret. *serm.* 8. contra Græcos. Et constat ex spurcitiis Phallorum quibus colebatur, ex Nazianz. orat. 1. num. 43. Theodoreto 1. contra Græcos, & latiùs Arnobio l. 5. à num. 12. Euseb. 2. præpar. cap. 5. August. 7. Ciuit. cap. 21. Epiphan. in compendiaria doctrina, & Clem. *circa initium* protrept. Quid Marte iniquiùs? quem ob antiquam turpitudinem nouo homicidij crimine cumulatam, Neptuno accusante supplicio affectum, damnationis loco ad sempiternam infamiam Areopagi (id est tribunalis in quo Mars iudicium subierit,) nomen reliquisse, prodit Isidorus Pelusiota l. 2. epist. 91. & 92. etsi quamquam absolutũ ibi Martem variantibus sententiis scribit August. 18. Ciuit. cap. 10. non negans tamen admissam ab eo cædem, licet de Diis fere erubescentem, idcirco id negantem Varronem referat. Mercurij scelera expiari oratione posse negat Cæsarius Dialo. 2. *ferè in fine*. Pelu hæc etiam idem Isidor. l. 1. epist. 139. annotat Apostolum cùm ait Christum non esse arbitratum rapinam esse se æqualem Deo, allusisse ad scelus Iouis, qui patri regnum, & vt Ethnici fabulabantur, Diuinam potestatem eripuit. Sed quid Ioue illo scelestius? quem Arnob. non inscitè l. 5. n. 17. appellat locum quemdam expositum in quem spurcitiæ se omnes scenarum colluuionibus deriuarent: Cypr. autem epist. 2. cap. 6. non magis regem quàm vitiis principem: cuius nec opera eloqui aut nominare fas sibi esse ait Theoph. 1. ad Autol. *sub finem*. Plura de eius & aliorum Deorum flagitiis addit in l. 3. *circa medium*: quod etiam latè faciunt Athenag. suprà Lactant. 1. instit. cap. 9. & 10. & 11. August. 7. Ciuit. cap. 4. Agatarchides apud Photium cod. 250. cap. 4. Tatianus orat. contra Græcos num. 12. & sequentibus, Arnob. l. 4. num. 19. & sequentibus, & toto propè lib. 5. Tertull. cap. 11. apol. Clemens Alexandr. in protrept. Iustinus in parænesi & *in fine* libri de monarchia, & tota propè orat. ad Græcos, quam separatim Henricus Stephanus Latinè ac Græcè emisit. Euagrius 1. histor. cap. 11. Cæsar. Dialo. 2. *in fine*. Theodoretus *in fine*, tertij aduersus Græcos, & l. 8. *initio*, & l. 7. *item initio*, Damascenus in Barlaam & Iosaphat historia c. 27. Cyrillus 6. in Iulian. ad l. 8. alter Cyrillus catechesi 6. Romanus Martyr apud Prudent. Peristeph. hymno 9. Nazianz. orat. 3. *sub finem* & orat. 4. num. 55. Insectatur etiam hoc nomine Hesiodum & Homerum quod Diis tanta scelera attribuerint, Xenophanes apud Sextum Empyr. l. aduersus Mathem. in examine Physicæ cap. ac *fine Dij in fine*, & Orpheum Laertius *initio* libri primi. Generatim verò Basilius orat. de legendis cum fructu gentilium libris, Ethnicos eo nomine

infectarur quid de Diis suis, & maxime de Ioue, ea scelera narrarent, quæ si quis de feris diceret, erubesceret. Tandem matris Deorum ea vita fuit, vt dicat Theophilus 1. ad Autol. sub finem. *Si in medium produxeris eos qui Deum matri celebrantur, respondent, Dij nolunt, vt festinatem vel eos aliquis opera nisi, nam ea faciunt nominare nobis haud fas est, nec eius ministrorum à quibus colitur opera exitiale.* Hæc verissimè dici constabit ei qui auctores circa sacrorum magnæ matris turpitudinem allegatos, consuluerit. Sed & Isidorus Pelusiota l.1. epist. 54. quemdam Theologum, quem vnde à Gentilibus discreparent Dei matrem agnoscentes, sicut & illi agnouerunt, respondet. *Cybelem esse infamem turpitudinem. Dei autem matrem sanctissimam, & totius honestatis exemplar fuisse.* Ita ille omnino verè, vt facilè quisque agnoscit. Rectè ergo hic Deorū sceleribus ex parte recensitis Eusebius orat. de laudibus Constantini *post medium* ait Ethnicos huiusmodi Diis cultum & Dei nomen deferentes, perinde fecisse, vtque si quis Solem & cœlum alicui demonstrare intendens, manus & oculos deorsum demitteret, inibi in luto ac cœno astra illi indicaturus.

56 Hæc de primo ex tribus generalibus initio propositis capitibus, plus satis. Constat enim ex dictis, vnum tantùm Deum verum, Diuinitatis naturali prærogatiuâ gaudere, cæteros autem omnes per hominum errorem, & Tartarei veteratoris dolum inductos, nec Deos sed figmenta vel homines magna ex parte fuisse. Et, vt cætera sigillatim allata prætermittam, aptè id ostendunt qui magnæ illorum matris, parentes habiti sunt, Saturnus & Terra. *Si enim mater Deorum est Terra*, vt ipsi quoque Ethnici fatebantur, *quid vltra quærimus, quid cætera persequamur*? ait D. Aug. 6. Ciuit. cap. 8. *Quid euidentius suggesserunt hi qui dicunt, omnes istos Deos, homines fuisse? sic enim sunt terrigenæ, sicut terra eis mater est.* Item Saturnus vt idem Ethnici fatentur apud eundem Augustinum 1. de consensu Euang. c. 23. idem est quod vniuersum tempus. Dicitur enim quasi annis satur, & Græcè Κρόνος, id est tempus: sunt ergo Dij illi, Temporis filij & cum tempore nati, ac proinde non Dij, vt benè ibi argumentatur Augustinus, addens Platonicos quosdam qui iam vigente Christiana fide viuebant, erubuisse de tali Deorum suorum parente, conatosque aliter interpretari Saturni nomen, illudque deduxisse à satietate intellectus, tum quod Græcam vocem Κρόνος, tum quod Latinam Saturni appellationem, quem Deum sapientissimum & sapientum effectorem (quod vtique etiam habet tempus) Saturnum esse dicebant. Quod tantum abest vt persuaserint suis, vt potiùs quod ibidem notat Augustinus, omnes persuasi Saturnum esse Tempus edax rerum, pro malefico Deo illum inter sydera constituerint, nec nominare illum vellent: Senem potiùs quàm Saturnum appellantes, tam timida superstitione, vt etiam Carthaginenses penè vico suo nomen mutauerint, vicum Senis crebriùs quàm vicum Saturni appellantes. Reliqua duo capita initio proposita breuissimè expediri possunt.

De prima origine Polytheismi.

57 Quod ergo ad primam originem attinet, siue ad primum tempus quo cœperunt mortales à vero Deo deflectere, & in Polytheismum aliquo ex prædictis modis declinare, varij varia senserunt, vt videre est apud Picum 2. de prænot. c. 4. distinguen-

dum

dum est cum Epiphanio in breuiario, & initio Panarij, impleri tempus Primum ab Adam vsque ad Noe, quod Epiphanius vocat Barbarismum, à barbarie tunc vigente, principibus, & ciuili vita legibus communibus constituta, nondum habentibus locum. Secundum quod idem vocat Scythismum, à Noe vsque ad Phaleg & Ragau, qui ad Europæ regionem declinantes, in Scythia sedes locarunt: Tertium Hellenismi seu Græcismi, à Sarug proauo Abrahæ, sub quo Sarug, exortam primo idololatriam asserit Epiphanius, & qui ex eo omnia hæc exscripsit Damascenus initio libri de hæresibus. Alunt autem idololatriã initio absque statuis fuisse, posthmodum verò Thare patrem Abrahæ etiam statuas addidisse, primum quidem figlinas, tum temporis progressu lapideas, & metallicas, & ligneas. Similiter Cyrillus 1. contra Iul. *non multum ab initio*, consentit ante diluuium nullam fuisse idololatriam. *Homines* (inquit) *qui ab Adam vsque ad Sem fuere, Deum omnium naturam, & verè nominatum cognoscerent, & Dominum colebant: nullus enim reperiri potest quod Deo alienis fuerit deditus, vel immundis dæmonibus obnoxius. At post diluuium, & constructionem turris, & linguarum diuisionem, etiam de Deo indignam habuerunt opinionem.* Explicatius idem lib. 3. ad init. 7. *Qui subtiliter* inquit, *& accuratè tempora ab initio seculi numerauerunt, & prætermittentes nullum scrupulum, dicebant quidem ab Adam vsque ad Noe ab illo decimum, annos numero ducentos & quadraginta duos supra duo millia. In sacris autem literis nullum omnino inuenimus qui per illud tempus idololatriæ crimine fuerit implicitus: tacentibus enim de aliis, & primum fratricidam inducit diuinis, corrupit erat enim (inquit) omnis caro viam suam. Idololatriæ vero nomen, vt dixi, nullo prorsus inuenimus vestigium post diluuium ex filiis Noe.* Et post pauca. *Porrò nongentis & quadraginta duobus annis exactis, dispersisque posteris Noe vndequaque, & habitantibus iam hominibus ad Orientem & ad maritima, congregatisque in ciuitates, primus regnauit in Assyriorum terra vir sapiens & arrogans Arbelus, qui & primus hominum dicitur a subditis nomen Dominus accepisse: post hunc fuit Ninus Arbeli filius* &c. additque sub illo Nino vixisse Abraham, vt proinde, vel nullomodo, vel non multum absit Cyrillus a primo illo idololatriæ & Polytheismi initio, quod assignabant Epiphanius & Damascenus, quos ex Recentioribus sequuntur alios addocto Castro in cap. 14. Sapient. ad versum 13. & Salianus anno mundi 2521. consentitque omnino Clemens Rom. 4. recognit. *sub finem.* Nisi quod tempore Nembroth, quē à Græcis Ninum vocari ait, exortam putat idololatriam non occasione Beli sed Zoroastris, quem igne à dæmone patrato sublatum propter non satis cautè tractatam magiam, à Cham parente acceptam, coluerunt qui tunc viuebant mortales, quasi fulmine ad cœlos euectum. Vnde factum etiam ait, vt eo exemplo multi etiam qui tempore illo scribebat Clementis, eos qui fulmine obiissent, tanquam Deos colerent.

Eadem habet qualiscunque tandem auctor Berosus Annianus l. 5. antiquit. & Galat. l. 4. cap. 20. annuit etiam Lactant. 1. instit. c. 22. tribuens Melisseo, cuius nepos Iupiter, primam originem cultus numinum Deorum auctore Didymo, vel Ioui ipsi, auctore Euhemero in historia sacra, id est Deorum: hanc quippe ibi à Lactantio allegari, non historiam Ecclesiasticam, vt vir quidam eruditus parum aptè interpretatur anno mundi

 2498.

2498. constat ex cap. 11. eiusdem libri ad medium, vbi causa inscriptionis redditur, & additur eam Euhemeri historiam Latinè factam ab Ennio, quem idcirco Lact. sub finem capitis & cap. 14. citat in historia sacra. Allegant eandem sacram historiam Euseb. 2. præpar. cap. 4. August. 7. Ciuit. cap. 26. Minutius & Arnobius l. 4. Simile opus Sacri nominis inscripsit Manethus apud Eusebium initio 2. de præpar. sed hæc obiter. Cùm ergo Saturnus Iouis pater Beli synchronos fuerit, iuxta eundem Lactant. l. 6. cap. 25. constat idololatriæ natales post diluuium circa Nini tempora assignandos esse iuxta Lactantium, cùm Iupiter aut à se excogitatam, aut ab educatore suo acceptam idololatriam prouehere satagit. Nazianz. orat. 1. in Iulian. num. 30. ad Orpheum refert primam falsi Deorum cultus originem. *Deos colere* (inquit alloquens Iulianum) *vnde ad te peruenerit? nonne à Thracibus, vt ipsum quoque nomen ostendit?* nempe quia deorum cultus θρησκεία à Thrace Orpheo dictus est, vt ibi Elias obseruat: fuit autem Orpheus æqualis Herculi, Mose longè posterior ex Eusebio 10. de præparat. cap. 3. atque adeò longè post diluuium inuectam idololatriam censuit Nazianzenus, cuius tamen sententia non placet; non enim potest in tam serò tempora differri Polytheismus, qui etiam Mosis tempore ac longè ante vigebat, saltem post diluuium.

58 Alij etiam ante diluuium viguisse idololatriam & Polytheismum contendunt. Ita Carthusianus, Hugo Cardinalis, & Lyranus Genesis 4. & ibidem in replica pro Lyrano Matthias Toringus, Genebrardus in Enos lib. 1. Chronolog. Torniellus anno mundi 236. videturque annuere Cornelius in cap. 4. Genes. *in fine.* Tandem Suares lib. de superstit. cap. 5. num. 3. propter D. Thomæ authoritatem 2. 2. quæst. 94. art. 4. ad 2. concedit vt verisimile, in prima mundi ætate ante diluuium non fuisse vsum idololatriæ, ob recentem tunc creati mundi, & ab Adamo traditam Dei creatoris memoriam. Quæ sententia placet etiam Maldero 2. 2. tract. 10. cap. 7. dub. 3. quoad homines, nam malos Angelos (quod mirum videri poterit nisi [illegible] intelligatur) concedit fuisse ab initio idololatras Luciferi. Statim tamen subdit Suares eam rationem quæ proximè adducta est non cogere vt ita sentiamus de tota illa prima ætate, sed tantum quòd non ita citò inualuerit vt aliqui contendunt, qui volunt eam cœpisse à tempore Enos propter quædam verba capitis quarti Genes. intellecta iuxta Rabbinorum interpretationem, non iuxta probatam ab Ecclesia textus sacri editionem. Concludit ergo idem Suares, quandonam inceperit idololatria, incertum esse, tam varia referentibus variis scriptoribus. Quæ sententia quoad punctum quasi Mathematicum primæ originis Polytheismi, probanda videtur. Quoad illas tamen duas ætates mundi, quarū vna diluuium præcessit, altera subsecuta est, magis probo sententiam negantem viguisse ante diluuium idololatriam, quia multorum Patrum authoritate, & non contemnenda ratione ex Cyrillo suprà adducta nititur.

Polytheismi progressio, præsertim apud Ægyptios.

59 Postremò quod ad idololatriæ & Polytheismi semel quacunque ex prædictis causis mundo inuecti, progressum attinet, breuiter dici potest, impletum esse quod antiquissimus Enoch prophetauerat referente Tertulliano

tullianu lib. de idolol. cap. 4. videlicet omnia elementa, omnem mundi censum, quæ cælo, quæ terra, quæ mari continentur, in idololatriam vertenda, & Polytheïsmi materiam antitheorum spirituum instructura fouit. Distinctè autem & optimè progressum illum expresserunt Eusebius orat. de laudib. Constantini Magni *post medium à §. deinceps causam*, & Athanasius circa initium orationis contra idola, quorum hic expositis Polytheïsmi natalibus, exemplo eorum qui in profundum mersi, sola quæ in profundo sunt respicientes, præstantiùs nihil percipiunt, vt ex ipso Athanasio supra retulimus, subdit ista de progressu. *Vt autem secundùm superiorem comparationem, qui in profundum demerguntur quantò magis descendunt, tantò ad tenebrosiora semper altioraque deripiuntur, ita quoque cum dissimili quidem humano genere euenit. Non enim simpliciter temere idololatriam, neque vnde inceperunt ibi quoque persisterunt, sed quantò diutiùs prioribus immorati sunt, tantò magis ac magis nouas sibi superstitiones reperierunt, ac nondum prioribus satiati, alijs se denuò malis impleuerunt, dum pergunt in turpissimis, vlteriùsque suam impietatem extendunt.* Hæc ille, quæ exemplis declarat, cùm enim primùm vel astra aut mundi partes, vel homines viui, aut fato functi colerentur, deuentum tandem est ad reptilia, cùm aquatici generis, tùm terrestris, & ad bruta quæcumque, etiam (quod de ætate sua testatur Guliel. Paris. lib. de legibus cap. 7.) ad buffones: imò etiam ad ligna & saxa. Et quod omnium stultissimum censet idem Athanasius, ad numina quæ nec sunt nec esse possunt, nempe ad numina ex rationali & bruta natura in vnam speciem commixta, quales ait esse apud Ægyptios Canicipites, Serpenticipites, Asinicipites, & in Lybia Iouem Ammonem veruecino capite configuratum. Similia biformium (vt ait) Deorum exempla dabit Tertull. cap. 16. apolog. Et exegerant quidē Romani Pisone & Gabinio Consulibus, Cynocephalum Ægyptium cum Serapide & Iside è numero Deorum, sed postea recepti sunt, vt liquet ex Tertull. c. 16. apolog. & Arnobio lib. 2. num. 67. Affirmat tamen Nyssenus orat. 1. in Eunomium, mixturas illas, de Ægyptiorum mente fuisse tantùm ænigmata dæmonum, habentium (vt illi censebant) Diuinitatem permixtam, voluptatis & laboris capacem, & cum animæ natura ac corporis sensu contemperatam, quorum nihil in Deo ingenito alia superminente admittebant.

40 Sed quicquid sit de Ægyptiis superstitionibus, quorum tamen culpa commixtæ & multiplicatæ Diuinitatis exigua non fuit, sunt crebræ apud alios antiquos Patres querelæ contra prædicta, & alia *Ægyptiorum veriùs portenta quàm numina*, vt rectè dixit Cyprian. lib. de vanit. idol. num. 35. in nos siquidem cadunt quæ libro contra Demetrianum dixerat idem Cypr. num. 52. *Crocodili, Cynocephali, & lapides & serpentes à vobis coluntur.* Similiter Athenag. initio orationis pro Christian. ita loquitur. *Ægypti feles etiam & crocodilos, & serpentes, & aspides, & canes, pro Diis habent.* De hac serpentis apud Ægyptios, ipsumque etiam Trismegistum Diuinitate, videndus Euseb. 1. de præpar. cap. vlt. ac vniuersim de Dæmonis & serpentis quadam familiaritate Conradus Brunus lib. de imaginibus cap. 14. Hircum, Oulculam, Ibim (cuius factam à Moyse apotheosim ... Artapanus apud Euseb. 9. de præpar. cap. 4. nempe ob fusos in Æthiopico bello serpentes, vt latiùs fabulatur Iosephus

a ... inquit, cap. 5.) missam, accipitrem & corvum (vnde facta illa Coracina quorum meminit Ambrosius ad Rumanos) addit Epiphanius in Ancorato sub finem; Caprum S. Cyrillus in cap. 11. Esaiæ, Apim vitulum Memphyticum Nazianz. orat. 24. (& nemo nescit.) Taurum Anastasius q. 5. in script. ex Theodoreto. Accipitrem Sextus Empyric. 3. Pyrrhon. hypotyp. cap. 24. Vulturem Euseb. 3. præpar. cap. 2. Scarabæum Plinius lib. 11. c. 12. Vespas & Mures Epiphanius in 7. Synact. 6. Feles & Mustelas Clemens in protrept. vbi etiam de varijs piscibus exempla affert, & de crocodilo confirmat narrationem quæ habetur apud Maximum Tyrium dissert. 8. filium enim quòd vorator esset a domestico crocodilo, cū quo adoleverat, & cūque mira quamdiu per infirmam crocodili ætatem licuit lusitaverat, beatissimum censuit mater, quòd domestici Dei factus esset victima. Quod frequens fuisse constat ex Iosepho 2. contra Appio, vbi idem habet de ijs qui moriebantur demorsi ab aspide. Multa similia insania Ægyptiorum, videre est apud Diodorum lib. 1. cap. 4. Imò vt ex Theodoreto refert Anastasius q. 50. in script. Ægyptij carnibus omnium omnino animalium tanquam Deorum (sue excepta, nempe quia sola inter animantes brutas credebatur Diuinitate vacare, vt notat etiam Iustinus q. 31. orthod.) abstinebant, quam ille vult fuisse causam interdicti Iudæis esus suillæ. Sed & fuerit apud Ægyptios quosdam, Deum habitum testatur Damascenus in vita Iosaphat cap. 25. addens aspidem, draconem, simiam, aquilam, & huiusmodi alia bruta, Diuinos meruisse honores apud Ægyptios. *In summa Ægyptij* (inquit Euseb. orat. de laudib. Constantini Magni post medium) *omnes bestiarum differentiarum species, omnia animalium genera, serpentes etiam ... & feras agrestes, Deos appellare non sunt veriti.* Et eadem ex causa in responsione ad quæstionem 35. orthod. apud Iustinum dicitur orta animalium apud Iudæos distinctionem in munda & immunda. *Quoniam (inquit) in Ægypto omnia tunc animalia, præter suem, Dij habebantur, propterea animalium alia munda, alia immunda nominauit, & munda quidem permisit eis immolare, alia verò non comedere iussit vt immunda, vtraque ostendens indigna esse vel appellatione & honore Dei, quod & immolarentur & comederentur, & rursum immunda vocarentur.*

41 Causam eam monstrosæ apud Ægyptios Deorum numerositatis, reddit Abbas Apollo apud Palladium cap. 52. Lausiacæ, his verbis: *Abundaut in Ægypto multis & insanis Deorum cultus, adeo vt in nulla gente magis. Canes enim & simias quidam colebant, alij alia & cæpe & ex oleribus alterium multa. Deos existimabant, vt ipsum familiare Patrem hui narrantem audiuimus, & reddentem causam priorum ignorantiæ. Nam bouem quidem (aiebat) in Deos referebant gentes qui prius apud nos habebantur, quoniam per ipsum exercentes agriculturam, victum sibi parabant; aquam autem Nili quoniam irrigat omnes agros, terram quoque colebant, vt quæ esset aliis omnibus regionibus fertilior; reliquas autem abominationes, canes & simias, & reliquorum animantium & oleorum colebant turpitudinem, quatenus vnde vsus fuit eis occasio salutis, qui tempore Pharaonis homines occupatio tenuit, quando ille Israelem persequens submersus est. Vnusquisque enim id in quo fuit occupatus cum Pharaonem nō esset sequutus, hoc in Deo tenebat dicens. Hic fuit mihi Deus hodie, per quod effectum est, vt non perirem hodie vnà cum Pharaone. Hæc quidem in sermonibus habuit*

Sanctus

Smintheo Apollo. Ita Palladius. Varias alias cultorum ab Ægyptiis animalium causas ex Diodoro recenset Eusebius 2. præp. cap. 1. quæ plenius habentur apud ipsum Diodorum. Nam Eusebij interpres Trapezuntius, multis locis verba Diodori ab Eusebio adducta interpolauit.

Tantus verò apud Ægyptios idololatriæ huius vigor extitit, vt cum hisce reptilibus ac bestiis, tam viuis quam mortuis sacrificasse, prodat Aristæus in historia 70. Interpretum, & memorent Tertull. cap. 24. Apolog. & Minucius in Octauio num. 49. damnatum capite fuisse, qui aliquem de huiusmodi auibus ac bestiis Deum occidisset; & quidem si de Fele & Ibide agerentur, tametsi inuitus occidisset, vt ex Diodoro memorat Euseb. 2. præpar. cap. 1. *Bestias in Deos referunt Ægyptij* (inquit Athenagoras orat. pro Christia.) *& eandem cum illis morientur, quas etiam in templis sepeliunt, & ea de causa luctum publicum excitant.* Audi etiam S. Hieronymum 2. contra Iouinianum. *Singulæ penè in Ægypto ciuitates, singulas bestias & monstra venerantur, & quodcunque coluerint, hoc inuiolabile & sacrum putant, vnde & vrbes quoque apud eos ex animalium vocabulis nuncupantur, Leonto, Cyno, Lyco, Busiris, Thmuis, quod interpretatur Hircus.* Numerus porrò sacrificiorum quo huiusmodi numina apud Ægyptios colebantur, ad sexcenta sexaginta sex pertingebat, vt ex Migiodoro memorat Guliel. Paris. lib. de leg. c. 7.

42 Aliis quoque gentibus plerasque bestias numina fuisse, docent illa Minutij ibidem Romanos alloquentis. *Vos tamen asinos cum vestra Hippona consecratis, & eosdem asinos cum Iside religiosè decoratis, item boum capita & vervecum & immolatis & colitis, de capro etiam & homine mixtos Deos, & leonum & canum vultu Deos dedicatis. Nonne & Apin bouem cum Ægyptiis adoratis & pascitis?* Hæc ille contra calumniam Gentilium effutientium caput asini esse Deum Christianorum. Similia habet eandem ac aliam similem de Christianorum Deo Onocoete calumniam refellens Tertull. cap. 16. Apolog. quibus gemina illa de leoniformibus, asini formibus, amphibiis Christianorum numinibus mentiente Celso apud Origenem lib. 7. *post medium.* Quid quod minusculas quoque bestias aliis numina fuisse memorat Clemens Alex. circa medium protreptici. *Vos* (inquit Græcos alloquens) *qui estis Ægyptiis omnino meliores, dicere autem dubito deteriores, qui non cessatis Ægyptios videre quotidie, quales vos quoque estis in bruta animantia? Ex vobis quidem ciconias honore afficiunt Thessali propter consuetudinem. Thebani autem mustelas, propter ortum Herculis. Quid verò, Thessali rursus dicuntur colere formicas, quoniam didicerant Iouem assimilatum formicæ, coiisse cum Eurymedusa filia Cletoris, & genuisse Myrmidonem? Polemon autem refert eos qui habitant circa Troadem, colere mures qui sunt in his regionibus quos ipsi appellant σμίνθας: quoniam arrodebant chordas arcuum hostium, & Smintheum Apollinem ab illis muribus appellarunt. Heraclides autem dicit in ædificationibus templorum in Acarnania, vbi est Actium promontorium, & templum Actij Apollinis, bouem prius sacrificari muscis. Neque verò obliuiscar Samiorum, qui ouem colunt, vt dicit Euphorion. Sed nec eorum qui colunt Phœniciam Syriam, quorum alij quidem columbas, alij verò pisces tam impensè colunt quàm Elei Iouem.* Serpentes non Ægyptiis tantùm, sed & aliis plerisque gentibus Deos habitos liquet ex Eusebio in fine primi de præpar. iis additis quæ Trapezuntius solita libertate refecit, & ex

Nice

Nicephorus lib. 2. cap. 16. & ex variis à Bosio adductis lib. 1. *de signis Ecclesiæ* cap. 4. quæ ille occasione deceptionis primorum hominum facta existimat. Et ita sentit illa Firmici de error. profan. relig. cap. 11. *Sebazium colentes Iovem, anguem cum initiantur per sinum ducunt. Adhuc forma errorum vestra grassatur, & quicquid hominum perditor colitur, & funesti anguis callida & maligna credulitas adoratur.* Quod de angue per sinum ducto dixit Firmicus, paulò expressius dixit Arnob. lib. 5. num. 17. *In sacris quibus Sebadiis nomen est, aureus coluber in sinum demittitur consecratis, & eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis.* His affinia sunt atque adeò nec omittenda illa Clementis in protrept. *Dionysum Mænolem Orgiis Bacchi celebrant crudarum carnium esu sacram agentes insaniam, & cæsarum carnium peragunt distributionem coronati serpentibus ululantes Euam. Euam illam per quam error est consecutus. Et signum Bacchicorum Orgiorum est serpens mysteriis initiatus. Iam verò si exactè ad vocem spectetur Hebraicam, nomen Heuia aspiratum exponitur serpens fœmina.* Similia de illa anguium in Bacchicis omophagiis circumplicatione & dissipatione viscerum caprorum reclamantium Arnob. lib. 5. n. 19. Nescio an ad Ægyptios solos pertineat illud ab Arnobio lib. 1. n. 14. absolutè prolatum. *Templa floribus, sertis & bacillis, suffimentis sunt ... Ægyptiis* quidem id tribuit Theodoret. circa finem tertij aduersus Græcos, & his verbis Origenes 3. contra Celsum sub initium. *At Ægyptum venientes offerunt se splendida fana cum lucis & templa cum vestibulis atque porticibus ... ingressis autem ... ostenditur felem, aut simiam, aut crocodilum, aut hircum, aut canem.* His aspides & cepas addit in fine sexti.

43. Sed bestiis non contenti inferiùs etiam delapsi sunt miseri mortales: *temporibus priscis* (inquit Arnob. lib. 6. num. 11.) *Persas fluuios coluisse tradunt, informem Arabas lapidem, acinacem Scythas nationes, ramum pro Cinxia Thespios, lignum Carios pro Diana indolatum, Pessinuntios silicem pro Deûm matre, pro Marte Romanos hastam, palum Samios pro Iunone.* Allectum nunc palum ait Clemens Alex. *circa medium protrept.* hæc eadem referens. His non minùs absurda benè multa de India refert à Costa 5. histor. cap. 5. & lib. 5. de procur. Indorum salu. cap. 5. & apud varias omnino gentes eadem fuisse numina latè docet Max. Tyrius dissert. 38. Sed & Ægyptij spinas, vt refert Damasc. cap. 27. historiæ Barlaam, itémque,

Vilia Niliacis venerantur oluscula in hortis.
Porrum & cæpe Deos imponere nubibus ausi;
Aliáque.

Vt cecinit Prudentius lib. 2. contra Symmachum l. 7. & confirmatur apud Clementem 5. strom. circa medium, & apud Cyrillum catechesi 6. vt minùs mirum sit Ægyptios Nilum fluuium à quo tot commodis afficiebantur pro Deo habuisse, teste Nazianz. orat. 4. num. 58. (vbi delatos ei Diuinos honores per androgynos refert) & Euseb. 4. de vita Constantini c. 25. aliique apud Scortiam lib. 1. de Nilo cap. 1. non tamen cultum crediderim eò quòd nubium copiam Ægyptiis faceret, vt dixit Macarius Chrysocephalus homil. de crucis exalt. quippe quæ ausuris propterea dicatur quòd nulli ex eo erumpant halitus, validò æstu quicquid efferri potuisset absumente, sed quòd esset Ægyptiis loco nubium ac etiam agros obliniendo, vnde feracitas. Sed quod horrendum

vel

veri cultus est, alij præterea apud Clementem loco allegato referuntur Ægyptiorum Dij, *thuca & crepitus ventris, & alia (inquit) huiusmodi ridicula quæ pudet etiam commemorare.* Sed de illo gemebundo Ægyptiorum numine, extat etiam testimonium Minutij in Octauio num. 43. vbi Octauius ita alloquitur Cæcilium Romanum hominem: *Nunc & Apim bouem cum Ægyptiis adoratis & pascitis? nec damnatis eorum sacra instituta serpentibus, crocodilis, belluis cæteris, & auibus, & piscibus, quorum aliquem Deum si quis occiderit, etiam capite punitur. Iidem Ægyptij cum plerisque vobis non magis Isidem quam ceparum acrimonias metuunt: nec Serapidem magis, quam strepitus per pudenda corporis expressos contremiscunt.*

44 Nunc videas iure dixisse Tertullianum lib. de idolol. cap. 4. *Omnem colit humanus error præter ipsum omnium conditorem.* Verum & illud Nazianzeni orat. 39. qui cùm Polytheorum varia figmenta retulisset, præsertim Ægyptiorum Nilum honoribus decorantium, & reptilibus ac vilibus animalculis, sua cuique sacra & festa priuatim celebrantium, subdit, *tantam fuisse eorum cæcitatem, vt si quidem ex omnium impietate, atque ad simulachra & artis opera maximeque figmenta prolapsis à Dei gloria desciscerentur, nihil aliud ipsi terrenum homini inspectari possent, quam ne talia venerarentur, talibúsque hominibus afficerent &c. Non magis ea numina per seipsa honoranda quam ipsi per ea decorem & infamiam sibi ipsi auxerunt, execrabiles quidem illi ob errorem, execrabiliores autem ob eorum quæ venerantur atque adorant vilitatem, ita vt iis etiam quæ adorant stupidiores sint præditi, tantóque ea dementia & stoliditate superant, quantum ab iis quæ adorant vilitate superantur.* Hæc ille.

Ad extremum moueo hinc liquere quantum detestari debeamus Angelos illos nequam, qui vt loquitur Clem. Rom. 4. recogn. *valer ex formare quasdam & effigies mutas immobiles, subtracto parum lumine, impietatis fumo repleuerunt.* Quantum verò Christo debeamus, à quo erepti sumus à famulatu simulachrorum & inanium Deorum, traductique ad seruitutem Deo viuo & vero, elegantissimè describit Arnob. lib. 1. num. 41. *Nec quid agere debemus Angelis Ciuit. c. 34.) vel potius quid agere, nisi quantas possumus gratias Domino Deo nostro, qui hoc munere nostro nos fecit? Nonne quod infirmos incredulitate contritos, abstulit via veritatis: quod infideles incredulitas, abstulit fidei: quod infirmos à cultu Diuinæ religionis, corripuit abstulit ad cultum verum Deum sanctissimeque conuersos.*

ARTICVLVS III.

De Diuinæ vnitatis præcellentia.

45 Asseruimus vnitatem simpliciter, siue indiuidualem Dei, eámque non modice confirmauimus, cùm modos quibus in multiplicem Deitatem exerratum est, aperuimus. Nunc ad eiusdem vnitatis perfectionem declarandam veniamus.

ASSERTIO.

Vnitas Dei est propriè, ac in rigore indiuidualis, tantáque perfectione præcellit, vt maior de facto dari, ac ne mente quidem concipi villa possit.

PRIMÒ, dico vnitatem Dei esse propriè indiuidualem contra aliquos, apud Suarem. d. 5. met. sect. 1. n. 6. qui dicerent Diuinam naturam nec singularem,

gularem,

gularem, nec vniuersalem esse, nam vniuersalem quidem esse non posse ex contradictione manifesta in existentia summe vniuersalis importata, satis perspiciebant, & ex omnibus argumentis quæ contra ideas iuxta sensum ab Aristotele Platoni tributum, explicatas, confici solent, quibus euidenter concluditur nullum existens esse vniuersale, quamuis id non implicare, parum attentè dixerit Aquar. in 3. d. 5. concl. 8. & eiusdem absurditas hæretici nonnulli sensere, tale aliquod vniuersale ens, de facto existere, nempe humanitatem vniuersalem à Verbo assumptum, teste Rustico Card. diacono, dialogo contra acephalos, qui id bene refellit ex vniuersalis fabrica per intellectum & existentia tantum obiectiua. Cùm igitur viderent Theologi prædicti Diuinam essentiam non posse dici vniuersalem, non sunt tamen veriti negare esse singularem propter communicabilitatem essentiæ illius ad plura supposita, quasi hoc quippiam referat ad naturæ perfectissimam hæcceitatem impediendam, cùm eadem illa natura omnibus illis suppositis indiuisa communicetur, non vt superius, aut vniuersale inferiori, sed vt natura supposito à se indistincto, vt hic contingit: Addi poterant multa Patrum & Doctorũ loca, quibus negatur Deum esse vnum numero. Ita sanctus Eulogius apud Phot. codice 230. verbis illis: *Deus, numero vnus non est.* Annuit S. Basil. epist. 141. circa initium, *quidquid numero dicitur vnum, id vere natura simplex non est, Deum autem simplicem & incompositum, confitentur omnes: nõ est itaque Deus numero vnus.* Idem asserit Rufinus ad c. in symboli articulum. Plot. Enneade 6. lib. 9. cap. 5. *vbi verba eius (ex c. tis) est ipsum vnum, Quod sane vnu non est aliquod, ne hoc quoque ipsum vnum de illo prædicemus, profectò nullum nomen conuenit ei proprie. Si autem nominare oportet, communiter quidem appellatum vnum conuenienter appellatur, non ita tamen vt primò quidem aliud sit, deinde vnum.* Et paulò post: *Nam neque quod vnum est genitum est sic, tanquam quiddam necessitate compositum, quemadmodum primum numerum naturam ipsa numeri vnitas designat, nec ipsi est indiuiduum individuum additum, nam neque ex parte vlla accedit. Vnum verò non sic est, vt vnum & impartibile dicimus, velut signum & vnitatem dicimus mathematicam, quod etiam sic est, vnum est quanti principium, quod quidem non prius fuerit, nisi substantia, & quod ante substantiam est, præcederet. Quamobrem cogitationis autem in his defigere non debemus, sed vnitatem hanc & signum analogia similitudinis quadam, tamen ipsum repræsentare putandum, ob quandam simplicitatem vnitatemque diuisionisque expertem.* Denique idem vult Auctor Theolo. Ægypt. lib. 10. cap. 18. cùm ait Verbum Diuinum non esse vnum ea vnitate, in qua est numeri principium & Dei vnitatem nõ comprehendi, nisi per remotionem vnitatis. Itaque cùm vnitas numerica eadem sit cum indiuiduali, si Deus non est propriè vnus numero, non erit etiam propriè vnus indiuidualiter.

46 Nihilominus certissimum est naturam Diuinam esse verè & propriè vnam indiuidualiter, seu rigorosè singularem. Quod enim nec singularis propriè, nec vniuersalis sit, planè repugnat, cùm duo illa importent immediatam contradictionem. Quòd autem sit propriè singularis, patet ex omnimoda eius inmultiplicabilitate importante negationem illam, in qua formaliter consistit vnitas indiuidualis propriè accepta: Patres allegati non repugnant, imò maximè fauent:

Tantum

Tantum enim volunt Deum non habere vnitatem numericam, qua possit in numerum venire cum aliis similem cum ipso naturam participantibus indiuiduis, vt clarè constat ex Ruffino loco allegato. Cùm enim præmisisset apud Orientales primis illis verbis Symboli Apostolici, (*Credo in Deum*) addi particulam *vnum* quæ in Romana Ecclesia à temporibus Apostolorũ, vt aduertit Vigilius initio quarti contra Eutichem, prætermittitur tamquam minus necessaria, quòd nemo Deum vnum nesciret, subiungit Ruffinus, Deum ab Orientalibus dici vnum non numero, sed vniuersitate: *verbi gratia, si quis dicat vnum hominem aut vnum equum, hic vnum pro numero posuit: potest enim & alius homo esse & tertius vel equus: Vbi autem secundus vel tertius non potest iungi vnius, si dicatur non numeri sed vniuersitatis est nomen: vt si exempli causa dicamus vnum Solem, hic vnus ita dicitur, vt alius vel tertius addi non possit, vnus est enim Sol. Multo magis ergo Deus cùm vnus dicitur, vnus non numeri, sed vniuersitatis vocabulo nuncupatur, id est, qui propterea vnus dicitur, quòd alius non sit.* Hactenus Ruffinus.

Nec alia est mens cæterorum qui allegabantur: quæ certè sic exposita, non repugnant perfectæ indiuidualitati Diuinæ, quam licebit etiam numericam appellare, si vnitas numerica non denotet vnitatem illam quæ est numeri principium, importetque connumerabilitatem aliorum similium, sed duntaxat importet vnitatem vlterius non diuiduam aut scissilem, cuiusmodi est numerica. Videtur hoc voluisse Marius Victor. lib. 3. contra Arrium initio, cùm vocat Deum *vnum numero, nec numero vnum sed ante numerum, vnum: sed est ante omnem quod est in numero.* Quasi diceret Deum esse quidem vnum numero, id est, singulariter & indiuidualiter, non esse tamen vnum vnitate numerica, pertinente ad connumerabilitatem, quam à Deo iam remouimus, & hinc Flor. enti. lib. 3. cap. 4. Eam porrò vnitatem numericam quæ ad connumerabilitatem pertinet, non esse veram vnitatem, affirmat Plato apud Sextum Empyr. lib. 1. aduersus Mathe. cap. 22. & Pythagorici ibidem lib. 9. c. de numero. Ex quo fit vt in Deo solo iuxta hos Philosophos sit vera vnitas, quia soli Diuinæ vnitati deest connumerabilitas. Sed de hoc præcedenti plura.

47 Secundò, dico nullam posse dari vel intelligi vnitatem perfectiorem Diuina. Quòd longa collatione omnium quæ vna dicuntur, declarat Bessonillius tract. 2. de terminis c. 10. ostendens ex eo quòd vnum per se sit magis vnum, quàm quod est duntaxat vnum per accidens; inter vnitatem autem per se, vnitas essentialis præcellat integrali, & inter essentiales vnitates summa sit vnitas Dei, rectè inferri Deum esse summè vnum. Sed vt ea præcellentia Diuinæ vnitatis essentialis supra cæteras fiat manifesta, aduertendum est, quamuis omnia quæ vnitatem habent sint æqualia quoad negationem diuisionis actualis, siue in plura sub eodem nomine & ratione, siue in plura partialia, ex quibus coalescit id quod vnum dicitur, quod est esse indiuisum à se, & in se, in quo omnia per se vna, Deum adæquant: Tamen si respiciamus maiorem elongationem à termino per vnitatem negato, nempe à diuisione, apparebit, ex pluribus actu indiuisis, aliqua, quia magis à diuisione remouentur, esse magis vna. Cùm ergo Deus sit ab omni actuali & potentiali diuisione remotissimus, atque diuisionem quidem per diuersas rationes

obiectiuum mente simpliciter præcisiuè adæquatam, manifestum est nullam esse in rebus vnitatem, quæ cum Diuina conferri valeat quoad perfectionem. Nam omnia alia vna, vel realiter composita sunt, vel cum aliis aliquo à parte rei componibilia, proindeque etiam diuisibilia post consociationem. Vt taceam metaphysicam compositionem, & pluralitatem eis internam, intellectu præscindente diuisibilem.

48 Optimè hanc vnitatis creatæ à Diuina distinctionem tradidit Nicetas 5. Thes. cap. 40. *Vnum, inquit, res quæque fertur, non tamen propriè: Nam vnitatis seu coniunctionis ratione, vna dicuntur.* Quod interpres vertit (*vnitatis ratione*) ex mente auctoris, cuius Græcum exemplar non habui, vertendum fuisse suspicor (*vnionis ratione*) vt indicetur in nullis ob indiuisibilitatem intrinsecam possibilem, non esse ita perfectam vnitatem: quod clarum etiam est in quibusdam rebus materialibus. Actualem enim partium multitudinem, atque adeò non vnitatem, important. Quo sensu inter diuisiones entis, seu potius vnius per se, proponitur diuisio in vnum, & multa, reducendo ad posterius hoc membrum, omnia formaliter diuisibilia, tametsi de facto habentia indiuisionem & vnitatem per se, vt ostenditur in prima Philosophia contra Soncinatem 10. Metaph. q. 1. Scio iuxta sententiam quorundam Recentiorum, in huiusmodi rebus ante actualem diuisionem nullas dari partes, quod (vt antiquo aliquo auctore iure gloriari possint, dimissis illis quos perperam allegant,) docuit iam olim apud Abelardum parte 2. epistolarum epist. 21. quidam (vt Abelardus vocat) pseudodialecticus, talis vir ingenij, vt verba illa Euangelij, quibus dicitur Christum comedisse *partem piscis assi*, cogeretur exponere non de partibus rei, ne partes illius piscis admitteret, sed de parte illius complexi vocalis (*piscis assi*.) Tamen hæc sententia non nisi ad subterfugiendas difficultates ex continui compositione exorientes adinuenta, mihi non probatur: quanquam ea quoque admissa dici possit esse in rebus prædictis multitudinem potentialem, quæ sufficit, vt contrapositarum aliis vel vnis, ad primum illud membrum diuisionis propositæ pertinentibus, inter quæ cadit Deus, cùm omnimodam à seipso exclusionem omnis cuiuscunque à se diuersi ea quæ ad Deum accedente possit multitudo aliqua & non vnitas Dei intrinseca enasci.

49 Hæc quia Deo peculiaris est, propterea inter substantias incompositas, præcipuum quoddam inter vnum dicitur. Sic enim apud Assyrios nomen proprium Dei est *Adad*, id est, *vnum*, vt notat Macrob. 1. Satur. cap. 23. dicitur etiam *ipsissimum vnum*, quasi cætera quæcunque eo nomine donanda non sint. *Ascendendum est* (inquit Plotinus enn. 5. lib. 5. cap. 4.) *ad ipsum vnum, quod quidem verè sit vnum, neque sicut alia vnum, quæ cùm in se multa sint, vnum tamen participatione sunt. Vnum accipiendum namque est vnum ipsum, quod non participatione sit vnum, quale solet esse quod non magis est vnum quàm multa:* Subditque *Deum esse purum ipsum verèque vnum, quod non secundum aliud, sed secundum se sit vnum.* Et enn. 6. lib. 9. cap. 6. ait, *Cùm Deum cogitatione summatim perducis ad vnum, tunc quoque hunc ultra excogitatam simplicitate superat vnitatem. Tu siquidem ad summam tua intelligentia vnitatem illum pro viribus redigebas: Ille verò supra modum superat. Nam in se ipso permanet, nec ei vnquam aliquid accidit.* Consentiunt Auctor. Theol. Ægypt. lib. 10.

cap.

cap. 23. post Platonem in Parmenide, cuius hæc sunt sanè præclara Eulogius oratione 5. apud Phot. cod. 230. *Vnum in Diuina substantia, non vt in reliquis numeris aut generibus, in quibus non vnum propriè est intelligere. Nec enim vnum numerus, vt nobis etiam propriè est vnum. Nam quod in nobis dicitur vnum, non est propriè vnum, sed aliquid vnum* (τὸ ἕν) *hoc autem vnum est esse, & non vnum: et per quod habeat nomen vnius, & re ipsa in multa diuidatur.* Et paulò post. *Inexplicabile est, nec vllo nomine hoc vnum exprimi potest, quia ipsum nomen etiam est causa & vnitatis eius, siquidem vnum est. Omnibus quoque tam vnis quàm multis ipsa simplicitate superior, vt quod propriè vnum sit, & in omnibus ac super omnia intelligatur.* Similia habentur apud S. Dionys. cap. 13. de diuin. nom. At S. Anselmus cap. 18. prosologij, vocat Deum, *ipsam vnitatem*: Ex Pythagora idem refert Theodor. 2. contra Græcos ferè initio & Epiphanius in compendio fidei post hæresim 80. imo Cardinalis Cusanus lib. 1. de docta ignorantia cap. 7. refert Pythagoram dixisse vnitatem trinam (in quam scilicet concurrerent connexio, æqualitas, & vnitas, vt idem Cusanus latè prosequitur,) esse adorandam, eamque re ipsa adorasse Sisennites, ex quodam Mineo in libris antiquitatum, annotat idem Cusanus. Eadem vnitatis nomine plerique alij Ethnici Deum insigniuerunt, referente Eugubino 3. perennis Philosophiæ cap. 5. & 6. significantes verissimè & perfectissimè in Deo solo esse vnitatem. Quod autem vnitatem deteriorem esse vno pronunciat Psellus ad orationem 2. Nazianzeni de Paschate, valet tantùm in vnitate illa, quæ quoad fundamentum suum est pars alterius; non autem in vnitate illa fundamentali quæ est id quod est, vt in Deo reperitur. Atque huiusmodi vnitatem Anastas. Sinaita 1. Hexaëmeri *in fine* præfert vni, et Archetypum imagini & instrumento.

37. Claudat agmen planè luculentus Bernardi locus 5. de consid. c. 7. *Est enim Deus, & quo nihil aliud verius dici potest, vnissimus est.* Et paulò post ex Boetio 1. de trinit. *hic verè vnum in quo nullus numerus, nullum in eo aliud præter id quod est, comparata huic vni cætera quæ etiam dici possit, & vnum non erit.* Et cap. 8. vocat hoc *summum & verè vnum, vnicum vnum inter omnia quæ verè vnum dicuntur.*

ARTICVLVS IV.

De Diuinæ vnitatis perfectione, ex summa Dei simplicitate.

QVI *Deum tantum vnum credit, quia non est duplex vel triplex, in magna principij primi ignoratione versatur*, ait Auctor Theol. Ægypt. lib. 3. cap. 18. & lib. 13. cap. 5. nempe quia perfectio vnitatis Dei petenda est ex simplicitate, vt rectè docuit Auctor libri de causis propos. 21. vbi dicit vnitatem Dei esse puram, quia est simplex in fine simplicitatis: & ibidē pulchrè id declarat D. Thomas ex defectu compositionis & pluralitatis in re simplici. Consentit Plotinus Ennead. 5. lib. 5. cap. 9. & Philo lib. contra Prognosticos apud Eugub. lib. 2. cap. 11. dicentes, *nihil habens in seipso alia* (id est non simplex,) *esse vnum.* Simile illud Paschasij lib. 2. de Spiritu sancto c. 6. *quid est vnus, nisi simplex incomposita & indiuisa substantia?* Itemque illud Bernardi 5. consid. cap. 7. *Non est compositus Deus, merum simplex est. Vt autem noueris quid simplex dicam, idem quod vnum. Tam simplex Deus, quam vnus est.*

S. quoque Cyrillus 1. in Iulianum *sub finem*, refert Ethnicos vocare solitos Deum *[illegible]*, ad designandam eius simplicitatem, ac per hoc etiam sufficientiam, quippe quae partibus nec opus habeat, neque virtutibus, aut efficaciis, neque substantia ab iis distincta. Quibus verbis, vt saepè alias videtur allusisse ad praeclaram Plotini disputationem, quam infra dabo, quare ad plenam perfectionis Diuinae vnitatis expositionem, de simplicitate Diuina agendum est.

ASSERTIO.

Est in Deo summa simplicitas, quatenus procul ab eo est compositio quaecunque à parte rei. Mentalis compositio ex quibuscunque absolutis rationibus obiectiuis re ipsa indistinctis, nisi aliunde excluderetur, cum simplicitate cohaereret.

11 Primò, admittimus in Deo simplicitatem, id est, vt rectè asserit Syluest. quaest. 5. conflari *entis*, negationem multiplicabilitatis entitatum conuenientium ad constitutionem vnius, siue negationem compositionis. Quia sicut cogitato solo ente, eique superaddita negatione diuisionis exurgit vnitas, ita cogitato solo ente & superaddita sola negatione compositionis, habetur simplicitas; quam inesse Deo, & quidem perfectissimè, tradunt inter alios Irenaeus lib. 2. cap. 16. vocans Deum *simplicem & similimembrium*, Nyss. de hominis opificio cap. 6. Bernard. serm. 80. in Cantica & 5. de consid. frequentissimè, & alij apud Cypariss. decade 10. praesertim cap. 2. Optimè Faustus Rhegiensis epist. ad Paulinum verbis illis. *De sola Diuinitatis substantia, simplicitatem plenam conuenit, cui nihil appositum, nihil à superiore collatum, nihil cumulatum additum. Iustus pariter, & iustitia, lumen & vita, sapiens atque sapientia, fons & origo virtutum. In principalibus enim bonis solis* (nempe internis) *hoc est ipse, quod possidet. Homo verò duplex intelligi potest, qui tamen & iustus & sapiens dici potest. Vita autem & iustitia dici non potest, quia ista illi conducuntur et aliquando exuuntur. Quod homini donatum est, Deo insitum est. Homini verò gratia donatum est. Deo autem est, in quo hoc est potentia & gloria, quod natura.* Sic ille. Adhibet eandem argumentationem D. Gregor. 16. Moral. cap. 21. probans Deum esse simplicem, quia est id quod habet. Idem censuere Philosophi vt Maximus Tyrius dissert. 13. n. 103. *in fine*: & praeclarè Auctor libri de causis propos. 4. dicens *quod in esse puro & non vero* (id est in Deo) *non est multitudo aliquarum rerum*, id est, vt exponit S. Thom. non est multitudo aliquorum, differentium secundùm essentiam, & additur *quod in causis quantò simplicibus est compositio*. Bene tamen notatur 10. Theol. c. 6. eam esse minorem pro maiore accessu ad Deû. Optimè Numenius apud S. Cyrillum 8. in Iulianum ad textû antepenultimum. *Deus* (inquit) *est simplex, eo quod praestantissimus semetipso est, neque aliquando diuisibilis.* Auerr. 12. Metaph. tex. 27. ait *Deum esse in fine simplicitatis*, quae verba ex Auctore lib. de causis iam allegaui. Plot. Ennead. 2. cap. 1. ait, Deum esse simplicissimum, quia est primum & sibi sufficiens, alioqui egeret partibus & ab eis penderet. *Ex aliis* (inquit) *disputationibus, nobis constat ipsius boni naturam esse simplicem atque primam. Nisi enim prima esset, simplex esse non posset: consistit, & in seipsa nihil habere, sed vnum esse duntaxat, atque etiam ipsius quod di-*

dicitur

sit ut bonum, eandem esse naturam. Etenim hoc non prius quidem aliud quiddam est, deinde insuper unum: neque ipsum aliud quiddam est & praeterea bonum. Cum itaque unum ita sit, naturam quando dicimus unum & quando dicimus ipsum bonum, intelligendum est unam esse eandemque naturam significare: adeo ut nihil de illa praedicemus omnino, sed nobis ipsis potius illam quoad possumus designemus. Atqui & primum idcirco dicitur quoniam simplicissimum etiam sit ipse sufficientissimum, quoniam non constat ex pluribus: alioquin in ea ex quibus componitur referretur. Rursus non est in alio: quoniam quidquid est in alio, est ab alio. Itaque si neque ab alio, neque in alio, neque ulla est in eo compositio, necesse est ut nihil esse superius. Sed pulcherrime Enneade 6 lib. 9. cap. 6. *Oportet summum rerum principium nullarum indigum esse, sed sufficientissimum omnium maximeque se ipso contentum. Quidquid autem non unum est, sed multum, necessarie est egenum, quippe cum ipsum quidem non sit unum, sed ex multis unum evadit. Itaque eius essentia indiget unum fieri. At ipsum unum se ipso non indiget: ipsum nempe iam existit. Quin etiam quod in se multa est, tot indiget quot & existit. Et quodlibet eorum quae sunt in ea cum non in se ipso sit, sed una cum ceteris, ceteris indiget aliis: ideoque & secundum unumquodque, & secundum totum, eius necesse aliquid esse declarat egenum. Si ergo necessarium est, aliquid esse sufficientissimum, esse oportet & unum: Tale quidem solum existens, ut neque ad se ipsum, neque ad aliud quicquam sit egenum. Non enim quaerit aliquid ut quandoque sit, neque rursus ut bene sit, neque etiam ut ibi fundetur. Nempe cum aliis ipsum sit, tam essendi, tum bene essendi causa, merito hoc ipsum quod est & bene est, non habet ab aliis.* Sic ille qui hanc disciplinam frequenter repetit, ut Enneade 5. lib. 4. cap. 1. & ibidem lib. 3. cap. 13. Praeclare quoque Enneade 6. lib. 9. cap. 5. & sub finem argumentatur ex necessaria antecessione simplicitatis & unitatis, ad multitudinem & compositionem. *Oportet* (inquit) *aliquid esse super omnia, idque simplex omnino, diversumque ab omnibus, ut in se ipso consistens, neque mixtum sit cum illis, & tamen aliis quodam pacto adesse facillime possit. Quod & vere sit unum, non ita quidem ut aliud quiddam primo in se sit, deinde sit & unum sit etiam de hoc unum falso praedicaretur. Id ipsum praeterea neque sermo sive ratio, neque scientia ulla prorsus attingit, quod etiam essentia superius indicatur. Nisi enim unum sit simplex ab omni prorsus concursione & compositione semotum, proinde ipsum unum, principium esse non poterit. Quippe cum ob ipsam summam dignitatem simplicitatem, sufficientissimum esse quoque omniumque primum. Nempe & quod non est primum, indiget eo quod est ante ipsum: & quod non est simplex hoc indiget, quae in ipso simplicia sunt, ut ex eis consistat. Illud vero quod tale consistat, unum tantum esse uniuscuiusque oportet. Si enim aliud quiddam esse dicatur tamquam ambo erunt prorsum unum. Non enim duo haec, esse dico quaedam corpora dicimus, vel ipsum unum primum esse corpus si quidem nullum corpus est simplex. Item corpus ortum sit, idcirco principium esse non potest, quippe cum principium sit ingenitum. Cum igitur principium corporeum esse nequeat, sed vere sit unum atque unicum, dicemus illud ipsum existere primum. Si quid igitur aliud quiddam sit praeter primum, nequaquam erit simplex. Erit igitur unum multa.* Pulcherrime idem docet Philo initio tertij allegoriarum, cuius argumentatio valida est. *Solus* (inquit) *Deus, & per se ipsum unum existens Deus: Deo autem nihil simile adeo ut quandoquidem ipsum solum esse qui est, bonum est: certe enim solum ipsum bonum est. Non esse utique bonum esse hominem solum: hoc autem,*

solum esse Deum, ita quidem exponendum est. Quod neque ante generationem erat quid cum Deo, neque à mundi creatione comparatur quicquam ipsi. Nulla enim re omnino indiget penes suum exceptis? Deus solus est & unum non concretum, natura simplex. Nostrum verò quisque & alia omnia quae facta sunt multa. Quemadmodum ego multa sum: anima, corpus, atque animae irrationale, rationale. Porrò corporis calidum, frigidum, grave, leve, siccum, humidum. Deus autem non concretum, neque ex pluribus constans, sed impermixtum aliis. Si quid enim Deo accesserit aut potius est, aut minus, aut aequale ipsi: Neque autem aequale, neque potius est Deo; minus verò neque nullum ipsi accessit: Sin minus & ipse minuetur; Si hoc verò, & interitus obnoxius erit, quod quidem neque fas cogitare. Ordinatur igitur Deus secundum unum & unitatem. Omnis enim numerus, posterior mundo, sicut & tempus. Deus autem antiquior mundo & opifex. Ita Hebraeorum Plato.

72. Ex Aristotele optimus locus habetur 7. Ethic. in fine ubi ex Dei simplicitate infert immutabilem eius operationem. Videtur etiam posse adduci textus 51. libri 12. Metaphys. ubi dicit Deum esse actum purum; cum qua puritate cuncta pugnare compositionem. Ostensum autem iam supra est, cum de simplicitate Intelligentiarum sermo esset, Philosophum eo loco non agere de pura actualitate in genere substantiae, ita ut scilicet velit tantum removere ab actu illo de quo ibi agit, rationem partis substantialis. Et quamvis illud de quo disputat eo loco, non est tantum Deus (nam postea subdit eum actum esse multiplicem) tamen putamus quam ibi Aristoteles in uno aliquo totius illius collectionis individuo agnoscit, competere soli Deo; & non nisi ratione eius de tota multitudine ex omnibus substantiis immaterialibus conflata verificatur. Tribuit quoque Deo rationem puri actus propriè & absolutè dicti, 14. Metaphys. cap. 4. & plerisque locis, quae colligit Carpentarius digr. 3. in Alcinoum, ubi optima quaeque adducit ex Plotini lib. de eo quod in potentia & quod in actu c. 3. Cum ergo Deus sit actus purus, & consequenter non sit actus per ullam formam à se distinctam (hoc enim est actus puri ratio,) dicendum est inesse Deo negationem cuiuslibet compositionis: Alioquin sicut pars non est totum, ita quidquid est in Deo, non esset formaliter & essentialiter Deus, contra quam suprà conclusimus. Adde quod unumquodque ex illis componentibus, esset imperfectum & incompletum. Ex eorum ergo adunatione non exurgeret perfectissimum totum. Alias compositionis realis imperfectiones, prosequitur S. Anselm. cap. 16. Monol. & optimè lib. de Incarnatione Verbi, cap. 4. & cap. 18. Prosologii. Atque ita substantia Dei posset cogitari longè perfectior; *vesta enim indivisa, simplex composita anteferretur*, ut argumentatur S. Bernard. 5. de consid. cap. 7.

Sicut è contrario Divinas divitias & per se sufficientiam, ex Dei simplicitate optimè collegit Auctor libri de causis, propos. 21. verbis illis: *Primum enim est dives per se ipsum, & est dives magis. Et significatio eius est unitas eius. Non quia unitas eius sit sparsa in ipso, imo est unitas eius pura, quoniam est in fine simplicitatis simplex. Si autem aliquis vult scire, quod causa prima est dives, prospiciat mentem suam per res compositas & inquirat de eis inquisitione perscrutante. Inveniet enim compositum omne diminutum, indigens aut alio, aut rebus ex quibus componitur. Rei autem simplici quae est bo-*

nitas,

nitas, est vna, & vnitas eius est bonitas, & bonitas est res vna. Illa ergo res est dicitur magis, quæ insistit, & non fit vnsio eius magis, quæ insistit, & non fit vnsio eius super ipsam per absolutum motorum. Reliquæ autem res intelligibiles aut corporeæ, corruptæ sunt, non diuisæ per se ipsas, indigent vno vero, insistente super eas bonitate & omni gratia. Videndá etiá perillustris Plotini disputatio quam habet Enneade 6. lib. 9. cap. 6. vbertimè enim & elegantissimè prosequitur Deum vi illius sufficientiæ esse simplicissimú & summè vnissimum, nihilque ei accidere aduentitium.

13 Possemus quoque Dei simplicitatem asserere, specialiter excludendo ab eo qualscunque compositiones reales, nempe compositionem ex materia & forma, ex partibus integrantibus, ex natura & supposito, ex subiecto & accidente, quod laté prosequunt interpretes 1. parte quæst. 3. Sed facile est aduertere, in omnibus illis compositionibus certi potentialitatem, & indigentiam causæ connectéris. Nam vt disputat Nicetas apud Clem. Romanum 8. recogn. initio, *quod compositum est, & numero ac diuersitati dissimilium subiacet, necessariò nasci aliquo compositum est.* Idem rectè affirmat Iust. q. 125. ad Orthodoxos, & Eunomius apud Basilium lib. 1. cótra eum, verbis illis: *perspicuum est, compositum esse quod ex alio atque alio constat, quod autem compositum est, ingenitum non est.* Quod non improbat Basilius, sed tacitè admittit. Specialiter autem compositionem ex natura & suppositalite à parte rei distinctis, facile est à Deo remouere, attendendo ad terminationem illam, & vltimam substátialem perfectionem, siue perseitatem, quam suppositalitas à parte rei distincta confert naturæ ex se indeterminatæ, & indifferentiam non priuatiuam, sed quasi negatiuam habenti ad existendum in se positiuè & incommunicabiliter, vel in alio eam supponente. Huiusmodi autem defectus vltimæ perfectionis, procul abesse debet à Deo, actu purissimo. Neque realis distinctio relationum inter se, quam Fides docet, simplicitati præiudicat, cùm absit distinctio relationum ab essentia, vt optimè in hanc rem notat Iustinus quæst. 125. & 144. ad Orthodox. Compositionem verò ex subiecto & accidente, & ex partibus substantialibus, reiecimus supra agentes de Diuina quidditate. Breuiter verò vtramque reiecit Onatus Pythagoreus lib. de Deo ac Diuino apud Stob. in eclogis Phys. c. 3. *Talis natura*, Diuina, *vt nulla nec cognata nec externa indiget. Quare nec ex duobus est composita, corpore & anima, cùm sit anima vniuersi; nec ex contrarijs, ea si quidem vincere solent & vinci: at corporis mixtura proprietatem animæ contaminat; hæc enim sincera est ac Diuina, illud mortale & mixtum, sic aurum & argentum plumbo contaminatur, & auri verum sole.* Sic ille. Itaque prorsus nulla in Deum cadit realis compositio, vt rectè pronunciat Damasc. l. 1. Fides, cap. 11. addens cap. 12. *summam asserere extremam simplicitatem esse.* Absurdum quoque & nefarium fore id cogitare ait S. Max. apud Cyparissi. decade 10. cap. 1. Ex illa autem cuiuscumque verę compositionis exclusione, patet iure Richardum Victorinum 2. de Trinit. c. 10. vocasse Dei simplicitatem, *inæstimabilem, & omnino incomprehensibilem vere & summe vnitatis simplicitatem.* Iure item S. Bernardum serm. 81. in Cantica vocasse Deum, *primum & purissimum simplex*, vel vt ex Aristotele refert Beda in sententiis, *solum simplex.* Quod ille ita exponit, vt quàuis quædam creata careant partibus, longè tamè absint à Diuina simplicitate,

 cum

etiam sint aliis adimplibilia & compositibilia, per modum partium, ac proinde non sint absolutè simplicia, sicut Deus.

54 Secundò, ipsi compositionē rationis quæ fit per concursum plurā rationum obiectiuarum simpliciter præcisibilium per mentem, nō pugnare cum Diuina simplicitate. Quod specialiter annotandum fuit, quia aliqui timentes vbi non erat timor, vt Trigosius 1. parte Summæ S. Bonauenturæ q. 3. art. 3. dub. vnico concl. 4. periculosum censent admittere in Deo compositionem ex genere & differentia, quasi ea compositio, tametsi nō sit nisi rationis ratiocinatæ, minimè cohæreat cum simplicitate Diuina. Videbitur suffragari S. Cyrillus in thesauri *assertione*. Probat enim, *ingenitum*, nō esse differentiam substantialem Dei, quia *videmus* (inquit) *substantiales differentias in compositis tantum inueniri, Deus verò simplicissimus est*. Cæterum S. Cyrillus vel censuit genus & differentiam differre à parte rei, saltemque huiusmodi aliquam distinctionem præsupponere, quæ fuit multorum aliorū sententia, iuxta quam liquet rectè asseri, compositionem ex genere & differentia pugnare cum simplicitate, & esse à Deo remouendam: Vel argumentatus ad hominem, hoc est contra Eunomium & Eunomianos quos ibi exagitat: Hi enim vt apparet ex sancto Basilio lib. secundo contra Eunomium, ex diuersitate nominum diuersitatem substantiæ inferre volebant, ac proinde sicut generis & differentiæ diuersa sunt nomina, ac etiam significata, existimabant genus & differentiā à parte rei differre. Rectè ergo contra eos inferri potuit, Deum ex eo quòd simplicissimus sit carere differentia. At iuxta veram sententiam philosophicam quæ genus & differentia non distinguuntur nisi per rationem, neque illam distinctionem à parte rei præsupponunt, compositio ex genere & differentia, ac etiā quævis alia compositio, quæ tantum sit rationis, rectè cohæret cum simplicitate supra probata, quia nihil illi præiudicat, nisi quod veram pluralitatem & veram vnitionem includit, quorum neutrum importat compositio quæ tantum est rationis.

55 Ex aliis tamen capitibus, compositiones illæ rationis, quæ in creaturis reperiuntur, possunt à Deo remoueri. Vnde habebitur peculiare quoddam simplicitatis genus, aut multo illustrior in Deo simplicitas, quippe qui ne mēte quidem sectilis sit, quoad ea quæ in creaturis compositionem faciunt saltem mentalem. Sic enim compositionem ex esse & essentia, quę in creaturis actu quidem existentibus, sed absque existentia conceptis, non est nisi rationis, suprà vidimus non cadere in Deum, cum existentia Dei sit ipsa Dei essentia. In quo est magna disparitas inter Deum & creaturam. Nā quia creaturis accidentale est existere, propterea mens nostra concipit in re creata essentiam veluti substratum existentiæ tanquam formæ accidentariæ, ex quorum duorum coalescentiā, cum non se includant formaliter, necessariò exurgit compositio per rationem: At in Deo non apprehendimus essentiam vt existentiæ subiectā, cum essentia Dei non possit concipi absque esse actualissimo, & à quauis potentialitate & contingentia essendi remotissimo. Itaque compositio ex esse & essentia, non potest tribui Deo, quamuis hæc compositio iuxta veram sententiam in prima Philosophia probatam, sit vbique rationis tantum, nec simplicitati diuinæ propriè dictæ officiat. Similiter compositionem rationis ex attributis & essentia, non reperiri

perita in Deo supra probauimus, quæuis in creaturis pleraque accidentia Metaphysica & verbalia, non nisi mentalem compositionem cum subiectis suis faciant, vt probabilis sententia fert de relatione comparata ad fundamentum, & vt multi volunt de potentiis comparatis ad animam.

Tandem compositio ex genere & differentia, quæ vt diximus non est nisi rationis, ablegande etiam est à Deo. Quia quamuis nullam realem multiplicitatem Deo inferat, ideoque cum simplicitate non pugnet, tamen importat determinationem siue finitatem essentialem, vt rectè asserit Aureol. in 1. d. 8. q. 4. art. 3. & Capr. in 1. d. 8. q. 2. concl. 2. post D. Thomam variis locis quæ ibi allegat Capr. nequicquam reclamante Gregorio in 1. d. 8. q. 3. art. 2. ad 3. Vel enim in Deo genus & differentia essent conceptus distincti, quorum singuli includerent rationem entis infiniti, siue entis à se, vel alter tantum, vel neuter: Si hoc postremum dicatur; ergo totum metaphysicum ex illis compactum, seu Deus, non erit ens à se. Si alter tantum, ergo ille formaliter includet omnem perfectionem, & consequenter includet quoque illum alterum conceptum, qui dicebatur esse ab ipso distinctus: illa autem inclusio pugnat cum ratione generis & differentiæ, quæ debent mutuo se excludere ex 5. Metaph. textu 10. & 4. Top. cap. 2. Inde etiam apparet vtrumque non posse esse essentialiter infinitum, seu ens à se, quia vterque includeret alterum; Confirmatur, quia genus & differentia se habent vt actus & potentia metaphysica, proindeque in vtrisque est potentialitas & defectus perfectionis illius obiectiuæ, quæ cernitur in sua comparte; Atque ita totum metaphysicum inde exurgens, deberet esse potentiale & finitum, quod constat non posse in Deum cadere. Quare hoc compositionis genus à Deo remouendum est, tametsi cum simplicitate cohæreat. Et ita S. Cyrill. 1. thesau. cap. 4. & lib. 11. circa initium Rusticus dial. contra Acephalos, Abucara opusc. 2. & alij adducti cum de conditionibus entis categorici sermo esset. Cæterùm an omnis omnino compositio rationis, à Deo absit, non modò quoad perfectiones absolutas, vt hactenus admisimus; sed etiam quoad personalitates cum essentia collatas, alterius est considerationis.

ARTICVLVS V.

De perfectione Diuinæ vnitatis, ex immutabilitate Dei intrinseca.

56 ET hoc quoque ad Diuinæ vnitatis præstantiam detegendam non parum conferet, vt intellexerunt Paschas. 2. de Spiritu sancto cap. 6. & Ambros. 1. de fide cap. 2. quorum ille ita loquitur. *Quid est vnum nisi semper idem, qui nunquam à se possit esse diuersus?* id est qui nullam positiuam mutationem subire queat. Posterior verò ait, *vnitatem nec scindi nec diuidi, & ideo nec corruptelæ subdi nec ætati.* Quasi diceret nihil ab vnitate & à re perfectè vna, remoueri posse, & ideo non posse subdi mutationi negatiuæ. Et sanè quod mutatur, non perstat quale erat, sed fit aliud quàm erat; vbi pluralitas, & multiplicitas quædam cernitur. Faciunt hoc etiam illa Trismegisti cap. 4. Pimandri. *Id quod augescit* (nempe per positiuam mutationem) *virtute monadis augetur, minuitur autem* (per mutationem negatiuam) *imbecillitate propria, cum virtutem*

mutationem capere negatur, latè id illustrat & confirmat Boet. 3. de consolatione prosa 11. Præterea immutabilitas simplicitati adiungitur à Numenio apud Euseb. lib. 11. præp. cap. 6. Idem sonat illud Augustini 11. Ciuit. cap. 10. *solum bonum simplex, est Deus, & hoc solum immutabile est.* Ratio est, quia mutatio tendit ad formam, non innatam, vel identificatam, (sic enim non esset acquirenda,) sed aduenticiam & talem quæ possit adesse & abesse, ideóque non sit vna cum re; vbi non modò potentialitas, sed & pluralitas ac coniunctio, cum simplicitate pugnans manifestè cernitur, vt idem sanctus Pater lib. 6. Trinit. cap. 6. iure asserat, *nihil simplex*, (nempe vt sit, vel quandiu est tale, vel certè quod est absolutè & summè simplex) *mutabile esse.* Commodum igitur hic locum habet internæ immutabilitatis tractatio, quæ diligenter pro viribus persequenda est, vt constet verè dictum fuisse à Chrysostomo in Psal. 5. *sub finem* omnia Diuina bona à nostris differre per immutabilitatem, esséque hoc in Deo præcipuum, quod summam gloriam cum stabilitate summa habeat.

ASSERTIO.

Deus mutationis cuiuscunque, siue à non forma intrinseca absoluta ad formam, siue ab eadem ad non formam, vsquequáque incapax est; vt proinde solus patiatur perfectissima ac summa immutabilitate interna, quam realium relationum temporariarum, ei accedentium & decedentium vicissitudo non temerat.

57 Primùm excludo à Deo omnem mutationem positiuam, seu transitum à non forma positiua absoluta ad formam; siue hæc sit substantialis siue accidentalis ex quo sequitur, vt ostendatur esse verum esse illud Tertulliani lib. de carne Christi cap. 3. *periculum status sui, Deo nullum est.*

Substantialis mutatio positiua à Deo arcetur.

Et substantialem quidem mutationem positiuam, sufficienter à Deo remouimus, cùm ostendimus Deum esse substantialiter incompactum. Huiusmodi enim mutatio, non possit contingere nisi ex coniugio partium essentialium vel entitatiuarum ad rei constitutionem vel integritatem pertinentium, quod vtrumque genus partium à Deo alienum. Faciunt hoc quoque quæ supra d. 6. num. 45. attulimus, vt explodéremus commentum illud Nuperi hæretici ibi allegati de conuersione carnis Christi in Diuinam substantiam, quod in antiquioribus hæreticis *vecordiæ & insipientiæ* arguebat S. Cyrillus de recta fide ad Theodosium *non multum ab initio.* Idémque in Stoicis grauiter damnat Plutarchus lib. de communibus contra Stoicos notionibus cap. 28. admittebant enim Stoici Deos minores in Deum magnum verti, quod ibi Plutarchus rectè ostendit pugnare cum ratione actus puri. Gerson similem insaniam Ioanni Rusbrochio impegit, quatenus quod Rusbrochius dixerat beatitudinem nostram consistere in transitu in esse superessentiale & increatum, quod habuimus in nostra idea in Deo, interpretatus ipse Gerson de destitione nostra secundùm rem, & vera in Deum conuersione. Sed de mystica tantum transformatione locutum Rusbrochium, ostendunt Carthus. lib. 3. de contempl. cap. vlt. & Lessius 2. de summo bono cap. 1. num. 7. adductis ex Rusbrochio locis, quibus sensum illi à Gersone affictum, damnat

vt

vt impiissimum & ipsi naturæ [illegible] repugnantem.

Itemque accidentaria.

58 Quare dimissa mutabilitate Dei ad formam absolutam substantialem, reiicienda superest mutabilitas ad formas absolutas accidentarias. Videtur autem ea mutabilitas reiici facile posse ex dictis de simplicitate Dei, & ei competente incapacitate accidentium, ob plenitudinem intrinsecam essendi, & purissimam actualitatem. Siquidem *accidens Deo nullum inesse potest*, inquit S. Cyrill. 12. thesauri in medio: *perfectio enim ex se ipsa, nihil potest accidere.* Et ibidem laudat Eunomianos, quod nihil Deo accidentarium re ipsa aduenire dicerent. *Sapienter, inquit, dicunt nihil accidere substantiæ Dei, quoniam in se ipsa perfecta est.* Sed optime hoc ipsum ex Plotino confirmat idem Cyrill. 8. in Iulianum tex. 5. adductis his Plotini verbis quæ habentur Enneade 5. lib. 1. cap. 4. *Omnia in Deo consistentia ponitur: quid enim permutare quærat cum bene se habeat? Quo ve transire quærat cum penes se cuncta possideat? Sed neque exigit incrementum, cum sit perfectissimus. Quapropter & quæcunque sunt apud ipsum, perfecta sunt, vt sit omnino perfectus, nihil habens quod non sit tale, neque quidquam in se habens, quod non intelligat. Intelligit autem non quærendo, sed possidendo: Et quod beatum est, non acquisitum, sed in omni sæculo:* hæc ille, quibus gemina sunt omnino illa Gelasij primi tractatu contra Pelagianos. *Bonus omnium artifex Deus, qui sempiternum & summum semper habet esse, quod bonus est, atque ideo nec vnquam crescendo gerit amplius appetitum, quia nihil est supra id quod sempiternum, bonum semper, & summum est; nec vlla potest inclinatione diminui de hoc ipso quod summum bonum sempiternumque consistit.* Illustris quoque illa ex Alcinoo cap. 9. *non accidit Deo quæcunque. Nam nec malum, nefas enim dictu id est; neque etiam bonum, siquidem participatione alicuius, & maxime bonitatis solus existere.* Eodem modo philosophatur Nyssenus lib. de titulis Psalmorum cap. 4. *Sola, inquit, Diuina natura omnis conuersionis & mutationis est expers, non enim est ad quod mutatione vertatur, cum in vniuersum non sit capax mali, ad id verò quod melius est, transmutari nequeat: nam nullum bonum est propter quod in eam mutatio cadat. Non enim reperitur vllum bonum, ad quod transeat melius illo, quod ipsa habet.* Hæc ratiocinatio habetur eodem prorsus modo apud Simplicium 1. phys. ad textũ 6. qui eam refert ex Parmenide Deum idcirco vocante immobilem. Nec aliter Celsus apud Orig. lib. 4. *non mutetur ab initio*, tametsi de more calumniatus Christianos quasi Deum mutabilem facerent propter mysterium Incarnationis, quod Dei immutabilitati non præiudicare bene ostendit ibi Origenes calumniam illam eluens, & argumentum Celsi admittens.

Idem argumentum spectata causa mutationem causatura, attigit Trismeg. cap. 6. Pimandri & Aristoteles 1. cœli tex. 100. & Seneca de vita beata cap. 7. & plenius Plato 2. de repub. *fere in fine* & habetur apud Eusebium 13. præpar. cap. 5. *Responde quæso* (inquit) *vtrum putas ab illa in aliam formam Deum mutari, an simplicem esse, & nunquam mutationem aliquam suscipere. Si quid autem à forma sua mutetur, vel à se ipso, vel ab alio mutari necessarium putas, an non? Necessarium certè. Quod autem summum optimumque perfectissimumque est, mutari ab illo non poterit. Hæc autem omnia Deus est, non ergo diuersas ab alio formas suscipit. At se ipse autẽ mutatis quæ potest dicit*

mutationem ad melius, an ad peius mutabitur? Necesse est si quid mutatur optimum est, ad peius mutari. Videtur igitur tibi ô Adimante sponte se peius quempiam aut peius mutare? Minime inquit. Necesse igitur est cùm sit pulcherrimum atque optimum, simplicissimum non esse, at in forma sua constantissimè semper manere. Hæc ibi Plato. Et verò Stoici apud Plutarchum lib. de communibus notionibus contra Stoicos cap. 28. quamuis absolutè putarent Deum summum esse mutabilem, tamen defectu causæ mutare valentis, aiebant eum esse immutabilem. Ex dictis infert Plato supra, omnes illas mutationes quas de Deo Poëtæ commenti sunt, fabulosas esse, & hanc statui debere quasi legem inuiolabiliter custodiendam. *Ne cui liceat mutabilem aliquo modo Deum appellare.* Alia ex Platone & Pythagora in hanc rem adducit Numenius apud eundem Euseb. 11. præparat. cap. 6. De Platonis item fonte haustum illud Apuleij, libro de Deo Socratis. *Deus ad nullum subitum habitum demutetur, nec alterius vi, nam nihil est Deo potentius, nec sua sponte, nam nihil est Deo perfectius.* Alia in hanc rem argumenta plurima paucis constipat Ficinus 1. de immort. cap. 6.

59 Ex his ergo ratio dicti nostri manifestissima est, patetque iure Philonem 1. allegor. ad illud, *non plantabis tibi ipsi*, &c. asserere *quisquis vel qualitatem putat habere Deum, vel non ingenitum esse & immutabilem, sibi ipsi iniuriam facere non Dei, sed animam suam implere opinione falsa & impia.*

Difficultas ex operationibus Dei transeuntibus, enodatur.

Sed hîc occurrit difficultas ex externis actibus Dei. Videtur enim Deus vt argumentabantur Manichæi apud Damasc. *ferè initio* dialogi contra eos scripti, cùm de non operante sit operans, subire mutationem aliquam, quod scelestus Euripides apud Euseb. 14. præp. cap. 6. traxit ad patrocinium Atheismi vt & Lucretius lib. 5. ex eo enim quod mundus creari de nouo debuisset si diceremus Deus mundi opifex, & ea noua creatio mutationem voluntatis in opifice prius non creante inferre videntur, concludit non dari Deum mundi opificem.

Quidve noui potuit tanto post ante quietos
Inlicere vt cuperent vitam mutare priorem?
Nam gaudere nouis rebus debere videtur,
Cui veteres obsunt: sed, cui nil accidit ægri
Tempore in anteacto, cum pulchrè degeret æuum,
Quid potuit nouitatis amorem accendere tali?
An credo in tenebris vita, ac mœrore iacebat,
Donec diluxit rerum genitalis origo?

Plerique Ethnici vt istud vitarent, ac præsertim Proclus libro de æternitate & Auctor responsionis ad q. 4. Christianorum ad Græcos, apud Iustinum, & quod magis mirum est Origenes referente Methodio apud Photium cod. 235. in aliud incommodum delapsi sunt, asserentes, mundum fuisse ab æterno, alioquin Deum fuisse mutandum cùm egisset post non actionem. Cui Procli argumento parum solidè satisfacit Eugub. lib. 7. c. 5. firmiùs Perer. c. 5. physiol. cap. 4. ad 6. Procli; quamquam & ipse sub finem responsionis illius, aliqua admiscet quæ minus placent. Breuiter ergo dico actionem transeuntem non Dei tantum sed & agentis cuiuscumque, cùm recipiatur in passo, non mutare agens à quo prodit; ac proinde quamuis Deus ab æterno non sit operatus,

sed

sed tantum egerit tempore destinato, tamen neque ex ea operatione mutatus est, nec ex illa mutatione comitante novum illum actionis transeuntis terminum ab ipso. Siquidem vi antiquae virtutis actiuae & scientiae ac voluntatis ab aeterno praehabitae, de operando tali tempore, potuit eo tempore adueniente, fieri actio: sicut nos vi antiqui actus continuati aequè possumus applicari ad opus ac per actum nouū. Sed de stabilitate actuū Dei internorum plenius puncto sequenti. De illa verò quam hîc attribuimus positiua nō mutatione Dei, non obstante noua operatione ad extra diligenter contra Auerroēm disputat S. Thom. lect. 11. in librum de causis & Fons. 7. Metaph. cap. 8. q. 4. sect. 6. & cōtra Proclum fusissimè Philoponus ad eius pro mundi aeternitate argumentum 3. 4. & 17. Videndi item ad hoc S. August. 11. Ciuit. cap. 4. & 11. Confess. cap. 11. & Rupertus lib. 1. in Genes. cap. 5.

Substantialis mutatio negatiua, abest à Deo.

60 SECVNDÒ, Remoui à Deo omnem mutationem negatiuam seu transitū à forma positiua absoluta ad non formam. Quae rursus duplex distingui potest, nempe substantialis & accidentalis; Et substantialem quidem mutationem negatiuam, videri possumus sufficienter reiecisse loco ablacto num. 57. expendentes rationem entis necessarij & à se. Itaque addēmus tantum pauca, vt hanc quoque mutationē reiiciamus, quam propter sibi allegatos admiserit in Deo aliqui *amentes stupidi*, vt ait S. Cyrill. initio lib. de recta fide ad Theodos. Deum in ossium & neruorum ac carnis naturam conuersum blaterantes, ac proinde corruptibilem Deum statuentes; nam vt benè ratiocinatus est Arnob. lib. 2. num. 19. *Quidquid causis superuenientibus ita mutatur & vertitur vt integritatem suam retinere non possit, id mortale est iudicatum esse passiuum. Quod autem est passiuum atque expositum passioni, corruptibile esse, ipsa passibilitas* [illegible] *denunciat.* Videntur etiam Ethnici, cùm inaudissent Deum carnem factum, existimasse asseri à Christianis mutationem Dei in eam substantiam vt colligitur ex Eusebio 13. praepar. cap. 1. quod de Celso iam attigi num. 58. E contrà verò vt semper veritas teste Tertull. inter extremos errores media sicut Christus inter Latrones crucifigitur, Arriani vt hoc vitarent negauerunt Verbum esse Deum. Testatur enim S. Ambros. lib. de fide contra Arrianos cap. 8. & Athanas. *sub initio* epistolae ad Serap. hanc fuisse omnem Arrianismi originem, quòd Verbum crederent versum ac mutatum in carnem, cùm tamen Deus vt ipsi rectè supponebant, sit inuertibilis, & immutabilis, quia *transfusio omnis*, vt ait S. Ambros. [illegible]; quod habet etiam Tertull. cap. 27. contra Prax. & c. 3. de carne Christi. Sed dimissis nunc Arrianis, quos ibi Ambrosius refellit, agamus contra illos alios.

61 Rationem naturalem optimè contra eos vrget idem Cyrillus *conuersionem* (inquit) *imaginantur eius qui conuersionem nescit; fundata enim est Diuina natura in proprijs bonis & inconcussam seruat virtutem in ijs in quibus est. Quippe natura facta & in tempore producta, pateretur vtique mutationem, nec foret hoc absurdum vel indecens, vel falsum; quod autem omnino initium sortitum est, habet quodammodo & dissimilitudinem vt immutetur; Deus autem qui est super omnem mentem, cuius substantia à generatione*

ratione & corruptione exempta est, & superior, idem etiam maior quàm conuertatur, & quodammodo naturæ suæ ratione omnibus quæ esse coeperunt, superior est & superfertur eminentia incomparabili: ita & ea quæ creaturæ suæ euenire solent, transcendit iterũ ea pati nequeat. Igitur Deus quidem in bonis est quæ conuertari nequeunt, creaturæ autem suas in conuersione, & mutatione & in sordibus habent corruptionem. Hæc Cyrillus, concludens sententiam cõtrariam, qua Deus mutari in carnem & corrumpi posse dicitur, *deliramentum esse & insaniam, de qua, inquit, quis dubitat?* breuiùs eundem discursum proponit Chrys. hom. 10. in Ioannem, & Auctor Theologiæ Ægypt. lib. 5. cap. 3. eoque prorsus argumento Critolaus apud Philonem lib. quòd mundus sit incorruptibilis, probabat mundi incorruptibilitatem, quòd cùm ingenitus sit, & à se ipso habeat quod sit, non possit corrumpi & conuerti. Quæ ratiocinatio cùm nulla sit quoad mundum, optimè procedit quoad Deum. Iure ergo August. de mor. Eccles. cap. 10. *Si quis, inquit, aliquid Dei substantiæ atque naturæ, conuersionem vel commutationem quamlibet pati posse opinatur, tanta dementiæ impietatisque damnabitur.* Audiat Lutherus qui, vt retulimus exponentes Diuinam quidditatem, non ea parte duntaxat, vt isti deliri rideantur imaginari, sed absolutè corruptam & mortuam Deitatem, portentosè blasphemat, cùm tamen vel pusilli ex fidei breuiculo didicerint, Deum in Scripturis, quibus ille nitebatur, dici passim & mortuum non nisi in carne. Ita vt quod rectè ait Vigil. lib. 2. contra Eutychem sub finem, *Propter personæ in duabus naturis vnitatem, Deus passus dicitur, quod sola caro perpessa est, sicut Solis radium vel flammam corporalium rem dicimus posse gladio secari, non posse tamen diuidi:* ita ille. Priorem comparationem pulcherrimè ad suum propositum vrget Aquellus Romanus *in fine* libri ad Arminium: Posteriorem quoque adhibet Anastas. Sinaita cap. 12. *Hodeg. sub finem*, quæ nunc nolo fusiùs prosequi, contentus fundamenti generationis illius lapsum, lumini naturali & Philosophicæ rationi repugnantem attigisse.

62 Iam verò accidentalis Dei mutatio negatiua sufficienter quoque reiecta est in superioribus. Nam si nullum est in Deo accidens quod ab eo distinguatur & separabile sit, impossibile vtique fuerit quicquam Deo decedere, & cessare eum afficere, cùm prius afficeret illum. Cõtra hanc partem sentiæ Catholicos, calũniabantur Manichæi apud August. libro de moribus Ecclesiæ cap. 11. eò quòd in Scripturis veteris testamenti quas admittimus, legatur pœnituisse quandoque Deum, quasi non possit hoc cum immutabilitate Dei cohærere. Quod nuperus quoque de Caluini caula Theologaster non ita pridem affirmauit, & videri potest saneque Tertull. 2. in Marcio. c. 24. concedens Deo simplicem conuersionem sententiæ prioris, & animi demutationem non ex leuitate profectam, sed pro occursu variantium se rerum.

Itaque re ipsa contigit quod timuerat olim Philo lib. quod Deus immutabilis, tractans enim verba illa Geneseos 6. *recogitauit Deus*, aut vt vulgata editio habet, *pœnituit Deum, quod hominem fecisse*, ita ait. *Non deerunt fortasse nefarij quidam, qui suspicabuntur Mosen subindicare pœnituisse opificē creatis hominibus. Hi sciant si estunfundi opinione sublimiore extenuare peccata priscorum hominum, si comparentur cum ipsorum impietate. Quod enim potest esse grauius atrocium contra Deum, quàm credere mutari*

tari

tari eum, cùm sit immutabilibus subdit: quæ optimum in hanc rem argumentum, quod etiam tetigit August. in Psal. 105. ad illud *& non pœnitebit eum*, ductum ex disparitate inter homines & Deũ. *Humana enim consilia facilè mutantur, vel propter hominum ipsorum, vel propter negotiorum inconstantiam, quippe qui non prudenter futura norunt, & per immutabilitatem facilè priora consilia abiiciunt: at Deus immutabilis primis consiliis, quia ei omnia vt in luce purissima sunt conspicua & liquidò illa cernit, quam etiam sapientes homines per Philosophiam studere si possit firmant, ad infractam constantiam in quibuscumque negotiorum casibus perueniunt.* Ita Philo, & idem paucis dixit Trismeg. cap. 4. Asclepij verbis illis: *Placitum Dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus. Neque enim credibile est Deo displicituram esse quod placuit, cum & futurum id & placiturum multò ante sciuerit.* Eandem veritatem stabilit paulò aliter Maximus Tyrius dissert. 22. num. 176. *malam (inquit) esse pœnitentiam duxi, non Deo tantum, sed bono viro indignam est. Homo enim quisquis à propositis deducitur, mutatque sententiam, si à malo ad bonum abit, malè consultum erat; sin ad malum à bono, malè consilium mutatum. Improbitas autem in Deum non cadit.* Hæc Tyrius. Luculẽter Ethnicos vel errores Dei mutabilitatem ex illa Dei aliquoties in scripturis memorata pœnitudine inferentes, refellunt. Iust. q. 36. ad orthod. Orig. hom. 23. in Numeros. Aug. 17. Ciuit. cap. 7. & optimè lib. 1. contra aduersar. legis cap. 20. & 2. ad Simplicia. q. 2. Et ex Ethnicis ipsis Simplicius in cap. 38. Epicteti q. 1. perperam Deo affingi pœnitentiam, & à sententia deductionem, finè docet.

63 Igitur ex illis loquendi modis quos vsurpat Scriptura agens de Deo (scilicet faciens, vt rectè ait Orig. 4. contra Celsum *longè post medium* quod nos cum pueris loquentes facimus, dimidiata cum eis verba frangentes,) inferri non debuit vlla in Deo mutabilitas accidentaria, per deperditionem antiquæ volitionis & accessum nouæ, perperámque Philosophi illi quos adducit D. Aug. 12. Ciuit. cap. 17. & referuntur etiam apud Iustinum in confutatione responsionis Ethnicæ ad quæstionem tertiam Christianam *circa medium*, vt vitarent hanc Dei pœnitentiam, & à priore volitione regressum, indéque consequentem Dei mutationem, asseruerunt Deum semper eadem fecisse, mentem Diuinam, vt ibi ait D. August. *immutabilem quamlibet infinitatis capacem, & innumera omnia sine cogitationis alternatione numerantem, de sua humana, mutabili, angustáque metientes.* Ita enim ratiocinabantur, vt ait idem D. Aug. l. 11. confess. cap. 10. & 11. *si Deus antequam faceret cœlum & terram vacabat & non operabatur aliquid, cur non sic semper & deinceps, quemadmodum retrò semper cessauit ab opere? si enim vllus motus in Deo nouus extitit, & voluntas noua, vt conderet creaturam, quam nunquam ante condiderat, quomodo iam vera æternitas, vbi oritur voluntas, quæ non erat? neque enim voluntas Dei creatura est; sed ante creaturam, quia non crearetur aliquid, nisi creatoris voluntas præcederet. Ad ipsam ergo Dei substantiam pertinet voluntas eius. Quod si exortum est aliquid in Dei substantia, quod prius non erat, non veraciter dicitur æterna illa substantia. Si autem voluntas Dei sempiterna erat, vt esset creatura, cur non sempiterna creatura?* Hactenus illorum argumentum. Subdit statim August. responsionem his verbis. *Qui hæc dicunt nondum te intelligunt, ô sapientia Dei, lux mentium. Nondum intelligunt quomodo fiant quæ per te atque in te fiunt, & conantur æterna sapere, sed adhuc in præteritis*

& futuris rerum motibus cor eorum volitat, & adhuc vanum est. Quis tenebit illud, & figet illud, vt paululum stet, & paululum rapiat splendorem semper stantis æternitatis, & comparet cum temporibus nunquam stantibus, & videat esse incomparabilem, & videat longum tempus nisi ex multis prætereuntibus motibus, qui simul extendi non possunt, longum non fieri; non autem præterire quicquam in æterno, sed totum esse præsens, nullum vero tempus totum esse præsens, & videat omne præteritum propelli ex futuro, & omne futurum ex præterito consequi, & omne præteritum ac futurum ab eo, quod semper est præsens creari, & excurrere? Quis tenebit cor hominis, vt stet & videat, quomodo stans dictet futura, & præterita tempora, nec futura, nec præterita æternitas? Numquid manus mea valet hoc, aut manus oris mei per loquelas agit tam grandem rem? Itaque ex falsa æternitatis apprehensione & ex non bene perspecta Diuinæ volitionis stabilitate, in errorem alium lapsi sunt Philosophi prædicti.

Nobis autem subdit idem sanctus Pater cap. illo 17. *fas non est credere aliter Deum affici, cùm vacat, aliter cùm operatur.* Et paulò pòst *potest ad opus nouum non nouum sed sempiternum adhibere consilium, nec pœnitendo, quia prius cessauerat, cœpit facere, quod non fecerat: sed & si prius cessauit, & posterius operatus est, quod nescio quemadmodum ab homine possit intelligi, hoc procul dubio quod dicitur prius & posterius in rebus non prius existentibus, & posterius existentibus fuit, in illo autem non alteram præcedentem altera subsequens mutauit, aut abstulit voluntatem; sed vna eademque sempiterna, & immutabili voluntate, res quas condidit, & vt prius non essent egit quamdiu non fuerunt, & vt posterius essent, quando esse cœperunt.*

64 Hæc ad Philosophorum illorum argumentum rectè Augus. quæ Prosper sentent. 345. sensum potiùs quàm verba describens, paulò aliter retulit. Similia pulchrè tradunt Iustinus supra, & Zacharias Mytilenæus lib. de mundi creatione colloquio cum Ammon. ac Philopo. ad 4. Procli pro mundi æternitate cap. 10. & ad argumentum 14. cap. 1. & 2. sed & iam olim Trismeg. cap. 9. Asclepij, volitionem Diuinam initio caruisse, & vbique ac semper eandem, ac sempiternam fuisse disertè testatus est. Quomodo verò cogitatio Diuina cùm rerum mutabilium inæqualitate non varietur, sed cuncta pariter tempora & temporalia sempiterno ac stabili comprehendat intuitu, vt loquitur idem Prosper 2. de vocat. gent. cap. 15. pulcherrimèque prosequitur Petrus Dam. epist. 4. c. 7. tradendum est infrà cùm de Diuina præuotione sermo erit.

Perfectissima Dei immutabilitas colligitur.

Tertiò, intuli summam & perfectissimam ac Dei solius propriam immutabilitatem: Quid enim eo immutabilius qui nullam prorsus vicissitudinem subire potest, siue aliquid intrinsecum acquirendo, siue abijciendo: *Ea est* (inquit Boet. 3. de consol. prosa 12.) *Diuinæ formæ substantia, vt neque in externa dilabatur, nec in se externum aliquid ipsa suscipiat: sed sicut de ea Parmenides ait*, Πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ: ita illa, ex quo fit vt Deus & idem, & vnus, & quod initio notabamus, vnum, iure speciali appelletur.

Deus ob immutabilitatem dicitur ipsum idem.

65 De prima appellatione est illustris locus sancti Dionysij cap. 9. Diuinorum nominum. *Idem* (inquit) *subsistenter*

tradere aeternum est, immutabile, in se ipsa manens semper secundum eadem & eodem se habens modo, nec ullis eadem modo praesens, assimilemque secundum se ipsam sibi ipsi formetur, intuens tamen in pulcherrimis ... ternis sedibus collocatum, immutabile, cuius mutationi obnoxium, forte & constans, incorruptibile, imperium ... simplicissimum, nullius egens, quod augeri minuique non possit. Eodem pertinet elegantissima & prolixa disputatio sancti Augustini in Psal. 121. ad illud *cuius participatio eius in idipsum*: Ostendit enim illud *idipsum* nihil aliud esse quam quod eodem semper modo est, quod non modo aliud, & modo aliud est, quod stat & non mutatur; ac denique de quo legitur *mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es*. Pauca inde delibabo. *Quisquis ergo acumen mentis, quisquis deponit caliginem carnis, quisquis mundat oculum cordis, elevat & videat quod est idipsum. Idipsum quomodo dicam nisi idipsum? fratres si potestis intelligere, quid est idipsum. Nam & ego quicquid aliud dixero non dico idipsum. Conemur tamen quibusdam vicinitatibus verborum & significationum, perducere infirmitatem mentis ad cogitandum idipsum. Quid est idipsum? quod semper eodem modo est, quod non modo aliud, & modo aliud est. Quid est ergo idipsum, nisi quod est? Quid est quod est? quod aeternum est; nam quod semper aliter atque aliter est, non est, quia non manet. Non omnino non est, sed non summe est. Et quid est quod est nisi ille qui quando mittebat Moysem, dixit illi, Ego sum qui sum? Quid est hoc, nisi ille qui cum diceret famulus eius, ecce mittis me, si dixerit mihi populus, quis te misit, quid dicam ei? Nomen suum noluit aliud dicere, quam Ego sum qui sum, & adiecit & ait, dices itaque filiis Israel, qui est, misit me ad vos. Ecce idipsum, Ego sum qui sum. Qui est misit me ad vos. Non potest capere, multum est intelligere, multum est apprehendere.* Et paulò post, *ergo hoc est idipsum de quo dictum est mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ecce idipsum cuius anni non deficiunt. Fratres, numquid anni nostri quotidie deficiunt, nec stant omnino? Nam & qui venerunt, iam non sunt, & qui futuri sunt, nondum sunt. Iam illi defecerunt, & isti defecturi sunt. In hoc ergo ipso uno die fratres, ecce modo quod loquimur in momento est: praeteritae horae transierunt, & futurae nondum venerunt. Qui sunt anni qui non deficiunt, nisi qui stant? Si ergo ibi anni stant, & ipsi anni qui stant, unus annus est, & ipse unus annus qui stat, unus dies est: quia ipse unus dies, nec ortum habet, nec occasum, nec inchoatur ab hesterno, nec excluditur a crastino, sed stat semper ille dies. Et quodlibet voces illum diem, si vis anni sunt, si vis dies est, quodcunque cogitaveris, stat tamen: cuius stabilitatem participat illa civitas, cuius participatio est in idipsum. Merito ergo quia illius stabilitatis participatio facta est, dicit ille qui illuc currit, stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem. Omnia enim ibi stant ubi nihil transit.*

Eadem brevius in hunc locum habet Prosper. Intellexerunt hoc Pythagorei qui *idem* pro bono principio, uno, stabili, & dextro, usurpabant: *alterum* autem pro obliquo, mutabili, & malo. Eodem consilio, iuxta aliquos, Plato in Sophista et Proclus in eiusdem Timaeum distinctius exposuit, duo statuit enim entium genera, nempe idem & alterum. Alio tamen respexisse Platonem mihi certum est. Aptius in eam rem adduci poterat Trismeg. cap. 11. Pimandri verbis illis. *Dei quidem essentia est bonum, pulchrum, beatitudo, sapientia, aeternitas, essentia ipsum idem.* Nam si Dei essentia est *ipsum idem*, nec ei illa participant creaturae, sicut aliis Dei perfectionibus, hinc Deus nominabitur *idem*, creatura vero *alterum*.

Vel ipsum ens.

66 De entis appellatione ob immutabilitatem, multa iam dixi in superioribus, & illustrissimè id tradit Plutarch. opusc. de εἶ [illegible], & ex Platone S. August. 8. ciuit. c. 11. tractans enim appellationem illam Dei *qui est* quam ait Deo tribui tanquam in eius cōparatione qui verè est, quia immutabilis est, ea quæ mutabilia facta sunt, non sint, addit, *vehementer hoc tenuisse Platonem, & diligentissimè commendasse* quod ibi Viues multis ex Platonis locis declarat; ait autem August. hoc Platoni vel ex veteris Testamenti lectione innotuisse, vel potius naturali lumine, & ratiocinatione naturalis Theologiæ propria. Frequentissimè quoque id tradit Augustinus indicans hanc esse Dei propriissimam appellationem ob immutabilitatem. Vt tractatu de dicto Domini ego sum qui sum tom. 10. sub finem illius opusculi ait, *esse, est nomen incommutabilitatis.* Eidem voci *subest manentis in se atque incommutabiliter sese habentis natura significationem, idque verissimè dici esse, quod aliter se habere non queat* [illegible] scribit lib. de mor. Manich. cap. 1. Nec aliter Philosophatus fuerat Parmenides, de quo audi Plotinum Ennead. 6. lib. 6. cap. 19. *Parmenides enim unum dixisse ipsum ens, non aliam ob conditionem esse [illegible] impassibile, sed dicebat, quia sit ens ipsum hoc enim solum ex se ipso possidet esse. Quis igitur modo quis ab illo ens admiserit, vel aliud quidquam [illegible] in illo, & quæcumque possideat ex se ipso? Quatenus enim sunt, sua sibi suggerunt. Est autem semper; idem sunt semper & illa.* Hæc ille. Tandem August. 5. Trinit. cap. 2. ait essentiam, quia ab eo quod est esse, dicta est, maximè propriè dici de Deo, qui verissimè est ob incommutabilitatem, quod enim mutatur, non seruat ipsum esse. Et quod mutari potest, etsi non mutetur, potest quod fuerat, non esse, ac per hoc illud solum quod non tantum non mutatur, verùm etiam mutari omnino non potest, sine scrupulo occurrit quod verissimè dicatur esse. Idem pulcherrimè Anselm. cap. 27. monol. & Plot. Ennead. 6. lib. 3. cap. 1. negat enim in inferioribus esse essentiam sed [illegible], & addit c. 6. inferiora hæc præ Deo non esse nisi æquiuocè: Tandem latè idem docet auctor Theol. Ægyptiorum lib. 1. c. 5. *Deus*, inquit, *semper est commutationis expers, quoniam ille summus est [illegible] quod autem ab illo procreatum est, non est immobile, quia interire potest, & ad priorem [illegible], ideoque quamuis aliquando [illegible] est, [illegible] conditione [illegible] est [illegible] (quod verò acta est, nihil est [illegible] quod perstare [illegible]) [illegible] enim est cùm [illegible] esset perstat; [illegible] perstat est verè non est. [illegible] appellatione [illegible] esse dicitur.* Sic ille. Vt videas propriissimè cadere in Deum entis appellationem, aut (quæ eadem est) appellationem stantis, quam Simon magus apud Clem. 2. recognitionum *[illegible]* stabilē ambiebat. Deitatem enim ambiens stantem se dici volebat, tanquam qui non posset vlla corruptione decidere, quod soli Deo competit, ac proinde etiam Deo soli ea appellatio debetur.

Vel ipsum unum.

67 De appellatione vnius quàm illa aptè cadat in rem immutabilem (præter ea quæ initio distinct. prosequitur Hugo Victor lib. 7. eruditionis didascalicæ cap. 19. ex eo quòd immutabilitas sit modus quidā identitatis. Nam quod mutatur, hoc ipso fit

sit non idem, atque ita subiaceat multitudini, saltem successiuè, quatenus perseuerat idem sub vtroque mutationis termino. Itaque rectè concludit Hugo, quod est immutabile, cùm nec successiuè quidem possit multitudinem & pluralitatem subire, rectè dici & esse summè vnum. Idem pulcherrimè docuit Socrates cū Cebete agens in Phædone vocans propterea Deum, *ipsum æquale, ipsum pulchrum, ipsum singulare*. Optimè item Anastasius Sinaita lib. 1. Hexaëm. *in fine* obseruat Mosem vocasse diem illum qui omnibus præiuit, *vnum non primum*. *Nempe quia dies ille Deum significabat, qui est dies ille quem non [illegible] & posteà, & qui nulla nox interrumpitur, sed est perpetuus & continuus. Deum ergo nominauit vnum, vt qui se semper similiter & eodem modo habeat.* Et paulò post id confirmat ex Ethnicis. *Ethnici*, inquit, *eos tamen qui sunt extra gratiam, eadem ferè dicere. Pithagorei enim primum deum nequaquam primum, sed similem nominauerunt. Non [illegible] apprehenderunt nomen illum indiuisibilem, sed tamen eum sic nominauerunt. Ægyptij quoque [illegible] ratione draconem qui caudam [illegible] insculpunt in pyramidibus [illegible] & indiuidua circumuallatione Diuinarum rerum significantes draconem [illegible] in Deo restringunt Ægyptij. Orpheus autem Deum vocabat monada, [illegible] id est indiuiduum, neque enim [illegible], aut [illegible], aut aliqua alia pars numeri, est in ipso*: hactenus Anastasius.

Rationem huius appellationis licet petere ex Capella lib. 7. *fere initio* cap. de monade, & ex Mercurio c. 4. Pimandri, ac Eusebio orat. de laud. Constantini. Ex hoc duntaxat postremo pauca afferam. *Vnitas*, inquit, *mater numerorum est, omniumque mensium, annorum temporis, annorum, vniuersalque temporis circuitus, cursusque varietates distinguit. Est praeterea multitudinis principium: fundamentum etiam & quasi [illegible] id est nullus [illegible] [illegible] id est à manendo appellatam, propterea quòd cum omnis multitudo accessione & dissessione numerorum crescat, & diminuatur, sola vnitas stabilis & firma manet, ab omni multitudine omnibusque numeris ex se procreatis secreta seiunctaque, similitudinemque veri essentia quae neque partiri potest, & est ab aliis rebus segregata, cuius vi & communione rerum omnium natura firma consistit. Nam vnitas cuiusque numeri procreatrix est, quippe compositione & accessione vnitatum omnis augetur multitudo. Neque certè potest fieri, vt numerorum essentiam ab vnitate separatam intelligamus. Illa tamen extra omnem multitudinem est, omnique numero longè praestantior, quae tametsi numerorum quemque gignit, efficitque, nunquam ab illis ipsa augeri potest.*

Sed optimè Plutarch. lib. de εἰ num. 12. tametsi impiè si falsum numen de quo agit spectes. Nomina ergo illa Dei de quo agit Apollo, [illegible], & Phoebus, ait bene in Deum cadere, quòd & vnus sit pluralitate carens, vt sonat vox Apollinis, & vnicus vt sonat secunda appellatio, & sanctus ac impollutus, quod importatur Phoebi voce, quod ait ex vnitate & seiunctione à quibusuis extraneis competere. Addi potest ex Numenio apud Macrob. 1. satur. cap. 17. dictum item Delphium, quasi vnum & solum. Notat enim prisca Graecorū lingua *δέλφον* vnum & solum vocari, vnde & fratrem ἀδελφὸν vocari, quasi iam non vnū. Sed quod de Apollinis nomine ex Plutarcho retuli, praeclarè ex Pythagoreis notauit Plotinus Enneade 5. lib. 5. cap. 6. agens enim de nostris Deum appellandi modis, ait vocem [illegible], qua Deum insignimus, nega-

tionem multorum significare. Ideoque Pythagoricos quoque, Deum inter se secretiori significatione nominasse Apollinem, ex ipsa scilicet negatione multorum. Rectè itaque Clem. Alexand. 1. Stromatum cap. [illegible] cùm dixisset apud antiquos, antequam haberent simulachra Diuinitatis, loco eorum fuisse columnas erectas, addidissetque columnam lucidam tum Hebraeis praeiuisse, tum etiam quae Tabernaculo similiter praeiuit, subiicit, columnam, ac praesertim lucidam, aptè exprimere Diuinitatem, quòd & firmitas ac stabilitas Dei per columnam significetur, & immutabilis eius lux omnibus modis inuariata, per eandem lucidam denotetur. Eiusdem inconcussae immutabilitatis designandae gratia, Aristoteles lib. de mundo sub finem, existimat Deum dictum olim fuisse nomine necessitatis. Quanquam Democritus, Leucippus, Parmenides, & Pythagoras, apud Stobaeum in eclogis Physicis cap. 8. & Chrysippus, quem ea Dei appellatione vsum refert Lactantius 1. instit. cap. 5. ad fatalem potius necessitatem respexisse videntur.

Diuina omnimoda immutabilitas ratione firmatur.

49 Ratio huius tam perfectae in Deo immutabilitatis non est aliunde ducenda, quàm ex ratione existendi à se. Inde enim fit sicut supra exposuimus ut Deus contineat essendi plenitudinem cum omnimoda necessitate, quarum priore accessus nouae perfectionis, posteriore praeiacentis defectibilitas inhibetur. Quam rationem tetigit Aristoteles 1. caeli, text. 100. cùm enim dixisset, *Diuinum ens esse intransmutabile*, rationem eius rei esse ait, quia nullum aliud ens est, à quo moueatur. Nam si esset aliquid, profectò tale ens esset Diuinius Diuino illo ente, quod ab eo mobile esset, quod Aristoteles supponit esse impossibile, atque adeò agnoscit supra ens Diuinum non posse dari ens vllum quod sit eius causa, hancque vult esse radicem Diuinae immutabilitatis. Quod optimè item tradit Nouat. cap. 4. de Trinit. verbis illis: *Semper sui similis est, nec se vnquam in aliquas formas vertit aut mutat, ne per immutationem etiam mortalis esse videatur. Immutatio enim conuersionis, portio cuiusdam comprehenditur mortis. Ideo nec adiectio in illo vnquam vllius aut partis aut honoris accedit, ne quid vnquam perfecto defuisse videatur; nec detrimentum in eo aliquid agitur, ne gradus mortalitatis cuiuspiam esse videatur, sed quod est id semper est, & qui est, semper ipse est, & qualis est, semper talis est. Et ideo & incommutabilitatem suam monstrans & distinctionem mortis, atque mortalium probans; & ideo, Ego (ait) sum Deus, & non sum mutatus. Statum suum retinens semper, dum id quod natum non est, immutari non possit: hoc enim in ipso quidquid illud possit quod est. Deus semper sui motus est, vt semper sui Deus sit, manens ipse virtutibus suis. & ideo dicit, Ego sum qui sum. Quod enim est, ideo hoc habet nomen, quoniam eandem semper sui obtinet qualitatem. Immutatio enim tollit illud nomen quod est: quidquid enim aliquando vertitur, mortale ostenditur, hoc ipso quod conuertitur. Desinit enim esse, quod fuerat, & incipit consequenter esse quod non erat. Idcirco & meritò in Deo manet semper status suus, dum sine detrimento commutationis, semper sui & similis, & aequalis est. Quod enim natum non est, nec mutari potest: Ea enim sola in conuersionem veniunt, quaecunque fiunt, vel quaecunque generantur, dum quae aliquando non fuerunt, dum fiunt esse coeperunt, atque ideo nascendo conuertunt. At enim il-*

la

la quae nec mutabilitatem habent, nec originem, quidquid in se demutationem, dum in quo imperfectione causa est, non habent originem.

Pulcherrimè item S. Fulgent. epist. ad Theodorū. *Deus nec incrementis rebus nec decrementis commutatur: neque enim habet vbi proficiat ipse in melius, aut vnde in deterius deficiat. Ille quod est semper est, & sicut est ita est. Non in se habet nō esse posse quod est, quia non in se habet esse posse quod non est. Et hoc quod sic est, non initio praeuenitur, non fine concluditur, non temporibus voluitur, non locis continetur, non motibus variatur. Nihil ibi deest, quia totum in illo est; nihil ibi superest, quia nihil praeter illum est.* Optimè praeterea S. Hilarius in Psalmum 2. ad illud tunc loquetur. *Nihil (inquit) in illam aeternam ac perfectam naturam incidit, neque qui ita est, vt qualis est, talis & semper sit, vt aliquando non idem sit, potest esse aliquid aliud esse quam semper est. Terrena quidem imperfectaque causa habent genera, vt demutabilia sint conuersione naturae, &c. Deus autem beatus atque perfectus, profectu non eget, cui nihil deest; Demutationi vero non nouus est qui originem caret, in se est qui quod est non aliunde est, in ipso est, suum est, ac si est, sicut sibi est, & ipse sibi omnia est, caret omni demutatione immutatus, qui nihil aliud quod in se possit immittere, per id quod ipse sibi totum, totus est, indiget.* Hactenus ille Romanae eloquentiae Rhodanus vt eum S. Hieronymus appellat. Rectè itaque Iamblichus lib. de myst. §. 11. si polytheismi fuliginē seimmes. *Necesse est, inquit, Deos ita se habere vt sunt, non necessitate extrinsecus illata, sed naturali sibi & optima, idemque maximè voluntaria, quam & nullus vnquam optione proposita aliter se habere.*

Solus Deus immutabilis.

69. Ex quibus inferre licet, immutabilitatem esse Dei solius propriam, nec posse creaturis competere. Non enim sunt ex se ipsis, sed aliunde. Agnouit hoc Trismeg. cap. 4. Pimandri. *Quidquid, inquit, vsque genitum, imperfectum duntaxat, crescens atque decrescens. Et vero quod perfectum, horum nihil accidit.* Agnouit etiam Philosophus, quem his verbis refert Philo in cosmopoeia. *Solus Deus manet, nec mutatur, ... ipse primus & vltimus, ... Anaxagoras ... Philosophi ... est auctor & principis ... Deus semper ... stabilis, immobilis, ipse sibi similis, alterum dissimilis.* Praeter Augustinum supra num. 63. allegatum, inductione per omnes creaturas id ostendunt S. Basilius initio quarti contra Eunomium, & Auctor libri de cognitione verae vitae cap. 30. Creaturae enim corporeae susceptibiles sunt mutationis, tum quoad accidentia, tum quoad substantiam ipsam. Spirituales autem suscipiunt de facto mutationem quoad accidentia, & operationes immanentes. Inde igitur concludunt iidem auctores, omne quod factum est, capax esse versionis & mutationis, Deum solum immutabilem & inuertibilem esse. Annuunt ceteri Patres quibus familiare est quod dicitur *Deum solum habere immortalitatem*, interpretari de immutabilitate. *Quod solus Deus habeat immortalitatem, hoc ego non pro eo dictum*, inquit, S. Bernardus sermone 81. in Cantica, *quod solus sit natura incommutabilis. Vera namque & integra immortalitas, tam non recipit mutationem, quàm nec finem, quia omnis mutatio quaedam mortis imitatio sit. Omne etenim quod mutatur dum de vno ad aliud transit esse, quadammodo necesse est moriatur, vt esse incipiat quod non est. Quod si tot mortes, quot mutationes, vbi immortalitas?* Similia elegan

eleganter tradunt S. Greg. 12. moraliũ c. 17. & lib. 25. c. 4. & in Psalm. 5. pœnitentialem *ad versum* ... ubi hoc refert ex S. Augustino. Auctor libri de cognitione veræ vitæ cap. 30. Omnes post Augustinũ 1. Trinit. c. 1. & Tract. 123. in Ioannem & optimè 4. contra Maximinum c. 12.

Accedant & decedant Deo ex tempore, relationes reales ad creaturas.

70. QVARTO, admisi Deum subire de nouo accessum & recessum multarum realium relationũ. Quod plerique veriti immutabilitatis præiudicium, tenuiorem concedere. Itaque primum ostendemus quòd relationes ita aduenticiæ, in Deo admittendæ sint, tum exponemus quomodo earum vicissitudo, immutabilitati non præiudicet. Et quidẽ Plotinus Enneade 6. lib. 8. cap. 11. videtur à Deo excludere omnes relationes: *Nec Deo*, inquit, *quod ullo modo ad aliud referri dicatur licet accommodare, nam & ante ipse consistit, & antequam aliud quidquam existeret*, extitit. Similia habentur ibidem c. 8. Sed & Trigosius 1. p. Summæ Bonaventuræ quæst. 2. art. 7. dub. 3. conclus. 1. & alij à Bannez laudati 1. parte quæst. 13. art. 7. ita abhorrent à sententia relationes illas temporarias in Deo admittente, ut eam non solùm falsam, sed etiam periculosam, & temerariam, ac errori proximam pronunciant.

Habet tamen sententia illa authores & multos graues, ac rationes non inualidas. Ac primum ita docent plerique Scholastici, in 1. distinct. 30. ut Ockam, Gabriel, Gregorius, Marsilius, Durandus, ac optimè Rubio q. 4. art. 2. Palatius disp. 1. eamdémque idem Durand. in 4. dist. 34. quæst. 1. n. 26. Bonetus 2. Theolog. cap. 7. ... Aureolus apud Capr. dist. 30. *in argumentis contra secundam*, & Capreolus q. 1. conclus. 4. negant se vidisse eiusmodi non modò ex Patribus ac sanctis, sed etiam ex Philosophis antiquioribus, aut illius ætatis, qui tunc in controuersium allegarentur. Omnino quoque videtur in hac sententia esse Siruinus lib. de persona à c. 25. ad 31. ubi etiam repetit relationes Dei ad creaturas non dici rationis, quasi fingantur ab intellectu, sed quia nihil Deo superaddunt intrinsecum terminans productionẽ aliquam, quod verissimum est ut constat ex Dei immutabilitate. Et quamuis propterea relationes illæ Diuinæ non debeant dici rationis, nec omnes quoque categoricæ relationes, quas suppono fundamentis suis nihil noui addere, dicendæ sint rationis, tamẽ parum refert quo nomine appellentur dum de re constet. Ex Patribus videtur hanc sententiam tradere Iustinus q. 113. ad Orthodoxos, ut postea referemus item S. Augusti. 5. Trinit. cap. 15. & 16. Cyrillus cap. 12. thesauri in medio ubi ita loquitur. *Cogimur necessariò quasi accidentia esse nonnulla accidere Deo, hæc dicere, & more accidentium modo concipere. Quid enim dicemus intelligentes ante productionem huius mundi creatorem Deum fuisse, sed non actu; creare autem mundo actu quoque creatorem esse. Id quidem mundo sibi accidisse, quamuis nulla mutatione sui, sed productione rerum à nihilo ad esse, actu creator factus esse videatur, qui æterna immutabilitate hac creandi voluntate, quando æternaliter voluit omnia produxit. Multa sunt similia, quæ quasi accidisse Deo videmus: frustra igitur contendunt* (Eunomiani) *nullo modo aliquid accidere Deo posse, cùm multa in essentia eius quasi accidentia esse confiteantur.* Ita Cyrillus vocans relatio-

nes

nes temporarias, quasi accidentia, quia non immutant rem cui adueniunt, vt postea dicemus: re ipsa autem admittens, Deum his quasi accidentibus de nouo subiacere. Quod expressissimè quoque tradit S. Anselmus cap. 24. monol. locum ex parte infra dabo. Idem iam olim perspicuè asseruit Philo lib. de nominum mutatione tractans illud; *Ego sum Deus tuus*, negans enim Deum posse ad alia referri tamquā ab eis pendeat, aut aliquid emendicet, addit tamen posse ad ea referri quibusdam relationibus temporariis ad Diuinam in ea beneficentiam consequentibus. Verba Philonis sunt: *Neque illud ignorare par est. Quòd hæc verba, Ego sum Deus tuus, dicuntur abusiuè non propriè. Nam Deus est quia ex parte est verè ad quod est, non quemadmodum id quod est ad ea refertur quæ tum aliquo transferuntur. Diuinum siquidem numen si ipsi plenum est, ipsumque sibi sufficit, ad eumque sibi par ante mundi ortum, & post vniuersitatis molitionem. Immobile vtrumque & immutabile est, nulla re alterius planè indigens: ita vt ipsius quidem sint omnia: ipsum verò propriè nullius existat. Nonnullas tamen vires quas ad generationem extendit, ad salutem eius quod constitutum est, contingit ex relatiuorum numero esse, qualis est facultas regia, vis benefica. Rex enim alicuius Rex est, & benefactor alicuius; cùm alius sit omnino qui regitur, & alius qui beneficio afficitur. Harum cognata est vis effectrix, quæ Deus nominatur. Hac enim ea constituit omnia pater qui genuit, & fabricatus est. Ita vt illud Ego sum Deus tuus, respondeat his verbis: Ego sum effector & opifex.* Itaque ab auctoritate, non male instructa est hæc sententia.

71 Rationes autem validæ quoque videntur. Nam tam realiter Deus est de nouo effector creaturæ, quam in humanis pater sit effector filij, & tam realiter Deus est diuersus à creatura recèns producta, quàm homo, qui præfuit, ab ea differt. Respondent aduersarij relationem inter Deum & creaturam ex parte Dei non esse realem, quia extrema non sunt eiusdem ordinis. Quo recidit quod habetur apud S. Thomam opusc. 48. tracta. 5. cap. 1. Nempe quòd Deus sit infinitus, non item creatura. Sed benè hoc refellit Dur. in 1. dist. 30. q. 2. num. 7. quia vel per extrema eiusdem ordinis, intelliguntur illa quæ vniuocè conueniunt in aliquo, & hoc non est necessarium ad relationem realem, alioqui substantia & accidens non possent habere realem inter se relationem. Vel per extrema eiusdem ordinis intelliguntur extrema, quæ ambo sunt creata, & tunc petitur principium; probandum enim esset ad rationem relationis realis, necessarium esse vt vtrumque extremum sit creatum, & vt benè instat Dur. aduersarij concedunt creaturam referri realiter ad Deum, licèt Deus & creatura sint diuersi ordinis: ergo diuersitas ordinis nō excludit relationem realem. Capr. ibidem q. 1. *ad 1. Aureoli contra 1.* per extrema eiusdem ordinis intelligit ea quorum vnum inclinatur ad aliud propter bonum suum. Quæ responsio quoad relata secundi generis, de quibus loquitur Capreolus, habet aliquā apparentiam: Improbabiliter tamen ea responsio applicatur ad quamuis relationem realem à Deo respectu creaturarum excludendam, vt facit Aquarius ibidem concl. 2. Nam ad hoc vt inter duo aliqua intercedat relatio distinctionis, nulla debet intercedere inclinatio vnius ad alterum vt patet. Ergo cùm Deus æquè sit distinctus à creatura, ac duæ creaturæ inter se, si hæ propterea realiter referuntur, Deus quoque ad creaturam realiter refertur. Quoad relata verò secundi

 generis,

generis, videtur aliquando interuenire inclinatio aliqua vnius extremi ad alterum, vt cùm effectus referuntur ad causam. Id tamen non semper interuenire probat Scotus in 1. dist. 30. q. 2. litera C, D, Q. Et certè non apparet propter quod bonum suum inclinetur ignis ad calefaciendum: Quòd si dicas ipsum exercitiũ virtutis actiuæ existentis in igne, esse bonum quoddam extrinsecum ignis; dicam quoque communicationem Diuinæ bonitatis & virtutis, quæ fit per productionem creaturarum, esse bonum Dei extrinsecum, ex quo tamen nihil Deo accrescat, vt neque igni quicquam accedit internum ex eo quòd agat transeunter. Quare cùm Deus, æquè efficiat creaturam, ac ignis calorem, & propterea ignis dicatur realiter referri ad calorem, quidni similiter dicemus Deum referri realiter ad creaturam à se causatam, quandoquidem in eo respectu nulla importatur imperfectio in Deo, aut dependentia ab effectu suo, vt latè Greg. q. 3. *ad 2. contra* 1. sed potius importatur dependentia effectus à Deo, vt rectè Dur. in 1. dist. 34. q. 1. num. 26. Non est autem imperfectio in Deo, quòd respiciat effectum, vt à se dependentem. Quòd si dicatur hinc sequi Deum à termino suo dependere, quatenus sine eo non haberet hanc relationem realem, poterimus sanè similiter dicere Deum, & quamuis causam realem dependere ab effectu suo, sine quo causa non esset causa. Nam causa non causaret, nisi esset aliquid quod causaretur; sicut ergo manifestũ est causam quà causam non obstante ea termini dependẽtis coëxigentia nõ pendere ab effectu, ac etiam sicut certum est Diuinam intellectionem quamuis exigat obiectum aliquod (repugnat enim dari intellectionem & non dari rem quæ intelligatur) non dependere tamen à re illa intellecta: ita certum esse debet, nullam in Deo dependentiam afferri, afferendo illam eius relationem ad creaturas. Præterea aduersarij cùm Capreolo suprà *ad argumenta Gregorij contra* 3. concedunt denominationem creatoris in Deo esse realem, ergo forma à qua ea denominatio petitur, nempe relatio, debet esse realis. Mol. 1. parte q. 13. art. 7. respondet eam denominationem non peti à reali relatione, quæ sit in Deo, sed à virtute vel actione creatiua. Alij autem vt Mairo quodlib. 7. art. 10. dicunt esse extrinsecam denominationem petitam à relatione reali quæ inest creaturæ. Sed hæ responsiones aditum parant ad tollendas omnes relationes reales prædicamentales inter causam & effectum, quas poterimus facilè dicere esse denominationes tantum petitas ex vi causatiua; relationem verò similitudinis & æqualitatis dices esse tantùm denominationes extrinsecas.

71 Itaque admittendum est relationes has temporarias etiam in Deo esse formas intrinsecas quoad illud quod in recto important, & esse reales etiã ex parte Dei, seu prout Deus concipitur habens rationem extremi relati & fundamenti non termini tantum, vt existimat Contar. 2. primæ Philosophiæ *in fine* cuius exemplum in hanc rem non est idoneum: Ait enim rem perinde hic se habere atque in humanis. Siquidem qui Regem officij causa comitatur, dicitur comes Regis, non vice versa. Similiter ergo Deus non dicitur relatus ad creaturas, licèt eas realiter terminet, & ipsæ ad eum realiter referantur. Hoc exemplum dico non esse idoneum, quia quamuis Rex non dicatur comes eius qui ipsum comitatur officij gra-

tia, hoc tamen idcirco fit, quia ea appellatio non tantum sonat relationem, sed etiam subiectionem aut æqualitatem comitantis, quæ absunt à superiore; ac præsertim à Deo collato cum inferioribus: Simplex autem habitudo, tametsi realis, nihil tale Deo adiicit, sed sufficienter in eo intelligitur, hoc ipso quod fecit creaturam. Iam verò sic constituta realitate rationum Diuinarum temporalium, occurrendum est incommodo quod ab hac sententia alios præcipuè deterruit.

Diuina immutabilitas ex relationum realium accessu aut recessu non læditur.

73 Quintò ergo negaui ex accessu & recessu huiusmodi relationum, præiudicari Diuinæ simplicitati & immutabilitati. Quod facile est ostendere supposita vera sententia de indistinctione fundamenti & relationis categoricæ, quo nomine appello nunc omnem illam quæ non est essentialis, seu omnem non transcendentalem. Ea ergo sententia supposita quæ est expressè S. Thomæ tract. de relatione cap. 1. & fusè confirmatur à Syluest. 1. p. q. 28. art 1. & à Rubionio in 1. dist. 30. q. 1. & 2. aliisque innumeris, liquidò apparet Deum ex accessu aut recessu huiusmodi relationum quoad id quod in recto dicunt ab ipso indistinctarum, nullo modo mutari. Vt enim bene ratiocinatur ad hoc probandum Boëtius lib. ad Symmachum de Trinit. circa finem, magna est differentia inter accessum & recessum formarum absolutarum & relatiuarum. Nam forma absoluta V. g. albedo, est forma afficiens rem secundùm se, idcirco que eius accessu vel deperditione res variatur: at forma relatiua tametsi est intrinseca, quatenus quoad id quod principaliter & in recto dicit, est ipsummet fundamentum, tamen *non consistit in eo quod est esse* vt loquitur Boëtius, *sed in eo quod est in comparatione aliquo modo se habere*: Id est, non afficit rem quæ referri dicitur secundum se, quod intelligi non posset sine accessu nouæ formæ & entitatis, atque adeò sine mutatione; sed eatenus intelligitur afficere, quatenus hæc ipsa fundamenti entitas, quæ si sola esset non constitueret aut denominaret fundamentum relatum, accessu termini extrinseci illud constituit ac denominat relatum, vel eius deperditione cessat denominare & constituere, & ideo ex eius accessu vel recessu nulla fit mutatio in fundamento, sed tantum in termino.

74 Luculenter hoc exposuit S. Anselm. cap. 24. monol. ex quo aliqua non pigebit adscribere, vt pateat latas contra hanc sententiam à Recentioribus censuras, bruta fulmina esse. *Omnino, inquit, quæ accidentia dicuntur, alia non nisi cum aliqua participantis variatione adesse & abesse posse intelliguntur, vt omnes colores. Alia nullam vel accedendo vel recedendo mutationem circa id de quo dicuntur, efficere noscuntur, vt quædam relationes* (nempe categoricæ seu omnes non transcendentales) *Constat namque quia homini post annum præsentem nascituro, nec maior, nec minor, nec æqualis sum, nec similis. Omnes autem relationes has, vtique cum natus fuerit, sine omni mei mutatione ad illum habere potero, & amittere, secundùm quod crescet, vel per qualitates diuersas mutabitur. Palam itaque fit, quia eorum quæ accidentia dicuntur quædam aliquatenus attrahunt commutabilitatem, quædam verò nullatenus subtrahunt incommutabilitatem. Sicut igitur summa natura accidentibus mutationem efficientibus nunquam in sua simplicitate locum tribuit, sic secundùm ea quæ*

nullatenus summæ substantiæ accidentia repugnant, adiungendo dici aliquid non respuit, & tamen aliquid non efficiunt, vnde ipsa mutabilis intelligi possit, non accidit. Hæc & alia ibi Anselmus, quibus explicatiora in hanc rem apud scholasticum quemcunque vix sit reperire. Multa quoque disertissimè August. loco allegato num. 70. & quem non possum omnino prætermittere, Iustinus q. 14. ad Orthodoxos. Cùm enim quæsitum fuisset, quomodo Deus non perficiatur & mutetur, cùm acquirit de nouo nomen & rationem opificis, respondet Iustinus, *Aliud est idem ipsum esse, & aliud alterum esse* (en rursus distinctionem ex Boetio in hanc rem supra adductam) *idem esse, habitum non admittit, alterum autem esse habitione admittit. Porrò cùm perfectio Dei in eo sit quod idem ipsum est, propterea non auget eum id quod alterum est: Et quemadmodum vnitas nihil confert ad perfectionem suam quòd principium sit numeri, nam etsi numeri principium non esset, perfecta tamen esset, & cùm principium eius facta sit, non tamen aucta est: sic Deus quoque ante eius creationem perfectus erat, & post creationem auctus non est. Non igitur quidquam eorum quæ per creationem fiunt, Deum adauget, sed habitionem ipsam quam ad creaturam obtinet* [illegible]. Hactenus Iustinus.

Tandem Tertullianus tametsi Deū immutabilem esse, & nullum ei status sui esse periculum, lib. de carne Christi cap. 5. & alibi infinities pronunciat, tamen libro aduersus Hermogenem c. 3. docet eum ex tempore factum esse Dominum creaturarum, cùm primùm scilicet eas condidit, & quomodo Deus non semper fuerit Dominus cùm semper esset Deus, declarat eodem modo quo pater incipit esse pater, cùm non esset pater ante exortum filium. Agit autem de paternitate Dei in ordine ad creaturas seu de relatione [illegible], cuiusmodi est paternitas hominis producentis respectu hominis à se producti, quæ humana paternitas attingi videtur verbis illis quæ ibi habentur (*sicut pater per filium.*) Vt miror ab eruditissimo Commentatore paradox. 31. eam lucum tantum nō vocari Arrianismi. Sicut ergo paternitas creata est relatio realis, non mutans hominem quamuis de nouo adueniat, ita & paternitas Diuina respectu creaturarum. Quod autem suppono Deum non esse ab æterno creatorē, & in actu secundo dominum creaturarum, est per se euidens ex eo, quòd creaturæ non fuerunt nisi in tempore. Implicat autem in adiecto, esse creatorem actu, priusquam res quæ illam denominationē fundat, extet actu. Quare falsò Cusanus lib. 1. de docta ignor. c. 24. consuit prædicatū creatoris & omnia alia respicientia creaturas productas, Deo iam inde ab æternitate competere, eò quòd Deus ab æterno creare potuerit, quod tamen non sufficit ad denominandum Deum creatorē, sed creare potentem.

ARTICVLVS VI.

De eiusdem Diuinæ vnitatis perfectione, ex immutabilitate quoad locum, seu de Dei immensitate.

75 QVomodo immensitas ac etiā æternitas de quibus nobis superest agendum, ad immutabilitatem & simplicitatem atque adeò etiā ad vnitatem pertineant, accipe ex Bernardo serm. 80. in Cant. *Sola inquit, summa & increata natura quæ est Deus, hanc sibi vendicat veram singularémque essentiæ suæ simplicitatem, vt non aliud & aliud,* (seu mutabilitas intrinseca quā

proximè

proximè exclusimus] *non alibi quoque & alibi, sed ut modo quidem & modo inueniatur in eo; semper in seipso manens, quod habet est, & quod est, semper eodem modo est,* ita ille. Quare commodè duo prædicta attributa nunc exponemus, initio facto ab immensitate, quia forma extrinseca quam connotat æternitas, & cuius extrinsecam insociabilitatem remouet, est magis extrinseca, & remotior ab iis quibus accedit, quàm locus.

ASSERTIO.

Deus substantialiter seu per suammet essentiam, cuicunque spatio vero aut imaginario infinitè fuso coëxistit, atque adeò immensus est, & localiter immobilis.

Primò, affirmo Deum esse substantialiter, siue vt passim loquimur, *per essentiam* præsentem cuiuis spatio reali. Ex tribus enim vulgaris modis quibus Deus dicitur esse alicubi, nempe *per essentiam præsentiam & potentiam*, solus primus est localis, vel quasi localis, quem nunc quærimus. Secundus verò spectat ad Diuinum contuitum omnia peruadentem. Postremus ad Diuinam operationem attingentem à fine vsque ad finem fortiter. Potest autem aliquis, vt postea dicetur, procul aliquid intueri & causare vbi non est. Itaque astruimus hîc Diuinam vbiquitatem per essentiam siue substantiam Dei.

Errores contra præsentiam Dei in omnibus realibus locis.

76 Fuerunt contra eam aliqui errores. Nam Auerroës disp. 14. metaph. aduersus Algazelem in *responsione ad obiectiones dubium*, ait cogitationem aliquorum existimantium Deum esse in omnibus rebus, esse puerilem. Præter hos bonarum literarum sensu, immensitatem Dei exscindere videntur Clem. Alex. in protrept. & 5. Stromat. c. 6. & Tatianus orat. aduersus Græcos, Stoïcis vitio dantes, quòd fecerint Deum præsentem etiam cloacis; vnde dicunt valdè dehonestari Philosophiam. Nec ita pridem Eugub. in illud Psal. 138. *si ascendero in cælum, tu illic es*, censuit Deum substantialiter adesse soli cælo, quem errorem Vasq. 1. parte, disp. 27. cap. 1. & 2. & Hurtado d. 12. Metaph. § 4. tribuunt Aristoteli. Idem sensit Aristides to. 1. orat. 1. annotans idcirco à priscis, arces Ioui fuisse consecratas, partim motos vniuersi exemplo, in cuius ille summo culmine habitaret, partim locis opportunioribus & munitioribus ipsi vltrò cedentes, qui solus regum, optimè sciret imperare. Aliqui item errones apud Hugonem Victorinum in summa sententiarum tract. 1. cap. 4. & lib. 1. de sacramentis Fidei, parte 3. cap. 17. & apud Anastasium Sinaitam libro de incircumscripto (ita enim à Cyparissiota & aliis Græcis allegatur liber illius secundus de rectis Fidei dogmatibus.) Deum substantialiter soli cælo adesse commenti sunt, specie Deitatis à sordibus & colluuie terrena secernendæ. Quod item fuit eiusdem erroris renouandi fundamentum apud Nouatores quosdam, à quibus se id audiuisse *viris*, vt ait, *alioqui egregiis & Euangelicæ religioni addictissimis, quibus nec eruditio, nec ætas, nec iudicium deesset*, scribit Vorstius in exegesi. cap. 16. qui quantum ab eo tantopere ipsi laudatorum hominum placito absit, apparet ex eodem loco, & ex notis ad disp. 5. Thesi 8. & 9. & ex eo quòd vt hanc infamiam elueret libri contra Becanum cap. 1. § 2. ita priora scripta temperat, vt disertè dubitet de hac Dei substantiali præsentia, lau-

déque Erasmum item ancipitem, dicente Deus in antro scarabei aliisve obscœnioribus locis, vt habeat commodo contra hos hæreticos locum quod in eodem errore versanti Fastidioso Arriano, occinit Fulgent. contra eius sermonem scribens. *Quis sit de Deo audiat fidelis, non dico fidelis, sed omnino sacrilegus, cum veritas Dei atque Divinitas, necesse est vt sit naturaliter immensa, sicut est naturaliter sempiterna. Sed homines carnalibus sensibus dediti, etiam ipsum Deum non possunt nisi animaliter cogitare.* Et paulò post. *Tales dum in luto carnis animas volutant creatis phantasmatibus suis, & graviori pondere vanitatis, quantò magis in illorum rerum cognitione versantur quæ corporeo oculo corporeum ingerunt intuitum; tantò minus possunt ad intelligendam conscendere Deitatem.* Hæc ibi, aptè omnino ad eiusdem erroris patronos Novatores confutandos, quamvis hi alio quàm ille Arrianus fundamento nitantur. Nam ille ex Mysterio Incarnationis perversè exposito personarum localem separabilitatem, atque adeò Dei finitatem localem inferebat, hi verò specie, vt dicebant, Dei à sordibus liberandi sic philosophantur. Sed nimirum oportuit eos sic prolabere ad tantos fidei perversiones. *Ante quis de Deo hæreticus sit necesse est, & tunc de instituto*, ait Tertullianus lib. de Monogamia. Nec iuvat illos prætensus hac in parte Dei honor, Deique à sordibus exemptio. Solemne enim est blasphemantibus Deum, Divinum honorem prætexere & causari indignitatem, vt probè advertit, multisque exemplis declarat Cardinal. Bellarminus 3. de Euchar. cap. 10. advertitque etiam Basilius *in fine* primi contra Eunomium dicens, *omnem hanc esse & incomparabilem viam ad blasphemandum.* Stoici autem vt apud Tertull. legimus cap. 47. Apol. *Deum dicebant positum extra mundum, qui figuli modo extrinsecus torqueat hanc molem.* Sed & Hebræi Thalmudici referente eorum quondam partiario Petro Alphonso in dialogo Petri & Moysis titulo 1. Deum in Occidente tantum esse sunt arbitrati. At antiquiores ex eadem colluvie, Deum templi Hierosolymitani finibus concludebant, teste S. Hilario 2. de Trinit. *ferè in fine* & S. Cyrillo 1. in Iulianum *item in fine* & sancto Hieronymo in c. 66. Esaiæ quos affectati fortè sunt Ebionæi dimidia ex parte Hebræi apud Irenæum lib. 1. cap. 26. adorabant enim Hierusalem quasi domum Dei.

Tandem Auctor responsionis ad quæst. 5. Christianorum ad Græcos apud Iustinum, negat Deum incolere vel cœlum vel mundum, eò quòd eo pacto Deus haberet locum, cuius proprium est conservare & fovere locatum. Nihilominus Ethnicus ille, si rectè intelligatur, non negat Deum esse in cœlo, vel in mundo, neque id ei Iustinus tribuit in refutatione responsionis prædictæ; sed tantùm contendit Deum non concludi cœlo vel mundo, quod verissimum est. Immeritò tamen calumniabatur Christianos Deū cœlo concludere, tanquam habitaculo, credo quia Christianos audiverat vel legerat compellantes Patrem qui est in cœlis, quod etiam fuit vnum ex fundamentis memoratorum inter Christianos errorum Deum cœlo concludentium. Sed hi non audiverant, vel audire noluerant, monentem Chrysologum hom. 67. *Cùm (inquit) hoc dicis, Pater noster qui es in cœlis, non sic habeas quasi non sit in terris, non sic accipias quasi sit loco clausus qui claudit omnia; sed intellige esse tibi genus è cœlo, cuius pater habitat in cœlo, & age vt vita*

munda

modo similiter sanctè respondeat Patri. Nec illud item Sapientiae expenderis cum Richardo, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, si est vbique terrarũ, quantò magis vbique caelorum? erit igitur vbique locorum.* Ita ille sermone De missione Spiritus sancti.

Diuina vbiquitas astruitur.

77 His erroribus dimissis, Dei vbiquitatem, seu praesentiam substantialem in omnibus realibus spatiis, cognouerunt grauissimi quique etiam inter Ethnicos, nominatim Trismeg. aut vt alij malunt Empedocles in vulgari illo effato, *Deus est sphaera cuius centrum est vbique, circumferentia nusquam*, de quo rursus infra. Idem docet Trismeg. capite 11. Pimandri verbis illis: *Omni sublimitate sublimior esto, omni fundo profundior, sensus quoque factorum omnium simul in te collige, ignis, aquae, aridi, humidi, adesto simul mundi partibus omnibus caelo, terraeque, marique, per omnem aetatem extra corpus simul tui tenere habitato, per mentem nihil interire putato. Cuncta haec simul comprehendito, loca, tempora, modos, qualitates, & quantitates, sic Deum intelligere poteris.* Item Orpheus apud S. Cyrill. 1. in Iulianum, & apud Euseb. 3. praep. cap. 5. Praeterea Pythagorae carmina illa sunt apud Iustinum in paren. circa medium. *Deus vnus est, non vt quidam suspicantur extra opus à se ornatum ac dispositũ, sed in se ipso totus in orbe toto, &c.* vt proinde non videam quàm rectè apud Photium codice 249. inter Pythagoraeorum dogmata recenseatur quòd Deus sit in summo caelo, nec vlterius diffundatur. At constat Pythagoram (à quo non est verisimile discessisse Pythagoreos.) Deum toti mundo praesentem agnoscere. Nec dissimilia habet Heraclitus epist. ad Hermodorum damnans conclu-dentes Deum delubris, cui totus mundus domus est, nec circuitum vllũ habet. Idem Heraclitus ab Aristotele adductus 1. de partibus cap. 5. ne à casa quidem fumaria Deum abesse pronunciat. Quod dictum approbare videtur Aristoteles, ac proinde in eadem ipse quoque fuisse sententia credi potest, de quo rursus infra. Quod autem in contrarium allegatur ex 1. caeli, c. 9. non videtur esse ad rem, cùm tantum ibi negetur Deum esse localem & circumscriptum caelo. Alter verò locus, qui etiam vrgeri solet ex libro de mundo ad Alexandr. cap. 7. alias 6. non conuincit Aristotelem hac in parte errasse, cùm liber ille passim censeatur spurius, vt non debuerit certè quidam Nuperus ob locum ex libro illo vel dubio vel notho petitum, Philosophum ita exagitare. Quid quod tametsi eo loco dicitur mortalium omnium consensu regionem mũdi summam, Deo indubiè tribui & Deum in summo esse locatum, & vi sua per omnia pertinere, possunt tamen haec eum sensum suscipere, quem his verbis indicat Iulianus Apostata apud S. Cyrillum lib. 2. ad tex. 4. *homines naturâ quodammodo ita affecti sumus erga caelum & Deos qui in illo habitant, vt & si quis alium praeter illos susceperit Deum, & ei omnino caeli domicilium illi tribuerit, non distineret illum à terra, sed quodammodo quasi in id quod mundo dignissimum vniuersorum regem collocat.* Tandem ex Ethnicis disertissimè hanc Dei vbiquitatem tradit Plot. Enneade 6. lib. 4. cap. 2. & 4. & ibidem lib. 5. cap. 1. ait *hanc esse communem animi conceptionem & omnes naturali instinctu ita sentire*, quod voluit etiam Simplicius 1. animae ad tex. 86. aiens *neminem dubitare posse, quin omnia sint plena Deo.* Speciatim Thales referente ibi Aristotele

stotele affirmant. Pythagoram præterea (de quo iam supra) & Zenonem adiunxit Palac. in 1. dist. 17. disput. 1. Adde & Diogenem Cynicum cuius ex hac Dei omnipræsentia vtile corollarium ad honestam externā compositionem refert ex Zoilo Pergæo Laërt. lib. 6. Notum & illud ex Arati poëmate cuius partem (vt in simili dixit Tertull. 1. ad vxor. cap. 8.) sanctificauit Apostolus. *Plena Iouis sunt omnia strata, omnia prætereà fora sunt, plenus quoque pontus ac portus, semperque omnes Ioue vndique egemus, nam sumus illius genus.* Vnde fortassis desumptum illud, *Iouis omnia plena.* Quamquā D. August. 1. de consensu Euang. c. 23. & 4. ciuit. cap. 9. videtur significare desumptum ex Hieremiæ 23. vbi Deus dicitur implere cælum & terram. Ideòque ait Varronem censuisse Iouem esse Deum Iudæorum, quamuis ab eis sub alio nomine & absque simulachro colerent.

78 Consensere igitur in hanc veritatem Ethnici, vt minus mirum sit in eandem consensisse omnes vera vnquam fide collustratos. Antiqui sanè Iudæi, vt refert Galat. lib. 2. de Arcanis cap. 8. Deum vocarunt nomine Hebræo significante locum vt innuerent quod dixit postea Theoph. Antioch. 2. ad Autol. circa initium, nempe *Deum esse omnium locum*, seu omnia continere & occupare: locum tamen intellige illocalem; quo pacto Deum nominat Petrus Damianus epist. 4. cap. 6. id est, vt ipse exponit, *qui sit in se omnia continet loca, et non mouetur ipse per loca. Qui loco non clauditur,* (inquit Nouatian. lib. de Trinit. cap. 25.) *sed qui omnem locum claudat, nec in loco sit, sed in quo omnis locus sit, omnia continentem & cuncta complexum, vt merito nec descendat, nec ascendat, quoniam ipse omnia & continet & implet.* Agnoscebat hoc ille Christianus apud Alcuinum 2. de Trinit. cap. 7. qui roganti Ethnico Philosopho, vbi esset Deus, respondit, *dic tu prius vbi non sit.* At poterat etiam directè respondere cum Hilario 2. de Trinit. circa initium: *Nullus sine Deo, neque vllus non in Deo locus est, in cælis est, in inferno est, vltra maria est, inest interior, excedit exterior, ita cum habet atque habetur, neque in aliquo ipse, nec non in omnibus est.*

79 Rationem philosophicam huius veritatis vrgebo infra. Nunc sufficiet adducere elegantem Arnobij ratiocinationem non multum ab initio libri sexti. Probat ille Deum non debere vno aliquo loco claudi, alioqui vanum fore naturalem illū & omnibus insitū impetum obsecrandi Deū, eiusque auxiliū necessitate aliqua vrgente implorandi. *Arbitramur* (inquit) *omnem Deum oportere (si modo nominis huius est potens) ex quacunque mundi parte, quod quisque fuerit locutus, tamquam si sit præsens audire debere. Immo quod quisque conceperit, sanctificatis & tacitis sensibus cognitione anticipata præsumere, atque vt astra, Sol, Luna, non supra terras meant, omnibus omnino intuentibus statim sunt & vbique præsentes, ita quoque conuenit auditionem numinum nullo esse clausam loco, semperque esse præsentem. Quamuis ad eam variis regionibus ex distantibus confluant. Hoc est enim proprium Deorum, complere omnia vi sua, non particulare vt simus, sed vbique esse totum, non adesse, non abesse, non coenatum ad Æthiopas pergere, & post dies bis senos profectum ad domicilium redire. Quod si ita non erit, tollitur omnis spes nobis, & erit in dubio audiamur à Diis, necne: si quando res sacras ceremoniarum consecrationes debitas. Constituamus enim noscendæ rei causa, templum esse alicuius esse apud Canarias insulas; eundem apud*

tibi

vltimam Thylen, eundem apud Seras esse, apud fuscos Garamantas, & si qui sunt alij, quos abscissos vastitia maris, montes, syluæ, & quadrini disterminant cardines. Si enim non in tempore rebus Diuinis facitis, quod sua quisque necessitas rogitare compellit possetis de nomine, referendi beneficij quænam omnibus spes erit, si non vndique ad semissem vocem Deus exaudiet & erit illis longinquitas quæ penetrans vna posse auxilium præsentis reddere? Aut enim nullis erit in partibus præsens, si vllum poterit aliquando non esse, aut aderit vnis tantum, quoniam præbere communiter suam non potest atque indifferentes auditum. At ita persistat, vt aut nullis Deus opitulatur omnino, si occupatus re aliqua ad audiendas preces non quiuerit aduolare aut ex eadem tantummodo vni aberat solo, nihil egerint cæteri. Hactenus Arnobij ratiocinatio, qua Dei præsentia in omni cœli spatio suadetur ex alioqui secutura precum ad Deum fusarum inanitate, quam nemo admiserit, cùm in contrarium sit testimonium animæ naturaliter Christianæ, vt dixit Tertull. c. 17. apol. Cæterùm quod dicebat Arnobius non esse Dei pergere cœnatum ad Æthiopas, scomma est in fabellis quæ de Ioue cœnatum ad Æthiopas abeunte, referuntur ab Homero, quem adducit Elias circa finem orationis tertiæ Nazianzeni, vbi eadem peregrinatio ridetur à Theologo, & meritò: *nam Deo, si Deus est, longum nihil omnino est, cui punctum terra est, & sub nutu omnia conseruata*, ait idem Arnob. lib. 7. *in fine.*

80 Quæ contra obiiciebantur, sunt prorsus inania. Si enim Deo indecorum non est casæ fumariæ adesse, vt aiebat adductus antea Heraclitus, non erit quoque indecorum Deo, adesse qualis loco, quamuis immundo & sordido; non enim inde inficitur Deus, nisi si lux solaris eò pertingens, inde sordidatur, vt rectè argumentatur Aug. lib. de natura boni, cap. 19. & Macarius hom. 7. & 16. aut nisi anima ex leprosi, aliterve pessimè affecti corporis sordibus inficitur, quod nemo de eius immaterialitate certus asserat. Ex quo exemplo, intolerabilis stultitiæ, sententiam contrariam damnat Guliel. Paris. 2. 2. de vniuerso, cap. 85. Qui igitur de hac veritate dubitant, non aduertunt se de immateriali Dei substantia, perinde ac de materiali & corporea philosophari, vt rectè aduertit Photius in quæstionibus ad Amphilochium cap. 75. relatus à Cypariss. decade 7. cap. 1. Auerroi puerilitatis hoc damnanti, oppono Greg. Nyssenum in orat. magna catechet. cap. 25. qui idem de Auerrois sententia iudicium fert, quod ipse de nostra, *puerilisque animi & ingenij esse, ait, præsentem omnibus locis Deum non agnoscere.* Ex hac porrò Dei vbiquitate seu præsentia in omni cœli spatio, quantùm animæ id attendenti profectus accedat, præclarè omnino tradit Clem. Alex. 7. Stromatum cap. 4. initio. Locus est illustris ac dignus quo primæ huic parti assertionis apponam finem. Ita habet. *Nec in definito loco, neque in templo selecto, neque diebus aliquibus festis & præstitutis, sed per totam vitam is qui est præditus cognitione, in omni loco etiamsi per se sit solus, & si habeat aliquos qui similiter crediderunt, Deum honorat, hoc est agit gratias propter vitæ cognitionem. Si autem alicuius boni viri præsentia propter observantiam & reuerentiam eum quod est præstantius, eum qui conuersatur, semper format & effingit, quemadmodum is qui cum Deo semper est præsens per cognitionem & vitam & gratiarum actionem, non fiet se melior semper euadat, in omnibus factis, & verbis, & affectionibus? Talis est is cui est persuasum, Deum vbique adesse, non autem arbitratur certis ac definitis locis esse conclu-*

sum; ut tum sit absque eo esse aliquando existimaverit, modestus & interdum intemperantiae se dedat & libidini. Per totam ergo vitam diem festum agentes, undique & omni ex parte Deum adesse persuasi, laudantes agros colimus, laudantes navigamus, & in omni alio vitae instituto, ut decet exacte versamur. Propius autem Deo iungitur, & familiaris efficitur is qui est cognitionis praeditus, ut qui simul quidem gravitatem & hilaritatem ostendat in omnibus.

Deus imaginariis quoque spatiis coexistit.

81 SECVNDO, dixi Deum esse substantialiter praesentem spatiis imaginariis, quod aliqui negant, alij affirmant, sed potest esse lis de nomine. Si enim sensus sit Deum esse in spatiis imaginariis tanquam in aliquo verè terminante realem aliquam Dei habitudinem aut quasi habitudinem, sic negandum est Deum esse in spatiis imaginariis. Nec plus contendunt qui negant Deum esse in huiusmodi spatiis, inter quos Vasq. 1. parte disp. 29. Pineda 5. de Salo. cap. 5. num. 182. Maldonatus in opere de Eucharistia q. de replicatione. Azor to. 1. lib. 2. cap. 15. *in fine*. Aquar. in 1. d. 37. *in fine* & alij. Si autem sensus sit, Deum ibi esse eò quod substantia Diuina non claudatur ambitu conuexo extremi caeli, sed infinitè ultrà porrigatur, & ibi re ipsa iam nunc ita sit ut absque ulla sui mutatione coexistitura esset veris rebus, si ibi aliquae quandoque forent. Sic certissimum videtur quod contendunt Gulielm. Paris. 2. 2. de vniuerso, cap. 68. Caietan. in cap. 12. Ioannis. Molina 1. parte q. 8. art. 1. d. 3. Val. 1. parte d. 1. q. 5. p. 2. Becanus ibidem cap. 6. q. 2. Hurtad. d. 14. physica sect. 3. Suar. d. 30. met. sect. 7. num. 56. Gill. lib. 2. tract. 9. cap. 10. Fonseca 5. metaph. cap. 15. q. 9. sect. 4. & alij erroris ab Aquario 2. metaph. disceptat. 4. perperam insimulati, nempe Deum esse in spatio illo: nec enim apparet quomodo Deus posset dici verè immensus, si clauderetur & circumscriberetur caelo, ita ut eius substantia ulterius non porrigeretur. Atque ita pro hac parte adduci possunt, quotquot Deo tribuunt caelos excedere, & nusquam fines habere existentiae suae.

Sed ad clariorem veritatis huius notitiam, fingamus, ut aduersarij volunt, Deum esse in pleno tantum, postmodum verò destruere portionem aliquam intermediam illius pleni spatij, v. g. sphaeram ignis. Destructo hoc spatio pleno, remanet sola capedo imaginaria, quae tametsi undique circumuallatur spatio pleno, est tamen eiusdem prorsus rationis, cuius est spatium illud inane supra caelos infinitè fusum, cui non nisi ex una parte adest spatium plenum. Vel ergo Deus perseuerat substantialiter in illo spatio inani subsistente, & sic habebimus eum quoque esse in spatio simili supra caelos, quia omnes difficultates quae contra unum militant, aequè militant contra alterum: Vel non perseuerat, & sic cum Deus sit in spatio pleno utrinque cingente inane illud subsistente, dicendum esset Deum diuidi à se & disiungi à seipso. Maneret enim in ambobus extremis positiuis diffusus, & non esset in spatio intermedio, quod planè est esse à se disiunctum. Tandem si Deus aliò mundum totum transferret, non potest dici quòd Deus nouum locum vel spatium acquireret, sic enim mutaretur, non minus quàm ipse mundus totus mutatus subiens translationem illam: ergo ibidem praeerat substantialiter. Quod argumentum aequè fieri potest de spatio illo in quo hic mundus conditus est, interrogando scilicet

scilicet an non Deus in eo fuerit ante mundi productionem. Nam si non fuit in sensu illo posteriore quem nunc tenemus, impossibile est quin fuerit mutatus cùm coepit in eo esse. Quòd si fuit, est ergo etiam nunc in spatiis illis infinitis supra caelos, in quibus nouos mundos infinitos creare posset, si ei videretur.

8. Et ita haud dubiè sensit Trismegistus si eius est vulgatum illud, *Deus est circulus cuius centrum vbique est, circumferentia nusquam.* Quòd enim centrum esse vbique Deo asserit, eius indiuisibilitatem & spiritualitatem arguit. Quòd verò negat circuli illius circumferentiam vspiam reperiri, manifestè importat infinitam Dei diffusionem, terminis spatij plenè minimè comprehendi: Aliter illud Mercurij effatum refert Scaliger exercit. 365. nempe hoc modo *Deus est cuius medium in centro, circumferentia vbique.* Reprehendit autem Mercurium Scaliger quòd medium & circumferentiam assignet infinito, eò quòd circumferentia, si vbique sit, in medio quoque sit futura, atque ita idem futurum sit centrum cum circumferentia, quae modestè pro more ait, *est sententia tanti Philosophi.* Ea porrò reprehensio tametsi in Mercurium non cadit, qui aliter protulit effatum illud, vt videre est apud Alensem 1. parte q. 15. membro 3. Maiorem in 1. dist. 37. q. 2. & alios passim, illud eo quo dixi modo referentes, tamen declinari facilè potest, dicendo, concipi à nobis medium Dei in centro mundi, quamquam alibi quoque vbiuis concipi potest idem medium & centrum, vt de corpore infinito dici solet & de spatio imaginario cùm eius infinitas concipitur, asserendum necessariò est. Qua ratione, ipsius Dei medium, nullibi atque vbique esse, superciliosus hic censor asserit exercit. 365. *in fine.* Et sanè eo modo acceptum medium & centrum, non pugnat cum infinitate, multóque minus ei repugnat circumferentia vbique existens, quae hoc ipso non est circumferentia propriè dicta, & clausa terminis, ac terminans eum cui inest, sed infinitè funditur, aut est in eo quod concipitur vt habens rationem centri in circulo infinito, quia dicitur esse tantum in eo omni quod est extra centrum conceptum, & vbi desineret circumferentia propriè dicta si circulus non esset infinitus. Plura, si lubet, de hac sphaerae infinitae cum Deo collatione, pete ex Cusano lib. 1. de docta ignorantia cap. 21. & 23. Nobis satis est attigisse haec obiter, ad vindicandum à reprehensione importuna antiquissimum naturalium Theologorum, cuius est apud Tertullianum, Cyprianum, Augustinum, Cyrillum, & alios Patres ac scriptores laus doctrinae permagna. Verisimile potiùs est, ad hoc Mercurij dictum, vt non semel alias, allusisse Marium Victorinū lib. 4. aduersus Arrium *post medium* cum asserta Dei immensitate & quiete in se ipso, ait *Deum propterea dici immensum sedere in centro omnium quae sunt, vnde circumfusi omnia; id est lumine substantiae suae res creatas non versabili affectu videt, quia & quies est, & à centro simul ac omnia vnus est visus.* Praeclarè quoque eandem comparationem ad Deum applicat Plotinus Enneade 4. lib. 2. cap. 1. Expressè existentiam Dei in spatiis imaginariis vltra caelum docet idem Trismegistus cap. 9. Asclepij *ferè in fine,* & cap. 12. initio. Tametsi attentè ibi legendus est, ne quia negat spatia illa esse positiua, existimetur illa tollere.

8. Suppetunt praeterea alia non pauca pro hac veritate testimonia. Siquidem Aristoteles 1. caeli, tex. 100.

expressè admittit substantias immortales degere extra cælum, vbi non est corpus vllum. Quod item sensit Epicurus apud Euseb. 15. præp. c. 4. similiter Ethnicus ille, quem supra retulimus, quæstioni postremæ Christianorum ad Græcos respondentem, absurditatis damnat Christianos, quod Deum facerent circumscriptum, cælo eum concludentes, vt ipse tametsi falsò, existimabat eos opinari. Censuit ergo Deum infinitè vltra realia cælorum spatia porrigi. Sanctus Dionysius capite primo Diuinorum nominum, ait, *Deum in mundo & supra mundum esse*, quod præclarè his verbis dixit Paschas. 1. de Spiritu sancto c. 12. *Dei ineffabilis magnitudo, profunda inferiorum, diffusa fluctuum, extensa terrarum, excelsa cælorum, intrat, implet, excedit.* Innuunt idipsum illa Clementis 5. Stromatum c. 5. *primam causam esse supra locum, non in loco, & locum de ea ne cogitandum quidem esse.* Item illud Petri Damiani in expositione historiarum veteris testam. c. 7. *Deum esse locum illocalem, quia cum vbique adsit, & omnia locet, nullo ipse loco circumscribitur.* Tandemque illud Gennadij Scholarij in assertione articulorum quorundam Fidei nostræ, ad Mahumetem Turcarum Imperatorem. *Deus est intellectus immortalis, estque in mundo & super mundum.* Sed nullus explicatiùs hanc sententiam tradidit quàm S. Augustinus 11. ciuit. c. 5. rogantibus enim quibusdam Philosophis, cur Deus hoc potius, quàm alio anteriore tempore mundum fecerit, & asserentibus otiosum fuisse Deum si non in quouis tempore mundum condiderit: Respondet S. Augustinus, iuxta eos damnandum quoque fore otij Deum, in locorum extra mundum circumquaque patentium interminabili immensitate, nihil producentem. Occurrens autem responsioni, quæ proferri poterat negando Deum esse in infinitis illis spatijs inanibus, *An fortè* (inquit) *substantia Dei quam nec includunt, nec determinant, nec distendunt loci, sed de ea, sicut de Deo sentire dignum est, fatentur incorporea præsentia vbique totam, à tantis locorum extra mundum spatijs absentem esse dicturi sunt, & uno tantum atque in comparatione illius infinitatis tam exiguo loco in quo mundus est occupatam? Non opinor eos in hæc vaniloquia progressuros.* Hæc Augustinus, qui quod ait *in fine capitis*, ea loca seu spatia infinita extra mundum cogitari à nobis sicut tempora ab æterno dimissa, non dixit vt significaret hæc spatia esse omnino fictitia, sicut est tẽpus imaginarium æternum: Sensus ergo tantùm est, quod hæc loca nihil sint positiuum, in quo cum tempore imaginario conueniunt, tametsi per hoc differant, quòd tempus illud imaginarium nullum est à parte rei, spatia autem imaginaria sunt à parte rei, licèt negatiuè tantum, eo modo quo cæcitas vel tenebræ, noctu dicuntur esse à parte rei, quia nemine cogitante forma quam hæ priuationes connotant, non est, ideoque ab Augustino 7. confess. c. 1. spatium imaginarium vocatur *spatiosum nihil.* Et ita de his spatijs excellenter omninò & fusè philosophatur Cleomedes lib. 1. circularis inspectionis meteor. c. 1. malè tamen contrarium tribuens Aristoteli, quod item innuit Atticus apud Euseb. 15. de præp. siue libro cõtra Philosophos cap. 4. *in fine*: Agnoscunt quoque ea spatia Stoïci apud Philonem libro, quòd mundus sit incorruptibilis *sub finem*, & apud Theodoretum 4. contra Græcos *sub initium*, & apud Stobæum in eclogis physicis c. 22. qui ibidem idem refert de Pythagoricis.

Diuina

Diuina immensitas concluditur.

84 Tertiò, ex dictis infero Deum esse immensum. Rectè enim intelligitur immensitas per negationem finis in extensione vel quasi extensione locali, quam negationem habet Diuina substantia, hoc ipso quòd & veris quibusuis spatijs, & insuper spatijs imaginarijs infinitis, correspondet actu, vt visum est in duobus punctis præcedentibus. Non dico Diuinam immensitatem quidditatiuè esse negationem: hoc enim falsum esset, quia per immensitatem suam Deus est præsens spatijs quod res non habet per negationem, vt constat ex creaturis quæ per suam entitatem, atque adeò per formam positiuam coëxistunt loco. Itaque per negationem indistantiæ à quouis spatio, adiunctam Diuinæ omnipræsentiæ, designo actualem correspondentiam Dei cum quouis spatio vero aut imaginario, quæ Diuinæ substantiæ immensitatem seu infinitam localem quasi diffusionem consequitur. Ac proinde forma qua Deus coëxistit omnibus spatijs, seu quæ fundat relationem omnipræsentiæ, est vera forma positiua seu Diuina substantia, quam prout fundantem relationem illam coëxistentiæ localis, vel quasi localis infinitæ, vocamus immensitatem.

In hac sententia manifestè consentiunt omnes allegati puncto superiore pro præsentia Dei in spatijs imaginarijs, aliique innumeri negantes Deo locum, aut asserentes Deum esse sibi ipsi locum: Quia enim loci est circumscribere & continere locatum, sanè si Deus quouis vero vel imaginario loco ambiente caret, incircumscriptus sit, necesse est. Illam autem loci ambientis carentiam, innuunt qui dicunt *Deum sibi ipsi esse locum*, vt Tertull. contra Praxeam c. 5. Damasc. 1. fidei c. 16. & eleganter Philo 1. alleg. ad illud: Plantauit Deus paradisum. *Deus* (inquit) *sibi locus est, & ipse se ipso plenus, sibique sufficiens, cum Deus alienam indigentiam, solitudinem, inanitatemque impleat & contineat, ipse verò à nullo alio contineatur, vt qui vnus & totum ipse est.* Similia perelegantes traduntur apud Chrysostomum hom. de cruce, quæ extat apud Gretserum t. 2. *sub finem*. Et eadem ex varijs adduxi in superioribus. Idem voluerunt qui dixerunt Deum esse nusquam, vt patet ex verbis illis eiusdem Philonis 2. alleg. ad illud, vbi es. *Deus est nusquam. Nam ipse non continetur sed vniuersa continet. Quicquid autem in loco est, continetur, non continere necessariò sequitur.* Similia habentur ex lib. de confusione linguarum ad illud, *descendit Dominus*, & lib. de somnijs ad illud, *quàm terribilis est locus iste.* Annuit Boetius lib. de Trinitate *circa medium. Nusquam* (inquit) *in loco dicitur esse Deus, quoniam vbique est, sed non in loco: omnino enim in loco esse non potest, sed quòd ei omnis locus adsit ad eum capiendum, cum ipse non suscipiatur in loco.* Item S. Greg. 2. moralium c. 12. in præclara illa Diuinæ immensitatis descriptione inter cætera ait; *Deum dum per molem corporis nusquam est, per incircumscriptam substantiam nusquam deesse, omnibus exteriorem & interiorem*, hæc & alia sanctus Pontifex magni nominis mensuram implens, quæ descripsit propè verbatim Petrus Damianus epist. 4. ca. 6. Similiter Plotinus enneade 3. lib. 9. cap. 3. asserit Deum esse vbique, & nusquam ob eandem rationem, & Dei etiam immensitatem præclarè tradit enn. 6. lib. 8. c. 11. nec dubito quin Aristoteles consenserit, quæ enim extrà opponebantur, vt ostenderetur

cum non modò negasse immensitatem, sed etiam præsentiam ad omnia loca positiua, facilè dilata sunt: & ceteroqui ex essentiali Dei infinitate & essentiæ puritate, ac locali immutabilitate quas admittit, & ex quibus necessariò infertur immensitas, constare potest cum hac in parte rectè sensisse, vt rectè affirmat Toletus 8. Phys. q. 7. Gill. lib. 2. tract. 5. c. 1. à n. 8. Run. tract. de primo motore n. 102. & Albertinus coroll. 7. ex prædicamento vbi n. 3. tametsi alij vt suprà vidimus eum errasse contendant, alij dubitasse, vt Suar. disp. 30. Metaph. s. 7. n. 48. alij secum pugnasse vt Aquar. in 1. d. 37. in fine.

85 Superest vt hanc veritatem ratione confirmemus. Multi contendunt id validè inferri ex operatione vbique à Deo solo elicita, aut elicibili. Cùm enim Deus causet aliquid in omnibus spatijs positiuis, saltem ea conseruando, & in spatijs imaginarijs possit aliquid causare; ad causandum autem exigatur præsentia causæ in loco vel spatio, in quo est elicienda operatio, præsentia inquam substantialis, si supponamus causam se ipsa & non per virtutem interiectam concausantem, vel actionis continuatiuam agere, sicut constat Deum agere posse ob independentiam; Ideirco inferunt Deum non modò esse nunc de facto in spatijs realibus in quibus actu causat, sed etiam in imaginarijs. Quia si in eis actu causaret, sicut supponitur posse, deberet in eis esse, non posset autem in eis esse de nouo, nisi mutaretur, quod à Deo procul abest.

Sed hoc argumentum non esse validum, planè ostendum est cùm de necessitate contactus ad operationem physicam, sermo esset, vbi vidimus contactum agentis & passi non esse necessarium ex communi ratione agentis, vel ex aliqua eius conditione essentiali, sed tantum ex limitatione & finitate eius ob quam sicut sphæram limitatam habet, ita etiam indistantiam aliquam exigit. Nam si ea careret, ita vt ageret in remotum quantumuis modicè distans, nihil prorsus faciendo per medium, haberet quoque sphæram illimitatam: Siquidem si actio est absque vllo contactu & omnino indistans, virtus agentis nullo modo consumitur ob distantiam interiectam inter agens & effectum. Atque ita per accidens erit, tam esse paruam, vel magnam aut etiam infinitam, quia cùm impertinenter & prorsus per accidens se habeat ad actionem, nullo modo eam promouebit, vel retardabit, qualiscunque & quantacunque sit, idest siue sit corpore plena & finita, siue vacua & infinita.

Itaque cùm præsentia positiua agentis & effectus, siue actualis siue virtualis, non exigatur nisi ob finitatem agentis, limitatam sphæram sortiti ob imperfectionem suam; Deus autem sit essentialiter infinitus, manifestum videtur non rectè inferri immensitatem Dei ex eius operatione vbique elicita, vel elicibili; quandoquidem si Deus esset essentialiter infinitus, & tamen per impossibile non esset immensus, adhuc posset operationem elicere in distans. Et ita præter Scotum, & Scotistas omnes, Aureolum, Ochamum, & Gabrielem, in 1. dist. 37. Vasques 1. parte disp. 28. cap. 4. Valentia 1. parte d. 1. q. 8. p. 1. Nec obest quòd S. Paulus Actor. 17. philosophicè argumentans contra Ethnicos doceat, *Deum non longè esse ab vnoquoque nostrum, cùm in ipso viuamus, mouemur & sumus*: Deus enim, vel potius eius attestatio & cognitio, de qua ibi agitur, dicitur non esse

longè

longè à nobis, id est, facilis esse parata, nec esse supra vires nostras, suppetente tam insigni argumento ex diuina operatione nos conseruante. Quo etiam sensu Moses dicebat, mandatum, quod dabat, non esse procul positum, sed iuxta. Ita autem diuina conseruatio æquè posset dari, si Deus per impossibile non esset immensus, atque nunc, modò perseueraret in Deo essentialis infinitas. Itaque non egemus solutione illa, quam aliqui innuunt, asserentes, Si Apostolum de locali præsentia Dei egisse fateamur, non propterea argumentum esse demonstratiuũ, sed probabile tantum esse posse: eò quòd non omnis ratio, quam affert Scriptura, si spectetur *solum* naturæ lumen, sit semper demonstratiua, sed esse possit tantùm probabilis, vt annotauit, & exemplis confirmauit Florauentius 5. de Trinit. cap. 1. part. 3. ad 4. Commodiùs eo Apostoli sensu admisso posset idem ad eum locum responderi, quod ad alia Scripturæ, & Patrum loca, nempe inde ad summum aliud non euinci, quàm quòd diuina immensitas inferri possit non ex operatione *simpliciter*, ex qua duntaxat nunc argumentamur, sed ex operatione perfectissimè prodeunte ab agente perfectissimo. Videtur enim perfectior esse operandi modus, cùm agens per seipsum intimè adest effectibus suis: quia sic agens non solùm ex virtute, sed etiam ex modo, & dispositione sua habet dominium summum in effectum, vt rectè aduertit Suarez 1. part. tract. 1. lib. 2. cap. 2. num. 7. Ex quo vides nullum fuisse fundamentum tam liberalis censuræ, quantam tulit vir alioqui doctissimus 1. part. quæst. 8. art. 1. dis. 2. asserens *sententiam negantem ex operatione Dei absolutè consideratà inferri præsentiam, non solùm falsam videri, & doctrinæ Aristotelis repugnantem, sed & parum in fide tutam.*

82. Hoc itaque fundamento discusso, aliud quærendum est. Sanctus Maximus apud Nicetam 1. Thesauri, cap. 17. immensitatem probat ex immobilitate, nempe à posteriori: quod argumentum quam vim habeat, paulò pòst ostendam. Nunc supponatur, mutationem localem quamuis omnium minimam, vt rectè in Physicis pronunciat Aristoteles, remouendam tamen esse à Deo ob imperfectionem, quam importat, & potentialitatem, quam supponit, & compositionem, quam adducit, quantumlibet tergiuersetur Mairo in 1. dis. 37. quæst. 1. *circa tertiam viam.* Ægrè autem ostenditur, quòd mobilitas localis non possit in Deum cadere, nisi sit immensus: de quo, vt dixi, paulò pòst plura. Efficax præterea immensitatis ratio duci potest ex eo, quòd coëxtendi spatio seclusa partibilitate rei, & extensione eius entitatiua, pertineat ad perfectionem: & ideò Angeli perfectiores censentur habere sphæram ampliorem, nec possibile est vel vmbram imperfectionis ostendere in eo, quòd Deus habeat extensionem aliquam absque dependentia à spatio, vel informatione illius præsertim cùm nullum possit assignari punctum, in quo solo potiùs, quàm in alio, possit rationabiliter asseri Deum esse. His autem suppositis, maior erit in Deo perfectio, maiori semper, & maiori spatio coëxtendi. Et quia Dei perfectio, & infinita, & augmenti incapax esse debet, necessariò infertur Deum & spatio cuiuis positiuo, & cuiuis imaginario infinitè porrecto coëxtendi, quod est absolutè immensum esse. Eleganti similitudine maris vsquequaque infiniti spongiam ipsi immissam subeuntis, & infinitè

præterea diffusi, id declarat D. Augustinus 7. confess. cap. 5. Aëris per omnia penetrantis, & omnia implentis comparationem, præclarè ad idem institutum accommodat Anastasius Sinaita 1. Hexaëmeri, propter hæc, & alia, quæ adducit, vocans aërem *figuram Diuinitatis*. Sed pulcherrimè Diuinam immensitatem ex proportione omnium mundorum possibilium ad Deum, tamquam puncti ad circulum, tradidit Gulielm. Paris. 2. 2. de vniuerso, cap. 68.

Deus est localiter immobilis, quippe immensus.

87 QVARTÒ, ex immensitate infertur Deum esse omnino immobilem localiter, contra Mahumetem Azoara 20. vbi Deo motum localem tribuit. Rectè autem inferri hanc immobilitatem ex immensitate tamquam ex causa virtuali, siue ratione, inde probatur, quòd nisi Deus immensus esset, posset vtique localiter moueri ad spatium, in quo non esset. Cur enim quod in plantanimalibus quidem, quæ (vt Nemesius loquitur lib. de homine, cap. 1.) *arboribus similitudinibus* negatur, Deo negetur? Quòd autem animalia illa non possint perfectè locum mutare, ex eorum imperfectione oritur, ob quam nonnisi per constrictionem, & dilatationem mouentur: at Deus, qui est summè perfectus, non posset inde impediri, ne moueretur ad loca, vel spatia in quibus non esset, si careret immensitate. Nec vlla fingi possent adamantina vincula, quibus ad certum spatium ita alligaretur, vt euolui ab illis non posset, cùm à nullo loco pendeat.

Est autem hæc veritas de locali Dei immobilitate, lumine naturæ ita nota, vt non modò eam Ethnici mox allegandi agnouerint, sed etiam frequentissimè Celsus apud Origenem Christianos, & Iudæos exsibilet; quòd illi quidem Deum de cælo descendisse hominem factum, hi verò ex veteris Testamenti auctoritate Deum plerumque descendisse, vt ad confundendas linguas, vel deambulasse in paradiso profiteantur. Et quidem Origenes initio libri quinti blaterronem illum ad hominem impugnat. Vera autem responsio est, quam adhibet libro 6. *sub finem*, & lib. 4. circa *initium*, quamque multis confirmant S. Dionys. cap. 9. Diuinor. nominum, *sub finem*. & Paschas. lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 12. nempe hæc omnia metaphoricè de Deo dici. Scriptura siquidem de Deo nobiscum loquitur more nostro, & vt ait S. Augustinus de vera religione, cap. 49. *Interiores oculos suos similitudinem, & imperfectionem nostram, in Deum suas affectiones transfusuros*, caueat non diligentibus. Itaque ait Origenes libro illo 4. *Quemadmodum vulgaris loquendi consuetudo magistrum dicit condescendere pueris, & in Philosophia prouectum, ingenio discipulis, neutiquam de corpore vtique hoc intelligendum, sicubi Deus in sacra Scriptura descendere dicitur, pari modo intelligendum est iuxta loquendi consuetudinem receptam, sicut de ascendendo etiam.* Firmius, & eleganter pro more Philo Iudæus lib. de confusione linguarum ad illud, *Descendit Dominus, vt videret ciuitatem. Illa verba* (inquit) *figuratè accipienda sunt; credere enim, quod Deus accedat, aut recedat, aut descendat, ascendatque, vel in totum sicut animalia moueatur, stet, mouetúrve, impietatis est deportanda in extremas, vt vulgus loquitur, Oceani insulas. Sed ista humano more legislator de Deo dicit, quatenùs haud vnquam humana forma præditus ad vtilitatem discentium. Quis enim ignorat, quòd descendens, alio loco relicto, alium occupat?*

Deus

Deus autem implet omnia non continendo sed continens, &c. Specialiter autem quod attinet ad illum Verbi descensum in Incarnatione, quem Celsus obiicit, respondebo cum Theodoto concilij Ephesini cap. 10. *Adueniens Deus et homo, non de loco in locum transmigrauit, sed inuisibilem naturam visibilem quodammodo reddens.* Aut cum Fulgentio late lib. 2. ad Trasim. *Venit Deus non loco vel locali mobilitate, sed putatiue.*

88 Ex his sufficienter confirmata est localis Dei immutabilitas, quam Ethnici quoque agnouerunt, ac nominatim Trismegistus cap. 11. Asclepij. *Solus Deus, & meritò solus in se, & à se, & circum se totus est, plenus, atque perfectus, isque sua firma stabilitas est, nec alicuius impulsu, loco moueri potest, cum in eo sint omnia, & in omnibus ipse est solus. Nisi aliquis audeat dicere, sua motionem in æternitate esse. Sed magis etiam & ipsa immobilis æternitas, in quam omnium temporum agitatio remeat, & ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium. Deus igitur stabilis fuit, semperque cum eo similiter æternitas constitit.* Eandem localem Dei immutabilitatem pulcherrimè tradit Numenius apud Euseb. 11. præp. cap. 6. & Aristoteles 8. phys. & 12. metaph. qui aliter quoque eam probat, quam nos suprà: nempe ex eo, quòd cùm in mobilibus non possit in infinitum procedi, necesse sit sistere tandem in aliquo immobili: quam rationem Rubius tract. de primo motore à num. 84. quibusdam additis fulcire conatur, eam tamen fusè refellit Suarez disp. 30. metaph. sect. 3. à num. 6. nos tractantes Diuinam existentiam, quomodo ea ratio valere possit, ostendimus. Nunc verò satis est, quòd constet nobis de veritate & mente Philosophi, quamuis eius ratio non esset omnino euidens.

ARTICVLVS VII.

De perfectione Diuinæ vnitatis, ex immutabilitate Diuinæ durationis, seu ex Diuina æternitate.

QVemadmodum æternitas ad immutabilitatem atque adeò ad vnitatem pertineat, tametsi initio articuli superioris tactum est, breuiter tamen declaratur illis Richardi Victorini verbis lib. 2. de Trinit. cap. 4. *Quæ æterna sunt, omnino non esse non possunt, sicut nunquam non fuerunt, sic certè nunquam non erunt, imò semper sunt quod sunt, nec aliud nec aliter esse possunt.* Quibus geminæ sunt cum illa Hilarij 3. de Trinit. in medio. *In æternitatem non cadit natiuitatis commutatio, aut profectus, aut diminutio, sed quod est semper est*: tum etiam illa sancti Augustini q. 19. ex 83. *Æternum cum propriè dicitur, atque nequicquam præteritum quasi transierit, neque quicquam futurum quasi nondum sit, sed quidquid est tantummodo est.* Ex quo apparet rectè dictum à Cassiodoro lib. de anima, cap. 19. *Verum est, quod semper perpetuum est.* Idem dixerat Plato asserens *æternitatem manere in vno*, quod Plotinus Enn. 3. l. 7. c. 5. tanquam profundè dictum commendat, vtpote æternitatis permanentiæ expressiuum. In æternitatis ergo declarationem his ita positis incumbamus.

ASSERTIO.

Deus durationi cuiuis, externæ veræ aut imaginariæ, indiuisibiliter & interminabiliter coexistit, & eo ipso vi quidditatis propriæ æternus est.

Circa hoc Diuinum attributum ita procedam, vt primùm exponam

quasi diffusionem & expansionem durationem æternitatis, tum eam apposita differentia restringente, ad Deum contractam, denique ostendam attributum illud sic descriptum, conuenire Deo, & quidem vt suæ quidditatis & essentiæ.

Immensitas durationis Dei, exponitur.

89 PRIMO, dico Deum coëxistere cuiuis durationi externæ, veræ aut imaginariæ. Quævis enim externa duratio vera, est de facto finita, atque adeò infinitè exceditur per Diuinam durationem. Vt æquiuocè sanè Author Elucidarij perperam Anselmo tributi, *fere nunc dicat, Deum non esse suis creaturis antiquiorem tempore sed dignitate.* Nisi si fortassis id accepit eodem modo quo similem suam locutionem exposuit Author Theolo. Ægypt. lib. 5. cap. 4. scilicet quia Deus non est in tempore; aut quia ante creaturam non fuit verum tempus. Vel denique (vt suam simile dictum exponit Boëtius 5. de consol. prosa vi.) quia quamuis mundus factus fuisset ab æterno, mundus tamen non esset propriè æternus; sed quoad hoc semper Deo cederet, vt postea perspicuum erit. Ad imaginariam ergo durationem recurrendum est, ei proportionaliter similem quam ad intelligendam infinitam Dei extensionem localem, suprà concipiebamus. Aptè in eam cadunt quæ de æuo ait Nazianz. orat. 38. & 42. exponens enim æternitatem per carentiam principij ac finis, ait non esse in æternitate concipiendos limites, sicut in tempore nostro vero & reali, quia *æternitas nec tempus nec temporis pars vlla est: nec enim ea mensuram cadit, sed quod nobis tempus est Solis motu definitum, hoc æternis æuum est, nimirum illud quasi temporalis motus quidam & internallum quod simul cum æternis extenditur.* Quæ verba tametsi accipienda videntur de internallo seu de extensione virtuali æternitatis, tamen ex parte connotati videntur exprimere durationem illam imaginariam extrinsecam, cui res æterna commensuratur, sicut res in tempore condita tempori externo correspondet. Idcirco autem æterna intelligitur res, quia duratio illa concepta & imaginaria quam ipsa adæquat, nullis liminibus clauditur; sicut immensa idcirco intelligitur res, quia spatium imaginarium cui illa correspondet, nullo fine clauditur.

Perspicuè & elegantissimè id exponunt verba sancti Hilarij lib. 2. de Trinit. ferè initio. *Semper* (inquit agens de Deo) *ante tempus quia tempus ab eo est. Vltra sensum, est quod ei porro ulterius est, esse semper inuenies, quia cum semper intendas, semper est quo intendas, semper autem non licebit intendere, ita tibi est, vt ei esse semper sine fine est. Sermo in eo deficit, non natura clauditur. Iterum reuolue tempora, esse semper inuenies, & cum numerandi calculis in sermone defeceris, Deo tamen semper esse non deficit. Intelligentiam commoue, & totum mente complectere, nihil tenes. Totum hoc, habet reliquum. Reliquum autem hoc, semper in toto est. Ergo neque totum ei est, cui reliquum est, neque reliquum est cui est esse quod totum est. Reliquum enim portio est, totum verò quod totum est. Deus autem & vbique & totus vbique est, simul vtrique & semper, & totus semper est. Ita regionem intelligentiæ excedit, & extra quem nihil est, & cuius est semper, vt semper sit.* Hæc ille, quæ totidem propè verbis repetit lib. contra Constantium Augustum iuxta quæ æternitas tempori reali vel etiam imaginario finem habenti collata, superexcedens inuenitur, nec nisi cum tempore imaginario incircumscripto

comparari potest. Nam tempus reale vt idem S. Hilarius rectè definit 2. de Trinit. *est spatij non in loco, sed in ætate metiendi, significata moderatio.* Vel vt Aristotelice idem exponamus, est *numerus motus*, seu motus cœli distinctus aptè ad mensurandas durationes aliarum rerum. Distinctio autem illa, finitatem & limites importat, quibus æternitas caret.

91 Voluit hoc ipsum Boëtius 2. de consol. prosa 7. æternitatem quorumcumque annorum numerum improportionabiliter excedere docens. Voluit Censorinus lib. de die natali c. 16. cùm dixit, *æuum* (idest æternitatem) *neque annorum, neque sæculorum, nec denique vllis finis temporis mundi motus continetur: hoc enim ad æuum infinitum, non sunt brevissimi vnius instar horæ:* Voluit denique hoc ipsum Tertull. 1. in Marcionem cap. 8. his verbis: *Non habet tempus æternitas, omne enim tempus ipsa est. Quod facit, pati non potest. Caret ætate quod non licet nasci: Deus si est vetus, non erit; si est nouus non fuit. Nouitas initium testificatur; vetustas finem comminatur. Deus autem tam alienus ab initio & fine est, quàm à tempore, arbitro & metatore initij & finis.* Hactenus Tertullianus. Iure ergo dixit Augustinus in Psal. 145. *In fine æternitatis verbo quatuor syllabis constat an sine fine est.* Quod intellige de fine vtralibet ex parte eam claudente.

Ab hac finis & principij seu terminorum exclusione ductum fuisse nomen æternitatis, ita vt æternum dicatur quasi extra terminos, obseruat D. Thom. lect. 2. in librum de causis, veteres non suffragantibus Grammaticis. Aptius est illud quod addit, tempe æternitatem & æuum, si quis rectè consideret, non differre nisi sicut *æuum* & *æternum*. Quod tradidisse etiam videtur Aristoteles 1. cœli tex. 100. & Nicetas in oratione 38 Nazianzeni: deriuant enim vocem æui, quam interpretes Latinè vertunt æuum, ab eo quod est ἀεὶ εἶναι quæ est æternitatis notio vt iidem docent. Et quamquam iam olim nomen Græcum fuerit ambiguum, vt aduertit S. August. in Psal. 89. & cap. 5. libri ad Orosium: Quamuis etiam vsus nunc ferat vt nomen æui vsurpetur tantùm pro duratione finita ex parte initij, & infinita ex parte finis, tamen spectatu vocis cortice rectè habet, quod D. Thomas tradidit. Verùm hinc nondum habemus plenam notitiam diuinæ durationis siue æternitatis, vt optimè vidit Boëtius 5. de consol. prosa 6. Siquidem Angelus ab æterno productus, quod iuxta probabilem sententiam non implicat, hæc omnia haberet, nec tamen duraret per æternitatem propriè dictam, sed per æuum, philosophicè, non grammaticè vsurpatum, essetque perpetuus tantummodò, non æternus, vt Boëtius supra loquitur. Aliquid ergo addendum est.

Qualis sit ea duratione quasi expansio, prout Deo propria.

92 SECUNDÒ, itaque dixi Deum coëxistere prædictæ durationi æternæ infinitæ indiuisibiliter & interminabiliter. Et quoad indiuisibilitatem quidem formaliter spectatam adhuc conueniunt Deus & Intelligentia. Imò etiam omnes res permanentes iuxta veram sententiam suo loco stabilitam de indistinctione existentiæ & durationis, quamuis non pauci etiam ex recentioribus per hoc quoque æternitatem ab æuo & aliis durationibus seiungunt, admittentes in illis internam successionem quam in æternitate nemo admiserit. Malè enim Trigosius 1. parte Sancti Bonauenturæ

q. 4. art. 2. dub. 5. concl. 2. contrarium impingit Gabrieli in 1. d. 2. q. 1. concl. 7. qui tantum asserit æternitatem Diuinam mensurari tempore, nempe quatenus nos Diuinæ æternitatis inadæquatè acceptæ quantitatem non dignoscimus nisi applicata mensura temporis. Itaque distinctionem à parte rei inter Deum & æternitatem nemo Theologus admiserit, sed neque Philosophus. Dicit quidem Auctor libri de causis propos. 2. causam primam esse supra æternitatem, tanquam supra causatum suum; ex quo sequitur æternitatem distingui re ipsa à Deo quod latè tradit ibidem Iauellus concl. 2. Tamen videtur æternitas accipi ibi debere non pro duratione ipsiusmet Dei, sed pro duratione Intelligentiarum vt patebit expendenti quæ propositioni illi statim subiiciuntur: De vera ergo æternitate seu quæ est ipsius Dei duratio rectè dixit Augustin. in Psal. 101. ad illud. *In generationem & generationem anni tui. Non aliud anni Dei & aliud ipse Deus, sed anni Dei æternitas Dei est, æternitas ipsa Dei substantia est, quæ nihil habet mutabile. Ibi nihil est præteritum, quasi iam non sit, nihil est futurum, quasi nondum sit, sed non est ibi, nisi est. Non est ibi fuit & erit, quia & quod fuit iam non est, & quod erit nondum est, sed quicquid ibi est, non est nisi est.* Quare æternitas non distinguitur à substantia Dei: tamen vt dicebam non potest inde æternitas ab aliis durationibus secerni, quia durationes creatæ secundùm veram sententiam non distinguuntur re ipsa à substantiis quas intrinsecè afficiunt, quamuis malè repugnent nonnulli, inter quos Salas tract. 13. d. 5. num. 68. & tract. 7. d. 1. num. 122. Albertinus 1. princ. compl. coroll. 16. dub. 5. num. 5. Rubius tract. 1. de temp. quæst. 4. & alij nonnulli.

Sed reiecto in alium locum examine sententiæ illius quæ successionem in durationibus creatis admittit, indubitatum æternitatis & aliarum durationum discrimen, ex interminabilitate petendum est. Quamuis enim creatura aliqua permanens possit coëxistere tempori imaginario infinito, vt nunc supponimus: tamen id ei ex propriis principiis non debetur, ita vt nulla fuerit repugnantia in eo, quòd res illa caruerit tanta duratione: Et ex quo eam habuit, tametsi per æternum spatium non potuit eam non habere, quia supponitur eam accipere, tamen assignato quocunque termino, nihil vetat eam deficere & abrumpi. Quæ omnia secus habent in æternitate, quæ propterea potest hoc etiam sensu, dici indiuisibilis & excludens successionem; neque non formaliter tantùm, sed etiam radicaliter, quatenus scilicet non potest abrumpi, & nihil est in ea vel esse potest, succedens alteri, sed eadem semper, indefectibiliter simpliciter perseuerat, vt optimè traditur propos. 30. de causis & à Gulielmo Parisiensi l. 1. de vniuerso, cap. 1.

Et tempus quidem siue verum, siue imaginarium, cui illa coëxistit, labitur, vel labi concipitur continuè, *fluitque interminabiliter*, (inquit Gulielm. Paris.) defectu simplicitatis. Ipsa verò punctali sua & prorsus atoma entitate, mutationis, & senij incapace, correspondet infinitis temporum fluxibus. Quod volunt Patres, & Philosophi, qui eam comparant puncto, seu centro, quod vnum pluribus ab ipso ad peripheriam ducibilibus lineis coëxistit. Ita Plotinus enn. 3. lib. 7. cap. 2. & enn. 6. lib. 5. cap. 11. Gulielm. Paris. citato cap. 4. Anselmus lib. de incarnatione Verbi, cap. 8. & S. Thomas 1. contra gentes, cap.

cap. 66. Adscribo duntaxat aliqua ex priore Plotini loco: *Forsitan, inquit, secundum unum aliquid æternitatem excogitare debemus; unum, inquam, è multis collectum, vel intelligentiam unam, vel naturam, siue quæ illic sunt, consequentem, siue simul existentem, siue etiam inspectam. Cuncta hæc, inquam, in illam redacta, unam quidem existentem, quæ etiam multa sit, multaque possit. Profectò qui potentiam multiplicem contuetur secundum hoc aliquid quidem, quod subiectum habet, essentiam nominat, quatenus verò vitam inspicit, nominat motum, deinde & statum, quatenus eodem prorsus modo se habet. Alterum verò, & idem, qua ratione hæc multa sunt simul unum. Sic utique componens rursus in unum, in vitam, inquam, vitam solam, contrahensque in ipsis alteritatem, & continuam interminabilemque actionis identitatem, neque unquam aliud, neque ex alio in aliud, intelligentiam, aut vitam pertranseuntem, sed eodem modo se semper habentem, & procul à distantia consistentem. Cuncta hæc, inquam, contemplans contemplatur æternitatem, cernens verò vitam manentem in eodem, totum præsens semper habentem; neque nunc quidem hoc aliquid, postea verò aliud, sed omnia simul; neque nunc quidem altera, postremò alterà, sed indiuiduum finem. Vbi sicut in puncto simul omnia sunt, nondum in fluxum progredientia, sed ibi in eodem, id est, in seipso manente; nec aliquando permutata, sed in præsenti semper consistente: quoniam nihil ex eo præteriit, nihil rursus in eo futurum, sed hoc ipsum, quod est, semper existit; adeò ut æternitas sit non subiectum, sed quod ex ipso subiecto velut effulget secundum ipsam identitatem, quam de possessione non quidem futura, sed iam præsente sibi ipsi vendicat, promittens videlicet ita se habere, neque unquam aliter habiturum. Quid enim ei posterius huic, quod nunc non sit, continget? Neque rursus futurum aliquando, quod non est in præsentia. Neque enim est aliquid, à quo in præsenti quandoque permutetur: illud enim non aliud quidquam, sed hoc ipsum esse, quod quidem non est futurum, quod nunc ex necessitate non habeat, neque circa seipsum habet, quod dicitur, ipsum erat. Quid enim est, quod erat ipsi, & præteriit? Relinquitur igitur in ipso esse hoc ipsum, quod est esse. Quod igitur neque erat, neque erit, sed est duntaxat, id stabiliter habens esse, propterea quòd neque permutatur in futurum, neque est à præterito permutatum, est æternitas. Est itaque ipsa circa ens in ipso esse, vita simul tota, & plena, & ubique prorsus indistans, æternitas ipsa, quam quærimus.* Hæc Plotinus.

Vides, quomodo punctum temporis, vt rectè suprà dixit Anselmus, nonnullam similitudinem æternitatis non parum vtilem, ad eiusdem æternitatis contemplationem suppeditet: si nimirum rota temporis, quam Gulielmus suprà describit, circa fixum æternitatis punctum circumuolui concipiatur, illudque tangere tantum punctatim, vt fert ratio cōtactus, quo res diuisibilis applicatur ad tangendum indiuisibile: quod perspectum est in quantitatibus permanentibus iuxta eos qui subiciendos indiuisibiles continuandis earum partibus admittunt, & supponere videtur Gulielm. dicta 2. 1. de vniu. c. 4. vel si quod loco posteriùs allegato tradit Plotinus, lineæ circuli permanentis, & centrum eius ex vna parte, cum tempore, & æternitate ex parte altera conferantur: quamuis in hac secunda comparatione, vt semper aliàs, aliqua sit disparitas, nempe quòd punctum illud, & lineæ semper coëxistunt, non item æternitas, & fluxus ille temporum, ac res in eis futuræ. Ita annuitat Siluester in Rosa aurea, tract. 2. in qq. ad festum Trinitatis, fundamento 2. Priorem verò comparationem, qua

æternitas nunc fixo, & stanti comparatur, pulchrè prosequutus est Boëtius lib. de Trinit. à medio. *Nostrum enim* (inquit) *quasi currens tempus facit sempiternitatem, diuinum verò nunc permanens, neque mouens sese, atque consistens, æternitatem facit. Cui nomini si adiicias, semper, facies ei, quod est nunc, iugem, indefessumque, ac per hoc perpetuum cursum, quod est sempiternitas.*

92 Idem voluerunt, qui dixerunt, æternitati tantùm competere *sum*, vel *est*, non autem *erat*, vel *erit*: id enim tantùm dicunt ad designandum esse æternitatis, indefectibiliter fixum. *Mentis aspectu omnem mutabilitatem stringe* (inquit S. Augustinus lib. de vera religione, cap. 49.) *& in ipsa æternitate nulla spatia temporis cernis, quia spatia temporis præteritis, & futuris rerum motibus constant. Nihil autem præterit in æterno, & nihil futurum est: quia & quod præterit, esse desinit; & quod futurum est, nondum esse cœpit; æternitas autem tantummodo est, nec fuit, quasi iam non sit, nec erit, quasi adhuc non sit. Quare ipsa sola verissimè dicere potuit: Ego sum, qui sum.* Idem frequentissimè repetit idem Augustinus, ac nominatim, & copiosissimè Psalmo 101. versu 25. item Psalmo 121. ad illud, *Participatio eius in idipsum*, & Psalm. 89. ad illud, *A sæculo, & usque in sæculum tu es.* & Psalm. 109. ad illud, *Ante Luciferum*, vbi de æternitate ait: *Noli in ea quærere quando, æternitas non habet quando: quando, & aliquando aduerbia sunt temporum.* De temporali aduerbio *adhuc*, idem tradit S. Gregorius 16. Moral. cap. 21. his verbis obsignans longam, ac perpulchram de æternitatis simultate disputationem: *Adhuc æternitas non habet, quia semper esse habet, in qua nulla pars suæ longitudinis præterit, ut pars alia succedat, sed totum simul esse est, & nihil deest, quod creuit; in qua omnis, quod est, animus videt esse tardum non esse, & longum esse.* De omnibus aduerbiis temporalibus similiter asseritur apud Augustinum tom. 4. lib. 2. de Incarnat. ferè omnis, & de omnibus vocibus temporalibus, vt *erat*, *erit*, ibidem lib. 1. cap. 18. Eleganter idipsum expressit Bernardus serm. 81. in Cantic. initio: *Est Deus,* (inquit) *nec illum capit ex eo, quod fuit, vel erit, mutationem. Tolle namque fuit, & erit, vel locum transformationis, & vicissitudinis obumbrationem. At quidquid transiit ex eo, quod fuit, non cessat tendere in eo, quod erit, transitum sine habet per est, sed omnino non est. Nam quomodo est, quod nunquam in eodem statu permanet? Solum proinde verè est, quod nec ex fuit præciditur, nec ab erit expungitur, sed solum atque inexpugnabile remanens est, & manet quod est; nec fuit, tollit illi esse ab æterno, nec erit, esse in æternum, ac per hoc sibi vindicat verum esse, id est, inuariabile, interminabile, inuariabile.* Hæc ibi Bernardus, quibus planè symphona sunt illa Nazianzeni orat. 2. de Paschate, circa initium: *Deus semper est, nam erat, & erit huius nostri temporis, fluxaque, & caducæ naturæ segmenta sunt.* Quæ habentur etiam in oratione de Natiuitate, & vtroque loco Nicetas illa ipsa verba ex Platonis Timæo refert. Locus est in secunda parte Timæi, vbi hæc præter cætera: *Erat, & erit, quæ nati temporis species sunt, non rectè æternæ substantiæ assignamus: dicimus enim de illa, Est, erat, & erit; sed illi reuerà solum esse competit, fuisse verò, & fore deinceps ad generationem tempore procedentem referre debemus: motus enim quidam duo illa sunt. Æterna autem substantia, cùm eadem semper, & immobilis perseueret, neque senior fieri se ipsa vnquam, neque iunior, neque fuit hactenus, neque erit in posterum, neque recipit omnino quidquam, quibus res corporeæ, mobilesque ex ipsa generationis conditione subiiciuntur.*

tur. *Nempe hæc omnia temporis imitantis æuum, atque numero reuoluentis species sunt.* Laudat eum Platonis locum Eusebius 11. Præpar. cap. 6. & Philop. ad 6. Procli, cap. 7. & Theodoretus, qui eum aliis additis illustrat lib. 2. aduersus Græcos, *circa medium*, quibus addenda alia similia ex eodem Platone, quæ refert Iustin. in Parænesi, & alia ex eius Parmenide, quæ congesserunt Viues 8. Ciuit. cap. 11. & Carpent. in cap. 9. Alcinoi, num. 6. Optimè quoque idem tradunt Plutarchus lib. de Ei. à num. 11. & Plotinus Enneade 3. lib. 7. cap. 2. *in fine*, & ibidem cap. 3. & 5. ac Numenius Pythagoricus apud Eusebium 11. Præpar. cap. 6.

53 Addit tamen, Augustin. tract. 99. in Ioannem, hæc ita accipienda esse, vt nihilominùs spectata imbecillitate nostra, liceat de re æterna proferre verba præteriti, & futuri temporis; quod latè etiam prosequitur Philop. ad 5. Procli pro mundi æternitate, cap. 3. & 4. & insinuat Clemens Alexandrin. 1. Pædagogi, cap. 5. cum Deum *Æternum senem* nomine appellat, eo quòd omni retrò tempori reali, & infinitis imaginarij temporis successionibus coextiterit. *Quo magis* (inquit) *homo festinat ad finem, tanto est verè immutabilior, vt qui Deum filium habet se senescentem: nam ille quoque est æternus senex, qui est iis, quæ sunt antiquior.* En antiquiorem, & seniorem appellat Deum, quæ vtique temporalia sunt nomina. Quòd si per coexistentiam ad diuersa tempora licet de Deo temporalia nomina proferre, multo magis de actionibus ipsis externis Dei, quæ aliquid creatum sunt, idem licebit asserere. Ita vt rectè liceat dicere Deum aliquid condidisse, & condere, & conditurum esse, salua Dei perfecta vnitate, & immutabilitate; cui malè timebat Ethnicus, respondens ad secundam quæstionem Christianam apud Iustinum, quæ meritò responsionem illam refellit, ostenditque eas extrinsecas Dei ab actione sua transeunte denominationes, nihil eius immutabilitati, & æternitati officere, sed tantùm arguere temporalitatem actionis, (quam non negamus) itémque denominationis ab ea in Deum refusæ; non tamen ipsius Dei secundùm substantiam, & entitatem suam, quam hîc ostendimus intrinsecè indiuisibilem, & perennem. Non pigebit allegatum Augustini locum apponere, vt graui difficultati, quæ ex malè intellecta indiuisibilitate, & perenni præsentialitate æternitatis oritur, obuiam eam. *In eo,* inquit, *quod sempiternum est, fuit dicitur, & fore, cuiuslibet temporis verbum ponatur, siue præteriti, siue præsentis temporis, siue futuri, non mendaciter ponitur. Quamuis enim natura incommutabilis non accipiat fuit, & erit, sed tantùm est; ipsa enim veraciter est, quia aliter, quàm est, esse non potest; tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus versatur nostra mortalitas, & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus & fuit, & est, & erit. Fuit in præteritis, est in præsentibus, erit in futuris. Fuit quippe, quia nunquam defuit; erit, quia nunquam deerit; est, quia semper est: neque enim velut qui iam non sit cum præteritis occidit, aut cum præsentibus, tanquam non maneat, labitur; aut cum futuris, tanquam non fuerit, orietur. Proinde cum secundùm volumina temporum locutio humana varietur, qui per nulla desijt potuit, aut potest, aut poterit tempora, vera de illo dicuntur cuiuslibet temporis verba.*

54 Hunc Augustini locum existimo sufficere, vt intelligatur, quomodo æternitas indiuisibiliter coëxistat omnibus temporibus, nempe non simul (vt aliqui inintelligibiliter asserunt,

ferunt, & assingi Diuo Thomæ quæritur Siluester 1. part. quæst. 14. artic. 1. & 16. & grauius tanto magistro discipulus Ægidius in Correptorio corruptorij primæ partis, artic. 3.) sed per simplicissimam entitatem suam tunc tantùm, quando res sunt; ita vt quamuis ex parte æternitatis adsint omnia requisita ad coëxistendum, tamen ex parte rerum tempore mensurabilium exigatur existentia, cùm non prius possint coëxistere, quàm existere, vt rectè præter cæteros vrget Durandus in 1. dist. 38. quæst. 3. num. 13. Ex quo fit, vt per comparationem ad res illas vario tempore existentes, æternitas rectè dici possit esse, fuisse, & fore. Imò verbum *erat* iudice Anastasio Sinaita lib. 1. de rectis Fidei dogmatibus, appositissimè exprimit æternitatem, quia nihil antiquius habere potest. *Impossibile, inquit, transcendere illud erat, ante enim omnia occurrit tibi semper superius illud erat, nimirum supra cogitationem ascendentem, & ascensionem mentis positum, & ad quidam superius intelligentiæ firmitati. Quantò enim quis seipsum extendit versus abstracta, & æternum progrediens, nullo cogitationum discursu superponitur illud erat.* Hæc ille. Similia habent Basilius 2. contra Eunomium, *ante medium*, & lib. de Spiritu sancto, cap. 8, & breuius Isidorus Pelus. lib. 3. epist. 402. quæ facilè etiam dici possent de verbo *erit*, quoad expressionem æternitatis à parte posteriori. Addit autem Anastasius, eâdem ex causa de æterno, verè dici, quòd sit principium, vel in principio. Quod locupletius confirmat Fulg. 2. ad Trasim. *ferè initio*, & Bern. 5. de consid. cap. 6. & Basilius locis allegatis, & Cyrillus lib. 1. in Ioannem, cap. 1.

95 Itaque simultas illa, quam interdum graues Auctores tribuunt æternitati ad quæuis tempora comparatæ, debet se tenere ex parte eius, quod æternitas in recto dicit. Ita vt sensus sit, æternitati progrediente tempore nihil accedere, sed eandem met futuris, præsentibus, & præteritis partibus successiuis durationis coëxistere. Quo pacto explico Parmenidem, cùm apud Platonem, tùm in carminibus. Itemque Timæum, & Aristotelem, quos allegat Ammonius in librum de interpr. sect. 2. particula 7. refertque asseruisse nihil apud Deos esse præteritum, vel futurum, vt neque apud eos locum habeat *non amplius*, aut *nondum*: eò quòd hæc quidem in entibus creatis mutabilibus reperiantur, non autem in Diis, qui rationem principij habent ad ea, quæ sunt, suísque verè sunt, & mutationem ne cogitatione quidem suscipiunt. Itaque concludit, omnia apud Deos de Philosophorum illorum mente, ac sita, in vno instanti esse collocata. Hæc Ammonius, non ille Origene auditore, & summa inter Philosophos laude celebris, teste Porphyrio apud Eusebium 6. hist. cap. 14. & eodem Christianæ gloriæ osore inuito Christianus, sed alius ætate inferior, Philoponi æqualis, quem magistri sui Procli fuligine oblitum tamen expressa ab eo plurali numero Diuinitas. Eodem etiam, quo Parmenidem, modo expono Boëtium 5. de consol. prosa 6. qui simultatem æternitatis declarans ait, *id æternum esse perhiberi, cui neque futuri quidquam absit, neque præteriti fluxerit, quidque sui compos præsens sibi semper assistat, & infinitatem mobilis temporis habeat præsentem.* Scilicet cùm contingat eam fluere, quamuis in æternitate nullus fluxus fiat, ne quoad vlla quidem adiuncta intrinseca, in quo longè differt æternitas ab aliis durationibus. Angelus

gelus

gelus enim quamuis ab æterno fuisset, pleraque tamen futura nescire & ex progressu temporis addiscere potuisset, per internam sui mutationem, quam excludit Diuina duratio, quæ intelligitur afficere omnia Deo intrinseca, atque adeò etiam intellectionem & prænotionem futurorum. Sic molliuntur quædam à Boëtio ibidem tradita, & à Petro Damiano epist. de Dei omnipotentia cap. 8. & 14. quæ in speciem simultaneæ illi futurorum & æternitatis iam nunc exercitæ coëxistentiæ, à Thomistis assertæ fauere videri possent.

Consummatur descriptio Diuinæ æternitatis.

96 Ex dictis licet constare veram descriptionem Diuinæ æternitatis, dicendo eam esse *durationem interminabilem, siue quocunque modo, etiam formaliter, indefectibilem & indiuisibilem.* Duratio rectè tenet locum generis, indefectibilitas autem locum differentiæ. Vbi quod ad illud quasi genus attinet, cùm supra ostensum sit Dei quidditatem & durationem non distingui à parte rei, manifestum est, Diuinam quidditatem per modum formæ in recto sine ex parte Dei constituere æternitatem, ita vt accedente connotatione durationis externæ, cui quidditas Dei possit coëxistere, quidditas illa transeat in attributum, dicatúrque æternitas. Sicut enim in creaturis sufficienter explicamus durationem per entitatem actualem, seu existentiam rei partibus durationis successiuæ externæ veræ vel imaginariæ correspondentem, exclusa quacunque alia siue modali, siue firma entitate additiria: Ita Diuinam durationem, hoc est æternitatem, rectè exponimus per solam Diuinam existentiam (quam suprà ostendimus esse ipsam quidditatem Dei,) iuncta tamen habitudine ad externum tempus. Itaque æternitas est formaliter aliquid positiuum, ipsa nimirum Diuina entitas vt ex se apta omnibus durationibus coëxistere. Et quamuis hoc totum interdum exprimatur per negationem finis & principij, vt sæpè docet Basilius lib. 1. contra Eunomium, tamen hac ipsa negatione adumbratur positiua coëxtensio virtualis quam habet æternitas ad spatia infinita successiua, quæ positiua coëxtensio est prior negatione termini & finis eamque fundat. Quare æternitas rectiùs per positiuam illam habitudinem explicatur, quàm per negationem: Et sicut in creatis, duratio est vera ratio positiua, nempe ipsa existentia comparatè sumpta, seu vt perseuerans, ita & in Deo, cuius duratio est æternitas. Nam in ea perseuerantia quam importat communis durationis ratio, nullus fluxus internus aut successio cernitur, vt constat ex æuo, & ex instanti permanenti, quæ sunt stabiles durationes. Ac proinde malè Aureolus ex falsò supposita communi durationis interna successione, rationem durationis negauit æternitati quam constat esse firmam. Atque ita habemus quasi genus Diuinæ æternitatis. Quoad differentiam verò, quam ex indefectibilitate petebamus, aduertendum est cum Albertino 1. principio complexo coroll. 16. dub. 5. num. 9. terminabilitatem & interminabilitatem non esse differentias extraneas durationis, aut extra eius latitudinem (vt perperam censuerunt Pererius lib. 11. phys. cap. 7. & 13. & Val. 1. parte d. 1. quæst. 10 p. 4. quibus præiuit Scotus, tametsi satis ambiguus in 2. d. 2. q. 4. litera A.) quia non sumuntur vt sunt differentiæ termini, sed vt sunt differentiæ ipsius durationis,

ra se & formaliter dicentis permanentiam aliquam essendi, quam explicamus per negationem destructionis existentiæ prælibitæ. Quare ex intrinseco modo talis permanentiæ, & inclusione speciali illius negationis, seu intimiore aut minus intimo nexu existentiæ & negationis illius, speciales durationes constituentur consentaneè ad genus illud. Et quia indefectibilitas importat præstantissimum nexum quoque maior & firmior concipi nequeat, iure assignatur pro differentia præstantissimæ durationis, sive æternitatis, cùm dicimus eam esse durationem indefectibilem. Recidit ex definitio in illam quam tradidisse his verbis videtur Tertull. lib. adversus Hermogenem cap. 4. *quæ alius æternitatis status quàm semper fuisse, & futurum esse, ex prærogatiua nullius initij & finis.* Item in illam quam tradidit Boëtius, 5. de consolat. prosa 6. his verbis; *æternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio*; Aut vt habetur apud Anselmum cap. 24. monol. *est vita interminabilis quæ simul tota existit.* Simultas tamen illa accipienda est eo sensu quem latè supra exposui, nempe ita vt tantum se teneat ex parte Diuinæ substantiæ quam Diuina æternitas dicit in recto.

57 Apparet autem ex prædictis quo sensu Plato parte 2. Timæi, & alij, vt annotat Boëtius suprà, vocanrunt tempus, *mobilem imaginem æternitatis.* Quamuis enim tempus sine reale sit æternum, qualè Aristoteles falsò admisit, siue verum simul ac imaginarium, *præsentarium illum & immobilem*, vt loquitur Boëtius, *æternitatis statum non imitatur, & ex simplicitate præsentiæ quam habet æternitas, decrescit in infinitam futuri ac præteriti quantitatem*, tamen hoc ipso quod nunquam aliquo modo esse desinit, tametsi per varias partes, continuandoque eundem vitam, quam complecti non valuit permanendo, quandam manentis illius præsentiæ gestat imaginem. Luculenter hoc tantum tradidit Trismeg. cap. 11. Asclepij & constat tam exprimere voluisse Poëtas cùm tempus serpentis specie caudam ori inserentis & sua relegentis exordia describunt, vt præclarè Claud. *meta sive* libri 2. panegyrici Stiliconis, quem locum æternitati nō incongruè adaptat Boccatius lib. 1. geneal. Deorum, cap. 1. similiterque Ægyptios draconem caudæ suæ vorantem insculpsisse pyramidibus ad designandam Dei æternitatem, testatur Anast. Sinaita lib. 1. Hexaëm. *in fine.* Paulò aliter rationem imaginis respectu æternitatis in tempore, exponit Marius Victor. lib. 4. aduersus Arrium *ante medium*, restringens eam ad tempus præsens. *Non vocamus*, inquit, *præteritum aut futurum, sed semper præsens vocamus. Hoc enim solum tempus est, quod ipsum solum, quia solum tempus est, imago esse dicitur τῦ αἰῶνος id est æternitatis. Quemadmodum enim αἰὼν semper præsentia habet omnia, & hoc semper. Nos quoque, quia per præsens tempus habemus omnia quæ habere possumus, idcirco hoc tempus nostrum τῦ αἰῶνος imago est. Quia nostrum præsens, non iisdem neque idem, semper est præsens.* Hactenus ille Hieronymo iudice *castrensis.* Semper tamen differunt tempus & æternitas penes fluxum & stabilitatem. Quia scilicet in tempore, vt philosophatur August. in Psal. 89. ad illud. *Exultauimus & delectati sumus omnibus diebus nostris*, in tempore inquam, *dies non stant, non manent, quorum mutabilitate transformantur, nec vna hora in eis manetur, ut qua ita sunt, vt non alia pars eius transierit, alia ventura sit, nulla sit vt sit: at in æternitate omnes dies simul sunt, non enim succedentibus cedunt, vbi non*

non est aliquid, quod veniendo mutabile sit & transeundo iam non sit, omnia simul sunt, quia veri est qui STAT ET NON TRANSIT, IPSA EST AETERNITAS.

Diuina aeternitas concluditur.

98 TERTIO, dixi Deum hoc ipso quod omni durationi verae vel imaginariae indiuisibiliter & interminabiliter coexistit, aeternum esse vi suae quidditatis. Vbi quod dico Deum esse aeternum, non eget longa probatione. Nemini enim dubium esse poterit quin Deus aeternus sit, si subiecta voci notio penetretur, & supra tradita ratio eius à se, perspecta habeatur. *Quis enim alius Deus est, nisi quam aeternitas?* vt dixit Tertull. lib. aduersus Hermogenem cap. 4. imò, vt ait Isid. Pelus. lib. 3. ep. 18. nihil Diuinae naturae tam proprium ac peculiare est, nec quod eam expressius notet & insigniat, quam aeternitas. Quod repetit epist. 65. eiusdem libri: Et hanc Dei aeternitatem Plato apud Aristotelem in suo libro de mundo, & Irenaeum lib. 5. cap. 45. & Iustinum in paraen. censuit expressisse antiquos verbis illis apud eos vulgatissimis, *Deus principium, finem, mediaque omnium habet.* Vbi nomine antiquorum Iustinus existimat à Platone expressum Mosem, Dei aeternitatem verbis illis, *Ego sum qui sum*, declarantem, quam Iustini opinionem diserte confirmat tum Iosephus 2. contra Appionem statuens Platonicum illud de Deo effatum in vertice legis Iudaicae quoad placita de Deo, tum maxime locus Orphei, non alterius quam illius antiquissimi, vt malè aliqui ex quibusdam Suidae verbis intulere, sed Oeagri filij in hymno de Deo cuius partem referunt Cyrillus 1. in Iul. Theod. 2. contra Graecos Euseb. 13. praep. cap. 7. Clemens 5. Stromatum cap. 7. Iustinus in paraenesi *circa medium*, & in apologia ad Antoninum: habetur autem integer in carminibus Gnomographorum Graecorum; vbi haec, *ferè* in fine hymni. *Est autem omnino ipse caelestis, & super terram omnia perficit, principium tenens simul & medium atque finem, vt habet sermo antiquorum, vt ex aqua ortus (audin Moysem) descripsit, accepta Diuinam lege, quae duplicia praecepta continet, nec fas est aliter loqui.* Quanquam est quod hic miremur Clementem supra, cùm ex professo agat de furtis Ethnicorum ex sacris literis, omisisse quod maxime e re fuisset, nempe paucos hos versus in quibus habetur de Mose & tabulis mentio. Mirum item est Eusebium in eodem negotio versantem, similiter non meminisse expressè Mosis, tantùmque ex Orpheo dixisse, priscos haec nos docuisse à Deo olim binis tabulis accepta: quanquam duo quoque illi versus quibus priscorum & binarum tabularum mentio fit, desiderantur in Graeca Eusebij editione, quam edidit Robertus Stephanus. Si ergo hi tam accurati huiusmodi furtorum vestigatores, versum illum quo Moses de nomine compellatur, non agnouerunt esse Orphei, vnde postea irrepsit in Orpheum? Quia tamen in versibus illis quos ex Orpheo refert Eusebius iuxta Trapezuntij editionem, quam hac in parte integram agnouit qui eius lacunas expleuit, mentio fit Diuinarum tabularum, Dicamus sanè Platonem, iuxta Iustini coniecturam, ad Mosem respexisse, cùm dictum illud antiquum ab Orpheo vsurpatum memorat. Eusebius 11. praep. cap. 9. affirmat Platonem in eo dicto respexisse ad illud Prophetae, *Ego Deus primus & nouissimus*, vel vt apud Eusebium legitur, *Ego Deus primus, ego etiam post haec*, quae aperte fe-

tunt Diuinam æternitatem. Potuit tamen etiam Plato per antiquos illos innuere Philosophos Ethnicos, apud quos effatum illud tritum fuit: nam Clemens 5. Strom. cap. 6. illud refert ex Thalete. Maximus autem centuria 1. Theol. cap. 10. effatum illud sic exponit. *Principium est Deus rerum quæ fiunt tamquam creator, medium tamquam prouidens, & finis tamquam circumscriptus.* Quo sensu effatum illud ad æternitatem non spectat; quo tamen sensu ab antiquis proponitur, meritò agnoscentibus, Deum omnino omnibus durationibus non modò realibus, sed etiam imaginabilibus coëxistere, atque adeò æternum esse, alioqui incepisset aliquando esse, ac proinde non esset essentialiter, sed alieno beneficio, quod est euertere notionem voci illi *Deus* subiectam.

99 Quod verò dicebam Deum esse æternum vi suæ quidditatis, potest duplicem sensum facere: Primò, vt significetur radicem Diuinæ æternitatis non esse aliam, quàm Diuinam quidditatem, siue esse à se, iuxta ea, quæ ex Victorino, & aliis diximus agentes de differentia Dei, distinct. 6. num. 59 quibus adde illustrem locum Trismegisti, cap. 17. Asclepij. *Deus,* inquit, *sempiternus, Deus æternus, nec nasci potest, nec potuit, hic est, hic fuit, hic erit semper; hæc ergo est, quæ ex se tota est, natura Dei.* Præclarè & illud in hanc rem à Plotino dictum Enneade 4. lib. 7. cap. 9. cùm probat Deum ex seipso possidere vitam, ideòque numquam eam amissurum, quia à seipso eam habet. *Absurdum,* inquit, *secundùm essentiam expers, neque oriens, neque occidens: nam vnde nasceretur, vel in quid resolueretur? ac si oportet verum hoc ipsius entis appellationem inesse, non debet aliàs quidem esse, aliàs verò non esse, quemadmodum color ipse per se albus, non tum quidem albus est, tum verò non albus; si autem ipsum album, esset ipsum ens, semper verò esset, quod album est, esse & semper. Nunc verò solum hoc habet, vt sit album; at illud, cui est ipsum esse, ex se ipso primùmque, est præcedenti semper existere.* Et cap. 11. *Nemo igitur sanæ mentis incolumis rem talem, dubitabit, quin sit immortalis, cui ex se insit vita, quæ interire non possit: quo enim pacto interibit, cùm non sit adscititia, neque ita se habeat vt calor ad ignem?* Hæc postrema generatim à Plotino prolata, tum ad animam translata, multò magis in Deum cadunt, euincuntque Deum æternum esse vi quidditatis suæ in primo horum verborum sensu. Designari secundò posset verbis illis, Diuinam substantiam constituere æternitatem per modum formæ in recto, siue ex parte Dei; ita vt nihil præterea ad æternitatem desideretur præter connotationem æternæ durationis. Sed quia id suprà sufficienter expositum est, nihil attinet plura addere.

Et hactenus Diuinam vnitatem, eiusque præcellentiam, & varios modos exposuerimus pro nostro modulo: nunc ad *splendidissimum illud, & singularissimum verum* (prout à sancto Maximo appellatur) collaudandum, iure me cum Trismegisto cap. 13. Pimandri, excitauerim verbis illis tanto sapientum corypheo dignissimis: O MEÆ VIRES, LAVDATE IPSVM VNVM, ET OMNE.

QVÆSTIO II.

De transcendentali Dei veritate.

100 AD transcendentalem Dei veritatem me restringo, quia de veritate morali, seu de illa quasi Diuina virtute,

virtute, quæ excluditur ab eius dictis omnis difformitas cum obiectis, dicendum est, cùm de Diuinæ voluntatis perfectionibus agetur. Nunc itaque solam illam veritatem attendimus, quæ in quouis ente cernitur, iuxta illud 2. Met. cap. 1. *Vnumquodque vt est, ita & verum est.* Cùm autem duæ sint communiter receptæ rationes explicandi veritatem hanc transcendentalem, nempe prima per ipsammet entitatem cum connotatione conformitatis ad sua principia essentialia concepta; secunda per intelligibilitatem fundamentalem, vt habetur ex S. Thomæ opusc. 42. cap. 2. *de ver.* & latè declaratum est in prima Philosophia: non est quòd in priore illa immoremur, quandoquidem ex suprà posita Diuinæ essentiæ declaratione per se patere potest, quid sit veritas transcendentalis priore illo modo accepta. Sed neque per totum ambitum veritatis transcendentalis posteriori modo acceptæ, est hîc decurrendum. Cùm enim duplex sit intelligibilitas Diuina, pro duplici intellectu, (nempe creato, & increato) ad quos Deus potest habere rationem obiecti. Priorem quidem intelligibilitatem, quantum ad nos spectare potest, expediuimus, præmittentes quanta sit cognitio, quam de Deo, & Diuinis rebus intra lumen naturale habere possumus. Quæ tractatio hîc fuerat remittenda, nisi necessitas figendorum nostræ inquisitioni certorum limitum, eam tunc tradi suasisset. Itaque nunc superest exponenda cognoscibilitas Dei, respectu suimet ipsius.

ARTICVLVS I.

Deum esse à se ipso connaturaliter, & intuitiuè cognoscibilem.

101 SVpponendum est Deum esse cognoscitiuum, vt suprà probatum est, cùm de essentialibus Dei prædicatis sermo esset, rursúsque infrà attingetur, agendo de proprietatibus vitam Dei consequentibus. Hoc autem supposito, non potest esse dubium, quin Deus se cognoscat: quis enim se ipsum non norit? Nec repugnant illa ex cap. 1. [illegible], initio. *Intelligibilis Deus non sibi, sed nobis existit.* Quid enim hæc verba sibi velint, declaratur ex sequentibus hisce: *Intelligibile quippe intelligenti per sensum subiicitur. Deus itaque minimè sibi intelligibilis, non enim aliud quiddam existens præter id, quod intelligit, intelligitur à se ipso. Est tamen quoddam differens à nobis, ideòque à nobis intelligitur.* Hæc ibi, quibus priora illa mollientur, ostenditurque, quo sensu negatum fuerit, Deum scire, & intelligere se ipsum, & quo item sensu id rectè admittatur. Imò solus Deus sibi hunc honorem vendicat cognoscendi seipsum, vt ex Simonide refertur 1. Met. cap. 2. rectéque confirmat Philo 2. Alleg. verbis illis: *Nulla quantumuis sublimis creatura potest firmè, constanterque de Deo credere: nulli enim ostendit naturam suam, sed voluit omnibus gentibus esse inuisibilem, &c. Solus de se ipso asseuerabit, quandoquidem solus certè naturam suam perorauit, solúsque idoneus est, qui primùm de se ipso pronunciet, deinde de suis operibus.* Hæc ille, quæ non possunt meliùs illustrari, aut probari, quàm ostendendo Deum se connaturaliter, & clarè videre; ac etiam,

quod multò plus est (vt D. Augustinus epist. 112. cap. 5. rectè obseruat) plenè adæquatè, & comprehendere.

100 PRIMÒ ergo, quòd Deus sit sibi connaturale obiectum, constare potest ex illis, quæ diximus circa connaturalem sphæram obiecti intellectus Angelici. Cùm enim connaturalis cognitio sit accommodata modo essendi, ideóque homo, vt rectè aduertit Capreol. in 4. dist. 49. quæst. 4. ad 1. *Scoti contra primam*, connaturaliter sola materialia intelligat, quia anima nostra, quamuis spiritualis, est in materia; Angelus autem connaturaliter intelligat quæ sunt extra materiam physicam, quia ipse non est in materia. Restat, vt tertius modus essendi, qui soli Deo competit, nempe modus essendi absque omni materia etiam metaphysica, seu absque omni potentialitate, habeat correspondentem tertium modum connaturalis cognitionis, & intellectus eam elicientis, non alterius sanè, quàm Diuini, qui solus est actus purissimus, & ab omni potentialitatis fæce liberrimus. Atque ita verificatur in Deo, quod habetur apud Platonem in fine Cratyli: *Si semper est id, quod cognoscit, est & illud, quod cognoscitur; est & pulchrum illud, est & bonum illud, est & unumquodque eorum quæ sunt*, (nempe quatenus est in Deo eminenter.) Et sanè Deus non potest se cognoscere per medium creatum, & potentiale, quod à Deo differt plusquàm genere. Notitia enim per tale medium esset imperfectissima, ac deterior cognitione illa, qua homo, vel bos ex lapide perciperetur, vt ostendi tractatus Dei cognoscibilitatem homini connaturalem; ergo debet se cognoscere per medium sui essendi modo proportionatum, id est, per seipsum, qui solus est actus purissimus. Neque verò ex ea Dei ad se ipsum connaturalitate in ratione obiecti, præiudicatur connaturali aliorum obiectorum inferiorem essendi modum habentium, cognitioni per Diuinum intellectum. Nam sicut Angelus, quamuis sit immaterialis, habet tamen intra ambitum, ac veluti sphæram obiecti sui connaturalis non immaterialia tantùm, sed etiam materialia, quia in huiusmodi negotiis qui potest maius, potest & minus, vt suprà tractatum est, agendo de connaturali obiecto intellectus Intelligentiarum, & inductione confirmat Proclus in Alcibiadem 1. pag. 234. Ita Deus, quamuis connaturaliter percipiat seipsum, quia actus purus est, nec datur aliud obiectum eundem cum ipso habens essendi modum, non propterea vetatur humanè ac connaturaliter percipere inferiora, vt optimè tradit Claudian. Mamertus lib. 3. de statu animæ, cap. 12. præsertim cùm omnia in se, & ex se intelligat, vt ex ipsismet Philosophis infra traderemus, exponentes Diuinam scientiam rerum creatarum: est tamen ipse sibi connaturalissimum obiectum, ob modum essendi purissimum sibi singularem.

101 Sed occurrit hoc loco difficultas. Nam connaturalissimum potentiæ obiectum est primum obiectum eius, Deus autem non videtur esse posse primum obiectum suæ cognitionis; quia nullius potentiæ cognoscitiuæ primus actus potest esse reflexus; cùm actus reflexus præsupponat directum tanquam obiectum, in quod tendit. Atqui si Deus esset primum obiectum sui intellectus, oporteret primum obiectum Diuini intellectus esse reflexum; quia in Deo intellectus, & intellectio, ac essentia, sunt prorsus idem

idem atque ita Deus se primò intelligens, intelligeret primò suum actum, & consequenter prima intellectio Dei, quæ est à Deo ipso indistincta, tendendo primò in illum actum, esset reflexa, & quidem quod longè difficilius est, in se ipsam; cùm tamen actus reflexus videatur semper debere distingui à directo, ob præsuppositionem directi ad reflexum. In hac difficultate duo implicantur: Primum, ac præcipuum est, quo modo actus Diuinus sit reflexus in seipsum, & tamen sit primus, ac primum sui ipsius obiectum. Posterius est, quomodo idem actus possit reflecti in se ipsum.

104 Sed in hoc posteriore non est tanta difficultas. Nam quamuis actus reflexus creatus propter finitatem, & dependentiam ab actu directo tanquam ab obiecto, nequeat esse idem actus cum eo, vt sæpe sentit S. Thomas, teste Capreolo in 3. *dist.* 14. q. 1. *ad* 3. *principali*, asseritque etiam Greg. in 1. dist. 1. quæst. 3. art. 3. conclus. 4. refragantibus tamen aliquibus, vt Soncinate 7. Metaphys. quæst. 15. & Suare lib. de attributis Dei negatiuis, cap. 18. num. 9. & vt videtur Maironio in 1. dist. 3. quæst. 9. Tamen actus Diuinus propter independentiam, & infinitatem, rectè intelligitur reflexus in semetipsum; imò non potest aliter concipi, vt optimè tradit Plotinus Enn. 2. lib. 9. cap. 1. his verbis: *Si in his* (nempe creatis intelligentibus) *aliud est simpliciter intelligere, aliud autem intelligere quod intelligat, absque controversia tamen, unus ibi* (videlicet in Deo, de quo agit) *viget intuitus, quem actiones propriæ nominis latent. Absurdum namque est aliter de vero intellectu sentire, sed ipse idem prorsus erit, qui intelligit, & qui intelligit quod intelligat.* Et paulò post: *Quando intellectus verus in intelli-gendo intelligit semetipsum, neque enim intelligentiam intelligibilis patitur, sed intelligens ipse ipsum intelligibile est, necessariò in intelligendo habet se ipsum, videt quo se ipsum, si non videat profectò intelligentiam non expertem, sed intelligentem videt. Quapropter in ipso primo intelligendi actu habet & quod intelligat, & quod intelligere se intelligat; comprehendit utrumque prorsus simul, neque aliis exemplaribus figmentis; quod unum est, duo sit duplex.* Hæc ille; quæ quamuis videantur tantùm importare, quòd Deus se ipsum cognoscat; tamen quia Deus est ipsemet suus actus, vt sæpiùs inculcat idem Plotinus; (propterea hæc asserens Enn. 5. lib. 6. Deum non habere scientiam, nempe à se distinctam, qualis est in nobis) idcircò quæ Plotinus de Deo se ipsum cognoscente tradidit verbis allegatis, in actum ipsum Diuinum cadunt, eiúsque in se ipsum reflexionem astruunt.

105 Hoc itaque supposito, superest primum illud difficultatis propositæ caput, quomodo scilicet actus reflexus sit primus, cùm tamen hoc videatur esse contra rationem actus reflexi. Respondet Argentina in 1. dist. 35. quæst. vnica *in fine*, reflexionem actus posse dupliciter intelligi: Vno modo, ratione cognoscentis, nempe quia intelligitur ipse intelligens, & hanc reflexionem ait non impedire actus prioritatem, sed potiùs augere, quia omne perfectè cognoscens cognoscit priùs se ipsum, quàm alia à se. Altero modo, ratione actus cognoscendi, cùm scilicet intelligitur actus cognoscendi, & ab hac reflexione fatetur impediri primitatem actus. De ea tamen reflexione ait non agi in argumento proposito, sed de prima solùm. Nihilominus manifestum est, in Deo, ut qui potentia actus, & obiectum primum, sunt

prorsus idem, reflexionem hanc posteriorem non posse seiungi à priore; ideòque si reflexio actus in seipsum, obstat primitati actus, vt Argentina faterur, repugnabit primum obiectum Dei esse actum ipsum Diuinum, atque adeò Deum ipsum.

Quare dicendum est Diuinum actum non esse reuerà, & propriè reflexum, ea ratione, qua hæc vox vsurpari solet ad declarandam tendentiam actus in actum præsuppositum: ob infinitatem enim huius actus euenit, vt idem sit & actus, & obiectum. Ex quo fit, vt absit propria reflexio, nec maneat nisi virtualis, quatenus hic actus eodem modo, ac etiam longè perfectius percipit se ipsum, quàm perciperetur ab actu distincto eum præsupponente. Nihil autem vetat actum duntaxat virtualiter reflexum esse primum, nec præsupponere actum directum antecedentem.

106 SECVNDÒ, quòd Deus sit obiectum sibi clarè visum constat ex connaturalitate hactenus exposita. Nam obiectum connaturale, quà tale, conspicitur clarè, vt inductione patet. Ad hæc certum est cuiuis potentiæ cognoscenti, aliquid clarè obiici debere, ne exercitio operis ad quod destinatur, perpetuò careat. Cognitio enim confusa, est veluti spurius partus potentiæ cognoscentis, vel etiam (vt ita dicam) monstrosus, quippe ex hac parente præter naturæ intentionem ex aliarum causarum interuenientium vitio procreatus; cum ea imperfectione, & defectu quem non decet in vniuersum potentiæ sobolem fundi, cùm potentia ex primaria naturæ intentione ad claram & intuitiuam, (quippe præstantissimam solámque genuinam,) obiecti perceptionem destinetur. Diuinus autem intellectus, si quid perspicuè intueri debet, nihil potius quàm seipsum intueri debet, vt docent illa Alcinoi cap.5. *Quoniam primus intellectus pulcherrimus est, pulcherrimum quoque intelligibile illi oportet subesse; Nihil autem ipso pulchrius, se ipsum igitur, suasque notiones semper intelligit.* Ita ille & quidem optimè in rem nostram, si sensum quem verborum cortex præfert, non Platonicum, in quo ille loquitur, attendas.

Porrò nihil claram hanc intuitionem impedit, quòd Deus sit intelligibile tam excellens, vt respectu cuiuscunque alterius intellectus, posuerit tenebras latibulum suum. Nam cùm hæ tenebræ non oriantur nisi ex nimia intelligibilitate, eo ferè modo quo lucis nimietas, corporeis oculis tenebras offundit; in Deo autem sit perspicacitas visus, toti illi intelligibilitati adæquata, manifestum est non idem illi in sui conspectione clara euenire, quod nobis ad tantam lucem caecutientibus nisi visu confortemur. *Quid est* (inquit D. August. 22. Ciuit. cap. 29.) *nostra intelligentia ad illam excellentiam? Ibi enim est pax Dei, quæ sicut ait Apostolus, superat omnem intellectum: Quem nisi nostrum, aut fortasse etiam omnium sanctorum Angelorum? Nam non est Dei. Quoniam nostrum quidem superet, non est dubium; si autem superat & Angelorum, vt nec ipsos excepisse videatur, qui ait, omnem intellectum, secundum hoc dictum esse debemus accipere, quia pacem Dei, qua ipse pacatus est, sicut nouit Deus, non eam nos sic possumus nosse, nec vlli Angeli. Superat itaque omnem intellectum, non dubium quòd præter suum.* Hæc Aug. quæ habet etiam cap. 63. Enchiridij, ex quibus liquet Deum se clarè cognoscere; alioqui qua parte se ipsum clarè non cognosceret, se ipsum excederet.

107 Intuetur ergo se ipsum Deus,

& quidem intuitione respondente non nostræ notitiæ euidenti scientificæ quã habemus de primis principiis, vt rectè aduertit Dur. in 1. d.35. q.4. num.7. Nam cùm duplex sit scientiæ rigorosè acceptæ ratio, nempe quia & *propter quid*, neutra competit cognitioni Diuinæ, vt fertur in ipsummet Deum. Non enim prior, quia scientia Dei esset imperfecta, & per medium extrinsecum, licèt optimè cognoscat Deus dependentiam effectiuam suorum à se, quibusque creatura mundi per huiusmodi quasi scalas cœlestes, vt eleganter dixit Bern. initio quinti de consideratione, possit ad opificem tendere. Non item posterior, quia Deus cùm causa careat, non potest sciri per causam. Et quamuis respectu nostri aliqua Deo inexistentia habeant rationem causæ virtualis respectu aliorum Deo competentium, indéque existat in nobis scientia & demonstratio à priori de Deo: Tamen Deus qui non agnoscit in se ipso plures rationes obiectiuas, siue simpliciter, siue secundùm quid distinctas, vt necessarium est ad fabricã demonstrationis, non agnoscit aliquid sibi internum esse causam virtualem alterius sibi item interni; atque ita nihil de se ipso scit propter quid, quamuis benè videat, quid nos de eo possimus eo modo cognoscere. Sed ea indirecta notitia, nec in Deum cadens nisi ratione nostri modi cognoscendi, qui Deum latere non potest, minimè sufficit ad hoc vt Deus cēseatur seipsum scire per causam. Itaque vt bene Durandus supra innuit, cognitio Dei de se ipso non sortitur rationem scientiæ, sed cognitionis principiorum, vel simplicis intelligentiæ. Inde tamen nihil derogatur præstantiæ & nobilitati huius scientiæ. Nam & in nobis simplex intelligentia, si distincta sit & clara, longè antecit cæteris operationibus mentis, vt pulchrè tradidit Themist. 1. animæ *cap.* 26. declarans quietem illam qua post ratiocinationis motum in liquida & clara essentiæ contemplatione sistitur.

Sic exposita claritate Diuinæ notitiæ vt tendentis in Deum, superest ad integram Diuinæ cognoscibilitatis explicationem, vt plenam eiusdem notitiæ cum Deo adæquationem, seu quomodo Dei comprehensiua sit, exponamus. Quod præstabimus vbi pauca necessaria, & apud Philosophos non satis comperta, de comprehensionis ratione præmiserimus. Comprehensio enim præter hoc, quod debet esse intuitiua & clara cognitio, aliquid etiam importat, de quo non conuenit inter omnes.

ARTICVLVS II.

Quid sit comprehensio, ad intelligentiam Diuinæ per ipsummet Deum comprehensionis.

108 Statuendum primò, nihil ad comprehensionem referre quòd notitia sit eiusdem ordinis vel nobilitatis cum re cognoscenda, aut quòd sit summè clara claritate se tenente tantùm ex parte actus, aut denique quòd eam cum obiecto suo proportionem seruet, vt quantum obiectum cognitum excedit perfectione cætera obiecta, tantùm cognitio eius comprehensiua aliis eiusdem obiecti cognitionibus præcellat. Hæc enim omnia gratis excogitata sunt à nonnullis, tantùm vt difficultatem in Diuina comprehensione exponenda occurrentem commodiùs declinarent,

rent. Videtúrque ad hæc omnia reficienda sufficere exemplum corporalis comprehensionis, à qua ducta est metaphora ad spiritualem: Sicut enim quantitas quæ ita alteram quantitatem includit, vt eam totam intra se coërceat, nec aliquid eius extra relinquat, dicitur quantitatem illam & substantiam, cui quantitas inest, comprehendere; nec attenditur entitatiua æqualitas includentis & inclusi, vel par vtriusque ordo, aut seruientur inter se proportionem aliquam; sed illud tantùm, an nihil vnius sit extra fines alterius, per quod corporalis comprehensio differt ab apprehensione, quæ ita rem secundùm aliquid attingit, vt aliquid supersit quod attingi possit, vt aduertit Durandus in 1.d.15.q.1.num.10. Ita ad hoc, vt cognitio censeatur comprehendere obiectum, nihil est attendendum nisi vt cognitio repræsentatiuè adæquet rem cognitam, nihilque eius sit quod sit extra illam, seu eam lateat. Sanè Angelus qua est intellectus perspicacitate muscam & lapidem comprehendit (ridiculè namque Ocham in 4.q.14. contendit rem quamcumque creatam soli Deo esse comprehensibilem.) Et tamen cognitio Angeli, cùm sit accidens, non adæquat entitatiuè substantias illas. Item cognitio illa Angeli non est tam clara, quin possit semper dari aliqua clarior, claritate se tenente præcisè ex parte notitiæ, nec refusâ in obiectum nisi per extrinsecam denominationem. Denique inter comprehensionem prædictam & obiecta proposita vix apparet, quomodo locum habere possit proportionalis ille excessus, de quo suprà. Sed nimirum entitatiua illa obiecti & actus adæquatio, & summa notitiæ claritas pure ex parte actus se tenens, & proportionalis illa comparatio cognitionis & obiecti, tum inter se, tum ad alia, non deseruiunt ad maiorem obiecti manifestationem, ideóque est prorsus extra rem, & merè materialiter se habet. Formalis enim notitia non dicitur comprehensiua penes ea quæ ipsi insunt ex virtute cognoscendi, sed penes ea quæ habet comparata ad obiectum in se, cùm ipsum scilicet per eam omnino cognoscitur. Sic enim per eam inclusum habetur, vt eleganter declarat D.Thom.q.8.de verit.art.1.

109 Statuendum secundò est, vt res censeatur omnino cognosci & per cognitionem repræsentatiuè adæquari, necessarium esse, vt omnes connexiones & habitudines quas obiectum cognitum suapte natura habet, vel habere potest intelligantur. In quo deficit similitudo inter comprehensionem corporalem manu aut alia quantitate continente factam, & comprehensionem intellectualem. Nam quia ad quantitatem molis seu corpoream alicuius rei, nihil pertinet præter ipsammet rei quantitatem, propterea sufficienter res censetur includi & comprehendi corporaliter, si nulla pars quantitatis eius, sit extra comprehendentē, tametsi ea quæ ab ipsa dependent, vel pendere possunt, maneant extra. At ad quantitatem rei intelligibilem pertinent omnia quæ ab ipsa pendent, aut pendere possunt naturaliter; sunt enim aliquid eius, quandoquidem sunt eius effectus & germina, ideóque opus est ea quoque percipi à comprehendente rem illam. Non est tamen opus attingi nisi connexiones vel habitudines, quas res habet suapte natura, vt rectè aduertunt Conimb. 1. phys. cap. 1. q. 1. art. 1. in fine. Quia si oporteret omnes habitudines quæ possunt obedientialiter rei competere, esse comprehendenti

peruias,

peraliat, necesse quoque esset Diuinam omnipotentiam intellectualiter exhauriri à quocumque aliquid comprehendente, quam illationem vrget Suar. tom. tertiae partis d. 26. s. 1. conclus. 2. sed facilè probatur ex ipsiusmet principiis. Nam iuxta eum Deus potest rem quamcumque efficere, non tantum ad latitudinem aliquam infinitorum effectuum, sed etiam ad omnia quae Deus per suam omnipotentiam potest: oporteret ergo tam latè porrigi obtutum cuiuscumque aliquid comprehendentis, quàm patent fines omnipotentiae Diuinae. Satis ergo est ad comprehensionem, vt dimissa rei potestate obedientiali, cognoscatur naturalis: & quidem non modò quatenus ad effectus specie distinctos funditur, sed etiam quatenus comparabilis est ad numerum effectuum singularium ab ipsa simul producibilium. Quia inde magis innotescit vis causae. Non est tamen necesse ad omnem comprehensionem videre omnes effectus singulares, qui possunt ab ea manare successiuè. Tum quia inde non habebitur plenior causae notitia, tum quia eo pacto oporteret Angelum qui comprehendit hunc ignem, simul ad omnes singulares ignes per eum producibiles attendere, quod saltem naturaliter est impossibile. Itaque sufficit cognoscere effectus omnes, penes quos vis naturalis & potestas causae attenditur; hi autem sunt illi tantum, quos causa expedita & instructa ad agendum, potest hîc & nunc producere. Qui cumulus effectuum respondentium causae creatae spectata naturali eius dispositione est finitus, & potest ac debet à creatura causam creatam comprehendente exhauriri. Praetereà verò necesse est vt effectus praedicti ad vim causae dignoscendam pertinentes, videantur in causa comprehensa seu attingantur per eandem met notitiam, qua attingitur causa: Nec hoc tantum, sed etiam causa habente rationem obiecti primarij, seu medij cogniti, & rationis videndi, quod possibile esse, plenius infrà dicetur, cùm de Diuina scientia rerum creatarum. Si enim cognitio causae esset distincta ab effectus cognitione, vel in eundem actum concurrerent duntaxat concomitanter, vt mentis Intelligentiae causam & effectum per species vniuersales concomitanter cognoscenti, nihil sanè cognitio vnius ad exactam alterius notitiam conferret, nec vna perceptio alteram compleret, aut permoueret, sicut contingit cùm vnum ex illis obiectis, in alio vt in ratione cognoscendi percipitur, seu cùm ambo ita eundem indiuisibilem actum terminant, vt vnū prius ratione terminet actum, sitque vi obiecti illius percepti, ad alterum quoque obiectum in posteriori rationis excurrat.

110 Statuendum tertiò, quamuis perceptio omnium formaliter vel eminenter in re contentorum, quae hactenus exposita est, desideretur ad hoc vt notitia rei illius censeatur comprehensiua, praetereà tamen requiri adaequationem cognoscibilitatis totius quae est in obiecto. Quod vt intelligatur, aduertendum est cognoscibilitatem rei affectam perfectionem eius, ita vt quantum res aliqua perfectione pollet, tantundem cognoscibilitatis obtineat, sitque fundamentum cognitionis illustrioris semper & illustrioris, quousque adaequetur cognoscibilitas eius, id est, quousque actus ita perfectè rem exhibeat, vt quamuis possit adhuc claritas formalis & intensiua actus suscipere incrementum propter numquam finiendam intensibilitatem eius, tamen res

non præbeat fundamentum vlterioris illius claritatis se tenentis ex parte solius actus, sed non aliter ex parte sua appareat, quàm per actum priorem remissiorem appareret.

Declarabo rem hanc in exemplo sensibili, quod suppeditat D. Tho. q. 8. de verit. art. 2. Sol à nobis ei per lineam rectam oppositis, videtur quantus est, nec vlla est pars solaris extensionis quæ oculum subterfugiat; vt manifestè conuincitur ex eo, quòd omnes partes Solis emittant in oculum speciem sui; nec est potior ratio de vna parte cur speciem sui emittat quàm de aliis. Posita autem specie, oculus, si adsit attentio animæ, non potest suspendere visionem, atque ita vel omnes partes extensionis solaris videntur, vt contendo, vel nulla, quod est contra sensum. Manifestum tamen est Solem, quamuis totus à nobis hinc videatur, posse præbere fundamentū illustrioris semper & illustrioris visionis, cuius claritas nō se præcisè teneat ex parte actus, sed etiam habeat fundamentum in ipso Sole per eum apparente perfectiùs & illustriùs quàm antea appareret. Nam qui notabili aliqua capedine ad Solē magis accederet, is propter perfectiorem speciem impressam à Sole vniformiter difformiter agente diffusam, videret Solem longè extensiorem quàm ante vidisset, quamuis, vt dixi, totam eius extensionem ante percepisset, sed confusiùs & indistinctiùs. Quod experimur in visione obiectorum procul positorum, quorum granditatem plerumque miramur facti propinquiores, quamuis ante eum dissiti eramus, ea quoque tota intuiti essemus. Tunc itaque claritas & euidentia maior posterioris visionis, non se teneret purè ex parte actus, sed informando actum, exhiberet potentiæ Solem longè illustriùs, quousque tandem deuentum esset ad visionem tam illustrem quantam Sol fundare potest, id est quousque Sol per visionem exhiberetur tam extensus, quàm extensus reuera est. Sicut turris latitudine quinquaginta palmorum cùm conspicitur procul, quamuis videatur tota, non videtur tamen vt habens quinquaginta palmos extensionis, sed longè pauciores, atque ita visio turris, quò quis fit ei propinquior, fit etiam clarior, non claritate se tenente purè ex parte actus, sed detegente perfectiùs eandem eius rationem obiectiuam, ante indistinctiùs & confusiùs perceptam. At cùm ventum est ad ipsam turrim, & distinctè agnoscuntur omnes extensionis partes, quantumuis postea crescat claritas visionis, non propterea turris apparet extensior, sed claritas illa tenet se purè ex parte actus, cui tantum conficit capacitatem plus detegendi perfectionem obiecti, nisi ea supponeretur iam detecta per actum imperfectiorem capacitate illa carentem. Et ita reuerà euenit visui perspicaci conspicienti illam ipsam turrim, cuius partes omnes extensionis conspiciat etiam visus hebetis. Incrementum enim claritatis quod est in visione perfectioris potentiæ, tenet se tantùm ex parte actus, nec quicquam nouæ extensionis in obiecto detegit, quia supponimus visibilitatem eius fuisse à visu hebete exhaustam, quatenus ab eo agnita est extensio obiecti, per notitiam tam perfectam, quantam ipsa extensio obiecti apta est fundare.

Quod autem de quantitate molis & extensione dictum est, dici similiter poterat de intensione qualitatis, nam album vt octo potest totum videri, quia secundùm omnes partes, & gradus

gradus formales intensiuos immutat sensum, & tamen potest non dignosci à visu quasi habens perfectionem illam, quam habere dignoscetur, si visus sit propinquior, vel si crescat lumen ab obiecto affusum, vel si potentia visiua sit perfectior. Tunc enim vsque ad certam mensuram, seu quousque albedo illa appareat sub perfectione octaui gradus, claritas actus non se tenebit purè ex parte visionis; quia albedo per eam exhibebitur vt perfectior, & ex pluribus gradibus compacta, quamuis antè videretur tota.

111 Sicut ergo se habet quantitas molis, & intensionis ad visum, ita potest se habere quantitas perfectionis ad intellectum. Et sicut nos non dicimur hinc videre Solem, quantùm visibilis est, atque adeò iure negamur eum comprehendere; quia quamuis videamus omnem extensionem eius, non videmus tamen eum, quantùm visibilis esset à visu potentiore, aut quantum appareret per speciem efficaciorem, vi cuius eandem eius extensionem perfectiùs internosceremus, nec perciperetur à nobis quasi habens extensionem illam modicam, cum qua apparet, & quam solam habere ab indoctis iudicatur. Ita si non agnoscamus perfectionem rei intelligibilis cum ea quasi granditate, quam ipsa in se habet, ac actu ita perfecto, & distincto, quantum ipsa fundare potest, non dicemur eam comprehendere, quamuis nihil nos lateat eorum, quæ formaliter, vel eminenter in tali perfectione continentur, atque adeò, quamuis ipsa tota, non totaliter cognoscatur. Quæ duo valdè differunt, sicut valdè differt tangens aliquid totum, & tangens totaliter. Vt enim ad hoc propositum rectè ait Argentina in 3. dist. 14. quæst. vnica, art. 3. linea vna ducta à circumferentia ad centrum, attingit totum centrum, quippe quod indiuisibile est; & tamen non attingit illud totaliter, quia idem centrum est tangibile infinitis aliis lineis penes sursum, deorsum, aliasque loci differentias ducibilibus. Similiter ergo obiectum, quod totum videtur, potest videri non totaliter, quatenus cognitio non adæquat cognoscibilitatem eius modo prædicto.

112 Hanc doctrinam significauit D. Thomas quæst. illa 8. de verit. art. 2. in corpore, vbi affert exemplum illud Solis, cuius omnes partes, ait, simul à nobis videri, quamuis non comprehendatur, quia non videtur ita perfectè, sicut visibilis est. Et ad fundandum, vt declaret, quid sit videre aliquid, non modò totum, sed etiam totaliter, seu quantum ipsum est visibile, quod dicimus per comprehensionem importari, declarat triplicem modum, qui in qualibet visione considerari potest. Primus est ipsius videntis absolutè; secundus ipsius obiecti in se; tertius videntis per comparationem ad rem visam. Iuxta primum, intellectus censetur videre aliquid totaliter, cùm adhibet totam suam vim ad illud videndum, quo pacto oculus (quippe necessariò operans) totaliter videt Solem, quem etiam videt totaliter iuxta secundum modum, quatenus omnes partes Solis mouent oculum, & omnes attinguntur. At iuxta tertium modum, oculus noster non videt totaliter Solem, quia modus visionis ipsius videntis non est ita perfectus, sicut est modus visibilitatis ipsius Solis, vt loquitur D. Thomas, id est, Sol non videtur visione tam perfecta, quæ Solari visibilitati plenè correspondeat, oculóque exhibeat Solem tam ex-

tensum, vel tam lucidum, vt per illam quamuis intensiuè perfectiorem visionem nostram videndus non sit & extensior, & lucidior. Eandem doctrinam habet idem Sanctus Doctor in 4. dist. 49. quæst. 2. art. 3. & credideram idem voluisse Godofredum apud Capreol. in 4. dist. 49. quæst. 4. *in quarto argumento contra primam*: ait enim, Quamuis aliquis videat in re omnia in ea contenta formaliter, & eminenter; tamen posse fieri, vt non comprehendat eam, quia quantitas cognitionis potest attendi, & extensiuè penes numerum cognitorum, & intensiuè, seu penes maiorem limpiditatem. Sanè hæc maior limpiditas, si præcisè se teneat ex parte actus, est impertinens ad comprehensionem, vt suprà declaraui. Competit ergo actui cum fundamento ex parte obiecti, cuius perfectio per eum exhibeatur maior, quàm appareret, si actus esset imperfectior. Tandem eandem doctrinam saltem ex parte tradunt Rubius quæst. 9. de obiectis sensibilibus, num. 110. & 111. & Albertinus coroll. 4. ex primo principio complexo, num. 24. Quanquam modus loquendi, quo vtuntur, est valdè obnoxius æquiuocationi: dicunt enim in obiecto esse gradus virtuales, quos nisi potentia exhauriat, non comprehendet obiectum. At periculum est, ne quis arbitretur gradus illos virtuales esse aliquid absolutè ex parte obiecti se tenens, quòd non attingatur à potentia, quam tamen supponimus intueri quidquid est in re, quamuis non comprehendat rem, vt declaratum est in exemplo Solis. Ille igitur modus loquendi tantùm debet designare perfectionem obiecti comparati ad potentiam percipientem, & apti fundare illustriorem, & illustriorem actum pro mensura talium graduum virtualium, quamuis totum obiectum videatur per actum minus illustrem. Atque ita præstaret modum illum loquendi, tanquam minus commodum, & æquiuocationi obnoxium prætermittere.

ARTICVLVS III.

Deum esse obiectum sibi ipsi comprehensum.

EX præiacta comprehensiuæ notitiæ ratione, facile erit essentiæ Diuinæ, quantumuis immensæ, altitudinem Diuino intellectui planè peruiam, & comprehensam esse declarare; eadémque opera (quod suprà Dei cognoscibilitatem per creatum intellectum tradentes supposuimus) ostendere poterimus, eam nulli alij esse comprehensibilem, etiam secundùm potentiam Dei absolutam.

ASSERTIO.

Deus seipsum comprehendit, tum quatenus omnia, quæ formaliter habet, & in se ipso vifit, omnia quæ eminenter continet, distinctissimè intuetur. Tum etiam quatenus fundamentalem suam intelligibilitatem infinitam, intellectionis suæ claritate, & repræsentatiua perfectione adæquat.

114 PRIMÒ, dico Deum se comprehendere: quod rectè probat Durand. in 1. dist. 13. quæst. 1. num. 8. ex eo, quòd potentia perfectissima tendit modo perfectissimo in omnia substantia rationi suæ obiectiuæ; atqui Diuinus intellectus est potentia perfectissima, sub cuius obiectum cadunt Deus, & creatura: ergo intellectus

Dei

Dei tendit in Deo illa perfectissimo modo, atque adeò comprehensiuè. Maior est certa. Quia enim potentia perfecta potest tendere in omnia participantia rationem obiecti sui, vt patet ex notione potentiæ, & generali inductione; necessarium est, vt potentia quæ est perfectior, perfectiùs tendat in obiectum prædictum; quæ verò perfectissima est, tendat perfectissimè. Minor quoque certa est. Tum quòd attinet ad inclusionem Dei sub obiectu intellectus sui, vt patet ex latepatentia sphæræ obiectiuæ intellectualis alibi tradita. Tum quòd spectat ad perfectionem summam Diuini intellectus habentis in se perfectissimo modo radicem intellectualitatis, quæ est immaterialitas. Si enim intellectus humanus, quia est exemptus à dependentia subiectiua materiæ, cui tamen debet connaturaliter inexistere, est ita perfectus, vt possit fieri omnia alia, quod est habere perfectionem intellectiuam, quis dubitare poterit de summa perfectione Diuinæ intellectualitatis, quæ remotissima est non modò à materia physica, sed etiam à metaphysica, seu à potentialitatis fæcibus? Itaque clara manet conclusio argumenti propositi: quod enim in ea supponitur perfectissimum cognoscendi modum esse comprehensiuum, est ita euidens, vt probationem fastidiam. Sed erit per se manifestum, quòd Deus se comprehendat, si rationem comprehensionis suprà expositam applicemus ad notitiam, quam Deus de se habet; quod præstabimus in secundo puncto.

114 Nunc addendum est, Deum se comprehendentem finire semetipsum iuxta illud Augustini 12. Ciuit. cap. 18. *Quidquid scientiâ comprehenditur, scientis comprehensione finitur.* Nullum tamen ex huiusmodi finitione sequitur inconueniens. Vt enim bene aduertit Scotus in 3. dist. 14. quæst. 2. *litera F*, non est proptereà intelligendum, quòd Deus absolutè finiatur, sed quòd finiatur sibi cognoscenti: quia respectu suæ cognitionis se habet, ac si esset finitus. Quod aliter dixit Durandus suprà num. 11. Deus comprehendendo se, finit se ipsum non positiuè, seu ponendo sibi terminum; sed negatiuè, negando scilicet excessum sui vt intelligibilis, ad se ipsum vt intelligentem. Quia enim ex parte Deus se excederet, non esset cognoscibilis, atque adeò non esset ens; quia defectus cognitionis excessu illo importatus non prouenit ex imperfectione cognitionis, vel intelligentis, vel ex improportione ad obiectum, vt patet. Proptereà ergo Origenes lib. 6. contra Celsum, *paucis ante finem paginis*, cùm dixisset Celsus Deum esse incomprehensibilem ratione, siue intellectu: *Distingue*, inquit, *significatum, & dico, si intelligatur de ratione, quæ vel interna est nobis, vel à nobis se exerit, hac non esse Deum comprehensibilem; sin de illa, quæ erat in principio apud Deum, & ipsa erat Deus, dicimus Deum hac esse comprehensibilem.* Sic Origenes, rectè Diuinæ rationi comprehensionem Dei concedens, nostræ autem ob contrariam causam denegans. *Non enim circumscribitur Deus mente terrena*, inquit S. Hilarius 11. de Trinit. *incomprehensibilem profundum, demersa etiam omnia sunt*, nempe respectu nostri tantùm, non sui, vt paulò post subdit. Eòque etiam respexisse videtur S. Maximus cent. 2. ex variis, cap. 29. vbi tractans de puteo Iacob, & illud Samaritanæ expendens, *neque in quo haurias habes*, admonet Verbum Diuinum non habuisse situlam, quæ ex putei profunditate hauriret; nos autem situlam

similem habere: eò quòd situla porciunculam quidem aquæ è puteo hauriat, maiorem verò partem dimittat; quod in Dei de seipso notitiam non cadit, sed in nostram tantùm. Cretera verò omnia mirum non esset à creaturis comprehendi, cùm tantùm sint sicut stilla situlæ, vt eloquentissimè prosequitur Chrysostomus homil. 1. contra Anomæos. Huc facit quod, vt Clemens Alexandrin. notauit 5. Stromatum, cap. 5. *Deum aliqui* (Philosophi) *profundum vocauerunt, vt qui omnia comprehenderit, & vndere omnia complexus sit, nec possit quis eum assequi, & sit infinitum. Est quidem certè de Deo oratio tractatu difficillima: quoniam enim cuiusuis rei principium est inuentu longè difficillimum, est certè omnium primum, & antiquissimum principium difficillimum ad demonstrandum, quod quidem est etiam aliis omnibus causa, vt fiant, & facta sint.* Hactenus Clemens. Pulchrè item Tertullianus cap. 17. Apolog. *Quod videtur, communis est, quod comprehendi, quod æstimari potest, minus est & oculis, quibus occupatur, & manibus, quibus contaminatur, & sensibus, quibus inuenitur. Quod verò immensum est, soli sibi notum est; hoc, quod est, Deum æstimari facit, dum æstimari non capit.* Tandem Fulgentius initio 2. ad Trasim. *Quoties*, inquit, *infirmitas humanæ conditionis summissam priorem cognitionis, sinit videlicet aliquatenus suæ paruitatis excedere, atque cœlestium illam naturam peregrina conspicua, Conditoris sui, ac Redemptoris magnificentiam corporis contuetur; sola, quantum arbitror, tamen ab illa sempiternæ reperitur incomprehensibilitatis digna miraculo, qua sit excedit omne quod cogitare, vel sapere possumus, superat omne quod sumus.* At certè Deus non superat id, quod est, sese igitur comprehendit. Subdit etiam paulò pòst Fulgentius: *Deum rationalem creaturam suæ partem caritatis animo sui incomprehensibilitatis prædicasse, vt hinc proximum nominetur quanto infinitatis, atque incomprehensibilitatis nomine creatrix omnium veritas & sapientia tantum creaturæ intellectuali excedere, cùm ipsam rationalem creaturam, plena suæ comprehensibilitatis agnitio Creator quidem comprehensibilis, & finitus, sibi tamen incomprehensibilis, atque infinita lassaret. Vt cum natura sua inuestigationem, qua extra se non est, & intimam sibi cerneret, & occultam, vt et supra se non sit, atque in se se, lateat tamen se; sicut est, vestigare non possit, et magis pensiscens, admirandique superne infinitatis magnitudinem diuinam, omnes intellectus terrenos excedentem, cuius pax, vt Paulus dicit, superat omnem intellectum;* (omnem vtique præter suum, vt ex Augustino 22. Ciuit. cap. 29. suprà dicebamus.) *tenue etiam iudicia abyssus multa, sibi se ad cognitionem altissimæ humilitatis assensu respiciens prudenter, à qua superbo cogitationis casu quondam minus segregaret.* Sed horum omnium confirmatio perspicua erit ex sequentibus.

115 SECUNDÒ ergo expositi comprehensionem Dei per semetipsum, applicata comprehensionis ratione suprà tradita, ad notitiam, quam Deus de se habet. Et quidem quod attinet ad notitiam eorum, quæ ipsi Deo formaliter insunt, res est clara ex dictis art. 1. De notitia quoque rerum eminenter in ipso contentarum, idem conuincemus infrà agentes de scientia, quam Deus de creaturis habet. Nunc tamen videndum est, ex hoc capite creatum intellectum sufficienter impediri à comprehensione Dei: nam quamuis Godofredus suprà adductus, & aliqui recentiores nihil repugnantiæ inuenerint in actu creato, tum Deum, tum in Deo cognito creaturas omnes attingente, nec reuerà sit ita facile com-

repugnantiam ostendere, tamen ex parte saltem vnius generis effectuum, potest efficaciter ostendi hac ratione. Vt omnes Dei effectus viderentur in Deo cognito, necessarium esset vt ipsa quoque cognitio, qua effectus omnes Diuini perciperentur, videretur in Deo: cùm ipsa quoque sit quidam Dei effectus, nō minus quàm caeterae res creatae. Atqui impossibile est cognitionem illam creatam qua omnia praedicta viderentur, videri per se ipsam, siue immutatam siue mutatam. Non per se nudam & immutatam, quia sic actus reflexus creatus esset idem cum directo; atque ita idem actus finitus, qui ab obiecto vt motiuo pendere debet, esset obiectum sui ipsius, & tendentia simul ac terminus, atque adeò prior simul & posterior: sed neque per se ipsam vt modificatam, quae est sola mutatio, cuius actus capax est, manens idem quoad substantiā & hypostasim suam. Nam quamuis idem actus prout simplex, rectè possit intelligi obiectum sibi ipsi prout modificato, quia sic actus quippe praehabens esse, non praesupponitur sibi in ratione causae & motiui, sed tantum in ratione obiecti terminatiui expectantis interuentum concursus alterius formalis, nempe modificationis extendentis, cuius superuentu existat effectus formalis exhibitionis praedicti actus, ante non positus defectu concursus: Tamen de ipsa modificatione extendente, quia ipsa quoque effectus quidam Dei est, vrgeri potest difficultas. Nempe quia etiam ipsa debebat per illum actum videri, non ergo per se ipsam, sed interuentu alterius modificationis, extendentis visionem ad perceptionem primae illius modificationis, quae visionem extenderat ad perceptionem ipsiusmet visionis directae. Eadem enim ratio quae euincit actum directum non reflecti per se ipsum in se ipsum, sed tantum interuentu modificationis, idem probat de prima illa extensione vitali, cùm ipsa sit percipienda, & ita in infinitum. Quòd si autem concederetur actum illum posse affici infinitis modificationibus ita inuicem ordinatis, vt prima versùs actum extenderet actum ad ipsiusmet actus perceptionem, secunda verò extenderet actum ad perceptionem primae modificationis, rursusque tertia ad perceptionem secundae, & ita in infinitum: Tamen inde non euitaretur argumentum, nisi dicatur Deum indidisse actui tot modificationes quot potest, & omnes earum formales replicationes, quod tamen impossibile est, quia postquam omnia praedicta fuissent posita in rerum natura adhuc essent cognoscibilia vi eiusdem primariae visionis: Essent enim effectus Dei, non essent autem cognoscibilia nisi interuentu nouae modificationis, vt in simili paulò ante argumentabamur. Malè ergo suppositum fuisset omnes modificationes formales praecessisse. Itaque, quamuis fortassis in quibusdam effectibus non repugnaret omnē eorum collectionem formalem cum omnibus eorum reproductionibus simul poni, tamen in his effectibus planè repugnat alicubi sistere. Nam vt dicebam, collectio illa tota in qua sisteretur terminus, esset ipsa quoque intelligibilis, non nisi per nouam extensionem.

116 Iam quod attinet ad alterum caput quod ad rationem notitiae comprehensiuae supra exegimus, vt scilicet adaequet rei cognoscibilitatem percipiendo eam, quantum perceptibilis est, seu sub ea omni perfectione, sub qua est capax attingi, manifestum est id non deesse notitiae, qua Deus

conspicisse ipsum. Nam quamuis cognoscibilitas infinita sit, quippe affectans infinitatem Dei essentialem & independentiam, tamen intellectus quoque Dei infinitus est essentialiter, nec exceditur ab obiecti infinitate.

Ob contrariam tamen causam, intellectus quiuis creatus, ac nominatim humanus, quicquid Aëtius & infausta eius proles Eunomius olim delirauerint, Diuinæ essentiæ incommensurabilis est, vt optime tradit Cyrill. 11. Thesauri *circa finem*, verbis illis, *cognitionem creaturarum rationalium naturæ suæ commensuratam videmus. Minor enim in Angelis est, quam in Archangelis; multo maior in superioribus ordinibus: Quare cognitio quoque humanæ naturæ suæ commensurabitur, & sicut rationalium creaturarum vltima homo est, ita & cognitio sua infima erit. Quomodo igitur cognitioni Diuinæ in cognoscendo ipso Deo, æqualis erit humanum cognitio, cum neque Angelicum intellectum homines assequantur?* Quæ autem sit commensuratio illa quam inter solius Dei intellectum & intelligibilitatem agnoscit Cyrillus, non item inter intellectum nostrum, vel etiã quemcumque creatum, & Diuinam cognoscibilitatem, optimè attigit Scotus in 3. dist. 14. q. 2. *litera F*, dicens, tunc tantum commensurationem illam & adæquationem intellectus & obiecti intercedere, cum tanta est intellectualitas quãta est intelligibilitas, & ita euenire in Deo ad suum intellectum comparato, non tamen si conferatur cum creatura, quia intelligibilitas Diuina in infinitum semper excedet quamcumque creatam intellectualitatem: atque ita quamuis hæc pertingeret ad perceptionem cuiuscumque visibilis ex parte Dei, (id est cuiuscumque in Deo formaliter aut eminenter contenti) deesset commensuratio prædicta, quia vt in argumento ad quod Scotus respondet, conclusum fuerat, Deus non videretur secundùm totam rationem visibilitatis suæ, id est non videretur, quantum visibilis est, atque ita abesset æqualitas cognitionis ac obiecti, quia eodem modo exponere fortassis possumus, latissime, sed in speciem minus commodè, de hoc certa re disputantem Fulgentium ad quæstionem tertiam Ferrandi.

117 Imò verò quantumuis perfectio visionis creatæ Deum conspicientis cresceret, cuiusque principia perfici supponerentur intra latitudinem entis creati, numquam tamen adæquatio & commensuratio prædicta obtineretur, quia infinitas Diuina essentialis longè semper superexcederet perfectionem creatam, quantumuis magnam, vel etiam infinitam, quippe quam cum infinitis aliis ad eam factibilibus accessionibus contineret eminenter. Sicut ergo Sol quò magis quis versus ipsum progrederetur, eò semper grandior & lucidior videretur, non quod hinc quoque etiam ab oculo imperfecto non videatur totus, sed quod eadem solaris perfectio & quantitas, tum molis, tum lucis, melius se proderet; sicut etiam euenit magis accedenti ad videndum album vt octo: Ita quò magis quis ad Deum perfectiore notitia accedet, eò semper illi Deus grandior & perfectior apparebit. Nec quod tandem in illis obiectis sensibilibus euenit, propter finitam eorum perfectionem, & cognoscibilitatem, ad finem vnquam Diuinæ cognoscibilitatis pertinget, Deumve cognoscet eam perfecto modo quàm ipse est cognoscibilis, non tantùm si agatur de perfectione se tenente purè ex parte potentiæ seu actus, quam perfectionem ostendimus non esse in hoc negotio

gatio certandam, sed etiam si agatur de perfectione se tenente ex parte obiecti, quatenus ipsum quamuis per anteriorem cognitionem imperfectiorem videatur totum, tamen aptum est semper fundare notitiam illustriorem, qua grandius appareat, & magis detegatur eius perfectio. At in obiecto creato quocunque, quia eius cognoscibilitas affectatur perfectionem, haec autem limitata est, tandem intelligibilitas potest exhauriri, ita vt vel non possit vltra ab hoc obiecto fundari notitia clarior, vel quamuis claritas formalis maior actui adueniat, non tamen propterea eadem perfectio cernatur velut exporrigi & dilatari in se ipsa, sed prout obiecta menti eosdem semper perfectionis terminos retineat, cum primum determinatum fuerit ad certam perfectionem actus, obiectiuae intelligibilitati adaequatam. Sicut enim obiectum quadripalmare à lusciosо & perspicaci è propinquo loco conspicitur, ab vtroque cum eadem extensione videtur, ita vt maior claritas notitiae, quam perspicax habet, non pertineat ad exhibendum perspicaci obiectum illud grandius, quàm lusciosо, sed se habeat omnino materialiter ad exhibitionem extensionis praedicti obiecti, tenentque se purè ex parte actus, ac semper quantumuis aucta in eandem obiecti fundamentalem visibilitatem tendat. Idem ergo proportione seruata dicendum est de intellectu & intelligibilitate. Declarauit hoc ipso exemplo, incomprehensionem Dei per beatos cum clarè contuentes, S. Ansel. vt constat ex lib. de similit. cap. 16. quem quidam Anselmi discipulus ex variis eius dictis compegit, fortassis Eadmerus, cùm pleraque ex illis similitudinibus, iisdem verbis in Anselmi vita ab Edinero conscripta, & in eo similitudinum libro legantur.

118 Quòd si instes cùm obiectum simplex est, cuiusmodi cumulat ista Deum, nisi admittatur illud videri totum, non modò materialiter & entitatiuè, sed etiam formaliter, vt loquitur Ferrar. 3. contra gentes cap. 55. *in fine*, seu nisi concedatur videri cum omni illa quasi spirituali quantitate & vt quosdam loqui supra diximus, cum omni illa virtuali extensione quam habet, fore deceptionem in intellectu vidente: Negandum erit id sequi. Sicut non sequitur, oculum cùm bene Solem intuetur, decipi, non videndo illum sub omni illa perfectione sub qua ipse Sol est visibilis: quia oculus nihil affirmat, sed simpliciter videt imperfectè totum quod est in Sole, nec videt illum aliter quàm sit, alietate se tenente ex parte obiecti. Sed alietate tantùm se tenente ex parte modi percipiendi, quod non sufficit ad falsitatem, vt bene monet Scotus super *litera D.* patetque ex mentali abstractione, in qua non est mendacium ex 2. phys. text. 18. quamuis ibi cernatur similis difformitas ex parte solius actus & modi tendendi, non ex parte obiecti modiue alicuius in eo existentis. Quae valdè notanda sunt, quia difficultates si quae contra hoc caput Diuinae comprehensionis opponi possunt, ex eo duntaxat ortum habent, quòd imperfectio modi tendendi & intellectionis affingatur obiecto, & è contra intellectio habens perfectiorem modum tendendi, credatur tendere ad peculiarem rationem obiectiuam, vel ad modum obiecto inexistentem, ad quem non tendat intellectio imperfectior. Cùm tamen non ita sit, sed totus hic modus sit in vidente, per comparationem ad rem visam, vt art. 1. ex D.

Thomæ diximus, & patet ex sæpè adducto exemplo quanti corporalis, in quo extensio est re ipsa in obiecto, & tanta; eadem tamen extensio visa vt tanta, non est aliquid in obiecto, sed est modus tendendi actus in obiectum, non diminutè sed adæquatè, seu quantum illud obiectum est visibile, quamuis idemmet obiectum possit tantum videri minus perfectè, nec exhiberi ita magnum.

Concludo verbis Basilij qui cum innumera pro Dei à se solo incomprehensibilitate disputat, impugnans Eunomium, tum perstringentes multa paucis est complexus hom. 10. Hexaem. *Nũc Deum notitiis ad corpus pertinentibus ne consideres, neque eum tuis sensibus describere. Comprehendi non potest magnitudine, magnum eum intellige, ita tamen, vt magis plus addas quàm quod animo comprehenderis, & maiori amplitudine, rationem tua persuade, eam non posse ad ea quæ infinita sunt peruenire.* Eadem omnino habet Plotinus Enneade 6. lib. 9. cap. 6.

QVÆSTIO III.

De transcendentali Dei bonitate.

PRÆFABOR cum Augustino *Singularitatem Diuinæ bonitatis, & proteruè breuiter mihi, & commendare congruè non sufficio. Metuo ne si hanc inde transfero, ego ingratitudinis arguar, & timeo ne cùm hoc explicandum suscepero, sub tanta laudis Dominicæ sarcina deficiam. Sic tamen accipiat me, & laudantem ac non sufficientem, vt etiamsi non impleuerit illius laudis explicationem, acceptetur laudatoris deuotio. Approbet me ipse voluisse, ignoscat non impleuisse. Ineffabili dulcedine teneor, cùm audio, bonus Dominus.* Hactenus ille in Psal. 134. Porrò bonitas transcendentalis iuxta varias sententias in prima Philosophia expensas, absoluta est aut respectiua, aut vtramque potius complectens. Prior idem est quod ipsa essentiæ perfectio, finita vel infinita, quatenus secundùm eam res est sibi conueniens & congrua. Posterior respicit alios quibus res aliquo tandem modo congruere, vel opportuna esse potest. Ex S. Augustino vtramque hanc bonitatem colligit Scotus quodlib. 18. *litera* C. Agnouit etiam & tradidit vtramque Aristoteles 5. metaph. cap. 16. *sub* nomine perfectionis & Algazel lib. 1. Philosophiæ tract. 1. *sub finem.* Non est autem laborandum, vt probetur vtramque Deo competere. Nam posterior quidem manifestissima est. *Hanc enim Dei bonitatem, totus testis est mundus, quem non condidisset, nisi bonus fuisset*, vt rectè dixit Nouat. cap. 4. de Trinit. & institutum iam pridem [illegible]et, iuxta illud Ambrosij serm. 9. in Psal. 118. *Deus nisi bonus esset, super terram stare quis posset?* Prior verò cùm consistat in eo, quòd res sit sicut esse debet, iuxta illud Augustini 3. de lib. arbit. cap. 13. *quidquid est sicut esse debet, bonum est*, seu in consummatione perfectionis essentialis, ita vt nihil ei desit, non potest non esse in Deo, vt rectè probant Phœbadij verba lib. contra Arrianos *sub finem: Non modo Deus qui in sua æternitate perfectus est, sed ne creatura quidem vlla secundùm suum genus nō consummata constabit. Non potest enim quid esse, quod non sit. Non erit autem, si illi defuerit quod esse debebit.* Hæc ille, & eadem habet Hilarius 5. de Trinit. *circa medium.* Quòd si interdum aliqui, negant Deum esse perfectum, aliter vocem illam vsurpant, quàm nos nunc eam sumamus. Nempe perfectum vsurpant pro completè facto,

factio, & consequenter recte negant Deum esse perfectum, vt patet ex S. Isidoro 1. de summo bono, cap. 2. numero 1. quaeque S. Thomas in cap. 1. de Diuinis nominibus, lect. 1. Quare supposita in Deo existentia vtriusque bonitatis, in earum declaratione immoremur.

ARTICVLVS I.

De bonitate absoluta, seu perfectione Dei.

ASSERTIO.

Dei essentia perfectiones quascumque continet optimo modo, nempe simpliciter simplices formaliter, caeteras eminenter: Quare absolutè optima est, & sine imperfectione, defectuve vllo perfectissima.

120 PRIMÒ, distinguenda est multiplex perfectio. Aliqua siquidem ita est perfectio, vt nullam secum inuehat imperfectionem, neque à subiecto suo perfectionem vllam excludat. Hanc S. Anselmus cap. 14. Monol. & cap. 5. ac 11. Proslog. dicit esse eam, quae talis est, vt ipsa omnino melius sit, quàm non ipsa; seu quam simpliciter, & omni melius est inesse, quàm non inesse. Quod declarat exemplo sapientiae. Melius est enim esse sapientem, quàm non esse. *Quamuis enim* (inquit cap. illo 14.) *iustus non sapiens melior videatur, quàm non iustus sapiens, non tamen melius simpliciter est non sapiens, quàm sapiens. omne enim non sapiens simpliciter, in quantum non sapiens, est minus quàm sapiens; quia omne non sapiens melius esset, si esset sapiens. Similiter omnino melius est viuum, quàm non ipsum, & viuit, quàm non viuit.* Haec ibi, quae Caietanus in caput 1. de ente, & essentia, *statim post quaestionem tertiam*, ita glossanda monet, vt voces illae (*omnino, vel omni*) quas adhibuit S. Anselmus, cadant in res quascumque; duntaxat quatenus sunt entia, vel quod eodem sensu, (tametsi aliis verbis ait Scotus in 1. dist. 8. quaest. 1. *litera I.*) quatenus sunt supposita, non considerando in qua natura subsistant. Considerando enim aliquid, in quantum subsistit in aliqua natura, seu quatenus est tale ens, potest aliqua perfectio non simpliciter, melior ipsi esse, quàm incompossibilis, etiamsi sit perfectio simpliciter. Itaque ridere, latrare, & huiusmodi alia non sunt perfectiones simpliciter; quia etiamsi indiuiduis huius, aut illius naturae, nempe humanae, & caninae, meliora sunt haec attributa, quàm non ipsa, id est, quàm ea, quae sunt cum illis incompossibilia, tametsi altiora: tamen indiuiduis iisdem, quatenus praecisè entia sunt, melius esset altiora illa attributa obtinere.

Expono illud *non ipsa* per incompossibilitatem, quia vt bene obseruant iidem Auctores, ac Rubion. in 1. dist. 35. quaest. 1. art. 1. conclus. 1. & Bonetus 5. Theolog. cap. 1. si exponeretur per contradictionem, seu si sumeretur contradictoriè, non contrariè, quodlibet positiuum esset perfectio simpliciter. Nam in indiuiduo entis, quodlibet positiuum melius est suo contradictorio formaliter sumpto, seu negatione sua. Itaque illud *non ipsum* ita accipiendum est, vt sensus sit, illam dici perfectionem simpliciter, quae rei vt ens est, melior est, quàm quaelibet incompossibile cum tali perfectione. Ex quo fit, vt ea perfectio dicatur perfectio simpliciter, quia cum nulla aequali, vel maiori perfectione pugnat, & caeteroqui

nullam importat imperfectionem in ratione sua formali, id est, spectata ratione sua differentiali, vt aduertit idem Caietanus eodem libro, quæst. 12. Non enim desinit perfectio aliqua esse perfectio simpliciter, quamuis in suo conceptu generico imperfecta sit. V.g. sapientia in ratione qualitatis, aut habitus, imperfecta, & potentialis est; quia tamen in conceptu suo differentiali nihil tale importat, non desinit esse perfectio simpliciter, seu, vt passim loquimur, *simpliciter simplex*. Denique monet Capreolus 1. dist. 8. q. 1. 4. ad 4. *Scoti contra primam*, nomen perfectionis simpliciter interdum sumi pro perfectione illimitata, cui nulla imperfectio adsit, & nulla perfectio desit; & huiusmodi perfectionem simpliciter, vnicam esse, nempe Deum. Aliàs verò idem nomen sumi pro actu, qui nullam includit imperfectionem, estque melior omni actu, qui habet rationem oppositam, licèt non includat omnem perfectionem secundùm suam rationem: & hoc modo, etiam in creaturis esse possunt perfectiones simpliciter, eo sensu, quem mox dicam. Passim hoc posteriore modo vsurpatur perfectio simpliciter simplex; vel, vt idem loquitur ibid. ad 3. *ex pluribus locis perfectio contra Scoticos*, ratio, seu conceptus obiectiuus purè perfectionalis. Nec plura de primo perfectionum genere.

121 At est aliud quoddam genus perfectionis, cui annexa est imperfectio, vel repugnantia cum perfectione aliqua æquali. Caietanus quæst. illa 12. vocat *perfectionem in hoc, vel illo*. Passim vocatur *perfectio secundùm quid, vel in genere certo*. Constat autem omnes perfectiones creatas, si spectentur adæquatè, ad hanc secundam perfectionum classem spectare, quia semper habent admixtam imperfectionem. Et hoc sensu rectè quidem supra Rubionius, perfectiones simpliciter dictas non reperiri extra Deum. Idemque voluit Cassiodorus lib. de anima, cap. 8. verbis illis: *Singulariter immortalis Deus est, singulariter iustus, singulariter potens, singulariter bonus, singulariter sapiens. Quamuis hæc ipsa, vel his similia hominibus, vel Angelis ipsis dicantur, nulla tamen ad eius altitudinem veniunt per ullam comparationem: quia ille ipsas virtutes in summa naturæ illa, plenissimas atque perfectissimas facit, quæ creaturis vniuersis ipsius largitate pro sui modulo concedantur.* Hoc tamen non impedit, quominus perfectiones aliquæ creaturarum secerni possint à potentialitatis fæcibus, & Deo tribui, vt postea patebit.

122 SECVNDO, dixi omnes has perfectiones contineri in Deo, optimo modo. Et quidem optimus modus priores perfectiones habendi est, eas formaliter continere, seu eo modo quo est forma in habente ipsam: nulla siquidem vel imperfectio, vel perfectionis diminutio inde consequitur. Posteriores verò perfectiones tunc habentur optimo modo, cùm habentur eminenter, seu in aliqua perfectione æquiualenter, aut nobiliore virtualiter contentiua illius semiperfectionis. Diuinam igitur perfectionem absolutam dico importare omnes perfectiones tum simpliciter simplices, tum secundum quid dictas: importare tamen eas optimo modo, nempe illas quidem formaliter, (ideò enim formaliter denominamus Deum sapientem, iustum, &c.) has verò eminenter. Vtraque pars certa est.

Nam perfectiones ab omni defectu liberas manifestum est Deo rectè à nobis tribui, secundùm ratio-

nem

nes suas formales ab imperfectione praecisas, atque adeò formaliter, non tantùm ad aliquid deterius ab eo remouendum, vt voluit Rabbi Moses lib. 1. Directoris dubitantium, cap. 57. vel ad exprimendum, quòd Deus sit huiusmodi perfectionum causa, vt significat Trismegist. cap. 2. Pimandri, & discretè censuerunt aliqui latè reiecti à Rubionio in 1. dist. 22. quaest. 1. art. 1. sed intrinsecè, & vt dicebam, formaliter. Nam iuxta Rabbi Mosem, cùm Deus dicitur viuens, sensus esset, quòd non sit inanimus: liceret ergo dicere, quòd Deus sit materia, ad significandum, quòd non sit accidens; item liceret dicere, quòd sit corpus completum, ad significandum, quòd non sit materia. Non me latent, quae pro Rabbi Mose in verum sensum trahendo adducit Dionysius Carthusian. lib. de natura veri Dei, art. 31. 32. & 33. Planus tamen sensus verborum Rabbini illius est is, quem diximus, vt notauit etiam S. Thomas, à quo perceptam non fuisse Rabbini illius sententiam, malè censuit Dionysius. Iuxta illos verò alios posset dici Deum esse accidens, quia est causatiuum accidentium esse coelum, vt rectè argumentatur D. Thomas qu. 7. de potentia, art. 6. *in corpor.* Item diceretur Deus impropriè scire, & amare, sicut Sol impropriè dicitur calidus, quamuis sit causaliter, & eminenter calidus, quia potest causare calorem. Fuerunt qui sententiam hanc tribuerint S. Dionysio, sed calumniam latè depellit Turrianus in dec. 4. Cypariss. ad cap. 5. & decade 10. ad cap. 8. Tantùm siquidem voluit D. Dionysius, perfectiones simpliciter, quas Deo tribuimus, sumi debere imparticipatè, seu non cum illa restrictione, & limitatione, vel etiam imperfectione, quam admixtam habent in creaturis, in quibus quippe notioribus eas perfectiones primùm agnouimus, sed sumi debere *ὑπερόχως*, planè, non participatè, ac vt Deum decet. Nam, vt bene dicitur apud Iustinum in Appendice ad confutationem Aristotelis, *Si nominibus nostris Deus appellatur, quidquid tandem appellatur, minimè nutsit est, vt propriè nomen. Deum consequantur, quae nostra consequuntur nomina.* Id est, oportet praescindere defectus nostris perfectionibus admixtos, vt eas Deo dignè tribuamus. Rectè etiam Plotinus Enneade 3. lib. 7. cap. item 5. *Considera, precor, quanto iam interuallo distat ab origine quod est factum, & tamen quantum adhuc sit admirandum. Neque tamen, si tale quiddam est quod gignitur, etiam quod ante ipsum est, omninò tale putandum est. Nempe omni effectu omnino praestantius est, quod ante causam extat, magisque mirandum, quod aliquid condidit post se ipsum, talisque ipsius vestigia fuere.* Hoc ergo tantùm voluit Dionysius. Quo eodem modo exponendus est Gonzal. lib. 4. primae Philosophiae, *sub finem* asserens haec omnia dici de Deo non secundùm proprietatem, sed secundùm eminentiam. Vel certè dicuntur tribui Deo haec attributa tanquam causae, non quòd causaliter tantùm de eo dicantur, sed quòd ex illa de eo formaliter affirmaremus, habuimus ex perfectionibus, quas à Deo in creaturis productas vidimus; vnde argumentati sumus, Deum formalibus perfectionibus carere non debere. Quae expositio aptiùs cadit in quaedam obscurulè dicta à Damasceno 1. Fidei, cap. 15. aliàs 16.

123 Quoad perfectiones autem secundùm quid, ratio dicti nostri est manifesta ex notione talium perfectionum suprà addicta: inde enim constat praeferre huiusmodi per-

perfectiones

fectiones habere eminenter, quam formaliter. Et sani Deus, si imperfectas illas formas haberet formaliter, imperfectus esset; *imperfectum autem non potest esse, quod perficit omnia*, vt rectè dixit Tertullianus cap. 11. Apologetici. Porrò eminentialis illa continentia sufficit, vt perfectio illa citra imperfectionem inseparabiliter delitescens, non minùs habeat alicubi necessitatem essendi, & esse à se, (quod necessarium esse ad hoc, vt perfectio illa sit possibilis, supra vidimus) quàm si esset perfectio simpliciter.

Tertiò, hinc intelligitur quanta sit absoluta Dei bonitas, seu perfectio, *quippe et in seipsa*, inquit S. Dionysius cap. 13. Diuinorum nominum, *habentis eminenter omnia, atque exuberantis secundum vnam indiscretam, plenissimamque, & vniuersam communicabilem largitatem*. Patet etiam inde dixisse Alcinoum cap. 9. *Deus est æternalis, seipso perfectus, id est, semper perfectus vniuersalis, omni ex parte perfectus*.

124 Vocat Deum seipso perfectum, quia, vt dixit Euriphamus Pythagoricus in libro de vita, (*refertur in fragmentis Pythagoræorum*) & latè per scopitur Philoponus ad 4. Procli, cap. 11. & Algazel apud Galat. lib. 2. cap. 17. *Cum natura bonus sit Deus, per se perfectus est*, id est, non aliunde emendicat perfectionem, & bonitatem suam, sicut faciunt bona inferiora, & particularia. Quò respexit etiam Auctor libri de causis, dicens *solam Diuinam bonitatem esse puram*: ita enim eum interpretatur D. Thomas quæst. 27. de veritate, art. 5. Quo item referente in prologo ad sanctum Dionysium, de Diuinis nominibus, Platonici eodem sensu nominabant Deum *ipsum Bonum*, vel *per se Bonum*, vel *principale Bonum*, vel *Superbonum*, vel *Bonitatem omnium bonorum*, nempe causaliter, non formaliter, vt idem D. Thomas exponit 1. 2. quæst. 23. art. 1. ad 1. quatenus creaturæ ab eo bono, quod est essentialiter bonum, habent suum qualecumque bonum. Hanc fuisse Platonis mentem constat ex præfata disputatione Eustratij 1. Ethic. cap. 6. Platonem contra Aristotelem defendentis: admittebat enim Plato vniuersale aliquod bonum, eo nomine Deum intelligens; eam autem boni vniuersalitatem aliter intellexit, ac reiecit Aristoteles, à cuius impugnationibus Platonem tuetur Eustratius, ex cuius proinde disputatione, pauca hic attexere non erit inutile. *Plato notum, & arcanum, & bonum commune, omnium quæ sunt, causam esse dixit. Siquidem omnia quæ sunt, bonum collineant, id omnium quidem causam, nihil tamen quicquam ex omnibus esse affirmans. Vnde efficiebatur, vt id supra eos, & non ens appellaretur, non quod in quod est, esse infirmo; sed quia omne quod est superexcedebat. Omnia igitur secunda bona referri ad illud, tamquam commune bonum quod omnibus participaretur existimabat. Quippe cùm vnumquodque bonum quod post illud est, aliud quoddam sit bonum ex illius participatione: quatenus scilicet illius esse particeps vnumquodque potest. At illud superexpanditur, nihilque aliud est quàm bonum. Atque ideireò & etiam propriè & primò propterea dicitur, quia per se solum atque cum nullo alio consideratur. Quid igitur absurdi sequetur si id quod principue causa omnium est, omnibusque vtilibus quæ in decem denominationibus dicuntur, vt sint eorum omnium commune quoddam, vtpote causa, atque vniuersale bonum appellabatur? Quippe quod ante omnia hæc mihi à bono existat, efficitque vt ea omnia & sint, & bona sint, quæcumque eius participatione, reductioneque ad id, bona dicuntur. Quin etiam Aristoteles ipse causis bonum appel-*

eo laudat qui ipsum bonum illud esse asseruerunt, quod omnia expetunt. *Qui enim inquit bene id eos asserere, manifeste declarat se quoque primum omnium maximeque vniuersale bonum quoddam fateri. Id quod ex eo facile cognosci potest, quod inquit, ipsum bonum, esse quod omnia expetunt: nam & maxime locutionis figura, hoc est cum dicimus ipsum bonum id est τἀγαθὸν cum articulo demonstratiuo, à Platone aliisque sectatoribus poni consueuit, cum de primo & vniuersali bono est intelligendum. Et cum inquit, quod omnia expetunt, nihil aliud significat quam longe primum omnium, maximeque vniuersale. Si enim illud omnia expetunt, supra omnia id sit necesse est. Omnia vero cum dicimus, nihil ex iis quae sunt, quoquo modo fuerint, relinquimus, quod intelligi extra possit. Si omnia igitur illud expetunt, supra omnia necessario est & primum & causa & vniuersale omnium maxime, non solum post hoc multa, neque secundum ab hoc multis: (qui enim fieri possit, vt prima secundum appetere dicerentur?) sed procul dubio omnia id quod longe primum, quodque est supra omnia, expetunt. Quapropter superuacanea haec videntur esse hac Aristotelis impugnatio aduersus eos qui vniuersale bonum statuunt, et modo quo ipsi statuunt.* Hactenus Eustratius de Platonis mente in hoc negotio: ex quibus apparet vniuersalitatem illam & communitatem Diuinae bonitati à Platone tributam, tantum designare, quod Deus sit sibi ipsi bonus ac perfectus caetera vero omnia non nisi per illum. Eodem consilio S. Dionys. cap. 4. Diuinorum nominum, vocat Deum bonitatem substantialem ex qua caeterorum accidentaria bonitas promanat. Spectantque eodem verba illa Cyrilli 4. contra Iulian. ad l. 1. *qui vero & natura Deus est, et quaedam est sanctissima intellectio & perfectissima, & ad omnia sua nullius indigens, fons omnis boni.* Eodem denique sensu dicitur, Deum solum esse bonum per essentiam, vt luculenter tractant Aug. epist. 54. & 8. Trinit. cap. 5. Boëtius in fine opusculi, *an omne quod est bonum sit*, seu, (vt vulgo allegamus) de hebdomadibus.

125 Vocabat praeterea Alcinous, Deum *semper perfectum*, ob essentialem immutabilitatem, quod ex independentia nunc tractata nectitur, vt docet Aug. epist. 54. verbis illis. *Deus ergo singulariter bonus est, & hoc amittere non potest. Nullius enim boni participatione bonus est, quem summum bonum qui bonum est, ipse sibi est. Homo autem cum bonus est, ab illo bonus est, quod a se ipso esse non potest. Nam enim spiritu boni fiunt, cuius capax creata est nostra natura per propriam voluntatem. Pertinet ergo ad nos, vt boni simus, accipere & habere quod dat, qui de suo bonus est.* Addebat Alcinous Deum esse omni ex parte perfectum, quia vt recte dixit Eucherius hom. 1. de symbolo. *Deus quem constat esse perfectum, nihil ex se recipit semper plenum.* Pulchre Ambros. l. 1. de fide cap. 2. *non potest bonus non esse, qui Deus est, cum in natura Dei plenitudo bonitatis sit:* Optime item Plotinus Ennea. 6. lib. 7. cap. 25. *si illud a quo sunt omnia, nihil sit melius esse patitur, omnia vero bona sunt omnia, sequitur ipsum omnium optimum, bonum ipsum existere. Quin etiam si oportet ipsam boni naturam per se sibi sufficientissimam esse, neque indigam alicuius quam perfectissimum alium ipsum quis esse reperiat, praeter hanc quae ante alia est, hoc ipsum quod existit, quando nondum est malum? Quisnam igitur expetendum posset, quale quantumve bonum sit quod bonum fons est, atque principium?* Haec ille.

126 Eandem Diuinae perfectionis vndecunque consummatam absolutionem, expresserunt antiqui, vocantes absolute Deum nomine boni. De qua appellatione ita Trismeg. in Pi-

mandro cap. 2. *Nullus tam bonus esse potest, quam Deus vnicus. Is enim ipsum bonum est, nec aliud quidquam præter bonum. Reliqua omnia ab ipsa boni natura secreta sunt. Corpus quidem & animal locum habent nullum, qui bonum capiant. Tam ampla enim est bonitas quàm existentia rerum omnium tum corporalium, tum sensibilium & intelligibilium: Id bonum est, id est Deus. Caue itaque ne quando dixeris aliud quicquam bonum: profanus enim hic foret error. Neque etiam dixeris Deum aliud quidquam præter solum bonum, in eandem quippe impietatem incideris. Sermone igitur ab omnibus bonum pronuntiatur, quid tamen sit ab omnibus non intelligitur. Idcirco Deus non cognoscitur ab omnibus. Verùm propter ignorantiam tum Deos, tum etiam nonnullos homines bonos nominant, nunquam tamen esse boni possunt nec etiam fieri. Reliqui igitur Dij cuncti immortales honorati nomine Dei. Deus autem bonum non secundum honorationem, sed ipsa sui natura. Vna enim Dei natura est, ipsum scilicet bonum. Vnum quidem est in vtrisque nominibus, vnde cuncta genera prodeunt. Bonus enim porrigit vniuersa, nec accipit quicquam. Deus exhibet omnia, capit nihil; igitur Deus bonum ac bonum Deus.* Et cap. 4. *Deus insuperabile bonum, & nihil eius naturæ superest præter bonum, cùm longè ab ea excludatur quodvis malum. In alijs autem nullis est bonum nisi definitum & commixtum malo; hic autem purum & nudum eligit bonum, quia vbi dixi, nullo modo est.* Vnde tamen denuò concludit in solo Deo bonum esse. Bonum, inquit, simpliciter dictum & exuberantissimum, & plenum, ac mali prorsus expers. Denique cap. 9. & 10. Pimandri & aliàs frequentissimè, Deum eodem boni absolutè dicti nomine insignit annuente Platone, vt ex Porphyrio refert S. Cyrillus. 1. in Iulianum *sub finem.* Quòd enim ea appellatione non restricta importetur summa bonitas, luculenter omnino declarat S. Aug. in Psal. 134. ad versum 3. & lib. 8. Trinit. cap. 3. ex quo posteriore locu pauca apponam. *Non amas* (inquit) *nisi bonum, quia bona est terra altitudine montium & planitie camporum, & bonum prædium amœnum ac fertile, & bona domus paribus membris disposita, & ampla, & lucida, & bona animalia, animata corpora, & bonus aër, modestus & salubris, & bonus cibus suauis, atque aptus valetudini, & bona valetudo sine doloribus & lassitudine, & bona facies hominis dimensa pariliter, & affecta hilariter, & luculenter colorata, & bonus animus amici, consensionis dulcedine, & amoris fide, & bonus vir iustus, & bonæ diuitiæ, quia facilè expediunt, & bonum cælum cum Sole & Luna & stellis suis, & boni Angeli sancta obedientia, & bona locutio suauiter docens & congruenter mouens audientem, & bonum carmen canorum, numeris & sententiis graue. Quid plura & plura? Bonum hoc, & bonum illud, tolle hoc & illud, & vide ipsum bonum si potes, ita Deum videbis, non alio bono bonum, sed bonum omnis boni.* Et paulò pòst. *Deus non est hoc, & illud bonum, sed ipsum bonum, quærendum enim bonum animæ non cui supervolitet iudicando, sed cui hæreat amando; Et quid hoc nisi Deus? Non bonus animus, aut bonus Angelus, aut bonum cælum, sed bonum bonum; sic enim fortè melius aduertitur quid velim dicere.* Hæc ille, approbante Anselmo, qui meritò inde infert cap. 25. proslogij: *Cur ergo per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ & corporis tui, ama vnum bonum in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desidera simplex bonum quod est omne bonum, & satis est.*

Sed vt in præmissa ex Augustino doctrina tantisper hæream, aliudque perutile corollarium ex ea eruam, est sanè ea Dei appellatio quā Augustinus

tradit,

tradit, appositissima ad efformandam congruam notionem illius simplicissimæ & indiuisibilissimæ perfectionis, quam vnâ concipit qui Deū concipit sicut reuera est in se, *nō cum absiliente in suam pluralitatem intellectu propter speculum & ænigma, per quod solum videre hic datur*, vt pulcherrimè ratiocinatur S. Bern. 5. de consid. circa fin. *sed adunante se magis, ac colligente conformantique vnitati illius, vel potius vnitati illi, vt vita vni faciei respondeat facies.* Ita enim postulat vnitissima illa ac etiam per mentis aciem insectilis perfectio Dei, vt constat ex dictis supra de Diuinæ essentiæ & attributorum impræcisibilitate in rationes obiectiuas simpliciter plures. Tamē quia nos hic illam vnicam Dei perfectionem non concipimus sicuti ipsa est in se, eiúsque notitiam mendicamus ex operibus quorum nullum adæquatè ac perfectè Deum exhibet, cogimur illam omnino atomam ac simplicissimam rationem obiectiuam distrahere in plures inadæquatas, ex quarum toto complexu, illa respectu nostri quasi integretur, donec illucescat dies, in qua vt pulcherrimè tradit B. Tho. q. 7. de poten. art. 6. erit nomen Domini vnum, & vnum in quibuslibet Dei verbum, sicut substantiale illud verbum quod est terminus perfectissimæ Dei de se ipso conceptionis, non est nisi vnum. Itaque commodius & huic statui opportunius ad perfectionem Dei in nostris mentibus delineandam videtur, pro explicita illa pluralitate quam in simplicissima & obiectiuè prorsus vnica Dei perfectione, imperfectus noster concipiendi modus inuehit, cogitare in Deo multiplicem perfectionem per correspondentiam ad varias creaturarum perfectiones, vel etiam per remotionem imperfectionum quas in eis deprehendimus, iuxta dicta suprà cum de naturali cognoscibilitate Dei. Subiicio processus illius in efformanda Diuinæ perfectionis notioni seruandi, velut paradigma ex Cassiodoro lib. de Amicitia, capite, qualiter cogitandus sit Deus charitas. *Cogitandus est Deus,* inquit, *quædam vita æterna, vita viuens in se, & omnia viuificans, immutabilis & omnia mutabilia immutabiliter faciens, omnia intelligens omniumque intelligentium creans; sapiens & ipsa sapientia; veritas fixa, iustitia indeclinabilis, fortitudo irretardabilis, summa bonitas, Diuinitas, æternitas, magnitudo immensitas, summa essentia quæ est esse, summa & æterna substantia, non subiecta prædicamentis vocum aut cogitabilium sed omnium rerum causale essentiale, & superessentiale principium. Cogitandus est Deus simplex, purus, integer & perfectus, nihil habens quod in nouum transeat, nihil trahens à tempore vel à loco, sic in omni loco, quod nec includatur à loco. Cogitandus est Deus sine forma visibili, sine specie corporali, sine compositione partium, sine distinctione membrorum, in quo omnia non vt in loco sed vt in virtute; sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine situ præsidens, sine habitu continens omnia & disponens. Disponit enim vt sapientia, operatur vt virtus, amat vt charitas, irradiat vt lux, miseretur vt pietas, scit vt veritas, iudicat vt æquitas, præsidet vt maiestas. Non comprehendis eius altitudinem, nisi calescas apud te contemplatione ipsius.* Rectè omnino perceptam ab eo negat Diuinam perfectionem qui se prorsus tanquam nihilum, præ Deo non habeat. *Quippe in quo,* (vt repetitis ex parte iisdem verbis disputat post aliquot paginas) *omnia inæstimabiliter excellentiora sunt his quæ nostra sunt.* Quare omnino ad veritatem ibidem ait. *Attende celsitudinem cæli & magnitudinem firmamenti, & meditare in locis palustribus lutum. Talis est, & adhuc inæstimabiliter dispar, comparatio tui ad eum, sicut luti ad cælum.*

Quæ enim collatio tui ad ineffabilem, ad incomprehensibilem, ad incomparabilem dixi apertè sentent, et apertè etiam habetur ex eodem in Psal. 145.

ARTICVLVS II.

De essentiali infinitate, & magnitudine Dei.

127 SEd vt immensus Diuinæ perfectionis cumulus, nostraque præ Deo exilitas magis appareat, ac etiam quia magnitudo non potest à bonitate separari, vt pulchrè philosophatur Seneca lib. 1. *de ira ac fine*, declaremus Diuinam bonitatem absolutam, seu perfectionem, modulo ac mensura carere. Quod fiet si spiritualem Dei magnitudinem, seu infinitatem Diuinæ perfectioni substratam, expendamus. Substratam dico, quia cùm asseritur in Diuina perfectione absoluta hactenus exposita, consistere essentialem Dei infinitatem, id intelligo seposita negatione defectus omnium quæ ei consentanea sunt. Quicquid enim sit negatio illa, eam importat perfectio, non infinitas vt ex prima Philosophia constat. Visus porrò est S. Chrysostomus in Psal. 8. *in fine*, hæc attributa *magni & infiniti* Deo denegare, sed intelligendus est de eis prout sunt in vsu nostro, ac etiam vt non planè perspectis per nos, quod declarant hæc eius verba. *Quæcumque de Deo dixeris, ea longè subjecta illi inferius & ad dimensionem captûmque auditorum se accommodant. Quid enim qui dicit, magnus Deus? Atqui hoc est paruum, si de Deo dicatur. Magnum enim quacumque si magnum, est finitum,* (nempe in vsu nostro,) *sed Deus est infinitus: Et hoc enim paruum est si de Deo dicatur, quod enim finem consecutus sit, sed qui sit, aut vbi sit nescio.* Hæc ibi quæ sensum quem

ASSERTIO.

Tanta est absoluta Dei bonitas siue perfectio, vt annuentibus quoque Philosophis, ac nominatim Aristotele, essentialiter infinitus sit, & quod idem est, infinitè magnus, seu immaterialiter maximus.

PRIMÒ, admitto in Deo infinitatem essentialem. Infinitatem autem hîc sumimus, non prout est *modus quantitatis perfectionalis*, vt loquitur Caiet. 1. parte q. 50. art. 3. obseruans eam sic se habere ad attributa: Sumimus ergo infinitatem comparatè ad essentiam, quo ratione si attendamus substratam illius negationis defectus, inclusæ in bonitate essentiali, seu in Diuina perfectione, habebimus infinitatem de qua agimus, sicut et loquitur idem Caiet. q. 12. de ente & essentia, infinitatem non secundùm propriam aliquam rationem, sed secundùm quòd ens seu simpliciter. Cùm enim intra latitudinem entis, non sit vlla meta perfectionis, quasi alicubi prohibeamur vlteriore progressu, antequam illimitatam & infinitam perfectionem attigerimus: & idcirco in nullo ente dependente sistere cogamur; eò quòd ob determinatam eius perfectionem, & ob esse eius receptum ac dependens, perfectione independentiæ, aliisque destitutum, ad anteriora semper extendi liceat; in Deo autem figendus sit gradus, eò quòd totam perfectionem in latitudine entis conclusam intra essentiam suam habeat formaliter, aut eminenter: vt paulò ante declarabam: propterea iure dicimus Deum carere limitibus & finibus in genere perfectionis essentialis, & non esse

esse aliquid determinatam tantùm perfectionem importans, vt optimè attigit Plotinus Enneade 6. lib. 6. cap. 31. Hoc autem est esse essentialiter infinitum, nam infinitum non potest meliùs declarari, quàm per negationem finis, & termini, quo res quasi concluditur, & vltra quem non porrigitur. Sicut ergo ex carentia finis quoad locum, aut durationem, denominamus Deum infinitè diffusum localiter, & temporaliter, seu immensum, & æternum: ita ex eo, quòd nulli sint in Diuina essentia perfectionis fines, rectè denominamus Deum essentialiter infinitum. Sicut ex opposito non ens absolutè, & simpliciter dictum infinitatem quandam imperfectionis habet, quia nihil omnino est: quam, aliásque complures entis absolutè dicti, seu Dei, & non entis absolutè item dicti, analogias pulcherrimè prosequitur Contarenus 4. primæ Philosophiæ *in fine*.

128 Iam verò demonstratiua probatio Diuinæ infinitatis (contra Ockamum quodlibet. 7. quæst. 11. ad 19. & quodlibet. 3. quæst. 1. contendentem eam non posse demonstrari) videtur commodè posse erui ex purissima actualitate, ob quam Deus complecti de facto debet omnem perfectionem possibilem: quod latè versat Cusanus in dialogo, quem inscripsit *de poss.* Breuiter autem suadetur, quia perfectio quæcunque possibilis debet habere alicubi necessitatem essendi, ne si vbique esset potentialis, ac contingens, posset defectu causæ, quam nihil vetaret non esse, reddi impossibilis. Itaque cùm nullum sit ens absolutè necessarium præter Deum, qui solus est à se, (quæ est sola radix necessitatis, vt habetur ex 3. Theologiæ Ægyptiorum, cap. 3.) manifestum est, Deum omnem omnino perfectionem continere, siue formaliter, si ea sit mera perfectio; siue eminenter, si sit perfectio imperfectioni admixta. Atqui nullus est limes in entis possibilis perfectione maiore semper, & maiore: quantacunque enim data, potest semper sine repugnantia cogitari maior. Ergo Deus, qui eam omnem actu continere debet, est infinitus. Idem argumentum duci potest ex ratione entis ab alio, quod omnino oportet contineri in ente à se, vt expensum est tractando illationem illimitationis ex independentia: ergo Deus est infinitus, & quidem essentialiter, cùm omnia sint illi essentialia. Postremò tamen hanc ratiocinationem alijs verbis sic expressit Boetius 3. de consol. prosa 10. *Deum rerum omnium Principem bonum esse communis humanorum conceptio probat animorum: nam cùm nihil Deo melius excogitari queat; id, quo melius nihil est bonum esse quis dubitet? Ita verò bonum esse Deum ratio demonstrat, vt perfectum quoque bonum in eo esse conuincat: nam ni tale sit, rerum omnium Princeps esse non poterit; erit enim eo præstantius aliquid, perfectum possidens bonum, quod hoc prius, atque antiquius esse videatur. Omnia namque perfecta minus integris priora esse claruerunt. Quare ne in infinitum ratio prodeat, confitendum est, summum Deum summi, perfectique boni esse plenissimum.*

129 Aliter alij ratiocinantur, sed minùs efficaciter. Aliqui siquidem, vt iam suprà retulimus dist. 6. num. 33. & nominatim Argentin. in 1. dist. 42. quæst. vnica, art. 3. *initio*, ac Pererius 15. Physiolog. cap. 1. argumentantur, ex eo quòd limitatio, quam cernimus in creaturis, inde ortum habeat, quòd causa à qua fiunt, vel nolit, vel nequeat conferre effectui suo maiorem perfectionem. Deficere itaque in Deo

omnium rationem limitationis, cum ipse careat omni causa, & receptibilitate. Sed ut ibidem commentati, facile responderi posset, Deum ex sua ratione esse limitatum; sicut homo non aliunde quàm ex se formaliter est limitatus ad tantam, & non maiorem, vel minorem perfectionis mensuram, ut bene vidit Scotus in 1. dist. 2. quæst. 2. *circa finem corporis, litera C.*

Alij, vt Gregorius in 1. dist. 42. quæst. 3. art. 2. & Vasq. 1. parte, disput. 103. num. 7. argumentantur ex possibilitate motus velocioris, & velocioris in infinitum. Cum enim nullus sit terminus determinatus velocitatis, ultra quem non possit fieri progressio, manifestum esse videtur, virtutem illius velocioris motus causatiuam esse infinitam, & quidem actualem quamuis motus ille supponatur non esse nisi syncategorematicè infinitus in velocitate, iuxta sententiam negantem lationis momentaneæ possibilitatem. Tamen virtus, quæ actu habet id, ex quo motus illi velociores semper, & velociores prodire possunt, non potest esse finita actu: sic enim tandem posset exhauriri post aliquem certum numerum motuum, vt patet consideranti, cùm tamen supponatur sufficere ad motus velociores semper, & velociores absque termino. Debet ergo esse actu infinita intensiuè, seu infinitæ efficacitatis; constat autem essentiam, cuius facultas sit infinita, non posse esse finitam, quamuis aliqui contrà senserint, vt refert Petrus de Tarentasia apud Carthusianum in 1. dist. 43. quæst. 1. Sed vt omittam alia, quæ contra hunc discursum opponit Albertinus coroll. 6. de prædicamento vbi, dubit. 4. illud vnum specialiter nunc sufficiet, quòd grauitas infinita, si produceretur, sufficiens esset ad effectum illum, qui assumitur in argumento: & tamen grauitas infinita non esset essentialiter infinita, nec argueret infinitatem essentiæ, quæ competeret. Itaque ex tali effectu ad summum arguitur esse in Deo virtutem secundum quid infinitam, qualis esset virtus grauitatis prædictæ, vel virtus aliqua superioris ordinis, tametsi limitata essentialiter, & intensiuè.

150. Argumentatur præterea Vasquez supra, & ante eum Durandus in 1. dist. 43. quæst. 1. num. 14. ex eo quòd potentia Dei possit simul, & semel infinita indiuidua producere, quod præstare non posset, si finita esset: sic enim tam quoad species diuersas, tam quoad numerum (vt idem Vasquez vrget disp. 111. num. 65.) terminum haberet, ultra quem non posset plura simul producere. Ex infinitate autem potentiæ habetur infinitas essentiæ. Sed contra hoc argumentantur aliqui in primis, quia incertum est, an infinitum actu sit possibile, deinde quia si infinitæ ligni, alteriúsve combustibilis partes æquales per penetrationem redactæ ad modicam extensionem, immitterentur in ignem, omnes ignescerent simul & semel, ob æqualem applicationem ad ignem; nec tamen propterea ignis ille esset actiuior, aut fortior, quàm nunc sit. Ita Rubionius eadem dist. quæst. 1. conclus. 4. & Gregor. in simili 2. sent. dist. 11. quæst. vnica, art. 1. *ad 3. contra primam*, & Almainus in 3. dist. 14. quæst. vnica, *in dubio de cognitione infiniti*, allegans etiam Ochamum. Nihilominus hæc argumentatio non improbabiliter astruit Diuinam infinitatem essentialem; nam & probabile est multitudinem infinitam esse simul producibilem, & multitudinem ignium simul producibilium in casu

propo

proposito fore determinatam ex finitate virtutis actiuæ, tametsi determinatio indiuiduorum materiæ, in quæ ignis ille ageret potiùs, quàm in alia familia, & quæ applicata, foret à Deo. Verùm quia principia illa, quæ probabilia esse admisi, non sunt omnino certa, & eorum discussio est alterius loci; non possumus hoc loco firmam Diuinæ infinitatis probationem ex illis petere.

Passim Auctores argumentantur ex specierum perfectiorum semper, & perfectiorum producibilitate, quæ supponit in causa infinitam intensiuè vim. Et est quidem ea ratio efficax, nam infinitas species perfectiores semper, & perfectiores esse possibiles infrà ostendemus agentes de Diuina omnipotentia. Reducenda tamen est prædicta ratio ad eam, quam adduximus: nam ex quo constiterit perfectiones possibiles infra Deum esse infinitas, vt earum continentiam Deo adiudicemus, nulla aderit commodior, & efficacior via, quàm si eo quo fecimus processu colligamus effectus illos omnes, cùm alicubi necessitatem essendi, & independentiam habere debeant, nec possint illam habere nisi in Deo, eam vtique in Deo obtinere, quem proinde infinitis illis perfectionibus præditum esse oporteat. Rationem Aristotelis adducam paulò post, cùm de eius mente constiterit.

Est ergo in Deo infinitas essentialis, seu perfectio eius quidditatem consummans, nullis coërcita limitibus, quam Ioannes Cypariss. decade 10. cap. 10. cum aliis quibuscunque, quas excogitare possumus, infinitatibus latè conferens, rectè concludit solam esse simpliciter & absolutè infinitatem; cùm aliæ omnes, si quæ dari possint, sint quoad accidentia, hæc sola quoad essentiam; aliæ aliunde finiantur, quia non sunt infinitates nisi certi generis, & à causa externa pendentes, hæc vltra omnes terminos porrigatur. *Si igitur* (vt verbis eius concludam) *infinitas Dei, supra quam infinita nulla ex aliis infinitatibus similis cernitur, solum igitur est infinitum sum infinitatis effector, qui est tamen solum secundum substantiam bonum, & infinitum qui omnium infinitatem ex nihilo fecit.* Addamus etiam cum Maximo apud eundem Cypariss. decade 8. cap. 3. *Quomodo non denominatur, & dicitur supersubstantialis, contemplans infinitatem illius bonitatis* (absolutæ, seu perfectionis) *pelagus?* Præiuerat Maximo in ea Dei appellatione Clemens Alexandrinus *circa finem Protreptici.* De infinitate singulorum Dei attributorum vt explicitè, & expressè conceptorum agendum erit, cùm de singulis; interim lege Gulielmum Paris. 1. 2. de vniuerso, cap. 43. qui perelegantem ad hoc disputationem suppeditabit.

131 SECVNDÒ, dixi Aristotelem, & Philosophos agnouisse essentialem hanc Dei infinitatem. Quod, quantum attinet ad Aristotelem, *esse apud priores extremè dissimulatum* dixit Iauell. 12. Metaphys. quæst. 10. *in fine.* Primùm verò audienda est probatio, quam Aristoteles adhibet 12. Metaphys. text. 41. & 8. Physic. à text. 78. ibi igitur per occasionem probandæ incorporeitatis, seu immaterialitatis Diuinæ, assumit infinitatem Dei, quam sic probat: *Ad mouendum infinito tempore requiritur infinita virtus: Deus mouet infinito tempore; ergo pollet infinita virtute.* Quæ ratio variè proponitur à D. Thoma in commentariis prædictorum locorum, nec semel alibi; itémque à Caietano tom. 3. opusc. tract. 2. Rubio tract. de primo motore, num. 91. & aliis passim 8. Physic.

vel

vel 12. Metaphys. Et ipsa tamen Philosophi ratio, & quæ ad conciliandum ei suporem à prædictis Auctoribus afferuntur, parum satisfaciunt, vt multis videtur, inter quos Franciscus Picus in Examine vanitatis doctrinæ Gentium, lib. 6. cap. 18. Suar. disput. 30. Metaphys. sect. 2. à num. 4. Albertinus coroll. 6. ex prædicamento vbi, dubio 1. & 4. Videtur enim discursus ex Philosopho allatus sufficienter infringi, vel vnico illo argumento, quòd virtus finita incorruptibilis posset infinito tempore mouere, ex quo aliqui occasionem sumpserunt dicendi Aristotelem non tribuisse Deo nisi infinitatem durationis, quam solam probare videtur prædicta ratio. Ita Ocham. quodlib. 7. quæst. 16. conclus. 2. ac Gregor. in 1. dist. 42. quæst. 3. toto art. 1. minusque Possevinus 12. Bibliothecæ, cap. 5. Sed contrarium meritò asserunt, Palatius in 1. dist. 42. disput. 2. Trigos. 1. parte, quæst. 3. art. 2. dub. 1. conclus. 2. Toletus 8. Physic. quæst. 8. Rumius suprà, num. 92. Scotus quodlib. 2. litera V. Soncinas 12. Metaphys. quæst. 41. diligenterque Caietanus tom. 3. opusc. 11. 2. § *primo via*, asserens aduersarios textum Philosophi peruertere, nec illum immeritò hoc dixisse patet ex eo, quòd Aristoteles probat, primum motorem, si esset vis infinita in magnitudine, seu si esset vis corporea, moturum in non tempore. Quæ illatio, vt rectè præter cæteros vrget Vicomer. 12. Metaphys. text. 41. nullius est momenti, si tantùm agatur de infinitate durationis: nam non ideò virtus mouet velociùs, quòd sit diuturnior.

152 Itaque admisso, quòd verè Philosophus agat de infinitate (vt vocant) vigoris, seu virtutis, consequenter infinitatem essentiæ; Suarez suprà, num. 13. putat Aristotelem ratione prædicta probasse tantùm Deum esse infinitam intensiuè respectu motus localis, quæ est virtus infinita solùm secundùm quid, qualem etiam cæteris quoque Intelligentiis ab Aristotele tribui. Verùm ego ut hoc quidem video; non enim capio, quomodo simpliciter ex motu duratione infinito colligi possit virtus localiter motiua infinita: nam virtus finita incorruptibilis, vt Angelica, posset ita mouere. Ex quo exemplo Durandus in 2. dist. 43. quæst. 1. num. 6. ait *clarum esse quid ratio hæc Aristotelis non valeat*. Scotus quodlibet. 7. existimat infinitam Dei virtutem eatenùs posse ex motu colligi, quatenùs Deus aptus est mouere vi à se habita, & non ab alio. Consentit adducens Ægidium Carthusianum in 1. dist. 43. quæst. 2. *sub finem*. Et quamquam fateor non malè obiicere Caietanum suprà, § *nisi*, & Vasquem 1. parte, disput. 103. num. 2. iuxta eum sensum frustrà assumi pro medio motum infinitum, cùm mouere vi sua æquè arguat infinitam virtutem, si motus tempore finito fiat ac si infinito: tamen si hæc Philosophi expositio displicet, defendenda est eius ratio, & retinenda conclusio, quam Toletus suprà ex variis Philosophi locis, & consensu Interpretum probat fuisse Philosopho indubitatam, licèt addat *conclus.* 2. neminem vnquam interpretum satis potuisse sententiam Aristotelis in illis textibus explicare ita commodè, vt nullum sequeretur inconueniens. Præter loca autem Philosophi suprà citata, luculentum testimonium habetur 5. Metaphys. text. 21. vbi admittitur aliquid, quod sit perfectum in omni genere, quod Commentator ibi admittit esse Deum. Item 12. Metaphys. text. 40. refellitur Leucippus, & Py-

& Pythagorici, qui videbantur repugnare.

133 Porrò ex adducto Commentatoris testimonio, habes eum quoque huic veritati fuisse adstipulatum; quod latè probat Greg. supra. Quamuis autem non multùm referat, quid senserit ille, cuius tam monstrosæ sunt aliis multis in rebus sententiæ, hac in parte censuerit: tamen Caiet. tract. cit. q. *&c. ut ostendit*, latissimè ostendit, si consulantur commentarij in Metaphysicam (quos vocat Auerroes testamentum) manifestam fore rectam eius sententiam in hac parte. Qui verò secus eius verba exponunt, ait *eos consequenter tribuere Auerroi, quæ tamen ipse hum non dederunt*; Agnouerunt eandem Dei infinitatem Auctor libri de causis prop. 22. & Plot. Enneade 6. lib. 9. cap. 6. *Deum, inquit, infinitum nominare debemus, non quasi sit magnitudo quædam, vel multitudo quam non liceat pertransire, sed quia sit potestas, quam comprehendere nequeas. Quantumuis enim excelsum pro viribus cogites illum, adhuc tamen superest excellentior, &c.*

Annuunt quoque prisci Philosophi vt docet S. Tho. 1. contra gentes cap. 43. habeturque etiam ex Aristotele 3. phys. tex. 25. & 40. & ex illis quæ adducit Eugubinus 5. perennis Philosophiæ cap. 8. & 9. Hoc item voluisse Melissum, cùm rerum principium vocauit infinitum, imò & Parmenidem, cùm illud vocauit finitum, contendit Simplicius 1. phys. ad tex. 6. Adscribam ex eo nonnulla, vt mens priscorum illorum valdè alioqui obscura deprehendatur. *Xenophanes, Parmenides, & Melissus cùm de intelligibili & primo principio disserant; Xenophanes quidem & Parmenides dixerunt vnum esse finitum. Nam necesse est, vnum præesse multitudini, ac cuiuslibet rerum terminis vniuersalis causam, magis describi per terminum, quàm per infinitatem describi, atque asserere id esse finitum, quod proprium omnium perfectionem finem habeat. Vnde id omnium magis est finis omnium, licet sit etiam principium. Nam imperfectum cùm egeat adhuc alio, nondum finem accepit: sed Xenophanes ipsum vnum veluti omnium causam ac præ cunctis excelsum consideràsset, ac vnum, quieti & motui oppositionem principium vtriusque ponit, quemadmodum & Plato in prima suppositione Parmenidis fecit. Parmenides namque cùm eadem & similia sensisset, vt Xenophanes considerans alterius entium statum & fortassè adductum & non visibile quam immobile ac solum sit ab omnibus separatum existat & cùm immobile sit ex eo hoc nomen omne sortitum est. Melissus autem id ipsum vnum similiter immutabile & substantia indefiniens atque infinitum posuit. Infinitum namque ex essentiæ stabilitate modo, quo etiam ingenitum esse dixit, quod satis indicat ea demonstratio, quam ipse secundum suam sententiam facit. Nam, inquit, quod quidem non fit, id sane est, semperque fuit, & erit, atque non habet principium, neque finem sed infinitum est. Hoc igitur modo Melissus infinitum aduertensque ad id quod sine temporis initio semperque fuit, & semper erit est, idipsum esse infinitum esse manifestat & asserit. Et Parmenides de ipso tale testimonium dicat per eadem ferè verba: quoniam ingenitum existens & sine interitu est, totum autem ac vniuersum vnius generis, quiescens atque sine fine nunquam fuit nec erit, cùm nunc simul omne sit vnum continuum. Hoc igitur modo & Parmenides vnum valet indefinitum & ingenitum atque infinitum esse inquit. Vnde per illa verba indicauit ipsum esse finitum cùm dicit, idem ens, in eodemque manens per se ipsum manet, sic tamen stabilisque illic manet. Nam validum necessitas terminorum in vinculis habet, cùm vndique contineat ipsum, ob id*

non est sui existens sui terminus esse, nam nullo eget, at non existens omnibus eget. Si enim ens est & maxime non ens nullo eget; si vero non eget, perfectum est; si vero perfectum est, & non sine fine erit. Quod autem finem habet, id etiam obtinet extremum & terminum. Hoc igitur modo sententia horum hominum non fuit contraria, in quibus de eodem principio dicunt. Ita Simplicius de Philosophorum illorum placito, sanè apposite ad institutum nostrum.

134 Itaque in tuenda essentiali infinitate Dei consentiunt omnes alicuius notæ Philosophi, vt pudere profectò Nouatores debeat insanis erroris, quem nuper ex eorum grege Atheismi signifer, inuehere tentauit in nouis ad disputationem suam scriptis, Deum essentialiter finitum contendens, propter quædam nugamenta verius quàm argumenta, quæ clarissimè ab aliis diluta, non essent commemoratione digna, nisi ita necessarium viderem, vt quæ postrà tantæ blasphemiæ velandæ opposita sunt obtendicula, constet fuisse obtendicula. Inde ergo essentialem Dei finitudinem colligit Vorstius, quòd esse actu infinitum, & esse hoc aliquid, sint contradictoria, item quòd Scriptura Dei infinitatem sileat, quòd Deus à beatis videatur, ac proinde finitus sit, quòd nulla creatura infinita sit; ergo nec Deus. *O infelices aures nostræ, quantam sustinuere vocis sonum audiêre. Hæc de Deo ab homine dici!* Quidni enim verba Hilarij libro contra Constantium in simili Deum ex creaturis metientium blasphemia, vsurpem? Nisi si congruentius quod olim in maiores istorum intorsit Tertullianus lib. 2. in Marcionem hic quoque vsurpem. *O canes quos foras Apostolus expellit, latrantes in Deum veritatis, hæc sunt argumentationum ossa quæ obroditis?*

Ergóne quia creatura omnis est ens ab alio, mutabilis, destructibilis, & huiusmodi aliis potentialitatis appendicibus obnoxia, eodem ordine censebimus Deum, ne aliquid supra opificium suum sibi vendicet? Creaturam certè cum Creatore conferre magnæ insaniæ damnat Constantinus magnus oratione ad sanctorum cœtum, cap. 14. Substantiam verò intuitiuè visibilem, non esse infinitam, & ens infinitum non esse hoc aliquid, vnde vel apparenter potest confirmari? Denique solemne illud Caluinianorum nugarum munimentum, *Scriptura non dicit, igitur non est admittendum*; illi difficile erit diluere, qui perpetuum hoc fuisse hæreseos coax oblitus fuerit. *Credamus quod legimus, & quod non legimus nefas credamus astruere*, aiebat Pelagius apud Aug. lib. de natura & gratia, cap. 39. similiaque ex Maximino refert idem Aug. initio libri primi aduersus eundem. At nunquid ipsam Scripturam negabimus esse Scripturam, quia ipsa se verum & non suppositititam Scripturam esse, nec dicit nec dicere potest? facilè tamen esset, si instituti ratio id pateretur, multa in hanc rem ex Scriptura congerere: Sedenim quia hæreticorum opiniones docente Greg. Nysseno lib. de vita Mosis circa medium & Elia Cretensi in 1. orationem Nazianzeni contra Iulianum, numero apud Billium 27. lapides quidam sunt quibus & veritas impetitur, & eorum corda & mentes supra cautes & saxa lapidescunt, pro missis ab hoc Allophylo in Diuinitatis infinitatem his velut lapidibus, lapidem remittamus, ac vt cum Faustino loquar lib. ad Flacillam Imperatricem cap. 2. impudentem hæretici frontem lapidemus. *Quæramus ergo lapidem quo percutiatur.* Verba sunt Augustini lib. de

quin

quinque hæresibus, cap. 1. *vt percussus quassetur, quassatus comminuatur, comminutus in paleam conuertatur, conuersus in paleam compilatur, compilatus seiectur, sanus faciat fructum non qui igne consumatur, sed qui in horreo reconditur. Hermes qui Latinè Mercurius dicitur, scripsit librū qui λόγος τέλειος appellatur, id est, verbum perfectum. Magnum nomen libri huius, quia magnus est de quo scriptus est liber. Audiamus quid loquatur Mercurius de verbo perfecto. Dominus, inquit, plenissimus omnium bonorum* (quid autem sit ea plenitudo declarant illa ex c. 6. Pimandri. *Essentia Diuina circa se stabilem, ac nullius egentem infinitam superabundantem perfectionem possidet, tanquam id vniuersorum principium bonum porrigens & efficiens bonum quoties nominas bonum, id quod omnia bona & quod bonum semper intellige, hoc vnico Deo adest:* & paulò post. *Mundus congeries est malorum, Deus autem boni, vel bonum Dei exuberans plenitudo, supereminentia quippe bonorum circa essentiam sinceri fulgentis atque purissimi.*) *Audi Mercurium, para frontem, & excipe lapis lapidem, cade vt erigaris, frangere vt consolideris, destruere vt ædificeris; ictus lapidis non interim diuidat frontem, non vulnus rumpat sanguinem, non aperiat frontem vulneris, sed signum faciat Crucis* (Caluinianam hanc frontem, cui hoc signum exosum, veræ Fidei charactere consignando,) *hoc lapide percussus, lapidem desinat esse sacrilegus.*

123 TERTIO, dixi hanc ipsam esse infinitam Dei magnitudinem, cuius non modò in sacris literis; sed & apud Philosophos frequens mentio. Sed aduertendum est cum Caiet. to. 3. opusc. tract. 1. *ratio corporis quæstionis principalis*; cùm magnitudo seu quantitas, cui congruit ratio finiti & infiniti ex 1. phys. tex. 35. diuidatur in successiuam & permanentem, & hæc in quantitatem molis & perfectionis, supponamúsque Deum esse incorporeum & immortalem, consequens esse vt non sit hic sermo de quantitate vlla durationis vel molis; quod etiam monet Plotinus Enneade 6. lib. 4. c. 5. sed de sola quantitate perfectionis, quæ in corporeis pro magnitudinis accremento minuitur, vt optimè ratiocinatur idem Plotinus Enneade 6. lib. 6. cap. 1. quia res quantum extenditur, tantum à se ipsa procul abit, quod est rem fieri deteriorem & imperfectiorem: At in spiritualibus magnitudo associatur perfectionem. Cùm autem hæc, vt hactenus conclusum est prorsus infinita sit, iure monet Auctor Theologiæ Ægyptiorum lib. 4. cap. 5. *si Dei magnitudinem conamur oratione explicare, vel cogitatione complecti, eam vix paruam attingere. Essentia enim dignitate superat cætera omnia. Ain vero?* Imò nulla ratione. *Ea enim magnitudine est Deus*, ait Nyss. orat. in illud, faciamus hominem, *vt comprehendi circumscribique nequeat. Magnum cogita, & huic magno plus etiā atque etiam adde etiam quam cogitasti; atque ita exple cogitationem tuam; neque enim quæ infinita sunt, terminum capiunt. Amplitudo est quantitate carens, quam non capit animus tuus.* Illustria & illa ex Plotino Enneade 6. lib. 4. cap. 5. *Ipsa natura infinita est vniuersum, maiúsque aliquid est, quàm vt secundùm corporea natura magnitudinem æstimetur. Paruum enim quiddam rectè censetur huic vniuerso tribuere: quatenus videlicet hoc illius fieri valet.* Hæc Plotinus ex parte Philonem imitatus, qui lib. de temulentia, *negat mundum esse plenā Dei liberalitatis capacē, eò quòd quasi parua lacuna, infinitè magna donorum Dei fontis scaturigine repleta superfluat.* At si mundus præ Deo parua lacuna est perfectionis, quanta erit magnitudo Oceani illius

Notanda etiam illa ex eodem Plotino Enneade 6. lib. 7. cap. 32. *Magnitudo Dei est, nihil ex partibus esse, nihil æquare posse cum illo. Qui enim ex suis æquari illi quis possit, cum nihil possideat idem? Magnitudo hæc* (inquit Dionysius c. 9. Diuinorum nominum) *& infinita est, & quantitate carens & numero: atque hæc excellentia secundum absolutam & supernam expansionem incomprehensibilis magnitudinis redundantiam.*

136 Declarat hoc S. Tho. opusc. 2. cap. 18. exemplo corporum quæ quò sublimiora & altiora sunt, tantò maiora suo modo inueniuntur. Inter elementa enim quæ sunt superiora, maioris sunt quantitatis, nec potest obsisti aqua vt quidam obiiciunt: Depressius enim & humilius est tellure, vt non mirum sit, si sit minor. Cœlum autem manifestè apparet totam elementorum quantitatem excedere. Intellectus autem, quia superioris est ordinis, & rerum, & omnium corporum quantitatem, cognitione sua circumplectitur. Oportet igitur id quod inter omnia cuncta primum est, & quo non potest esse aliud prius, vel superius, infinitæ suo modo quantitatis existere. Et præ eo, vt benè ratiocinatus est Auctor lib. de mundo ad Alex. cap. 7. *magnum fastigium regni* (id est cuiuscumque rei apud nos maximæ) *esse videri vile animalculum præ magno regni fastigio.* Quia scilicet vt rectè ducet S. Aug. 6. Trinit. cap. 8. *in illis quæ non mole magna sunt, idem est maius esse, quod melius.* Sicut ergo Deus est infinitè bonus absolutè, seu perfectus, ita & magnus.

Aliæ multæ viæ hanc magnitudinem declarandi occurrunt passim apud Auctores. Cusanus lib. de quærendo Deum *ferè in fine*, subtiliter de more expendit vastitatem humani intellectus, cuius capacitas & visum & plures, ac etiam infinitos [illegible] continere potest, & [illegible] ex minimo sinapi grano simillium granorum ac arborum penè infinitam numerositatem ac vastitatem [illegible] complectitur. Et omnem [illegible] naturam corporalem & mensurabilem ambit; tametsi magnitudo eius ad Diuinam non sit nisi punctalis. Ex quo ille granditatem intellectualem ac infinitam Dei vastitatem, meritò infert, quæ etiam modo argumentatur alias adducendus num. 145. Sed illa comparatio longè pulcherrima est, quam [illegible] more suo proponit Chrysostomus hom. 2. contra Anomæos. Proposita enim magnitudine variarum orbis prouinciarum sigillatim, tum orbis vniuersi, & omnium quæ in eo, subiungit, omnia hæc ad Deum esse quasi stillam situlæ, & locustas ac pulmisculam iuxta Prophetam. Quòd si stilla dicta est, facile est Oceani magnitudinem, vnde illa effluxit, conijcere. Attingit hanc ipsam ratiocinationem Cyrillus Hierosol. catechesi 6. Ex eo enim quòd ignoremus terminos terræ infert incomprehensibilem Dei magnitudinem, & expendens dictum Abrahami cinerem se & puluerem præ Deo vocantis: *Esse, inquit, quidquam cinere vilius & leuius? Accipe comparationem contrà ad domum, & domus ad ciuitatem, & ciuitatis ad prouinciam, & prouinciæ ad Romanorum imperium, & imperij Romanorum ad vniuersam terram, & omnes terminos, rursum terræ totius ad circumdans illam cœlum, cuius tanta est comparatio, quantum est punctum rotulæ ad totam circumferentiam. Tanta enim est cœli ad terram comparatio; & primum solum hoc quod apparet notum esse intelligas secundum & secundum terram &c.* quæ ille grauiter simul & eruditè prosequitur ad institutum suum. Nos in rem

nostram

nostram concludere inde possumus, Diuinam magnitudinem virtualem, quæ toti infinitati entium creatorum, & creabilium supereminet, esse penitus infinitam: vnde licebit exilitatem nostram, totiúsque entis creati tantò liquidiùs perspicere. *Quisquis enim inuisibilem Dei maiestatem oculis cordis contemplatur, & cognoscit Deum humanis tantò sublimiorem, quantò cælum firmamenti sublimius; nihil mirum, si suspiciat vltra se, & dicat: Ego autem humiliatus sum nimis.* Verba sunt Chrysostomi in Psalm. 115. *non multum ab initio*, addítque cum Seneca in præfatione libri 3. natural. qq. *Magna ista, quia parui sumus credimus. Multis rebus non ex natura sua, sed ex humilitate nostra, magnitudo est.*

137 Sed vt excessum Diuinæ huius magnitudinis virtualis supra quamcunque à nobis conceptam, vel conceptibilem magnitudinem virtualem ab ea distinctam vtcunque apprehendamus, placet postremo loco insignem ratiocinationem ex Guilelmo Paris. 2. 2. de vniuerso, cap. 68. apponere, qua ille ad Diuinam magnitudinem quasi localem, seu immensitatem nos manu ducit, eamque ad Diuinam magnitudinem virtualem declarandam transferre: nam & in eam aptiùs cadit, vt patebit attendenti. Considerari itaque vult amplitudinem alicuius speciei, putà humanæ, ad quam Socrates, & quodlibet aliud indiuiduum sigillatim acceptum habet se quasi punctum circuli ad circulum: siquidem amplitudo speciei est infinita, non enim restringitur ad vllum numerum indiuiduorum; sed quantaslibet indiuiduorum myriades cogitaueris, amplior semper, & capacior erit sinus speciei, cùm nulli sint tam multi numero homines conceptibiles, quin supersint infiniti vlteriores conceptibiles ad speciem illam pertinentes. Quòd si Socrates supponeretur non fuisse futurus, vel ex quo productus supponatur, expungeretur ab albo hominum, tam modica fieret detractio in specie humana, vt non appareret; sicut neque aspectabilis est detractio puncti ex superficie circuli, nec aliter de additione est philosophandum. Iam verò sic inspecta amplitudine speciei cuiuscunque, scandendum est ad genus proximè superius, nempe animal: huius enim vastitatem quisquis aduerterit, facilè deprehendet primam illam speciem, quæ tam ampla apparuerat, esse quasi nauiculam in patentissimo æquore, aut sicut auiculam volitantem in diffusissima aëris expansione. Adhuc etiam clariùs id patebit, si species illa cum latiore, & latè patentiore genere, nempe viuentis, vel cum vlterioribus semper, & grandioribus generibus, nempe corporis, & substantiæ comparetur. Vniuersalius enim, & amplius est genus, quo altius, & superius est. Quòd si illam eandem primam speciem conferas cum tota latitudine, & amplitudine entis finiti, planè perspicies eam vix rationem atomi habere ad tam immensam magnitudinem, & vt Guilielmus ait, *vix videri posse, quasi musculam in amplitudine aëris volitantem.* Iam ergo non vnam aliquam creaturam indiuiduam, vel speciem aliquam, aut genus, sed totum omnino ens finitum de facto creatum, ac creabile, & infinitas quantitates virtuales omnium mundorum possibilium confer in vnam molem virtualem; manifestum profectò est, eam quantumuis ingentem, ac immanem, fore tamen essentialiter finitam, & terminatam. Ergo Diuina magnitudo virtualis, quæ est essen-

tialiter infinita, eam excedet sine proportione vlla; atque adeò tota creatura cum omni virtuali sua quantitate est vt punctum ad circumferentiam ingentis circuli, & infinitis parasangis; ac sine vlla comparabilitate, à Diuina virtuali magnitudine superatur.

138 Rectè porrò ex hac tanta perfectionis magnitudine infertur, ex Deo, & creatura nihil fieri quasi intensiuè maius quoad bonitatem absolutam, siue perfectius. Quod tradidisse videtur Philosophus 10. Ethic. cap. 2. asserens contra Platonem, omnia quidem inferiora bona crescere accessu aliorum bonorum, negans autem idem esse de summo, atque adeò increato bono. Fortè tamen Plato eodem sensu id intellexerat, quo postea Durandus in 1. dist. 44. quæst. 5. num. 6. nempe ita vt ex Deo, & creatura verè fiat aliquid quasi extensiuè maius bonitate absoluta, seu perfectione, quatenus ibi sunt plura bona, quàm si solum bonum creatum, vel increatum adesset: quod verum est, quicquid Ferrar. 2. contra Gentes, cap. 45. contrà significet, restringens illam propositionem, *Plura bona sunt tot meliora*, ad bona finita; & quidem, vt ex discursu, & exemplis apparet, agens de meliori etiam extensiuè: sed vt ait Durandus, traditatis hac in parte à Carthusiano in 1. dist. 44. quæst. 1. immeritò damnatus: *Nemo sanæ mentis potest concipere, quòd duo non sint plura vno.* Tametsi quasi intensiuè, Diuinæ magnitudini perfectionis (quippe infinitæ) nihil superaddi possit ex quocumque creatæ perfectionis accessu: quod rectè dicitur, neque debuit à Molina refelli 1. parte, quæst. 6. disp. 1. Reiiciendum tamen est, quod apud Caietanum tom. 3. opusc. tract. 2. *circa immensa corporis*, refertur ex quibusdam asserentibus Deum non esse, vel non esse nisi perfectiorem omnibus simul cum ipsis perfectionibus, quas eminenter continet; sed tantùm esse perfectiorem singulis. Qui profectò admittebant ex Deo, & omnibus simul creaturis aliquid existere non extensiuè tantùm, sed etiam quasi intensiuè perfectius. Sed hoc puerile, & ridiculum meritò pronunciat ibi Caietanus, asserens impossibile esse siue re ipsa, siue per mentem, etiam datâ fingendi licentia, vt aliquid sit melius ipsa bonitate per essentiam, & maius magnitudine infinita perfectionis. Sicut enim impossibile est quantitati infinitæ, qua parte est infinita, accrescere aliquid; ideoque extensionem infinitam repugnat fieri maiorem, quà infinita est, quia additio fieri deberet in extremitate, quâ caret talis extensio; (quod quia non viget in multitudine, in qua vbique fieri additio potest, propterea multitudine infinita potest dari maior) ita immensæ magnitudini perfectionis Diuinæ nihil siue sigillatim, siue communiter spectatum accedere potest, quo illa quasi crescat, & in perfectionem altiùs assurgentem exigatur: semper enim perfectio creata depressior in infinitum iacebit, neque ad increatam perfectionem ita accedere poterit, vt eminenti sibi per infinita spatia Diuinæ bonitati absolutæ, socia, & cumulatrix adueniat.

139 Sed hic occurrit argumentum, quod ab aliquibus contra Diuinæ magnitudinis infinitatem opponitur: videtur enim ex ea sequi, quòd in creaturis magnitudo perfectionis esset vbique par. Siquidem perfectio metitur penes accessum ad summum, vt proinde eorum, quorum nullum est alio propinquius summo,

summo, nullum sit alio perfectius. Atqui si magnitudo Diuinæ perfectionis sit infinita, nullum ens creatum est ipsi propinquius alio; quia à quolibet distat in infinitum: ergo inter entia creata nullum dabitur infinitè perfectum. Respondet Caietanus supra *ad quartum principale*, negando quòd ex pluribus distantibus infinitè ab aliquo, nullum possit esse illi propinquius, quàm cætera. Nam si daretur linea in infinitum versùs Septentrionem protensa, ex hac verò parte tantùm ad nos vsque porrecta, certum esset Petrum, si supponeretur esse aliquo spatio vicinior Septentrioni, quàm Paulus hîc sit, fore minùs distantem, & elongatum ab infinitate lineæ illius, quàm sit Paulus, vt patet ex eo, quòd si vterque infinitatem decurrere posset, extensior via esset peragenda Paulo. Item si fuissent dies infiniti ab æterno, vt Aristoteles censuit, dies hodierna esset elongatior ab æterno tempore præterito, quàm hesterna; alioquin mundus non esset hodie antiquior, quàm heri. Nimirum quamuis æternitas præterita, & infinita illa linea, infinitè excedant finitam durationem, & extensionem, quæ cum eis comparatur, tamen finita inter se comparata adhuc sese excedunt, & vnum magis approximat infinito, quàm alterum, à quo tamen ambo infinitè superantur. Ita ergo se habent creaturæ diuersam perfectionis quantitatem sortitæ, si quoad magnitudinem perfectionis & inter se, & cum infinita Dei magnitudine comparentur.

Nec minùs facilè dilui potest alterum, quod contra tandem infinitam Dei magnitudinem opponitur ex proportione ad magnitudinem corporum infinitam, quæ quaslibet alias magnitudines excluderet, quasi similiter futurum sit, si Deus perfectione sit infinitè magnus, vt nulla præter Diuinam perfectio futura sit in rerum natura. Sed neganda est paritas. Non enim sicut inter quantitates est incompossibilitas localis, ob quam se inuicem excludunt, ita inter perfectiones diuersorum subiectorum, quarum vna maior, altera minor sit, talis aliqua incompossibilitas cernitur.

Est itaque Deus magnus, & quod fatendum est, *magnus nimis*, vt rectè à Psalte dictum fuisse expendit D. Augustinus in Psalm. 95. *Finitur, inquit, verbi David, volebat dicere: Quoniam magnus! Et si tota die diceret: Magnus, magnus, quid magnum diceret? Tota die dicens, Magnus, finiret aliquando, quia finitur dies. Magnitudo illius ante dies, vltra dies: finis die ergo quid diceret? Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis. Quid enim diluta est lingua parua ad laudandum Magnum? Dicendo, Nimis, commisit cetera, & dedit cogitationi quod sapiat, tanquam diceret: Quod sonare tantum possum, tu cogita: & cum cogitaueris parum erit. Quid cogitatio nullius explicat, lingua alicuius explicat? Magnus Dominus, & laudabilis nimis.*

ARTICVLVS III.

De Diuina pulchritudine.

140 Opportunè hîc attingemus Diuinæ pulchritudinis abyssum, quia Auctore Isidoro lib. 1. de summo Bono, cap. 1. non aliud est in Deo magnitudo, & pulchritudo eius, quamuis in rebus corporeis magnitudo ob pluralitatem, & rei à se diuisionem, ac discessum, quem inducit, differat à pulchritudine, vt optimè philosophatur Plotinus Enneade 6. lib. 6. cap. 1. Rursus

ea est

ca est bonitatis, in qua tractanda versamur, ac pulchritudinis affinitas, vt dicat S. Dionysius cap. 4. Diuinorum nominum, & hic Proclus in Alcibiadem primum Platonis, sub finem, *idem esse pulchrum ac bonum*. Quod in Deo esse verissimum confirmant, Gulielmus Paris. 2. 2. de vniuerso, cap. 120. & Cyparissi. decade 7. cap. 1. imò vniuersè quoque idem dicit Plotinus Enneade 1. lib. 6. cap. 6. & inde videtur ostendi, quòd eodem in plerisque idiomatibus nomine vtraque appellentur, vt aduertit Eugubinus in caput 6. Geneseos circa initium, & Scalig. exercit. 300. num. 3. Itémque ex eo, quòd pulchrum est voluntatis prosequentis obiectum, iudice Augustino 4. confess. cap. 13. suos in eam rem de pulchro, & apto libros allegante, argumento indubio, quòd idem esse crediderit pulchrum quodcumque cum bono; quod passim omnes, & frequenter ipse Augustinus, voluntatis obiectum statuunt.

Quæ cùm ita sint, pulchritudinem Dei non corpoream, qualem imaginatur maior Hebræorum pars, referente, & refellente Rabbi Moyse lib. 1. Ductoris dubitantium, cap. 1. sed spiritualem, cum corporeorum pulchritudine æquiuocè tantum conuenientem, vt ait Plotinus Enneade 6. lib. 7. cap. 16. in Diuinorum perfectionum concursu consistere manifestum est, rectéque id docuit Nyssenus lib. de hominis opific. cap. 5. *Pulchritudo Diuina, inquit, non vllo in forma, vel exterioris venustatis externa resplendet, sed in beatitate secundum virtutem ineffabili consistit. Ideòque quemadmodum pictores coloribus quibusdam figuras humanas in tabulis exprimunt, eorúmque studio colores proprios & conuenientes adhibent pictura sua imitatur, vt pulchritudinem eius, quod exprimunt, exemplaris accuratè in imaginem ipsam transferant: sic noster etiam Conditor nostri similitudinis, indentem virtutes animis nostris, eandem velut coloribus imaginem suam ad similitudinem propriæ pulchritudinis exornasse, vt principatum sui imago in nobis perspiceretur. Sunt autem multiplices, ac varij hi, quibus imaginem coloret, quibus vera Dei forma ad viuum exprimitur: non illi quidem vel rubor, vel splendor, vel falsa secundum qualitatem proportionem horum inter se commistio, vel ornamentum ad fucum vsurpatum, quæ superficie, arteque fabricantur, at quadam temperamento partes depressæ subalbicantes redduntur, vel si quid est huiusmodi, quod artificum industria reperit; sed puritas, immunitas à perturbationibus, beatitudo, conditio mali omnis expers, & his alia consimilia, quæ hominem Deo parem efficiunt. Eiusmodi floribus humanam naturam depinxit ille propriæ imaginis artifex.*

Hinc vides, quantoperè hallucinatus sit Simplicius, tametsi nobis quoque errore suo suffragetur: cùm enim in cap. 28. Enchir. Epicteti rectè præmisisset pulchritudinem corporum demergi in deformitatem eorum, (non enim omnia in corpore pulchra sunt) subdit, *animæ pulchritudinem hic saltem omnibus atque eam imaginem pulchritudinis, sed ipsam pulchritudinem rationem esse putam, cum alibi quidem pulchram, alibi verò non pulchram, sed etiam, & penitus pulchram. Idéoque animam, cùm in suam pulchritudinem intenderit, aspernari corporum pulchritudinem.* At verò animam sæpe iis coloribus, quibus pulchritudinem eius constare dixit Nyssenus, expoliari, & vel huic expoliationi obnoxiam esse, deformitas quædam est. Non igitur anima est pulchritudo ipsa, sed Deus, & pro maiori, vel minori ad Deum accessu maior quoque est, vel minor animæ pulchritudo, tanquam

tanquam imaginis summam prototypi pulchritudinem vtcunque exprimentis.

141 Dei quippe pulchritudinem summam omninò esse ex dictis constare potest, & apud omnes esse manifestum testantur illa Cyrilli, 2. in Iulianum ad text. 5. *Numquid non summam & sublimissimam omnium Diuinam substantiam, & ineffabili gloria conspicuam, ac per se ipsam omnem virtutis speciem & pulchritudinem esse dicemus? Et quomodo non omnibus manifestum id quod dico?* Ita ille. Quod cùm innumeris testimoniis confirmare liceret, pauca tantùm subiiciam. Phidias Iouis Olympij digito inscripsit παντάρκης καλός, *pulcher omni admirati*, vt refert Clemens Alex. circa medium protreptici. Scio Arnobium lib. 6. n. 14. legere *Pantarches*, & hoc Phidiæ factum in malam partem interpretari. Sed Clementis lectio est verisimilior, eamque confirmasse videtur Nazianzenus Iambico 18. tom. 2. cùm ait subdolè à Phidia propositam fuisse epigraphem illam in annulo non Iouis, vt Arnobius & Clemens scribunt, sed Mineruæ. At non subdolè fecisset, si non nomen Iouis proprium valdè affine nomini dilectæ à se personæ, sed ipsum personæ illius nomen, vt vult Arnobius disertè apposuisset. Itaque tametsi alio respiciens, Dei tamen summam pulchritudinem, pulcherrimo illo signo expressam voluit. Mercurius Trismegistus cap. 6. Pimandri, Deum ipsam pulchritudinem vocat, & præter quem nihil sit pulchrum. *Pulchrum, inquit, & bonum in mundo, aut in mundi partibus inuenire non licet. Nam quæcumque sensus mouent, idola sunt & vmbræ quædam admirationis. Quæ verò sensuum organa subterfugiunt, ad pulchrum, bonumque pertinent. Vtque acies oculi Deum non cernit, sic neque pulchrum bonumque cognoscit. Hæ siquidem partes Dei sunt, vtriusque illius propriæ, cognatæ, inseparabiles, gratissimæque dilectæ; quas vel ipse Deus amat, vel ab his ipse Deus amatur. Si Deum percipere potueris, pulchrum quoque bonumque percipies, præfulgens omnibus illustratum à Deo. Pulchritudo enim sine comparatione, sine imitatione, bonum. Deus enim comparationem, imitationemque nullam admittit. Quemadmodum ergo Deum, pulchrum, bonumque nosti, ita sanè & cætera cognoscito, cum Deo conferri nequeunt, nunquam comparanda. Si Deum quæsieris, pulchritudinem ipsam quæris. Quæ tandem ad id ferat, vnica via est, pietas, cognitioni coniuncta.* Philosophos testis est Augustinus sermo. 145. de tempore de pulchris mutabilibus, incommutabile, pulchrum agnouisse, considerauerunt enim (vt idem ait 8. Ciuit. cap. 6.) *quidquid est, vel corpus esse, vel vitam, meliusque aliquid vitam esse, quàm corpus, speciemque corporis esse sensibilem, intelligibilem vitæ. Proinde intelligibilem speciem sensibili prætulerunt. Sensibilia dicimus quæ visu, tactuque corporis sentiri queant; intelligibilia, quæ conspectu mentis intelligi possint. Nulla est enim pulchritudo corporalis, siue in statu corporis, sicut est figura, siue in motu, sicut est cantilena, de qua animus non iudicet. Quod profectò non posset, nisi melior in illo esset hæc species, sine tumore molis, sine strepitu vocis, sine spatio vel loci, vel temporis. Sed ibi quoque nisi mutabilis esset, non alius alio melius de specie sensibili iudicaret: melius ingeniosior, quàm tardior, melius peritior, quàm imperitior, melius exercitatior quàm minus exercitatus, & idem ipse vnus cùm proficit melius, vtique postea quàm prius. Quod autem recipit magis & minus, sine dubitatione mutabile est. Vnde ingeniosi & docti & in his exercitati homines facilè collegerunt, non esse in eis rebus*

primam speciem ubi mutabilitas esse convincitur. Cum igitur in eorum conspectu & corpus & animus magis minúsque speciosa essent, & si omni specie carere possent, omnino nulla essent, viderunt esse aliquid ubi prima esset incommutabilis species, & ideo nec comparabilis; atque ibi esse rerum principium rectissimè crediderunt, quod factum non esset, & ex quo facta cuncta essent.

141 Hæc ille de Platonicis qui frequenter & multipliciter Dei pulchritudinem commendant, ac nominatim Plotinus Enneade 6. lib. 7. c. 32. negat præ Deo quæcunque hic pulchra videntur esse verè pulchra. Neque verò, si verè pulchra essent, sese in lutum coniecissent, & perpetuo in fluxu versarentur. & cap. 32. ait Dei pulchritudinem esse pulchritudinem supra pulchritudinem ipsam, *cum enim* (inquit) *nullum sit extimum, quonam pacto potest esse aliqua pulchritudo* (nempe determinata)? *cum verò amabile sit, amorum est pulchritudinis auctor: est utique pulchritudinis universæ potestas ac flos ipse, pulchrum efficiens pulchritudinem, nam namque generat, & genitam, sua pulchritudinis abundantia efficit pulchriorem. Quamobrem pulchritudinis principium est & finis.* Ex cap. 33. Deum vocat *super pulchrum absque mensura.* Denique lib. 5. cap. 4. *omne pulchrum*, inquit, *& illo est posterius, & ab illo, quemadmodum diurnum omne lumen à Sole.* Ex Plotino profecit auctor Theologiæ Ægyptiorum ut constat ex lib. 4. Theologiæ, præsertim capitibus 4. 5. & 6. in quibus de intelligibili pulchritudine ac nominatim de Divina dicuntur quàm plurima. Damascius Platonicus apud Eugubinum in Psalmum 44. Deum vocat *primum pulchrum omnia pulchra facientem*: sed explicatius alter Platonicus, Maximum Tyrium dico dissert. 1. *Statuo, inquit, pulchrum esse Deum & pulchrorum omnium pulcherrimum, non tamen corpus pulchrum, sed id unde corpori sua pulchritudo venit; nec pratum pulchrum, sed id unde & prata sua pulchritudo est: denique quidquid in fluvio aut in mari, quidquid in cælo cælestibúsque pulchrum vocatur, id omne pulchrum, ut ex perpetuo limpidissimoque fonte inde dimanat, tantúmque singula aut pulchritudinis, aut stabilitatis, aut diuturnitatis in se habent, quantum ex eo fonte trahunt, tantúmque à pulchritudine recedunt, & ad interitum suum tendunt, quantùm ab eo absunt.* Hæc ille adstipulante Methodio hom. in [illegible] crucem, ubi ait *Deum existens pulchrum ipsi cum sit, imitari se ipsum, & amorem creaturam egere Dei pulchritudine.*

Sed præstat consulere Maximi magistrum Platonem, qui in Phædone negat quidquam pulchrum esse, nisi unius summi pulchri participatione: sæpe etiam ad Divinam pulchritudinem, quam pulchri ideam vocat, animum evehit, gradu facto à sensibilibus pulchris per medios gradus, ut annotavit S. Cyrillus 5. in Iulianum ad tex. 4. & præsertim videre est in Phædro, & in Hippia maiore, ac benè etiam in Symposio, ubi post mentis per pulchra quæque deductionem, ad ipsum usque profundum (ut vocat) pulchritudinis pelagus, ait qui illuc pervenerit subitò quamdam natura mirabilem pulchritudinem inspecturum, quam describit his verbis. *Primò quidem semper est, nec fit, nec interit, nec crescit unquam, nec decrescit. Præterea non hac ex parte pulchrum ex illa turpe, vel tum pulchrum tum minimè, neque ad hoc quidem pulchrum, turpe verò ad illud, vel hic pulchrum, illic turpe, ut quibusdam pulchrum sit, quibusdam verò nequaquam. Neque rursus imaginabitur quædam ipsum pul-*

chrum

aliquem ita fingetur, quasi vultus pulcher, vel pulchrae manus, aut aliud quidpiam cuius corpus est particeps. Neque ut oratio quaedam, vel ratio, vel scientia quaedam, neque in alio extare putabitur, ut in animali, vel terra, vel coelo, aut alio quopiam, sed ipsum per seipsum, cum seipso sibi uniforme semper existens: caetera vero omnia quae pulchra sunt, illius participatione pulchra. Haec Plato, & alia in eam rem sanè egregia. Iure concludens, *qui lucidissimi pulchrum inspexerit, ei aurum, vestes, & formosa corpora, sordida fore, quippe qui ex ipsum sincerum & purum, purum, pulchrum, sibi semper simile desiderat intueri.* Similia apud Plotinum legere licet, cùm Enneade 1. lib. 6. praesertim cap. 8. & 9. tum Enneade 5. lib. 8. & Enneade 2. lib. 9. cap. 17. Sicut & apud disciplinae Platonicae columen (ita enim S. Dionysium appellat Ficinus in praefatione libri de mystica Theologia) cap. 4. Divinorum nominum, multa extant planè affinia iis quae ex Platone adduximus, imò ex parte ad verbum eadem. Apud Alcinoum quoque cap. 9. progressus ille Platonicus paulò ante memoratus, paucis tangitur, & Deus *immensum ipsius pulchri pelagus* nominatur.

143 Ex Patribus quamvis suppeterent quàm plurima, unum tamen aut alterum duntaxat adscribam, nec nisi quatenus ex naturae lumine hanc Dei pulchritudinem investigarunt. Prior esto Hilarius lib. 1. de Trinit. non multum à principio. *De magnitudine (inquit) operis & pulchritudine creaturarum, consequenter generationum conditor inspiciatur. Magnarum creator in maximis est, & pulcherrimorum conditor in pulcherrimis est; & cum sensum ipsum supergrediatur operatio, necesse tamen sensum longè antesse est creandus operator. Pulchrum itaque coelum, aether, terrae, maria, & universitas omnis est, quae ex ornatu suo, ut etiam Graecis placet, digne κόσμος, id est, mundus nuncupari videtur. Sed si hanc ipsam rerum pulchritudinem ita sensus naturali metitur instinctu, ut etiam in quarumdam volucrum & pecudum avium specie, ut dum infra intelligentiam sermo est, sensus tamen id ipsum intelligens non eloquatur; quod tamen cum sermo omnis ex sensu est, sensus sibi ipsi loquatur intelligens: Nonne hunc ipsius pulchritudinis Dominum necesse est totius pulchritudinis esse pulcherrimum intelligi, ut cum aeterni ornatus sui species sensum intelligentiae omnis effugiat, speciem tamen intelligentiae sensus, non relinquat ornatus? Atque ita pulcherrimus Deus est confitendus, ut neque intra sensum sit intelligendi, neque extra intelligentiam sentiendi.* Hactenus Hilarius, ad cuius ratiocinationem illud tantùm addiderim, pulchritudines has inferiores, *aliena potius quàm propria bona esse*, ut dixit Bion apud Laërtium lib. 4. & ex alieno quoque defectu aestimari. *Quod si ut Aristoteles ait* (verba sunt Boetij 3. de consol. prosa 8.) *lynceis oculis homines uterentur, ut eorum visus obstantia penetraret, nonne introspectis visceribus, illud Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus, turpissimum videretur? Igitur te pulchrum videri, non tua natura, sed oculorum spectantium reddit infirmitas.* Addendum quoque est non parum maculae contrahere pulchritudines creatas; ex eo quòd turpissimè plerùmque deforment animam. Nam ut rectè dixit Tertull. lib. de cultu foeminarum cap. 2. *Nisi accusandus decor non est, ut felicitas corporis, ut Divinae plasticae accessio, ut animae aliqua vestis urbana: timendus tamen est propter iniuriam & violentiam sectatorum*, qui eo inescantur non sine possessorum foeditate. Et idcirco Chrys. hom. in inscriptionem Psalmi 50.

vocat pulchritudinem corpoream, *praestigium paruo, tecretum insipientibus compendium*? Theophrastus autem apud Laertium in Aristotele, eam vocat *tacitam deceptionem*: Theocritus ibidem appellat, *eburneum detrimentum*, id est, aspectui gratum sed fertile damnorum. Viget pluribus ea incommoda pulchritudinis idem Chrys. hom. 4. in c. 1. ad Roma. Animi quoque pulchritudo ex sapientia, quae inter creaturas vera & summa est pulchritudo, vt dixit August. 1. retract. cap. 2. eos qui illam in se ipsis attentiùs conspiciant, inquinat frequentissime, & quod de Eurelida legimus apud Plutar. 5. sympos. quaest. 7. pulcherrimos quosque in deformissimis, & vel ipso aspectu horrifica cadauera Diuinae vitae abscessu mutat. Sola Diuina pulchritudo hac praerogatiua gaudet, vt & Deo possidenti, & quibuscum communicatur iniuria sit. Omitto quae per se ipsam se prodit, fugacitatem & instabilitatem creatae omnis pulchritudinis per se spectatae. Nam & mentis ornatus labilis est, siue obliuione, siue errore eum expungente, & voluntatis cultus perire citius potest. Corporum verò pulchritudine nihil breuius. *Sicut enim* (verba sunt Hieronymi epist. 139.) *aestate virens herba & suis floribus vernans, delectat oculos contemplantium, paulatimque marcescens amittit pulchritudinem & in fenum quod conculcandum est vertitur: Ita omnis species humana vernat in paruulis, floret in iuuenibus, viget in perfectae aetatis viris, & repente dum crescit incanescit caput, corrugatur facies, cutis prae [illegible] contrahitur, & extremum fiet quod hic dicitur vesper, id est senectus, vix nosci potest, ita vt non cognoscatur quae prior fuerit sed penè in aliam commutetur. Quid loquamur de infantia temporibus vsque ad extremam & decrepitam senectutem, cùm [illegible] & languor [illegible] sua mutat, vt valens prius pulchritudo ad tantam transfit foeditatem, vt [illegible] in odium commutetur.* Haec Hieronymus de corporeae pulchritudinis fugacitate: at Deus vt dicebat supra S. Hilarius, aeternum ornatum habet.

144 Posterior est Auctor libri de cognitione verae vitae, quem Anselmum esse Thomas de Argentina asserit in 2. dist. 17. quaest. 1. art. 2. & probabile facit modus procedendi subtilis & dialogisticus Anselmo familiaris: Sed antequam ex eo referam immensam diuinae pulchritudinis abyssum, claritatis & lucis nomine expressam; Aduertendum est ex auctore Theol. Aegypt. lib. 11. cap. 4. *principio [illegible]*, vt ille loquitur, pulchritudinem primariae & infinitae lucis appellatione à nobis exprimi necessitate coactis, quod non aliter possimus Diuinam perfectionem melius adumbrare: Nempe quia omnis nostra notitia terminatur ad corporeas qualitates, quarum lux est regina. Et ideò frequens est tùm apud Patres, tùm etiam apud Ethnicos, Dei cum lumine & Sole comparatio. Sic S. Dion. cap. 4. Diuin. nominum, Solem appellat *imaginem Diuinae bonitatis*; quod latè & pulchrè prosequitur. Et praeiuerat Plato infra adducendus, vocans Solem *filium boni*, id est Dei. Clemens item Alex. *circa medium protreptici*, Deum appellat *Solem animae*. Optimè Ambros. 2. offic. cap. 14. S. Ephrem initio suorum operum, Theophil. Antioch. 2. ad Autolycum *ante medium*, & Plut. in lib. de principe: Praeclarè item Greg. Nazian. oratione de Baptismo, primum, secundum & tertium lumen distinguens, hominem postremum lumen vocat, secundo loco ponit Angelum, in vertice autem *lumen illud primum &*

inaccessum

inaccessam, quod nec intelligentiâ, nec sermone exprimi potest; quod hoc est in iis, quae sub intelligentiam cadunt, quod est Sol in iis, quae sub sensum. Idem dictum depromptum ex Platonis 6. de Republ. libro, affert idem Nazianzenus, atque approbat oratione 2. de Theologia, *ferè in fine*, & initio orationis in laudem Athanasij; ac etiam Celsus memorante Origene lib. 7. contra eum, *post medium*; & qui eam comparationem latissimè, ac frequentissimè ex eodem Platone exponit Ficinus in loca citata S. Dionysij, & lib. de Sole, & 12. de immortalitate, cap. 1. ac saepe alibi. Pulcherrimè quoque Deum cum lumine confert Dionysius Carthusianus lib. 1. de lumine Christianae Theoriae, art. 115. & Berengosius Abbas lib. de luce visibili, & inuisibili, tomo 2. Biblioth.

145 Nunc memoratum suprà Auctorem audiamus, infinitatem Diuinae pulchritudinis per comparationem ad inferiora lumina luculenter exponentem. Ita habet cap. 8. *Cum ergo Deum veraciter esse probaueris, & hunc vitam, sapientiam, veritatem, iustitiam, & aeternitatem veris assertionibus essentialiter esse docueris: restat nunc, vt ad hunc quoque videndum aliquam fenestram aperias, per quam mens per quosdam gradus scandens prospiciat; quatenus Regem gloriae in decore suo videre praeualeat. Prudentius autem ratio per corporalia gradiatur, ne infirmus intellectus per ardua nitens, difficultate confractus relabatur. In primis igitur hunc corporeum Solem mente consideremus, cuius claritate totum mundi orbem illuminari videmus; post hunc Solem, millia millium Angelorum Deo ministrantium attendamus, quae singulae ratione monstrante septies imò centies Sole splendidiores sciuntur: nam hic Sol est minister mundi, Angeli autem templa Dei. Quantum ergo differt templum Dei à seruo mundi, tantùm differt claritas Angelorum à claritate Solis. Deinde decies millies centena millia sublimium Angelorum Deo famulantium perpendamus, quae singula centies, imò millies pro Sole clariora pro certo noscamus: sicut enim Luna stellas, Sol Lunam in claritate excellere cernitur; sic quilibet superior ordo Angelorum, inferiorem ab Angelis vsque ad Seraphim, gloria, dignitate, claritate praecellere creditur. Post has innumerabilia millia sanctarum animarum inspiciamus, quas singulas longè Sole lucidiores Angelis beatitudine, & claritate coaequandas non dubitamus. Tot, & tantis luminibus singulariter consideratis singulorum etiam magnitudinem contemplemur; quatenus ad id, quod tenere anhelamus, facilius sublimemur. Cogitemus itaque animam splendidum ignem, cuius minima scintilla ratione instruente caecat hunc Solem; omne enim quod ab alio includitur, minus eo quod se includit esse, necessitate conuincitur; sed cogitatio animae, quae eius scintilla est, non solum hunc Solem, sed & totum mundi ambitum breui spatio includit, & totum orbem vno momento circumscribit. Igitur constat quamque animam toto mundo longè maiorem fore. Angeli autem sicut ab animabus beatitudine, ita etiam differunt magnitudine. Hic nemo magnitudinem corporalis quantitatis intelligat, sed illam potius intellectualem, quae hunc mundum corporeum, & cuncta in eo corpora ad paruitatem redigat; hinc iam mens se in alta eleuet, cor suum quantum potest, dilatet; vt has inaestimabili claritate, incomparabili magnitudine resplendentes sub se prospiciat; super se verò quandam admirabilem lucem, quae omnium illarum lucium lux sit, intendat, quae sic super tot, & tantas luces longè refulgeat, sicut Sol super omnes stellas lucet, cuius lucis ineffabilem magnitudinem, & admirabilem pulchritudinem illae tot, & tantae luces iugiter admirentur, & in eius affluentissimam dul-*

animam videlicet prospicere desiderantes. Haec profectò est lux inaccessibilis, incomprehensibilis, quam inhabitat essentia Dei, solis mundis cordibus visibilis. Nullus hic cogitet lucem Deum quasi tabernaculo hominem circumdatum, quasi aliud sit Deus, qui lucem inhabitet; & aliud lux, quam inhabitet; sed potiùs illam lucem essentiam Dei sciat, in qua vniuersa bona simul locata sciat: haec est lux, quae Angelos, & animas in caelis sua visione satiat; haec est, quae munda corda per contemplationem illuminat; haec est, quae Solis lucernam in mundo commorantibus, vt candela lumen in carcere positis praestitit, quâ de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de exilio ad patriam remeare possint. Ergo in oratione taliter mens nostra Deum intueatur, taliter intentio nostra imaginem tuam contempletur, scilicet talem lucem, quae sic super Solem vt Sol super candelam resplendeat; vel talem, quae sic super innumera Angelorum, & animarum millia pro Sole lumine splendida vt Sol super sidera refulgeat.

146 Hactenus ille, cui praeiuisse videtur Cassiodorus lib. de anima, cap. 10. Pertinere etiam eodem possunt, quae Simon Magus apud Clementem 2. Recogn. *sub finem*, disputat de lumine immenso, cui tenebrae nullae succedant, incorporeo, & infinito, immensitatem supercaelestis spatij collustrante, ad quod Solis lumen, quamuis vniuersum hunc mundum replens, tenebrae, & non lux esse videatur. Nam quamuis haec à Simone Mago illic dicantur, tamen si de vero luminis fonte asserantur, admittuntur à S. Petro paulò pòst. Manichaei, vt est apud Augustin. de vera Religione, cap. 49. Deum asserebant esse *candorem lucis immensum, per infinita spatia vsquequaque porrectum*; tametsi stultè id accipiebant corporaliter, ac illam lucem nigro cuneo fissam addebant. Sed omittamus fabulas. Illam ipsam, quam proposui ex Augustini libri de cognitione verae vitae, ratiocinationem attigit Seneca epist. ..., *in fine*. Perlegant et quoque, & philosophicè hunc ipsum discursum prosequitur Ficinus 9. de immortalit. cap. 1. Fateri ergo debemus caecutire ad tantam lucem oculos nostros, nec esse haberi visui creato proportionatam tantam pulchritudinis immensitatem. Quod praeclarè tradidit paucis his verbis Chrysostomus in Psalm. 44. *Pulchritudo illius beatae, & admirabilis naturae, res est quaedam ineffabilis, & nulla ratione superabilis, quae omnem excedit rationem, & mentem effugit cogitationem.* Et paulò pòst: *Quaecumque diximus, vt paruam quidem, tenui et exili quodam vestigium illius decoris patronum explicare.* Rectè etiam huc cadit illud Lactantij 6. Instit. cap. 2. *In tam paruo corpusculo (Sole) qui propter longinquitatem non amplius quam humani capitis videtur habere mensuram, tantus est fulgor, vt eum mortalium luminum acies non queat contueri; & si paulisper intenderis, hebetatos oculos caligo, ac tenebrae consequantur. Quid tandem luminis, quid claritatis apud ipsum Deum, penes quem nulla est nox, esse arbitremur?* Nec dissimiliter Basilius homil. 6. Exaëm. *Si corporum,* inquit, *quae cernuntur, tanta pulchritudo est, tantaque immensitas, quantus est eorum, quae sub aspectum non cadunt? Si caeli magnitudinem oculis, & mens humana capere non potest; quae tandem ratio, quae mens rerum aeternarum naturam inuestigare possit? Si vt Sol, qui esse aliquando desinat, tanta pulchritudine praestat, & tanta magnitudine extollitur; si magna celeritate agitatur, statis, & ratis ordinibus suum cursum conficit; si ita moderatam, & conuenientem huic vniuersitati magnitudinem habet, vt vniuersi proportionem non superet; si sua pulchritudine*

tudine

tudine quasi quidam vernus splendor decora hanc rerum machinam illustrat; si denique inspectabilis vnus est aspectus, quanta quasi pulchritudine Sol iustitiæ resplendet? Si cæco damnum affert hunc Solis visura, & aspectus detractio, quantum peccatori malum, quantam perniciem veri luminis priuatio afferet? Sic Basilius.

Pauca hæc de Diuina pulchritudine adducere placuit, vt ad tantæ pulchritudinis amorem pelliceremur, cùm tanti nostra intersit eam pulcherrimam cognoscere, & appetere, vt frui eâ quandoque detur. *Vbi profectò*, inquit Plotinus Enneade 1. lib. 6. cap. 7. *maximum, extremúmque animabus propositum est certamen, cuius gratia prorsus elaborandum. Non enim miser est qui colores pulchros, & formosa corpora non consequitur; neque qui potentiâ & principatu excidit, sed qui huius solius pulchritudinis caret possessione, pro qua certè solâ, regna, imperiáque terræ totius, & maris, atque cæli oportet abiicere, si relictis his omnibus, atque spretis ad ipsam quis conuersus intueatur.* At de interna pulchritudine ad hunc finem studiosè conquirenda, & remouenda turpitudine, piget ob eodem Ethnico erudiri, quamuis in eam rem non pauca eodem libro habeat, cap. præsertim 8. & 9. Legendus potiùs Ambrosius serm. 8. in Psalm. 118. *ad versum fecundum*, vbi Diuini vultus pulchritudinem, & visuri munditiam eleganter de more explicat. Claudo sermonem de summo pulchro illâ ipsâ clausulâ, quâ eandem disputationem obsignat Socrates *in fine Phædri*, laudátque Clemens 5. Stromatum, cap. 6. O DEVS, ET COELITES, DATE MIHI, VT PVLCHER INTVS FIAM.

ARTICVLVS IV.

De eadem Diuinæ naturæ infinitate vt fundante eminentissimum titulum dominij Dei in res omnes.

147 SVggerit hic locus opportunitatem de Diuino in res creatas dominio disputandi, tanquam de appendice essentialis huius infinitatis, siue magnitudinis, & pulchritudinis, in qua tractanda versamur. Quod enim apud Æthiopas factum refert Aristoteles 4. Politic. cap. 4. vt secundùm magnitudinem, & pulchritudinem deferretur alicui magistratus, & potestas in aliosqid eminentissimè, neque ex aliena deputatione, sed suapte natura Deo competit. Nam etsi innumeri alij sunt tituli, quibus Deus creaturarum omnium dominium sibi ex asse vendicat, cuiusmodi sunt, creatio, & productio prima ex nihilo, iugis conseruatio à primo productionis momento, & alij eò illustriores, quò naturam longè excedunt, omnémque eius cum bonis diuinitùs collatis proportionem. Tamen hic quem proposuimus, Diuini dominij titulus, omnium nobilissimus, & eminentissimus est, quippe qui non creato aliquo fundamento, sed Diuino tantùm, & increato nitatur.

Deus est omnium Dominus secundum Naturam.

Cuius rei gratiâ obseruandum est ex Philosopho 1. Politic. cap. 5. quæcunque ex pluribus constant, & vnum quid commune fiunt, siue ex continuis, siue ex discretis, ita se habere, vt vnum ex eis naturaliter dominatum

minatum exerceat in caetera. Id quod ille declarat inductione per omnia rerum genera: nam in ipsis quoque inanimatis corporibus, quae infimum locum in rerum serie occupant, dominium alicuius cernitur, quod Philosophus suprà appellat imperium instar harmoniae, siue id de dominio formae in materiam, cum Sepulueda ibidem, siue de praedominio alicuius elementi, quod semper primatum in quouis mixto inanimo obtinet, interpretemur cum D. Thoma ibidem lect. 3. In animalibus autem anima habet naturale dominium in corpus, inter animalia homo in belluas, & inter duplicem sexum humanum mas in foeminam, & in vno homine mens, siue ratio superior in appetitum, & partem inferiorem, saltem si rem consideremus secundùm naturam. Spectata enim corruptione, & defectu illo à natura, qui plerosque occupat, fatetur Aristoteles contrarium saepe contingere in plerisque, in quibus corpus animae, & appetitus rationi dominatur; sed hos ait perniciosè, & praeter naturam se habere, ideoque attendendos non esse. Itaque concludit, cùm anima naturaliter dominetur corpori, & homo bestiis, asserendum esse omnes eos, qui tantum ab aliis distant, quantum anima à corpore, & homo à bestiis propter eminentiam rationis, quâ aliis praecellant, esse naturaliter aliorum dominos. Nec attendit eo loco Philosophus alium vllum dominij titulum, sed eam duntaxat, quam dixi, naturalem quandam prae aliis excellentiam.

148. Hanc Philosophi ratiocinationem facilè est ad Deum transferre, vt attigit Ferrar. 3. contra Gentes, cap. 119. & videtur annuere Lessius disput. de statu vitae, num. 265. Clariùs Hieronymus Platus lib. 2. de bono status Religiosi, cap. 3. Apertè videtur expressisse Chrysostomus in Psal. 144. ad versum secundum, cuius haec sunt verba: *Deo multa debemus, quod & nos, cum non essemus, fecerit; & quod alia creauerit, & fecerit rerum, ac omnium; & quod quotidie tam prouidè, quam communiter prouidet, nostrique curam gerit, idque clam, & apertè, nobiscum & sine nobis, & visibilibus. Quid enim dicere quispiam ea, quae sub aspectum cadunt, quae propter nos fecerit, quod ipsa probant ministeria, corporis compositionem, animae nobilitatem, quotidianam eius gubernationem, & administrationem, per miracula, per leges, per supplicia; variam, & quae comprehendi non potest, eius prouidentiam honorum maximum summumque, quod ne Filio quidem suo pepercit propter nos; quae bona data sunt per Baptismum, per Sacramenta; quae danda sunt, bona illa ineffabilia, regnum, resurrectionem, beatitudinem plenam omni beatitudine. Si quis enim vnumquodque eorum enumeret, incidet in ineffabile pelagus beneficiorum, & videbit quot nominibus sit Deo obnoxius. Nec solùm autem propter haec, sed etiam propter maiestatem eius gloriae, propter substantiam ab omni interitu alienam; nam etiam propter eam debetur ei à nobis gloria, & benedictio, & perpetua gratiarum actio, cultus, & ministerium.* Sic Chrysostomus. Imò idem videtur sensisse Epicurus apud Senecam 4. de beneficiis, cap. 19. nam quamuis Deum inermem faceret, & omnia illi tela detraheret, ac ne cuiquam metuendus esset, eum proiecisset extra mundum, ac denique negasset eum nostri esse curiosum, potiusque dixisset eum esse septum ingenti, & inexplicabili muro, diuisumque à conspectu, & contactu mortalium, nullum eius beneficium habentium; addebat tamen colendum esse ab homine, propter

maiesta

maiestatem eius eximiam, singularémque naturam. Itaque licèt alij tituli, quibus Deus omnia sibi mancipata, & obstricta tenet, potiùs deessent; tamen ex sola suæ essentiæ infinitate, & incomprehensibili super quascunque quantumuis sublimes creaturas præcellentia, naturale dominium sibi in eas tantò potiore iure vendicaret, quantò excessus essentiæ infinitè perfectæ, supra essentias limitatas, superat excessum vnius hominis supra alium eiusdem speciei, & naturæ, sed minoribus accidentalibus dotibus, ac perfectionibus præditum: qui tamen modicus excessus, vt ex Philosopho vidimus, sufficit ad naturale dominium vnius hominis in alium, quia ambo ad vnam communitatem pertinent, in qua præcellentior dominari debet aliis. Quod rectè additur à Philosopho, nam quæcunque vnius in alterum præcellentia non sufficeret ad dominium, vt patet in Angelis, qui non sunt hominum domini, quamuis eos quoad naturam longè superent. Sed nimirum Angeli quoad supernaturalia spectant, sunt eodem nobilitatis gradu, quoad naturalia verò, tametsi sint nobis superiores, tamen non pertinent ad eandem nobilitatis communitatem, atque adeò non se habent ad homines, sicut homo ad cætera corporea; sed homo cum cæteris corporeis ex vna parte, & Angelus ex altera, sunt duo quasi corpora diuersa, & duæ communitates, quæ eidem supremo capiti (nempe Deo) subsunt, tanquam vtriusque illius communitatis, atque adeò totius entis creati verticem, ac proinde etiam dominium tenenti, & ad vtranque communitatem habenti rationem capitis. Atque ita proposita doctrina Philosophi valet etiam circa Deum.

149 Et quamuis dominium, de quo Philosophus eo loco disputat, sit dumtaxat dominium quod vocant iurisdictionis, quo vnus dirigit, & regulat alium, eique pro ipsius vtilitate, & bono præest, ac proinde propriè in solas naturas ratione præditas exerceatur; tamen quâ ex parte ad naturas quoque ratione destitutas in fines suos dirigendas, aptéque administrandas extendi potest, plenissimè competit Deo, cui propterea res illæ dicuntur obedire, vt bene exposuit Abulensis quæst. 88. in cap. 8. Matth. adducens Hieronymum in eundem locũ, qui repudiatis hæreticis omnia esse animata asserentibus, affirmat *Conditori omnia esse sensibilia, & quod eum sentiunt, & vocem eius audiunt*, quatenus scilicet plenè subsunt eius dominio, & quidquid ipse vult, perinde ac si sensu, & ratione pollerent, excepissentque eius imperium, incunctanter exequuntur. Imò quia illæ omnes creaturæ sunt possessio hominis, omnéque earum esse non aliò ordinetur, quàm vt homini inseruiant, sintque sub eius dominio, vt latiùs post Sotum Molina tom. 1. de iustitia, tract. 2. disput. 18. manifestum est Deum, cuius iurisdictio in rationalem creaturam plenissimè competit, illis quoque irrationalibus creaturis præesse, ac dominari debere naturaliter; quamuis alij tituli deessent: ob naturale dominium, quod in earum dominum habet secundum naturam. Illud verò aliud dominium quod vocant proprietatis, facilè etiam potest in Diuinæ naturæ infinitatem tanquam in primam originem reduci: nam in hoc quoque dominio verum est, quod vniuersaliter pronunciat D. Thomas lib. 4. de regimine princip. cap. 1. nempe omne dominium fundari super ipsum ens

Quia ergo Deo competit plenitudo entis, quæ est ipsissima Diuinæ naturæ illimitatio, & infinitas; omne autem ens limitatum, & participatum reducitur ad ens illimitatum tanquam ad fontem suum, cuius similitudinem quamdam, & entis participatio est; propterea necesse est omne ens participatum esse proprium Dei possessionem, idque secundùm naturam, vt rectè ex D. Thoma annotat Ferrar. 3. contra Gentes, cap. 113. sub finem, asseritque etiam Plotinus Enneade 6. lib. 8. cap. 12. dicens *Deum ipsum sui esse dominatum.*

Quare Deus ratione infinitatis suæ essentialis est perfectissimo significationis, & plenipotentiæ, atque adeò vndecunque integro, & completo dominio præditus. Quod facilè deprehenderemus, si perpenderemus conditiones Diuini dominij, quibus Diuinæ naturæ infinitatem æmulando, eiusque in se consectaria repræsentando, originem suam manifestè prodit: sicut enim Deus ratione essentialis suæ infinitatis independens omnino est, & omnes perfectiones tanquam in entis pelago continet, vt loquuntur Nazianzenus, & Damascenus: ac denique æternitatem & indefectibilem immutabilitatem obtinet. Ita Diuinum dominium quia ex plenitudine illa Diuinæ essentiæ dimanat, omnino independens est, & infinitè perfectum in genere dominij, nec ad rerum duntaxat superficiem vel vsum aliquem, aut ad certas duntaxat res non ad alias restringitur, sed ad omnes omnino res porrigitur, quoad omnem vsum & dispositionem pertinentem ad plenum in eas dominium, idque per æternum tempus & immutabiliter. Placet has Diuini dominij prærogatiuas paulò distinctiùs proponere, quòd monet Chrysost. serm. 4. in 1. ad Corinthios, diligenter considerationem Diuini dominij esse vtilissimam, omniaque mala in genus humanum inde promanare, quod non vt par est in huiusmodi contemplationem incumbamus, quod propterea etiam monet Sanctus Albertus lium. de contemnenda iniquitate mundi.

Dominij Diuini independentia.

152 Independentia ergo ex eo est perspicua, quòd Deus non per accidens, vt rectè de quibusdam creatis dominus loquitur D. Tho. 3. contra gentes cap. 119. sed per essentiam suam est Dominus, non suffragiis aut electione, aut superioris alicuius arbitrio constitutus, neque per vim aut tyrannidem vel iure belli intrusus, nec prece, aut pretio emptus, aliáve vlla ex imperfectis illis viis, quibus titulo 1. libri secundi Institutionum, exponi solent à DD. modi comparandi dominij, dominium suum adeptus est, sed suapte natura (modò adsit dominij terminus.) Non enim Deo seruorum calamitas, vt rectè ait Theod. orat. 1. de prouidentia, sed ipsa natura ius in omnia & dominium contulit, nec per iniuriam, vel mendicato, sed per essentiam est in eo dominatus, & quidem altissimus ac supremus, imò cum ea prærogatiua, vt ab eius dominio dimanent cæteri omnes dominatus, & ab eo pendeant, ipsum verò à nullo. Quod S. Thom. lib. 1. de regim. principum cap. 1. 2. & 3. probat ex ratione entis, & motus & finis. Sicut enim omne ens ex ente primo dependet, ita & dominium quod in ente fundatur, debet à Deo tanquam à primo fonte deriuari. Præsertim quia virtus præsupponitur à dominio, quia non est dominium vbi non est virtus, seu potentia;

tentia; atqui virtus omnis creata est à virtute increata, cùm virtus seu potentia sequatur esse, quod euidens est à Deo pendere: Ergo dominium quoque quod virtutem subsequitur, pendet à Deo. Item qui alijs praesunt in his inferioribus sunt aliorum motores, & quidem eo magis motum participant, quo altiore gradu locati sunt, vt constat ex illis quae de Caesare scripsit Seneca in consol. ad Polib. cap. 26. *Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio. Ex quo se Caesar orbi terrarum dedicauit, sibi eripuit: & siderum modo quae irrequieta semper, cursus suos explicant, nunquam illi licet nec subsistere, nec quicquam suum facere.* Illustre & illud Latini Pacati in panegyrico longe ante citatum. *Gaudent profecto Diuina perpetuo motu, & iugi agitatione se vegetat aeternitas, & quicquid homines vocamus laborem, vestra natura est* (alloquitur Theodosium) *vt indefessa vertigo caelum rotat, vt maria aestibus inquieta sunt, & stare Sol nescit. Ita tu Imperator continuatis negotijs & in se quodam orbe redeuntibus, semper exerceris, nec tibi Hispania sufficimus, tam Sarmaticis tabernaculis excubare, nec hostium arma suspendere, iam hosti armorum colla subiugare.* Si igitur qui alijs dominantur in his inferioribus necesse est, vt tantopere moueantur, (omne autem quod mouetur ab alio mouetur,) quousque ad vnum motorem immobilem cui tota motorum series subsit, deueniatur, vt experimur in corporibus coelestibus & alibi vbique, manifestum est totum dominium creatum à Diuino dependere, & Deum omnibus mobilibus, vt Sapientiae 6. dicitur, mobiliorem (per efficaciam scilicet & vim mouendi,) varium sua dominantis portiunculas, seu potius tales imagines, inferioribus dominis elargiri. Tandem actus imperij & dominij consistit in optima dispositione & ordinatione ad finem debitum, nec alius est finis cuiusuis politiae, quam vt ciues bene ac prudenter dirigantur ad beatam vitam, consentaneèque ad finem naturae rationali conuenientem operentur omnia: Atqui actus ille imperij creati est tantùm quasi radius plenissimae illius lucis & prudentiae, qua Deus disponit omnia, & propter abundantiam intellectualitatis ex qua oritur cognitionis finis, praedilectio, & ad eum directio, excellentissimè operatur propter finem. Ergo imperium & dominium quodcunque creatum pendet à Diuino. Sed est etiam vnde alteram independentiam Diuini dominij suspectamus cum D. *Aug.* 8. de Genesi ad litt. cap. 11. & in Psal. 69. *ad versum penultimum.* Dominium enim quodcunque creatum etiam summè eminentium (si rectè rem expendimus) ab illis ipsis in quos exercetur dependet, & quidem multis modis. Nam mortales domini, non modò dominium saltem magna ex parte à subditis primò acceperunt, vel subactis aliena ope hostibus compararunt, (quo respexit Theophilactus orat. de ... cùm alloquens Regem ait, *regiam purpuram alienam esse donum, et sanguinem manum, ...*) Sed etiam subsidium contra exiguum, in quos dominationem exerceant, & operam ad executionem rerum quas statuunt, & non dissidentes voluntates, vt coniunctis cum capite membris perfruantur dominio, quod intestino illo dissidio extinguetur. At hoc sanè est non modicam domini à subditis dependentiam admittere, ac proinde tantundem huic dominio perfectionis veri dominij

decedit; quia vt ex Augustino rectè dixit Prosper sentent. 39. *Verus est dominus qui seruo non indiget, & quo seruus indiget.* Solus itaque Deus est verus Dominus, *cuius principatum*, inquit Chrysost. in Psal. 44. ad versum 5. *super humerum eius esse dicitur, non vt humerum ei eo intelligamus, absit; sed vt solummodo Deum non egere alterius auxilio.* Similia repetit in Psal. 46. ad illud, *Dominus excelsus Rex magnus*, & pulcherrimè in Psal. 119. inde eruit Deum solum esse substantiâ & naturâ principem.

Extensio Diuini dominij.

151 Iam infinitas extensiua Diuini dominij, non potest breuiùs proponi quàm dicendo nihil prorsus quod extra Deum sit, vel esse possit, ab eo eximi. Nam ipse quidem Deus non potest sui ipsius Dominus dici, vt tradit Plotinus Enneade 6. lib. 8. cap. 12. & manifestum est ex subiectione illa quam vox *Domini* importat in eum quem subiectum habet. Subiectio autem & distinctionem & inæqualitatem dicit, quæ in Deum non cadunt. Ac proinde meritò Greg. Nyss. orat. 8. contra Eunomium *ferè initio*, acriter arguit sycophantam illum quòd Philonem Iudæum imitatus, imò exscribens, dixisset *Deum dominari suæ potentiæ*. Deo igitur secluso, entia quæcunque siue quandoque existentia, siue potentiâ tantùm, subsunt dominio Dei, quatenus Deus & res quandoque existentes è nihili abysso eruit, creatasque ne in eam relabantur inhibet, quemadmodum placet, & res potentiales vocare possit tanquam ea quæ sunt, & ad existentiæ lucem educere pro arbitratu. Item rebus existentiam adeptis vti potest in quemcunque vsum, qui ad plenum in eas dominatum pertineat, nec sistit eius dominatus in ipso quasi rerum cortice, vt dominiis creaturis euenit, sed peruadit ad imam vsque substantiam. Et creata quidem dominia, si rectè expendantur, vix excedunt vsum rerum, vt præclarè tradit Chrysost. hom. 2. ad populum, addens propterea risum sibi motum à quibusdam, qui testamento vsum rerum vni cuidam, alteri verò dominium legarent earundem rerum; Quasi non solus Deus Dominus sit, homines verò (etiam qui domini dicuntur) vsuarij tantùm: Deus autem plenum in res dominium habet, & quidquid sanxerit, non minus promptè ac exactè exequentur, etiam quæ ratione & cognitione carent, quàm obsequentissimus famulus exceptum domini imperium capessit; quod vt rectè expendit August. Psal. 46. *in fine* significauit qui sub potestate constitutus rem inanimam seu morbum dixit iubentis Dei imperio æquè citò abscessurum, ac milites & serui quos sub se habebat, huc vel illuc quo iubebantur, conferebant sese. Et hominibus quidem quantumcumque protendatur eorum dominium, liceat semper illud Basilij occinere, hom. 5. ex variis, *fac enim tuis opibus omnibus, vt vnam excites nubeculam, vt modicum imber è cælo descendat, vt terra fructus exacta reddat.* Deo autem hæc & omnia alia parent ad nutum. Agnouit hoc Canutus Angliæ ac Daniæ Rex apud Polydorum 7. historiæ Anglorum *in ipso fine*. Cùm enim eum secundùm littus Oceani deambulantem, assentator quidam appellasset Regum omnium longè potentissimum, terrâ marique latè imperantem, animo repentè ad Dei summi Domini potentiam contemplandam erecto sedit quàm proximè aquam, hæc in eam inclamans, *tibi iubeo ne pedes meos tangas*,

quæ

quæ cum insurgens totum proluisset, arripuit ille prudenter occasionem corripiendi palponem illum, & Dei solius summum terrâ marique dominatum manifestandi. Plenitudinem hanc Diuini dominij & in omnia extensionem, designabant Hebræi, sublatam hostiam mouentes, primùm ab Oriente in Occidentem, deinde à Septentrione in Meridiem, Deum omnium quaquauersum Dominum esse denotantes, vt aduertit Vatablus ad cap. 29. Exodi num. 33. vbi etiam Emmanuel Sa ad versum 24. aliquid simile in Christianorum summorum Pontificum sacello fieri obseruat, eodémque Volaterranus lib. 3. triplici de hominis officio, c. 12. pertinuisse putat illâ totius corporis circumactionē in Ethnicis adorantibus Deum, vt videre est apud Suetonium in Vitellio, cap. 2. & Plutarchum, in Numa n. 22. Hac item de causa ipse Deus contra insensatos varias mundi partes plerunque assumpsit, vt scilicet omnes agnoscerent, nullis limitibus claudi dominium eius, qui vbiuis fontes plectendi haberet potestatem. Quod nominatim in Ægyptiorum plagis obseruatum est à Macario Chrysocephalo hom. de exalt. crucis apud Gretsf. to. 2. de cruce. *Cum Ægyptij*, inquit, *& Græci putarent Deorum quosdam esse cœlestes, alios terrestres, alios subterraneos; & illos quidem terræ, hos autem maris imperium tenere, & alios montibus, alios campestribus præsidere, qua opinione imbuti quoque erant Syri illi qui dicebant, Deus montium, Deus Israël est, non Deus vallium; necessarium fuit, vt vniuersorum Deus & Dominus non modo per fluuium & terram, sed per aërem & mare Ægyptios erudiret, cælitùsque etc fulminibus immissis, vt planum faceret se esse omnium effectorem & Dominum; quod & R. Moses Pharaoni indicauit dicens, vt cognoscas eum & sentias, quòd Domini sit terra.* Hæc & alia in eam rem Macarius.

Sed vt cæteræ omnes viæ huius veritatis detegendæ deficerent, illa vna iure videri deberet expeditissima, quam quotidianæ appellationes subministrant: Non enim Reges quantumuis potentissimos & latè dominantes nominamus absolutè reges, sed cum addito diminuente; puta Reges Galliarum, Hispaniarum, &c. quæ limitatio restrictionem dominij importat, & dispositorum (quod ille aiebat) in terræ puncto regnorum fines quantum intra angustias puncti variè dissecti patere possunt, insinuat, vt benè aduertit Chrys. in Psal. 44. *ferè initio*. Solus Deus Domini nomen & prærogatiuam sibi sine restrictione & limitatione vlla vendicat, vt iure Philo lib. de Cherubim ad illud *possedi hominem per Deum* longam de Diuini huius dominij amplitudine dissertationem, concluserit his verbis. *Quoniam igitur satis declaratum est neminem mortalem habere vllius rei stabile certúmque dominium, quem autem vulgus dominum vocat, opinione magis quàm veritate esse dominum, & necessarium est, vt subditum & seruum, ita rectorem in hoc vniuerso esse ac Dominum; Rector & Princeps & Imperator verus Deus habendus est quem decet hæc vox; omnes res meæ sunt:* Hactenus Hebræorum Plato. Tentauit Diuini dominij extensionem declarare Maximus Tyrius dissert. 1. in fine. *Cogita*, inquit, *animo magnum aliquod regnum, aut potentem principatum, in quo reliqui omnes actiones suas ad vnius Regis nutum, qui dignitate & maiestate antecedit cæteris sponte dirigant. Limes huius imperij sit, non Halys fluuius, aut Hellespontus, non Mæotis, aut Oceani littora, sed cœlum suprà, terra infrà: Et cœlum quidem validis compagibus muri ad instar*

circumcurrens suspensum manens, ut omnia amplexu suo continere possit; Terra quasi carcer [illegible] corporum praeteriens alios Magnus ille Rex [illegible] sedet populisque suis [illegible], leges quibus [illegible] praescribit: Regni consortes sunt Dij multi, quorum alij [illegible] alij [illegible] non possint. Horum omnium tanquam statum quendam, Regiique generis proximi circa vestibula observant, [illegible] sedem, familiaque consistunt, alij rursus qui his subserviunt, & rursus alij qui infra hos sunt. Vides catenam perpetuam regiique seriem quae a Deo ad terram usque descendat? Sic ille. Huc faciunt quae de malogranatis septuaginta duobus, quae sunt apta regnorum omnium symbola, ad limbum vestis summi Sacerdotis Deum repraesentantis apposita, eruditer in hanc rem exponit Pineda in cap. 24. Iob, ad versum 24. num. 7. Quae illustrari possunt cum ea quod ibidem addit, ficti numinis simulachro, altera manu sceptrum, altera malogranatum gestantis, de quo Pausanias. Tum etiam emblemate quo Theophilus Antiochenus l. ad Autolycum, mundum universum tanquam malum punicum in Dei manu depingit his verbis: *Quemadmodum malum punicum cortice [illegible] Deum [illegible]*. Haec Theophilus ex interprete, quem suspicor malogranatum in malum Punicum commutasse. At enim in malo Punico grana

Quomodo vero Dion ex hac Diuini dominij extensione omnia [illegible] sacrilegij redarguerit, [illegible], lege apud Senecam 7. de beneficiis, cap. 7.

Eiusdem Diuini Dominij aeternitas.

152 Restat aeternitas, seu infinitas durativa Diuini dominij, cui non derogat quod Tertullianus lib. aduersus Hermogenem, cap. 3. ostendit Deum ex eo duntaxat tempore fuisse Dominum, quo res, in quas dominari posset, condidit; agit enim ibi Tertullianus de dominio quasi in actu secundo, & ad exercitium, & praxim relatiuo, quale certe non habuit Deus ab aeterno, defectu termini per tale dominium connotati; tametsi totum dominij actum primum, quem solum nunc attendimus, eamque omnium internam perfectionem, quam absolutissimum dominium importat, non minus erga res omnes habuerit ex aeternitate, quam nunc res ipsas habent, vt recte tradit Toletus in cap. 13. Ioannis, annot. 17. Nec aliud respondendum est ad quaestionem, quam Augustinus 12. Ciuit. cap. 15. de Diuini dominij aeternitate agitat non sine perplexitate: fundatur enim hoc dominium Diuinum in essentia, quae aeterna est, & supra omnem temporis instabilitatem. Ex quo etiam fit, vt non idem huic dominio contingat, quod creatis & humanis dominiis: nam vt praeclare disserit Philo lib. de somniis, ad illud. *Et ecce scala stans. Res humanae habent quodammodo naturalem scalae imaginem, propter cursum inaequalem, [illegible] Nam ex plebeiis Prin-*

cipes

rique publicique sunt in Principibus, pauperes in diuitibus, in pauperibus locupletissimi: [illegible] est via verum humanarum, [illegible] Aethiopes, inuersis [illegible] con[illegible], quorum inaequalitatem tempus [illegible] certissimum [illegible] argumento indicat. Haec Philo, addens Deum summis scalis similem esse, quippe à quo inferiora omnia semper pendeant, ipse autem super omnia sit, & illis vicissitudinibus dominij minime obnoxius persistet. Pittacum sanè Aelianus 2. variae historiae, cap. 29. refert, Mytilene in templis scalas fecisse ad nullum alium vsum, quam vt esset dedicatum donum adumbrans repentinos Fortunae in humanis rebus ascensus, atque descensus. Sed & Aegyptij, Auctore Plutarcho in Numa, rotas in Deorum templis volabant, nihil esse stabile in humanis rebus innuentes. Meminit illius quoque ritus Clemens 5 Strom. cap. 4. & videtur eodem modo illum exponere. Hanc dominiorum creaturarum instabilitatem expendens Chrysostomus homil. 11. in primam ad Timoth. [illegible], negat nos rerum dominationem habere. *Possessores*, inquit, *[illegible] Dic enim, [illegible] quem habuit dominum, [illegible] habiturus est? Diuites vulgò [illegible] prouerbium, [illegible] sapientes quidem [illegible] fuisse [illegible], quae vulgò dicuntur, si quid in se [illegible] habent. Ager, inquiunt, quàm multos habuit, & quàm multos habiturus est dominos? Haec & ad domos, & ad pecunias [illegible] dici possunt.* Ita Chrysostomus.

173 Sed quia vbertimè, & sanè eleganter hunc ipsum locum tractat S. Asterius homil. de oeconomo iniquitatis, Auctor sanè grauis, & Chrysostomo aequalis, vel etiam paulò antiquior, vt ex eiusdem Asterij homilia contra auaritiam colligere licet; placet ex eo aliqua adscribere, [illegible] etiam libentius, quòd eae homiliae minus fortè passim leguntur. Cum igitur dixisset [illegible] *quòd nos [illegible] domini [illegible] fit [illegible] non Europaei, [illegible] sumus [illegible] Deo [illegible] sit [illegible] dominationem [illegible]*. Cùm, inquam, haec tradidisset Asterius, concludit, *[illegible] esse, quòd non sit dominus rerum [illegible]. Deum autem solum Dominum esse & nostri, & rerum nostrarum. Itaque [illegible] quisque [illegible] esse [illegible] arrogantia [illegible], & [illegible] rationibus [illegible], [illegible] & [illegible]; Dominumque semper expectare [illegible], ac [illegible] rationem [illegible] comparare [illegible], & ad [illegible] tempus [illegible] velut [illegible] vsura. Quòd si [illegible] familiaribus [illegible] [illegible], & experientia [illegible], quae magistra est minimè fallax. [illegible] possides vel ex haereditate [illegible], vel ex aliquo [illegible]; [illegible] igitur [illegible] [illegible], & [illegible] si potes, quonam [illegible] ipsum ante te possederint; post deinde [illegible] in animo [illegible] [illegible] repete, quàm multi [illegible] post te [illegible]. Ac die mihi [illegible] dominum, & [illegible] discrimenis inter illos qui aliquando id habuerunt, qui nunc habent, aut deinceps sunt habituri? Nam si quis omnes velut ex machina congregauerit domum [illegible] quàm globo reperientur. Amplius si [illegible] expressam [illegible] imaginem [illegible], si forte [illegible], aut finge [illegible] aliquando tempore [illegible] in [illegible] [illegible]*

cation

natam undique viridem, & pascuis, latèque arborem umbrâ vel domus vicem explere, propter amoenitatem et frequentiam, & quamvis liceret sub ea commorari, dum aliunde te unus abscedente viatorem addidisse, depositaque sarcina, sua absentia excepisse omnia, stratam, caveamque umbram, ac lympham praeterfluentem; sed & hanc, ubi pauxillum in herba te ambulantem requievisset, viam rursus inire coepisse, tandemque arborem una die decem ferè hospitam ad breve tempus diversorium exhibuisse, & cuilibet usui paruisse, cum tamen unius propria domini censeretur. Haud aliter sese habent Stationes humanae, atque nostra copia, & facultates, modo illa quidem alium, & oblectant, dominium autem tamen penes unum Deum, ea incorruptibilis, & interitus expers sunt. In Pandochium etiam aliquando cum iter faceres divertisti, ibique lectum, mensam, pocula, discos, aliudque omne genus vasa reperisti, cum nihil quidquam eorum attulisses. Et ubi modicum ad satietatem iis usus esses, supervenit alius ambulaturus, & palantem, & alterius rei propria assistens, ad abitum te excitavit, atque impulit. Talis enim vita nostra fratres, aut si quid hic, quo dicimus, magis transitorium, & caducum. Quare cum aliquem audio dicentem, Praedium meum, & domus mea, non possum satis admirari, quomodo quae syllabam non sacit, iam syllabas sibi vendicent tribuuntque syllabis latronibus aliena amplectuntur. Sicut enim histriones personas propriè, & peculiariter earum possidet nemo, sed pro re, & argumento permutant quisque sumptas in scenam, sacrisque veteres quasi vestes ex alio alii induunt. Dic quaeso num aliquid regno maius? atqui scrutare quae Regum fuerint illustrandas conquire Regias, quamplurimas sane reperies; quae Regum multorum corpora texerint; quid & de tantis, sibalis, & vetustis cum fundarum. Omnia tempore haereditatem instabilem, usumque eorum commutant, & ab iis, qui abeunt, ad alios, qui veniunt, transferuntur. Quid autem, & quanti ista illa, quam praesides sortiuntur sella, argenteum vehiculum, & virga aurea? Non semper ista à Praeside habentur, nunquam certè ab eodem sunt, sed ad exiguum temporis usuram. Sicut autem pileus, aut sandalia, alii subinde cadavera suscipit, ita & tum Principatus insignia, omnes alternatim commutant. Haec ille, & alia in eam rem permulta elegantissimè, ac gravissimè.

Ab huius etiam perfectionis defectu magna dominiis humanis labes praeterea infertur ex metu amittendi bona non sine labore parta, qui metus non cadit in Deum, vt cuiuslibet, cui nemo per vim, aut fraudem quidquam eripiat. Illustrabo hunc defectum dominij creati paucis verbis Cypriani epist. 2 num. 49. *Quos divites opinaris continuantes saltibus saltus, & de confinio pauperibus exclusis infinita, ac sine terminis rura latius porrigentes, quibus argenti, & auri maximum pondus, & pecuniarum ingentium vel extructi aggeres, vel defossae strues; hos etiam inter divitias suas trepidos cogitationis incertae sollicitudo discruciat, ne praedo vastet, ne percussor infestet, ne inimica cuiusque locupletioris invidia calumniosis litibus inquietet. Non cibus securus, somnusve tranquillus; suspirat ille in convivio, bibat licet gemma, & cum epulis marcidum corpus torus mollior alto sinu condiderit, vigilat in pluma, nec intelligit miser speciosa sibi esse supplicia, auro se alligatum teneri, & possideri magis, quam possidere divitias, atque opes.* Sic ille, qui similia addit de maiore potentiorum timore, & quomodo *favore quidam carendi, quàm fuerit amplior summa dignitate, & honorum, tam maior exigitur usura poenarum.*

* * *

Corollaria ex Diuini dominij consideratione.

134 Ex his omnibus corollaria quædam vtilissima eruere licet, quæ obiter attigisse non erit inutile; præsertim vt appareat, quàm sapienter Græcos admoneat Theodoretus lib. 10. *serm.*, qualis esse debeat nostra de Deo cognitio. In primis autem illud colligitur, quòd spectata creati cuiuscumque dominij subordinatione ad Dominum, homines non tam domini sunt, quàm vt Albertus suprà contendit, œconomi; vel opinione tantùm, non re ipsa domini, vt adductus suprà Philo dicebat. Quod item respexisse Tiberium domini nomen (vt Suetonius in eius vita, cap. 27. refert) repudiantem, censuit D. Thomas lib. 3. posterioris operis de regimine Principum, cap. 2. Eadem denique ex causa maiores nostri nomen domini, tanquam Dei veluti proprium, nemini hominum, ac ne Sanctis quidem, & beatis in cœlo tum degentibus (vt Baronius anno Christi 416. num. 23. obseruauit) commune esse voluerunt. Si autem erga homines aliqui subiectionem suam verbo profiteri vellent, Domnos vocabant, vt præter eundem Baronium annotarunt, Molanus lib. 3. de Canonicis, cap. 15. Busæus ad serm. 4. Blesensis, & qui appellationis illius vsum in sacris Litaniis, contra delicatulos quosdam Latinitatis aucupes tuetur Serarius lib. 1. Litaneutici, cap. 13. tametsi alij, inter quos Gretserus in notis ad orationem Germani Constantinopolit. de Cruce, meram syncopen sine alio mysterio, & in Latina voce Domnus, & in Græca *κύρ.* agnoscunt.

Illud præterea ex hac Diuini dominij expositione vtilissime infert Philo lib. de Cherubin, ad illud, *Possedi hominem*, non esse quòd Deo res suas repetenti, & concessa auferenti ægrè obsequamur, quod plerique facimus, rerum suarum amissionem impotenter ferentes. *Liquere* (inquit, longam de hoc Dei dominio disputationem claudens) *satis per hæc omnia puto, nos alienis vti possessionibus, nec gloriam possidendo, nec diuitias, nec honores, nec imperia, nec aliud quidquam vel corporis, vel animæ proprium, imò ne vitam quidem: vsumfructum habemus solum. Quòd si cognoscemus, curaremus tanquam res Dei, præuidentes interim & Domini tempore sua, quandocumque ipsi visum fuerit: sic tamen adempta ferremus leuiùs. Nunc plerique omnes, dum existimant hæc sua esse ac propriè primas copiâ earum, & egestatis metu opprimuntur miserè. Est igitur non solùm verum sed ad consolationem etiam vtilissimum, credere mundum hunc, & quæcumque continet, esse Creatoris sui possessiones, sunt opera, sed hæc quoque sua opera elargitur Dominus, quòd hic opus non habeat: qui autem hic vtitur, non possidet ea, quia heres eius omnium est, & Dominus, qui rectissimè dixit, Mea est vniuersa terra: ac si diceret, Omnis creatura mea est, vos autem aduenæ, & inquilini coram me,* &c. quæ fusiùs prosequitur. Breuiter, sed pulchrè Blesensis epist. 106. c. *Mancipium est, non dominus, quidquid à Deo habemus, dispensat, non dedit transfusa.* Ex quo infert, Deo summo Domino vim esse sua repetendo; quod ex Democrito ita refert Eusebius 13. Præpar. c. 7. *Omnia Iupiter regnauit, omnia ille dare, & omnia potest auferre. Rex omnium ipse solus est.*

Inferre quoque inde licet, quod omnis peccatum esse iniuriam Deo illatam saltem materialem: homo enim, vtpote Dei seruus, & mancipium, non tantùm titulo obedientiæ, sed etiam iustitiæ debet Deo obsequi,

ob supremum eius in nos dominium. Etsi aliis dominis non debeamus obsequium nisi ex obedientia; caeteri namque Domini, praecisè quatenus imperantes, obligant nos vi duntaxat iurisdictionis quam habent, cuius violatio spectat ad solam inobedientiam per se loquendo; vt patet in ciue comparato ad superiorem. At Deus quia habet in nos summum dominium etiam proprietatis, quale est domini in mancipium, ex iustitia exigit praecepti sui obseruationem, & vsus voluntatis, aut reliquarum potentiarum nostrarum contra Dei voluntatem est vsus rei alienae inuito supremo Domino, quae est manifesta iniustitia. Itemque cessatio ab opere per eum praecepto, est denegatio operis Deo ex iustitia debiti, & ab eo praecepti vi iuris quod habet in potentias & operationes nostras, quarum fructum vt in solo suo ac fundamentum, merito sibi deposcit, nec ei negari potest sine propria iniuria. vt optime prater caeteros attingit S. Ansel. lib. 1. cur Deus homo cap. 11. & 24.

134 Insuper possumus ex dominio Diuino inferre Deum vi obsequij, aut actionis in ipsius gratiam ab aliquo elicitae astringi non posse aut constitui debitorem, nisi ipse se vltrò astringat & debitorem constituat. Nam omne obsequium quod Deo à creatura deferri potest, est donum ipsiusmet Dei, & multo plus ad ipsum pertinet, quàm ad creaturam à qua elicitur; ergo tantùm abest vt vi illius actus creatura Deum sibi faciat debitorem, vt potius nouo titulo ei astringatur occasione praedicti actus. Atque ita repugnat Diuino dominio & summae hominis ac omnium planè rerum subiectioni ad Deum, vt Deus aliunde quàm à se ipso cuiquam obligetur. Quod validè Augustinus in Psal. 109. & serm. 6. de verbis Apostoli, negans Deum fieri cuiquam debitorem accipiendo, sed tantùm promittendo.

Tandem inferre hinc quoque licet, quanta sit dignitas, Deo tanto Domino subesse, ac seruire, quod ne in re facili fusius sim, praeclarè de more tradunt Chrysost. hom. 1. in ad Romanos *in fine*, & hom. 1. in ad Philippenses *initio*, & in Psal. 43. ad illud *in Deo laudabimur*, Philo lib. de plantatione Noe ad illud, *Dominus regnabit in saeculo*, & lib. de Cherubim ad illud, *possedi hominem*, &c. sub finem, nec malè insuper infert idem Chrys. in Psal. 144. ad illud, *magnus Dominus &c. Quoniam magnum habes Dominum, sis quoque tu intentus, & te explica à rebus quae ad humilitatem pertinent. Sunt spiritus qui superent praesumptionem rerum humilitatem.* Nec inepta inepti plerunque, hominis ex Dei tanti Domini in suos amore dia illatio, *Omnia Dei sunt; Dei autem amici sapientes sunt; amicorum autem omnia communia; omnia igitur sapientum sunt.* Laërtius lib. 6. in Diogene Cynico.

ARTICVLVS V.

De bonitate Dei respectiua.

135 AGimus nunc de bonitate Dei respectiua. Vbi in primis aduertendum est cum Durando in 1. dist. 34. q. 1. num. 22. illud dici respectiuè bonum alicui, quod est illi conueniens siue intrinsecè, siue extrinsecè: Priore modo partes integrantes, & multo magis essentiales, conueniunt homini. Quo pacto ex tractatu circa Diuinam simplicitatem & purissimam actualitatem constat, Deum non posse esse bonum alteri. Posteriore modo bona alicui censentur, quae-

cunque

eamque impertiunt communicentiam ad illud secundum habitudinem causae efficientis, vel alterius extrinsecae rationis siue conditionis.

Hoc igitur modo Deus, quia in se optimus est, aliis quoque est summè bonus. Et nobis quidem ac quibuslibet naturis intelligentibus respectiuè bonus est speciali quodam modo praeter alios cum omnibus creaturis communes. Est enim nobis bonum sub ratione finis vltimi, cuius solius adeptione satiamur, & in quo solo consistentes quiescimus iuxta Augustini monitum; *quid gaudendum nobis non sit, quia* [illegible] *sed erigenda sit mens* [illegible] *ad bonum nostrum, bonum bonorum* [illegible]. Habemus enim vt eum cognoscentem, ita & appetitum vniuersalem; proindeque vt intellectus est cognoscitiuus omnis veri, ita & voluntas est prosecutiua omnis boni nec potest nisi boni plenitudine expleri. Omnia autem creata bona finita sunt, ac manca, ac vt pulchrè dicit Richard. Victor. in Psal. 81. *Orbis vniuersus hoc est ad voluntatem & ad cordis, quod buccella ad os corporis.* Sicut ergo buccella ori ingesta famem diuturnam non sedaret, ita nec bona creata, plenum voluntatis bonum esse possunt. Itaque Deus solus est bonum nostrum hoc peculiari modo. Vt omittam diuitias Diuinae bonitatis in nos, quae eluxerunt in maximis & pretiosis donis per quae efficimur Diuinae consortes naturae, vt dixit is quem S. Dion. cap. 2. Diuinorum nominum, *Theologorum dicens* [illegible] *& antiquissimum columen* nominat. Per haec boni Diuini diffusionem [illegible] meritò, vt multa possunt, quae tum nobis, tum quibusuis aliis creaturis perficit & praestat eadem bonitas in genere causae efficientis naturalis, & conseruantis, ac prouidentis in eodem ordine. Hac enim bonitate respexerunt antiqui Philosophi, bonitatem Dei in ista praedicantes. *Deus bonus est* (inquit ex Platonis mente Alcinous,) *quod omnia pro viribus suis beneficia* [illegible] *cum omnis boni causa sit.* Idem ex Platone, Deum vt ἀγαθὸν [illegible] cognominante, refertur apud Cyrillum l. in Iulianum *sub finem.* Qui etiam lib. 2. ad c. 5. perillustris in eandem sententiam ex Hermete refert quae habentur in fine Pimandri. (Sol & cap. 4. eiusdem libelli Deus vocatur) *bonum bona faciens omnia* [illegible]. Quem loquendi modum potuit ex Hermete hausisse S. August. in Psal. 34. ad versum 5. & Plotinus Enneade 6. lib. 7. cap. 22. asserens Deum esse *bonum, caetera bona vt amari possint quasi colorans, & hoc ipso amabilia reddens.* Nec minus Dei bonitatem ex operibus bonis inferre licet, quam plerunque SS. Patres & nominatim Athanas. orat. contra idola, Deorum nequitiam ex eorum sceleribus inferunt: *Ita namque* (vt idem Athanas. rectè dixit) *prosequi* [illegible] *necesse est,* [illegible] *ex opere ipsius* [illegible] *quale sit opus agnoscatur.* Optimè ad hanc rem Philo lib. de mundi [illegible], *si quid,* inquit, *boni est in iis quae sunt, vel vniuersum* [illegible] *caelum, & mundus, Dei fructus est* [illegible]. Expressit Philonem de more Ambrosius serm. 5. in Psal. 118. *ad illud bonus es tu. Proprium,* inquit, *Dei est vt bonus sit. In Euangelio habes quia arbor bona bonos fructus facit, fructus eius Angeli sunt, fructus eius homines sunt, fructus eius sunt qui nascuntur in terris, fructus eius virtutes* [illegible] *Ambrosius ergo arbor bona bonos fructus* [illegible] *sunt.*

156. Hanc Ambrosij piam commendationem facile est latiori execu-

sione extendere ad pleniorem notitiam Diuinae huius bonitatis. Sic enim antiqui Theologi, vt habetur cap.4. Diuin. nominum; cùm in omnia quae bona sunt, bonitatem à Deo diffusam videremus, Deum bonitatem appellarunt, ipseque Dion. ibidem & cap.2. ac 5. allegante etiam Damasceno 1. Fidei, cap.12. hoc sensu dixit primarium Dei nomen esse bonitatem siue bonum, vt latè quoque habetur cap.2. Pimandri. Quamuis enim bonitas haec respectiua, vt affirmat idem Damascenus essentiae quasi adiacens concipiatur, tamen illa appellatio Dei, primaria censetur, quatenus Diuina substantia & infinitas, per beneficos suorum munerum processus in haec inferiora, nobis maximè innotescit. Atque ita nomen boni est primum quoad nos, vt Dionysium exponit Clichtoueus ad citatū caput Damasceni & Altissiodorensis apud Carthusianū in 1. dist. 2. q. 2. Annotto videtur Philo lib. 2. allegor. ad illud, *Coram Domino malus &c.* ait enim nomen hoc *Deus* esse nomen bonitatis. Nempe quia, vt idem Philo ait lib. de plantatione Noë, ad illud, *Anno quarto omnis eius fructus sanctificabitur*, Deo nihil magis proprium est quàm benefacere. Quibus consentanea sunt illa Clementis Alexandrini 1. Stromatum cap.8. *bona facere est, vt semel dicam, Dei natura, vt ignis calefacere, & lucis illuminare.* Eadem ex Platone refert Sextus Empyricus lib. vlt. aduersus mathem. cap. *quid sit bonum*, & vsurpantur etiam à Synesio epist. 54. & à D. Dion. cap.4. Diuinorum nominum, & à Porphyrio 2. de abstinentia. Sed illustrissimè Philo lib. 1. allegoriarum ad illud, *& fecit Deus hominem. Benignus*, inquit, *cùm sit Deus largitur bona omnibus etiam imperfectis, inuitans eos vt aemulatores virtutis atque participes fiant, ostendensque immensas suas diuitias quòd sufficiant etiam iis, qui non magnam vtilitatem inde capiunt. Hoc autem aliis rebus declarat manifestissimè; quoties enim pluit in mari, fontes producit in desertissimis locis summum & asperum, sterilemque terram rigat inundantibus fluminibus, quid aliud exhibet quàm extremitatem diuitiarum benignitatisque suae. Eadem est causa ob quam nullam animam sterilem boni creauit, quamuis sint quaedam, quibus hoc est inutile.* Hactenus Hebraeorum Plato.

137 Verùm nemo pleniùs & efficaciùs inter Philosophos, Diuinam hanc bonitatem suspexit, quàm Seneca lib.4. de benef. cap.5.6.7. impugnās enim Epicurum qui Deum non esse de nobis sollicitum, nec conferre nobis vlla bona blatterabat, negat vllum esse ad quem aliquid ex illo benignissimo fonte non manarit. *Verum enim id* (inquit) *quod nascentibus ex aequo distribuuntur quae sequuntur, nec quasi dispensata inaequaliter, parum dedit natura, cum se dedit. Non dat Deus beneficia? Vnde ergo ista quae possides? quae das? quae negas? quae seruas aut rapis? Vnde haec innumerabilia oculos, aures, animum mulcentia? Vnde illa luxuriam quoque instruens copia? neque enim necessitatibus tantummodo nostris prouisum est: vsque in delicias amamur. Tot arbusta non vno modo frugifera, tot herbae salutares, tot varietates ciborum, per totum annum digesta, vt inerti quoque, fortuita terrae alimenta praeberent. Iam animalia omnis generis, alia in sicco solidoque, alia in humido innascentia, alia per sublime dimissa, vt omnis rerum naturae pars, tributum aliquod nobis conferret. Flumina haec amoenissimis flexibus campos cingentia, illa praebitura commercium vias, vasto & nauigabili cursu vadentia, ex quibus quaedam statis diebus mirabile incrementū trahunt, vt arida & feruenti subiecta caelo loca subita vi aestiui torrentis irriget. Quid medicatorum torrentium venae? Quid in*

ipsis litoribus aquarum calentium exundantem?

——Te Lari maxime, teque
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.

Si pauca quae tibi donasset iugera, accepisse te diceres beneficium, immensa terrarum late patentium spatia negas esse beneficium? Si pecuniam quis tibi donaverit & arcam tuam (quoniam id tibi magnum videtur) impleverit, beneficiū vocabis: tot metalla defodit, tot flumina emisit in terra, super quae decurrunt sola aurum vehentia, argenti, aeris, ferri immane pondus omnibus locis obrutum, cuius investigandi tibi facultatem dedit ac latentium divitiarum in summa terra signa disposuit; negas te accepisse beneficium? Si domus tibi donetur, in qua marmoris aliquid resplendeat, & tectum nitidius auro aut coloribus sparsum, vocabis mediocre munus? Ingens tibi domicilium sine ullo incendio, aut ruina metu struxit, in quo vides non tenues crustas, & ipsa qua secantur lamina graciliores, sed integras lapidis pretiosissimi moles, sed totas variae distinctaeque materiae, cuius tu parvula frusta miraris; tectum vero aliter nocte, aliter interdiu fulgens; negas te ullum munus accepisse, & cum ista quae habes magno aestimes, quod est ingrati hominis, nulli debere te iudicas? Unde tibi istum quem trahis spiritum? Unde istam, per quam actus vitae tuae disponis, atque ordinas lucem? Unde sanguinem cuius cursu vitalis continetur calor? Unde ista palatum tuum saporibus exquisitis ultra satietatem lacessentia? Unde haec irritamenta iam lassae voluptatis? Unde ista quies in qua putrescis ac marcescis? Nonne si gratus es dices

——Deus nobis haec otia fecit.
Namque erit ille mihi semper Deus, illius aram
Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus,
Ille meas errare boves, ut cernis, & ipsum
Ludere quae vellem, calamo permisit agresti.

Ille Deus est non qui paucas boves, sed qui per totum orbem armenta dimisit, qui gregibus ubique passim vagantibus pabulum praestat, qui pascua hybernis aestiva substituit, qui non calamo tantum cantare & agreste atque inconditum carmen ad aliquam tamen observationem modulari docuit, sed tot artes, tot vocum varietates, tot sonos, alios spiritu nostro, alios externo cantu edituros commentus est. Neque enim nostra ista quae invenimus, dixeris; non magis quam quod crescimus, quam quod ad constitutum tempus sua corpori officia respondent, nunc puerilium dentium lapsus, nunc ad surgentem iam aetatem & in robustiorem gradum transeuntem pubertas, & ultimus ille dens fugienti vitae terminum ponens. Insita sunt nobis omnium aetatum omniumque artium semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia; Ita ille, ut Tertullianus recte dixit, saepe noster.

Optime item Socrates apud Xenoph. 4. de dictis ac factis Socratis numero 466. quae quia breviter multa pulchre complexus est, iniucundum non erit audire. *Dic mihi o Euthydeme*, inquit, *venitne tibi unquam in mentem, quemadmodum diligenter omnia Dij immortales quibus indigeant homines creaverint? At ille, Non aedepol, ait, non scio, inquit, quod cum lucem egeamus, hanc Dij nobis praebuerunt? Ita ait me Hercle, quae si non esset, nihil inter nos & caecos interesset, quod ad oculos quidem attinet. Praeterea cum quiete etiam indigeamus, noctem nobis optimum quietis tempus fecerunt. Valde etiam hoc ait, dignum gratiarum actione est. Nonne & Sol, inquit, cum lucidus sit, horas diei caeteraque omnia nobis patefacit, in nocte vero cum ipsa sit tenebrosa, stellas in caelo fixerunt per quas horas noctis nobis notificarent multa quae oportet agimus? Ita est ait. At Luna, inquit, non tantum noctis sed etiam mensis partes nobis patefacit.*

Maxime, ait, Quod autem cum matri- [illegible] nobis opus esset, inquit, hoc è terra [illegible] Deus produxere, ac tempora ad illud [illegible] præbuere, quæ non solum quibus indigemus multa, atque diuersa, sed etiam quibus delectaremur afferrent, quid tibi videtur? Magna ait esse clementiæ. Quod autem aquam nobis [illegible] præbuerunt, plantis ad augmentum vnà cum terra aptissimam, nobis cum aliis simul [illegible] [illegible], quæ cum [illegible] nutrientibus [illegible], [illegible], [illegible], ac delectabilem ea facit: & quoniam plurimum eius indigemus, cum [illegible] abundantissimam? Et hoc, ait, prouidentia est. Quod autem ignem, inquit, nobis dederunt [illegible] arcitum, [illegible] [illegible], ad omnem artem, [illegible] [illegible] hominum facienda [illegible]. Nihil enim [illegible], vt [illegible] dicam, quæ ad vitam humanam [illegible] fiunt, homines absque igne faciunt. Excellentis hoc quoque benignitatis est erga homines. Quid autem Sol, cum hiemale [illegible] [illegible] ad nos [illegible] [illegible] hoc quidem [illegible] [illegible] quantum vtilibus tempus præcurrit, & vbi hoc egerit, non propius venit, sed [illegible] ne si plus quàm oporteat nos calefaciat, nobis afferat [illegible] [illegible], [illegible] sibi fuerit, vbi nobis etiam manifestum est, si longius abiret, frigore congelaremur, rursus [illegible] nobis appropinquet, in eaque parte cæli [illegible], vbi quàm maximè nobis prosit. Ædepol ait, & hæc omnia videntur hominum gratia facta fuisse. Quod autem cum manifestum sit non posse nos sufferre nec æstum, nec frigora, si repentè venerint, tam paulatim ad nos accedit Sol, tamque paulatim à nobis recedit, vt lateat nos ad [illegible] contraria iam existentes. Ego quidem, ait Euthydemus, hoc mecum [illegible], [illegible] sit aliquod Diis opus, præterquam vt de hominibus curam habeant. Habemus ille Diuinam erga nos bonitatem suspicientis.

158 Inter nostros luculentes [illegible] persecutus Gulielmus Paris. in [illegible] tica Diuina, cap. 49. & 50. [illegible] hominum, vt in se per [illegible] bonitatem [illegible], & [illegible], vt ait, diabolus fingere [illegible] Deum. Tandem quanta sit hæc Dei bonitas, rectè exposuit Augustinus 11. de Genesi ad literam, cap. 5. *Quantum, inquit, & quale bonum sit Deus, etiam ex hoc euidenter ostenditur, quod malè ab eo recedentibus bene est; quia & qui gaudent in nequitiis [illegible], [illegible] dolori [illegible] esse non possunt, & qui [illegible] ne [illegible] defectionis sua, [illegible] superbia [illegible] sentiunt; aliis, qui hæc [illegible] [illegible], quanta miseria [illegible] apparet.* Similia Nouatianus cap. 4. libri de Trinit. Quibus, aliisque à D. Thoma adductis opusc. 61. cap. 1. euidenter apparet, quàm nobis Deus bonus sit. Intellexerunt hoc Græci illi, qui, vt est apud Plutarchum lib. de ira frænanda, Regem Deorum vocabant *mitissimum*, & [illegible] [illegible] [illegible] eundem verò Athenienses [illegible] id est, auxiliari promptum, nominabant, perspicuâ bonitatis, quæ in nos est, significatione.

159 Nec refert, quòd Deus rationem factorum exigat, & delinquentes plectat: quo ex capite bonitatem Deo abrogabat Marcionita quidam, latè castigatus à D. Chrysostomo homil. 3. in ad Philemonem, [illegible] [illegible], & ipse Marcion, qui Deum à Creatore distinguebat, quòd hic, non ille plecteret, ideòque bonus non esset. *Immobilem* (vt ait Tertullianus lib. 1. contra eum, cap. 25.) *ac stupentem Deum [illegible] Epicuri [illegible]*, cùm tamen certum sit, vt idem addit cap. 26. *Deum non aliàs plenè bonum fore, nisi mali sit æmulus, vt boni amorem odio mali exerceat, & boni tutelam expugnatione mali impleat. Quis enim bonum [illegible]*

auctor, nisi qui & medicus? idem disputat ibidem lib. 2. cap. 13. vbi quòd omnia Dei plectentis opera, sint bonitatis procuratio, & quòd non aliter à sceleribus auertendi essent impij, quàm hæc ægrotantium animarum diæta, vt ait Clemens Alexandrin. 1. Pædag. cap. 8. ac denique quòd iustitia, & bonitas Dei indissociabiliter sociatæ semper fuerint, latè & neruosè disputat idem Tertullianus à cap. 11. ad 18. *Quemadmodum verò non absurdum fuerit*, ait Theodor. serm. 5. de prouid. in fine, *laudare quidem, qui ad tempus putria secat, & ferula ignique* [illegible] *corporum* [illegible] *laudare, & Medico* [illegible] *gratias agere, non modò cum* [illegible] *tumque laborem præbet,* [illegible] *sectus, vrit, & morbo sese* [illegible] *, ne ille amplius vlterius serpat, prohibens: Deum verò, qui longè vberiori sapientia, & diligentiori cura animarum saluti prospicit, & bonorum largitione, flagrorumque* [illegible] *ac morbum radicitus euellit, salutemque animæ* [illegible] *, blasphemiis, ac* [illegible]. Pulchrè item Ambrosius serm. 9. in Psalm. 118. ad versum primum. *Non Deus*, inquit, *propterea bonus esse desistet quia in lapsu* [illegible] *indiget seueritate: siquidem & seueritas Dei in bonitate, vt vnumquemque castigans, pedem retrahat à peccatis, & ad correctionem transiens bonitatique conuersationem reuocet*, &c. *Aliquando necesse est Medicum crudelitate, quia putrefactum vulneratum ferro putauerit exsecandum; quia noxia, & serpentia vulnera igni adusserit, ne virus in vlteriora proserperet; vel quia magister discipulum verberauerit negligentem, vt autem verberum indueret diligentiam. Castigare enim amantis est, non exterrentis; & ideò bonitatis est, non crudelitatis.* Et sanè hinc non præiudicari Diuinæ bonitati agnouit Plato lib. 4. de legibus, & aliis locis ab Eugubino congestis lib. 5. de perenni Philosophia, cap. 8. ac idem Irenæus lib. 3. cap. 41. & Theodoretus in epitome Diuinorum decretorum, cap. de materia, Platonem his Hæreticis religiosiorem pronunciant, & eum quoque laudat, eosdem Hæreticos latè refellens Clemens Alexandrin. 1. Pædag. cap. 8. & 9. Idem se præstitisse in libro de iustitia, iudicioque Diuino affirmat S. Dionysius cap. 4. Diuinorum nominum, *in fine*. Claudat hoc punctum Themistius orat. 16. *In vniuersum*, inquit, *qui de Deo ratiocinantur, nihil aliud magis illorum beatæ illius naturæ, quàm ipsam bonitatem, vnde & nomen illi fecimus, idque tanquam omnium illustrissimum, dignissimumque. Quando & longè aut esse, & plures potentia superare, multis etiam animæ exemptibus* [illegible]. *Certàm Homerus hoc non rectè est opinatus, duo in Iouis domo dolia iacere, fatis plena, vnum bonis, alterum aduersis. Neque enim malorum in cœlo vllum est penu, sed bene illa beata doliis conspicitur à boto* [illegible]*, terraque, in quia vertimur, nosque illud implemus, & exhaurimus; neque potest fluere fluminum fontes illorum cœlestium bonorum, quæ assiduè, & indefatigabili manu suppeditat, vt Persis philosophatur, bonorum ille largitor, aquarum promus, cui iustitia & recta lex assidens, cui Gratiæ, Euphrosyne, Aglaia, & Thalia amabiles, assistunt; cui nomina ab humanitate appellationum sunt attributa, vt sunt, placidus, amicus, hospitalis, supplicum præses, vrbium custos, seruator.*

160 Non item præiudicat Diuinæ huic bonitati, quòd Deus aliqua nobis incommoda produxerit, vt serpentes, muscas, & huiusmodi alia: vnde Manichæus quidam apud Augustinum tract. 1. in Ioann. simplici cuidam Catholico Deum malum esse persuasit,

persuasisse, quòd muscas, quas ille tunc infestas patiebatur, condidisset, quasi hæc etiam non sint suo modo hominibus bona, & vtilia: de quo fusè Chrysostomus homil. 12. ad popul. S. Edmundus in Speculo Ecclesiæ, cap. 6. tomo 3. Biblioth. Damascenus 2. Fidei, cap. 10. Ambrosius 3. Hexaëm. cap. 9. Philo lib. de prouid. cuius fragmentum habet Eusebius 8. Præpar. cap. 5. & Hieronymus 2. in Iouinianum, quæst. 3. Ego paucis Nemesij verbis rem expono: *Si aliqua sunt, quæ fructus non ferant, contraq; perniciem hominibus importent, sciendum est, cum quæ ad hominum vsus valent, primarias loca creata essent, tum cætera omnia, quæ natura ferebat esse condita; vt ne res vlla, quæ fieri posset, ab hoc opificio abesset. Quanquam ne illa quidem plane eiusmodi sunt, vt nullum ex iis homo vtilitatem capiat: nam etiam venenatæ bestiæ medicamentorum vsui fuerunt, præterea quòd iis ad curanda vulnera ab aliis ipsis illata, alijsq; morbis sanandis vtuntur; aliis sunt inuenta quædam compositiones, quæ vocantur, quas ratio excogitauit, vt per eas etiam illis dominaretur, & vt ab domesticis bestiolis commodum perciperet. Sed habet homo infinitas vires hîc contrarias à Deo acceptas, quibus arcere & obsistere & corrigere earum iniurias possit: alia enim alios vsus habent, communiter tamen omnia ad hominis commoditatem natura confirmant, etiam illa, quarum aliqua mala vtilitas apparet.* Sic ille cap. 2. libri de homine. Lactantius tamen lib. de ira Dei, cap. 13. propositâ ea Stoicorum (vt ait) responsione, quòd nihil sit, cuius non aliqua sit vtilitas, tametsi occulta plerumque lateat; & ideò purgans Deum à calumnia, ex rerum noxiarum productione ipsi illata, respondet eam responsionem esse ineptam, & respondendum potiùs fuisse huiusmodi mala facta fuisse, vt homo haberet in quo datam sibi sapientiam, & rationem exerceret. Sed certè hæc est saltem aliqua, & quidem insignis vtilitas, quæ etiamsi aliæ vtilitates abessent, illa certè deesse non potest, quòd incommodis illis, quæ inferunt, fastidium procreant peregrinationis, & appetentiam cient summi illius boni omni molestia carentis, quo cum fruemur, incommoda omnia cessabunt: quod esse maximum argumentum bonitatis Dei, & affectus in optimos quosque, quos hîc variis exercet incommodis, liquet ex iis, quæ disputat S. Dionysius cap. 8. Diuinorum nominum, & Augustinus quæst. 82. ex 83. Præterquam quod, vt rectè dixit Philo 2. Allegoriarum, loco suprà allegato: *Oportebat, quò magis eluceret meliora, etiam deteriora produci à principe bonorum summo, qui Deus est.* Quod benè prosequitur S. Augustinus lib. 1. contra aduersa. legis, cap. 4. & 5. & Gazæus in suo Theophrasto, circa medium.

161 Tandem non præiudicat Diuinæ in nos bonitati, quòd aliqua mala permittat, non pœnæ tantùm, vt hactenus ostendimus, sed etiam culpæ, siue, vt iam olim distinxit Tertullianus lib. 2. in Marcionem, cap. 14. non mala tantùm supplicij, sed etiam delicti, quæ ibidem, cap. 24. vocat mala peccatoria, & vitiatoria. Varius aliis terminis eandem malorum partitionem proponit Fulgentius sermone nuper edito de verbis Michææ, circa medium, quem falsò Hadrianus Cardinalis 1. de vera Philosophia Augustino adscribit. *Non oriuntur illis tantum, sed hoc quoque mali benignâ prouidentiâ vtitur* (inquit S. Dionysius cap. 4. Diuinorum nominum, sub finem) *ad peccatorum, vel alienam commonitionem, seu priuatam vti-*

tatem.


tatem. Explicatiùs idem tradit Clem. Alex. 1. Strom. c. 8. & ex Plotino idem confirmaui suprà distinct. 3. quæst. 1. *sub finem*, vbi alia quædam circa hoc addidi, & multò plura habentur apud Hugonem Victorinum lib. 1. de sacram. Fidei, parte 4. c. 6. & apud Aug. lib. 1. de ordine cap. 7. & lib. 2. cap. 4. ac commodè 11. ciuit. cap. 18. vbi malos eorúmque impietatem bonorum vsibus à Deo commodari docet, atque ita ordinem sæculorum tanquam pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi antithetis, honestari. Nec aliam sensum ferunt illa ex 2. de ordine c. 4. *Omnis vita stultorum quamuis per eos ipsos minime constans minimeque ordinata sit, per Diuinam tamen prouidentiam necessaria rerum ordine includitur, & quasi quibusdam locis illa nefandis & turpissimis lege distributa, nullo modo esse sinitur vbi esse nō debet. Ita fit vt angusta animo ipsam solam quisque considerans, veluti magna repercussus fœditate auersetur. Si autem mentis oculos erigens atque diffundens simul vniuersa collustret, nihil non ordinatum suisque semper veluti sedibus distinctum dispositumque reperiet.*

162 Ex his sufficienter impugnata manet insania seu verius rabies Marcionis Deum quendam non bonum fingentis; quasi Deus esse queat, cui bonitas desit, vt bene ratiocinatur Irenæus lib. 4. cap. 43. aut non sufficiat Deum dici, vt necesse sit bonum credi, iuxta Tertull. cap. 5. Scorpiaci. *Malum enim Deum* (vt idem Tertull. addit) *qui professus fuerit, constare in vtroque non poterit; aut Deum negare debebit quem malum existimauit, aut bonum dicere quem Deum pronunciauit.* Eadem prodiit Basilij ratiocinatio in hom. quòd Deus nō sit auctor malorum circa initium. *Stultus, inquit, & verè à sensu alienus est, qui dixerit non est Deus. Similis autem huic est nec quidquam in stultitia differt qui Deum malorum causam esse dicit: quippe pari stultitiæ existimauerim, quoniam vterque bonum Deum similiter negant; alter quidem Deum non esse omnino dicit; alter vero eum non bonum esse affirmat: Si enim est malorum causa, non bonus est, si non bonus, neque Deus; itaque vtrobique est negatio Dei.* Sic Basilius contra assertionem Dei non boni. Videtur quoque tribui Platoni ea sententia apud Iustinum in appendice confutationis Aristotelis, & apud Theodoretum in fine libri tertij aduersus Græcos. Sed quàm aliter sensisse, videras ex supradictis perspicuum. Nec fortè aliud voluit Iustinus, quàm quòd Plato materiam, quæ interdum malum dicitur, ex se existentem & æternam crediderit, quod longè diuersum est ab Antitheti Marcionis. Pythagoræ quoque idem tribuit Maximus in 2. dist. 45. q. 3. & Pythagoricis D. Tho. 1. parte quæst. 49. art. 1. ad 1. quod aliqui putant haberi ex 1. metaph. cap. 5. vbi bonum & malum ponuntur prima rerum principia, ex sententia Pythagoræorum. Verùm cùm principia illa rerum non essent effectiua, sed materialia, vt interpretatur D. Thomas in illud caput lectione 7. patet nihil inde colligi contra Pythagoræos in hac parte. Itaque prætorserat potius Marcionem in impietatis illius assertione Zoroaster, qui apud Plutarchum lib. de Iside n. 24. bonum Deum vocabat Oromazin, malum verò Arimanium. Eam verò Zoroastis magorum parentis (vt ex Plinio lib. 3. cap. 1. & ex August. 21. ciuitatis cap. 14. habetur,) impiam sententiam, secutos esse Ægyptiis antiquiores Magos, testatur Aristoteles 1. de Philosophia, apud Laërtium initio sui operis; ab illis denique in Marcionem manauit. Vrgent multis rationibus eam impietatem Patres citati & Augustinus contra epist. fun-

damnum & contra Faustum aliisque in locis, Didymus opusc. contra Manichæos, quod Possevinus apparatui suo sacro inseruit, Verbo *Didymus*, Orig. dial. 2. qui est contra duo prima principia conscriptus, nec paucis etiam dialog. 1. & 3. Prudentius in Hamartigenia, Scholastici initio secundi. Guliel. Parif. primæ partis de vniuerso, parte 1. à cap. 2. Plotinus lib. contra Gnosticos, qui est nonus Enneadis secundæ, Simplicius in cap. 34. Enchiridij Epicteti, & qui longum huiusmodi errorum catalogum texit, nec argumentis, sed lapidibus impetendos decreuit, Castro, Verbo *Deus* hæresi 2. *Stupeo*, inquit S. Ambros. 2. de Fide, cap. 1. *& toto corpore animoque deficio, esse aliquos homines vel potius non homines, sed humanam aliquam speciem, intus autem dementia bestiali, qui post tanta Dei & tam Diuina beneficia, hominem dicant esse auctorem hominum.* Hæc ille, quæ licet alia occasione & in aliam hæresim prolata, in illam tamen rectè cadunt.

163 Quanquam si rectè rem expendimus confirmatur potius quàm labefactatur ex tam horrenda impietate, bonitas Dei quam hic probamus. Notarunt enim Stapleto. 1. de iustificatione cap. 3. Sanctesius tract. 5. de atheismis Caluini cap. 2. num. 2. & disertè Simplicius in Epicteti Enchiridion. cap. 34. Marcionem ac Cerdonem, & huiusmodi spurcia vitulamina, idcirco Deum malum Deo bono contrarium inuexisse, quod effusam peccatorum licentiam inducere satagerent, cum viderent aptissimum ad id medium esse peccati causam homine superiorem statuere, horrerent tamen Deo bono id adscribere, ob rationes suprà propositas. Quare nutu talem esse omnium de Diuina bonitate præconceptionem non parum confirmat, quòd tam distorta ingenia, geminare potius Deitatem, eiusque alteram partem diabolo adscribere maluerunt, quàm Deum asserere malam peccati originem in eum deriuata. *Sed quod verbo vereri infame linguam*; (vtar enim & ipse Constantini magni verbis, orat. ad sanctorum cœtum cap. 3.) *volo acerbitatem huius potionis aliis pura & limpida potione, tanquam eluere.* Volo, inquam, amarorem ex huius tam horrendæ impietatis commemoratione immissum abstergere, suaui Diuinæ in nos beneficentiæ recognitione; hanc enim Constantinus potionem puram interpretatur, quæ etiam gratior erit quo de turbido fonte limpidior manauerit. Vocalam duntaxat commutabo, & mortuum nempe, vt quæ verba Apuleius ad Isidem Deam dirigit 11. Metamorphos. *sub finem*, ea & quidem iure meliori, licet numini negata, ad Deum transferam. *Tunc*, inquit, *ardentissime deprecatus, reconciliati, prouolutus denique ante conspectum Dei & facie mea diu diuinis vestigiis, lachrymis obortis singultu crebro sermonem interficiens & verba deuorans, aio: Tu quidem sancte & humani generis sospitator perpetue semper fouendis mortalibus munifice, dulcem matris affectionem miserorum casibus tribuis, nec dies, nec quies vlla, ac ne momentum quidem tenue, tuis transcurrit beneficiis otiosum, quin mari terraque protegas homines, & depulsis vitæ procellis, salutarem porrigas dexteram, qua fatorum etiam inextricabiliter contorta retractas licia, & fortunæ tempestates mitigas, & stellarum noxios meatus cohibes. Te superi colunt: observant inferi, tu rotas orbem, luminas Solem, regis mundum, calcas tartarum. Tibi respondent sidera, gaudent numina, redeunt tempora, seruiunt elementa. Tuo nutu spirant flumina, nutriuntur nubila, germinant semina, crescunt germina.*

geminiq. Tuam maiestatem perhorrescunt aues caelo meantes, ferae nemoribus errantes, serpentes sola latentes, belluae ponto natantes. At ego referendis laudibus tuis exiguum ingenium, & adhibendis sacrificiis tenues patrimonium. Nec mihi sunt vberes, ad dicenda quae de tua maiestate sentio, sufficit: nec ora mille, linguaque totidem, vel indefessi firmamenti aeterna series. Ergo quod solum possum, religiosius quidem, sed pauper aliquis, efficere curabo: Diuinam tuam voluntatem, maiestatemque sanctissimam intra pectoris mei secreta conditam perpetuo custodiens imaginabor. Itaque & illam Diuinae sanctitatis, quam per ista illi perdicam volumus, conciliationem, non omittere, quam adhibuit Mercurius in Pimandro cap. 1. cuius totidem membra, totidem in impios illos tela videntur. *Sanctus Deus pater omnium sanctus Deus cuius voluntas à propriis potestatibus adimpletur: sanctus Deus qui se à suis familiaribus vult nosci: sanctus es qui verbo cuncta constituisti: Sanctus es, cuius imago est omnis natura: sanctus es quem nunquam natura creauit: sanctus es omni potestate validior: sanctus es omni excellentia maior: sanctus es omni laude melior; Accipe verborum sacrificia sancta ab anima & corde tibi debita mens intenta. Ineffabilis solo silentio praedicandus, ab eo qui fallacias vera cognitioni contrarias declinauit. Annue, corrobora me, atque huius gratiā participes effice eos qui in ignorantia versantur, cognatione quidem mihi fratres, tibi autem filii. Iccirco tibi fidem praesto, testimonium de te perhibeo. In vitam ac lumen assurgo. Ipse pater es venerandus, filium autem tuum, sanctitate cum secum pater desiderat, cum potestatem illi omnem, arbitriumque contulerit.* Sic voueo, annue Deus.



DISTINCTIO VIII.

DE PROPRIETATIBVS VITAM Dei consequentibus.

1 ESSE in Deo vitam probauimus cùm de Diuinis prædicatis essentialibus sermo esset, probátq; etiã Marius Victorinus lib. 4. aduersus Arriũ *initio*, rectè addens, *viuere Dei non esse quale est nostrũ, sed esse viuere summum, primum, fontaneũ, principaliter principale, viuere à semetipso, viuere ante omnium viuere.* Et post aliquot paginas, in perfectione viuendi, gradus agnoscens, *Deo vitam summam, principémque, & generaliter genitricem, atque omnium viuentium originem fontémque* assignat: quod fecit etiam Aristoteles 12. Met. cap. 7. facilèque potest declarari ex eo, quòd Deus, vt ibi affirmat Aristoteles, est sua actio, atque adeò vita eius est ipsi valdè intima, quod maximè ad perfectionem vitæ confert: quippe quæ est motus internus & immanens rei in se connaturaliter constitutæ. Inde etiam fit vt vita in Deo nullam compositionem, & mutationem, aut causalitatem subiectiuam, vel effectiuam importet: quandoquidem ita intima Deo est, vt sit ipsemet Deus, vt pulchrè tradit S. August. 15. Trinit. cap. 5. Potest quoque præstantia illa Diuinæ vitæ & (vt ita dicam) intimitas, aliter detegi cum Contareno 4. primæ Philosophiæ *sub finem*, nempe ex eo, quòd viuens ex se ipso moueatur, suóque nixu, non viuens autem alieno: Vnde argentum viuum, & aquas viuentes, per metaphoram appellamus, quæ non aliunde mouentur. Pluribus id exponit Bellouisius tract. 2. de terminis cap. 51. Deus autem maximè omnium ex se agit, cùm & intrinsecum sibi vitæ suæ principium habeat, vt cætera viuentia: & nihil prætereà deforis asciscat, à quo siue impellatur, siue quomodolibet in se mouendo coadiuuetur: quandoquidem & finali causa externa, & obiecto externo per specierum transmissionem mouente, & bona fortuna in certis casibus determinante caret, non item creata viuentia quantumuis perfecta. Expositis itaque hactenus generalissimis, vt ita dicam, Dei proprietatibus, seu quæ rationem entis in eo

conse

consequuntur, ad proprietates Deo vt viuens est, competentes, descendendum est. Porrò in naturis viuentibus duas immanentes facultates reperimus, quæ perfectionem sine imperfectione dicunt, nempe intellectum, & ex eo (vt alibi deducitur) oriundam voluntatem, quibus adiungitur potentia aliqua exequens, transeunter operatiua, quæ tametsi propriè loquendo non consequatur vitam intellectualem, vt sic, tamen eatenus censetur ad vitam illam consequi, & non esse ei extranea, quatenus subordinatur suapte natura potentiis illius gradus, nempe intellectui, & voluntati. Hæc ergo Diuinæ vitæ substantialis, seu Diuinæ intellectualitatis germina, nunc trademus, eodem ordine quo proposita sunt, seruata etiam Aristotelicâ facultatum tractandarum methodo, vt scilicet primo loco obiectum, tum actus, postremò potentia ipsa explicetur.

QVÆSTIO I.

De Diuino Intellectu.

1 SApienter omnino Macarius homil. 12. obseruat quò plus quis Dei intellectum, ac mentem scrutari voluerit, tantò profundiùs descendere, nec quidquam percipere: quod ille ex intellectu nostro probat, cuius recessus tam latè patent, vt ne tridui quidem cogitationes, quas ille sine labore irrequietus exprimit, valeat quis quantauis diligentia adhibita penetrare. Quantò minùs igitur Diuinum intellectum penetrare homini licet? Enitemur tamen aliquid de Diuina hac perfectione balbutire, eius infinitate minimè deterriti, animante nos Hilario 2. de Trinit. profectum gratulante ei, quem non peruenturum sciat. *Qui enim, inquit, piè infinita persequitur, etsi non contingat aliquando, tamen proficiet prodeundo.* Illud autem in primis supponendum est esse in Deo Intellectum. Quod supponendum, non probandum dico, quia ex suprà disputatis circa prædicata Dei essentialia, apparuit Deum esse immaterialem, atque adeò viuentem vitâ perfectissimâ, nempe intellectuali. Ex quo constat intellectum non posse Deo denegari, abstrahendo nunc ab illa controuersia posteà agitanda, an Diuinus hic intellectus aliquo modo differat ab actu secundo intellectionis, & ab intellectualitate radicali: hac, inquam, lite seposita, manifestum ex dictis est cõpetere Deo intellectum, & ita luculenter Aristoteles 10. Ethicor. cap. 8. Nulla enim alia Deo digna operatio immanens assignari potest, quàm intellectio, vt ibi Aristoteles ratiocinatur. Quòd si S. Dionysius cap. 7. Diuinorum nominum, conformiter ad suos Platonicos, dixit Deum esse sine mente, explicandus est de mente, & intellectu, qualis in nobis est. Quo sensu suprà vidimus, Deum iuxta Platonicos non esse ens, nec vllum vnquam quidquam ex illis, quæ in nos cadunt, ei competere. Non me latet exclusionem intellectionis, & scientiæ à Deo impingi Philopono, & latè refelli à Dandino 3. animæ, di-

gressus, & videri possit idem sensisse Plotinus lib. quid id, quod est supra ens, non intelligat, siue Enneade 5. lib. 5. cap. praesertim 2. & 3. Consultius tamen asseritur vtrunque discrimine tantum ab aliis verbis tenus, & vel duntaxat velle Deum esse purissimam intellectionem. Quo etiam sensu S. Maximus apud Nicetam 2. Thesauri. cap. 17. & S. Dionysius, quem refert, & sequitur Picus quaest. 12. Apolog. negant Deum intelligere, ut compositus existimetur. Et S. Cyrillus *sub finem secundi in Iulianum*, ait intelligere in Deo non esse speciem scientiae, sed naturae suae: quod late quoque, & pulchre tradit Marcus Eremita in capitulis de Temperantia, cap. 8. Vel certe tantum velle (vt Carpentarius digr. 5. in Alcinoum interpretatur) quod Deus intelligat omnia in seipso, iuxta modum postea declarandum. Aut denique tantum velle, Deum non haurire sui notitiam per sensus: id enim antiqui passim vocant intelligere, atque ita disertissime Trismegistus cap. 2. Pimandri, negat Deum esse sibi ipsi intelligibilem, verbis illis: *Intelligibilis Deus primus non sibi, sed nobis est. Intelligibile quippe intelligenti per sensum subcadit. Deus itaque non sibi sibi intelligibilis: non enim aliud quiddam existens, praeter id quod intelligit, intelligitur a seipso. Est tamen differens quiddam a nobis, ideirco a nobis intelligitur.* Sic ille. Quare his suppositis, recta ad obiectum Diuini intellectus progrediamur.

ARTICVLVS I.

De primario, & secundario intellectus Dei obiecto.

3 INTRA ambitum sphaerae obiectiuae Diuini intellectus continetur quidquid scibile, & intelligibile est; *Omnia enim nuda, et aperta sunt oculis eius.* Quibus verbis Isidorus Pelus. lib. 1. epist. 94. expressam vult perspicacitatem Diuini obtutus, & ei competentem cuiuslibet cognoscibilis manifestationem, ac veluti denudationem, ducta metaphora ex ouium corporibus, quae latent, donec excoriata pellis conspicitur. Verum quia penes rationem formalem cognoscendi, differentia est quoad plerasque ex his obiectis Diuini intellectus, propterea in duas veluti classes pro duplici formali obiecto Diuini intellectus ea tribuemus, cuius partitionis congruitas manifesta erit in sequentibus.

ASSERTIO.

Deus ita se ipsum tanquam suum simpliciter primarium obiectum penetrat, vt in semetipso tanquam ratione formali cognoscendi, ac proinde ad modum obiectorum secundariorum, possibilia quoque cognoscat, tametsi nullum eis per talem cognitionem conferat esse; sed illud quod attingitur, praehabentia supponat.

PRIMO admitto Deum esse sibi obiectum simpliciter primarium: cuius rei gratia praemittenda est notio obiecti primarij & secundarij, & quid vtroque illo nomine in hoc negotio importetur, exponendum.

Quod obiectum primarium dicatur, quodque secundarium.

Obseruandum itaque est, obiectum illud dici primarium, seu in se visum, quod immediate terminat visionem, ita vt ipsum non videatur per aliquod obiectum anterius; sed potius alia videantur per eandemmet notitiam,

notitiam, quâ primarium illud obiectum perceptum est, quæ propterea dicuntur obiecta secundaria, & visa in alio. Non quidem quòd ipsarum rerum entitas formalis non terminet vltimum mentis, sed quòd in alio, seu potiùs per aliud tanquam per rationem formalem cognoscendi percipiantur. Sicut interdum conclusiones dicuntur percipi in principiis, non quòd ipsarum veritas obiectiua non attingatur, sed quòd per principia tanquam per medium, & rationem motiuam attingatur; quamquam quia conclusiones important diuersum actum à principiis, propterea frequentiùs dicuntur videri ex principiis, quàm in principiis. Siquidem particula, ex, causalitatem ibi interuenientem rectè designat, quam non importat particula, in, propriè accepta, sed potiùs contrarium; nempe identitatem actus terminati ad obiectum aliquod, & ad illud, quod in eo cognito videri dicitur, vt aduertit D. Thomas quæst. 8. de veritate, art. 15.

4 Itaque obiectum primarium, quà tale, dicit habitudinem ad secundarium; seu, vt loquitur Baconus quodlibet. 1. quæst. 9. & sequentibus, *ad obiectum resultatiuè, & consecutiuè cognitum.* Quibus verbis aptè innuitur, ad cognitionem in alio non sufficere duorum obiectorum concomitantiam in terminando eidem actui indiuisibili: sic enim quæcumque perciperentur eodem actu, dicerentur se habere ad inuicem vt obiectum primarium, & secundarium; cùm tamen nisi aliud adsit, non sit potior ratio, cur vnum potiùs dicatur in alio videri, quàm è contrà. Exigitur ergo ad rationem primarij, & secundarij obiecti, vt vnum obiectum sit ratio cognoscendi alterum; ita vt idcircò intellectus pertingat ad hoc secundum per hunc actum, quia per eundem cognoscit illud aliud vlteriùs, cuius cognitio sibi identificat secundi huius obiecti cognitionem. Fallitur autem Ochamus in 1. dist. 35. quæst. 5. *litera K.* existimans quotiescunque duo obiecta intelliguntur eodem actu, nullam inter ea posse interuenire prioritatem, nec dici posse vnum videri virtute alterius. Quamuis enim ex identitate actus, rectè liceat inferre nullam in eo interuenire realem prioritatem, nec actum posse terminatum ad vnum ex illis obiectis esse naturâ priorem seipso prout terminato ad alterum obiectum vi prioris cognitum, tamen cum ea identitate benè cohærere potest prioritas rationis fundata in ordine illo vnius obiecti ad alterum, tanquam ad medium, vt eius illud alterum obiectum cognoscitur, atque adeò tanquam ad aliquid priùs ratione cognitum.

Deus est sibi obiectum primarium in prima sui cognitione.

5 Ex hac primarij, & secundarij obiecti declaratione manifestum est Deum esse sibi obiectum simpliciter primarium: ita enim cognoscit seipsum, vt non deducatur in cognitionem sui, ex aliquo alio obiecto priùs ratione cognito, saltem quantum attinet ad primam sui cognitionem. Quod addo, quia fateor Deum, cùm contemplatur effectus suos, non posse ex eis non deduci in cognitionem sui ipsius. Ita porrò deducitur, vt effectus illi habeant rationem medij cogniti, respectu huius tendentiæ Dei in se ipsum: quatenus enim Deus idcircò hanc attingat ad se, quòd effectus illi sint essentialiter cum ipso connexi; essentialis autem duo-

rum

rum connexio ita interdum faciat cognosci vnum cognito alio, vt possit deesse ratio obiecti primarij, & secundarij, eò quòd vnum non cognoscatur vi alterius, sed ambo simul æquè primò, vt constat in relatiuis categoricis, quorum vnum non dicitur cognosci in alio, potiusquàm è conuerso, tametsi alterutro cognito cognoscatur etiam aliud. Tamen quotiescunque ex duobus obiectis connexis vnum habet rationem medij cogniti ad alterum, eiusque ratio præcognita illud attingendi, cessat illa veluti æqualitas, quæ inter relatiua intercedebat, interueniúntque vera ratio obiecti primarij, & secundarij, & ita de facto contingit in casu nostro. Neque verò quidquam decedit Deo, ex eo quòd sit obiectum secundarium respectu creaturæ cognitæ habentis rationem obiecti primarij: id enim nullam Dei à creatura dependentiam, aliámve imperfectionem importat, sed tantùm arguit vim obiecti in designando Deo; sicut causa non dependet à suo effectu, ex eo quòd per effectum essentialiter cum ea connexum, tanquam per medium cognoscatur, vt fit ab Intelligentia Deum cognoscente, ex eo quòd intuetur seipsam, vt probauimus distinct. 4. & disertè traditur 10. Theologiæ Ægypt. cap. 15.

6 Quamuis igitur Deus possit seipsum cognoscere in suis creaturis, tamen ea cognitio non est prima Dei cognitio: intimior enim est Deus sibi ipsi, & priùs secum est, (vt ita dicam) quàm cum vllis creaturis connectatur, præsertim cùm creaturæ sint media inferioris ordinis, nec sint idonea vi sua ingenerare perfectam illam, ac plenam notitiam, quam Deus habet de seipso, sed ad summum ingenerent notitiam Dei, quod ea est, & pro modulo perfectionis participatæ, quam imperfectam; quæ est valdè diminuta Dei cognitio, quatenus est ex vi illius obiecti. Tandem etsi nullæ essent de facto creaturæ, vel etiamsi ne possibiles quidem essent, Deus tamen esset à se ipso cognoscibilis absque vllo medio priùs ratione cognito: nam *si spiritus creaturarum ad conspicienda Dei inuisibilia non egent scala, sed vale, & creatore mundi, non cœlo*, vt eleganter dixit Bernardus 5. de consideratione, cap. 1. multò minùs iisdem eget Creator ipse. Et ita intelligenda erunt illa eiusdem mellifluí Doctoris verba, eodem loco, si ad Deum transferantur, *Optimum videndi genus, si nullius egeres, ad omne quod libuerit, te conferens, absque iuuari aliunde, vbi opus sibi est, minimèque à possibili illud, & minùs laborem.* Nempe cùm ex indigentia sit, quod procul à Deo abest. Ista igitur de causa dixi Deum esse sibi obiectum simpliciter primarium, quatenus scilicet spectando primum, & plenum sui notitiam, non eget medio extrinseco, sed est seipso contentus; alia verò omnia saltem in aliquo statu, & quatenus possibilia, cognoscit per seipsum, & vi suæ essentiæ cognitæ: quod nunc explicandum est. Cætera enim, quæ de primario hoc Diuini Intellectus obiecto secundùm se considerato dici poterant, iam tradita sunt, cùm de Diuina veritate transcendentali agebamus.

Creaturas possibiles videri à Deo in seipso vt obiecta secundaria, auctoritate probatur.

7 Secvndò ergo dixi, creaturas quatenus possibiles cognosci à Deo in Diuina sua essentia cognita, tanquam obiecta secundaria in primario-

mario. Quibus verbis duo attingo quoad hæc obiecta, quæ quorumuis obiectorum cognitionem veluti integrant ex parte obiecti, nempe rationem materialem seu terminatiuam, & formalem seu motiuam: Priorem hoc loco suppono potius quàm probo, cùm non possit dubitari quin Dei notitia terminetur ad obiecta possibilia: hæc enim sunt aliquid verum & cognoscibile ex se, si causæ cognoscenti non desit virtus: hanc autem Deo non deesse, infinitas eius in omni genere, atque adeò etiam in genere cognoscentium persuadet. Nec fuit qui in hac re dissentiret, quamuis de aliis obiectis connotantibus aliquam temporis differentiam fuerint qui dissentirent, non quòd in his sit plus difficultatis si ipsa præcisè obiecta aliquam temporis differentiam connotantia spectentur: videtur enim facilius intueri rem quandoque existentem, quàm possibilem tantùm, quæ numquam habebit esse, sed quòd in iis quæ connotant aliquam temporis differentiam ac præsertim in futuris, implicentur aliæ graues difficultates, à quibus aliqui non aliter se extricare poterant, quàm eorum scientiam Deo negando, quas difficultates non ingerunt obiecta merè possibilia. Quare supposito quòd hæc à Deo cognoscantur, attigi rationem motiuam talis notitiæ, seu medium cognoscendi, quod dixi esse Dei essentiam cognitam, quod facile est cùm auctoritate, tùm ratione stabilire.

In primis verò ita sensit Aristoteles 12. metaph. t. 51. asserens in Deo intellectionem & obiectum intelligibile non differre, eò quòd alioqui Deus non esset optimum & perfectissimum quid, perficeretur enim à suo intelligibili. Ex quo infert Deum quia perfectissimus est, se tantùm intelligere. Quam illationem aliqui non expendentes, & ad verborum duntaxat corticem intenti, censuerunt Aristotelem negare Deo cognitionem quarumcumque extra ipsum intelligibilium. Ita Greg. in 1. dist. 35. q. 1. Michaël de Palatio eadem distinctione disp. 1. Paulus de Palatio in cap. 16. Ecclesiastici, ad illud, *quæ est enim anima mea in tam immensa creatura*. Hurtado d. 12. met. §. 2. sed immeritò error tam crassus Aristoteli affingitur, de quo magna cum exaggeratione queritur Antonius Mirandulanus, lib. 27. euersi. sing. certam. sect. 5. Tametsi parum aptè subiungit, Aristotelem tribuisse Deo, notitiam rerum quæ extra ipsum sunt, non quòd ratione naturali id cognouisset, quippe quæ illuc usque non pertingat, sed quòd ita fide crederet, & cùm tam negare videtur Deo, agere tamen de eo quod ratione naturali probari potest: sic enim negari Deo ab Aristotele huiusmodi notitiam existimat Mirandulanus. Vbi dupliciter fallitur, nempe & negando scientiam huius veritatis, & Aristoteli fidem eius tribuendo.

Aristoteles ergo tantum negauit, quòd Deus intelligat aliquid à se diuersum, quatenus intelligibile est perfectio intelligentis, atque adeò quatenus est obiectum motiuum, fœcundans potentiam immissione specierum tanquam seminis è quo partus intellectionis secuturus sit: Non tamen negauit Aristoteles, intellectum Diuinum posse ferri in obiecta à se diuersa, tanquam in obiecta non motiua, sed consecutiuè tantum cognita & terminatiua, cuiusmodi sunt obiecta secundaria. Dabimus enim infrà ex eo perspicua testimonia cognitionis Diuinæ ad obiecta Deo externa terminatæ. Voluit ergo obiecta illa cōsecutiuè ad essentiam suam

cognitam percipi, & vi eius intelligi. Et ita Aristotelem interpretantur S. Tho. 12. met. lect. 11. & latè opusc. 15. cap. 13. Nicolaus de Orbellis 12. metr. dub. 2. Vicomerc. ibidem latè cap. 9. Scaynus ibidem cap. suo 19. Carpent. digress. 5. in Alcinoum sub finem. Sirenius 4. de fato, cap. 26. & lib. 6. cap. 12. in fine. Ferrar. 1. contra gentes cap. 49. Sonc. 12. metaph. q. 66. Iauellus ibidem q. 25. Picus lib. de prouidentia parte 1. cap. 8. & 7. responsione. Argentina in 1. d. 35. conclu. 2. & latè Baconus quodlib. 1. q. 9. art. 1. & quodlib. 1. q. 5. art. 2. qui contendit tandem fuisse Auerrois mentem. Sed plerumque excoquens à Bacono sensum & mentem Commentatoris, dixit Iauellus supra. Latè quoque Commentatorem refellit, & eius argumentis respondet Aquila in 1. d. 35. q. vnica. Nobis ergo satis est quòd ita senserit Aristoteles, quod rursus infrà ostendam num. 51.

8 Nec aliter philosophatos esse Platonicos, constat ex paucis quæ subiicio. Author Theologiæ Ægypt. lib. 2. cap. 3. *suam substantiam intuens Deus alias intuetur, atque ita substantiam quæ inferiora omnia continet, eandem habet cum eo quod est contemplationi propositum. Id verò est quod à sapiente dictum, Deum summum auctorem esse intellectus sui, qui in se ipso omnia quæ ab vno principio profecta sunt, & ad illud reuersura, cognoscit.* Eandem illationem habet ibidem cap. 7. cum hac clausula. *Deus rerum scientiam habet, quia illarum est opifex.* Et optimè lib. 5. cap. 3. *cognoscit Deus omnia præterita, præsentia, atque futura, sub vna ratione omnium, quoniam hæc omnia cognoscit vt eorundem opifex, ab aliis autem cognoscuntur, vt ab eisdem videntur. Atque se ipsum contemplans non æternam quidem, alia de potestate in actum reducat.* In eandem sententiam Proclum laudat Picus lib. de prouidentia parte 1. cap. 9. & illustria sanè sunt Procli verba quæ ex opere quod de decem contra prouidentiam dubitationibus composuit, refert Philoponus impugnans secundum Procli argumentum pro æternitate mundi, cap. 5. Plotinus Enneade 6. lib. 5. cap. 16. ita loquitur. *Ens ipsum omnia factum est, idque ipsum agnoscit omnia ad-uertendo se ipsum.* Et paulò post, *superior ille Deus, traditur non solum essentia auctor, sed etiam causa vt videatur essentia. Quemadmodum verò Sol causa est rebus quæ sentiuntur vt sint atque videantur, similique est causa visionis, cum tamen neque visio ipse atque visa sit, neque etiam quæ videntur sunt, sic & ipsius boni natura, causa procul dubio est essentia, atque mentis.* Et Enneade 5. lib. 9. cap. 5. *si intellectus existens in actu perpetuo, adueniticiam non habet intelligentiam, quicquid intelligit, à se ipso prorsus intelligit.* Et paulò post, *sedet enim omnia quæ intelligit, in se ipso, & se ipsum intelligendo intelligere.* Videtur hæc & aliqua ex superioribus locis de intellectu primo qui secundùm Platonicos à Deo rerum procreatore distinctus est, posse accipi, sed vt rectè inferebat author Theologiæ Ægypt. lib. 2. cap. 7. & Plotinus Enneade 6. lib. 8. cap. 18. cùm Deus intellectum procreauerit, ideoque rerum causa sit, & idcirco res cognoscat, vtique multo magis Deus qui intellectus causa est, res quoque omnes in se ipso cognoscere debebit, iuxta Platonicos.

Et ideò Platonici Christiani reiecto illo errore de intellectu primo, disertè asseruerunt Diuinam rerum notitiam in Deo cognitu. Marius Victorinus Platonis studiosus (vt innuit S. Aug. 8. confess. cap. 2 & ex Platonicis dogmatibus per eius opera inspersis liquet,) lib. 4. aduersus Arrium

Deus

Deus (inquit) bene est omnia intelligens, quia summopere intelligit. Sed optime & plenissime Platonicorum Christianorum facile princeps, S. Dionysius c. 7. Diuinorum nominum. *Diuina, inquit, mens omnia continet cunctis superexcellenti scientia secundum omnium causam in se notitiam ante complexa.* Et paulò post, *non enim ex his quæ sunt ea quidem discens Diuina mens nouit, sed in se & ex se secundum causam omnium notitiam & scientiam atque substantiam anticipat, & ante comprehendit. Non singula ex tempore speciem docens; sed secundum unam causæ complexionem omnia sciens & continens; sicut & lux secundum causam in se ipsa tenebrarum scientiam præhabet, non aliunde quàm ex luce tenebras noscens. Se ipsam itaque Diuina sapientia noscens, omnia sciet; materialia sine materia, & indiuidua plurima, tota ipsa cuncta sciens & producens. Nam si secundum unam causam Deus omnibus esse impertit, una eadem causa profecto sciet omnia.* Et post pauca: *Non habet itaque Deus peculiarem scientiam sui, aliam verò communem omnia comprehendentem; ipsa enim se ipsam cognoscens causa cognoscens, quo tandem ratione quæ ab se sunt & quorum est causa ignorabit? Hac itaque Deus cuncta cognoscit, non rerum sed sua scientia.* Hæc ibi quæ in eum quem dici sensum acceperunt D. Thom. ubi locis 3. & 1. contra gentes cap. 45. Cyparissiota decade 8. cap. 5. & apud eundem S. Maximus decade 10. cap. 10. & ibidem Turrianus ad caput 8. Picus parte 1. libri de prouidentia cap. 9. Durandus in 1. dist. 35. q. 3. num. 14. Bannes q. illa 9. art. 2. & alij passim, éstque ex ipsis verbis tam perspicuum ut mirum sit potuisse aliquos sibi persuadere, ac aliis etiam persuadere tentasse, aliam esse eo loco Dionysij mentem. Quibus ego etiam illud ex Hilario repusuerim 6. de Trinitate. *Optimus intelligens est, qui diuersam intelligentiam excedat ex dictis potius quàm imponat; et retulerit magis quàm attulerit; neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpserit intelligendum.*

Idem probatur ratione.

9 Sic auctoritate confirmatam sententiam à nobis propositam, facilè quoque est stabilire ratione, quam in verbis paulò ante ex S. Dionysio relatis latentem, sic educo. Deus comprehendendo se ipsum agnoscit se esse causam rerum omnium possibilium; neque enim essent possibiles nisi continerentur in ente à se, nec id potest Deum latere, cùm sit aliquid verum. Atqui non potest Deus videre se ut causam, quin simul & vi illiusmet actus ut terminati ad ipsummet sub ratione causæ, cognoscat etiam creaturas: Impossibile enim est cognoscere causam ut causam, quin per eandemmet notitiam in causa prius ratione cognita, attingatur quoque effectus per illam causam causabilis. Omnis enim causa, est alicuius causati causa. Quod clarius patebit si fingamus eum qui videt causam, velle definire conceptum suum obiectiuum. Non enim id poterit præstare, nisi inuoluendo effectum in definitione illa; atqui cognitio euidens alicuius causæ, idem est quod cognitio quidditatiua & definitiua, vel quasi definitiua causæ; ergo Deus videns se posse esse causam alicuius effectus, necessariò quoque per eandemmet notitiam videt effectum non obscurè tantùm, sed etiam clarissimè & distinctissimè pertingendo ad effectum, qualis ipse est in se. Nam effectus ut sic sumptus, connectitur cum causa, siue illa connexio adiunctam habeat relationem transcendentalem Diuinæ potentiæ ad res possibiles,

biles, vt aliqui contendunt, quorum sententiam inferiùs expendemus agentes de Diuina potentia, siue non habent, quod verius videtur. Potest enim inter causam aliquam ad effectum suum non relatam, & effectum prædictum, esse connexio sufficiens vt ex causa cognita deueniatur ad effectum, vt existimo contingere in igne profundente calorem. Non enim ignis calorem profundit quasi ex primaria naturæ institutione ad hoc ordinatus sit, sicut ordinantur potentiæ ad actus, vt proinde affirmare debeamus ignem referri transcendentaliter ad profundendum calorem; sed ex plenitudine tantùm suæ perfectionis id præstat; & tamen in igne cognito cognoscitur necessariò calor vt ab eo profundendus. Similiter ergo euenit in casu nostro.

Adhibui pro Diuina ratione cognoscendi possibilia eius Diuinam causatiuam eorum, quia ea ratio est prima; qualem assignare necesse est cùm quæritur ratio cognoscendi aliqua obiecta. Non tamen idcirco nego, quòd Deus intuendo essentiam suam sub ratione speciei expressæ siue notitiæ creaturarum possibilium, videat similiter eas in essentia sua tali modo cognita, quod aliqui immeritò diffitentur. Deus enim est essentialiter notitia & species expressa rerum possibilium & vt talem se intuetur ac comprehendit: Species autem expressa habet essentialem connexionem (non dico respectum vel habitudinem transcendentalem, quod expendam infrà cùm de Diuina potentia) connexionem, inquam, absque ordine illo & imperfectione per relationem essentialem importata: sed potius nexum magnam perfectionem absque imperfectione ex parte vnius extremi supponentem: nexum, inquam, cum obiecto per eam exhibito, ita vt non possit ipsa comprehendi, quin tale quoque obiectum videatur & attingatur. Ergo Deus hoc quoque modo est sibi ratio cognoscendi possibilia. Et sanè eadem hic ratiocinatio vrgeri potest, quæ pro ratione causæ productiuæ, cùm ratio speciei expressæ non minus sit idoneum medium ad exhibendas res possibiles quàm ratio causæ. Quamuis enim species expressa prout formaliter afficit illum in quo est, sit ei tantùm ratio incognita, tamen prout ea species proponitur ipsimet cognoscenti, tendenti in eam per actum reflexum, rectè potest habere rationem medij cogniti, vt constat in visione corporea & in intellectione, quas notitias quisquis comprehendit, necesse quoque est vt terminum earum percipiat, propter intimam terminationem illarū & actuum in eos tendentium, connexionem. Non igitur adhibui rationem causæ pro Diuina ratione cognoscendi possibilia, quasi ea sit Deo vnica ratio possibilia cognoscendi, sed quia est prima. Hæc enim ratio notitiæ & speciei expressæ, cùm reflexè attingitur, supponit anteriorem rationem cognoscendi possibilia, actui ipsi directo in ea tendenti obiectam, quæ est ratio causatiua possibilium, quam proinde meritò proposuimus pro Diuina ratione cognoscendi huiusmodi entia.

Diluuntur quæ contra sunt.

10 Neque verò inde quicquam deperit perfectæ & distinctæ cognitioni effectus prout est in se ipso, sed tantùm perfectio maxima Diuinæ illi effectus cognitioni additur, ex supremo illo medio, & omnium quæ cogitari possunt rationum formalium cognoscendi, sublimissima & excellentissima.

lentissima: sic enim Deus statuitur cognoscens omnia *de excessu similitudinis suæ*, vt pulchrè dixit D. Thomas 2. contra Gentes, cap. 49. Et quamuis interdum notitia illa, quâ res cognoscitur per medium cognitum, indicetur abstractiua, vt videre est apud Gregorium in 1. distinct. 3. quæst. 1. art. 1. tamen notitia illa per medium cognitum, quam Gregorius abstractiuam appellat, non est ea, de qua nos agimus, sed alia, quâ res videtur in imagine sua. Qualis iuxta falsam eiusdem Gregorij sententiam est visio rei in speculo, nam & idcircò hanc, quam abstractiuam vocauit, appellat etiam specularem, & contraponit notitiæ faciali, quæ est intuitiua notitia terminata ad rem ipsam. Non ignoro, quàm variæ sint apud varios Auctores notitiarum illarum notiones: imò quòd idem Auctor plerunque in vsu earum diuersus sit, vt de Scoto obseruat Ocham. quæst. 1. Prologi *litera A.A.* Tamen legitima notio intuitiuæ notitiæ, quam rectè exposuit idem Scotus in 2. dist. 3. quæst. 9. *litera C*, aptè cadit in Diuinam hanc notitiam de rebus in sua Diuina essentia tanquam ratione cognoscendi perceptis. Est enim intuitiua notitia illa, quâ rem, sicuti est in se, quasi intuemur, proportione scilicet eodem modo, intellectu rem attingente, quo visus, qui res propriè intueri dicitur, percipit obiecta sua: vt propterea notitia intellectualis actui visus respondeat. Quæ nunc passim vocatur intuitiua, à D. Thoma vocatur notitia visionis, vt obseruauit Sotus 1. Summul. cap. 3. lect. vnica, notab. 3. & Ferrar. 2. contra Gentes, cap. 96. post Capreol. in 2. dist. 3. quæst. 2. *ad primum Gregorij contra tertiam*, & dist. 8. quæst. vnica *ad 16. Scoti contra primam*. Quare non potest hæc notitia insimulari obscuritatis, & imperfectionis, vt aliqui perperam colligunt, ex eo quòd non sit (vt existimant) intuitiua: ad rationem enim intuitiuæ notitiæ, id est, distinctissimæ, rémque velut ob oculos sistentis, non refert, (quod illi minimè aduertunt) an res in medio aliquo cognito, videlicet qui illud ipsum medium intellectione attingatur, modò clarè, & vt existit, attingatur.

Impugnat quoque hunc modum assignandi Deo notitiam inferiorum Mirandul. lib. 29. exerc. singul. certam. sect. 6. inferens, si Deus cognoscat creaturas, quia sunt effectus ipsiusmet Dei, inferri quoque posse elementa, à quibus producuntur mixta, vel alia elementa, habere notitiam suorum illorum effectuum. Cui argumento putat non posse responderi, nisi petendo principium, sic dicendo elementa idcircò non cognoscere suos illos effectus, quia non sunt substantiæ cognoscentes: quod non potest de Deo dici. Et hoc respondere perinde ait esse ac si diceretur Deum cognoscere res, quia cognoscit. Verùm tota hæc argumentatio tam insulsa est, vt ferè pigeat eam refellere. Breuissimè igitur dico hîc non quæri, an Deus sit cognoscens, sed tantùm agi de modo, quo res possibiles cognoscit, quódque sit formale obiectum prædictæ notitiæ, idque statui Diuinam vim causatiuam creaturarum, in quam intuens Deus, qui aliunde iam supponitur prædictus natura cognoscente, non potest quoque non cognoscere creaturas. Ineptè ergo obiicitur, Si Deus, quia est causa creaturarum, cognoscit eas in se ipso vt in medio priùs ratione cognito, fore quoque vt elementa cognoscant suos effectus: elementa enim non

sunt prædita natura cognoscente, sicut Deus. Neque sic respondendo petimus principium, vt malè obijciebatur; non enim probamus Deum esse cognoscentem, quia est cognoscens; sed cùm aliunde supponamus naturam Dei esse cognoscitiuam, declaramus modum, quo aliqua cognoscit, ex eo quòd eius vis causatiua possit ea detegere, si comprehendatur, sicuti reuerà à Deo comprehenditur. Vbi nullus circulus, nulla petitio principij admittitur.

11 Tandem sententiam nostram inde impugnant aliqui, quòd non idcircò Deus sciat omnia, quia est omnipotens; sed idcircò potius sit potens ad producenda omnia, quia scit omnia: potest enim omnia facere per scientiam suam tanquam per principium. Confirmantque hoc argumentum, quia etiamsi per impossibile Deus non esset omnipotens, esset tamen omnisciens. Quod quamuis aduersarij non aliter stabiliant, videtur tamen probari posse, quia possibilitas obiectorum creaturum antecedit Diuinam potentiam, vt dicemus, cùm de potentia: non enim idcircò res sunt possibiles, quia Deus potest eas facere, sed potiùs idcircò Deus potest eas facere, quia ipsæ sunt ex seipsis fundamentaliter possibiles, & nullam implicant contradictionem. Possibilitas ergo fundamentalis in rebus possibilibus est aliquid positiuum, ac proinde verum, ac cognoscibile; quod, tametsi Deus in sua omnipotentia res non cognosceret, posset in se ipso immediatè videri, non minùs quàm futura, vt posteà dicemus, videntur nunc in seipsis; atque ita salua maneret Diuina omniscientia, non obstante suppositione exclusionis omnipotentiæ.

Vt manifesta sit harum difficultatum dilutio, aduertendum est Diuinam potentiam, quæ est tanquam formalis sic cognoscendi possibilia, spectari posse duobus modis. Primò, vt est tantum remotè actiua, seu prout est vis needum applicata ad opus per decretum actuale voluntatis, & intellectionem practicam prælucentem, ac dirigentem. Secundò, prout est exerta & prodiens in actum secundum, præuio dictamine intellectus, & libero decreto voluntatis. Si ergo Diuina potentia spectetur vt præintellecta applicationi illi per voluntatem, & directioni per intellectum, non licebit dicere Deum esse remotè potentem, causare effectus creatos, quia eius scientia applicat voluntatem; sed præcisè dicetur eos causare posse, quia habet vim dandi illis esse ob continentiam eminentialem rerum omnium in seipsa: tametsi cùm potentia illa exercenda erit, interueniens necessariò sit scientia tanquam conditio requisita ad perfectum modum operandi. Sicut nos non dicimur potentes elicere progressionem, eò quòd habeamus scientiam, & modum teneamus, quo progredi debemus; sed dicimur ad hoc potentes, quia habemus vim executricem motus, quæ tamen cùm motum eliciet, dirigenda erit per cognitionem, & applicanda per voluntatem.

12 Potentia ergo Diuina semper antecedenter ad cognitionem dirigentem, & decretum applicans, est Deo sufficiens fundamentum cognoscendi possibilia, vt patebit applicanti rationes num. 9. propositas, & attendenti ad connexionem necessariam Diuinæ efficacitatis sic spectatæ, cum possibilibus quatenus possibilibus. Et tamen Diuina potentia sic spectata, quia non consideratur vt

caetera,

exercita, ac proinde vt egenus cognitione praelucente, non potest dici habere praeuiam scientiam illam, quae eidem potentiae vt ad praxim & vsum rationandae praelucere debebat; sed nudè sumpta, & seclusa illa scientia dirigente denominat Deum potentem, eumque connectit necessariò cum creaturis per potentiam illam sic sumptam, remotè factibilibus, ac proinde fundat sufficienter Diuinam de possibilibus illis notitiam, quae est prima, & omnino speculatiua totum cognitio. Ex quo sufficienter dissoluta manet prima difficultas proposita, quae non procedebat de Diuina potentia prae intellecta cognitioni dirigenti, quo pacto nos eam statuimus vt rationem formalem cognoscendi possibilia, sed de eadem vt iam applicata.

Confirmatio verò difficultatis propositae ducta ex separabilitate scientiae, & omnipotentiae Diuinae, facta suppositione illa impossibili, non difficile diluitur. Nam si fingimus omnipotentiam Dei esse impossibilem, oportebit quoque supponere scientiam possibilium non fore vltra scientiam entium: nec enim vlla superessent possibilia, quae cognosci possint possibilia, si tollas id quod ipsa quatenus talia connotant essentialiter, nempe Diuinam potentiam. Et quamuis obiectum Diuinae potentiae praesuppositum, debeat ex se dicere non implicantiam antecedenter ad Diuinam potentiam versantem circa illud, tamen si supponatur Diuinam potentiam non esse, impossibile erit illam non implicantiam antecedentem reperire. Quia si desit ens, quod sit causa simpliciter necessaria quoad suum esse, implicat in adiecto, aliquid contingens esse possibile. Quare possibilitas fundamentalis praeuia Diuinae potentiae quasi exercitae, & applicationi eius circa aliquid possibile, non potest excludere habitudinem illam entis possibilis ad Diuinam potentiam quasi remotè sumptam, & praeintellectam applicationi suae circa tale obiectum. Quod voluit S. Dionysius cap. 8. Diuinorum nominum, cum dixit: *Hoc ipsum, quod est esse potentiam in creaturis, venit ab ea potentia, quae supra substantiam est.* In quae verba S. Maximus annotat doceri à S. Dionysio, quidquid possibile est, esse possibile per ordinem ad Deum: nullo ergo modo potest supponi, Deum, si non esset omnipotens, fore cognoscentem res, quae nunc sunt possibiles. Nec nostra assertio procedit nisi de Diuina potentia sumpta cum omni illa efficacitate, quam nunc habet, tametsi prout fundat notitiam, de qua agimus, non intelligatur adhuc vt applicanda circa vllum obiectum, sed dumtaxat vt applicabilis: quo sensu non tolluntur possibilia, & verum est Deum posse ea cognoscere in sua illa vi prout applicabili.

Addendum verò hoc loco est Deum posse veritatem possibilium non minùs quàm futurorum percipere quoque in seipsis, ita vt habeat Deus duplicem rationem formalem cognoscendi possibilia: Alteram sublimissimam, nempe suam potentiam. Alteram verò sufficientem, nempe ipsammet possibilitatem, & veritatem rei possibilis, quae rei independenter à quacunque conceptione competit, vt in Cratylo disputat Socrates contra Protagoram. In ea autem ratione formali connotatur quidem Diuina potentia, non tamen tanquam ratio formalis in hoc processu, & modo cognoscendi possibilia, sed tanquam aliquid

aliquid ab hac posteriore ratione formali connotatam sub ratione causæ. Ex quo apparet, cum increatam, & sublimissimam rationem formalem cognoscendi, esse primum fundamentum cognoscendi possibilia, eò quòd, licet supponat alterum tanquam obiectum, tamen non pendet ab illo fundamento, sicut illud aliud fundamentum ab isto pendet tanquam à causa connotata. Vnde factum videtur, vt eius tantùm mentio fiat, cùm agitur de ratione formali, quâ Deus cognoscit possibilia.

13 Tertiò, dixi Deum possibilia in seipso cognoscentem non conferre illis aliquod esse per talem cognitionem. Quod addidi propter Bonetum, qui 3. Theolog. cap. 2. §. *nunc autem prosequamur.* cùm rectè philosophatus esset de Diuina creaturarum cognitione in essentia Diuina vt in obiecto primario, subdit, per talem cognitionem creaturas illas produci in esse cognito, & quidem productione, quæ sit aliquid positiuum, distinctum à Diuina intellectione. Contra quam sententiam, similemque contra simile placitum de esse volito producto per volitionem, latè disputat Rubionius in 1. dist. 45. quæst. 2. art. 1. & 2. Intorqueri autem in eam possunt omnia illa, quæ contra malè intellectam Scoti sententiam circa rerum productionem æternam in esse cognito, disputant, Caietanus 1. parte, quæst. 14. art. 3. & quæst. 15. art. 1. Bannes quæst. 10. art. 3. & Gabr. in 1. dist. 36. quæst. vnica, art. 4. Quæ enim hi Auctores congerunt contra Scotum, reuerâ non impugnant illum, quia Scotus per productionem illam rerum in esse cognito, tantùm intelligit collationem esse obiectiui, quod ei tribuitur, hoc ipso quòd cognoscitur, vt patet ex 1. sent. dist. 36. quæst. 2. *litera N.* eiusque annotatoribus, Pelbartus Rosarii 1. verbo *Ens*, § 25. Syluester 1. parte, quæst. 14. art. 1. Henriq. de fine hom. cap. 8. num. 4. *litera F.* & alii. Habent tamen ea argumenta locum contra hoc Boneti placitum, sed in re clara non placet multis agere. Breuiter itaque diruo Boneti fundamentum: supponit enim, posito intellectu Diuino, & intellectione eius, non verificari sufficienter propositionem veram, nisi addatur existentia aliqua obiecti, quod cùm ex se sit adhuc nihil, necesse est produci aliquid tenens se ex parte intelligentis; & hoc est, quod vocat esse cognitum, vt plenius exponit libello de passione, §. *passio immanens.* At hæc omnia fictitia sunt: nam ad verificandam propositionem, quæ fieri possit de re possibili à Deo cognita, nulla exigitur actualis existentia obiecti, sed sufficit possibilitas; ea enim sola connotatur per propositionem illam veram.

Cæterùm admissâ productione illa rei possibilis, quæ sit actus positiuus æternus ab intellectione Diuina distinctus, & ex parte Dei intelligentis se tenens, (vt contendit aduersarius) erumpunt absurditatum, & crassissimarum errorum examina. Nam & aliquid verè factum admittetur esse æternum, & aliqua effectio erit necessaria; cognoscit enim Deus necessariò res possibiles, ad quam cognitionem productio illa necessariò consequi dicitur. Periclitabitur etiam purissima Dei actualitas: nam quamuis aduersarius capite illo 2. §. *dissidens autem*, dicat illud esse cognitum non subiectari in Deo, sed tantùm esse formaliter in intellectu Diuino non inhæsiuè, sed terminatiuè, quatenus scilicet terminat eius dependentiam absque omni informatione,

tione, vel inhærentia, tamen cùm res possibilis cognita possit esse aliquâ postulans affigi & inhærere, manifestum est, esse cognitum eius, quod adhuc est ens imperfectius, postulare fulcrum & subiectum cui innitatur: hoc autem aduersarius negat posse esse rem cognitam, quia nondum est, imò si possibilis tantùm sit, vt nunc supponimus, nunquam erit; ergo oportebit esse illud cognitum, adhærere Deo tanquam subiecto. Alia quàm plurima inferre contra eam sententiam liceret, nisi occurreret prudens Augustini consilium cap. 1. ad Orosium, *quid opus est ire per amputando ramos erroris eius radicem effodere atque euertere compendium est?*

ARTICVLVS II.

De obiectis Diuini intellectus aliquam temporis differentiam connotantibus.

14 HIc adducendæ sunt habenæ, ne in immensum excurramus & supra quàm fert modum naturæ lumen progrediamur. Cætera ergo Diuini intellectus obiecta positiua, sunt illa quæ dicunt ordinem ad aliquam temporis differentiam: nec numerantur inter obiecta propriè secundaria, quia defectu connexionis necessariæ cum Deo, non videntur in Diuina essentia, vt in ratione formali cognita, tametsi quia in aliquo statu accepta, nempe quatenus possibilia, videntur in Deo, eâque visio propter summam perfectionem & perfectissimam obiecti penetrationem extenditur (vt ita dicam) ad omnem alium statum, qui obiecto competere supponitur, dici generaliter soleat Deum videre omnia in se ipso. Est autem si formaliter loquendum sit, ordo talis inter huiusmodi obiecta, vt futura sint omnium prima; tum sequantur præsentia; postremò præterita. Non enim obiectum dicitur futurum nisi antequam sit præsens, & præteritum: nec præteritum nisi postquam fuit præsens. Quare à futuris ordiemur; Primùm quidem ab iis quæ simpliciter futura sunt, dicunturque *futura absoluta*, quibus pauca subiungemus de illis quæ re ipsa non erunt sed essent tamen, si aliquid aliud poneretur, quæ passim vocantur *futura conditionata*; quia quamuis hæc futura conditionata non sint de facto coëxistitura vlli differentiæ temporis, tamen aliquatenus etiam connotant tempus futurum, cui coëxisterent, si aliquid aliud poneretur, habéntque magnam cum futuris absolutis affinitatem, vt proinde non possint prorsus omitti, quamuis quia eorum accurata tractatio multa deposceret ex reuelatione petenda, consultò in eis non immorabimur, sed in fontes tantum, è quibus naturaliter Diuina de eis notitia deduci possit, digitum intendemus: Deinde ad præsentia & præterita delabemur. Porrò circa hæc omnia, primo loco rationem terminatiuam & materialem Diuini intellectus in hæc obiecta tendentis, inuestigabimus. Tum ad rationem obiectiuam formalem, siue ad rationem cognoscendi veniemus, sine qua nullus intellectus ferri potest in obiectum. In Deo tamen non potest propriè vocari motiuum, aut medium, sicut in nobis appellatur: quia nec discursus quem vox, *medii* sonare videtur, nec influxus vllus obiecti & passio ab eo illata, vt fert vox *motiui*, in Diuinum intellectum cadit. Memores tamen

ctinuus Spartæ tradita, & finium nostrorum non transiliendorum.

ASSERTIO.

Intra Diuini intellectus obiectum continentur futura quæque absoluta, ac etiam conditionata ex conditione causali: item præsentia ac præterita, & quidem (non minus quàm futura,) in singulari distinctè accepta, nec aliud quàm entitatem suam quandoque existentem, habent pro ratione cognoscendi in qua videntur.

15 Primò, assero futura absoluta à Deo cognosci & quidem omnia. Est enim duplex genus futurorum absolutorum; alterum eorum quæ simpliciter necessaria sunt, quippe quæ à causa naturali ad vnum determinata ortum habent, nec sunt per naturales causas impedibilia: Alterum eorum, quæ vel proximè aut remotè oriuntur à causa libera, vel tametsi oriantur à causa determinata ad vnum & naturaliter operante, sunt tamen impedibilia per alias causas naturales non liberas, & hæc dicuntur contingentia, quia ita eueniunt vt ob causæ libertatem, vel impedibilitatem possint non euenire. Et quidem quæ contingentia dicuntur ob solam causæ impedibilitatem ab alia causa naturali, sunt tantùm extrinsecè ac per accidens contingentia, quia si spectetur virtus & efficacitas causæ ponentis talem effectum, deest illi intrinseca potestas non exercendi actum, & ideirco tantùm non agit, quia ob vim suam diminutam & imperfectam est impedibilis ab extrinseco, siue frequenter siue rarò eueniat vt impediatur: Quam ob causam Durandus in 1. d. 38. q. 3. num. 6. subdiuidit hæc membra in effectuum contingentium, in effectus rarò & frequenter contingentes. At contingentia proueniens ex interuentu causæ alicuius liberæ, siue impedientis causas naturales ex se operaturas, siue eas applicantis, vel per se ipsam cum indifferentia actiua operantis, est contingentia per se ac simpliciter, quia oritur ab intrinseco vt causa habentis dominium in actum suum, & potentis determinare se in vtramque partem, vt propterea Durandus supra, vocet huiusmodi effectus, contingentes ad vtrumlibet.

Deus præscit futura quæcunque absoluta.

16 Omnia igitur hæc futura dicas præsciri à Deo & quidé de simpliciter necessariis quatenus talia sunt, non est difficultas, sed de contingentibus tantùm, & maximè de contingentibus simpliciter, quorum præuisio multos, vt ait Ansel. lib. de casu diabo, cap. 21. fluctuare & periclitari, multos etiam mergi fecit, dum in extremos errores diuertunt, nec aduertunt, quod bene etiam in hanc rem ex Augustino notauit Vald. t. 1. lib. 1. c. 18. quòd inter medium montium pertransire debent aquæ. Quidam ergo non videntes quomodo Diuina præuisio posset cum futurorum illorum contingentia consistere, dixerunt Deum posse falli ea præsciendo, quod quendam hæreticum suo tempore Iliturigibus asseruisse, refert Abelard. 2. introduct. cap. 5. & de quodam famato, (vt ait,) scriptore, idem refert Vald. supra, & videtur etiam id asseruisse Bonetus 3. Theol. cap. 3. tametsi forsitan alio sensu quàm illi priores, quos verisimile est ex falso supposita futuri liberi incertitudine intulisse Diuinam quoque præcognitionem

nem incertam esse & coniecturalem potiusquam fixam, id enim innuunt, quæ de vtroque referunt Abelardus & Valdensis: Atque ita vterque, (quod de Tullio Deum exoculante, vt humanam libertatem tuerentur, pronunciauit August. 5. Ciuit. cap. 9.) vt homines facerent liberos, fecit sacrilegos. Bonetus autem respexisse potius videtur, ad obiecti simpliciter contingentis secundum se spectati incertitudinem absolutam. Quia enim huiusmodi obiectum seclusa suppositione futuritionis, posset non esse, atque adeò etiam non sciri, scientiam, quæ illud fore præscit, vocauit fallibilem simpliciter, & infallibilem secundum quid, ac sub conditione quòd id præsciuerit. Sed cùm ipse loquendi modus intolerabilis est, implicat enim contradictionem, Diuinam veritatem excidere à se ipsa & falli, ideóque nulla ratione scientia Dei potest fallibilis appellari: Tum quoad rem ipsam labitur Bonetus, dum certitudinem Diuinæ prænotionis fundare videtur in obiecto secundùm se sumpto, cùm tamen fundanda sit in obiecto prout supponitur habiturum futuritionem. Sic enim obiectum, vt optime tradit D. Tho. q. 2. de veritate, art. 12. induit stabilitatem & firmam immobilitatem, quatenus implicat, illud quod supponitur fore, non fore pro illo ipso tempore, pro quo fore supponitur. Et hæc contra Boneti sententiam monuisse sufficiat. Infallibilitas enim Diuinæ præscientiæ futurorum contingentium absolutorum, quam verbo tenus diffiterentur, efficaciter paulò post probabitur, & error ei contrarius impugnabitur simul cum errore priorum illorum quos diximus non valuisse contingentiam futurorum, quam rectè concedebant, cùm Diuinæ prænotionis infallibilitate conciliare, deinque hanc negasse & verbis & re ipsa.

17 Alij verò ad eundem scopulum naufragantes, vt salua esset Diuina prænotio certa & infallibilis, quam videbant sine scelere & amentia negari non posse, (*confiteri enim esse Deum & negare præscium futurorum apertissima insania est*, vt dicit S. August. 5. ciuit. cap. 9. vel *insanissima impietas*, vt idem ait 3. de lib. arbitrio cap. 2.) asserebant ex Diuinæ præscientiæ certitudine euerti contingentiam & libertatem nostram. Quò spectant illa Hieronymi de hæreticis lib. 3 contra Pelagianos non multum à principio. *Marcion & omnes hæreticorum canes, qui vetus lacerant Testamentum, huiusmodi syllogismum texere consueuerunt. Aut sciuit Deus hominem in paradiso positum præuaricaturum esse mandatum illius, aut nesciuit: si sciuit, non est in culpa is qui præscientiam Dei vitare non potuit, sed ille qui talem condidit eum, Deo non posset futurum declinare: si nesciuit, cui præscientiam tollis, aufers & Diuinitatem.* Hæc Hieronymus ex illis hæreticis qui clarè supponunt præscientiam Dei cum libertate nostra esse incompossibilem. Refert ex Manichæis eandem argumentationem Moses Barcephas lib. de paradiso, parte 3. in 4. *obiectione Manichæorum.* In eandem classem errorum, Origenes 2. contra Celsum, & apud Eusebium 6. præp. cap. 9. & in Philocalia ex Origene à S. Basilio & Nazianzeno contexta cap. 23. refert Celsum & alios plerosque Ethnicos, quibus addendi Vvicleffus, & alij pauci, vt loquitur Vual. to. 1. lib. 1. cap. 22. & 23. *non tam Philosophi quàm phreneticis.*

18 Medium quasi viam inisse videtur Aristoteles, tametsi in priorem potius deflexerit. Cùm enim non posset libertatem & futurorum contin-

tingentiam cum præscientia concordare, vtrinque vrgente grauissima difficultate, nolletque siue præscientiam certam cum primatibus relinquere, siue libertatem homini eripere, quod videbat esse contra naturæ lumen & vitiorum omnium effusam inundationem inducere, maluit in latibulum ambiguæ & implexæ solutionis se abdere, asserendo propositiones quidem vniuersales, particulares, & indefinitas in quacunque materia, & de quocunque tempore, ac etiam singulares cuiuscunque materiæ de præterito & præsenti tempore, aut esse veras, aut esse falsas determinatè, seu prout contradistinctas alteri propositioni ipsis contradicenti; propositiones tamen singulares de futuro contingenti non esse eodem modo disiunctiuè & determinatè veras, sed tantùm in sensu disiuncto, seu iungendo vtramque propositionem contradicentem. Hanc enim fuisse veram Philosophi mentem negari non potest. Nec quadrant glossemata quorumdam, vt pleniùs alibi disputatum est. Et quamquam eo Philosophi sententia re ipsa recidat in primum errorem, reddátque Diuinas prænotiones similes prædictionibus Tiresiæ, cuius illa erant ridicula oracula, *quidquid dicam, erit aut non erit*, vt non malè argumentatur Boëtius 5. de consol. prosa 3. & ex eo Greg. in 1. d. 38. q. 1. art. 1. *in fine*; Tamen est cur erga Philosophum benignè agamus. Tum quod lapsus ille ex libertatis & rerum contingentiæ tuendæ studio profectus est; Tum quod palam non est ausus certam præscientiam diffiteri, sed tantùm non est professus hærere sibi aquam. Quare S. Anselmus 2. cur Deus homo cap. 18. eum allegans, videtur excusare, & est quod in quodam nostro scriptore Aristotelem hac in parte licentius exagitante, benignitatem desideremus.

Sententia proposita num. 16. auctoritate & ratione probatur.

19 Dimissis ergo his erroribus, vera sententia quam asserui, certissima est etiam spectato naturæ lumine, & ratione naturali, contra Ochamum & Gabrielem in 1. d. 38. q. 1. vt paulò post patebit cùm eam primùm auctoritate confirmauerimus, quæ hîc suppetit in primis omnium illorum qui vera aliqua vaticinia concesserunt, quos alibi adduximus; Nam siue ea Deo, vt primo auctori tribuerent, siue intelligentiis concederent parum refert. Cùm enim hæc futurorum notitia sit magna quædam perfectio, certum est si ea intelligentiis tribuatur, non posse Deo denegari. Quare inter eos qui Deo hanc futurorum notitiam tribuunt, omnes propè antiquos numerare possumus, cùm omnes ferè agnouerint alicuius vaticinij veritatem; licèt plerique oracula riderent tanquam Sacerdotum commenta, vt alibi ex Eusebio dictum est.

In eandem sententiam cùm generatim sapientes quoscumque, tum speciatim præcipuos quosque allegat Ammonius in librum de interpr. sect. 2. particula 7. Sed cùm consensus Ethnicorum in hac re non sit obscurus, vnum dumtaxat aut alterum qui eam futurorum prænotionem non modò Deo tribuunt, sed etiam ratione confirmant, allegabo. Prior est Plotinus Enneade 4. lib. 4. cap. 12. vbi hæc inter alia. *Si Deus futura nouit, (absurdum enim esset id negare,) cur non etiam quomodo futura sint tenet? Quid si quomodo futura sint, nouerit, quidnam amplius est rursus peruestigare, et præterita cùm præsentibus comparare? Rursus*

cognitio-

cognitio futurorum, si modò & commendatur alicui; non vtique talis erit, qualis inesse coniicientibus consueuit, sed qualis effectoribus ipsis, certè scientibus ita fore. Id verò est eorum auctoritatem habentibus, quibus nihil hæsitans, nihil contingit ambiguum, & quorum sententia, cui semel assensus perpetuò acquiescit. Eadem igitur illis est sapientia de futuris quæ & de præsentibus secundum statum: id autem est à naturæ inuestigatione remotum; ac nisi futura cognoscat, quæ ipse facturus sit neque etiam scit facere, neque ad aliquid spectans efficiet, sed quod fortè inciderit aget; id verò nihil aliud est, quàm casu facere. Plotino addo Proclum in Alcibiadem primum ex Iamblico, vbi cùm dixisset Dei (imò & Intelligentiarum, quod alibi reiectum est) notitiam anticipare tempus, & temporalia, seu esse prænotionem, subdit id *non debere videri mirum. Nonne enim videmus multa insensibilibus nobis incognita, nobis tamen esse nota? Irrationalia enim vniuersalis ipsius naturam apprehendere nequeunt, nos autem colligere possumus. Quidnam igitur vlteriùs admiraretur, quæ nos ambigua, & fallaci cognitione concipimus, hæc superos firmiter comprehendere? Non enim nostra debilitas est illorum potentiæ index, quemadmodum neque irrationale nobis inferius, habet rationis nostræ iudicium; quamuis irrationali, quod est in nobis, vel extra nos nostram intelligentiam moueat. Cur non absurdum sit coniecturalem quidem futuri præsensionem alicubi reperiri, stabilem verò, determinatamq́ue, & veritatem exactam nusquam? Ipsa namque natura rerum non procul ab imperfectis, ab impuris, à rebus cum contrariis mixtis exordia ducere. Si autem futuri coniectio est ignorantiæ particeps, neque constat, vbi tamen ipsa est per se futuri notitia? Vbi purum ipsum, à quo quidem & quod participatum est & illud impurum, subsistentiam est sortitum, nisi apud superos?*

In his testimoniis rationes quoque non infirmæ continentur, quibus adiungi possunt aliæ, quibus Diuina futurorum prænotio euidenter astruitur: In primis enim euincitur à posteriori ex veritate prædictionum Diuinarum, vt argumentatur Ammonius sect. 1. libri de Interpretatione, particula 7. Quinetiam Philoponus ad secundum Procli, ait ex oraculis, & vaticiniis (tametsi à Dæmone Deum ementiente prolatis) constitisse apud omnes Græcos, Deum futura prænoscere. Assipulatur Tertullianus 2. contra Marcion. cap. 5. asserens *Deum tot habere testes præscientiæ suæ, quot Prophetas misit.* Hoc argumentum retorquebant Ethnici apud Ammonium sæpè, allegantes ambigua oracula de futuris. Quod argumentum non aliter soluit Ammonius, quàm ad commotam Prophetidis oracula promentis mentem, ambiguitatem illam referendo; vel ad Diuinam sapientiam vtilitati audientium ambigua illa oracula accommodantem. Sed quid de falsis plerumque oraculis diceret, qualia multa habentur apud Theodoretum, & Eusebium, vt dist. 4. retulimus. Quare oracula Diuina, veritatem semper, ac etiam cùm vsus tulit perspicuitatem habuerunt. Sola Dæmonis responsa caruerunt veritate, vel ambiguitatis inuolucris vbiubi egerunt, vt ignorantia futuri, quâ laborabat Dæmon, tegeretur. Itaque firmum manet primum illud argumentum pro vera illa sententia.

Quæ probatur etiam à priori, ex veritate obiectiua determinata quorumcunque futurorum absolutorum: hoc ipso enim, quòd futura supponuntur, erunt aliquando, ergo iam nunc habent futuritionem. Et quamuis quæ sunt liberè, & contingenter

futura possint non esse, tamen ea ipsa erunt. Contingentia enim non dicuntur, quia erit, & non erit; sed quia ita erit, vt posset etiam non fore, vel ita non erit, vt posset fore, vt optimè attigit nodum hunc dissoluens Ammonius paulò antè adductus, & Marsilius Ficinus in librum secundum Enneadis tertiæ Plotini, cap. 10. pleniùsque tradunt, Gregorius suprà art. 1. & Camer. in 1. quæst. 11. *litera B. & E.* Ex quo apparet nullam esse repugnantiam inter contingentiam & futuritionem infallibilem. Potest siquidem aliquid fore (quod est esse certò futurum) & tamen ita fore, vt absolutè loquendo posset non esse: quod est fore contingenter. Et hæc duo probè cohærent: quia sicut multa non fient, quæ possent fieri; ita multa fient, quæ possent non fieri: quod est simul habere contingentiam & futuritionem. Atque ita valdè differunt, certò, seu infallibiliter fore, & necessariò fore, cuius distinctionis neglectu plerumque magnos viros turpiter impingere notauit Vald. tomo 1. Doctrinalis, lib. 1. cap. 26. num. 3. quod mihi vel vnus Caietanus persuadet, insolubilibus idcircò difficultatibus, in libertatis creatæ, & Diuinæ prouidentiæ cohæsione exponenda laborans 1. parte, quæst. 22. art. 4. & in cap. 9. ad Romanos, ad illud, *Quòd si Deus volens*, &c. meritò idcircò circa hoc reprehensus à Catharino in fine opusculi de præscientia, & prouidentia.

22. Cùm ergo futura quæcunque, hoc ipso quòd futura supponuntur, sint aliquando certò extitura, non potest eis negari veritas, & certitudo obiectiua in eo posita, quòd huiusmodi obiecta verè erunt, ergo scibilia sunt; quia quod est verum, est scibile per actum verum, quippe obiecto conformem. Diuinus autem intellectus ob plenitudinem intellectualitatis complendus est cuiuscunque veri attingentia. Ergo quamuis futura ob vitium nostræ intellectiuæ debilitatem sint nobis incomperta, tamen Deus illa attingit, & quidem iure præcipuo, vt significauit Celsus apud Origenem, *sub finem quarti*, dicens *nihil esse diuinius præscientia, & prænunciatione futurorum*: quod reprehendit Origenes. Sed si sentiat sic, prædictionem, & futurorum prænotionem à Deo communicari duntaxat probis: cæteroqui enim quòd *Diuini furoris character sit futurorum prædictio*, discertè affirmat ibidem lib. 6. *non multum ab initio.* Quod imitatus est Chrysostomus homil. 18. in Ioannem, ad illud, *Tu es Simon*, eodémque pertinet illud Lactantij 1. Instit. cap. 11. Iouem ridentis, quòd à Themide futura didicisse refertur: *Si Diuinus non fuit*, (id est, præsagus futurorum) *vt Deus quidem fuit, vnde ipsa Diuinitas nominatur, vt ab homine diuinatur?*

Contingentia effectuum, & præscientiæ cohæsio.

Quòd verò nullum inde inferant libertati creatæ præiudicium, vt perperam in contrariis erroribus supponi vidimus, suprà tractandum est, cùm de humana libertate. Hic tamen ne porrexisse incautis venenum absque antidoto videamur, & quia *maxima hominum pars grauiter de hac quæstione laborat*, vt dixit Augustinus 3. de libero arbitrio, cap. 2. annuentibus, Prospero 2. de vocat. Gent. cap. 34. & Gulielmo Paris. p. 1. de vniuerso, cap. 25. placet in breuem summam hic contrahere, quæ alibi pleniùs dicta sunt, quantum necesse est, vt dissoluamus difficultas, in qua versamur, cui plerique Ethnici, vt Origenes lib. 2.

contra

contra Celsum retulit, *succubuerant*, & succubuisse etiam Armacanum post viginti annorum cursum in ea soluenda laborem, dicit Vvicleffus apud Valdensem suprà. Apud Gulielmum tamen Vvidefordum in refutatione articuli decimiseptimi Vvicleffi, ubi idem Vvicleffus de Armacano mandarium refertur, nonnisi duobus annis frustrà sudasse Armacanum in hac difficultate soluenda refertur ex Vvicleffo. Sic autem difficultatem hanc proponebant, Celsus, & Ethnici prædicti, ac postea Vvicleffus. *Deus præsciuit, v.g. Caium peccaturum, ergo peccabit. Consequentia est bona, antecedens autem est necessarium, ergo & consequens; nempe quod Caius sit peccaturus: sed quod est necessarium, non est liberum; ergo posita præscientia non est liberum Caium peccare.* Respondeo, antecedens illud, *Deus scit Caium peccaturum*, consideratum ex se, & ex suis terminis non esse necessarium, sed solùm esse necessarium ex suppositione, quòd Deus illud sciat; Deus autem tantùm scit id esse futurum, quia causa est liberè hoc volitura: atque adeò tale antecedens habet tantùm necessitatem ex suppositione quæ non pugnat cum libertate illius consequentis, *Caius peccabit*.

22 Explico. *Cognitio*, ut rectè ait S. Augustinus 4. de Genesi ad literam, cap. 32. *Fieri non potest, nisi cognoscenda præcedant*: (ergo de cognitione speculatiua, qualis est præscientia) cognitio enim speculatiua ideò vera est, quia intelligit aliquid esse, quod est; aut non esse quod non est: nam scientia speculatiua non facit obiectum suum, sed supponit; ergo cùm res futuræ sint obiectum præuisionis, seu præscientiæ, non ideò futuræ sunt, quia præuidentur; sed potiùs ideò præuidentur, quia futuræ sunt. Quod eandem propè verbis tradidit Origenes supra, dissoluens Celsi, & Ethnicorum illorum argumentum. Nec aliter eidem argumento respondet Ammonius 1. de Interpret. sect. 2. particula 7. & ibidem Magentinus, cùm de veritate affirmationis, & negationis, ut præclarè etiam Iustinus quæst. 58. ad Orthodoxos: *Non est præscientia, inquit, causa eius, quod futurum erat, sed quod futurum erat, causa est præscientiæ, non enim præscientiam sequitur res futura, sed rem futuram præscientia.* Hæc ille. Idem habent, Beda quæst. 13. ex variis: Hugo in summa sententiarum, tract. 1. cap. 12. Procopius in caput primum Geneseos: Damascenus dialog. contra Manichæos: & Ioannes Sarisberiensis 2. Policratici, cap. 21. Auctor libri de prædestin. Dei, cap. 5. (tom. 7. Augustini in appendice) Faustus Riegensis 2. de gratia, & libero arbitrio, cap. 2. Optime S. Chrysostomus homil. de virtutibus, & vitiis, *sub finem*, & planè luculenter homil. 26. in 1. ad Corinth. ad illud, *Oportet hæreses esse*. Item S. Athanasius serm. de Passione, & Cruce Domini, ac ex non ita antiquis Claudius Seyssellus Episcopus Taurinensis tract. 1. de provid. art. 4. Sanctesius tract. 2. de atheismis Caluini, in appendice de præscientia: Sirenius 2. de fato, cap. 12. & copiosè Molina 1. parte, quæst. 14. art. 13. disp. 17. Suar. 1. de aux. cap. 13. num. 15. & Less. cap. 5. de gratia, *in fine*. Illa porrò postrema Iustini verba, quæ attuli, declarant quo sensu in prioribus verbis dixerit rem esse causam prænotionis, nempe non quasi res physicè causet aliquid Deo intrinsecum: nimis enim clarum est id dici non posse, ut latè contra aliquos perperam intellectos disputat Abulens. in cap. 11. Iosue, quæst. 14. & contra Catharinum Palacius in 1. dist. 38. disput.

disput. 1. & iam olim contra alios Boëtius 5. de consol. prosa 3. & 6. Et hoc dumtaxat euincunt, quæ opponit Aluarez 2. de aux. disp. 16. Tantùm ergo volunt instantiæ quod verissimum est, & optimè asseritur à Valdensi suprà, cap. 28. num. 4. & à Stenio lib. 8. de fato, cap. 18. rem futuram esse causam præscientiæ per modum obiecti, & termini, quem præscientia respicit, absque vllo influxu in actum Diuinum: quo pacto S. Thomas tract. de prædestin. & præscientia, cap. 3. interpretatur, quod interdum ait D. Augustinus, res non cognosci à Deo, quia sunt; (nempe quasi causent actum Diuinæ notitiæ) sed potiùs esse, quia cognoscuntur, nempe per aliam quandam Dei notitiam à speculatiua, de qua hîc agimus, differentem, id est, per notitiam practicam dirigentem eius operatiuam, & externis causantem res creatas, vt dixerat in responsione ad 1. vbi negauerat præscientiam, de qua hîc agimus, esse verè causam rerum.

Cùm ergo præscientia Dei non sit causa rei futuræ, sed potiùs ordine quodam rem futuram supponat tanquam obiectum; manifestè patet illam necessitatem, quâ res quæ præsciuntur, dicuntur futuræ, non esse necessitatem, quæ antecedat rem, sed quæ ex illa consequatur: quatenus res vt præuidentur, supponuntur iam esse futura ex plena libertate voluntatis: futurum autem esse futurum necesse est, necessitate tantùm consequenti, quia id quod est, quando est, necesse est esse. Nec refert, quòd præscientia Dei antecedat per æternitatem præsentiam actualem rei illius, quæ futura prouidetur; nam hîc non agimus de præuisione rei præsentis, sed de præuisione rei futuræ. Tam autem ab æterno est res futura, quàm Dei præscientia. Igitur cùm præscientia rem futuram, vt futura est, quæ est eius obiectum, nec ordine causalitatis, nec durationis præcedat, non potest ex præuisa contrahere necessitatem antecedentem ex ea antecessione præscientiæ respectu rei præsentis, quæ manebit sub dominio libertatis, vt possit non esse futura absolutè, & in sensu diuiso futuritionis à nobis pendentis; quia à nobis ponitur forma causans suppositionem illam, & necessitatem ex ea oriundam.

11 Sed subnascitur ex hac responsione scrupulus, quasi ex ea sequatur fallibilitas, & incertitudo Diuinæ scientiæ. Facilè tamen occurritur huic incommodo: Nam licèt euentus sit euitabilis, & contingens, quia ita eueniet, vt posset non euenire; tamen scientia, quæ attingit euentum et ipsa sequentium, quamuis liberè sequaturum, est infallibilis, & certissima: attingit enim id ipsum, quod reuerà erit, etiamsi liberè erit, quatenus ita erit, vt posset non esse. Illud autem quod reuerà erit, quia causa se determinatura est liberè ad illud, ex quo supponitur fore, est certò cognoscibile, quantum est ex se; quia est verum quòd erit, ideòque potest esse terminus cognitionis in ipsum infallibiliter tendentis: & necessariò est terminus Diuini intellectus, quem nullum verum potest subterfugere. Concedo quidem, quòd antequàm creatura libera seipsam determinet, est in eius potestate facere, vt notitia Dei non terminetur ad id, ad quod re ipsâ terminatur post eius determinationem; quia in eius potestate erat ponere oppositum; tamen si semel supponitur creaturam se determinasse ad alterutrum, non est in potestate eius hoc celare Deum, nec mutare eius præscientiam; sicut non

est

est in creaturæ potestate, vt res futura non sit futura, licet in eius potestate fuerit, vt res antequam futura supponeretur, non esset futura: ita vt liceret dicere, est in potestate voluntatis, vt res non sit futura: Nunquam tamen licuit dicere, est in potestate voluntatis, vt res quæ supponitur per eam liberè futura, non sit futura. Cùm ergo necessarium sit rem futuram esse futuram, nec oppositum sit in nostra potestate, facta semel ea suppositione, inde fit, vt non sit in nostra potestate facere, vt id quod à Deo præuisum est vt futurum, non fuerit præuisum. Fuit quidem (quod inculcandum est, vt tenaciùs hæreat) fuit, inquam, in nostra potestate, & est etiam nunc antequam determinemus nos ipsos, facere, vt res quæ est obiectum præscientiæ non sit futura: non est tamen in nostra potestate facere, vt res quæ per nostram determinationem liberè futura est, non sit obiectum præuisionis. Quod si quidquam futurum non est, aut est mutandum in tempore, iam ab æterno futurum non est, aut iam ab æterno mutandum est: Itaque præscientia Dei, quæ ordine quodam rationis expectat rei ab æterno futurum euentum, & sicut futurum est ipsum consequitur, non potest in tempore mutari ab vno in aliud, aut falli. Quare vt concludatur solutio argumenti propositi, præscientia Dei non reddit necessarium effectum ex se contingentem, quia non immutat, neque alterat suum obiectum, alioqui se ipsam destrueret & redderet falsam, si sciendo effectum fore contingentem, faceret eum necessarium: vt acutè attigit S. August. 5. ciuit. cap. 10. causa rei talis est, quia ipsa non præuenit obiectum futurum, sed præsupponit illud. Quò facit quod D. Ansel. cap. 1. concordiæ post S. Augustinum apud Vvaldensem suprà cap. 25. adducit, nempe hoc ipso quod dicimus Deum aliquid præscire, eo ipso per modum illum loquendi absque alio additamento affirmari rem illam esse futuram.

21 Hanc futuritionis infallibilis contingentiam, & cohærentiam cum præscientia, declarare solent Doctores quibusdam exemplis. Vt quòd non plus necessitatem imponat futuris rebus præscientia Dei, quàm præsentibus spectator cùm fiunt. Ita cùm video te scribere, potes quidem ipse non scribere, nec mea visio ad id te adigit, quamuis posito quòd scribas & apertis oculis, animóque attentè te inspiciam, necessariò videã te scribere; quo exemplo in hanc rem vtitur Boet. 5. de consol. prosa 6. Beda q. 16. ex variis, Faustus Rhegiensis 2. de gratia & lib. arbitrio cap. 5. & Viues 5. ciuit. cap. 10. Alio exemplo vtitur S. August. 3. de libero arbitrio cap. 4. *Sicut tu*, inquit, *memoriâ tuâ non cogis facta esse quæ præterierunt, sic Deus præscientia sua non cogit facienda quæ futura sunt.* Orig. apud Euseb. 6. præp. cap. 9. vtitur exemplo eius qui præuidet aliquem temerarium, quem cernit via lubrica incedere ruiturum. Non enim ea præcognitio fuit causa casus, sed è contra. Et simile est exemplum quo vtitur pulchrè Theodoretus in cap. 8. ad Rom. ad illud, *Quos autem prædestinauit. Nemo*, inquit, *præscientiam horum esse causam dicat; non enim præscientia eos tales efficit, sed Deus, vt Deus, quæ futura erant procul prospexit. Neque enim si ferocem equum videris, frenum mordentem & sessorem minimè tolerantem, dixerisque eum præcipitem asportantem sessorem casurum, deinde id quod dixi, euenerit, ego equum impuli in præcipitium, sed quod futurum erat prædixi, ex equi ferocia*

consideratam faciunt. Deus autem vniuersorum, omnia procul videt, vt Deus, non tamen huic quidem affert necessitatem vt virtutem exerceat, illi autem vt [illegible] *militat. Si ipse enim ad virtutem vtraque vim afferret, non iure hunc quidem laudat & coronat; in illum verò supplicium decernit. Si autem iustus quidem est Deus, vt iustus verè est, adhortatur quidem ad ea quæ bona & honesta sunt, & prohibet contraria; laudat autem eos qui quæ bona sunt faciunt, & punit eos qui sua sponte vitium amplectuntur.* Sic Theodoretus. Denique D. Damasc. dialogo aduersus Manichæos, vtitur exemplo Medici, *qui dum præuidit morbum futurum, non affert morbo causam, sed medici præuisio, est* [illegible] *ipsius argumentum: præuisionis autem causa hæc est, quod ita futurum erat* &c. ibidem optimè & copiosè. Reuocat mihi in memoriam hæc Damasceni doctrina, argumentum, quo in hanc rem vtitur Hugo Victor. 1. miscell. tit. 182. & fuisse olim celebre inter Dialecticos testatur Origenes 2. contra Celsum, & meminit etiam Tullius lib. de fato, nimirum nisi argumentum propositum esset sophisma, fore vt cùm ægrotamus, negligenda esset medicina, quia vel præuidit Deus nos sanandos, & ita etiam non vocato Medico sanabimur, vel non præuidit, & ita eo etiam vocato moriemur. Sicut ergo nemo prudēs, ob huiusmodi sophisma, & vt antiqui apud Tullium & Origenem vocabant, ἀργὸν λόγον, seu *ignauam rationem*, negligit in morbo medicinam, eò quòd Deus præuiderit hominem sanandum, quia adhibuerit quæ necesse est, vt ad similem obiectionem respondet Seneca 2. natur. cap. 37. & 38. vel moriturum, quia neglexerit: præuisione Dei merè per accidens & consequenter se habente ad curationem vel mortem naturaliter ex causis suis oriundam: ita neque ob idem argumentum in alia materia existimandum est quidquam sequi necessariò, ex eo quòd Deus illud præuideat, vt optimè insinuat probus quidam ac eruditus Medicus apud Cæsarium Cisterciensem lib. 1. mirac. cap. 27.

24 Placet in hac mea, responsionem à nobis propositam illustri Origenis testimonio confirmare, quod ex eius in Genesim commentariis quæ nunc non extant, descripsit Eusebius lib. 6. de præp. cap. 9. & refertur etiam cap. 23. Philocaliæ: *Dissidemus*, inquit, *quod Gentilium sapientes in magnos inciderunt errores: cùm enim præscire Deum vniuersa minimè negarent, necessariò nos agere quidquid agimus crediderunt. Nā si ab æterno, inquiunt, vnumquemque aliquem futurum Deus præuidit, nec scientia Diuina falli potest, erit omnino* [illegible] *possibile est transgressum eum non fore, cùm non possit aliter agere, quam Deus præsciuit: ex quo ad sequentia etiam nonnulli descendentes, frustra culpari iniustos contendunt: Similiter qui de cæteris delictis, & de virtutibus opinantur. Vnde sequitur liberam non esse hominis voluntatem, si Deus futura præsciat. Aduersus quos dicendum, quòd omnia Deus ab æterno videat, antecedentia, sequentia, causas rerum atque effectus; nec tamen omnium est ipse causa. Nam quemadmodum si quis temeritatem hominis alicuius perspexerit, & quia ignorantem eum cognouerit, propter temeritatem viam non dubitet periculosam eum ac lubricam aggressurum itinera, in quibus lapsus misere cadet, non efficit hunc ipse temerarium illi homini lapsum: sic Deus cùm vniuscuiusque voluntatem præuideat, bonam perperam, hanc rectè alituram non ignorat. Non ergo præcognitio futurorum causa, nec enim cōpulsus ad peccandum Deus quemquam impellit ac mouet, sed è contra, dicere enim etiamsi absurdum*

surdum multis forsan videatur ad quod futurum est causa est, vt Deus euenturum illud præuidebat. Non ideò fit, quia præscitur; sed quia futurum erat, præscitur. Distinctione autem hæc res indiget. Nam si quis quando futurum aliquid dicimus, sic accipit, quasi necesse sit euentum fore, huic minimè id dabimus. Non enim dicimus quia proditor Iudas præsciebatur, necesse fuisse ipsum prodere; si sic enim esset, non vituperaretur ab his qui proditurum præuiderunt; vituperatur autem, censetur, quoniam potuisset etiam non prodere. Confirmat id adductis quibusdam versiculis ex Psalmo 108. quibus exaggeratur Iudæ scelus ac defectio, tum subdit. *Si quis autem ita futurum accipit, quasi euenturum sit, posse autem etiam aliter fieri, hoc ipsum est quod dicimus: Præscientiam enim Dei veram non esse, impossibile simpliciter est. Quæ verò contingentia sunt, quæque accidere & non accidere possunt, ea vel euentura vel non euentura, Deus certè prænoscit. Sed liquidius forsan hoc modo dicetur: si contingat Iudam prodere, præsciuit hoc Deus: si non contingat, similiter Deus præsciuit. Cùm vtrumque hæc contingentia sint, & potestas in Iuda sit, Deus præscientia sua prouidit, quid à Iuda eligetur; nec præscientia Dei ex contingenti necessaria sit proditio. Si enim ponamus Deum scisse aliquid, possibile est Iudam proditorem fore: sed contrarium quoque possibile est, quamuis ergo contingenti verumque sit, ego tamen video proditurum. Non enim similiter illud accipiendum est quemadmodum si diceres præuidere Deum hunc hominem nunquam volaturum. Nulla enim volandi potentia inest homini, sicut ei inest delinquendi & non delinquendi potentia.* Hæc & alia quamplurima in hanc rem Origenes digna eo ingenio quo vt Cassiodorus in Diuinarum lectionum institutione, de communi sensu affirmauit, *ubi bene, nemo melius*. Non dissimilem doctrinam reperit. 2. contra Celsum huic ipsi in quo versamur argumento respondens.

Deus cognoscit futura sub conditione causali.

15 SECVNDO, dixi Deum cognoscere quoque futura conditionata ex conditione causali. Non dico quòd ea prænoscat: quia cum non sint reipsa futura, non possunt propriè dici prænosci vel præsciri, ob antecessionem voce *præscientiæ* importatam, quæ deest cùm obiectum non est re ipsa in tempore futurum. Quod voluerunt August. 1. de origine animæ, cap. 12. & lib. de prædest. sanctorum cap. 14. Prosper epistola ad August. libro illi Augustini præfixa, & latè Fulgentius lib. 1. de veritate prædest. negantes hæc futura præsciri à Deo. Aio igitur ea cognosci, quod Augustinus non negauit, vt alij plenius ostendunt, sed satis disertè tradidit q. 15. in Exodum, imò *non nisi perabsurdissimè & insanissimè negari posse*, dixit, libro de correptione & gratia cap. 8.

Cur autem me restrinxerim ad futura conditionata ex conditione causali, facilè erit intelligere si aduertas multiplicem esse conditionem. Quædam enim est causalis, quæ scilicet si adhiberetur haberet saltem aliquam rationem causæ respectu effectus secuturi, vt cùm dicimus si Petrus Antonium adiret, & hoc vel illud ei proponeret, persuaderet Antonio: hæc conditio causalis dicitur, causaliter enim persuasionem. Datur autem alia quædam conditio merè conditionalis, quæ scilicet affectum quidem antecedit, nullo tamen modo in eum influit, cuiusmodi est propinquitas, vt si dicam, si Petrus adiret ad Antonium, peteret illum; hæc conditio

tione est causalis; nam accessus ille non influeret in percussionem, quamuis ad eam præ requireretur. Tandem datur tertia quædam conditio, quam vocare possumus disparatam, seu extraneam, aliqui eam vocant concomitantem; est autem talis, vt neque vllo modo influat in effectum, neque ad eum præ requiratur, vt si dicam, si Petrus tali tẽpore dormierit Romæ, Antonius in India scribet. Ex hac postrema conditione compactas propositiones, Boetius lib. 2. de syllogismo hypothetico, cap. 2. vocat conditionales per accidens, nec sunt propriè hypotheticæ; quia particula, *si*, aliaue similis quæ propositionibus hypotheticis apponitur, importat affinitatem & connexionem aliquam membrorum propositionis hypotheticæ, seu, vt Dialectici loquuntur, *antecedentis*, in quo est particula *si*, & *consequentis* cum antecedente illo connexi, quæ affinitas & connexio non reperitur inter membra propositionum conditionalium ex conditione extranea compactarum; & ideò propositiones illæ sunt semper falsæ, hypothesis enim seu conditio est conditio ad aliquid, quod cum extraneitate pugnat. Et manifestum sanè est in exemplo harum propositionum paulò ante adducto, significari connexionem aliquam somni quo Petrus corripitur, & scriptionis Antonij, quæ tamen connexio nulla est: quia quamuis reipsa eo tempore & posita illa hypothesi, scriptio esset euentura, tamen quia non esset euentura cum aliqua connexione ad somnum alterius, sicut per propositionem illam significatur, propterea ea propositio est falsa.

26 Itaque de veritate obiectiua & cognoscibilitate huiusmodi futurorum conditionatorum tertij generis, non potest esse controuersia. Sed & de secundo illo genere quod diximus constare mera conditione, sollicitus non sum. Quamuis enim sit connexio aliqualis inter antecedens propositionis ex ea conditione præ requisita contextæ, & consequens eiusdem, & propterea plerique in illis quoque futuris conditionatis veritatem obiectiuam & cognoscibilitatem admittant: tamen vt abstineam penitus huius rei examine, quod naturalis luminis limites prohibent, & ea duntaxat afferam quæ certissimè certa & naturali lumine indubitata, ad ea conditionata me restringo, in quibus connexio sufficiens & efficax, manifestissima mihi videtur, præsertim quia horum duntaxat conditionatorum scientia, vsum suum & quidem permagnum, habet, cùm apud Philosophos cùm de Diuini concursus exhibitione agitur, cùm apud Christianos Theologos cùm de gratiæ efficacia disseritur. Connexionem porrò his futuris competere, cùm dico, nolim intelligas illatiuam: hæc enim pugnaret cum contingentia huiusmodi futurorum, quia illatio importat nexum necessarium illati & antecedentis, qui nexus hic non interuenit, quia agimus de futuris conditionatis liberis, quæ scilicet non erunt quidem, essent tamen si poneretur conditio, ita autem essent, vt possent non esse; sicut futura contingentia absoluta, ita erunt vt possent non esse. Ac proinde iudicium affirmans aliquid tale fore, vt illatum ex conditione illa, falsum est. Nam affirmat ex vi conditionis haberi aliquid, quod non habetur ex vi eius, & aliquid posita ea conditione necessarium esse, quod etiam ea posita manet contingens. Ita enim omnes accipiunt illud Philosophi in definitione

syllo

syllogismi, *eo quod hæc sunt*, vt significetur necessitas consecutionis, seu necessaria illati veritas, admisso antecedenti. Quare connexio membrorum propositionis hypotheticæ (quæ Dialectici laxato rigore vocum appellant *antecedens*, & *consequens*) in casu nostro non est nisi enunciatiua, vt optimè ex Eudemo adducit Boetius loco suprà allegato, & Sotus 3. Summularum, lect. 1. ad caput 8. *Dialecticæ stituendæ*, ac Niphus in Dialectica ludicra, enunciato 27. *in fine*, admittentes distinctionem conditionalium propositionum in illatiuas, & alias, quæ tales non sunt, & tamen veræ sunt. Et sanè cùm dicimus, *Si hoc ... propositio ... fuit*. Aut, *Si hoc dixerit, ... mĳsietur*, non intendimus argumentari, & vnum ex alio per necessariam consecutionem deducere; sed tantùm significamus, quid re ipsa euenturum sit, si talis conditio ponatur. Sicut enim dantur connexiones aliquæ necessariæ, ita etiam dantur contingentes; & tales sunt illæ, de quibus agimus, quásque propterea asserimus esse verè cognoscibiles, tametsi nec vnquam re ipsa ponendæ sint, nec si ponerentur, aliter ponendæ essent, quàm contingenter, seu ita vt possent non poni.

27 Probatio autem efficax veritatis obiectiuæ, & cognoscibilitatis huiusmodi connexionum sub conditione contingenter ponendarum, eadem esse videtur ac ea, quæ suprà allata est pro cognoscibilitate futurorum contingentium absolutorum. Sicut enim hæc propositio, *Petrus tali die in tali occasione constitutus peccabit*, est determinatè vera, quia euentus ille erat, quamuis liberè, & ita vt potuisset non euenire, ita eadem propositio adiunctâ conditione, & in hunc modum prolata, *Si Petrus tali die in tali occasione constitueretur, peccaret*, non amittit veritatem suam. Conditio namque adiecta nihil adimit propositioni absolutæ, nisi futuritionem absolutam, quæ etiam non enunciatur per propositionem conditionalem, loco autem futuritionis absolutæ, quam tollit, confert conditionalem, quæ enunciatur. Ergo si propositio ante adiectam conditionem habebat determinatam veritatem, eam profectò retinet post appositam conditionem, tametsi cum aliqua (vt ita dicam) modificatione, quatenus scilicet existentia futura absolutè, transit in futuram tantùm conditionatè, ob accessum conditionis. Confirmatur, quia existentia obiecti propositionis absolutæ, est verè futura, quia aliquid cum ea existentia contingenter connexum re ipsa ponetur; ergo ante illud aliquid positum re ipsa, existentia illa erat reuerà futura, si illud aliquid poneretur; & hoc erat iam tunc aliquid verum, ac proinde cognoscibile. Denique futura absolutè habent determinatam veritatem, quatenus vtraque pars contradictionis non est in eis verificanda, sed altera tantùm. Atqui similiter argumentari possumus pro conditionatis: non enim si Petrus in hac, aut illa occasione statueretur, esset simul voliturus, & non voliturus; sed præstaret duntaxat alterum è duobus, quod proinde est ex se cognoscibile. Quæ tamen ratio non potest retorqueri pro enunciationibus ex conditione disparata, quia tales enunciationes semper sunt falsæ defectu nexus inter conditionem & effectum in ea enunciatum.

28 Sic stabilita cognoscibilitate horum futurorum, facile est concludere ea cognosci à Deo, quia Diuinam vim cognoscitiuam nihil sub-

terfugit, quod cognoscibile sit. Sicut enim ad perfectionem Diuinæ omnipotentiæ, ob immensam eius vim, pertinere debet posse producere omnia ex se producibilia, ita ad perfectionem potentiæ cognoscentis infinitè perfectæ, spectat nihil ignorare, quod sub latitudine veri, & cognoscibilis continetur; qualia vidimus esse hæc futura, quæ prænunciata quandoque fuisse diuinitùs, subiectis exemplis, quæ nostrùm non est vrgere, disertè docent ex antiquioribus Abulensis in cap. 11. Matth. quæst. 52. & Lyranus in primũ Regum, cap. 23.

Mihi, quia hoc loco ex nudo naturæ lumine philosophor, satis erit addidisse naturæ quasi vocem pro hac veritate, *quod esse testimonium animi literatura notum, omni doctrina agitatum, tota hominum* [illegible] dixit Tertullianus lib. de testimonio animæ aduersus scholas, cap. 1. Passim ergo audimus, rusticos, & mulierculas naturaliter edoctas, agnoscere Deum bene prospexisse aliquibus, quòd eos ex hac vita maturè decedere fecerit, præscius malorum eis impendentium, & cruciatuum, quibus angendi, vel criminum, quibus implicandi essent, si superuixissent. Ac ne id Christianè tantùm, non etiam naturaliter dictum putes, ita docet Proclus in Alcibiadem primum Platonis, agens de Apollinis prædictione Laio consulenti facta. Audi etiam Porphyrium apud Cyrillum 3. in Iulianum ad extr. quæstum, *Deus sciens futurum* (nempe si diutiùs vitam prorogare permitteretur, atque adeò sciens futurum, non quòd absolutè, sed quòd sub conditione futurum esset) *sæpe præuenit; hos quidem propter peccatum adhuc adolescentes eripiens è vita, alios propter futuras in* [illegible] *pœnas, alios autem* [illegible], *quæ liberat ab* [illegible] *calumniantibus*. Hæc ille optimè, et liberat sanè de hoc veritatis aduersario, quod de eodem aliâ occasione dixit Theodoretus 3. contra Græcos, *circa medium*, hoc quoque loco vsurpare, *De conscientia exuit nobis, & de mendaci fraudulentissimo* [illegible] *veritas*. Idem optimè annotauit Platonicorum non postremus Æneas Gazæus in suo Theophrasto, *circa medium*, ex quo vt res maximi momenti magis illustretur, pauca decerpo: *Non in eas solùm, quæ modò ante pedes sunt, res prouidentia* [illegible] *animaduertit; verumetiam in eas, quæ longo post tempore euenient, prospicit: tum quæ quibusque conuenientia sunt, atque digna, ea* [illegible] *decernit. Hunc quidem, quoniam deinceps in* [illegible] *futurum esse* [illegible]*, fieri permisit; illum verò, quòd malè esset vsurus opibus, pauperem relinquit, ut* [illegible]*. Hic, quia* [illegible]*, & adulatorem, ac falsis* [illegible] *domum* [illegible]*, in qua omnia* [illegible] *est; unde eum* [illegible] *ac* [illegible]*. Alij* [illegible] *ad* [illegible] *facile* [illegible]*, ut sua transigeret* [illegible]*. Sed prodeat in medium* [illegible] *ille pater, qui* [illegible] *filij* [illegible] *quaque forma fuit; hic, si formam haberet* [illegible]*, esset* [illegible]*. Quare et prouidentia* [illegible] *clarè* [illegible]*, ipso* [illegible]*, quando* [illegible]*.* Hactenus ille, & propè ea similia habentur apud Nemesium, cap. 44. libri de homi. in oppugnatione hostium prouidentiæ. Et hæc ad gustum aliquem huius veritatis propinandum sufficere hoc loco existimo, plenam verò eius tractationem Christianis Theologis permitto.

Dico

Deus cognoscit omnia præterita.

29 TERTIÒ, dixi Deum cognoscere omnia præsentia, ac præterita, æquè ac futura, sigillatim, & distinctè: quòd enim præsentia nouerit, quantumuis respectu nostri abdita, & occulta, constans fuit omnium propè antiquorum sententia. Sic Empedocles apud Sextum Empyricum libro 1. aduersùs Mathematicos, cap. 17. vniuersaliter pronunciat, *nihil omnino esse, quod Deum lateat.* Id ipsum iam ante cecinerat Orpheus in palinodia illa, quam laudat S. Cyrillus lib. 1. aduersus Iulianum, illisque carminibus, quæ ex eo refert Ficinus 2. de immortalitate, cap. 9. quibus Iouis perfectum, & vt idem cap. 10. ex eodem refert, *infinitum oculum,* omnia conspicere pronunciat. Nec aliter Heraclitus apud Clementem Alexandrinum 2. Pedag. cap. 10. *circa medium.* Id ipsum etiam cecinêre, Philæmon, Menander, & Euripides, Poëtæ, apud Iustinum libro de Monarchia, & alij multi apud Theophilum Antiochenum 2. ad Autolycum. Item Epicharmus Pythagoræus, & Diphilus comœdus apud Theodoretum 6. contra Græcos, *circa medium ab initio,* & apud Clementem 5. Stromatum, cap. 6. & 7. Optimè quoque Epictetus apud Arrianum lib. 1. cap. 12. Sed ex professo ibidem cap. 14. vbi hæc inter cætera: *Illustrare potest Sol tantam vniuersi amplitudinem, paululum verò quid sui luminis expers relinquere, & ad modicum exile; si quis ipsum conferat toti mundo, ac tantillum diminuat, quantum obiectu terra differt, dic vmbra quod lumen excludit ipsius contingit. Ille verò fabricator Solis, atque agitator (cum sit pars ipsi quoque Sol exigua, si cum vniuersi Dei opere conferatur) percipere & explorare omnia non habebit omnia?* Expressisse hunc locum videtur Ambrosius 1. de offic. cap. 14. *Quid,* inquit, *tam stultum, quàm putare, quòd Deum quidquam prætereat, cum Sol, qui minister luminis est, etiam abdita penetret, & in fundamenta domus, vel secreta conclauia eius calor irrumpat? Quis neget verna temperie tepefieri interiora terrarum, quæ glacie hiberna constricta erit? Norunt ergo arborum occulta vim caloris, vel frigoris, adeò vt radices arborum aut vrantur frigore, aut fotu Solis virescant. Denique vbi clementia cœli arriserit, varios terra se fundit in fructus. Si igitur radius Solis fundit lumen suum super omnem terram, & in ea quæ clausa sunt infundit, nec vectibus ferreis, aut grauium valuarum obicibus, quominus penetret impeditur; quomodo non potest intelligibilis Dei splendor in cogitationes hominum, & corda se mentis (quæ ipse creauit) infundere? Sed ea quæ ipse fecit non videt, & fecit vt meliora sint quæ facta sunt, & potentiora, quàm ipse est qui ea fecit, vt possint quando volunt cognitionem sui Operatoris latere? Tantam ergo virtutem, & perspectam inseruit mentibus nostris, vt eam comprehendere etiam volens ipse non possit?* Alium ex Epicteto locum in huius veritatis confirmationem paulò pòst dabo ex lib. 1. cap. 8.

Insignia item sunt, quæ habet Seneca epist. 25. 41. 74. & 84. item quæ cæteri Stoici apud Lipsium 1. Phys. diss. 11. & quæ Parmenides, Plato, atque multi alij apud Sirenium 1. de fato, à cap. 9. ad 12. ac denique ea, quæ Ægyptij apud Clementem Alexandrinum 1. Stromatum. Refert enim eos consecrasse Deo aures, & oculos ex pretiosa materia, significantes eum videre, & audire omnia; sine vt habetur apud Irenæum lib. 1. cap. 16. & 18. & 47. *Deum esse totum aurem, totum oculum, & totum mentem:* quod apud Sextum Empyricum aduersùs Mathematicos, lib. 8. cap. *sent*

fiat Dij, hoc versu prodidit,

Totus namque videt, totus mens, totus & audit.

At ex Xenophane etiam refert Laërtius lib. 9. in Xenophane. Eidem Aegyptij, vt Cyrillus refert 9. in Iulianum ad textum 1. Deum expressuri, baculum superposito oculo pingebant, baculo Regiam dignitatem, & immutabilitatem; oculo omniscientiam designantes, quem fortè etiam ad hunc ipsum innuendum, cruci, quae ex eorum mente praestantissima erat figura, superponebant; vt videre est apud Gretserum 1. de Cruce, cap. 51. Et vt verbo dicam, Iulianus apostata apud S. Cyrillum lib. 2. ad text. 4. & Proclus apud Philoponum ad 2. Procli, cap. 5. ac in Alcibiadem primum Platonis, *Prospiciunt naturaliter esse* aiunt, *omnibus hominibus Diuinitatem omnia nosse*. Quod Proclus etiam ad occultissima, & animabus intima expressè extendit post Thaletem, qui apud Clementem 5. Stromatum, cap. 6. rogatus an Deum lateat homo aliquid agens, & *Quomodo*, inquit, *qui ne cogitans quidem?* Idem sonant illa Porphyrij in vita Plotini, cap. 18. *Quisnam sapientior Deo esse potest? Deo, inquam, qui verè de se ipso dicit: Noui equidem arenae numerum, maris[illegible] mensuras, intelligo mutum, audio non loquentem.* Idem saepe tradit Seneca, sed nominatim epist. 83. verbis illis: *Quid prodest ab homine aliquid esse secretum, nihil Deo clausum est, interest animis nostris, & cogitationibus mediis interuenit; sic interuenit, dico, tanquam aliquando discedat [illegible].*

10 Hanc tam vniuersaliter ab Ethnicis praedicatam veritatem inficiati sunt (nemo nisi ad aliqualem conscientiae mitigationem, vt Saluianus 1. de prouidentia, post multam annotauit) Haeretici quidam antiqui, contra quos S. Dionysius cap. 7. Diuinorum nominum potentissimè disputat, & pulcherrimè Ambrosius 1. offic. cap. 14. & Augustinus serm. 14. de verbis Domini, qui tamen putat vix inueniri posse qui dicat, Deum non posse omnia videre, quamuis aliqui dixerint Deum id nolle. At Lollardi Haeretici apud Sanderum 7. visibilis Monarchiae, haeres. 165. multis post antiquos illos saeculis turpius adhuc errarunt blasphemantes, quae sub terris fierent à Deo nesciri, ideoque intra terram quasi Diuinis subducti oculis, horrenda quaque perpetrabant. *Et non cognouerunt*, (vt optimè dixit Ecclesiasticus cap. 23. in huiusmodi dementiam inuectus) *quoniam oculi Domini multò plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes.* Non omittam illustrissimum in huiusmodi [illegible] Gregorij Magni locum 16. Moralium, cap. 7. *Quasi per corporis speciem (inquit) [illegible] [illegible], quae caeli [illegible] est, & supra [illegible] [illegible], ex longinquo videre non posse. Et quis inter nos & caelestem [illegible] [illegible] [illegible], quasi in nube [illegible] per [illegible] [illegible], & [illegible] [illegible] [illegible], & dum caeli [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] non videat. Sed quis de Deo illa vel [illegible] [illegible]? Qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], sic [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Nam [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] per [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] per [illegible]. Sic [illegible] [illegible] [illegible], vt [illegible] [illegible], sic [illegible] [illegible], vt [illegible] [illegible]; sic [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]; sic [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; sic [illegible] [illegible] [illegible]*

[illegible],

speciem, ut tamen cognoscatur in operatione; sic cognoscitur in suo opere, ut tamen comprehendi non valeat à cognoscentis aestimatione; sic adest, ut videri negetur; sic videri non valet, ut tamen eius praesentiam ipsa sua iudicia testentur; sic se nobis intelligendum praebet, ut tamen ipsum radium sui intellectus obnubilet, & rursum sic caligine nos ignorantiae reprimit, ut tamen mentis nostrae radios suae claritatis intermicet, quatenus & sublimia quaepiam videat, & reverberata contremiscat. & quia Deū sicuti est videre nō potest, aliquatenus videnda cognoscat. Ita contra impios illos S. Gregorius. Meritò ergo scriptum est à Boetio 5. de consolatione in fine. *Magna nobis est necessitas probitatis, Deus omnia videns*, & à Seneca in exhortationibus, laudante Lactantio 6. institutionum cap. 24. *nihil prodest inclusam esse conscientiam, patemus Deo.* Legatis insuper S. Ambrosium serm. 1. in Psal. 118. in secunda expositione versus primi, Clementem Alexandrinum 2. paedag. cap. 10. *circa medium*, Lactantium 6. instit. cap. 24. & qui huius de Dei scientia notitiae vsum ad vitam communem optimè expendit, Iosephum 2. contra Appionem vbi eam à Mose hausisse Philosophorum proceres indicat. Digni sunt Philo & Epictetus qui agmen claudant. Ita ille loquitur lib. de nominum mutatione, ad illud, *coram Deo viuas. Si institutore praesente, peccare non potest is qui instituitur: & cum prope adest praeceptor, discipulum admonet; itemque si senior interfuit, adolescentem pudore, & modestia decoratur: & pater aut mater prohibent filium ab iniuria inferenda, cum ab ipsis tantùm inspicitur: Quanto excellentioribus suis bonis potiemur eam, qui se à Deo semper videri existimat? Etenim praesentiae manifestam timemus, cum suspicit; & contemnens, amandum inserere* ... Ita Philo. Grauiter ille quidem & sapienter; ita tamen, vt minus id mirum sit in homine sacris literis uninstituto. Epictetus verò apud Arrianum lib. 2. cap. 8. tam apposite de componenda vita ex intuitus Diuini consideratione philosophatur, vt mirum videri possit Ethnicum hominem tam sapienter monere potuisse ex nudo naturae lumine. Hominem alloquitur, eique persuadere vult, quantopere brutis animalibus praecellat, quae Dei quidem opera sunt, sed non principalia, nec particulae Diuinae aurae. *Tu verò principale quiddam es, inquit, avulsa particula ex Diuina natura, habes aliquam partem eius in te ipso. Quare ignoras prosapiam tuam? nescis unde veneris? Non meministi tu, quando vesceris, qui existens vescaris, & quem nutrias? & in coitu viuens, & cum aliis versans, quando exerceris, quando disputas, an nescis te nutrire Deum, exercere Deum, circumferre Deum, te ignoras o miser? circumfers, nec loquor de aureo quodam aut argenteo, quem extrinsecus circumferas? In te ipso eum portas, quem coinquinari abs te non sentis. Impuris enim cogitationibus, sordidisque actionibus id facis. Quod si Dei effigies quaedam adesset, non sis auderes tale quid agere: Deo autem ipso praesente in penetralibus, & inspiciente omnia, atque audiente non pudet te ista cogitare & facere, propriae naturae ignarum, & dignum eius Deum sic irritare? De reliquis quid est quod timemus, quando dimittimus adolescentem è schola ad faciendum aliquid, ut sciat quid faciat, ut sciat comedat, ut sciat gerat se in coitibus, ne aliusque appareat indutus lacernis, ne nimis delicatis elegantibusque vestibus? An is nescit quem circumferat hinc discedat, & securus eum sic loqui insipienti verbis ... ipso. Nam ipse Deum non habet, & aliud quaeri praeterea, cùm hunc habeat etiam aliis quibusdam rebus hic te mone-*

bis, qualem illa sunt? Quid si Phidiæ esses effigies, Minerua scilicet aut Iupiter, memor esses utique & tui & artificis, atque etiam sculptoris. At si quem haberes sensum, curares ne nihil indignum facere tua effigie, neque etiam te ipso, per indecoram habitum te conspectorum oculis offerres. Iam vero postquam Iupiter cùm te fecerit, quò fit, vt curam tibi ipsi non ponas, qualem te ostendas?

Deus præterita quoque cognoscit.

51 Iam quòd Deus nouerit præterita, compertissimum quoque fuit apud Ethnicos. Ideirco enim ab eo signari delicta, & reddendam in tempore pro omnibus condignam mercedem, fassi sunt, vt ostendam agens de Diuina iustitia & prouidentia. Neque verò signandis præteritis tabula Deo necessaria est tanquam obliuioso, vt non minus stultè quàm impiè censuit Mahumetes, pleniùs referente Viue lib. 4. de veritate Fidei, cap. 1 n. sed id tam pingue est, vt reiici non debeat, ne credi posse videatur. Aptè autem in sputum illum intorquere liceat quod in Ethnicos Euripides in Menalippe, referente Stobæo in eclog. Phys. lib. 1. cap. 7. *delicta*, inquit, *subsilire cælo creditis alata, deinde & illa membranis Iouis aliquem exarare, illisque conspectis Iouem homines iudicare? Ne totum quidem cælum, Iouis delicta scribenti membranam sufficeret.* Videt igitur Deus præterita, defigens in ea perspicacitatem obtutus sui, quatenus verum est ea præterita esse, & habuisse aliquod esse in tempore antecedenti. Nullum autem verum, potest Dei scientiam latere. Præterquàm quòd cùm ostensum sit Deum scire res præsentes, impossibile est vt nesciat præteritas. Sic enim mutaretur. Neque verò inde sequitur esse in Deo memoriam propriè acceptam, quod meritò negat Plotinus Ennea. 4. lib. 3. cap. 25. verbis illis. *Expendendum est diligenter, quid potissimum natura sit ad memoriam vestigatum. Si autem talis memoria facultas est aduentitiæ cuiusdam siue dispositionis, siue passionis, profectò consequenter rebus quæ patiuntur accidit, neque subiiciuntur tempori nullam competere dicendum. quæ memoria circa Deum, aut ens, & intellectum, ponenda non est. Nihil enim ex ea accidit, neque tempus circa ens est, sed æuum: neque prius aliquid ibi est & posterius, sed est semper vti se habet, permanens in eodem, nullam prorsus admittens mutationem. Quod autem in eodem similique est semper, quomodo vtetur quandoque memoria? Quippe cùm neque habeat, neque teneat dispositionem aliam post aliã, quam prius habuerit?* Similia inculcat illis sequenti præsertim cap. 6. & 7. Est igitur verum non esse in Deo memoriam eo modo quo in nobis, quasi scilicet rem percipiat sicut nos qui cùm ante rem cogitauerimus futuram, postea cogitamus vt præsentem, tum vt præteritam. Id enim non habet locum in Deo qui fixo & immutabili contuitu omnia semper respicit, in se ipsis quidem subeuntia varietatem, coram Deo autem fixa & stabilia, vt magis infrà exponetur, tractando de actu Diuinæ scientiæ. Quod sufficit vt Deus dicatur videre præterita, quatenus rem quæ in certa temporis differẽtia coëxtitit iam tempori, ipse ab æterno, videt, tempori iam coëxtitisse pro tali differentia.

52 Videt itaque Deus præterita, non minus quã præsentia, nec fuit vnquam aut esse potuit de præteritis & præsentibus obiectis dubitatio, cùm tam perspicua sit vtrorumque obiectiua veritas, & cognoscibilitas, quæ Deum in genere intellectuali infinitè perfectum, & Diuinæ cognitionis perspicacissimam aciem, effugere non potest. Deficeret enim Deus hoc ipso

ab infinitate illa in ratione intelligentis, si aliquid scibile nesciret, & quidem in particulari ac distinctè, Quod specialiter notandum est contra Xenophanem apud Eusebium 1. præparationis, cap. 5. (modò non lacunosa & toties trunca Trapezuntij interpretatio consulatur,) affirmans Deum videre omnia generaliter tantùm, non sigillatim; qui fuit etiam multorum error in primis illis quasi rudimentis Philosophiæ. Nec magis sapienter Max. Tyrius diss. 3 *num.* 17. veretur, ne minus dignè de Deo loqui videatur, si asserat Deum scire omnia, sive ea turpia & honesta sint, sive digna aut indigna, & quod adhuc mirabilius est, inter hæc indigna recenset, *scire arenarum numerum, marisque fluctuum, & si quis in Lydia liber capiatur.* Quasi verò non horum quoque ignorantia, defectus quidam sit Deo indignus. Et poterat sanè Maximus apud Magistrum 10. de legibus, audiuisse, *Deum cum omniscius sit, consentaneum esse videre & nosse omnia, etiam minima.* Disputat contra huiusmodi errorem luculenter Clemens Alex. 6. Stromatum, cap. 8. citandus art. sequenti.

Aristoteles à calumnia purgatur.

33 Cæterùm quod aliqui inter quos latè Franciscus Georgius in harmonia cant. 1. tom. 1. cap. 18. Aristotelem in eodem luto hæsisse volunt, nec extra se quidquam in aliqua temporis differentia existens sigillatim & distinctè à Deo cognosci, affirmasse illum asserunt; non assentior, meritòque eum à tam turpi errore purgant, Ægidius lib. de erroribus Philosophorum Fonseca 12. metap. c. 9. *dubio* 5. Molina 1. parte q. 14. art. 5. disp. vnica, Carthusianus lib. 1. de lumine Christianæ Theoriæ art. 18. & 19. Verumetanus 12. met. ad cap. 9 & multos adducens Henriquez libro de fine hominis cap. 5. & 2. *num.* ... C. Imò ipsimet Aristotelis mentem suam euidenter detegit 3. Metaph. tex. 15. & 1. animæ tex. 80. inferens tanquam absurdum, quòd Deus non cognoscat elementa. Et 10. Ethic. cap. 8. ait eum, qui intellectum excolit, à Deo diligi, nihil autem Deus diligit incognitum: Alia ex eo loca dabit Sixtenius 4. de fato, cap. 26. qui non sibi repugnat, nec contrarium Aristoteli tribuit ibidem, lib. 6. à cap. 9. ad 12. vt patebit expendenti initium capitis illius 26. & calcem capitis 12. citati, vbi etiam præstantissimos Græcorum interpretum, *Simplicium*, Philoponum, Ammonium, Syrianum, Alexandrum, & alios complures Græcorum ac Latinorum, Aristoteli idem tribuisse ostendit.

Quæ verò ex Philosopho, pro contrario errore opponuntur, non sunt tanti. Locus enim ex libro de mundo ad Alex. cap. 6. alias 7. (vt omittam dubiam libri fidem & incertos natales,) exponi potest eodem modo quo similem omnino S. Hieronymi locum in caput 1. Abacuc (inuitis licet paucalis recentioribus tum fœdè tantùm virum criminantibus & excusationem omnem reiicientibus,) exposuerunt Sixtus 5. biblios. annot. 157. Schultingius in confessione Hieronymiana tom. 1. cap. 1. num. 7. & iam olim Hugo Victorinus & Magister ab istis adducti: vt scilicet sensus sit, minuta quædam obiecta non cognosci, id est non ita specialiter curari à Deo, quem sensum etiam loci Aristotelici in quo versamur, ac etiam alterius vulgati ex 12. Met. tex. 51. tradidit Canus 10. de locis cap. 5. obseruans non dixisse Aristotelem absurdum esse Deum quædam intelligere, sed dixisse, *absurdum esse, Deum de quibusdam*

intelligere aut meditari, vt verus interpres sentiendus: vt non tam simplex rerum omnium intelligentia, quàm prouidentia earum, & cura significaretur; prouidentia, inquam, & cura non quæcunque, (ne Aristotelem vno crimine purgans, alio inquinem,) sed singularis illa quam de creaturis intelligentibus habet, præ qua dictum ab Apostolo non esse Deo curam de bobus. Eodem modo exponendum quod opponitur ex lib. 2. mag. mor. cap. 8. vbi asserit *Deo non esse curam malorum.* Quamquam hæc prouidentiam potius Diuinam adæquatè sumptam de qua postea, quàm cognitionem de qua nunc agimus, impetunt. Ille verò alius locus ex 12. met. aliter iam expositus est articulo superiori, nempe ita vt sensus sit Deum res saltem in aliquo statu considerata, non in se ipsis vt in prima ratione formali, sed in semetipso cognoscere, quæ expositio quàm sit rationabilis, ex eo patere potest, quòd vt aduertit Argentina in 1. dist. 35. concl. 2. non aliter omnes exponunt Augustinum q. 46. ex 83. & aliis locis, scribentem *nihil à Deo extra se intelligi.* Quo eodem modo Auctor Theolo. Ægypt. lib. 2. cap. 7. cùm dixisset *intellectum primum nescire inferiora*, subiungit *ea nescire in se ipsis, sed in causa eorum.* Vt omittam à Pico lib. de prouidentia parte 1. cap. 8. reuocari in dubium an Aristoteles tex. illo 51. de Deo agat.

Hæc pro Aristotele, quæ fortasse ad Auerroëm quoque hac in parte excusationem transferri possunt, vt volunt Palac. in 1. dist. 35. disp. 1. Ferrariensis 1. contra gentes cap. 50. in fine Picus 2. parte libri de prouidentia cap. 8. & diligentissimè Baconus in 1. d. 35. & 39. art. 1. & quodlib. 1. q. 9. art. 1. aliique multi, de bonam præsertim numero quibus quòd Conimbricenses queruntur 9. de locis cap. 7. *Aphrodisæus Petrus est, & Auerroës Paulus.* Sed suffragantur Greg. in 1. dist. 35. q. 1. & Durandus ibidem q. 2. num. 6. & Ficinus 2. de immort. cap. 9. Specialiter quoque eundem Auerroëm impugnat Mol. 1. parte q. 14. art. 10. ob denegatam Deo cognitionem malorum singulorum hominis impii, & in Deum ac veritatem toties iniurij, quémque ob diuersos errores S. Thomas opusc. 16. *non commentatorem, sed vniuersæ Philosophiæ Peripateticæ peruersorem* appellat, defensionem non suscipio; sed neque accusationem meam, quod ad hoc attinet, instituo. Video enim facilè esse in vtramque partem rem agitare, & rectè fortassis dixisse Valentiam 1. parte d. 1. q. 14. p. 3. post Argentinam citato, eum hac in parte inconstantem fuisse, & sibi ipsi contradixisse.

34 Claudo hoc punctum illustri S. Thomæ ratiocinatione lect. 10. in librum de causis. Cùm enim exponeret dictum Auctoris libri de causis, & Procli ac Dionysij cap. 12. cælest. hierar. asserentium Intelligentias superiores habere scientiam vniuersaliorem, inferiores verò magis particularem; addit, malè aliquos particularitatem illam & vniuersalitatem retulisse ad obiecta cognita, existimantes Deum non cognoscere nisi vniuersalem naturam entis creati (quæ est illa ipsa sententia, quam ab Aristotele depellimus, aut ab ea non multum abest.) Hoc autem perperam asseri probat S. D. quia sequeretur cognitionem inferiorum intellectuũ, eo minus ad particularia descendere, & magis sistere in vniuersali, quo esset altior: atque ita intellectus aliquis creatus superior, cognosceret solùm naturam substantiæ, inferior verò naturam corporis, & sic vsque

ad subtendens species: At hoc absurdissimum est, quia cognitio, quâ aliquid vniuersaliter solum, & indistinctè cognoscitur, est imperfectior cognitione illa, quâ aliquid cognoscitur sigillatim, & distinctè, quandoquidem cognitio inferioris gradus includit cognitionem superioris, sed non contrà. Ex quo fieret, quòd quantò intellectus superior esset, tantò imperfectiorem cognitionem haberet. Quare vniuersalitatis, & particularitatis differentia, quæ inter dispares intellectus cernitur, & ab illustribus Auctoribus quandoque admittitur, attendenda est non penes obiecta cognita, sed penes illud, per quod intellectus intelligit, quod semper est vniuersalius, & latiùs pertinens, quo intellectus est superior. Sic enim Deus omnia per essentiam suam percipit. Intelligentiæ verò creatæ superiores, per pauciores & vniuersaliores species intelligunt, & inter homines, qui sunt fœlicioris ingenij, ex paucis cognitis ad intimos negotij, vel controuersiæ alicuius recessus, penetrant, *longa experientia non egentes*, vt dicit Philo lib. 1. de vita Mosis. *Quod*, vt D. Thomas suprà obseruat, *alij præstare non possunt, qui grossioris sunt intellectus, nisi manifestentur eis per singula; & ideò oportet frequentibus apud hos insistendi in intellectibus*. Videndus in hanc rem idem sanctus Doctor opusc. 15. cap. 15.

De ratione formali, per quam Deus obiecta enumerata cognoscit.

15 QVARTÒ, egi de ratione formali, per quam Deus cognoscit obiecta terminatiua hactenus exposita. Vbi distingui solet de futuris necessarijs, & liberis, quorum illa dicuntur videri à Deo in causis ipsorum ad hoc determinatis; hæc autem nempe libera, dicuntur à Deo videri, vel in causis suis proximis, vel in Diuino decreto de eis producendis, vel in Diuinis ideis, vel in existentia actuali, quam habent in æternitate, antequam fiant in tempore, vel in existentia actuali, quam habebunt suo tempore. Tandem enim sunt sententiæ de ratione formali cognoscendi futura absoluta, quæ proportione seruata in futuris quoque conditionatis locum habent, ac etiam in præsentibus, & præteritis. Cùm enim notitia Dei, vt posteà dicemus, stabilis sit, & fixa, non habet aliam rationem cognoscendi pro obiecto quatenus futuro, aliam pro eodem vt præsente, vel præterito, sed semper eandem.

Mihi tamen distinctio illa futurorum non omnino satisfacit: quod enim dicebatur, futura necessaria videri à Deo vi causarum, à quibus ipsa proditura sunt, non videtur verum, quia causæ illæ vel sunt increatæ, nempe Diuina omnipotentia, & voluntas; (si effectus talis sit, vt à Deo solo sit proditurus) vel penitùs creatæ. In Diuina sola omnipotentia constat nihil videri quà futurum, defectu necessariæ cum ea connexionis, vt manifestum est ex eo quòd poterat Diuina omnipotentia esse, & nihil vnquam condere. In eadem autem iuncta decreto, nullum futurum videri potest, vt in primo fundamento cognitionis; quia Diuinum decretum, vt suo loco infrà dicetur, est ipsamet necessaria Dei entitas nullo prorsus addito. In causa autem quantumuis determinata non potest videri effectus, si causa illa non aliter se habeat, cùm est determinata, ac cùm indeterminata erat. Quod passim admittunt Auctores, cùm concedunt futuritionem actuum libera-

eum non posse cerni in entitate voluntatis, quamuis ad primum suum actum immanentem voluntas per seipsam determinetur priùs naturâ quàm eum eliciat, vt infrà dicetur, cùm de voluntate Dei libera sermo erit. Sicut autem voluntas ad primum suum actum elicitum determinatur per seipsam inuariatam, ita & Diuina essentia. Quare si in ea visa, vel etiam comprehensa nihil videri potest vt futurum defectu necessariæ cum ea connexionis, restat vt in eadem quatenus determinata, seu in Diuino decreto videatur tantùm res futura, quatenus attingitur terminus decreti illius, qui est ipsamet res futura; quæ proinde non videtur primò in tali causa quatenus causa, & prout antecedente rem illam à se fallibilem. Nos autem nunc quærimus fundamentum primum per se sufficiens, seu rationem primam cognoscendi futura; ergo futura necessaria non possunt à Deo videri futura, vt cognitionis Diuinæ de causis ipsorum increatis.

30 Sed neque videri possunt in causis creatis. In primis, quia de his causis institui poterit nulla quæstio: sunt enim ipsæ quoque aliquid futurum, & interrogari poterit in quo videantur. Nec poterit semper responderi, quòd videantur in anterioribus causis, ne in infinitum progrediamur: ergo quod de aliquibus causis tandem erit dicendum, de effectibus quoque dici poterit. Præterea nullus est effectus futurus, qui habeat necessariam connexionem cum causa creata quantumuis necessaria, si modò effectus adæquatè sumatur. Quod addo, quia quamuis causa necessaria posita in esse, & completè constituta in actu primo ad agendum, non possit non agere, ideóque habeat connexionem necessariam cum aliquo indiuiduo effectu ex infinitis, quos potest producere; tamen connexio illa non est cum vno aliquo effectu singulari determinato, sed cum aliquo ex his infinitis veluti vagè, quia causæ creatæ perinde est hoc, vel illud ex illis indiuiduis producere; nec est ex se propensior ad vnum, quàm ad alterum. Ergo quantumuis videatur causa creata futura, non idcircò videtur in ea effectus adæquatè & hic in singulari, sed tantùm quasi in specie, seu potiùs vagè hic, aut ille. Quare restat, vt futura necessaria, quatenus futura videantur à Deo in sua ipsorum entitate quandoque futura, tanquam in primo notitiæ illius fundamento.

31 Quæ etiam est vera sententia de fundamento primo cognitionis Diuinæ futurorum liberorum: ergo non aptè, quod ad hoc attinet, distinguebatur de futuris necessariis, & liberis. Nam quod pro futuris liberis aliqui (vt retulimus) recurrunt ad causas eorum proximas, si agant de his causis spectatis ante formalem suam determinationem, quæ est volitio ipsa elicita, vt rectè Scotus in 1. dist. 1. quæst. 2. *litera E.* facilè refelluntur; quia in causis futurorum liberorum sic spectatis, id est in voluntate considerata antecedenter ad volitionem, nihil est per quod certò innotescat futuritio alicuius, cùm non repugnet positis quibusuis prærequisitis sequi actionem, vel non sequi. At fundamentum Diuinæ notitiæ debet tale esse, vt contradictionem implicet, illud, quatenus notitiæ Dei subest, aliter se habere: nam si vt sic, posset aliter se habere, Diuina notitia posset reddi falsa; quod implicat contradictionem. Quod item alij, quibus præiuit Algazel lib. 2. Philosophiæ,

tract.

tract. 3. sententia 5. pro iisdem futuris liberis recurrunt ad Diuinum decretum; eodem modo refellitur, quo simile placitum circa futura necessaria. Præterquam quòd cùm hæc futura non sint causanda à solo Deo, sed à Deo simul, & creatura; in hac autem nequeat videri effectus, nisi ipsa sumatur cum sua determinatione, quæ est ipsemet effectus futurus, vt dictum est, manifestè habetur futura libera non posse prænosci in Diuino solo decreto antecedenter ad futuritionem ipsorum. Et denique vt libertas illæsa maneat, oportet Diuinum decretum de effectu libero producendo, subsequi prænotionem conditionalem futuritionis liberi illius effectus: nam decretum absolutè præuium libertatem exscinderet; ergo futuritio conditionata, quæ eadem positis conditionibus erit absoluta, est fundamentum prænotionis effectus liberi, anterius Diuino decreto. Ad Diuinas ideas, quod alij faciunt, recurri non potest, si ideæ sumantur pro conceptu formali, seu pro actu ipso Diuinæ scientiæ practicæ; hæc enim prout antecedens decretum, non importat effectus futuritionem, vt per se patet; prout verò subsequitur decretum, non potest esse fundamentum primum prænotionis, si ne ipsum quidem decretum id habet, vt vidimus: sumendo autem ideas pro conceptu obiectiuo, sic idea est ipsamet res futura. Atque ita recidunt in fundamentum à nobis assignatum. Tandem qui dicunt futura libera præsciri in existentia, quam habent in æternitate, priusquàm sint in tempore, rem dicunt ægrè conceptibilem. Quomodo enim potest res coëxistere æternitati, antequàm res illa sit in se? Videant verò qui ita asserunt, quomodo differant à Vvicleffo apud Vald. tomo 1. lib. 1. art. 1. cap. 6. & 7. asserente res omnes etiam futuras semper esse, quia sunt in aliqua parte temporis magni, aut quia Deo sunt præsentes: quod fatuitatis damnat Vald. cap. illo 7. num. 4. Restat ergo, vt ad esse ipsum rei quandoque futuræ recurratur, vt fecimus, cum probationibus Philosophis, & Theologis, teste Sanctesio tract. 6. de atheismis Caluini, in appendice de præscientia.

38 Nec verò afferri quidquam potest, quominùs esse illud actuale futurorum, cùm necessariorum, tùm liberorum, sit prima ratio formalis, seu primum fundamentum Diuinæ cognitionis in ea tendentis. Vt enim aliquid, nomen illud, *rationis primæ formalis*, respectu Diuinæ notitiæ obtineat, necesse tantùm est competere ei veram cognoscibilitatem per se, & non vi alterius attingibilem; seu necesse est esse rationem obiectiuam, non substratam anteriori alicui rationi formali, ad quam ipsa habeat se vt ratio materialis, & obiectum dontaxat terminatiuum. Propter hanc quippe causam color, vel (ad inutiles tricas vitandas) lux, cùm videtur, censetur esse sibi ipsi ratio formalis; rursus autem quia Diuina notitia certissima est, & non potest niti fundamento labrico, necesse etiam est, vt talis ratio obiectiua, quatenus attingitur à Deo, sit necessaria aliquo modo, nec possit deficere. Atqui vtraque hæc conditio competit esse actuali futurorum, tùm necessariorum, tùm liberorum: nam tale esse nullam habet anteriorem rationem cognoscendi cui substernatur, vt ostensum est expendendo prima fundamenta prænotionis Diuinæ ab aliis proposita. Item tale esse cùm sit determinatè

verum,

verum, & in ipsa existentem, ac correspondentem alicui differentiæ temporis, habet necessitatem quandam hypotheticam, ratione cuius est idoneum fundamentum notitiæ certæ, & infallibilis, quia ex suppositione futuritionis tam necesse est fore quod erit, quàm esse quod est, vel fuisse id quod fuit. Ergo sicut notitia affirmans quod est esse, & quod præterit præteriisse, & rem eorum intuens in seipsa, vel recognoscens ipsum præteritum in se ipso, infallibilis est, & nixa fundamento necessario; ita notitia tendens in futurum, quatenus supponitur futurum, nutare non potest: perinde enim est ac si esset præsens, vt propterea D. Thomas, quod latè tractat Ferrar. 1. contra Gentes, cap. 67. affirmet, futura videri vt præsentia; & alibi asserat fundamentum illud, quod quærimus, esse præsentiam obiectiuam rei cognitæ.

39 Vbi sanctus Doctor non sumit præsentiam obiectiuam pro præsentia formali, seu pro denominatione extrinseca desumpta ab actu cognitionis obiicientis rem futuram; quia talis denominatio ne ratione quidem prior est quàm scientia, cùm tamen necesse sit fundamentum notitiæ esse aliquo modo anterius notitiâ, iuxta illud Augustini 4. de Genesi ad litteram, cap. 32. *Cognitio fieri non potest, nisi cognoscenda præcedant.* Ergo S. Thomas sumit præsentiam obiectiuam pro præsentia fundamentali, seu pro ipso esse rei obiectæ, quod aliquando reuerà erit; & ideò est tale, vt nihil ei ab æterno desit, quominus notitia aliqua sit ei conformabilis, & de illo absque falsitate, & certissimè pronuntiari possit, perinde ac si iam præsens esset. Hoc ipsum voluit, & pereleganter tradidit Philo, cùm in libro altero de mundo, (eo quem separatim Budæus edidit, estque dimidia ex parte idem cum libro de mundi incorruptibilitate, quod plerisque hactenus imposuit) tum libro, quòd Deus sit immutabilis, ad illud, *Delebo hominem*, &c. *Præuidere*, inquit, *futuros euentus aut sententias alterius nemini mortali est possibile. Deo autem vt in luce purissima omnia sunt conspicua, penetrat enim sinus intimos animæ, videt quæ non videntur aliis*, &c. *Quandoquidem etiam futurorum incertitudo non cadit in ipsum, apud quem nec futurum est quidquam, nec incertum. Liquet igitur necessariò simul vt & parenti suæ progenies, & opifici suorum opificium, & rectori sua quæ ab eo curantur, nota sint: Deus autem verè pater, artifex, ac rector est rerum, quæ cœlo, terraque continentur omnium. Atqui futura [illegible] a tractu temporis, nunc breuiore, nunc longiore: Deus verò & temporis est opifex, est enim pater patris eius, mundus verò pater temporis, quod motu suo progenerat. Itaque tempus nepotis Dei speciem obtinet, mundus enim hic sensibilis Dei filius est, vtpote sensibilis: senior enim hic non cernitur, sed intelligitur, qui primatus primogenituræ apud patrem manet. Cæterùm iunior filius sensibilis suo motu naturam temporis fecit existere. Itaque apud Deum, nec subsistunt etiam termini temporum, (neque enim tempus, sed temporis exemplar æuum, vita superiorum est, in æuo autem nihil præterit) nihil futurum est, sed præsens tantummodo.* Ita Philo. Æuum pro Dei propria duratione vsurpans, eique omnia iam ab initio præsentia asserens, non iuxta suprà memoratam Vuiclefi strophanı, sed obiectiuè, ob existentiam actualem, & præsentialitatem illis quandoque competituram; ideòque tam nunc, ac etiam ab æterno verè cognoscibilem, ac æterno Dei obtutui, quem nihil

nihil verè cognoscibile subterfugit, ante omnia temporum volumina peruiam. Quo pacto exponendos esse, hunc,& similes grauium quorundam Auctorum loquendi modos, docuit iam olim Guil. Paris. 2.1. de vniuerso, cap. 3.& 45. Et disertè idem tradit Plotinus, vt expendit Philoponus ad 2. Procli cap. 5.& ad argumentum 4. cap. 16.& ipse Philop. ibidem ad 4. Procli, cap. 9.

ARTICVLVS III.

De reliquis Diuini intellectus obiectis, seu de negationibus, ac entibus fictitiis & prohibitis.

40 NE vlla Diuini intellectus ad quęcunque sua obiecta comparatio intacta abeat, aliqua nobis breuiter addenda sunt de entibus negatiuis atque fictitiis, tum quoad rationem obiecti terminatiuam Diuini intellectus, tum quoad motiuam.

Statuendum igitur in primis est, Deum cognoscere negationes, ac etiam (tametsi indirectè tantùm,) entia rationis. Et quidem quòd Deus negationes siue latè siue pressè acceptas, intellectu suo attingat, indubitatum esse debet. Deus enim videns hominem & equum, non potest ignorare, quòd vnus non sit alter, & videns aërem nocturnum, iudicat eum non esse lucidum, non quòd effingat negationem ad modum septi cuiusdam inter prædicatum & subiectum, vt nos facimus, cùm iudicium nostrum negatiuum apprehendimus (id enim magnæ imperfectionis esset,) sed quòd formam aliquam, v. g. lucem, à subiecto illo abesse videat. Quod per apprehensionem simplicem percipi non potest, nisi concipiendo tanquam ens, negationem, quæ reuerà non est ens: At per iudicium, rectè potest attingi, tametsi nullum ens fictitium concipiatur, vt manifestum est in nostris iudiciis negatiuis, quibus non est opus intermiscere illas fictitias conceptiones. Itaque cùm Diuina notitia, nostris quibusuis iudiciis æquiualeat, rectè asserimus obiectum terminatiuum eius, posse esse negationem, vt adiunctum formæ cuius est negatio.

41 At entia rationis, & prohibita, non videntur à Deo, nisi indirectè. Quæ mihi videtur commodior sententia, & inter extremas à recentioribus propositas quasi media. Aliqui enim vt Albert. principio 7. cōplexo coroll. 2. num. 26. & quoad relationes rationis Gill. lib. 2. tract. 6. c. vlt. concedunt Deum ens rationis cognoscere & facere. Vtrumque negat Vasq. 1. parte 1. d. 118. cap. 4. & d. 115. num. 5. Et quidem quòd Deus directè & per se non formet ens rationis, manifestè probatur, quia ens rationis non formatur nisi concipiendo ad modum entis, illud quod reuerà non est ens; hoc autem cùm sit directè, prouenit ex imperfectione intellectus. Quia omnis conceptio quæ aliter exhibet obiectum, quàm ipsum sit in se, est imperfecta, nec habet illam conditionem ex vi obiecti, sed ex imperfectione cognoscentis; talis autem est illa directa & per se elicita fabricatio entis rationis, ergo non est Deo assignanda. Quòd tamen Deus indirectè, seu per occasionem notitiæ nostræ imperfectæ, possit formare ens rationis, quod alij dicunt *Deum cognoscere ens rationis, sed non facere*, Probatur, quia ens rationis non potest cognosci, quin formetur, & suum

qualecunque esse accipiat, cùm esse eius sit obiectiuum duntaxat, consistátque tantum in eo quòd cognoscatur: Atqui ens rationis factum à nobis cognoscitur à Deo, alioqui Deus non posset essentiam creatæ notitiæ illud fabricantis penetrare: Quia impossibile est cognoscere intuitiuè cognitionem, sine obiecto cognito, ad quod cognitio creata essentialiter ordinatur. Cùm ergo obiectum notitiæ nostræ fabricantis ens rationis, sit ens rationis, necesse est Deum notitiam illam penetrando, cognoscere illud ens rationis, non per se (vt vides,) siue directè, sed per occasionem notitiæ nostræ, cuius omnes habitudines & terminos, penetrare debet Deus.

42 Nulla porrò imperfectio importatur in huiusmodi indirecta entis rationis formatione, & imperfectionis nostræ agnitione. Neque enim imperfectionis est cognoscere alienam imperfectionem, alioqui peccata nostra, essent Deo occulta, nec posset ea cognoscere ac signare in sacculo, ad retribuendam pœnam in tempore. Quamuis autem qui directè formauit ens rationis, aliter conceperit obiectum cui ens rationis affinxit, quàm illud reuerà in se esset, & propterea imperfecta fuerit eius conceptio; Tamen qui hunc imperfectum conceptum attigit, rectè concepit, quia non tetendit in obiectum à priore illo malè conceptum, nisi prout substans notitiæ illius imperfectæ: Obiectum autem prout substans tali notitiæ, est constitutum ente rationis; ac proinde cùm concipitur vt tale, notitia non est difformis obiecto. Esto obiectum illud absolutè sumptum, seu prout non substans actui imperfecto, (quo pacto attingitur à formante directè ens rationis,) tale non sit, ideòque imperfectè apprehendatur, cùm ei directè affingitur ens rationis.

Mairo quodlib. 6. art. 15. negat à Deo cognosci ens rationis, quia nulla est in Deo notitia nisi intuitiua, ens autem rationis non est intuitiuè cognoscibile. Sed facilè respondetur, ens rationis eatenus videri intuitiuè, quatenus cognoscitur eo perfectissimo modo, quo cognosci potest sine imperfectione: Et hoc modo à Deo cognoscitur, iuxta sententiam propositam, quam tradunt Suar. d. 54. Met. sect. 2. num. 19. & lib. de essentia Dei, cap. 13. num. 6. & lib. de attributis Dei positiuis cap. 3. num. 7. Becanus 1. p. tract. 1. cap. 1. q. 4. Rubius tract. de ente rationis, *[illegible]* & alij. Quod autem de ente rationis dictum est, de quibuslibet entibus prohibitis dictum esto, ea scilicet indirectè cognosci à Deo posse, non tamen directè. Quia posteriori modo admitto, quod Sarenius 6. de fato cap. 12. ait, cum Alexandro lib. de fato, cap. 16. nempe, *Diuinum intellectum, non posse esse impossibilium.*

43 Iam quod attinet ad rationem formalem cognoscendi prædicta obiecta, breuiter dico non esse difficultatem. Videntur enim in positiuis cum quibus connectuntur; putà ens fictitium in cognitione imperfecta, cuius occasione tale ens videtur à Deo: Negatio in subiecto positiuo, cui ipsa quasi adhæret. Concipit enim Deus subiectum illud, quale reuerà est, atque adeò vt non habens formas quibus reuerà caret, ac proinde cum formarum illarum negationibus. Quas dico in subiecto illo videri, quia viso legitimè subiecto illo non potest latere, quin ipsum non sit tale, quale reuerà non est, quo pacto

prædictæ

prædictæ negationes videntur consecutiuæ.

ARTICVLVS IV.

De actu Diuini intellectus.

AB obiecto intellectus Diuini ad eiusdem actum venio, de quo illud generatim profiteri possum cum Augustino in Psal. 49. ad illud *cognoui omnia,&c. Alia est notitia Dei, alia hominis, sicut alia possessio Dei, alia hominis, &c. Apud quem summa potestas est, summa est & scientia cognitio. Et tribuamus hoc Deo laudantes Deum; non audiamus dicere quomodo nouit Deus, ne fortè hoc à me fratres expectetis, vt explicem vobis, quomodo cognoscat Deus. Hoc solum dico, non sic cognoscit vt homo, non sic cognoscit vt Angelus, & quomodo cognoscit, dicere non audeo, quoniam & scire non possum.* Hæc ille, dignè Deo. Non enim in Diuina hac perfectione tractanda, vt nec in reliquis, aptior occurrit modus, quàm is quem proposita verba continent, nempe vt imperfectiones nostras ab ea remoueamus, excessum verò negatiuis conceptibus supplentes, impares nos intelligibilitati eius exhauriendæ, fateamur.

ASSERTIO.

Intellectio Diuina omnem omnino simpliciter simplicem sui generis perfectionem continet absque imperfectionis mixtura; Nominatim verò variationem ex obiectorum ad quæ terminatur, variatione, non suscipit. Generatim loquendo in speculatiuam & practicam; rursus practica in actualem prudentiam, & artem; speculatiua in naturalem seu directiuam actionis, liberam, & mediam tanquam in tria adæquata membra, aptè diuiditur.

14 Primò, vtcunque describo Diuinam scientiam, remouendo ab ea omnem omnino scientiæ imperfectionem, & omnes simpliciter simplices scientiæ perfectiones, ei tribuendo.

Diuina scientia identificatur cum Deo.

In primis autem vt ab eo ordiar, quod est huic scientiæ maximè singulare & nulli præter eam scientiæ competit, identificatur cum substantia Diuina. Intellectiones enim quarumcunque creaturarum etiam Angelorum, differunt ab eorum substantia, vt præclarè ex Augustino tradit Prosper sententia 366. & de nobis idem est manifestissimum, *aliud enim nos sumus* (inquit S. Cyrillus 11. thesau. fine.) *aliud cognitio nostra. Quod si similiter esset in Deo, vt aliud ipse, aliud cognitio sua esset, compositus vtique esse perfectè videretur. Verùm quoniam simplex est, non erit aliud ipse, aliud cognitio sua.* Similis ferè locus ex lib. 34. Thesauri eiusdem Cyrilli, allegatur à Ioanne Cyparissiota decade 10. cap. 7. Quæ allegatio nisi per librarij errorem mendosa sit, (quod multo magis suspicor de ea quæ habetur in epistola Agathonis ad Imperatorem vt refertur in 6. synodo act. 4. vbi ex 122. libro locus allegatur,) insignem labem in illo præclaro Cyrilli opere, verèque Thesauro, factam arguit. Tradidit quoque eam intellectionis & substantiæ Diuinæ identificationem, Aristot. 12. met. cap. 9. t. 51. asserens Deum non fore optimam substantiam, si perficeretur per intellectionem additiam, esset enim potentialis. Quæ est optima huius rei ratio, longéque anteponenda ei quæ paulò post sub-

ditur. Nempe quòd intellectio esset laboriosa, si distingueretur à substantia. Neque verò nomen cognitionis præiudicat Diuinæ illi simplicitati & identificationi, quasi actio, quam vox illa sonat, importet distinctionem à principio à quo est realis egressio. Sed vt notauit Ferrar. 2. contra gentes cap. 10. actiones Dei immanentes sunt actiones reales, quantum ad hoc quod sunt vltimum complementum, non quantum ad hoc quod est egredi à principio distincto re ipsa.

Est perpetua, & vna, quamuis omnia scibilia attingat.

45 Ex hac Diuinæ scientiæ perfectione, habetur eius stabilitas & perpetuitas, quæ dupliciter accipi potest. Nempe primò, ita vt excludatur interruptio intellectionis, & defectus ille, quem in nobis experimur, ab actu per somnum ad cessationem delabentes, cursúsque actionem redintegrantes, per succedentem vigiliam. *Hoc modo si se habeat in intelligendo Deus, quidnam præstantius existimquis* Aristoteles cap. illo 9. Potest secundò accipi stabilitas prædicta, pro inuariatione Diuinæ notitiæ, quæcunque tandem in obiecto fiat mutatio, de qua stabilitate agetur paulò pòst. Ex illa item summa simplicitate Diuinæ scientiæ & identificatione cum essentia, habetur vnitas, omnem actuum pluralitatem excludens. Itémque vniuersalitas & immensa protensio prædictæ scientiæ, tametsi eius obiecta sint infinita actu, vt contra quosdam Philosophos rectè disputat S. August. 18. Ciuit. cap. 12. Quia enim Deus ob infinitatem essentialem, & summam perfectionem in ratione intelligentis, debet percipere omne intelligibile; ob simplicitatem autem non est capax plurium actuum, vel etiam vnius ab essentia distincti; necesse est vt idemmet vnicus actus Diuinæ identificatus essentiæ, pertingat ad omnia cognoscibilia, non tantùm prout sunt eminenter in Deo, (quo pacto Deus solus attingeretur,) sed etiam secundùm suum esse formale. Vndè non inducitur vlla Diuini actus dependentia, siue ab esse formali creaturæ, vt malè opposuit Aureolus apud Capreol. in 1. d. 35. q. 2. *argumento 1. ex adductis 1. loco contra secundam*, siue ab esse quod creatura habet in Deo, vt malè Aureolo respondit Capreolus. Ipsum enim obiectum, (vt dicebam,) terminat Diuinum actum per suum esse formale, & quia tantùm terminat, non autem mouet, propterea actus Diuinus nullam inde subit dependentiam. Diuinam ergo intellectionem circa obiecta illa quantumuis distinctissima versantem, vnicam esse luculenter docuit Clemens Alex. 6. Stromatum cap. 8. *sub finem libri*, disputans contra aliquos, asserentes Deum non videre omnia singularia. *Deus, inquit, nouit omnia, non solùm quæ sunt, sed etiam quæ futura sunt, & vt erit vnumquodque, & eos qui sunt singulares motus præuidens, intuetur omnia, & omnia exaudit, & nudam animam aspiciens intrinsecus, cuiusque etiam ex singularibus æternam habet intelligentiam, & quod fit in theatris & in partibus vniuscuiusque inspiciendo, circumspiciendo, & conspiciendo, hoc in Deo simul fit & attonatim, omnia enim & singula intuetur vnica applicatione.* Ita ille & annuit Philo libro quòd Deus immutabilis ad illud, *Noe inuenit gratiam.* Ait enim Dei vocem, seu intellectionem, esse meram vnitatem, & ideò dictum fuisse à Psalte, Deum semel tantùm esse loquutum. Spectat eodem pulchra S. Irenæi disputatio contra Gnosticos lib. 2. cap. 47. *in fine*, & illud Augustini

gustini

gustini 11. Ciuit. cap. 10. *dictus est in Scripturis sanctis Spiritus sapientiæ multiplex, eo quod multa in se habeat; sed quæ habet, hæc & est, & ea omnia vnus est. Neque enim multæ, sed vna sapientia est, in qua sunt immensi quidam, & infiniti thesauri rerum intelligibilium.* Sed illustrissima sunt, & non omittenda circa hoc Procli verba, quæ meritò laudat Philoponus ad 2. pro mundi æternitate, eiusdem Procli argumentum, cap. 5. Ita ergo habet in opere de decem contra prouidentiam dubitationibus: *Cum itaque prouidentia, vt dictum est secundum ipsum vnum, & ipsum bonum definita sit, & bonum mentem præcedat, (omnia enim bonum ipsum expetunt, vt quod expetunt omnia quæ sunt, non autem omnia ipsum bonum) necesse est prouidentem cognitionem esse supra intelligentiam, & ita prouidentiam sua vnitate omnia cognoscere, sicut omnia bona efficit, non solum quæ intelligunt, sed etiam quæ non viuunt, & tam ea quæ sunt, quàm ea quæ non sunt, dum se sua vnitate omnibus repræsentat immobilem.* Et paulò pòst: *Vt summatim igitur dicamus, omnia procreandi, & omnia conseruandi vim habere vnum illud dicimus, eo quod omni substantia hyparxim, & naturam habet veriorem, & quauis cognitione clariorem, nec diuiditur cum iis quæ cognoscuntur, neque circa eadem mutatur. Animalis enim, & intelligens cognitio horum habet proprietates; & mens omnis, vna, multa tamen & in sua essentia, & in ipso intelligendo. Atque omnis anima cum motiua sit, etiam cum motione intelligit. Illud autem cum in vno maneat, spatio carens simul & indiuisum, omnia eodem modo intelligit. Nec hominem solum, & Solem, & quod est huiusmodi, sed etiam vnumquodque singillatim. Nihil est enim, quod vnum illud effugiat siue esse, siue cognosci dicat.* Et iterum paulò pòst: *Sic & prouidentia in vnitate cognitio in eadem impartibili, vnitatem omnium est quæ diuiduntur cognitio, tum eorum quæ maximè sunt indiuidua, tum eorum quæ totius vnitate maximè vacant, & quemadmodum sua vnitate rem quamque producit, ita sua eadem vnitate vnumquodque cognoscit.* Hæc ille. Itaque Diuina scientia, tametsi omnino simplex & vnica, pertingit ad quæuis cognoscibilia; quam protensionem, & Diuinam ex ea perfectionem agnoscere licebit cum S. Cyrillo Catech. 6. expendendo exemplum sensibile guttarum pluuiæ. Quotus enim quisque est nostrûm, qui stillas, non dico vnius alicuius regionis, quæ simul compluatur tota, sed arui alicuius non nimis magni per vnam duntaxat horam cadentes numerare sufficiat? At Diuina scientia, vt expendit Cyrillus, pluuiæ guttas non modò quæ vno aliquo tempore alicubi cadunt, sed omnes quæ aliquando per totum orbem ceciderunt, vel casuræ sunt, perspectissimas habet, cùm non nisi Deo cooperante, & volente, atque adeò distinctissimè eas cognoscente, casuræ sint guttæ illæ. Opportuna quoque ad hoc ipsum est ratiocinatio Sebundij tit. 84. & dialogo 2. de homine, cap. 13. Nempe quòd Dei sit iustum iudicium ferre de nobis omnibus, quoad omnes cogitationes, verba, & opera: quod iudicium præsupponit notitiam rerum, de quibus iudicium est instituendum: at illæ tam multæ sunt, vt obstupescat qui id expendit. Quotus enim quisque valeat, vt Macarius homil. 12. dicebat, suas vel vnius tridui cogitationes numerare. Qualis ergo erit ea cognitio, quæ innumerabiles innumerabilium hominū cogitationes, non tridui, sed vitæ totius, insuperque eorundē opera, & facta omnia, & omnes omnino res alias, præsentissimas sēper, & perspectissimas, vnica & simplex habeat

Est reflexa in se ipsam, & prorsus independens.

45 Iam quòd nulli creatae scientiae potest competere, cognitio haec non alia tantùm, sed seipsam quoque cognoscit: nam cognitio creata non potest esse cognitio sui ipsius, nisi aliqua ei accessio, & interna variatio fiat, vt visum est quaest. de Diuina veritate transcendente, art. 5. Sola item haec scientia est omnino independens, nam obiecta non habent se ad eam vt motiua, sed tantùm vt terminatiua; caeterae autem causae externae nihil ei conferre possunt, vt luculenter tradit Augustinus 15. Trinit. cap. 13. *Ad omnia*, inquit, *scienda quae sunt, sufficit sibi illa perfectio: habet quidem nuntios, id est, Angelos; non tamen qui ei quae nescit annuntient. Non enim sunt vlla quae nesciat, sed bonum eorum est, de operibus suis, eius consulere veritatem; & hoc est quod ei dicuntur nonnulla nuntiare, non vt ipse ab eis discat, sed vt ab illo ipsi nuntiare quod voluerit*, &c. Similia praeclarè Philo lib. de somniis, ad illud, *& erat scala stans*. Obiter porrò Augustinus eo loco refellit errorem Apuleij lib. de Deo Socratis, *ante medium*, & aliorum Philosophorum, quos 8. Ciuit. cap. 21. & 22. ait fuisse eius sententiae, vt daemones sint internuncij, & interpretes hominum, absque quibus interpretibus ignota Deo sint omnia. Portitores ex Platone in Conuiuio, *circa medium*, vocantur huiusmodi boni daemones apud Porphyrium lib. 2. de abstin. *post medium*. Ipse autem Plato in Epinomide, *post medium*, vocat interpretes inter Deos & homines. Vocatos quoque mediatores inter Deum & homines, per quos purgatio obueniat, refert, & deplorat Augustinus 10. confess. cap. 42. Eandem impietatem fuisse Simonis magi, & in ea fuisse reprehensam ab Apostolo Coloss. 2. censuit Serar. in caput tertium Tobiae, parte 2. quaest. 8. & alij recentiores in eum Pauli locum; repugnante tamen, qui eundem locum latè versat, Baronio, anno Christi 60. Addit tandem Augustinus capitello 13. quod nisi eo praeeunte superuacaneum ducerem admonere, nempe nos ipsos, cùm Deum oramus, non idcircò orare, vt Deo innotescat quod petimus, quasi id ipse alioqui ignoraturus esset.

Itémque verissima, & per se euidentissima, ac certissima.

46 Postremò Diuina scientia vulgares legitimae scientiae notas perfectissimè obtinet, est enim verissima, & per se euidentissima, ac certissima. De veritate non potest esse dubium, ob infallibilem cum obiecto per scientiam hanc exhibitam conformitatem, & manifestum defectum notitiae obiecto dissonantis. *An fore quempiam putamus*, (inquit Plotinus Enneade 5. lib. 5. cap. 1.) *qui mentem veram, verèq; existentem, existimet aliquando mentituram, résque verè non existentes opinaturam? Certè minimè. Quae enim ratione mens illa foret, si quandoque ita desiperet, demens esset?* Itaque iudicio Plotini excideret Deus Diuinitate, ac gradu primae mentis, si falsum sciret. Annuit Auctor libri viginti & vnius sententiarum, in 19. apud Augustinum, *Homo si verum sciat, parte Deus est, Deus si verum nescit* (non tantùm per puram negationem, sed multò magis per prauam dispositionem) *non perit, sed bonus lapsus est*. Facit huc etiam illud Fulgentij lib. 1. de veritate praedest. *Dei scientia nihil in se potest habere falsi, quia falsitas in ipsa veritate esse non potest*. Vt autem ipse Deus falli

falli intelligendo, ita nec alios fallere loquendo potest, de quo infrà, cùm de Diuina veracitate.

Iam verò de euidentia, & certitudine Diuinæ scientiæ dubitari non potest. nam euidentia cæteris paribus est maxima scientiæ perfectio, quæ huic scientiæ omnibus modis perfectissimæ, inesse debet perfectissimo modo. Eius autem indiuidua assecla est certitudo: nam firmitas illa, & immobilitas assensus, quæ per certitudinem formalem importatur, ex euidentia sequitur in actibus naturalibus, & quoties contingit euidentiam adesse. Tanta porrò est Diuinæ scientiæ certitudo, vt etiam quæ nonnisi coniecturalia sunt, certissimo, & firmissimo actu percipiat; v.g. in proxima causa effectus simpliciter contingentis, id est, in voluntate libera, non potest certò cognosci futuritio illius effectus; quia voluntas quamdiu sumitur absque actione, & effectu suo, est indeterminata, potestque vel hoc, vel illud facere. Et quamuis alterum duntaxat factura sit, tamen sistendo præcisè in vi eius actiua, ita faciet vnum, vt non implicet fieri ab ea alterum: atque ita non potest esse fundamentum notitiæ, quam implicet falsam esse, cuiusmodi est Diuina, potest tamen esse fundamentum notitiæ certæ, & euidentis, quod verisimile, & probabile sit id ex ea sequuturum. Quæ notitia non est coniecturalis, vel opinatiua, sed certa, & firmissima, rectèque Deo tribuitur. Aliud enim est affirmare hoc ita se habere, quamuis careas certitudine in ea affirmatione, qui esset assensus opinatiuus, & coniecturalis ex parte cognoscentis, indignus Deo; aliud autem pronunciare de qualitate (vt sic dicam) illius obiecti, & de eius verisimilitudine: hæc enim possunt certum, & euidentem assensum terminare. Quod intellexit Sphærus ille Bosphoranus, qui (vt est apud Laertium l.7. in Cleanthe,) contendens sapientem non opinari, nec vnquam fallaci consentire phantasiæ, cum appositis iussu Ptolomæi Philopatoris malis Punicis cereis, deceptus visus fuisset, respondit consensisse se, non quòd ea mala Punica essent, sed quòd probabile esset mala Punica esse, intelligens hoc secundum esse aliquid non opinabile, sed scientia perceptum, ac certissimum. Deus ergo de ea probabilitate pronunciare poterit certò, & scientificè, quamuis ibi non hæreat quoad exemplum propositum: intellectus enim, qui vlteriùs non penetraret, & sisteret in ea cognitione, non haberet perfectissimam notitiam, quæ de prædicto effectu haberi potest; ideòque nos suprà, aliud Diuinæ futurorum notitiæ fundamentum assignauimus, nempe ipsam eorum futuritionem. Itaque hinc constat, non modò Diuinæ scientiæ euidentiam, sed etiam certitudinem summam esse, quippe quæ pedem firmum (vt sic dicam) figat in re instabili. Vtraque ergo in Diuinæ scientiæ actu est summa.

Sed dicebam vtrumque hoc attributum competere per se Diuinæ scientiæ, quia non euenit huic scientiæ, quod contingit nostræ scientiæ propriè dictæ; quæ cùm sit conclusio ex se obscura, eget illustrari alieno lumine, nempe principiorum ex se euidentium, cum quibus per discursum connectitur, & quibus quasi fulcris innititur. At hæc scientia nullo modo est discursiua. Nam prout terminatur ad ipsum Deum, constat eam debere esse simplicem intuitum, ita vt Deus per se ipsum inspiciat sese: alioqui si inspiceret se per ali-

quid

quid creatum, notitia non esset intuitiua, et euidenter ostendi agens de naturali cognoscibilitate Dei. Cùm ergo per nihil à se diuersum inspiciat se, impossibile est scientiam Dei, prout ad Deum terminatur, esse discursiuam: quia de ratione discursus est cognoscere vnum, quod obscurum sit, per aliud quod sit clarius. Sed neque affirmare licet Diuinam scientiam esse discursiuam, prout est cognitio possibilium in Diuina essentia tanquam ratione formali perceptorum, vbi interuenire discursum malè cum aliquibus censuit Mairo quæst. 14. prologi ad quartum; rectè id negante Capreolo in 1. d. 3. quæst. 1. ad 2. *Gregorij contra decimam.* Discursus enim essentialiter importat pluralitatem notitiarum, & influxum vnius in aliam; quod ne virtualiter quidem in Deo cernitur, quandoquidem cùm intelligimus Deum à se quasi porrigi ad creaturas, non concipimus duos actus ratione distinctos, sed vnicum ad duplicem suum terminum indiuisibiliter, & simplicissimè terminatum. Excludit optimè omnem à Deo discursum Plotinus Enneade 4. lib. 4. cap. 12. *Ratione discurrere (inquit) quidnam aliud est, quàm appetere sapientiam inuenire, veráque ratione mentis veri compotem? Qui enim ratiocinatur, similis est psallenti cytharam absolutè possidenti gratiâ, atque meditanti ad habitum consequendum, & omnino discenti gratiâ cognoscendi. Ratiocinatur enim id quærit addiscere, quod qui iam habet, est sapiens. Quapropter in statu quodam & stabili est sapientia. Testatur id & ipse ratiocinator: nam cùm primum inuenit quod optabat, cessat ratiocinari, & in sapientia ipsa postea conquiescit. Si igitur ipsum mundi ducem etiam habere dispositionem arbitremur, contrariam rationis discursibus, dubitationibusque illi & memoriam tribuemus, conferentis videlicet præterita cum præsentibus, & futuris. Sin autem ita penitus se habere putemus, quemadmodum qui cognoscat in statu quidem suum terminum possidentem, mentem sapientiam vt penitus conuenire constituimus.* Hæc ibi, & alia in eandem rem habet Enneade 6. lib. 7. cap. 1. & 3. quibus planè concinunt quæ habentur apud Auctorem Theolog. lib. 5. cap. 2. & quæ apud Ammonium in librum de Interpret. sect. 2. particula 7. Cæterùm hæc non obstant, quominùs Diuina scientia de creaturis possit esse per causam, & propter quid, vt rectè concessit Durandus in 1. d. 35. quæst. 4. num. 7. Quod etiam de scientia Angelorum non discursiua, notauit Sotus 1. Poster. quæst. 2. ad 4. *principale.*

Non variatur pro variatione obiectorum.

27 SECVNDO, excludi à Diuina notitia variationem ex variatione obiectorum. Ita tradit Algazel 1. Philosophiæ, tract. 3. *sententia* 6. & melius, ac plenius sancti Patres, præsertim Augustinus 15. Trinit. cap. 15. & lib. 6. cap. 10. & 11. Ciuit. cap. 21. & lib. 5. cap. 9. & omnino luculenter 2. ad Simplic. quæst. 2. Bernardus serm. 80. in Cantica, aliique frequentissimè. Pauca duntaxat ex nonnullis attexam. Prosper 2. de vocatione Gentium, cap. 13. *Omnis varietatum compugnantia, & vniuersa dissimilium pronuntiorum causæ, quas inuestigare, & discernere non valemus, in illa æterna scientia simul sunt, simulque diuisa sunt. Et nihil ibi inordinatum est, etiam de mediorum existentium qualitatibus alienum: quoniam non est in Deo accidens motus, aut noua voluntas, aut temporale consilium, nec cogitatio eius cum rerum mutabilium inæqualitate variatur, sed cuncta pariter tempora, & temporalia superat, ac stabili*

compre-

comprehendit omnia. Fulgentius lib. de prædest. & gratia (to. 7. Augustini) ita loquitur cap. 5. *Mundus, quamuis pro tempore ex quo factus est, cœperit; in illa Diuinæ scientiæ luce faciendus, nullum potuit habere principium & quicumque vel ex Adam vsque in hodiernum diem homines nati sunt, vel post nostram generationem sunt propagine nascituri, apud Deum nati sunt omnes, & diuersis etiam vitæ temporibus transierunt, in illo incommutabili Diuini obtutus lumine permanent. Deus enim qui nec loco clauditur, nec tempore prætenditur, omnium rerum, tam præteritarum memoriam, quàm incommutabilem scientiam plenam est, nec cognoscenti videntur in præteritum, nec sperant tenditur in futurum, & quæcunque omnino sunt quæ temporum vicibus agitantur, ab eo principio in quo erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, vsque in finem omnium sæculorum: de quo sine cùm diceret beatus Moyses, Dominus (inquit) qui regnas in sæculum & sæculum & adhuc; nec sperantur futura, nec præterita transierunt, sed in præsentia Diuinitatis, præsentia semper luce cernuntur.* Sic Fulgentius. Nam hunc esse germanum libelli illius parentem, monitiuncula nostra ei præfixa in nupera Fulgentij editione, Lectorem docuit. Similia illis quæ ex capite illo 5. adducebam, habet Fulgentius 1. ad Monimum & in nuper refosso opere de veritate prædestin. lib. 1. & lib. 3. *fere totum.* Pulcherrimè S. Gregor. 9. mor. cap. 34. & 35. tractans illud, *numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo & tu videbis? Oculi carnei facta temporum non nisi in tempore agnoscunt, quia & ipsi ad videndum cum tempore prodeunt, cum tempore clauduntur, & humanus visus quælibet quæ sequatur, non præteritis quæ iam ex existentia abscessit & ventura nondum agnoscit. Dies quoque & anni humani à diebus & annis discrepant æternitatis, quia vitam nostram quæ tempore inchoatur tempore finitur, Auam intra semetipsum sua locitas sine fine mansit, æternitas dinumerat. Cuius animorum comprehensio quia plena cernit, quæ sequitur non tenduntur, sine inchoatione & termino, cum æternum esse dilectum, neque quasi transacta præterierunt, nec adhuc ventura quasi quæ non apparent desunt. Quia is qui semper est habet cuncta sibi præsentia semper, cumque absque ... post & ante non tenditur, nulla intuitus variatione mutatur.* Secundùm Patres grauiter & latè id persecutus est Hugo Victor. 7. erudit. didasc. cap. 20.

48 Nec omittendum elegans exemplum quo hanc rem totam declarat D. Tho. 1. de interpr. lect. 14. & opusc. 6. cap. 10. Ex eo siquidem quòd nos simus temporales, ostendit, in scientia nostra meritò cerni variationem secundùm ordinem temporis, quæ non possit cerni in scientia Dei, qui est æternus. Sicut si darentur multi homines via aliqua incedentes, quilibet eorum, aliquos ex præcedentibus, & aliquos ex subsequentibus, videre simul posset; non tamen simul omnes, sed visio eius identidem variari deberet, aduenientibus aliis, quos ante ex humili illo loco prospicere non poterat. Si autem esset extra eorum ordinem transeuntium, atque in excelsa aliqua turri constitutus, vnde prospectus pateret in totam viam, videret simul omnes via illa incedentes. Et quidem licèt vnus eorum alium præcederet, tamen vt subessent intuitui prospicientis è turre, eatenus simul quodammodo essent, & vnus non præcederet aut subsequeretur alium, quatenus simul & semel conspicerentur. Similiter ergo nos quidem quia temporales sumus, cognoscimus præsentia in actu existentia; præteritorum verò recordamur, nec ea attingimus vt existentia; deni-

quæ futura, vel prorsus nescimus, vel tantùm coniectamus: At Deus, quia est omnino extra ordinem temporis, & quasi in arce, & vt loquitur Boëtius 4. de consol. prosa 6. *in alta simplicitatis aeternitate* constitutus est. *Scientia habet in conspectu suo transeuntia sæculorum volumina, stantque ante eum, currentia, & mutabilia immutabiliter durant,* vt D. Greg. dixit 20. mor. cap. 24. & vno ac simplici intuitu videt simul & immutabiliter totum temporis decursum subiacentem, perpetuò attingendo rem quamcunque secundùm quod est in quocunque tempore. Hæc ferè supra D. Tho. & q. 2. de veritate art. 12. post Boetium 5. de consolatione prosa vlt. Similitérque philosophatus est Maximus Tyrius serm. 1. conferens Diuinam mentem Soli, qui vno intuitu quod vbique est lustrat, humanam verò viatori qui longa mora & temporum interuallo, hæc & illa videt, & non videt.

Alia insuper similitudine hanc Diuini intuitus constantem & immutabilem perseuerantiam, declarat Petrus Damianus epist. 4. cap. 7. integrum locum adscribo, quia pulcherrimè hanc rem vniuersam explicat, paucis duntaxat quæ ex Scriptura interserit, resectis. *Est plane,* inquit, *Deo conueniens posse omnia, scire & omnia nosse, eademque semper inspicere. In illo itaque summo rerum cardine, vniuersarum causarum iura dispensans, sic omnia tempora, præterita videlicet, præsentia, & futura, intra suæ prouidentiæ arcana complectitur, vt nec vnquam aliquid sibi possit accedat, nec aliquid ab eo per cursus momenta recedat. Sed nec diuersis vicibus diuersa considerat, vt quandoque præterita, velut à præsentibus vel futuris: vel rursus cum præsentia, vel futura considerat, velut à præteritis auertat: sed vno duntaxat ac simplici præsentissimæ maiestatis intuitu, simul omnia comprehendit. Neque hoc confusè atque incompte, sed omnia discernit, atque iuxta proprietatem suam quæque distinguit. Sicut qui in theatro residet, non simul omnia videt, quia cum intendit ante se, non videt post se; qui autem non in theatro, sed super theatrum excelsior supereminet, totum vndique interiorem theatri ambitum, vno comprehendit aspectu, ita Deus omnipotens, quia omnibus quæ videntur, incomparabiliter supereminet, omnia simul sub se subiecta conspectibus præsentialiter videt. Et vt quod loquimur non modo viuax ingenium capiat, sed & vt sit cuilibet facile comprehendere, videtur est mihi vtendum in hoc tam breuissimo temporis puncto quo dicimus [illegible] simul infinita omnium spatia sæculorum. Nam cum huius particulæ prima dicitur syllaba, nondum adhuc secunda, & cùm secunda sonat, iam prima præteriit. Deus autem vno atque ineffabili suæ contemplationis ictu, simul omnia conspicit & conspiciendo distinguit: omnia circumdando penetrat, & penetrando circumdat.* (Subiicit & expendit in hanc rem nonnulla ex Epistola B. Petri, & ex Psalte, & ex Apocalypsi B. Ioannis, & ex Isaia; quæ missa facio vt præmonui.) *Enimverò quia in supremo rerum vertice ineffabiliter supereminens, quasi quadam profunditate æterni consilij sui circulo non modo cuncta temporum spatia, sed & loca & vniuersas amplitudines creaturæ, & hæc omnia vno contemplationis ictu ac simplici semper aspectus intuitu, non immeritò solus potens, solus æternus, solus dicitur immortalis.* (Et hoc quoque bina Apostoli loca inserit, ex priore & posteriore Epistola ad Timotheum.) *Nam & Angelica virtus (quia licet potens sit, non tamen à se sed ab illo est,) licèt immortalis sit, eademque beatam viuere, nullo prorsus fine concludatur; tamen & quia loca mutat & tempora, vere æterna dicenda non est suo*

creato-

creatore, qui naturaliter & essentialiter est ipsa potentia, ipsa immortalitas, ipsa aeternitas, Unde & Moyses: Dominus inquit, regnabit in aeternum & ultra. Nam & Angelica beatitudo, iuxta conditionem suae naturae non immerito videtur aeterna, quia nullis prorsus terminis probatur claudi; aeterna dicitur, quia in aeternum viuit, quia beate viuere numquam desinit. Sed ille non solum in aeternum sed in aeternum regnat & ultra, qui cuncta saeculorum volumina intra comprehensionis suae continet sinum, & non tamquam praeterita vel futura sed ut cuncta praesentia, sub uno simplicissimo conspectu perspicaciter comprehendit omnia; qui suae dicionis imperio regit omnia, cuius legibus obtemperant universa, qui omnes creaturas ad nutum sui dispensat arbitrij, omnibus viuendi moderatur atque temperat ordinem, omnium formas distinguit ac species, omnibus prout vult, congruas tribuit facultates, a quo & per quem est quidquid est, sine quo quidquid est, procul dubio nihil est. Hactenus ex c. 7. quae sequuntur deprompta sunt ex initio cap. 8. quo simplicissimum & constantem Diuini intellectus in quaecunque tempora intuitum sic confirmare pergit, imitatus & bona ex parte describens S. Gregorium 2. mor. cap. 20. *Omnipotens itaque Deus non est heri vel cras, sed hodie sempiternum cui nihil deficit, nihil accedit, cui nihil est varium, nihil a se diuersum. Illud hodie aeternitas est, incommutabilis, indeficiens, inaccessibilis: cui videlicet nihil addi, nihil valet minui, & omnia quae apud nos elabendo discurrunt, aut pro temporum vicissitudine se variant, apud illud hodie stant & immobiliter perseuerant. In illo siquidem hodie, dies ille adhuc immobilis est, in quo mundus iste sumpsit exordium: in illo iam & ille videlicet est quo iudicandus est per aeterna iudicii aequitatem. Neque enim ei iam sunt futura quae sunt aeterna, ea quae elegit, ... & sunt vestigia(?), ea quae restant, desinit; desistit ...*

stat immutabiliter aeterna; quia in semetipsa permanens immutabilis, mutabilia cuncta disponit: itaque in se transeuntia concludit, ut apud se quae condita sunt, transire nequaquam possint, nec tempora eorum in conspectu eius desinant, quod apud nos forsitan per excursum decurrit. Unde fit ut in aeternitate eius, omnia sicut permanent, quae non sicut extrinsecus facta sunt, ... indissolubiliter maneant. Deo quippe dies unus est aeternitas sua, quem nec habet clausum nec initio videt apertum. Psalmista dicens melior est dies una in atriis tuis super millia. Quid est ergo quod ille non videat, de praeteritis omnibus vel futuris, qui videlicet omnia facta, vel facienda sunt illo transitu dirigit, & stantia in sua mansione praesentialiter prospicit & illud tempus intransibiliter adsit, quod ea quae facta sunt antecessit, & illa quae cuncta deinceps futura concludit. Haec de Diuinae scientiae immutabilitate, Damianus. Iuxta quae licet Deus nunc cognoscat Adamum non esse in rerum natura, sed fuisse, & Antichristum nondum in ea esse, sed fore; tamen nulla propterea in Diuina intuitione mutabilitas intercessit; nec illa cognitio, unquam fuit abstractiua, quae postea in intuitiuam transierit, vel transitura sit, sed intuitiua est & semper fuit. Atque ita Deus semper vidit, & semper videbit Antichristum, & Adamum, in hoc tempore nobis nunc coexistente, non esse, simulque & eodem intuitu, vidit, videtque, & videbit, verum, nempe Adamum ita se habere, ut tali tempore existentiam habeat, eaque destituatur in tempore sequenti quod respectu illius est futurum; semper item vidit & videbit Adamum in tali tempore esse denominandum praesentem, in tali praeteritum, & denique in tali futurum, & proportione idem est de Antichristo.

Quis ergo hominum (vt Augustini verba vsurpem 15. Trinit. cap. 7.) *potest illam sapientiam qua nouit Deus omnia, ita vt nec ea quæ dicuntur præterita ibi prætereant, nec ea quæ dicuntur futura, quasi desint expectentur, vt veniant; sed & præterita & futura cum præsentibus sint cuncta præsentia, nec singula cogitentur, & ab aliis ad alia cogitando transeatur, sed in vno conspectu simul præsto sint vniuersa: Quis, inquam, hominum comprehendit istam sapientiam, quandoquidem à nobis nec nostra comprehenditur?* Subdit imbecillitatis nostræ ostensionem circa similem de notitia nostra difficultatem: Tum addit, *Et putamus eam vocari Dei prouidentiam* (prospicientia & præuisio) *eadem sit quæ memoria & intelligentia, qui non singula cogitando aspicit, sed vna æterna & immutabili atque ineffabili visione complectitur cuncta quæ nouit, tanta nostra infirmitate posse comprehendere? In hac igitur difficultate & angustia libet exclamare ad Deum viuum, mirifica est tua scientia ex me, inualuit & non potero ad illam.* Hæc Augustinus sapienter, quem diuina tractandi modum, non tenuit Theophronius ille, qui vt est apud Sozomenum lib. 7. cap. 17. ex locutionibus Scripturæ de scientia Diuina, accommodatis ad modos loquendi de scientia nostra, intulit Diuinam scientiam pro obiectorum & temporum variatione variari. Quasi Scriptura nobiscum de Deo loquens, idipsum non faceret facere quod nos cum pueris balbutientes, vt eorum nos loquendi modo accommodemus, inquit Chrysost. hom. 3. in epistolam ad Titum.

49 Difficilius videtur, Diuinæ scientiæ immutabilitatem & inuariationem tueri, si supponamus obiecta contingentia per eam percepta non fuisse ponenda in rerum natura, sicut reuerà poterant non poni. Itémque si supponamus quæ non sunt nunc posita, fuisse ponenda, sicut reuera poterant poni. Sed respondet Hugo Victor. lib. 1. de sacramentis Fidei, parte 2. cap. 16. *si futurum non esset, in Deo præscientia non esset, sed ex hoc nihil minus in Deo fuisset, quam ipsa quæ præscientia est in Deo fuisset*, id est, eadem entitas immutata Deo competeret, alioqui esset in Deo potentia passiua importans imperfectionem; Tamen illa ipsa entitas, non haberet terminationem illam ad obiectum quam nunc habet, nec exhiberet obiectum esse futurum, sicut nunc exhibet. *Si autem factum fuisset quod esse potuit, & tamen futurum non fuit*, (inquit idem Hugo ibidem cap. 18.) *futurum fuisset & præscitum quod futurum non fuit, nec præscientia huius futuri*, (oppositi, quod re ipsa fuit,) *mutata fuisset sed nunquam habita, quia futurum non fuisset.* Nunquam habendam dicit, non entitatiuè sed ratione terminationis ad tale obiectum. Eadem quippe Diuinæ scientiæ entitas immutata, extenditur ad percipiendum nouum obiectum, si supponatur tale obiectum esse positum, quod alioqui non perciperetur ab ea, manente prorsus eadem, ob independentiam Diuinæ scientiæ ab obiectis, vt philosophatur Guliel. Paris. 3. 1. de vniuerso, cap. 16. addens cap. 17. Sicut fundamento immutato accedit esse relatiuum, tantum si ponatur terminus, ita variato dumtaxat Diuinæ scientiæ termino, exhiberi ab eadem Diuina scientia aliquid vt futurum, quod non exhiberetur tale, si aliter se haberet. Alia quædam exempla ad hoc elucidandum adhibet Vald. to. 1. lib. 1. cap. 17. num. 5. quæ prætermitto, quia video quàm deficiant, verendúmque esse quod Ambr. his verbis præsensit, lib. de Fide, contra Arria. cap. 5. *si aliquam comparationem de his*

rebus, quæ videntur in Deo, fuisse, quod difficultatem hanc rerum non ratiocinari eliminandam, sed alteratiuam disputationis indicat. Facilius certè est Diuini actus immutationem hac in parte tueri, quàm in Diuina volitione. Quia præscientia intelligitur in Deo tanquam plenitudo cognitionis quorumcumque futurorum, proindéque si ipsa non tendit in aliquid, defectus totum se tenet ex parte termini: & variatio si quæ occurrit, ex eadem parte se tenet: at libera Dei volitio, non est volitio cuiuscumque amabilis, sed tantùm pro Diuino beneplacito, vbi acrius pungit mutabilitas quæ videtur in Deum cadere. Sed de eo implexissimo nodo, infrà pleniùs suo loco, vnde præsenti quoque difficultati lux accedet.

Einsdem vnius scientiæ diuisio, in speculatiuam, & practicam.

15 TERTIÒ, diuisi generaliter scientiam Diuinam, in speculatiuam, & practicam, & vtrumque membrum variè subdiuisi, vnde nihil deperit asserta supra vnitati Diuinæ scientiæ, sed eius potius immensa perfectio commendatur, quòd vna cùm sit, tam variis circa diuersa obiecta actibus nostris, æquiualeat, & omnes eorum perfectiones seclusis imperfectionibus contineat. De subdiuisionibus postea dicetur, nũc attingamus membra principalia.

Quòd ergo sit in Deo notitia, cùm speculatiua, tùm practica, per se euidens est: nam & obiecta aliqua ita cognoscit, vt sistat in cognitione eorum absque progressu ad opus, quod est habere notitiam speculatiuam; & aliqua etiam ita percipit, vt ad ea operanda possit per suam notitiam dirigi, quod est habere notitiam practicam. Prioris notitiæ, seu speculatiuæ, manifestum exemplum esse videtur notitia Dei de seipso. Mirum enim est, quòd Scotus latè à Caietano relectus 1. parte, quæst. 14. art. 16. senserit, scientiam Dei, prout de se ipso est, esse practicam, eò quòd præluceat amori, quo Deus se diligit. Sed hoc est planè alluti vocibus: nam amor, quo Deus se diligit, est verè naturalis, quare non oritur ex dictamine practico, quia hoc non posset esse aliud, quàm prudentiale: (nam dictamen artis constat hîc non habere locum.) Prudentiale autem esse non potest, quia prudentia non est regula actuum naturalium, & necessariorum, sed contingentium, & benè, ac malè factibilium, qualis (vt dicebam) non est amor ille. Quem tamen fateor oriri ex cognitione tanquam ex propositione obiecti; sed hoc non est satis, vt cognitio illi prælucens censeatur practica, alioqui omnis omnino speculatio dici posset notitia practica, quatenus ex ea excitari potest affectus aliquis in voluntate. Necesse igitur est, vt notitia practica non tantùm moueat ad amorem per modum repræsentantis obiectum, sed etiam per modum dirigentis, & regulantis: de quo plenissimè Gillius lib. 1. tract. 5. cap. 4. Alterius verò Diuinæ notitiæ, nempe practicæ, exemplum est notitia, quam Deus habet de creaturis, quatenus ea notitia concipitur ad modum regulæ, valentis dirigere Deum in artificiosè fabricandis creaturis, (quo pacto Diuina scientia habet rationem artis) vel in decernendis conuenienter illis, quæ ad easdem creaturas spectant; (quo pacto Diuina notitia habet rationem prudentiæ.) Et vtroque illo modo practica est, contra eundem Scotum: dirigit enim Diuinum actum cùm transeuntem, si

priore modo spectatam; tum immanentem, si spectetur secundo modo, habetque se tanquam regula dirigens, & dictamen præscribens normam operandi, & conuenienter decernendi: in qua directione nulla est imperfectio, cùm procul absit omnis dependentia, tantumque interueniat subordinatio illa efficaciæ volitionis ad cognitionem, quam similem Scotus in amore ad ipsum Deum terminato concessit, & in omni sententia admitti debet.

Subdiuisio eorundem generalium membrorum.

51. Iam quod attinet ad subdiuisiones vtriusque scientiæ, in assertione adductas est facilis. Et quidem subdiuisio Diuinæ scientiæ practicæ, in artem, & prudentiam, explicata manet ex proximè dictis: speculatiuam verò fecit trimembrem, nempe naturalem non directiuam actionis, liberam, & mediam quæ membra breuiter attigisse satis erit.

Naturalem ergo notitiam Diuinam intelligo illam, quæ Deo ita intima est, vt abfuisse non potuerit ob necessitatem obiecti; & talis est notitia, quâ Deus seipsum, & creaturas quatenus possibiles cognoscit. Ex quo vides, non omnem Diuinam notitiam naturalem accensendam esse notitiis speculatiuis: tum notitia, quâ Deus cognoscit res possibiles, si spectetur prout est ex se idonea dirigere Diuinam operationem, quâ creaturæ illæ possent produci, est notitia practica. Quanquam quia nunquam est de facto directiua, censeri potest practica, remotè tantùm, ac velut in actu primo: sic autem proximè, & in actu secundo practica, si accedat decretum voluntatis applicans illam eandem notitiam ad dirigendum de facto, redditque eam non tantùm suo modo operatiuam, & causatiuam rerum, sed etiam suo modo causam de facto in tali tempore determinata, pro quo dirigit potentiam exequentem. Aliqui Diuinam scientiam sic acceptam vocant scientiam approbationis: per scientiam namque practicam tantùm in actu primo non censetur Deus approbare creaturas, conferendo illis esse, quamuis se eis illud dare posse cognoscat, & optimè quoque calleat modum, quo illæ faciendæ essent, si liberet. At per decretum accedens, fit vt Deus quodammodo approbet suam illam scientiam, redditque illam tantùm esse in actu primo practicam, & re ipsa infœcundam. Notitia ergo Diuina naturalis, siue, vt alij loquuntur, simplicis intelligentiæ, vt speculatiua sit, debet spectari sine respectu vllo ad actionem, & effectionem externam, ita vt ne remotè quidem sit eius directiua. Et talis est in primis notitia, quam Deus habet de se ipso; tum notitia, quam habet de creaturis possibilibus, per modum puræ intuitionis earum, vt sunt quædam entia, non spectando adæquatè notitiam Diuinam, prout est potens dirigere Deum in ijsdem rebus efficiendis.

Alterum membrum notitiæ Diuinæ speculatiuæ est notitia futurorum, seu scientia visionis, quam vocant etiam notitiam liberam; quia si non interuenisset decretum Diuinum faciens futuritionem obiecti, actus Diuinæ scientiæ non fuisset exhibitiuus obiecti illius tanquam futuri, vt suprà explicatum est. Atque ita, quia quòd Diuina scientia terminetur ad tale obiectum quatenus futurum, habetur ex libera applicatione Diuini decreti ad tale obiectum suo tempore condendum, propterea Di-

uina

uina scientia supponens illud liberum decretum, libera dicitur: & constat eam esse speculatiuam, quia est pura intuitio obiecti, non dirigens eius effectionem, sed illud potiùs iam confectum inspiciens, atque contemplans. Vt proinde non possit de hac scientia intelligi, quod aliquando dicunt Patres, & Philosophi, ac nominatim Augustinus 11. Ciuit. cap. 10. & 15. Trinit. cap. 13. nempe Deum non nouisse creaturas, quia illas fecit; verùm eas suo tempore efficere, quia eas ab æterno cognoscit; sed, vt iam suprà obiter attigi, oporteat hæc de Diuina scientia practica intelligere, vt significauit D. Thomas quæst. 2. de veritate, art. 14. & contra aliquos malè reclamantes confirmat Molina in appendice ad Concordiam, *ad secundam obiectionem.*

Inter hæc quasi extrema Diuinæ scientiæ speculatiuæ membra, medium locum tenet scientia futurorum contingentium conditionatorum, quam aliqui malunt reuocare ad scientiam visionis, quia ex parte obiecti, ad quod terminatur, non est simpliciter necessarium, sed solùm ex suppositione, quòd tale obiectum sit futurum posita illa conditione: qua ex parte hæc scientia conuenit cum scientia visionis, absolutè & simpliciter dicta. Ab ea tamen differt, quatenus obiectum eius non est re ipsa futurum in aliqua temporis differentia, & in hoc conuenit cum scientia simplicis intelligentiæ, ad quam propterea aliqui malunt eam reuocare. Quæ tota lis est de nomine: parum enim refert, quò reuocetur hæc scientia, & quo nomine appelletur, modò non negetur, vt sanè negari non potest, iuxta dicta suprà art. 2. Ob participationem tamen conditionum vtriusque illius membri quasi extremi, nempe scientiæ simplicis intelligentiæ, quæ ad rem non existentem tendit, & liberæ, quæ rem existentem prospicit, iure videtur dici media, aut mixta, vt loquitur Fonseca 6. Metaphys. cap. 2. quæst. 4. sect. 8.

ARTICVLVS V.

De Diuino intellectu, sub ratione actus primi atque potentiæ.

32 STabiliam in primis Diuinum actum primum in ratione intelligentis, quia aliqui præsertim recentiores eum abrogarunt; tum de eius perfectionibus, & adiunctis, agam quantùm necesse videbitur.

ASSERTIO.

Est in Deo intellectualitas per modum actus primi, cùm radicalis & remota, tùm formalis & proxima, in suo genere perfectissima, & absque vllo specierum impressarum aut habituum facilitantium, eisve correspondentium perfectionum interuentu, determinatissima, & promptissima.

Primò admitto in Deo actum primum in ratione intelligentis, cùm radicalem & remotum, tum formalem & proximum, contrà Aureolum apud Capr. in 1. dist. 35. q. 1. art. 2. denegantem Deo quemcumque actum primum intellectionis, etiam secundùm modum intelligendi nostrum. Quod vniuersè secuti sunt Suar. d. 30. Met. s. 15. à num. 8. Salas tract. 3. d. 2. n. 85. & tract. 11. d. 2. n. 51. Et quòd actum primum proximum accidentali

tali nostræ facultati respondentem Gill. l. 2. tract. 2. c. 4. num. 3.

Diuina intellectualitas radicalis astruitur.

Sed admittendam esse in Deo intellectualitatem per modũ actus primi, radicalem & substantialem, correspondentem perfectioni illi creatæ, quæ est principiũ potentiæ proximæ, & actus secundi, probatur: Quia huiusmodi intellectualitas est perfectio simpliciter, estque in quouis melior ipsa quàm non ipsa. Gradus namque analogicus substantiæ intellectualis Deo & creaturis communis, non importat negatiuum intellectionis actualis, vt aduersarij supponunt, vnde inferentes imperfectionem intellectualitatis in actu primo conceptæ, ob potentialitatem & limitationem actus illius primi, non continentis totam perfectionem sui generis. Sed quamuis gradus ille prædictam negationem importet in substantiis creatis, tamen prout in Deo reperitur, abstrahit tantùm ab actu secundo, quoad conceptum explicitum, vnde non excludit illum. Quin potius actu & formaliter eum includit. Non importat tamen eum explicitè, quatenus intellectualitas concipitur vt gradus Dei substantialis, estque radix intellectionis actualis spectato nostro modo intelligendi, eo modo quo essentia concipitur esse radix attributorum. Sicut autem essentia non est imperfecta in genere essentiæ, eò quòd non contineat explicitè perfectiones attributales, quia satis est quòd eas implicitè contineat, & explicitè habeat omnes perfectiones quæ sunt de ratione & integritate essentiæ; ita Diuina intellectualitas substantialis, seu Diuinus ille gradus præuius, ex quo in Deo iuxta nostrum concipiendi modum, explicitè progerminat intellectio actualis, non habet imperfectionem ex eo quòd ab actuali intellectione explicitè abstrahat. Nam quamuis Diuina intellectualitas & intellectio, nomine tenus videantur esse eiusdem generis, ideóque ratio formalis prioris absque posteriore explicitè importata, videatur esse manca in suo genere, tamen reuera intellectualitas pertinet ad genus substantiæ & prædicatorum explicitè substantialium: intellectio verò pertinet ad genus sapientiæ. Hinc ergo euincitur debere Deo concedi intellectualitatem radicalem & remotam.

Itémque formalis & proxima.

Proxima autem & formalis intellectualitas Dei, non minus facilè astruitur. Diuina enim intellectualitas, non modò est primum principium seu radicalis ratio Diuinæ intellectionis, sed etiam ratio proxima, eo modo quo potentiæ in nobis sunt principia actuum. Non est quidem tribuendum Deo principium aliquod proximum, à remoto re ipsa distinctum, quale in nobis ponitur ad leuamen actus primi remoti, ex se limitati, & ideo aliqua siue subsidia, siue ornamenta postulantis, vt bene ipsi & commodè sit quoad esse, & operationem: Id enim leuamentum aut subsidium excludit Diuina infinitas, & purissima actualitas. Nihil tamen vetat explicitè superaddere Diuino gradui intellectuali radicali, perfectionem formaliter importatam nomine principij proximi intellectionis, per mentem imperfectè præcisã ab illo gradu, eo modo quo gradus ille ab actuali intellectione præscindit. Atque ita D. Thom. quem falsò aduersarij pro se quisque allegant.

allegant, admittit in Deo rationem actus primi per rationem potentiæ actibus immanentibus, vt videre est q. 1. de potentia art. 1. ad 1. sequuntúrque Ferrar. 1. contra gentes cap. 10. & Capr. in 1. dist. 15. q. 1. *fere in fine* & d. 45. q. 1. art. 2. concl. 3. *in fundū dissolutiui de diuina voluntate*, Trigosius 1. parte S. Bonauenturæ q. 5 art. 1. d. 2. Vasq. 1. p. d. 102. c. 1. Albertinus Coroll. 14. de relatione dub. 2. à n. 16. & alij.

Vtriusque illius intellectualitatis perfectiones.

53. SECVNDO quòd diuinus actus primus intellectualis sit in suo genere perfectissimus, vt asserimus, dubitare non licet, & facile ostenderetur remouendo ab eo imperfectiones, quas noster, & quiuis creatus actus primus intellectualis participat. Quod generatim præstitit his verbis Plotinus Enn. 1. lib. 8. c. 2. *Ipsum super pulchrum, & super ea quæ sunt optima, in mundo regnat intelligibili, qui sanè intellectus est: intellectus inquam, non qualem quis forte putaret existimans similem esse horum qui apud nos intellectus esse dicuntur, qui ex propositionibus impleri solent, & quæ ratiocinando intelliguntur percipere possunt: item ratiocinantur quædam ex quoque sequatur excogitant, & res per consequentiam speculantur, vt post quæ antea non habuerint, sed antequam discerent, vacui fuerint, quamuis tunc etiā intellectus extiterint. Intellectus ille, inquā, non est talis, sed habet omnia, est omnia, secum habitat, sibi præsens omnia, habet omnia, non habent. Nō enim ea possidet tanquam alia, nec ipse existit aliter*, &c. Postremis his verbis Plotinus attingit quomodo diuinus intellectus semper sit in actu, nunquā in potentia, ob indistinctionē ab actu suo secundo, quo sit intelligibiliter alia. Quod autem diuinus intellectus non possit esse aliud quid ab actu suo secundo, nec possit prius esse ad hunc in potentia, explicitè tradit idem Plotinus Enn. 2. lib. 5. c. 3. paucis his verbis, *Intellectus nequaquam ex potentia quæ intelligere possit, in actum produxit intelligendi, alioqui alio quodam priore opus haberet, quod ex potentia non produceretur in actū, sed totum iam possideat in se ipso. Quod enim in potentia est existit alterum, quo accedente producatur ad actum, vt aliquid tandem fiat in actu, quod autem ipsum à seipso semper ita se habet, est actus*, &c.

54. Sed vt imperfectiones nostri actus primi intellectualis, vt est primus actus in tali genere, remoueantur à diuino actu primo, aduerto duas esse peculiares imperfectiones nostri actus primi, præter generalē imperfectionē entis limitati. Nam plerumque noster actus primus indifferens est ad promptè vel tardè operandū, ideóque indiget habitu facilitatiuo, indifferentiam illam remouente, & conferente determinationē indifferentiæ illi oppositam, seu promptitudinē. Peculiariter itē noster actus primus imperfectus est in ratione intelligendi, quia eget determinari quoad speciē actus per aliquam speciem extrinsecus immissam. Nam noster actus primus intellectiuus, est principium vniuersale multarū operationū, ad quas ex se indifferentiam habet, nō tantum quoad exercitiū (quæ indifferentia non remouetur per speciē impressam,) sed etiam quoad essentiam actus, cui indifferentiæ succurrit species impressa, determinans nostrum actum primum, vt sit principium determinatum ad exprimendum & pariendum intellectualem obiecti illius, cuius ipsa species tanquam futuræ intellectionis semine, fœtus est. Vtramque hanc imperfectionem à diuino actu primo, remouere, non est difficile.

Et de priore quidem res est clara. Nam habitus manifestè supponit imperfectionē principij per habitū con-

formati & roborati, ideoq; habitus nõ est perfectio simpliciter, nec potest formaliter tribui Deo. Quod minus mirum est, cũ multa quoq; principia creata sint ex se satis vegeta, vt absq; subsidio illo & aduentitio virtutis incremento expeditè operentur. Sic enim visus, & cæteri externi sensus quoad omnia obiecta sua, & intellectus quoad primas dignitates, summo impetu, & nullius habitualis subsidij interuentu, præcipitatur in actum. Nihilominus actus diuini intellectus iisdem nominibus donantur quibus apud nos actus prodeuntes ab habitibus, vt suprà annotauimus de actibus prudentiæ & artis: quia scilicet actus illi abstrahunt ab imperfectione, quam importat potentia roboranda per habitũ.

Iam verò posterior imperfectio nostri primi actus intellectiui, seu exigentia complementi ex parte obiecti, facilè à diuino primo actu excluditur, si agatur de obiectis extra Deũ, à quibus Deus nihil pati potest, sed est ex se determinatus ad expressionẽ quorumcumque externorum obiectorũ, absque vlla ab eis tanquam motiuis, aut plusquam terminatiuis determinatione: Quoad ipsum verò Deum, quamuis nouũ non est obiecta principijs cognoscentibus intima, censeri species impressas cognitionis, qua obiecta ipsa percipiuntur, vt in gustu & tactu patet, ac in anima separata vel intelligentia se ipsam cognoscente: Quamuis etiam inde non inferretur diuini actus primi innati, completio per quicquam quomodolibet de foris mendicatum, tamen commodius videtur asserere diuinum principium intellectiuũ ex se ad huiusmodi obiecti perceptionem determinatissimũ quoad essentiam actus, elicere intellectionem Dei absque præuia perfectione, à reliquis, quomodolibet, etiam per mentem seiunctis, quæ speciei impressæ formali, vel æquiualenti, in creatis intellectionibus interueniẽti, correspondeat. Quia si ea perfectio admitteretur in Deo, fatendum esset diuinum actum primum, prout illi perfectioni præintellectum, esse in proprio genere mancum & imperfectum, ob indeterminationem illã, & potentialitatem ad perfectionem proprij generis, quæ in principio cognoscente speciei indigo, ante speciei accessum, impræcisibiliter imbibitur.

Solus Deus sapiens.

55 Ex disputatis circa diuinũ intellectum, manifestè patet quàm verè Pythagoras apud Clementẽ Alex. IV. Stromatum c. 1 scripserit, *Solum Deum esse sapientem.* Eamque illi fuisse causam superbum Sophi nomen, in Philosophi nomen commutandi, scribit Laërt. li. 1. Qui deinde non aliam refert fuisse rationem Soloni, vt tripodem aureum à Milesiis piscatoribus iactu retis inuentũ, & Apollinis oraculo, sapienti adiudicatũ, sibiq; tandem vt sapienti delatum, Apollini ipsi remitteret, Deum primum esse sapientia asserens, & præ quo alij eo nomine indigni sint. Porphyrius apud Cyrillum 1. in Iulianum, Thaleti id tribuit in 1. hist. Philosophicæ. Denique Socrates in Apologia, solum Deũ esse sapientẽ præclarè contestatur, seq; idcirco Apollinis oraculo sapientissimũ audisse ait, quòd solus agnouerit, nec se nec vllũ mortaliũ, sed Deum solum esse sapientẽ. Omnẽ autem humanam sapientiã, nihil esse aliud quàm stillicidiũ, & tenuẽ imitationem increatæ sapientiæ, ideòq; Philosophiã sicut diuinã scientiã, distribui in speculatiuã & practicã: deniq; ideo quoq; Philosophiã definiri esse, Dei, quantũ natura humana patitur, imitationẽ, latè tradit Ammonius præfatione in Porphyriũ: agnouerúntq; Ethnici quidã

Platonici

Platonici apud D. Aug. 1. de consensu Euang. c. 23. qui cùm summum Deum Saturnum ab intellectus & sapientiæ satietate dictũ vellent, cæteros quotquot sapientes dicerentur, participatione sapientiæ summæ & immutabilis, quæ in illo est, sapientem fieri affirmabant. Tanta porrò est hæc diuinæ sapientiæ abyssus, vnde hauriũt quotquot sapiunt, vt attentiùs contuentẽ quasi stupefacere & percellere valeat. Quod optimè notauit Chrysost. hom. 1. contra Anomæos, tractãs illud Psalmi, *terribiliter magnificatus es.* Ponderans enim illud *terribiliter*, ait, *Multa sunt quæ nos miramur, non tamen cum timore. V. g. magnifica ædificia columnarum, ornamenta parietum, picturas ac corporum flores & elegantiam miramur, sed sine metu. Item maris magnitudinem immensosque gurgites miramur sed non sine metu, cum eius inspicimus altitudinem. Sic & Propheta cum vastum id, & immensũ diuinæ sapientiæ mare inspiciat, vertigine quasi ictatus stupescit, ac summo cũ timore admirans recedit, atque exclamat: Confitebor tibi quoniam terribiliter magnificatus es.* Ita Chrysost. nec aliter de quibusuis Dei perfectionibus, Cæsarius Dialogo 1. *initio.*

Hinc iam perspectum esse potest, cur in Deũ duntaxat, sapientissimi, vel etiam sapientis nomen cadat. Quod confirmari etiã potest ex notione sapientiæ; est enim sapiẽtia auctore Philosopho, 1. Metaph. nobilissima cognitio per causas altissimas, isq; solus nomen sapientis iure sibi vendicat qui res omnes quantumuis difficiles, & à communi sensu remotas, & certissima cognitione, & per nobilissimum mediũ penetrat. Hæ autem conditiones, in nullum creatũ intellectũ cadunt. Nam nullus est, qui omnia cognoscibilia, vel eorum maiorem partem norit, ne intelligentias quidẽ excipio, multò minus nos, quorũ hebetissimus est mẽtis visus, vt fusiùs prosequitur Arnob. li. 2. *initio*, & Philo *initio* libri de somnijs, breuiterq; & acutè Naz. orat. 2. de Theolo. asserens, *Ignorare quàm pauca sciamus, esse ipsam ignorantiam ignorare.* Nullus item est creatus intellectus, qui obiectũ formale siue medium cognoscendi habeat, quale Deus habet, vt ex suprà disputatis est manifestum. Iam euidẽtia & certitudo notitiæ, nullibi similis est aut par, vt constabit expendẽti radices illarũ in notitia affectionum. Ipsam nulla notitia præter diuinã nomen sapientiæ meretur, & nullus sapientis nomen, præter Deum. Elucet autẽ maximè hæc sapiẽtia, in vniuersi fabricatione & administratione, ac præsertim quòd omnia in mensura faciat ac modo. Quã causam esse voluerunt aliqui apud Ruffin. 2. hist. c. 23. cur capiti Serapidis, quem Iouẽ ac Deum summũ interpretabantur, modiũ superponerent. Sed de his diuinæ sapiẽtiæ argumentis, pleniùs infrà cũ de prouidẽtia, & multa præmissa sũt, cùm de effusa per visibilem creaturã, Dei sapientia disputaremus, indeque Dei existentiam venaremur.

QVÆSTIO II.

De diuina voluntate.

56 Esse in Deo voluntatẽ supponimus ex eius intellectualitate, hanc enim vbique sequitur propensio & pondus in bonum intellectione perceptum, atq; adeo voluntas. Quod non negarunt Aristoteles, Theophrastus, Porphyrius, Auicenna, & Auerroes, quibus Albertus in Commentario ad librũ de causis, tribuit, quòd negauerint Deo voluntatẽ. Vt enim rectè notauit Carthusian. l. de natura æterni & veri Dei ar. 44. sensus eorũ duntaxat fuit, non

esse in Deo volũtatẽ, sumptã pro actu desiderãdi perfectionẽ qua quis eget. Quo sensu constat rectè negari Deo voluntatẽ, non itẽ in alio sensu quo voluntatẽ nũc accipimus, in quo dubitari non potest quin voluntas Deo competat. Quin etiã quãuis aliæ naturæ intelligentes, volũtate sint prædita, Dei tamẽ solius esse habere voluntatẽ propriã, & hoc esse eius priuilegium, monuit S. Ansel. c. 8. similitudinũ. Quod imitatus est, & amplificauit Sebundius tit. 140. Vox tamen appetit⁹, quãuis ex ipsa idẽ sonet, quòd voluntas, à Deo reijcitur, ob connotatã carentiã boni concupiti, vt ex Aug. admonet S. Tho. in 1. d. 4. part. 1.

ARTICVLVS I.

De Obiecto diuinæ voluntatis.

Recolenda est supra proposita obiecti in primarium & secũdariũ distinctio, habet enim in hac etiam materiã suum locum.

ASSERTIO.

Deus est connaturale & proportionatum voluntatis suæ obiectũ, in quo creaturas vult, tanquã obiecta secundaria in primario illo volita.

PRIMÒ, quòd Deus sit primarium voluntatis suæ obiectum in quo scilicet sine propter quod voluntas versatur erga cætera, nõ contra affirmauit Plato cum dixit *primum mouere se ipsum*. Ita n. eũ interpretatur D. Th. 1. p. q. 19. a. 1. ad 3. vt asserere voluerit Deum esse sibi principale volitũ, quia illud obiectũ quod cõparatur ad voluntatẽ, sicut mouens ad motum, est obiectum primò & per se volitũ: obiectum autem voluntatis secundariũ, vt ex eodẽ D. Th. tradit Ferrar. 1. contra gent. c. 74. non se habet vt mouẽs voluntatem, sed vt effectum & motũ ab ea. Ex quibus eruitur ratio dicti nostri, nam si diuina voluntas haberet aliud aliquod primariũ obiectũ præter Deum, oporteret dari aliquid superius diuina voluntate, quod ipsam metaphoricè moueret, & allliceret: hoc autẽ absurdum est, ergo Deus est primarium obiectum suæ voluntatis.

Accedit quòd inter voluntatem, & obiectũ eius primariũ, requiritur proportio & commensuratio quædã. Id enim in omnibus virtutibus operatiuis commune est, vt colligitur ex 1. Aristot. tex. 116. Atqui intra solum Deũ reperitur proportio illa cum voluntate illa infinita. Quod non melius patere potest quàm vberrimè & diuitias intra Deum abditas, & quidquid voluntatẽ inescare aptum est, ibidem repositũ, exponendo, iuxta ea quæ dicta sunt, q. de bonitate Dei transcendente art. 1. Confirmatur ex illis quæ de Dei fœlicitate ex sui ipsius inspectione tradidit Philosophus 12. Met. t. 39. & 10. Ethicorum. Præsus nãmque immensum necesse est, esse bonũ illud, quod Deum & infinitam voluntatis diuinæ capacitatem exsatiat. Vt minus mirum sit beandas quoque inde esse intellectuales creaturas, vt pulcherrimè prosequitur Plotinus enn. 6. lib. 9. c. 9. & lib. 5. cap. 10. de ineffabilitatem tantæ bonitatis, latè quoque prosecutus eadem ennea. 6. lib. 6. cap. vlt. & lib. 7. cap. 15. & hic describendo, nisi prolixitas vetaret, an ex c. 11. eiusdẽ libri. quæ Plotini loca, mirificè suspicit Aug. 10. Ciuit. c. 2. & 16. absurdũ autẽ esset guttæ bonitatis susperitæ creaturã, cũ illo bonitatis pelago, cõtentionem facere, dubitando vtrũ illud, an illa, apud voluntatem cui clarissimũ & perspicacissimum iudicium prælucet, potiorem locum teneat. Est ergo solus Deus, suum principale volitum.

Secun

Secundò dici creaturas quoque esse diuinæ voluntatis obiectum, sed secundarium, & in primario illo volitum. Non inquiro quonam creaturæ hunc vel illum diuinæ voluntatis actum terminent, quod postea attingendum est. Tantùm indefinitè statuo, creaturas posse obiici diuinæ voluntati: habent enim & ipsæ bonitatem aliquam, quæ actum Dei prosecutiuum terminare possunt, iuxta illud de rebus creatis piè à quodam iam olim dictum, metrisque collaudatum ab August. 15. Ciuit. c. 22.

Hæc tua sunt, bona sunt, quia tu bonus ista creasti.
Nil nostrum est in eis, nisi quod peccamus, amantes
Ordine neglecto, pro te, quod conditur abs te.

Habent itē creaturæ defectus multos quibus actui Dei auersanti obiiciantur, & vt alia deessent, ipsa non plenitudo bonitatis, omnibus creatis bonis inseparabiliter alligata, vel potius intima, est sufficiens obiectum actus auersatiui.

Sed siue prosequendo siue auersando feratur voluntas Dei in creaturas, semper in Deum vltimò intendit, adeóq; creaturæ non sunt nisi volitum secundarium, quamuis secundùm suum esse formale, & intimā ipsius rationem obiectiuam, terminent diuinū actum, propter rationem formalem volendi extrinsecam. Hoc voluerunt, qui dixerunt creaturas non amari à Deo, nisi vt media, & Deū nihil præter se, amare vt finem. Constat enim quòd media non habent rationē voliti nisi in fine, propter quē sunt volita, quandoquidē in eis vt sic spectatis, nō est alia bonitas apta mouere voluntatem quàm extrinseca bonitas finis qua perfunduntur. Atque ita non amantur nisi vt obiecta secundaria, & subiuncta volito principali, nempe fini. Quo nomine, vt eo loquendi modo, non est intelligēda causa finalis physicè influens, hæc enim nō potest dari intra Deum, qui proinde nō potest se amare vt finem sic acceptum. Intelligendus ergo est finis negatiuus, qui scilicet ita amatur, vt non ametur propter aliud. Quo sensu rectè dici potuit à Ficino lib. 2. de immort. c. 11. & à Scaligero exerc. 361. Deum esse suū finem, creando aliquid, alio tamē modo esse sibi finē, quàm quomodo aliquid est nobis finis. Nempe quod finis diuinus respectu nostri, verè causat & influit in actum nostrum volēdi, trahendo ad se voluntatem, eius gratia operantem. At diuinus volendi actus, debet statui omnino independens, vt explicatum est pleniùs d. 2. q. 2. art. 2.

ARTICVLVS II.

De Actibus diuinæ voluntatis circa vtrumque illud obiectum.

58 ACtus diuinæ voluntatis vnicus haud dubiè est. Quia tamen vt iam sæpe supra apparuit solemne nobis est cùm de Deo agimus, insectilia partiri, & per correspondentiā ad ea quæ in nobis multiplicia sunt, perfectionem diuinam simplicem quasi multiplicem apprehendere; propterea hîc quoque per correspondentiam ad actus voluntatis nostræ, plures in Deo volitiones concipimus. Sunt autē in nobis duæ quasi classes actuū voluntatis. Nempe vna quorundam affectibus nostris sensitiuis correspondentium, ideóque eadem ferè nomina quæ in appetitu inferiore habebant, retinentium: Altera actuum spectantium ad processum operandi deliberatè. Ad primam spectant certi affectus partis con-

concupiscibilis, nempe amor, desiderium, & gaudium; hisque oppositi, odium, fuga, tristitia: tum affectus partis irascibilis, nimirum spes, desperatio, audacia, timor, & ira. Ad posteriorem classem pertinent intentio, electio, & usus actionis seu voluntas exequendi. Percurram primò utrumque hunc ordinem actuum, & qui ex illis Deo competere possint expendam, tum singulatim ex illis quos Deum non dedecere ostendero, quosnam Deus erga seipsum, quosnam erga creaturam habere possit, intelligendo.

ASSERTIO.

Actus omnes voluntatis ad processum deliberatè operandi spectantes, ab imperfectione abstrahunt, proindeque sunt in Deo formaliter. Affectus quoque partis concupiscibilis (dempta tristitia,) omnes in Deum transferri possunt. Ex affectibus partis irascibilis, nullus præter iram, ab adiunctis apud nos imperfectionibus avulsam. Rursus ex his actibus ab imperfectione præcisibilibus, intentio, amor, & gaudium, Deo circa se & alia competunt; cæteri circa solas creaturas.

Primò, generatim ago de actibus nostræ voluntatis in Deum transferibilibus ob abstrahibilitatem ab imperfectione, quales in primis dixi esse omnes actus spectantes ad progressum operandi deliberatè, nempe intentionem, electionem, & usum actiuum.

Intentio, electio, & usus actionis, competunt Deo.

Hoc videtur per se evidens. Deus enim perfectissimè operatur propter finem, producens omnia propter seipsum & bonitatem suam finaliter res creatas. Ex illa autem intentione deducit & assumit media sibi illi proportionata. Unde constat Deum intendere, eligere, & uti; nec de hoc fuit unquam dubitatio: quod enim Damascenus negat Deo competere electionem, aliò spectat, ut rectè adnotavit Vasquez 1. p. d. 41. nam nempe tantum voluit Damascenus negare Deum deliberatione & discursu uti, ut secundum primam nominis impositionem fert vox *electio*. Quod intentionem verò addendum ultimo est ex intentione Dei & eius ordinato decreto circa aliquid ad nos pertinens, nihil officere libertati nostræ, ut pleniùs dicetur cum de libertate. Nomina verò Parcarum, Fati, Erynnium & huiusmodi alia necessitatem nobis adductam sonantia quæ non aliud designant quàm Deum seu divinæ voluntatis antecedentis actum, censet Plato, scilicet laudatus ab autore libri de mundo ad Alexandrum *in ipso fine*, hæc inquam, si rectè rem æstimamus, nihil aliud sunt (ut dixit Max. Tyrius dissert. 4. n. 21.) quàm humanæ improbitatis speciosus prætextus, quæ culpam suam in Deum, in Parcas, in Erynnias conferre solet. Sed de hac tota re pleniùs alibi.

Qui actus affectibus nostris respondentes, Deo competant.

59 IAm verò de actibus ad alteram classem spectantibus inter eos qui correspondent nostris affectibus partis concupiscibilis, removeo à Deo solam tristitiam. Cæteri enim omnes actus imperfectione vacant, ut constabit attendenti ad rationem eorum formalem. Et quod circa desiderium aliqui hæreant, sine causa fit, si absit impur

improprius vocis vsus; Interdũ enim vox illa ad eum ipsi desideranti ea carenti bonum accommodatur, iuxta illud apud Platonem in Cõuiuio quod amor (late scilicet dictus, seu desiderium) quia de Poro diuitiarum patre & Penia seu paupertatis matre natus est, pauper est semper & matris conditionem referens, tametsi vt patrem quoque exprimat, non nisi in illustria & splendida fertur. Quo sensu D. Thom. variis locis apud Capr. in 1. d. 45. q. vnica, concl. 5. negat Deo desiderium, interdum quoque ad ea tantum aptatur quæ à potentiore expetuntur: Inde enim illa (atque scilicet auita ac recepta,) desiderij apud aliquos notatio, quòd ea desideria è sideribus expetantur. Quo etiam modo liquet Deum qui potentiorem se neminem agnoscit, nihil posse desiderare. Sed attenta legitima notione desiderij, quæ est affectus boni quo caret is cui tale bonum optatur, concedendus est Deo affectus desiderij erga creaturas.

Tristitia verò manifestè importat defectum, est enim dolor de malo quod quis sibi coniunctum, nolens percipit, vel apprehendit tanquam suum, vt cùm quis de incommodo amici tristatur. At Deus nullum incommodum pati potest, vel apprehẽdere tanquam suum. Quod si tristitia in Deum non cadit, remouenda quoque ab eo est pœnitentia, quia hæc nihil aliud est quàm tristitia quædam. Prout autem est retractatio sententiæ, siue vt cum Tertull. loquar 2. contra Marcio. c. 24. *de mutatio animi & contrarijs sententia prioris*, non esse in Deo admittendam pœnitentiam dictũ est cùm de immutabilitate. Interdum tamen Scriptura nostris se locutionibus accommodans et pulcherrimè prosequitur Augustin. 2. ad Simpl. quæst. 2. ponit in Deo pœnitentiam, nempe Metaphoricam. *Sermo diuinus* (inquit Saluianus 1. de Prouid. *circa medium*) *quasi humanis affectu mitigatum loquens, sub nomine pœnitentiæ Dei, vim demonstrauit irati. Ira est autem diuinitatis, pœna peccantis.*

60. Supersunt actus partis irascibilis quos propter manifestè inuectam ab eis imperfectionem, remoui omnes à Deo præter iram. Spes enim vel arduitatem obiecti vel potentioris suppetias connotat, vt hanc propterea Theodoretus 10. contra Græcos *circa medium* rideat Apollinẽ qui cùm Deus haberi vellet, dixisset tamen sperare se Lycurgi apotheosin: Neque verò qui negant ad quemuis actum spei exigi arduitatem, (vt verè non exigitur, de quo alibi est disputandum) coguntur proptereà asserere spei actum cadere in Deum, vt malè intulit Lorca 22. sect. 2. d. 7. num. 1. Deus enim nihil sperat ab alio vt potentiore & auxiliatore, quod esse de ratione spei satis disertè tradit D. Th. 22. q. 17. a. 5. ad 3. asseruntque etiã illi alij quos Lorca eo loco exagitat, ac nominatim Vasquez 1. par. d. 84. n. 1. quod Lorca nõ aliter refellere potuit quàm ea verborum acerbitate cui nõ absurdè reposuerit quis illud Origenis *in ipso fine* primi contra Celsum; *Maledicta conuiciaq; iaculari, non est disputatoris, sed plebeium & indignum Philosopho vitiũ, & furoris indicium, cũ deberet vero propositum examinare candidè, & quantum fieri potest nihil alienum ab ea dicere.* Timor connotat imminens malum, & mali capacitatem. Audacia periculum ingens. Desperatio oppressam mali grauitate voluntatem.

De ira est vetus risa, videtur enim tã altè immersa defectui vt nõ possit

in

in Deum cadere, propterea igitur eam à Deo remouerunt multi Philosophi, vt Seneca l. 2. de ira c. 27. cuius verba afferre placet, quia eo eũ quidem sensum patiuntur quem postea quibusdam aliis Deo iram denegantibus, inventum fuisse dicemus. *Quædam sunt* (inquit) *quæ nocere non possunt, nullamque vim nisi beneficam & salutarem habent, vt Dij immortales qui nec volunt obesse nec possunt, natura autem illis mitis & placida est tam longè remota ab aliena iniuria, quàm à sua. Dementes itaque & ignari veritatis, illis imputant sæuitiam maris, immodicos imbres, pertinaciam hyemis cùm interim nihil horum quæ nobis nocent, prosuntq́; ad nos propriè dirigatur. Non enim mundo causa non sumus, hyemem æstatemq́; referendi. Suas ista leges habent quibus diuina exercentur. Nimis nos suspicimus, si digni nobis videmur, propter quos tanta moueantur. Nihil ergo horum in nostram iniuriam fit.* Hactenus Seneca. & consentire in placito hoc de ira Deo nõ assignandâ, Philosophos omnes, affirmat Lactan. l. de ira Dei c. 2. Quamuis enim Epicuræi sicut iram ita & gratiam siue in nos amorem, à Deo remouerent, eodem Lactantio referente ibidem c. 4. & 8. ac Stoici vt idem addit c. 5. aliiq; nonnulli fauorabili & populari oratione negarent in Deum cadere hanc animi pusillanimitatem, vt ab vllo se læsum putet, qui lædi non potest, eumque beneficum tantum & placidum esse contenderent, atque ita pro gratia & beneficentia diuina contra Epicureos pugnarent: Omnes tamen Philosophi de ira Dei excludenda consenserunt, eòque adeò vt apud eorum plerosque malè excepta sit Scriptura sacra, quòd Dei iram commemoret, vt videre est apud Origenem l. 4. contra Celsum post medium, vbi Celsus Scripturam propterea mordet. Quod etiam eadem ex causa fecit Iulianus Apostata apud S. Cyrill. l. 5. tertiu 2. Iram quoque à Deo remouent multi Patres, vt Isido. Pelusiota l. 2. epist. 344. Basil. hom. in psal. 17. fere initio Chrysost. in psal. 6. initio Cassianus l. de instit. c. 4. Ammonius scholastici, nemine cõtradicente, inquit Salas tract. 6. d. 3. n. 147.

Iram tamen Deo tribuendam esse contendit Lactantius eo usq; vt quod citat & laudat S. Hieron. in c. 4. epist. ad Ephes. qui propterea videri potest in eadem fuisse sententia, sicut etiam Tertull. variis locis quæ collegit Pamelius parado. 18. Item Aug. 2. ad Simplician. q. 2. & nominatim contra Philosophos Clemens Rom. 10. recognit. Delmaß in hoc te Nouat. c. 5. al. Trinit. quod etiã fecit Aug. supra & l. 1. cõtra aduers. c. 20. & q. 10. in Exod. & insimul Cyrillus ad textum allegatã. Si enim ira sumatur prout supponit dolorem ex illata læsione; quo pacto vsurpatur ab Arist. 4. Top. loco 57. Aut prout importat cõmotionem corpoream, & incognitam passionem, rectè à Deo reiicitur ira. Et hoc voluerunt Patres qui iram à Deo remouerunt, præsertim Arnobius l. 1. n. 10. & S. Hilarius in psal. 2. nec enim insanã talem iram in Deo ponunt Iudæi apud Petrum Alphonsum in dialogo Petri & Moisi tital. 1. Si tamen absit vocis inuidia, præcisèque spectetur vindictæ cupiditas, vt Augustinus loquitur q. illa 2. rectè in Deo admittitur ira. Nullam enim imperfectionem inuoluit voluntas illa vindictæ, vt per se patere videtur. Sicut etiam misericordia, quod est exemplum Augustini locis allegatis, quamuis in nobis habeat adiunctam tristitiam & miserum cor, vt notatio ipsa vocis exhibetur, quia tamen est ab his adiunctis passione & imperfectione præcisibilis, rectè tribuitur Deo sic præcisa.

præcisa, seu præcisè vt est voluntas sublevandi alienam miseriam. Idem ergo de ira assero cũ Bellarmino tract. 2. de terminis c. 160. Et hoc sensu intelligẽdi sunt illi Patres qui Deo irã concedunt, cum quibus plano sentire videtur Origenes suprà. Quamuis enim latè disputet iram Dei figuratè dici, tamen iram sumpsit proprie illo modo, vt indicant hæc eius verba eodem loco. *Ergo cum iram Dei nominamus non affectum eius dicimus, sed quidam seuerioris disciplinæ castigans homines tot tantisque peccatis obnoxios.* Affectum nominat actum voluntatis possibiliter Deo competentem, vt loquitur quidam apud Claudianum Mamertum l. 1. de statu animæ cap. 1. annotans hoc modo tantum denegari à Philosophis affectum Deo. Quod de quibusdam Philosophis libenter concesserim, non tamen de omnibus vt visum est de Epicuræis: facilè tamen admiserim ita esse intelligendos Patres, cum Deo affectus nostris proportionales vniuersè denegant, vt Iustinũ q. 34. & 51. orthod. Lactan. l. 1. c. 16. Tertull. 2. in Marcion. c. 16. & alios apud Pagninum in Isagoge ad sacras literas c. 38. 49. 55. & 56. diuinos affectus vanè interpretantes, ac proindè non censentes esse proprios.

Quinam ex prædictis actibus versentur circa Deum.

61. Secundo attigi quinã ex prædictis voluntatis actibus ab imperfectione præcisis, idèoque Deo assignabilibus versentur circa ipsum Deum. Quamuis enim omnes diuinæ voluntatis actus habeant Deum pro obiecto formali, tamen non omnes versantur circa Deum tanquam materiale obiectum & terminatiuum, sed aliqui tantùm ex prædictis actibus, nempe ex ordine actuum in progressu deliberatè operandi interuenientium, sola intentio. Electio enim & vsus actiuus, cadunt in media, inter quæ Deus non potest numerari. Ex ordine autem actuum correspondentium passionibus appetitus sensitiui, nullum esse qui circa Deum ipsum versetur, nempe amore & gaudio, inductione erit manifestum. Et de intentione quidem res est perspicua, spectantque ad hunc locum quæ dicta sunt disp. 2. q. 2. art. 1. de Deo se vbique intendente & omnia propter semetipsum faciente, quod non latuisse Philosophos ibidem notatum est, & expressè tradit S. Bernardus serm. 3. in die Pentecostes, malè refragante Lactantio in Epitome institut. c. 10. fere initio. Itaque actum diuinæ intentionis, versari circa ipsum Deum, perspicuum est. Quare de aliis tantùm duobus actibus in hoc puncto pauca dicam.

Amor Dei erga seipsum.

Et quidem amorem illum, intensissimum & plenissimum esse necesse est, cui omnia quæ excogitari possunt incitamenta & fomites, sine vllo defectu adsunt: Nempe summum bonum, & clarissima ac comprehensiua eius propositio, vt finè hic valeat illud Plotini Ennea. 6. l. 7. c. 32. *Est illa desiderabilis, cuius neque figuram, neque formam aliquam vllam potes sumere, per desiderandum est & amanda, immensusque illius est amor. Neque enim hic finitus est amor, quando neque amatum quidem ipsum est finitum, sed amor huius est infinitus.* Hæc ille, quæ clarissima erunt si addas notitiam quamque Deus de suo illo bono infinito habet, esse infinitam. Voluntas enim est appetitus boni, & eo ardentiùs bonum prosequitur, quo & ipsum in se

emendus est, & clarius ab intellectu producente proponitur eius appetibilitas, vt notauit August. lib. de spiritu & litera c. 36. Vt autem ea diuini boni infinitas perspectius habeatur, recolenda sunt quæ de ea suo loco fusè sunt tradita. Nunc satis erit breuem eorum summam proponere, qua Eucherius Valerianum suum, ad huius tanti boni amorem incendere conatur in parænesi. *Est* (inquit) *plenè in Deo amor summæ voluptatis: est enim solum quod amari effusissimè possit, sed & quod maximè debeat iucundum, præclarum, tutum, æternum, bonum. Deus inquā noster, cui possis tam magno, quā par est, flagrare; si in bonum ærumnarum cupiditatum pretiosa rursum desideria succendunt; si te in aliquo rapiebat tam magnifica rei dignitas, nihil illa magnificentius; si te aliquid velut aptum gloriæ accommodatumque rapiebat, nihil illa gloriosius; si ad splendida fulgentium rerum ducebaris vasa, illo nihil clarius; si ad speciosa trahebaris visu, illo nihil pulchrius; si in aliquo amplecti parabas veritatem, illo nihil verius; miraris quod purum est atque simplex? nihil illa bonitate sincerius; felicitatis affluentium rerum copia? nihil illa abundantia copiosius. Diligis aliquid cuiquam fidum? nihil huius firmius est fide. amas aliquid vt commodum? nihil commodius est huius ipsius amore. est aliquid quod te vel suauitatis vel iucunditatis specie trahat? tota est magnitudine illa, dignatione illa, quicquam aut terribilius, aut blandius. Reperitur in aduersis benignitas, in prosperis suauitas? vnicum est ex illo, aut in lætis gaudium, aut in mœstis solamen. Itaque ratione plenissimum est, vt illum in quo habes omnia, amare præ omnibus: diuitiæ & quæcumque illa sunt quæ te nunc amantibus suis obtinent, non solum intra ipsum, sed etiam ab ipso habentur. Quicquid enim amas, summum est, nequaquam, summum est. Est enim tantus ille, vt qui non amant eum, neque quicquam, sed tamen nõ nisi eius quicquam amare possint. Et quid de illa tam magna multitudine dulcedinis suæ dicimus? aut quid de tanta, & tam ineffabili boni suauitate, similia ac profunda charitatis eius thesauro clausam sentiat? aut quando in quicquam de illo quisquam valebit, pro ipsius tanto cuiusque dignitate? Amare ergo tamquam non voluntarium tantum, sed etiam necessarium esse docemus.* Ita ille, conatus vt potuit diuinorum bonorum immensitatem exponere. Tametsi quā intellectus non penetrauit, eā nec calamus nec lingua persequi, & tamen illa paucula quæ de Dei bonitate expresserat, sufficientissima putauit ad excitandum tantæ bonitatis amorem.

62. Non est ergo dubium quin ex perfectissima comprehensione sui metipsius, quippe boni omnibus numeris expleti, & plenissimè à se perspecti, existat in Deo amor perfectissimus, & vt loquitur Gul. Parisien. 2.2. de vniuerso c. 20. & c. 29. continuus & feruens super omnem admirationem & cogitationem immensus & intensus. Quod potest cum eodem Gulielmo declarari duplici ex capite. Nempe primò, ex amore quo Deus bonos viros & creaturas suas prosequitur, de quo amore paulò post. Sicut ergo non est comparatio bonitatis creatæ ad bonitatem increatam: ita nec amoris quo Deus bonitatem illam suam prosequitur, ad amorem quo prosequitur suas creaturas. Et tamen hic ipse amor tantus est, vt in admirationem rapiat cùm expenditur. Augebit autē rationis huius vim, quòd Deus vt Philo eleganter tradit l. *quod Deus immutabilis* ad illud, *indignatus est quod fecisset eos*, potentia sua erga seipsum meris vtitur, tem-

peratis

petentia autem erga suas creaturas, quæ potentiam illarum metarum ac non distantem vim capere non possent, vt proinde oportuerit eum & in beneficiis & in pœnis non totam suam vim exercere; sed quemadmodum Solis radios longinquitate & aëris frigidi occursu temperauit, vt amico cum interna oculi luce congressu, & quasi consalutatione, visus aptè fieret, quia alioqui visus ad solarem flammam merum & purum, hebesceret, vel extingueretur: ita potentias suas circa se solum metas & non temperatas exerens, aliis exitiose dilatat.

Alterum caput esse potest, amor quem bonitates creatæ ingenerant in voluntatibus creatis. Bona siquidem creata, tametsi sensibilia & valde modica, plerumque eas amoris flammis incendunt, vt interdum quod iusto opusculo executus est Plutarchus, suspiciendi omnino eorum sequantur. S. quoque Chrysostomus hom. 10. in 2. ad Thessal. ait se esse planè attonitum contemplando ad quid auri & argenti aliorumque terræ mineralium amor, homines adigat, vsque adeò vt incantationem & præstigium in ea re interuenire suspicetur, tam aspera & grauia sunt quæ ex illo amore multi subeunt, & suscipiunt, vt idem Chrysostomus variis locis & eiusdem studiosissimus Isido. Pelus. l. 2. epist. 146. eloquentissimè exaggerat. Itaque bona sensibilia quantumuis modica apta sunt voluntatem calefacere, vt Gul. c. 129. citato tradit, calefactionem appellans amoris excitationem, quia sicut intellectio est spiritualis quædam lux, ita amor est spiritualis quidam calor, iuxta eundem in Rhetorica diuina c. 45. Cùm autem creaturæ omnes non sint nisi permodicæ participationes bonitatis diuinæ; modules enim bonitatis earum, est interna perfectio, quam constat non esse nisi valde diminutam diuinæ perfectionis participationem,) euidentissimum esse videtur, quàm immensa sit primitiua illa vis voluntatem calefaciendi & incendendi, ex qua omnia creata, illam vim suam calefactiuam participant. Et quidem quanta eius vis fuerit in incendendis ad ardua & insignia opera hominibus, firmandisque in superandis difficultatibus, ac etiam morte acerbissima non modò sustinenda patienter, sed etiam animosè expetenda, de quo luculenter philosophatur Theodoretus in oratione de charitate, quæ habetur in fine religiosæ historiæ. Hoc si prauis amor bonæ vitæ, quo diuina bonitas tenuiter apprehensa, incendit quos corripuit, tametsi vt ait Richard. l. de sacrif. Abrahæ & Mariæ, pro amore bonitatem diuinam clarè contuentium, non sit nisi caminus fumans, & vt idem c. 10. in Cant. addit, vix sit caminus & ignis; propterea enim Isaias eodem interprete dixit ignem Domini esse in Sion & caminum eius Hierusalem: difficile profectò erit æstimare, quæ incendia, eadem diuina bonitas clarè visa in voluntatibus Deum clarè contuentium exciret, & quàm meritò beatæ mentes vt Gulielmus eodem cap. 129. expendit, in Cœlo Empyreo, id est iuxta vocis notationem, in cœlo igneo, tanquam in fornace Dei bene esse dicantur. At sicut nulla est proportio notitiæ qua beati Deum vident, ad eam qua Deus semetipsum comprehendit, ita subsequentis comprehensionem illam amoris, nulla proportio est, ad amorem creatæ notitiæ quantumuis claræ & intuitiuæ subordinatum; sed omnino necesse est amores illos se habere ad inuicem, tanquam æstus & incendia ad modicam scintillam.

Gaudium Dei de seipso.

61. Ex dictis circa amorem Dei erga seipsum, facile est dicendum gaudium amori illi commensum eiusque sobolem coniectare. Suppono enim esse in Deo gaudiū de seipso. *Id enim proprii ipsi est* (inquit Plotinus Enn. 6. l. 8. c. 13.) *quod ipsemet & valuit semper & vult, ad quod enim aliud potius traheretur?* Additque nisi Deus sibi in seipso placeat, nihil vsquā fore quod sibi ipsi placere seu de se gaudere valeat, cùm cætera omnia sint nisi participationes & imagines primi illius boni, quæ sibi placere nequaquam poterunt, nisi boni & prototypum sibi ipsi placeat. Quod si Plato Epist. 3. negat gaudium in diuinitatem cadere & alicubi non approbat illam Dyonisij salutationem ad Deum directam, *Gaude & iucundam vitam serua* Tyranne; sensus esse debet, non cadere in Deum gaudia accidentaria & cuiusmodi sunt quibus nos afficimus, nempe cum effusione animi & immoderatione: quo pacto gaudium à lætitia & delectatione secernens Dio Chrysost. orat. 36. in fine, hanc quidem Deo cōcedit, illud verò Deo denegat. Et ita etiam distinxit in hac re D. Thom. 1. contra gent. c. 90. Gaudio ergo tāquam amoris appendice & germine supposito, ex amore inuestigādum est gaudium. Sanè gaudij excellētia ex boni adepti magnitudine, & potitus bonum illud apprehendentis & amantis perfectione, pendi debet. Quantum autem sit bonum Deo internum, & quanta in Deo eius notitia, & perfectus amor, hactenus consideratum est. Restat ergo vt gaudium & suauitas qua Deus in seipso de seipso perfunditur, sit inexplicabile.

Tentauit tamen Arist. 12. Metaph. tex. 39. id vtcumque exponere, hoc fere modo. Delectatio siue gaudium est actus consequens connaturalem operationem cognoscentis & amantis, vt ibi attingit, & plenius prosequitur in ethic. c. 4. & 8. propterea enim vigilia delectat quia in ea vigent operationes cognoscendi & amandi. Et spes ac recordatio ex [illegible] vel in mentem reducta actione circa bonum, voluptate mentem perfundunt. Imo somnus tametsi cessatio quædam est, ideirco tamen vt iucundum apprehenditur, quia nos aptiores facit ad vigiliam & operationes renouandas. Cùm ergo gaudium cōsequatur operationem sensus & intellectus, & intellectualis operatio tanto excedat sensitiuam, quanto bonum intelligibile & vniuersale ac immutabile, excedit bonum sensibile particulare, & mutabile; consentaneum etiam est vt delectationes intellectuales sint longè superiores sensibilibus. Quod D. Thom. 1. 2. q. 31. art. 5. ex isto paulò ante fundamento præclarè [illegible]. Consequenter autem additum est primum quoque & perfectissimam naturā intellectualem, purissimis delectationibus & gaudiis, ex sui, (quippe boni summi,) intellectione & amore, colliquescere. Et quidē multo adhuc plus quàm alij considerantes & intuentes ipsam, cum ipsa sibi penitior & intimior sit. Et tamen nos Deum contemplādo tātis delectationibus perfundimur, vt Arist. 10. Ethic. c. 6. & 7. alias voluptates, præ ista, vmbras voluptatū potius cēseat. Estque ea Dei clarè cōspecti ab æterno intellectu suauitas tanta, iuxta Plotinum locis att. superiore allegatis, & iuxta alios Platonicos quos Marsil. Ficinus 18. de Immortalit. c. 8. imitatur, vt nihil sit quod cum ea delectatione conferre possimus. Sed quod de Platone dixit Lactant. 5. instit. c. 15. *[illegible] Deū*

rum

non cogitantur, vt antiquis Platonicis diuina tractantibus dicere etiam possumus. Quare placet vti accommodato ad hanc rem Augustini loco enarrat. 2. in Psal. 26. *Contemplabimur*, (inquit) *& magna delectatione perfruemur. Ecce dixi hoc, & exclamas in desiderio cuiusdam speciei nondum visæ. Excedat cor vestrū omnia visa, & excedat intentio vniuersas cogitationes vestras, solitas, ex carne adductas à sensibus carnis, & imaginatas nescio quæ phantasmata. Totum ab animo reiicite, quidquid occurrerit negate. Cognoscite infirmitatem cordis vestri, & quidquid occurrerit quod cogitare possitis dicite, non est illud; non enim si illud esset, mihi occurrisset. Ita desiderabitis quoddam bonum. Quale bonum? omnis boni bonum, vnde omne bonum, bonum cui non additur quid sit, nisi ipsum bonum: dicitur enim bonus homo, & bonus ager, & bona domus, & bonum animal, & bona arbor, & bonum corpus, & bona anima, adiunxisti, quoties dixisti bonum est. Bonum simplex ipsum bonum quo cuncta sunt bona, ipsum bonum ex quo cuncta sunt bona, ipsa est delectatio Domini, hanc contemplabimur. Iam videte fratres si nos delectant ista bona quæ appellantur bona, si nos delectant bona quæ non sunt per se bona, omne enim mutabile non sunt per se bona, qualis erit contemplatio incommutabilis boni, æterni, semper eodem modo manentis? Quandoquidem ista quæ dicuntur bona nulla ratione nos delectarent nisi essent bona, nec vllo pacto essent bona, nisi ab illo essent, qui simpliciter bonum est.* Hactenus ex Augustino, quæ adducere placuit tum quod ad Aristotelicum discursum in quo versamur illustrandum pertinerent, tum vt cum Guliel. Paris. l. de virtutibus c. 11. deplorarem innumerabilium hominum planè miserandam dementiam, qui gustum veram curis concluserint (hæc enim sunt, vt expendit ibi Guliel. hic inquam sunt creatæ suauitates præ diuinæ suauitatis abysso, & redundantissima plenitudine,) & stillam quandam creaturis inspersam, nihilo stabiliorem quam stillicidium fluentis, inquit Chrysost. in psal. 4. studiosissimè lambunt; carentes autem voluptatis, quibus inebriandi sunt, quiue ille ibidem appellat, *diuinæ suauitatis aspersiones permadicas, & odores perennes ac quasi vestigia in vltimitate paruitatis constituta*, dedignati fuerint lingere, nihili faciunt, & pro tantulo gaudio perdunt.

Si igitur tanta est voluntatis creatæ ad claram Dei intuitionem delectatio, quæ tandem Dei seipsum clarè contuentis, imò comprehendentis & suauissimè stringētis, voluptas erit? præsertim cùm id in Deo perpetuum & nullis obturbatum incommodis concipiendum sit, nec oporteat ad fastidium vitandum, vt nobis euenit ob boni de quo gaudemus finitatem, obiecta identidem mutare, sed adsit ei vna & simplex voluptas, vt Aristoteles 7. Ethic. in fine scripsit, & pulchrè ibidem exponit Aspasius. Concludit ergo Aristoteles in textu illo 39. discursum illum suum de Dei seipsum intelligentis & amantis gaudio his verbis: *Si igitur ita bene se habet Deus semper, vt nos aliquando*, (tunc cùm Deum sedata mente & affectibus vacui speculamur,) *admirabile est. Quod si magis, adhuc mirabilius. At ita se habet.* Hactenus Aristoteles en locum quem Flaminius in Paraphrasi elegantissimè expressit, & imitatus quoque feliciter est Auicenna, & hunc citans Iauellus 12. Metaph. q. 18. latéque etiam Algazel lib. 2. philosophiæ tract. 3. Sententia 12. Præclarè item Philo l. de Cherubim, ad illud *prisci hominum*, ait *hoc esse diuinum sanè*

[illegible] Philosophia [illegible], vt [illegible] solum Deum verè [illegible], [illegible] gaudio [illegible], [illegible] fruitur, ab omni bello [illegible]. [illegible] expers nihil [illegible] habens [illegible], non de[illegible] [illegible] ipse [illegible] est [illegible] [illegible], [illegible] per quem sit [illegible]. Hæc & alia elegantissimè vir ille, Augustino in[illegible] [illegible] 22. contra Faustum cap. 30. liberalibus eruditissimus.

Quinam ex supra assignatis Dei actibus versentur circa creaturas.

64 Tertio, ex [illegible] illisdem actibus Deo assignabilibus qui terminantur ad nos, quales [illegible] supra attigi tale, [illegible] & vitum, quandoquidē Deo possint competere & non circa ipsum Deū. [illegible] verò, & amor, ac gaudium, quāuis vt visum est terminentur ad Deū, tamen ad nos quoq; terminari possunt. Intēdit enim Deus nobis aliqua bona, quorum nos fines sumus. Et quamuis formalissima & prima volendi ratio, sit Deus, vt tractatū est d. 1. q. 2. a. 1. proximus tamē finis [illegible], potest esse creatura. Circa amorem, siue vt ipsi vocabant, gratiam, [illegible] Epicurei apud Lactantium lib. de Ira Dei, c. 4. Sed est [illegible] (vt loquitur Saluia. 4. de Prouidentia [illegible]) irrationabilissima & fatuosa opinio. Vt enim ille argumentatur, *[illegible], Deum qui omnibus animantibus affectū proprij [illegible] & sibi [illegible], si [illegible] [illegible], [illegible] amore primasse, [illegible] [illegible] cui verum [illegible] amor, [illegible] amore [illegible]? Ipse est enim [illegible] & [illegible], & quia in ipso [illegible] & [illegible], ab ipse [illegible] affectū [illegible] quo pignora nostra amamus, [illegible]. [illegible], [illegible] & [illegible] humanum genus pignus est creatura sua, & ideo ex hoc quoq; affectu quo amatoris sunt pignora nostra, intelligere [illegible], quantum ipse amare pignora sua [illegible].* Quæ idem [illegible] Gennadio *Episcoporum Magister* eloquentissimè prosequitur. Eum tamen hic nō sequor, [illegible] in diuinis, vt Apostolus Ephes. 2. appellat *[illegible] qua dilexit nos Deus, [illegible] [illegible] suam*, quia eò [illegible] pertingit naturæ lumen. Expendit illum amorē [illegible] Toletus in c. 3. Ioan. annot. 14. & alij passim. Licebit sanè [illegible] illud [illegible] innumera alia diuini in [illegible] hoc suum amoris argumenta consideranti, exclamare cum Bernard. serm. 64. in Cant. *Quid amore [illegible] de Deo amor.* Et cum Lactant. 1. Instit. c. 11. (aliā [illegible] mente & occasione) [illegible] figmentū Ethnici Poetæ, triumphantem amorem, & pompā in qua Iupiter cū cæteris dijs ante currum triumphantis [illegible] ducerentur, [illegible]; eóq; dulcior & maior tamen Dei dignatio apparebit, quo attentiùs quantus præ nobis sit Deus, [illegible], vt ad huius amoris quantitatē dignoscendam bene expendit Cassiod. lib. de Amicitia cap. *qualiter cognoscenda sit Dei charitas*.

Reuertor ad argumentum ex Saluiano propositū, quod placet ex Proclo confirmare in Alcibiad. 1. Platonis. *[illegible] Deum [illegible] amor? Quemadmodū [illegible], [illegible] amare [illegible], [illegible]; [illegible] quoniam amor [illegible] [illegible] est & [illegible], perficitq; & [illegible] amantur. [illegible] & [illegible], & [illegible], [illegible] ad res [illegible] [illegible]. Dic [illegible], [illegible] diuinā [illegible] amatoriā*

inter eiusmodi priuilegium obtigisset, nisi prius diis ipsis inesset? Quicquid enim boni & salutare comperit animalibus, causam à diis destinatam habet. Quamobrem & virtutum omnium, corporaliumque bonorum velut sanitatis, roboris, iustitiæ, temperantiæ, exemplaria, Plato probat penes Deum. Quanto itaque magis amatorij muneris causam principalem apud Deum esse fatebimur, quippe cum amatorium hic affectum (vt Socrates in Phædro ait) diuino quodam munere sit tributus? Epicureorum argumentum non minus irrationabile est quàm sententia, ex eo enim quod Deus si quos amaret, maximè amaret bonos, hos autem amare non videtur cùm tam multis incommodis sæpe sint obnoxij, inferebant, nullum esse in Deo amorem. Sed malè ac impiè. Est enim bonus Deo charissimus, vt dixit Aristoteles 10. Ethic. c. 9. *in fine*, idemque voluisse censetur Plato in Lyside *sub fine* cùm dixit *pulchrum esse amicum*, quod de Deo intelligit, cùm subdat, cæterorum amicitias nihil esse nisi amoris à primo illo, vt vocat, amico profectas, simulachra. Est enim amicus amico amicus, vt ibidem asseritur. Amat igitur Deus bonos à quibus amatur necesse est; de quo etiam luculenter idem Plato ad (?) de Republ. *circa medium*. Eiusque amoris indicium esse, incommoda quæ opponebantur, latissimè disputat Seneca lib. de Prouidentia.

65 Sic constitutum Dei in creaturas amorem, confirmare licet ex ipsa amoris definitione. Amare enim vt Aristoteles rectè definiuit, est, velle bonum. Deus autem & nobis & creaturis omnibus quandoque existentibus, vult illud ipsum bonum, quod sumus vel erimus. In quem sensum pulchrè Caietanus Tractatulo 11. q. 4. interpretatur illud Apoc. 4. *Omnia creasti, & per tuam voluntatem erant* (nempe prædicenda, quia abs te amata) & *creata sunt* (nempe suo tempore vi illius primi amoris.) Ergo Deus amat nos & creaturas omnes quandoque existentes. Et quidem nos, & intellectuales omnes creaturas, amat amore amicitiæ: Vult enim bonum earum prout bonum earum est, nullo sibi inde accedente emolumento. *Non enim Deus amat nos, eo duntaxat modo quo audimus gulosos dicere amo turdos.* (Verba sunt August. tract. 8. in epist. Ioannis,) nempe vt in commodum suum eos transferant. Nec refert quod Deus alienum hoc bonum, extrinsecè ordinet ad se tanquam ad finem vltimum: vt ostensum est dist. 1. n. 25. & pulchrè ex Aristotele expressit Martianus Capella lib. 7. cap. de Monade, verbis illis: *Aristoteles ex eo quod vnum solum ipsa* (Monas scil. Deus, vt paulò ante dixerat) *se se quæri semper velit, Cupidinem asserit nominatam, quod se cupiat. Siquidem vltra nihil habeat, & expers totius esse alterius, aut copulæ, in se proprios detorquet ardores.* Hoc inquam nihil refert: Duæ enim illæ habitudines, nempe volendi bonum naturæ intellectuali propter ipsam tanquam subiectum cui soli id sit vtile, nullo inde quæsito proprio emolumento, & volendi idem bonum modo explicato propter Deum vt vltimum finem, rectè inter se cohærent. Immò sine posteriore hoc respectu & ordine ad vltimum finem, prior respectus non potest constituere amorem amicitiæ qui in honestate fundandus est. Cæteras creaturas quandoque existentes, amat Deus amore concupiscentiæ, cùm tandem eas amet ratione vtilitatis & commodi ex earum vsu percepibilis à nobis, quibus creaturæ concupiscit.

Semper porrò addidi Deum creaturas tantùm quandoque existentes amare. Quia non placent qui contendunt creaturas,

creaturas tantū possibiles amari à Deo amore simplicis cōplacentiæ, eò quòd entia possibilia, entia sint, ac proinde bona, & amabilia. Cui argumento pariter feliciter occurrunt aliqui recentiores post Almainū in 3. d. 32. [illegible] opponentes, amare esse velle bonū; Deū autem nullum bonū velle creaturis merè possibilibus, ergo eas nō amare. Hanc instantiam dico nō valere, quia si in proposito vrgeret, æquè probaret, nec ne inefficaciter quidem posse eas possibilē amari, absq; ordine ad existentiam actualē. Quod cùm falsū sit, vt experientia testatur, facilè dicerent aduersarij, Deū rebus merè possibilibus velle suum qualecumq; bonū, sed per simplicem duntaxat complacentiā, & inefficaciter. Præstat ergo argumentū ducere ex defectu amabilitatis sufficiētis in huiusmodi obiectis, seu ex carentia amabilitatis proportionatæ actui quo amari à Deo deberent, si reuerà ab eo amarentur. Non enim quodcumq; bonum est cuilibet amabile, sed vt rectè pronuntiat Aristoteles 8. Ethic. c. 2. *amabile bonum, vnicuiq; autem proprium.* Quod non alia de causa valet, quàm quia bonū amandum debet esse præditū diligibilitate fundamentali, proportionata cū amore eam prosequente. Atqui certū est rem merè possibilē destitui tali amabilitate respectu Dei, si eam amaret. Nam quia res illa est merè possibilis, & nulla, ac ne moralis quidem ex diuino actu profectio in eam terminato, variatio vllibet sequeretur, idcirco actus diuinus in eam tendens, deberet esse necessarius, vt aduersarij etiam fatentur, quia quibusuis diuinis actibus liberis debet correspondere mutatio aliqua in obiectis. Nā si omnia se haberent eodem prorsus modo quo se haberent non interueniente diuino illo actu, quo fundamento diceremus eum actū Dei interuenisse? Vnde etiam habetur eam mutationē nō posse esse meram extrinsecam denominationem à tali actu libero, quia sic nulla mutatio fieret, & ille actus nihil prorsus ac ne moraliter quidem poneret præter seipsum. Cū ergo in hoc casu nulla ex parte obiecti accidere queat variatio, actus diuinus deberet esse necessarius. Constat autē in huiusmodi obiecto nō esse amabilitatem, proportionatā diuino amori necessario, amor enim, vt constitutus seclusa imperfectione multiplicitatis, qui in Deū & substantias merè intellectuales nō cadit, respicit tantùm bonum summum & [illegible]um, quale constat non esse bonū creaturæ possibilis, ergo tale bonum non est amabile à Deo.

66. Supersunt alij amoris affectus, nempe desiderium & gaudiū, vel oppositi, nempe odiū & ira. De his quia res clara est, breuiter dico, posse Deū creaturis desiderare bonū. Nam sibi nihil potest desiderare, cùm nullo bono careat. De gaudio quoque res est perspicua ex dictis suprà de amore, cuius gaudium est veluti gemma & soboles, & ita Philosophi Græci vt refert S. Cyrill. l. 2. in Iulia. ad c. 6. Odium impiorū concessit Deo Celsus apud Origenē in fine libri primi, quod tamen ait pulsāte Scriptura miror reprehendi ab Origene, nisi si tantū voluit Deū impios non ita odisse, quin alijs titulis eos amet, nempe vt opificia sua. Videtur tamen Origenes absolutè à Deo remouere odiū impiorū, & quod de eo in Scriptura legitur, ad impulsus sensus trāsferre, astipulante Viue. l. 3. de veritate fidei, c. 15. quòd fictio & trīcæ erāt cui Stoici apud Senecā in eclogis ethicis cap. 5. argumentantur ex vitæ dissimilitudine quæ malos inter ac Deum intercedit. Potest item Deus dici odisse res merè possibi-

possibiles, nam eas positiuo actu non vult, vt autem dicit Prosper l. de vocat. gent. cap. 5. *quid est amare nisi velle, aut quid odisse nisi nolle?* Ita denique quomodo circa creaturas tantum competat Deo, est per se euidens.

ARTICVLVS III.

Alia actuum Diuinae voluntatis diuisio, ex modo tendendi in vtrumque illud obiectum.

GEminum illud quod supra exposuimus Diuinae voluntatis obiectum, circa quod ipsa variis actibus proximè tractatis versatur, pro diuersa amabilitate quam habet, diuersimodè quoque terminat Diuinam voluntatem, vnde emergit alia eorundem actuum partitio ex modo tendendi ducta, de qua nunc agimus.

ASSERTIO.

Diuina volitio vnica & simplicissima, tum necessaria, tum libera est. Priore modo Deum respicit, posteriore creaturas, de Philosophorum etiam sententia.

67 PRIMO, quomodo Diuina volitio sit necessaria, seu libertate destituta respectu Dei, & quod reuera talis sit, manifestum erit distinguendo duplicem necessitatem in actibus. Altera est quoad eorum specificationem, altera quoad exercitium. Prior necessitas, illa est qua excluditur libertas contrarietatis, seu potestas ad oppositos actus, cuiusmodi censetur esse in nobis necessitas beatitudinis. Omnes enim quidquid velint, beati esse volunt, vt frequentissime dicit B. Augustinus. Et quamuis possint non exercere actum vllum circa beatitudinem, ideoque salua sit in eis libertas quoad exercitium; tamen si velint aliquem actum circa eam exercere, non possunt alium actum exercere, quam talis speciei, vnde necessitantur quoad speciem actus. Posterior verò necessitas, est illa quae excludit libertatem contradictionis, seu exercitij, atque adeò qua posita non est in potestate eius qui necessitatem illam subit, operari, vel operationem suspendere. Et quia necesse est vt actus ad quem exercendum quis adigitur, sit in aliqua certa specie, propterea quisquis necessitatur quoad exercitium alicuius actus, necessitatur etiam quoad speciem eius; tametsi non contra euenit, vt qui necessitatur ad speciem actus, necessitetur ad eiusdem exercitium.

Deus nullo modo est liber erga seipsum.

Itaque si probauero necessitatem quoad exercitium, reperiri in actibus illis Diuinae voluntatis quos circa Deum versari diximus, probatum quoque manebit, actus illos esse necessarios quoad speciem, atque adeò Deum nullo modo esse erga se liberum. Facilè autem probatur Deum se necessariò amare quoad exercitium, quia radix libertatis quoad exercitium est indifferentia obiectiue boni propositi. Quotiescunque enim bonum quod proponitur, vel est ex se modicum, vel non apparet cum ea bonitatis plenitudine quam habet, non est vnde voluntas abripiatur, priuetúrque potestate liberi exercitij innatae sibi facultatis. At cùm bonum est ex se summum, & apparet vt tale, nihil occurrit voluntati propter quod tale obiectum auersari possit. Quia

etiam quia ipsa ex natura sua est pondus ad bonum, non potest frænare & sistere seipsam, quominus trahentis boni efficacitate abducatur. Propterea enim amor beatorum Deum clarè videntium necessarius est, etiam quoad exercitium. Ergo Deus, qui seipsum non modò intuetur, sed etiam comprehendit, necessariò præcipitatur in sui amorem. Possumus hoc vtcunque declarare ex amore bonorum creatorum, & iis quæ circa Deum experimur. Quò enim maiora sunt, eo voluntatem fortiùs pelliciunt; vt si auaro & in congerendas opes intento, offeratur occasio alicuius lucelli, ambiet ille quidem, sed longè ardentiùs id faciet, si plenior ab eo comparandi materiæ copia, sibi affulserit. Quòd si omnes orbis gazas & thesauros Diuina singula sibi conferri videret, impos sui fieret, nec impetum suum frænare posset. Idem de honorum & famæ cupidis dicere possumus, testante experientia plerosque non capientes vbertatem gaudij et gloriæ adeptionem voluntatem ipsorum inundantis, tanquam lampades nimij olei effusione, extinctos defecisse, tantum abest vt voluntatis in ea bona impetum sistere, in potestate sua habuerint. Et tamen quas vocamus diuitias, aurum, & argentum, *terra sunt, et tamen nomen plerisque* simpliciter Tertull. de habitu mul. cap. 5. *quamuis si maledictio non metallorum sed alicui officio, pœnali opere deputatum, metallo terra in igni rubiginosa, atque ex inde de tormentis in ornamenta, de suppliciis in delicias, de ignominiis in honores metalla refuga mutantur.* Omnis item gloria, vt idem ait l. de cultu fœmin. cap. 4. vana est & supponaci. Si ergo tanti vitreum, quanti verum Margaritum? Si (inquam) inania bona, & pro tanto nihilo [illegible], vis tandem boni incremen-tia, quod sapientem & abripiant, quia de bono infinito id intelligitur. Hic multi in Scotum conclamant quod asserit Deum se amare liberè. Sed non nisi de nomine cum eo litigant. In ea enim quidem locutione, Scotus liberum amorem vsurpat pro voluntario, qui fuit vsus vocis illius apud nonnullos, ac nominatim apud S. Bernardum l. de gratia & lib. arbit. Certum autem est, eo sensu amorem quo Deus se diligit esse liberum, quippe profectum a principio intrinseco cognoscente. Sed si vox *liberi* denotaret indifferentiam adiacentem potentiæ circa actum, & plenum eius dominium, vt ordinariè ac propriè denotat, non diceret Scotus, Deum se liberè amare; nec verò dicere posset, vt hactenus conuicimus. Ideoque reiiciendus est Sebundius titulo 59. qui ex Diuina libertate, infert, Deum esse omnibus suis perfectionibus instructum, eò quod Deus debeat esse talis ac tantus, qualem se ipse pro sua plenissima libertate vult esse, hoc est perfectissimum. Sed hæc non esse Deo libera, demonstratum est paulò antè.

Deus est liber erga creaturas.

68 SECUNDO, dixi Diuinam volitionem liberam esse circa creaturas. Contra quorundam opinionem quam S. Maximus apud Cyp[illegible] cent. 4. cap. 1. *fatum* nominat, quòd asserrent Deum non ex sua bonitate & liberè, sed naturaliter ac necessariò operari, vt arbores fructum naturaliter. Eadem multorum ethnicorum sententia fuisse videtur. Propterea enim Deos suos, Parcis subditos, & fato obnoxios fabulabantur, vt fusè describitur lib. [illegible] de Repub. Quod meritò rident Patres, & nominatim Cyrillus l. 4 in Julian. ad text. 1. Lactant. 1 Instit. cap. 11. Euseb. 6. præ-par.

par. cap. 1. & aliis eo libro non semel, ut in fine libri contra Hieroclem, Tatianus oratione contra Graecos n. 12. & 16. & seqq. Theodoretus initio 6. contra Graecos, & lib. 10. *circa medium* Iustinus q. 146. ad orthod. Paulinus pulchrè epistola ad Iouium & alij passim. Nec omittendus Max. Tyrius dissert. 30. num. 173. & Deorum iniser in Ioue reprehensio. Sed quod asserimus certissimum est, & receptum non modò apud Patres, quorum catalogum bene magnum texit Bellar. 3. de gratia & lib. arb. c. 16. Sed etiam apud multos ethnicos, quos posteà dabimus.

69 Nunc argumentor ratione, primùm quidem à posteriori, ex eo ducta quòd iuxta contrariam sententiam, tollatur commercium (ut loquitur Boët. 5. de consol. prosa 3.) inter *Deum & homines commercium sperandi ac deprecandi.* Ita enim à natura instituti & formati sumus, ut cùm primùm subitum aliquod damnum ingruit, ad Deum inuocandum, & opem ab eo poscendam conuertamur. Quod bene prae ter caeteros expendit Nemes. cap. 44. de homine, & ex Ethnicis bene multis, Leonicus in Sadoleto dialogo. Ut sanè pessimè Peripatetici apud Origenem 2. contra Celsum *ante medium*, non quidem omnes, sed aliqui, ex S. Thoma 3. contra gentes cap. 96. negauerint preces ad Deum fusas quicquam prodesse: & peius Cyrenaici Philosophi, apud Clementem 7. Strom. cap. 4. orandum negauerint. Nec pauca, sed planè inania contra naturalem illum orandi impetum, congerit Maximus Tyrius dissertatione illa 30. cui non fauet quod Plato 2. de Republ. & initio 10. de legibus ait contra eos qui spe exorabilitatis Deorum, licentiùs peccabant. Nec quod in Alcibiade 2. insectando peccantium vitia, laudat Lacedemoniorum & publicè & priuatim orandi modum, quo illud tantùm à Deo poscebant, *ut pulchra sibi bonis tribueret.* testatus neminem vnquam eis audiuisse longiore oratione vtentes, & addens praestare non orare, quàm enim in defectibus quibus plerique precationem inquinabant sollicitare Deum: haec enim defectuum illorum impugnatio, malè contra orationem ipsam verteretur. Legitimam autem precationem esse apprimè vtilem, supponit toto illo Dialogo, & saepè alibi, vt necesse non sit cum Iustino in paraenesi, Platonem reprehendere tamquam peccandi licentiam fauentem, Deos ad preces surdos & inexorabiles contra Homerum asserendo. Rectè quoque per precum vsum ad bona omnia à Deo bonorum fonte obtinenda, disserit Hierocles ad versum 48. Pythagorae. Atqui si Deus non esset liber erga nos, frustrà oratione eum compellaremus, quia non posset pro arbitrio dare aut negare quod rogamus, sed necessariò illud duntaxat faceret, ad quod fato adigeretur. Vrget praeclarè hoc argumentum Arnob. lib. 7. num. 11. *Si destinatum (inquit) & fixum est quod obtingere singulis mali debeat, bonive, atque decretum est. Quod si certum est & fixum, vacant omnes Deorum auxilia, vacant odia, vacant benignitates. Tam enim possunt nihil facere, id quod non potest fieri, quàm prohibere, ne fiat id quod necesse est euenire.* Et paulò post, *Cum Dij ordinem vertere, & fatalia impetrare non possint neque, quid est, quod causae est fatigare & obtundere aures velle quorum auxiliis noueris summa in necessitatibus fidere?* Haec ille superuacaneas fore supplicationes colligens, posito fato, & Dei circa res nostras libertate sublata, quod ex professo asserturum fuit, disertè asseruit Seneca 2. natu-

talium quæstionum cap. 35. & 36. verbis illis. *Permitte mihi illam rigidam sectam tueri eorum, qui excipiunt ista, & nihil aliud esse existimant, quam ægræ mentis solatia. Fata aliter ius suum peragunt, nec vlla commouentur prece, non misericordia flectuntur, non gratia. Seruant cursum irreuocabilem, ex destinato fluunt. Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superueniens præcipitat: sic ordinem rerum fati æterna series rotat: cuius hæc prima lex est, stare decreto. Quid enim intelligis fatum? Existimo necessitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat. Hanc si sacrificiis & capite niueæ agnæ exorari iudicas, Diuina non nosti. Sapientis quoque viri sententiam, negatis posse mutari. Quanto magis Dei? cum sapiens quid sit optimum in præsentia sciat, illius Diuinitati, omne præsens sit.* Et mox alia persona suscepta, docet non posse aliter teneri fata, quàm si non dicantur extendi ad omnia futura, alioqui enim fore libertas periret, quod supponit esse absurdum. Et ita etiam admittebant Ægyptij, assertores fati apud Nemes. cap. 36.

Aliud argumentum à posteriori suppeditat Iustinus quæst. 7. Christianis, ex eo ductum, quòd cùm potuisset Deus plures Soles facere (non enim vt ipse rectè argumentatur vnum creare potuisset, nisi potuisset & plures, æquè possibiles ac iste ipse qui creatus est) Cùm ergo potuisset Deus plures illos Soles facere, illos tamen non fecerit, sed vnicum, & hunc ipsum non alium produxerit, quod non est profectum nisi ex libertate volentis hunc potiùs quàm alium quemlibet, & vnicum potiùs quàm plures producere. Hoc argumentum restrictum ad Diuinam indifferentem cooperationem Adamus apud Cameracensem in 4. q. 1. litera M, censuit esse efficacissimum ad conuincendam Diuinam libertatem. Nec immeritò, nam vis causæ in iisdem circunstantiis indifferentis ad hunc vel illum ex variis quos pariformiter potest effectibus producendum, determinanda est interuentu causæ alicuius liberæ, quæ nulla quoad hoc assignari potest præter Deum, vt suo loco alibi expendimus. Præterea idem Iustinus in sua confutatione dogmatum Aristotelis aliud indicium Diuinæ libertatis subministrat, nempe rerum productionem primam, tali potiùs tempore quàm alio quouis posteriori, vel anteriori peractam. Æneas quoque Gazæus in Theophrast. sub medium & Nemes. cap. 38. libri de homine, obseruant, Deum eadem ex causa, interdum aliqua facere præter leges generales. Alias rationes hinc multas congerit Perer. 13. Physiol. cap. 1.

70 Ratio à priori huius veritatis, ducenda est ex intellectualitate. Nam hæc vt alibi pleniùs traditur, accedente indifferentia obiectiua bonorum apprehensibilium quam exhibet, est radix libertatis. Cùm ergo Deus intellectu prædictus sit, & bona creata exhibeantur per Diuinum iudicium vt diminuta & non plena, non potest Diuina voluntas determinari necessariò ad ea amanda, sicut etiam ob bonitatem aliqualem quam sortiuntur non sunt talia, vt necessitent voluntatem ad obsequium sui.

Fatetur circa quædam creata, competere Deo necessitatem aliquam quoad speciem, quoties nimirum Deus ex libertate quoad speciem actus, violaret sapientiæ suæ regulas, & non posset vltimè intendere in bonitatem suam. Sed hæc est potiùs indefectibilitas & summa plenitudo Diuinæ libertatis, quæ vt loquitur S. August. lib. 1.

respons.

responsa. contra Iulian. c.100. *Beata necessitas voluntatis Diuinæ qua Deus immutabilis est non possit* in aliquid prauum & Deo indignum ferri, quam læsio aut defectus veræ & perfectæ libertatis, de cuius ratione vt expendunt S.August. 22. ciuit. cap. vlt. & in Enchir. cap. 104. & S.Ansel. dialog. de lib. arb. c.1. & attigit etiam Plotinus Ennead. 6. l.8. cap.21. luculentèque ac bene declarant Ægid. in 2. d.44. q.1. art.1. ad 1. dubium, & Camerar. lib.1. de lib. arbit. cap.3. §.2. non est posse velle quiduis, etiam iniustum, cum sit vitium liberi arbitrij creati ex se spectati, quòd sit ad malum flexile & defectui obnoxium. Quod idem dicendum est de aliis quibusdam liberi nostri arbitrij vitiis, in Deum non cadentibus. Cuiusmodi est mutabilitas sententiæ, ob potentialitatem nostram quæ dimotionem illam de suscepta semel voluntate admittit. *At Deo* (inquit Seneca initio natural. quæst.) *necesse est eadem semper placere, cui nisi optima placere non possunt. Nec ob hoc minus liber aut potens est, ipse enim est necessitas sua.* Quasi diceret ex illa suscepti semel consilij immobilitate, nihil de libertate Diuina decedere, quod immobilitas illa, non ex merito obiecti creati à Deo voliti, sed ex Diuina perfectione mutabilitatem omnem respuente proficiscatur. Id quod idem auctor optimè exponit 6. de benef. cap. 23. verbis illis. *Non externa cogunt Deos, sed sua illis in legem æterna voluntas est. Statuerunt quæ non mutarent. Itaque non possunt videri facturi aliquid, quamuis nolint: quia quicquid desinere non possunt, perseuerare voluerunt. Nec vnquam primi consilij, Deos pœnitet. Sine dubio stare illis & desciscere in contrarium non licet. Sed non aliter, quia vis sua illos in proposito tenet, nec imbecillitate permanent, sed quia non libet ab optimis aberrare, & sic ire decretum est.* Ad eandem Diuinæ voluntatis rectitudinem pertinet quòd nequeat nisi quæ Deum decent operari aut velle. Vnde non lædi Diuinam libertatem optimè notauit Anselm. l. 2. cur Deus homo cap. 5. his verbis. *Deus nihil facit necessitate, quia nullomodo cogitur aut prohibetur aliquid facere. Et cum dicimus Deum aliquid facere quasi necessitate vitandi inhonestatem, quam vtique non timet, potius intelligendum est quòd facit necessitate seruandæ honestatis; quæ scilicet necessitas non est aliud quàm immutabilitas honestatis eius quam à seipso & non ab alio habet, & idcirco impropriè dicitur necessitas.* Hactenus ille. Eam necessitatem Gul. Paris. tract. de virtutibus cap. 10. vocat necessitatem stabilitatis, neque libertati repugnare. Et idem videtur tradere Seneca 6. de benefic. cap. 21. Nonnulla quæ libertati Diuini actus circa res creatas versantis opponuntur, diluam infra.

Mens Philosophorum circa duo puncta proposita.

71 Tertiò, dixi Philosophos in asserenda hac Diuini actus circa Deum necessitate, circa creaturas autem libertate, consensisse. Et quod attinet ad Deum, quia res est perspicua, sufficiet testimonium Plotini Ennead. 6. l.8. cap. 15. *Idem* (inquit) *Deus & amabile est & amor, scilicet ipsius est amor, vtpote qui non aliter quàm à seipso & in seipso pulcher existit.* Et alia eiusdem ac sæpe eodem libro habet, quibus necessitas Diuini amoris erga Deū versantis, perspicua est. Et quamquam absurdissimè admittit Deum fecisse seipsum & propria voluntate, tamen nō negat eam voluntatem esse necessariam, vt præsertim patet ex fine capitis 10. & 11. & ex cap. 13. & 16. sed tantum contendit Deum casu & contingenter non extitisse, simi-

lem omnino philosophandi modum, deprehendere licet in Græco illo, cuius responsio ad 5. Christiani quæstionem habetur apud Iustinum.

Rationes contra Dei libertatem erga creaturas.

Difficultas ergo superest quoad Diuinam volitionem creaturarum. Nam plerique Philosophi, eam necessariam & libertate destitutam asseruerunt, quod Platoni tribuit Eustratius 1. Ethic. cap. 6. & Cusanus libro de Beryllo cap. 25. eoque argumento idem persuasisse sibi videtur Auctor Theolog. Ægypt. l. 7. cap. 2. quod Deus verè bonus est, bonitatis autem est communicare & diffundere seipsam, ac vt prædictus auctor loquitur *irrigare cuncta*. Si ergo in Deo reperitur necessariò bonitas irrigans, necessitatem quoque videtur dare bonorum creatorum, quod ab illa irrigentur, seu cui illa se communicet, nec aliter potuisse contingere, vt idem auctor paulò ante docuerat; quanquam mitiora in speciem sint verba, quæ paulò post subiicit, nempe non fuisse consentaneum Deum solum existere; tamen quid si decentia illa iuxta auctorem prædictum necessitatem Deo inducit? præsertim cùm Plato, cui ille in primis addictus est, Deum, ipsum decens & ipsummet opportunum appellaret, vt refert Plotinus Ennead. 6. l. 8. cap. 18. quod scilicet omnia quàm decentissimè & opportunissimè velit. Ideoque existimare potuit auctor prædictus, Deum vt à seipso deficere non potest, ita decentiam illam in rerum productione existentem, necessariò posuisse. Accedit argumentum Procli apud Philoponum l. de mundi æternitate: videretur enim Deus inuidus tanquam si nulli se communicare vellet. At Deum inuidum esse, implicat contradictionem. Ergo etiam implicat, quòd non se communicet; necessariò ergo se communicat. Quod quidem argumentum Proclus duxit tantum ad astruendam productionem rerum æternam inuentat: ipsam tamen Dei libertatem simul impetit, quandoquidem ex eo infert Deum aliter res condere quàm ab æterno nequiuisse. Cui etiam argumento succubuit Vdalricus apud Carthus. in 1. d. 45. quæst. 1. censuit enim fore in Deo inuidiam, si nulli penitus creaturæ se communicaret. Nec aliter sensisse videtur Trismeg. c. 14. Pimand. ferè in fine, qui etiam cap. 11. ait nefarium fore suspicari Deum cessare à rerum constructione, sic enim Deus non esset. Accedit denique Diuinæ volitionis æternitas, ac proinde etiam immutabilitas, cui præiudicium ex libertate imminere, iudicasse videtur Aristoteles, cùm idcirco mundum æternum asseruerit, ne Deus de nouo creans mutaretur; quæ consequentia si Dei libertas admittatur, nullius est momenti.

Recta multorum Philosophorum circa hoc sententia.

72 Nihilominus plerosque Philosophos in Dei circa creaturas libertatem consensisse, euincunt partim quæ ex Platone & aliis adducta sunt, cùm de finali rerum causa sermo esset (gratis enim Eustratius in cap. 1. Ethic. cap. 6. Platonem Deum esse finem rerum creatarum concedentem, negasse Deo libertatem asserit:) Partim quæ ex ipsismet ethnicis fatum & inflexam Deo ex fato necessitatem tribuentibus, paulò ante retuli. Adde etiam pro Diuina libertate circa res creatas disputantem Plotinum Ennead. 6. l. 8. cap. præsertim 4. 7. & 8. eam quoque disertissimè

excitabuntur. Iamblicus l. de mysteriis 3. c. 9. Et verisimile est plerosque ex Philosophis libertatem Deo denegantibus, intellexisse libertatem quandam quibusdam nostris defectibus coniunctam, & à susceptio simul consilio vertibilem, vel prævia deliberatione post ancipitem & reali aliqua duratione præviam indeterminationem, se inflectentem ad aliquid quod prius non volebat, vel aliud de novo. Sic enim Commentator libro qui inscribitur destructio destructionum d. 3. ad 1. & 2. & disp. 1. ad 1. ait Deum neque ex necessitate, neque ex electione (nempe ad modum nostrum) operari, sed modo eminentiore ipsi soli noto.

De Aristotele, maxima inter auctores controversia est quid in hac parte senserit: negasse Divinam libertatem asserunt, Rabbi Moyses in directoris dubitantium cap. 20. Adamus apud Camerar. in 4. quæst. 1 directæ M. Scotus 8. Phys. q. 1. Steuc. 3. de fato c. 10. Vives de verit. relig. Christianæ l. 1. c. 10. Suar. 12. Metaphys. q. 10. & 41. Canus 10. de locis c. 5. Piccol. 14. & 72. *philosophiæ ex propr.* Iavellus 12. Metaph. q. 15. Bellarm. 3. de grat. et lib. arb. c. 15. Mol. 1. p. q. 19. art. 6. disp. 1. Arcl. 1. de grat. q. 41. sect. 4. *infra.* Salmeron 3. d. 1. n. 8. Peripateticis illum tribuit Perer. 15. Physiol. cap. 2. lubricam Aristotelis & obscuram in hac re sententiam queritur Suar. d. 30. Metaphys. *sect.* 16. num. 46. & denique Vasq. 1. parte d. 81. cap. 1. ait eum vehementer inclinare in contrarium. Pugnant tamen pro Philosopho, Caietanus q. de infinitate Dei, & Toletus 8. Phys. quæst. 3. ubi multis ex Aristotele collectis locis, & adductis multorum interpretum testimoniis, docet Aristotelem concessisse Deo libertatem circa individua, licet addat dubitari posse an agnoscat libertatem Dei quoad motum cœli & species rerum ac mundi conservationem; quamvis neque quoad hæc velit certo constare quid visum fuerit Aristoteli. Quæ sententia quamvis non prorsus displicet, tamen donec apertè convincatur, Philosophum etiam circa hæc negasse Dei libertatem, præstat eum candidè non probare quam calumniare.

Ad rationes num. 71. propositas.

73 Nunc propositis paulo ante difficultatibus occurrendum est. Quod igitur attinet ad Divinæ bonitatis communicationem, admitto decentissimum fuisse ut Deus rebus creatis se communicaret, idque in Deo maximam perfectionem supponere fateor. Nego tamen tam decentiam exigere Deum ut ita faceret; potuit enim nihilominus cessare libere ab operando. Quod si faceret, nulla Divinæ bonitati imperfectio accederet, neque ulla perfectio decederet, ut rectè admisit Caiet. 1. p. quæst. 19. art. 2. §. ad 2. *dubium*, (longè convenientius quàm ferrar. 1. p. quæst. 19. art. 2. contrarium asserens ut infra dicam) sed tantum deesset creaturæ perfectio illa per quam ipsa diceret Divinam bonitatem. Verissimè quippe dixit Augustinus, alloquens Deum 13. confess. cap. 2. *ex plenitudine bonitatis tuæ creatura tua subsistit, ut bonum quod tibi nihil prodesset, nec de te æquale tibi esset, tamen quia ex te fieri potuit, non deesset.* Neque verò Deus si ab agendo cessasset, invidiæ propterea argui posset; alioqui invidiæ quoque insimulari posset, quòd innumera entia in nihili abysso æternum delitescere sit passurus; aut quòd non omnia fecerit quàm optimè potuit, ut imperitè simul ac impiè, ex hoc

in

in Deo inuidiæ defectum inuulit Abelardus 1. introd. ad Theolo. cap. 5. & Bernardus epist. [illegible]. Aut denique quod arbore bona in paradisi medio plantata interdixerit primis parentibus, vt Porphyrius impiè inscribebat, teste Niceta in orationem 42. Nazianzeni [illegible] & Simon Magus asserentes, & latè impugnante Mose Barcepha, operis de Paradiso part. 3. c. 1. Corrigendus itaque est Æneas Gazæus in Theophrasto, cùm ex eo quòd Deus inuidia careat, infert eum fecisse omnes Intelligentias quas facere potuit. Inuidus enim esset Deus, si de bono creaturarum proprio, & eis competente independenter à sua beneficentia, tristaretur. Cùm autem creaturæ nullam ex se verâ & actualem bonitatem obtineant, si eam à Deo non accipiant, libertatis Diuinæ & potestatis erit, non inuidiæ aut liuoris, vt agnouisse videtur Aristoteles 1. Metaphys. cap. 2. negans posse in Deum cadere inuidiam, & Poëtas contrarium asserentes, prouerbio [illegible] mentiri. Nec puto Trismegistum paulò ante adductum dissentire. Argumentatur enim ad hominem, [illegible] contendit falsò negari Deo rerum de facto existentium productionem, vt præsertim liquet ex loco qui posteriùs allegabatur, vbi ait Deum non fore Deum si cessaret à rerum constitutione, [illegible] Locus ille sic habet. *Nam nasci [illegible] quiddam, & [illegible] Deo [illegible] communicationem [illegible] deficere? Tu enim tot [illegible] potes, vides, audis, odoraris, gustas, tangis, loqueris, gradieris, spiras, intelligis. Neque alter est [illegible] qui videt, [illegible] alter. Nec loquitur [illegible] graditur alius, hic odorat, ille gustat, hic spirat intelligit ille: at vnus hæc omnia præstat, neque etiam possibile est [illegible] sine Deo naturæ fieri. [illegible] Deum esse, [illegible]*

74 Eadem omnino responsio adhibenda erit, si quis argumentationem hanc Maximi Tyrij dissert. [illegible] vsurpet. *Numen Diuinum [illegible] quam perfectum, sibi sufficiens, [illegible] si potens aliquando [illegible] tamen vtrique sit [illegible]. Si enim perfectum non est nec sibi sufficiens, [illegible] sufficiens sibi, nec perfectum. Quod si [illegible] sufficiens sibi, nec perfectum, quomodo potens? Si autem sufficiens sibi, & perfectum est, & potens: quia perfectum est vult bonum, quia sufficiens sibi habet bonum, quia potens, præstare potest bonum. Si autem & vult, & habet, & potest, quidni daret? Qui enim habet, nec dat, non vult. Qui vult, nec habet, non potest. Qui verò & habet, & vult, cur non possit?* &c. Hoc argumentum si quis vsurpet ad probandum debere Deum necessariò bona sua elargiri, & communicare se rebus creatis, diluendum esse, negando, Deum tametsi potentem & cùm placet volentem, teneri aliquid dare. Potest enim ipsemet, liberalitati suæ frenos iniicere, quia non habet necessariam inclinationem ad dandum, sed subordinatam libertati, & proportionatam obiecto, quod non est necessariò amabile, proindeque potest à Deo vel amari, & conferri vel non amari, & non conferri. Quod verò in prædicto argumento dicebatur, Deum, quia perfectus est, velle bonum, reiici debet, si agatur de bono diminuto, cuiusmodi est bonum creatum, de quo nunc agimus: & intelligatur Deum vi perfectionis suæ adigi ad volendum tale bonum. Immutabilitatis & æternitatis præiudicium quod ex Diuina libertate timebatur, pleniorem disquisitionem postulat.

Quia

Quomodo autem id ex ea non sequatur manifestum erit exponendo quid sit Diuina volitio libera, quod proximè inuestigabo. Nunc pauca tantum Senecæ verbis 6. de benef. c. 21. difficultatis illius solutioni proludo. *Quis tam demens est vt eam neget esse voluntatem,* (liberam de qua agit) *cui non est periculum desinendi, vertendique se in contrarium? cùm ex diuerso nemo æquè videri debeat velle, quàm cuius voluntas vsque eo certa est vt æterna sit? An si is quoque vult qui potest statim nolle, is non videbitur velle in cuius naturam non cadit nolle?*

ARTICVLVS IV.

Quid sit Diuinum velle liberum, & quomodo cum immutabilitate cohæreat.

75 OPportunum huic loco existimo sapiens Damasceni monitum 1. Fidei cap. 2. *Oportet* (inquit) *de Deo dicere aut audire volentem, apertè cognoscere, neque omnia ineffabilia, neque omnia effabilia esse, quæ Theologicæ curæ incumbunt; neque omnia cognitionis excedere celsitudinem, neque omnia cognoscibilia.* Hæc ille à Maximo quoque apud Cypariss. dec. 8. cap. 5. ex quodam Sanctorum anteriorum laudata. Quæ dico huic loco opportuna videri, quia tanta est propositæ difficultatis obscuritas, vt aliquos ad sentiendum de Deo parum digna adegerit, vt posteà videbimus; alios ad negandam Deo libertatem. Vt Porcium l. *vt bonus quis & malus volens* fatalios ad silentij metam compulerit; Nemini tam clarè explicata apparuerit, quin adulterius lucis desiderium superesset.

Est autem nodus difficultatis in eo positus, quòd actus Diuinus, si liber est, videtur debere talis esse, vt possit esse & non esse: Hoc enim importari videtur per plenum illud dominium quod facultas libera habet in actum suum. Atqui actus Diuinus, cùm sit ipsemet Deus, ideóque necessariò & immutabiliter sit, ita est, vt non possit non esse. Ergo non videtur posse esse liber; vel si liber est, non videtur posse immutabilitas cum huiusmodi libertate cohærere. Itaque non attingunt difficultatem, qui vt ostendant Diuinam libertatem bene cohærere cum immutabilitate, probant Deum nunquam fuisse indeterminatum, ideoque nunc non posse dici mutari, cùm nunquam transeat à non forma ad formam, vel contrà. Verùm quamuis hinc probetur Deum de facto non mutari, quia eius voluntas nunquam hæret suspensa, sed ab æterno est determinata, tamen non probatur Diuinam voluntatem liberam, esse immutabilem, de quo nunc quærimus, videtur enim Diuina illa determinatio quæ de facto fuit in Deo ab æterno, semperque erit, nec abesse potest ex quo semel inesse Deo supponitur: videtur, inquam determinatio illa, propter Diuinam libertatem, potuisse ab æterno non poni, & loco eius poni alia opposita, quod pugnat cum Diuina immutabilitate & necessitate essendi. Sicut si Angelus ab æterno creatus voluisset ab æterno aliquid, Angelus ille quamuis ex suppositione æternitatis deberet per infinitam æternitatem volitionem illam habere, esset tamen absolutè mutabilis quoad voluntatem, quia potuisset volitionem aliam habere, non illam quam habuisse supponeretur.

Circa difficultatem ergo præsen-

tem eo quo præmisi modo intellectam, expendam primo loco quantum intra naturales limites licebit, placita illa quæ non probo, cum subiiciam quod videbitur minus incommodum, sic enim fiet vt Theologia negans, quæ iuxta Dionysium est in nobis longè facilior & perfectior, antecedat affirmantem, seruemusque Athenagoræ monitum lib. de resurr. mortuorum, veræ sententiæ molem, inædificandam esse ruinis contrariorum placitorum. Quòd si proposita ea quam commodiorem censemus tantæ difficultatis explicatione, non omnino satisfecisse videbimur, erit quod cum Ambrosio in cap. 1. Epist. ad Hebr. fateamur, *oportere vbi vel sermo deficit, vel cogitatio explicare de Deo non potest, tunc magis glorificare nos Deum qui talis sit, vt intellectum transcendat, & cogitationem superet.*

ASSERTIO.

Volitio Dei libera non est necessaria Dei entitas, prout tendens in aliquid de cuius indifferentia abstractiua pronuntiauerit intellectus. Neque modus, aliáve entitas quantumuis diminuta, entitati illi necessariæ superaddita à parte rei. Neque eadem Diuina entitas prorsus necessaria, cum complemento extrinseco reali aut rationis: Neque Diuini actus necessarij, extensio, vel informatio contingens, seu quæ potuerit non esse. Est igitur Diuinus ipse actus, entitatiuè necessarius, terminatiuè autem indifferens.

76 PRIMO, nego volitionem Dei esse liberam, hoc ipso quod appareat in obiecto indifferentia. Quod est contra Bannem 1. parte q. 19. art. 10. dub. 1. in 3. documento ad Nonum & ibidem, quamdem disp. vnica, qui tamen solemni apud eum constantiæ laude, sententiam posteà mutauit, vt videre est in excerptis ex 1. 2. discursu 3. prop. 5. vbi calumniæ arguit eos qui sententiam ab ipsomet priore illo loco traditam, notauerant & impugnauerant, negátque eam vlli vnquam Thomistæ in mentem venisse, quod non ægrè concesserim. Bannes siquidem hac in parte non est Thomista: nam neque vllum pro se S. Doctoris locum profert, vel proferre potest; neque vllum ex Thomistis antiquioribus allegat, quos tamen verisimile non est S. Doctoris mentem hac vna in re vel indiligenter rimatos, vel non assecutos fuisse: quamuis autem & in hac & in aliis materiis frequentissimè, bonorum Censorum iudicio, sub S. Thomæ mereri signis valeri vult, gloriosiùs quàm veriùs.

Sed quanta fide impacta ab eo sit aliis calumniæ dica, apparet ex Bannne, qui eam sententiam primus edidit loco allegato, his verbis præter cætera. *Deus est maximè liber, & tamen in ipso non alia ratio libertatis inuenitur respectu liberorum quæ extra se vult, nisi quia iudicat illa non habere necessariam connexionem cum fine, sed esse secundùm se indifferentia: iudicat tamen ordinabilia esse ad finem, & iudicat ordinanda esse. Et hæc ratio est, quare vult ordinare liberum est.* Hæc ibi quæ ne interpreteris de radice libertatis in actu Diuino, non autem de formali ipsa libertate, audi corollaria quæ ex ea doctrina per euidentem (vt ait) consequentiam colliguntur. *Primum (inquit) est, quæcunque actus voluntatis oritur ex prædicta radice iudicij, semper erit liber, vnde rursus colligo, quicquid contigerit vel contrahetur vel superuenerit ad actum voluntatis, si non tollat iudicium illud circa mediare*

dium respectu finis non destruat libertatem operationis. Exscripsit hoc corollarium quoad ad articulum illum 10. conclus. 2. suntque diligenter notanda verba illa *quicquid antecesserit &c.* nam claré inde præcluditur effugium à quocunque in illo alio loco postea excogitatum. Sed probat Bannes illationem, addit enim; *Hæc consequentia euidens est, quia stante definitione actus liberi, necesse est actum esse liberum.* Et paulò post, vt libertatem nostram conciliet cum æterna & immutabili prædestinatione Diuina, consensui nostro, vt ipse contendit, planè prævia, ac omnino inconsultis voluntatibus nostris lata, subdit hæc bene cohærere, quia Deus suo illo immutabili decreto, non ligat, neque definit iudicium nostrum, quo iudicamus indifferentiam medij, & ordinabilitatem eius ad finem. Similiter vt gratiæ efficacis ineluctabilem motionem, qualem ibi describit, cum voluntatis libertate concordet, ait hoc ex eo esse euidens quòd gratiæ auxilia, nostræ rationis iudicium non perturbent, aut ligent, ne possit prædicto modo iudicare indifferentiam obiecti. Similia omnino tradunt alij quidam Thomistæ quorum verba refert Less. disp. de grat. efficac. c. 5. initio. Ex quibus constare videtur indifferentiam iudicij, seu vt Bannes mauult indifferentiam obiecti iudicati, non tantum esse radicem libertatis, quod omnes admittunt, fortéque etiam voluit Dur. in 1. d. 24. q. 1. n. 23. & q. 3. num. 15. sed etiam spectare ad libertatem formalem, & saltem ita cum ea coniungi vt nunquam seiungatur. Quæ sententia si vera esset, gratulandum foret ætati nostræ, quod arduissimis & hanc ad diem implexissimis difficultatibus, nouo doctrinæ huius Sole clarissima lux affulsa esset. Et vt cæteras prætermittam, hæc ipsa in qua versamur, nullo negotio dissolueretur. Nec enim timendum esset vllum immutabilitatis Diuinæ præiudicium ex libertate, quandoquidem certissimum est, & per se euidens, esse in Deo iudicium exhibens indifferentiam mediorum Diuinitus ordinabilium ad aliquem finem, quod ad libertatem sufficit, iuxta hanc sententiam.

Diuina libertas non potest exponi per solam indifferentiam obiectiuam.

77 Sed dimisso longiore eius examine quod alibi instituere memini cùm de libertate creata sermo esset: dimissis item aliis quæ in ea sententia peccantur; vt quòd libertatem tantum explicet per ordinem ad electionem, quasi non etiam intentio queat esse libera; item quòd circa res necessariò cum fine connexas, neget esse libertatem, quod vniuersaliter loquendo non est verum, vt ostendi loco allegato: His, inquam, & aliis huiusmodi falsis appendicibus quæ in hac sententia inuoluuntur prætermissis, in ipsis eius velut præcordiis, latet quod meritò vitari debeat. Siquidem hæretici libertatis humanæ euersores, non negant superesse indifferentiam illam obiectiuam, facilèque concedent nos esse liberos, si libertas consistere tantùm dicatur in ea indifferentia, quam in nobis saluam esse, nec ita fungi sunt vt diffiteantur, aut ita effrontes vt diffiteri possent etiam si vellent. Et tamen Ecclesiæ iudicio damnantur, & ipsi ab ea se dissentire non dubitant, quòd iudicio illo saluo dicant excindi libertatem defectu indifferentiæ actiuæ in voluntate, ob necessitatem à Deo (vt ipsi garriunt) profectam. Viderint

ergo patroni sententiæ quam impugnamus quomodo hac in parte à libertatis essentia indifferentiam illam obiectiuam non respuentibus, dissentiant. Ratio à priori est, quia quamuis radix libertatis sit in iudicio intellectus proponente indifferentiam obiectiuam rei creatæ, eiusque non plenam bonitatem, tamen formalis libertas in ipsa voluntate residet, & in eo constituitur quòd voluntas expedita sit ad bonitatem illam iuxta sua (vt ita dicam) merita prosequendam: habeatque plenum dominium actus quo versatur circa illam rem; quod dominium excludi potest salua indifferentia illa iudicij. Quòd si in nobis libertas formalis nequit ita explicari, perspicuum est quòd neque in Deo. Nam paritas manifesta est, vt ipsi etiam aduersarij concedunt. Disputant contra hanc sententiam Bellarm. 4. de grat. & lib. arb. cap. 14. Lessius suprà, Suar. d. 19. Met. s. 4. à num. 4. & alij adducti cum de humana libertate.

Nec per entitatem à Deo reipsa quoquo modo distinctam.

78 SECVNDO, negari volitionem liberam consistere in modo vel entitate à parte rei superaddita entitati necessariæ Dei. Est contra Caietanum qui 1. p. q. 19. art. 2. asserit velle Diuinum actualiter ad creaturas terminatum, importare perfectionem quamdam intrinsecam voluntariam & omnino liberam, seu quæ ita insit Deo vt potuisset deesse sine aliqua imperfectione, eò quòd conditiones illæ (*voluntaria & omnino libera*) sint diminuentes rationem perfectionis, significentque oppositum formæ illius in quam cadunt non esse imperfectionem. Ex hac autem doctrina manifestè sequitur Diuinum velle liberum esse formam quamdam à parte rei Deo superadditam. Nam dicitur, hoc velle, quia est perfectio diminuta, deesse posse Deo, quod importat formæ illius separabilitatem à Deo & actualem distinctionem separationi factibili præuiam, excluditque necessitatem essendi absolutè & simpliciter, seu puram actualitatem talis formæ, ac denique tollit infinitatem Diuinæ illius perfectionis intrinsecæ: Atque ita non poterit forma illa non distingui reipsa à Deo. Quod etiam pauci quidam Caietanum secuti, existimarunt defendi posse Caietani sententiam si dicerent, illam diminutam voluntatis Diuinæ perfectionem, sola ratione, aut ex natura rei, (formaliter tamen,) à Deo distingui, non est ad rem. Nam si nomine distinctionis formalis ex natura rei, intelligant eam quam alij vocant realem minorem, siue modalem, siue formalem actualem, & distinctam à fundamentali, manebunt difficultates propositæ. Si verò eo nomine intelligant distinctionem tantùm rationis ratiocinatæ, non aduertunt se Caietanum deserere, quem sequi profitentur, nec attendunt distinctionem illam non posse esse fundamentum separationis, quam Caietanus ait potuisse interuenire inter Deum & huiusmodi perfectionem diminutam. Itaque Caietanus videtur actualem distinctionem à parte rei, inter Deum & Diuinum velle liberum admisisse, & hoc nomine malè audiit eius sententia apud omnes qui eum secuti sunt alicuius notæ scriptores, quos hic enumerare non est operæ. Tantum aduerto à quibusdam parum aptè adduci Syluestrum vt Caietano suffragantem q. 19. conflati art. 2. quod enim Syluester præmissa distinctione, deueniens ad illud membrum quod re-

uera

neque docet Caietanus subiiciat (*videant ipsi quid hoc importet*) non est sensus hoc posse videri probabile, aut se tamen dicat illum praetermittere, in quem sensum aliqui ex Sylvestri verba acceperunt, sed monitio est, periculosam sententiam verbis illis contineri, & vitandam esse praecipientium. Eandem Diuinae volitionis realem à Deo distinctionem aperte docuit Ioannes Antonius Delphinus, si vera sunt quae de eo refert Sirenius 8. de fato c. 9. imò eo etiam peius quam Caietanus, hallucinatus refertur Delphinus, quod Deum nunc de facto incipere velle aliqua prius non volita, & desinere velle alia ante volita, assimulat, possèque actum volitionis suae suspendere ac permutare. Quae mihi incredibile ferè est à viro & Catholico, & docto, & Religiosae familiae praeposito, asserta esse.

79 Sed quidquid tandem senserint Caietanus & Delphinus, quos certum est non malo animo lapsos, nuper in Batauia Nouator, Dei finiti, compositi, & potentialis, atque adeò Atheismi Buccinator disp. 6. de Deo propos. 56. & 57. & in notis ad easdem propositiones & cap. 9. ac 10. exegeseos, ac libello contra Becanum, ita hac in parte philosophatus est, vt iam non usque adeò horrenda videri possit blasphemia Arrianorum, qui vt ex Eunomio refert Cyparissiota deca. 10. cap. 4. *sub forma* Diuinam volitionem à Dei substantia distinguebant à parte rei, errorum autem cumulum, quem Batauus hic superaddidit, non adiungebant. Apertè ergo affirmat, volitionem Dei liberam, esse formam nouam & in tempore reipsa Deo accedentem, saltem respectu quorundam obiectorum, vt habetur thesi illa 56. Vniuersaliter autem c. 13. apologeticae exegeseos, pronunciat decreta Dei libera, aeterna tamen esse, quatenus à Deo tanquam à propria causa efficiente facta sunt ante tempora saecularia, ita vt ipse glossat, ante mundi fundationem; Non ita tamen vt semper actu fuerint, quia cùm pendeant à causa liberè agente non possunt esse simpliciter aeterna, cùm oportuerit ea prius esse potuisse, seu possibilia fuisse, deinde reipsa actu fuisse. Quae in re nescias quid prius mirere, puerilemne imperitiam, confundentem prioritatem naturae, quae inter causam quamcunque & effectum sufficit, cum prioritate durationis quae inter ea non requiritur, vt exemplo pedis & vestigij ab eo impressi declarabant Platonici apud Sanctum August. 10. Trinit. cap. 31. an verò monstrosam impietatem, Deo abrogantem cum summa simplicitate, aeternitatem, independentiam, ac purissimam actualitatem. Nam haec omnia excindi admissis in Deo decretis illis adscititiis, causatis effectiuè ac finaliter (vt disc. à thesi 39. fusius persequitur) ac denique non semper actu existentibus, est per se manifestissimum & à D. Augustino traditum 12. Confess. cap. 15. Possent etiam addi aliqua ex plerisque argumentis quibus Scotus in 1. d. 2. q. 2. lit. S, efficaciter probat volitionem Diuinam esse à Deo prorsus indistinctam: sed quia apud nos huius sycophantae, Deus recens, seu verius idolum, non agnoscitur, supersedeo pleniore illius refutatione, praesertim cùm argumenta quibus ad nouandum in re tanta inductus est, sint omnino triobolaria, & iampridem à plerisque contrita.

Non omitto tamen quod ab aliis praetermissum video, nempe adduci ab eo pro suo hoc errore Iustinum Philosophum & Martyrem quaest. 3.

ad Græcos apud quem eo loco supra 40. aut 50. argumenta pro hoc reali discrimine inueniri asserit. Sed mendaciorum segetem in paucis his verbis metere, difficile non erit ei qui germanum Iustini eo loco sensum attenderit. Interrogauerat Ethnicum Christianus, si Deus ad extra operatur, non quia vult, sed quia est, seu non per voluntatem sed per naturam, vt existimabat Ethnicus ille qui ibi ad hominem impugnatur; Interrogauerat inquam, quomodò cùm Deus simplex sit & vnius formæ, diuersas tamen substantias condiderit. Respondit Ethnicus, distinctionem eius quod sit, & eius quod velit, esse in Deo reticiendam, eò quòd nulla sit in Deo distinctio. (Audiat Nouator, & ad has Ethnici voces, Deum ipse coagmentatum & compositum inuehens, sapere discat, vel erubescat.) Alia deinde subiicit, quibus circa cætera in Christiani quæstionis verbis contenta cauillando, quæstioni responsum videri voluit.

86 Vbi aduertendum est non minùs in Ethnicos temporis illius cum Christianis de fide agentes, quàm in nouellos hæreticos cadere, quod de Iudæis idem Iustinus in Tryphone sub finem pronuntiat. *Soletis enim instar muscæ aduolare ad exulcerata, si quæ interpretationum nostrarum dicta exciderint, & vel vnum quodpiam quod aut vobis displicet, aut non satis intelligitis, omissis cæteris egregiè dictis, reprehendere, & quantumuis pusillum sit tamquam impietatem insimulare.* Ambiguum ergo illud Christiani dictum, quòd scilicet Deus iuxta Ethnicum operetur quia est, non quia vult, ita intellectum vt distinctionem volitionis & Dei importaret, refellit Ethnicus & meritò, quia vt rectè ibi hoc sensu asserit, in Deo quòd sit & quid velit, idem planè est; ob independentiam, & summam simplicitatem independentiæ coniunctam. At Iustinus refutationē refutatione excipiens, procedit iuxta alterū Christiani dicti sensum supra propositum, quòd scilicet Deus agat quia vult non quia est, id est quòd agat per voluntatem & liberè, non per naturam, ac necessariò: id enim ad institutum eius satis erat, quia quamuis Ethnicus ille admitteret Deum non agere eo modo quo agit ignis, nempe per formam adurentiam & calorem accidentarium, tamen discrimen agendi inter Deum & ignem non petebat nisi ex eo capite, ac proinde apertè admittebat, sicut ignis (quod Christianus assumpserat quasi ab Ethnico assertū) necessariò agit, ita & Deum agere necessariò, quia est necessariò. Hoc igitur est quod Iustinus refellit, meritò contendens Deum non *quia est*, sed quia vult agere, id est, non necessariò sed liberè, vt apertè etiam habetur ex q. 21. de incorporeo apud eumdem Iustinum, quo loco Deum agere quia est tribuitur Ethnicis, & exponitur per necessariam actionis à Deo consecutionem. Non tamen negat Iustinus Deum agere quia est, si ea vox tantùm importet identitatem Diuini decreti & essentiæ.

Quam modi illius loquendi distinctionem pulchrè tradidit Iunilius l. 1. de partibus Diuinæ legis cap. 19. roganti enim discipulo, an effectio rerum & earum ordinatio ac adimpletio, sit in Deo essentiæ, an voluntatis, respondet his verbis. *Deus simplex est, nec est in eo aliud essentia quàm voluntas, vnde & omnia nomina operationis eius* (nempe quatenus actus volendi varias illas operationes, nomina earum suscipit,) *licèt inter se definitionibus differant, apud ipsum tamen nulla differentia vel diuersitas inuenitur. Ita-*

que

que & essentiâ vel naturâ facit, quia ei nihil accidens est, & tamen etiam voluntate, quia nihil necessitate efficit, aut coactus. Non enim sicut ignis naturali necessitate vrit, aut apes naturali necessitate fabricant ceras, vel telas araneæ, ita etiam Deus operatur, sed Deus ideo naturâ vel essentiâ facere dicitur ne voluntas in eo quasi aliud aliquid ducatur; & ideo voluntate quia nihil operari compellitur, sed essentia sua vult & voluntate subsistit. Hactenus Iustinus appositè ad germanum Iustini sensum, si tamen Iustini, nam opus illud quo aduersarius nititur, Iustini non esse, certum redditur ex Manichæis Iustino posterioribus, qui ibidem allegantur.

81 Sed quisquis tandem fuerit à quo opus illud habemus, inuentum eius non aliud est quàm quod dixi. Et pauca durinsculè dicta quæ immiscet, vel assumuntur argumentando ad hominem, vt obseruanti progressum illius disputationis fiet perspicuum; sunt accipienda dignè Deo, vt quod ait *Deo inesse voluntatem, ac proinde non esse idem cum Deo.* Nam hunc ipsum loquendi modum qui simplicitati præiudicare videtur, idem auctor quæst. 144. ad orthod. ita interpretandum docet, vt cum simplicitate Dei rectè cohæreat. Item quòd ait *voluntatem non esse necessariam in Deo*, sicut asseruit de essentia, intelligendum est iuxta doctrinam postea tradendam, non entitatiuè & intrinsecè, sed terminatiuè & extrinsecè. Quo pacto hunc ipsum Iustini, & similia Athanasij & Nazianzeni loca, intellexit Cypariss. dec. 5. cap. 6. qui insuper dec. 10. cap. 4. illustrissimum locum Iustini à Photio relatum adducit, quo probetur in Deo operationem immanentem esse ipsammet Dei substantiam. Audiat aduersarius & desinat Iustinum criminari. *Alia quidem* (inquit) *potentiâ sunt aliquando & actu, Deus autem vt mens perfectè intelligere potest, semper est Energiâ id est actu, non enim ex imperfecto ad perfectum procedit, nec aliud quidquam præter ipsum per se actum est ipsa per se substantia.* Hæc ille, non minus Philosophiæ laude, quàm sanctimonia clarus. Omitto quæ habemus q. 144. ad orthod.

Verùm quid diutiùs tempus tero, in exponendo antiqui scriptoris (quisquis ille fuerit) loco quem aduersarius opposuit. Quasi non agam cum eo aduersario, cui cum aliis eiusdem farinæ aut furfuris hominibus, solemne sit Patrum dicta cum pro veritate Catholica in eos intorquentur, tanquam hominum dicta nihili facere, & hoc primum semper præfari, veritatem non ab hominibus neque per hominem quærendam esse. Sed licuit semper hæreticis, vt præclarè aduertit Anastasius Sinaita cap. 13. ὁδηγ., *in legendis Patribus incontinentis esse.* Scilicet quæ in speciem erroribus suis fauent, arripiendo, quæ eos damnant, reiiciendo vt nauos, quod ab iisdem *per priuilegium* vt vocat *diabolum* in Scripturis ipsis factitari, notauit iam olim S. August. 22. contra Faustum cap. 31.

Nec per entitatem necessariam & complementum creatum.

82 Tertiò, negatur Diuinum velle liberum cõstitui per Diuinã entitatem necessariam, iuncto complemento extrinseco, reali aut rationis. Quidam enim vt exponant quid sit volitio Dei libera, affirmant non esse sistendum in entitate nuda Diuini actus, quæ est omnino necessaria, sed adiungendum illi esse effectum liberè productum, tanquam partiale constitutiuum Diuini velle liberi. A qua sententia non abhorret Cypariss. decad. 3.

ead. 5. cap. 6. sed apertè eam sequitur Vasq. 1. p. d. 80. cap. 2. Recidit autem in hanc sententiam, vt patet ex eodem auctore ibid. num. 6. & 12. quod alij dicunt Diuinum velle liberum completè constitui, per relationem rationis ad res futuras, additam Diuinæ entitati necessariæ. Nam qui ita sentiunt, admittunt huiusmodi relationem à rebus ipsis liberè futuris denominari. Nec enim potest progerminare à Deo, vt per se patet. A nobis autem gratis superinducta Diuino actui, nihil deseruiret ad intelligendam liberam tendentiam actus entitatiuè necessarij. Itaque necesse est eam ex ipsa re futura quasi resultare, ac proinde perinde est asserere Diuinum velle liberum compleri per effectum extrinsecum, aut per relationem rationis. Separatim tamen vtramque breuiter impugnabimus, quia plerumque vtraque tanquam duplex sententia proponitur.

Imprimis ergo quòd res ipsæ externæ à Deo liberè manantes, tametsi possint à posteriori manifestare libertatem actus Diuini, non possint tamen eam integrare, vel completiuè constituere, manifestum videtur, quia contingentia effectus non est ipsamet libertas causæ, sed causa quatenus liberè causans, est natura prior effectu liberè producto. Quærimus ergo in illo priori naturæ quo effectus nondum intelligitur, & tamen causa libera iam intelligitur, per quid constituatur libertas causæ. Non enim per effectum, quandoquidem is nondum intelligitur. Ergo libertas causæ constituitur per aliquid aliud. Hoc argumento oppressus aduersarius fatetur rem hanc esse viatori inexplicabilem. Sed non malè addit Fons. 7. Metaphys. cap. 8. quæst. 5. sect. 4. nisi aliter tradamus, fore quoque inexplicabilem comprehensoribus, cùm implicet cõtradictionem, vt quod prius est, quatenus prius est, constituatur per aliquid posterius. At causa libera, prout liberè causans, est antecedens effectu liberè ab ea deriuato, ergo. Præterea volitio libera in omni proprietate, importat indifferentiam aliquam intrinsecam ipsiusmet operantis, vt ex Aristotele probat Durand. in 2. d. 24. quæst. 1. num. 14. addens num. 15. omnes sanctos & Doctores catholicos agnouisse in ipso Deo & eius volitione, internam libertatem, non autem duntaxat indifferentiam effectus ad quam recurrit aduersarius. Tandem certum est Deum velle liberè aliqua propter hunc aut istum finem, quæ eadem possit velle ob alios diuersos fines. Quare volitio libera ad hunc potiùs quàm ad alios fines, non refunditur in effectum nisi ab interiore actu libero. Si igitur in actu interno, antecedenter ad effectum externum, nulla per se sit libertas, videtur multo magis nullam fore in externo. Quomodo ergo per externos actus vel effectus accessorios, complebitur libertas Diuini actus interni?

83 Iam verò quod attinet ad alterum complementum Diuini actus liberi suprà propositum, nempe relationem rationis, distinguendum est. Si enim relatio rationis sumatur fundamentaliter, seu pro effectu liberè manante, ex quo illa quasi resultat, explicandæ supersunt omnes difficultates propositæ. Quòd si fundamentum illius relationis diceretur esse ipsemet Diuinus actus, (quanquam hoc falsum est vt suprà attigi,) tamen explicanda superesset fundamenti illius libertas. Si autem relatio rationis sumatur formaliter, ridiculum omnino videtur afferre aliquid ficti-

tium

tium & Deo prorsus extrinsecum, tanquam illud à quo Deus habeat rationem volentis liberè. Quis enim non dico Deum, sed nos ipsos, per tam minutam & gracilem, (vt ita loquar,) formam constituat volentes in actu secundo? Adhæc Deus est in actu secundo volens liberè ab æterno: Quamvis autem relatio rationis incipit in tempore, quia non fit à Deo per se & directè, sed tantùm ab intellectu creato qui temporalis est: Et quamuis relatio rationis fieret per se ab intellectu Diuino, tamen quid hoc referret ad libertatem volitionis Diuinæ, quæ formaliter non dicit habitudinem ad intellectum sed ad voluntatem? Tandem volitio Diuina libera, est causa rerum, relatio autem rationis non potest esse causa rerum, sed vel pullulat ex eo quod est causa, tanquam ex anteriore fundamento, & sic non pertinet ad constitutionem causæ vt causa est, quandoquidem concipitur manare à causa prout causante, atque adeò iam præhabente integram rationem principij liberi: Vel pullulat ex effectu producto, vt dicebat auctor allegatus initio huius puncti, & sic vrget hanc sententiam difficultas illa quæ ducitur ex posterioritate huius relationis ad res futuras à quibus prouenire dicitur, & prioritate ad easdem tanquam ad effectus suos. Res enim futuræ fient per volitionem Dei liberam æternam, in qua importatur illa relatio tanquam complementum, cuius tamen relationis, res ipsæ futuræ dicuntur esse causa & fundamentum.

Nec per extensionem vel informationem quæ potuerit non esse.

84 QVARTÒ, negaui Diuinum velle liberum consistere in Diuini actus extensione vel informatione quæ potuerit non esse. Est contra duas recentiorum sententias. Quidam enim contendunt Diuinum velle liberum, esse modum quendam ratione tantùm distinctum à volitione Dei necessaria, qui tamen modus potuerit non esse in Deo & non identificari Diuino actui necessario, licèt nunc reipsa ei identificetur, & ea suppositione facta non possit non identificari, ex qua duntaxat suppositione volunt modum illum importare necessitatem essendi. Ita Fons. 7. Met. cap. 8. q. 5. sect. 4. & Salas tract. 3. d. 7. n. 104. & seqq. At alij malunt ipsummet actum Dei necessarium, esse liberum Dei velle, prout non necessariò confert Deo totum suum effectum formalem, quem conferre potest in ordine ad obiecta creata. Ita Suar. d. 30. Met. sect. 9. num. 57. & 58. eique quoad hoc suffragatus Albertinus 6. princ. compl. coroll. 2. num. 24. & 31. quorum sententia hoc differt à superiore, quod in superiore Diuinus actus liber explicetur per additionem aliquam formæ & actus, in hoc verò idem actus explicetur per additionem ad informationem vel effectum formalem eiusdem actus, quatenus Deus eodemmet actu quo necessariò diligit seipsum, diligit etiam creaturas, sed absque necessitate, eò quòd effectus formalis actus illius, Deum nostro concipiendi modo informantis, non expromatur necessariò totus in ordine ad secundaria hæc obiecta, sed tantùm pro voluntate & arbitrio Dei. Illa porrò additio facta ad informationem Diuini actus, debet potuisse non esse, ne frustrà inuehatur, impertinénsque sit ad Diuini actus liberi indifferentiam explicandam. Atque ita vtraque hæc sententia iisdem difficultatibus laborat quoad additionem illam, siue in actu siue in informatione.

Specialiter tamen impugnantur priores, quia admittunt illum realem modum extensionis ad obiecta creata, quem dicunt addi decreto Dei prout liber est, potuisse non esse in Deo; & tamen fatentur modum illum sua ratione differre ab entitate Dei necessaria. Quæ videntur nullo modo posse consistere, quia separabilitas supponit distinctionem actualem à parte rei intervenire inter ea quæ separabilia sunt aut fuerint. Inconceptibile quoque videtur quod in eadem priore sententia docebatur, nempe aliquid Deo nunc identificari, quod potuisset non identificari. Hoc enim admisso, posset aliquid non esse idem sibi ipsi. Et idem posset esse aliud, hoc ipso quod identificari posset cum alio, nempe cum eo cum quo nunc non identificatur quia non existit, vt expressè admittit Salas num. 199. Quare id quod est idem cum aliquo, posset simul esse & non esse. Esse quidem, quatenus illud quod supponitur esse idem cum eo, habet reipsa esse; non esse autem quatenus supponitur non existere. Tandem capere non possum quomodo modus ille extensionis, qui est aliquid increatum, (alioqui non esset idem cum Deo,) dicitur non esse necessariò absolutè, sed tantùm necessariò ex suppositione quòd sit, ea autem suppositione sublata potuisse non esse. Nam quod potuit esse & non esse, non est essentialiter, atque adeò non est Deus, neque in Deo esse potest, in quo quidquid est, ipse est.

Iam verò præterquàm quòd hæc omnia militant quoque contra additionem illam non necessariò existentem quam posteriores authores inducebant, non est difficile eos specialiter impugnare. Quia impossibile videtur formam quæ tota subiecto inexistat, non conferre ei suum effectum formalem totum. Effectus enim formalis alicuius formæ, nihil est præter formam subiecto communicatam. Sicut ergo impossibile est albedinem vniri subiecto secundùm se totam, & tamen non conferre ei suum effectum formalem nisi dimidiatum, verbi gratia, non reddere subiectum album, sed duntaxat qualo: Ita impossibile est illam ipsam formam quæ est amor creaturarum, esse necessariam, & inexistere subiecto proportionato nempe Deo, & tamen effectum eius formalem hærere suspensum. Nihil porrò ad hoc refert quòd Diuina volitio sit infinita, nec sumat speciem ab obiectis creatis. Nam ratio proposita non procedit de forma finita vel infinita, aut quomodolibet se habente ad obiecta externa, sed de forma in communi. Ex eo enim quòd informare, sit, formam dare seipsam, (quod in quacunque forma valet,) infertur actum Diuinum non posse adæquatè inesse, & tamen non nisi inadæquatè & ex parte tantum informare, cùm tamen idem sint informare & inesse.

Vera Diuinæ libertatis explicatio.

51 Quintò, asserui Diuinum velle liberum esse ipsummet actum Dei, necessarium quoad esse, & liberum quoad terminationem. Quæ est antiqua responsio Scholasticorum in 1. d. 45. vel 46. & S. Thomæ 1. p. q. 19. art. 3. ad 4. Sed vt nodus initio propositus dissoluatur, resque tota elucidetur, ordiendum nobis est à libertate creata, quippe faciliore & notiore.

Aduerto ergo duos in creatura libera, distingui posse effectus liberos. Prior est, determinatio formalis, seu internus actus elicitus, quo voluntas formaliter determinatur, vt velit, vel nolit

volūt ulteriores actus. Alter est, effectus externus qui vi huius internæ determinationis imperatur. In priore autem illo effectu oportet diligenter secernere duplicem rationem, nempe & quòd sit effectus, & quòd sit determinatio actualis ad vlteriores actus, vel ad externa effecta. Porrò sub vtraque illa ratione entitas huiusmodi, libera est. Nam nisi liberè fieret, quæcunque eam sequerentur, fierent necessariò. Ita ergo determinat voluntatem ad actus vlteriores, vt posset non determinare si voluntati aliter visum fuisset, prius naturâ quam determinationem hanc formalem sibi ipsi imprimeret. Ita quoque efficitur hæc determinatio formalis à voluntate in illo priori naturæ, seipsâ ad huius formalis determinationis effomationem se determinante, vt posset non effici si sic liberet voluntati: quam dico seipsâ determinari ad faciendam hanc formalem determinationem potiùs quàm oppositam, quia impossibile est quidquam aliud assignare quo voluntas determinetur ad profusionem huius formalis determinationis potius quā contrariæ. Siquidem hæc determinatio, quamuis sit formalis determinatio ad vlteriores actus, tamen non potest esse determinatio ad seipsam, quia prodit liberè à causâ prius naturâ habente determinationem ad hanc entitatem & non ad oppositam: sicut quæ posteà fiunt mediante hac formali determinatione, supponunt causam ad ipsa determinatam. Determinatio enim ad effectum de quo agitur, est de complemento causæ, quæ prius naturâ supponi debet completa. Adde quòd si hæc determinatio esset determinatio ad seipsam, actus directus & reflexus identificarentur, nam hæc determinatio esset volitio sui ipsius. Repugnat autem actum essentialiter simplicem, esse reflexum supra seipsum, si sit omnino simplex. Præter ipsam porrò formalem determinationem nihil antecedere potest ab actu primo voluntatis distinctum, quod sit formalis determinatio voluntatis ad primum eius actum elicitum. Finxit quidem Dur. in 1. d. 14. quæst. 2. num. 15. ante volitionem liberam, præcedere volitionem necessariam per quam potuerit, si libuisset, suspendi liber actus volendi, quem alioqui existimat futurum fuisse necessarium. Sed & experientia, & ipsemet Dur. in 2. d. 55. q. 2. num. 7. & in 3. d. 53. q. 2. num. 7. volitionem illam necessariam volitioni liberæ præuiam reiicit, & falsum est ea volitione necessaria potuisse suspendi actum, & non fuisse suspensum. Et præterea expressè negat Dur. illud velle necessarium, fuisse causam velle liberi, vel ad illud determinasse voluntatem: & vtraque falsum est voluntatem aliunde formaliter determinari ad primum suum actum elicitum quàm ab illomet actu, vt rectè Scotus in 2. d. 1. quæst. 2. *litera E.* Quicquid enim dicitur antecessisse, vel liberè manauit à voluntate, & sic erit de eo eadem quæstio quæ de ipso actu elicito. Quæremus enim per quid voluntas ad illud liberè profundendum determinata fuerit. Vel fuit necessarium & non manauit liberè, & sic excluditur libertas actus eliciti, ac etiam vlteriorum actuum, quia actio elicita & reliquæ sequuntur necessariò ad illud quod antecessisse dicitur. Ergo si ipsa voluntas non sibi iniecit hanc necessitatem determinando seipsam ad primum illum actum, seu ad formalem suam determinationem profundendam, læditur libertas, nihil ergo præcedit in voluntate nostra ad

primum actum eam determinans, quod quidem sit ab ea distinctum actu & reipsa. Forma verò virtualiter & tantum ratione distincta à voluntate qualis à nonnullis in hac difficultate astruitur, ac nominatim ab Ægidio Conink. 3. p.q. 77. à num. 6. & ab Albertino coroll. 1. ex 6. principio compl. num. 26. hæc inquam forma tametsi admittatur non est contra ea quæ diximus, cùm dicatur esse actu & reipsa eadem cum actu primo voluntatis, quem solùm seu seclusa quauis alia entitate re distincta, contendimus præter actum primum elicitum, parum curamus formam illam ratione tantum distinctam, præsertim quia ob identificationem ipsius cum voluntate, non est apta ad leniendas in hoc negotio difficultates, vt attendenti, per se erit manifestum.

36 Quare affirmandum est (quod optimè attigit Valentia 1.2. d. 8. q. 5. p. 4. §. 4. sub finem) voluntatem creatam determinari ex se ad profusionem primi sui actus eliciti potiùs quam oppositi, quem æquè elicere poterat. Non assero voluntatem liberam, esse ex se determinatam ad effectionem formalis suæ determinationis, eodem sensu quo causa naturalis non libera, verbi gratia ignis, dicitur ex se determinari ad hanc potiùs quàm ad contrariam actionem eliciendam, puta calefactionem potiùs quàm frigefactionem: Vbi *ex se* idem est ac suapte natura, & absque indifferentia vlla & potestate in actum, quod pugnat cum libertate. Tantum ergo contendo, causam liberam in puncto temporis quo profundit determinationem hanc potiùs quàm illam, esse prius naturâ quàm agat indeterminatam & indifferentem, vt ipsamet se sic vel sic determinet, & in eodem temporis puncto posteriùs naturâ absque vlla mutatione ex parte actus primi, iure & priuilegio causæ liberæ, in his & his circumstantiis profundere ex se hanc potiùs quàm oppositam determinationem formalem, quæ ideirco libera est, quia prodit à causa talis naturæ & perfectionis, vt ab eadem posset non prodire, quamuis supponatur [illegible] causam, siue effectus ille ab ea manet siue non manet, esse immutatam & eodem modo intrinsecè se habere in actu primo. Quare entitas voluntatis creatæ liberæ quod attinet ad suum esse perinde se habet quoad actum primum, siue profundat primum suum actum elicitum, siue non profundat. Quoad habitudinem tamen, siue quoad terminationem ad determinationem suam formalem, quæ est ille ipse actus elicitus, aliter se habet: non suscipiendo in se de nouo aliquam formam (id enim esset plusquam terminari,) sed absque vlla sui mutatione, dando esse determinationi illi formali, cui ante non dabat esse: & quidem ita dando, vt vi propriæ perfectionis potuerit non dare. Est enim æquiualenter volitio illiusmet formalis determinationis quã effectiuè profundet.

Tota hæc doctrina videtur manifestissima in libertate creata. Leue enim est quod aliqui obiiciunt ex hac doctrina sequi voluntatem creatam determinare seipsam ad primum actum elicitum supernaturalem, absque gratia Dei. Hoc dico non bene obiici. Nam qui ita obiiciunt, agunt de primo actu elicito libero: ad primum enim actum supernaturalem necessarium, qui est motio gratiæ præuenientis, constat, nos determinari à Deo, cùm ea motio fiat in nobis sine nobis liberè operantibus, ac proinde ad eam deforis determinamur. Ad primum ergo elicitũ actum liberum su-

pernatu

pernaturales, constat nos non determinari à nobis sine gratia præueniente efficaci, & inde est quod operans & determinans se ad talē actum eliciendum, non discernit seipsum à non operante & non se determinante. Quòd autem præter huiusmodi gratiam interueniat alia gratia, necessarium non est. Nam sicut determinatio ad primum actum elicitum, non est actio aliqua elicita, ita nihil est necesse pro tali determinatione ponere concursum aliquem supernaturalem, qui vt à Deo est, habeat rationem gratiæ: non est item necesse ponere aliquid quod adiutrix gratia dicatur, quia cooperatur in efficienda prædicta determinatione. Non enim effici de nouo debet determinatio illa, cùm sit idem quòd voluntas quæ iampridem accepit esse. Itaque necessitas concursus supernaturalis ad supernaturales determinationes quæ sunt actus eliciti, non viget eodem modo pro hac determinatione, sed sufficit potentiam fuisse fœcundatam seminio gratię præuenientis: proindéque rata manent quæ asseruimus circa determinationem libertatis creatæ per seipsam, ad suum primum actum elicitum.

87 Hinc igitur gradum faciendo ad Diuinam volitionē liberam, dico nō plus esse difficultatis in intelligenda indifferentia Diuinæ volitionis liberæ, quàm in intelligenda indifferentia nostri actus primi in ordine ad nostram determinationem formalem siue nostram primam actionem elicitam. Sicut enim respectu huius nostræ determinationis agnoscimus in nobis perfectionem quandam anteriorem actu isto secundo & actione indifferentem, quæ liberè eum profundat, licèt nihil antecedenter recipiat & absque vlla per se interueniente mutatione operetur: ita respectu actionum ad extra, est in Deo indifferentia actiua vt ab eo quantumuis immutato & necessario quoad esse, prodeant vel non prodeant actiones illæ externæ. Tantùm differentia est quòd in nobis ea doctrina tantùm valet respectu ipsiusmet determinationis ad actus vlteriores, qui non prodeunt nisi interueniente determinatione illius formalis, variatisque illis ipsa quoque variatur, quia natura nostra ob limitationem & imperfectionem suam nō potuit ad tam multa exporrigi sine mutatione aliqua, quam proinde subit interuentu diuersorum actuum secundorum, qui sunt vitales determinationes voluntatis ad varios vlteriores actus. Item differentia est quod in nobis actus primus antecedens formalem determinationem circa vlteriora illa obiecta versantem, non est huius formalis determinationis volitio, nisi æquiualenter. At in Deo ob infinitatem & potissimam actualitatem, modus ille liberè operandi qui in nobis est limitatus respectu primi exercitij libertatis spectatæ in actu primo, est vniuersalis, pertinétque ad omnes Diuinas operationes externas. Nec tantùm est volitio determinationis illius formalis æquiualenter, sed etiā formaliter, imò est quoque formalis volitio obiecti externi, vel actus vlterioris. Cùm enim volitio Diuina quæ habet rationem actus primi ad externas Dei actiones, sit actus quidam formalis ac nostris variis formalibus determinationibus æquiualeat, eísque correspondeat; non est mirum quòd ipsum præstet vnica & simplex, quod multiplex actus secundus præstat in nobis.

88 Quod ergo dixi, eandem Diuinam volitionem tametsi entitatiuè

immutabilem, determinante Deum ad vnum aliquem externum actum potius quam ad alium, (in quo est paritas inter Diuinam volitionem comparatam ad actus suos externos, & voluntatem nostram ad suum actum elicitum comparatam,) hoc ipsum est quod passim dicitur Diuinam volitionem esse liberam non quoad esse, sed quoad terminari. Quod aliis verbis dici potest Diuinum actum entitatiuè eundem, in diuersis circumstantiis esse pro libito volitionem, aut nolitionem obiecti creati, vt ostensum est, accidere in ea entitate creata quæ est volitioni æquiualens, determinationis nostræ formalis. Et extrinsecum quidem est Diuinum actum terminari ad obiecta creata per aliquid sibi intrinsecum, (terminatur enim per seipsum:) hoc tamen intrinsecum quamuis vt entitas quædam est, non possit nō esse, nihilominus idem manens & necessariò existens, potest non esse terminatum ad hoc obiectum, vel esse terminatum, vt similiter ostensum est in prædicto exemplo nostri actus primi, comparati ad nostrum actum secundum elicitum. Nam voluntas non est semper determinatio sui ad productionem actus illius eliciti, (sic enim semper eum eliceret.) Est ergo tantum determinatio ad hunc actum, cùm adsunt hæ & illæ circumstantiæ in quibus ipsi ita placet. Quod à posteriori experimur passiuè per ipsum actum, dicendo, tum voluntatem esse determinationem ad suum illum actum elicitum, cùm is connotatur tanquam ab ea manans. Sicut tunc præmissa habet rationem præmissæ, cùm connotatur conclusio ab ea manans: & causa rationem causæ, cùm connotatur effectus actu pendens à causa, licet & conclusio & effectus, posteriores natura sint, nec pertineant ad complementum ac constitutionem præmissæ vel causæ, & præmissæ ea in respectu nihil accesserit supra rationem propositionis, vel causæ supra rationem talis entitatis, spectatæ ante causalitatem. Idem ergo est de voluntate.

83 Itaque vniuersaliter loquendo, falsum est, quòd agens liberum & indifferens debeat aliter in seipso se habere cùm vult, & aliter cùm non vult; quódque ei aliqua noua entitas & forma adesse debeat, cùm determinatur ad liberè producendum vnum effectum, alia cùm producit liberè oppositum. Id enim tantum abest vt vniuersaliter valeat, vt ne in voluntate quidem limitata, verum sit respectu primi exercitij libertatis quam habet. Falsum item est quod ad intelligendam liberam Dei actionem, necesse sit intelligere, actum Diuinum immanentem aliquando eius formam potuisse non esse in Deo. Satis enim est quòd actus ipse Diuinus immanens, necessariò & essentialiter existens, possit vnus & idem, terminari ad hoc, vel non terminari. Sicut si animi gratia fingamus voluntatem nostram esse ens indefectibile, & absolutè necessarium in essendo, nihilominus intelligemus eam liberè se habere ad producendam determinationem suam formalem. Quia vt attigit Scotus in 1. d. 39. lit. E. & Dur. in 2. d. 24. q. 2. num. 13. indifferentia entitatiua non est de ratione cuiuslibet actus liberi. Quia tali indifferentiæ iunguntur potentialitas obiectiua, & passiua capacitas recipientis, quæ non interueniunt cùm actus liber est infinitus essentialiter. Sufficit ergo indifferentia quoad terminari, quam habet iure & priuilegio causæ liberæ præsertim, quia vt aduertit Capr. in 2.

d. 24.

d.14. ad 1. Dur. contra 5. Divina volitio non desumit speciem ab obiecto creato, sicut facit volitio creata, quæ propterea non potest indifferenter terminari ad unum obiectum vel non terminari, facile tamen erit Deo, cognoscere velitne an nolit. Intuendo enim effectum terminationis suæ non potest id ignorare. Adde quod perspectissimum habet cui nostræ voluntatis actui, sita illa entitas simpliciter necessaria correspondeat in his & illis circumstantiis, & qualem formalem peculiarem determinationem esset tunc eliciturus, si esset capax mutationis.

Et hæc pro modulo nostro de gravissima difficultate dicta sint. Itaque si minùs animum legentis expleui, dicam cum Hieronymo in Apologia ad Pammachium epist. 50. sub finem. *Aut prefer meliores epulas, & me conviuã voca, aut qualicumque nostrâ cœnulâ contentus esto.*

ARTICVLVS V.

De Divina voluntate, sub ratione actus primi atque potentiæ.

50 QVomodo voluntas per modum actus primi possit in Deo concipi, ita ut seclusis imperfectionibus, non tantum sit in Deo volitio, sed etiam voluntas, perspicuum est ex dictis quæst. super. art. 5. in simili difficultate de intellectu, & ex variis D. Thomæ locis asseritur à Capr. in 1. d. 45. q. 1. art. 1. concl. 5. hoc ergo supposito, addam aliqua de perfectionibus Divinæ voluntatis, quas tamen ex disputatis eodem loco circa perfectiones intellectus, manifestum est nõ esse habituales, quamuis perfectionibus nostris habitualibus quoad obiectiuam honestatem quam respiciunt, proportionales sint, & similiter appellentur.

ASSERTIO.

Divina voluntas, & summa morali indefectibilitate instruitur, & omnibus omnino voluntatis perfectionibus ab imperfectione præcisibilibus: cum quibus sunt quædam virtutes ad alium, ac nominatim iustitia, liberalitas, magnificentia atque veracitas. Non tamen omnes quæ eiusdem classis sunt, aut quæ spectant ad ipsum operantem, nisi præter communem usum considerentur, seu prout indirectè, ac in alio, circa sua obiecta tendunt.

PRIMO, admitto in Divina voluntate moralem indefectibilitatem, siue sanctitatem. Quod expressisse videtur Cleanthes Pisadeus Stoicus Philosophus, in poemate de Deo apud Clem. in protrept. & 5. Strom. cap. 7. initio, his verbis: *Si bonum* (Dei nomen est apud hunc Philosophum aliosque non paucos ut suprà visum est) *quale sit me rogas, audi: ordinatum, iustum, sanctum, pium, seipsum continens, pulchrum, decorum, severum, constans, semper conferens, metus, curæ, & doloris expers, iucundum, tutum, amicum, honoratum, quod omnes fatentur gloriosum, à fastu alienum, curam gerens moderatum, vehemens, diuturnum, reprehensionis nescium, semper permanens* hæc Cleanthes, *non poeticam Theogoniam sed veram Theologiam, & qualisnam sit Deus, aperte docens*, ut Clemens Alexandrinus l. cit. dicit. Divinæ sanctitatis humillimam agnitionem ex Hermete refert Ludou. Cælius l. 1. cap. 4.

Sed

Sed ut hoc ipsum paulò distinctiùs tradamus, Diuinā moralem indefectibilitatem, aut, ut Patres saepe loquuntur, plenam immortalitatem, exigit summa Dei perfectio, quae cum defectibilitate morali nō cohaereret. Deū enim omnes apprehendunt tanquam id quo melius cogitari nihil potest; at posset sanè aliquid cogitari Deo melius si Deus nō esset extra periculum prolapsionis in peccatum, & libertatē haberet respectu mali moralis. Hoc argumentum iam hic tum attigit Simplicius 6. Phys. lib. tex. 25. Deinde Deus quia comprehendit seipsum, necessariò se amat ut suprà vidimus, & omnia vult tanquam obiecta secundaria, ac proinde in ordine ad se. Nihil ergo velle potest, quod non sit ita amabile, & ordinabile ad suam summam bonitatem, quae ipsa importat honestas obiecti illius voliti, & volitionis in illud tendentis. Postremò sicut regula errare non potest, quia seipsa recta est, nec potest excidere à seipsa: mensura autē idcirco errare potest, quia cum non sit sibi regula, potest ab ea deflectere & nō conformari directioni extrinsecae, per quam regulatur; Ita creatura quaevis, quia non est sibi regula, errare potest; Deus autem qui sibi ipsi regula est, nec potest seipsum deserere, non est peccato vel morali errori obnoxius, ac proinde habet voluntatem indefectibilem, & quae non possit praua agere. Quod eminentē esse qui dubitatur, dixit Philoponus ad 6. Procli argumentum c. 6. Imò ait, *dicere Deum posse praua agere impietatem esse quae dicenda aut nunquam dici aut fingi* [illegible] *Deum, nec id absurdè tamen posse ad quod homines non possit* [illegible] *nec* [illegible]. Ex quo vides quod iudicium ferat Philoponus de Iudaeis Rabbinis, qui eo in suum illud impietatū omnium & impietatum horrendum, congessisse scribit Sixtus Senen. lib. 5. *traditionum*. Deū praecepisse populo Iudaeorum ut singulo quoque nouilunio, sacrificium expiationis peragant, ad expiandū scelus à Deo ipso perpetratum, quando lumen quod iniustè à Luna ademerat, Soli attribuit. Ita illi ordine 4. tract. 6. distinct. 1. quos fortè respexit S. Thom. 1. cōtra gentes c. 95. referens Deum iuxta Thalmudicos quandoque peccare, & à peccato purgari, & eâdem Luciferianos haereticos dixisse, Deū in Luciferi deiectione peccasse. Quod variis rationibus S. Doctor impugnat, sed sufficiūt quae adductae sunt, quibus non modò peccatum à Deo excluditur, sed etiā peccandi potentia, quam solam exclusa peccato cōpetere Deo cōtendit Celsus apud Orig. lib. 3. [illegible]. Nullum porrò inde libertati Diuinae praeiudicium inferri, suprà ostensum est art. 5.

51 Videtur contrarium asserere Aristoteles 4. Top. c. 5. loco 61. Ut enim probet non esse aliquem denominandum malū ex eo quòd possit aliquid facere, nisi reipsa suā illam potentiam exprimat, affert exemplū calumniatoris & furis, quo nomine nullus appellet eum, qui si liberet, calumniari & furari posset, id tamen non facit. Tum addit. *Nemo enim qui exposuerunt, eiusmodi appellatur ex eo quod possit aliquid turpe efficere. Quandoquidem & Deus potest, & vir bonus, quae mala sunt efficere, neque interim non sunt eiusmodi. Omnes enim improbi ex agendi consilio nominantur. Praeterea omnis vis & facultas in numero expetendorum habetur, nam & malorum facultas expetenda est. Itaque Deum & virum bonum ipsi praeditum esse dicimus eas etiam facultates res malas & flagitiosas agere posse.* Hactenus Arist. In quae verba Alexander, probat Deū posse praua agere, quia oppositorū vna est potentia,

potest

potest autem Deus bene agere ergo & male. Addit tamen in eundem locum Niphus, in gratiam Alexandri, inde non sequi Deum posse eligere praua, quia sic fieret prauus, ac proinde potentiam illam ad opposita quam Alexander Deo tribuit, non esse nisi potentiam communem. Difficile tamen est intelligere, qualis sit potentia illa communis, respiciens bonum & malum morale, ac vertibilis ad vtrumque, nec tamen possit dicere electionem malam. Nam vt quis dicatur potens ad male agendum, necesse est vt sit capax volitionis internae prauae, à qua refundi possit malitia in actum externum. Implicat ergo in adiecto, dicere, quòd Deo competat potentia praue agendi (nempe actum externum,) nec tamen ei competat potentia praue eligendi, vel quòd cum electione mala connexum est, praue intendendi. Quae implicantia euidentior adhuc est, si potentia illa communis praue agendi, non intelligatur de potentia respectu actus externi praui, sed de potentia respectu actus interni malitiâ inquinati. S. Thomas 1. p. q. 25. art. 3. ad 2. aliter exponit eundem Philosophi locum. Nempe quòd dixerit Philosophus Deum posse praua agere, sub conditione si velit. Quamquam enim ea conditio sit impossibilis, tamen nihil prohibet conditionalem esse veram cùm vtrumque membrum sit impossibile, vt cùm dicimus *si homo est asinus, habet quatuor pedes*. Subdit etiam ita posse intelligi Aristotelem, vt tantùm voluerit, Deum posse aliqua agere quae nunc praua videntur, quae tamen si ageret bona essent.

Omnium tamen optima videtur expositio quam postremo loco proponit S. Thomas, & in qua etiam post multa ex variis adducta, conquiescere visus est Niphus; Nempe quòd Aristoteles ibi de Deo egerit iuxta communem tunc Gentilium opinionem. In exemplo enim, iuxta commune effatum, non requiritur veritas, sed sufficit si rem de qua agitur exponant ad captum eius in cuius gratiam vsurpantur. Itaque Aristoteles Topicè & populariter, (vt saepe alias in iisdem libris) exemplum illud adhibuit. Sed non possum non mirari Denochartem in eundem Philosophi locum. Siquidem admisso eo Philosophi sensu quem verborum cortex praefert, haec tantùm subdit de suo. *Vtrum Deo potentia male agendi repugnet, ille est solus qui melius nouit quàm Theologi omnes, compertum.* Nam quamuis verissimum sit, Deum, & haec & omnia alia sine vlla comparatione meliùs nosse, quàm norint illa Theologi omnes, tamen modus hic cum dubitatione loquendi de diuina potestate ad peccandum, non videtur tolerandus.

Ex perfectione diuinae Sanctitatis infert S. Cyrillus 3. in Iulian. ad tex. 1. *in fine Summae impietatis crimen esse, vllo in re Deum arguere, eiusque decreta non acquiescere quasi non omnia quae fecerit rectè & inculpate se habeant.* Quod his Porphyrij verbis confirmat. *Cùm autem sit Deus omnibus praesidens & sapientiae, excellentiae magnitudine, incomparabilisque virtutis proprietate singula iudicans, ministransque; ignorat autem multas causas humana mens, quae parua est, etiamsi sapiens esse videatur, & veritatis indagatrix; sic tum erit si non curet dubia ad exquirendum difficilia, nec audeat blasphemare, sed bene habere vt habet; sentiat, ac dicat quòd bene habeat factum, vtcumque factum est. Quid enim mens tanta ac talis fecerit vnquam, vt quod bene habeat nostra intelligentia sciamus nescire, vel quod male se habere, quandoquidem non intelligamus. Igitur* (concludit S. Cyrillus)

quod omnia vtilè facta esse à Deo, dicere & sentire impietas, ... alienum est à prudentium sententiis. Autem quæ sint quæ in eandem rem ex eodem Porphyrio Chrysippum allegante, adducit idem S. Cyrillus infra ad tex. 4.

92 Sed vt non generatim loquendo concessi diuinæ voluntati perfectiones voluntatum creatarum, seu virtutes ab imperfectione cui in nobis immerguntur, præcisas. Quo fortassis sensu Stoici apud Origenem 6. contra Celsum *post medium*, asseruerunt, *eandem esse Dei & hominis virtutem, & parem vtrorum felicitatem.* Quò spectat illud Senecæ lib. de prouident. c. 1. *bonum tantum à Deo differre tantùm tempore*; & alia multa quæ adducit Lipsius 3. manud. ad Stoicam Philoso. dissert. 14. Id enim Stoici nisi omnium desipere, intelligere non poterant de æqualitate in gradu aut perfectione, meritòque Theodoretus 11. contra Græcos *non multùm ab initio*, ait *hoc esse impudens planè verbum*, tempesti vt verba sonant, & de æqualitate arithmetica accipiatur. Itaque videntur designare tantùm voluisse, proportionalem Dei & hominum virtutem ac fœlicitatem esse, saluo semper infinito excessu quoad modum perfectè & plenè ac syncerè habendi perfectionem, cuius vestigium aliquod in creatura reperitur. Sicut enim Deus aliis perfectionibus quarum nos participes fecit, nempe scientia, voluntate &c. gaudens est, ita neq; virtutibus quæ sunt voluntatis perfectiones carere dicendus est, modò fæces potentialitatis eximantur, & pura puta virtutis perfectio, aut (vt aliqui apud Sirenium 5. de fato c. 10. loquuntur) virtutis exemplar tribuatur Deo. Quod nisi fiat, haud negabitur virtutes nostras in Deum cadere. Et hoc attendit Aristoteles 7. Ethic. c. 1. & 2. magnorum Moral. c. 6. alias 5. negans in Deo esse virtutes morales. Item Hippodamus Thurius apud Stobæum serm. 101. negans, Deum vt nos, egere virtute, vt bonus sit. Hoc ipsum voluit Nouatianus cap. 2. de Trinit. his verbis. *Deus omni prudentia prudentior, omni benignitate benignior, omni bonitate melior, omni iustitia iustior, omni clementia clementior. Minima enim sua virtus est, omnium genera virtutum, ... ipso qui virtutum omnium & Deus & parens est, vt verè dici possit Deum esse, quod nihil ... est, cui comparari nihil potest.* Copiosius Arnob. 3. contra gent. num. 17. ex quo pauca decerpam. *Tantum abest* (inquit) *vt Deo corporalia lineamenta tribuamus, vt animorum etiam dicamus, ipsasque virtutes, quibus eminere vix concessum est paucis, tanto vti veramur adscribere. Quis Deum dixerit fortem, constantem, ..., sapientem? quis probum, quis sobrium? quis aliquid nosse? quis intelligere? quis prouidere?* &c. *humana sunt hæc bona, & ex oppositione vitiorum existimationem meruerunt habere laudabilem. Quis autem est tam obtusi pectoris, tam bruti, qui humanis bonis Deum esse dicat magnum, aut idem nominis ... præcellere, quod vitiorum careat sordidate?* &c. Vbi quod Deum fortem, constantem, & sobrium negat, posteà distinctiùs exponam. Quod autem vniuersaliter negat in Deo virtutes & probitatem, accipiendum est eodem sensu quo negat in Deo scientiam, sapientiam & prudentiam, nempe cum nostratibus defectibus & conditionibus illis quibus perfectiones eiusdem appellationis quas participamus, immistæ sunt. Quem sensum facilius suscipe Philo l. de sacrif. Abelis & Caini. Cùm enim dixisset ne illa quidem quæ nobis insunt, vtique recta & virtutes, dici posse de Deo propriè sed tantum per quemdam

abu-

abusum nominum, vt effeminari nostra sint coniuncta, distinxissetque in parte voluntatis, sexum virilem & fœmineum appellaret, & vt alia ex eodem quamplurima, ita & hoc vsurpant Ambrosius l. 1. de Cain. c. vlt. in fi. Hieronymo tamen epist. 143 merenti in his omnibus idiotismum agnoscente, subdit: *Quicquid in virtutibus nostris femineum est*, adiuncta scilicet illa quæ dixi, quibus virtus nostra effeminatur, *tribuendũ esse nobis ipsis. Dic aut̃ tribuendum donatori esse, quod in ipsis est virile & masculinum.* nẽpe perfectionem liberatam ab adiunctis imperfectionibus. Quod idẽ Philo clarius dixit l. de profugis ad illud, *Surgens fuge in Mesopotamiam*, nostras siquidem virtutes omnes & dotes, fœminini generis esse pronunciat, diuinas masculini, propter exclusionem imperfectionis, quam in nobis continent perfectiones illius appellationis, cum nobis communicantur. Eademque ex causa libro de mutat. nomin. ad illud *credidit Abraham*, affirmat solius Dei virtutes, esse puras & simplices, nostras verò esse mixtas, quippe cum nos simus ex diuina & humana natura temperati, & secundum perfectæ musicæ rationes conuexi & coagmentati.

93 Hanc vt ita dicam emundationem, & depurationem perfectionum à nobis in Deum transferendarum, tum demũ facere licebit iuxta S. Thomam 1. p. q. 13. art. 1. ad 2. aliósque doctores communiter, cum imperfectio ita coniungitur perfectioni in nobis repertæ, vt non pertineat ad rationem formalem illius, sed ei ita adiaceat, vt in ratione formali talis perfectionis abstractè, & analogicè acceptæ, non includatur. Volo perfectionem ad Deum transferendam analogicè accipi, quia certum est quamcunque perfectionem nobis competentem, quatenus in nobis est, essentialiter includere imperfectionem aliquam, vt finitatem essentialem, dependentiam, compositionem, vel componibilitatem &c. Quare vt in Deum transferre possimus aliquid quod in nobis perfectionem sonat, oportet hoc ipsum sumere sub altiori quadam ratione & analogicè. Quod si in ratione eius formali sic analogicè accepta nullus defectus superest, vt contingit cum de virtutibus agitur si obiectum formale quod virtus respicit sit à defectu immune, tunc licebit perfectionem illam propriè & formaliter in Deum transferre, & sufficienter à potentialitatis fecibus expurgatam, iudicare. Ita autem plerunque fieri potest, vt subiectis exemplis infrà patebit. Quare displicet quod ait Suarez disp. de Iustitia Dei sect. 2. num. 12. concedens in ipso obiecto formali virtutis creatæ, aliquam semper imperfectionem ita altè imbibi, vt præscindi nõ possit, ideóque nunquam integram rationem specificam alicuius virtutis in nobis repertæ, posse in Deum cadere. Hoc dico mihi non probari, quia quamuis per se euidens sit nullas virtutes in Deo & in nobis esse eiusdem speciei, propter analogicam tantum conuenientiam Dei nobiscum in quacunque perfectione, tamen aliud est ordo & status perfectionis quæ à nobis in Deum transfertur, & distinctio plusquam specifica altiori illi statui annexa, aliunde quàm ex obiecto formali diuinæ perfectionis ita analogicè acceptæ desumi potest. Si enim consideremus diuinam essentiam, tantùm vt correspondentem vni alicui virtuti nostræ, seu cum habitudine vel quasi habitudine ad illudmet formale obiectum quod virtus nostra respicit, habebimus identitatem obiecti formalis vtrobique, vt manifestè supponitur à S. Thoma suprà, & tamen salua manebit eminentia, & altior or-

de perfectionib. illius, prout in Deum cadentis.

54. Tertiò specialiter egi de illis voluntatis nostræ perfectionibus quæ in Deum transferri possunt quia earum ratio obiectiua præscindit ab imperfectione. Quales dixi esse quasdam ex virtutibus ad alium, quæ est prima classis virtutum moralium, in quæ sunt ad ipsum operantem comparata, de qua virtutum Moralium distributione plura suo loco. Aliquæ ergo ex virtutibus alios respicientibus, manifestè important imperfectionem, cuiusmodi sunt religio quæ alterius cultum habet pro obiecto, item pietas, obedientia, obseruantia, & similes quas non est laborandum vt à Deo remoueantur: & in hunc ordinem licet reclamantibus recentioribus quibusdam, reseruanda est gratitudo: Respicit enim illum vt benefactorem & superiorem, vt aperté habetur ex D. Thoma 2.2.q.106.art.1.& 2. Repugnat autem Deo habere superiorem aut benefactorem, cùm ipse potius det omnibus affluenter, nec possit in eo resultare debitum gratitudinis, cùm eius sit omne quod possumus. Potest quidem exhiberi Deo à creatura opus gratuitum, illud tamen non exurgit in Deo debitum gratitudinis, nisi tale opus habeat rationem beneficij, quod spectata diuina plenitudine, cùm quam bonorum nostrorum non eget, & perpetuis infinitis muneribus quibus illi obstringimur, non potest in Deum cadere. Disputat in hanc rem multa Socrates apud Platonem *sub finem* Euthyphronis. Aliæ quædam ex eadem prima virtutum classe, rectè Deo tribui possunt, cuiusmodi sunt Iustitia, magnificentia, liberalitas, de quibus inter recentiores magna contentio est, non tam de rebus, quàm de vocibus.

55. Quidam enim iustitiam commutatiuam idcirco Deo denegant, quia obiectum formale iustitiæ commutatiuæ, est æqualitas dati & accepti. Atqui inter Deum & creaturam, non potest intercedere prædicta æqualitas, cùm Deus nihil à nobis possit accipere. Ergo non potest etiam intercedere iustitia commutatiua. Similiter iustitiam distributiuam ea ex causa à Deo remouent iidem authores, quod æqualitas Geometrica quam per se respicit iustitia distributiua, non attendatur à Deo cum præmia reddit, sed dumtaxat æqualitas cum merito vniuscuiusque. Tandem magnificentiam & liberalitatem Deo denegant, quia liberalitas ex 4. Ethic. capit. 1. versatur circa pecuniæ largitionem vel circa id quod pecunia æstimatur, magnificentia autem eodem Aristotele auctore ibid. cap. 2. versatur circa magnos pecuniæ sumptus, quæ consistere ridiculè & absurdè tribuerentur Deo, vt expressè idem Aristoteles 10. Ethic. cap. 8. affirmat.

Hæc argumenta euincunt quod intendunt, si ratio formalis obiecti prædictarum virtutum, exponatur eo modo qui in his argumentis propositus est. Si tamen aliter exponatur, nihil concludunt. At posse aliter exponi, non diffitentur qui ea argumenta vsurpant. Quamquam addunt id fore contra receptas huiusmodi virtutum definitiones, quas proinde Deo tantùm abrogant, considerantes, vt ordinariè fit, iuxta significationem illam quam in nobis habent. Alij vero easdem cum Deo concedunt, quia considerant obiectum formale earum, in ea præcisione & puritate cum qua Deum deceat, & nullam imperfectionem in virtutem circa illud versantem, refundat. Quæ causa fuit cur totam hanc controuersiam dixerim esse de vocibus.

Tamen

Tamen posterior hic loquendi modus, non apud Philosophos duntaxat, sed etiam in Scripturis frequentatus reperitur. Imò vt Iulianus Pelagianus apud August. lib. 1. contra 2. eiusdem responsionem cap. 25. rectè dixit, *Nemo gentilium de eo dubitauit, quia ita omnibus generaliter, & diuinae naturae inuictum est Deum iustum esse, vt manifestum sit, Deum non esse, quem conuicerit iustum non esse.* Et apertè loquitur de iustitia illa *quae quadrans integritatis pars est*, vt loquitur cap. 34. vbi illa etiam pulcherrimè de eadem Dei iustitia. *Haec augusta virtus, expultrix turpissimarumque meretricum, in operibus quidem imaginis Dei, id est humanae animae, pro creatura ipsius modo & viribus intermicat, in ipso verò Deo omnium quae sunt ex nihilo conditore, immensa & clarior, pro aeterno orbe resplendet. Origo eius diuinitas est, aetas eius aeternitas, & aeternitas eius citra initium vel desinere, vel nescit. Vt ergo genus eius & origo Deus est, ea, &c.* Haec sunt de quibus meritò vsurpare liceat verba quae eodem libro, cap. 41. leguntur. *O lucem aurum in stercore.* Tandem quia nihil affertur quod posteriorem illum loquendi modum, improprium esse conuincat, placet eum retinere. Dissoluere autem quae contra eum opponebantur, simulque legitimam rationem huius virtutis ad nos minimè coarctatam, exponere, non erit operosum.

Iustitia ergo commutatiua, non est limitanda ad aequalitatem dati & accepti, similem illi quae inter homines cernitur, nempe cum mutua vtilitate & translatione Dominij, sed sumenda est in ea amplitudine qua complectatur omnem aequalitatem debitam ratione dominij, aut iuris aequiualentis. Atqui Deus potest huiusmodi aequalitatem nobiscum seruandam intendere. Quamuis enim absolutè loquendo nulli debeat, tamen postquam quod aliquid creaturis fuit promissum sub conditione onerosa, quam illae impleuerint, constituitur eis debitor in quo nulla est imperfectio, ob liberum pactum praecedens, vt notauit Argent. in 4. dist. 46. q. vn. artic. 1. ad 2. contra 3. & pulcherrimè Bern. in fine libri de grat. & lib. arbitrio. Ergo nihil vetat assignare Deo veram aliquam rationem iustitiae commutatiuae. Caetera enim quae in nobis puritatem rationis huius obiectiuae vitiant, aut inquinant, materialia sunt, vel per accidens adiuncta, ac idcirco praecisibilia.

Quod iustitiam verò distributiuã, nihil est quod vetet aequalitatẽ Geometricam intendi à Deo, cùm in ea intentione nihil importetur Deo indignum, & sapientia ac aequitas postulent, vt secundum proportionem meritorũ fiat remuneratio. Et licet Deus per se in singulis respiciat quantitatẽ meriti, vt ei respondens praemium statuat, tamen potest quoque per se intendere aequalitatem illam proportionalem inter multos quibus reddendũ est debitum praemium. Hoc sensu dixisse Platonẽ exercere semper à Deo Geometriam tradit Florus apud Plutarch. 8. symp. q. 2.

97 Denique iustitiã Dei vindicatricẽ naturę lumine agnouerũt iã olim Philosophi, vt videre est apud Stobaeum in eclogis phys. c. 7. praesertim Plato varijs locis quae collegit Euseb. 11. praepar. c. vlt. & li. 12. c. 3. Theodoretus 6. contra Graecos *non multum ab initio*, & li. 11. ferè per totum, ac multò post eos Nemesius l. 3. de pulchrit. animi c. 3. nec aliud voluere Poetae & Philosophi, *tribunal apud inferos ponentes*, vt dixit Tertull. c. 47. Apolog. & refert etiam Naz. orat. 4. n. 61. Sed de his infrà fusiùs cùm de Prouidentia. Nunc

breuiter subnecto rationes quæ hæc iniustitia euincunt. Hæc reddo verbis Cypriani in oratione de contemnenda morte. *Ac disputandum esse apud inferos, rerum quæ hic distinguuntur, & omnibus impiis [illegible] illic mulctari redundantes huius temporis voluptates: hanc opinionem firmam, non dubiam tantum vniuersum consensus approbat, sed & diuina iustitia [illegible] quam omnes etiam impudentissimi cruciatum, ut nec se est, hanc sententiam communem in animis retinere. Neque enim fieri sciri cogitare possumus, bono & perfectissimo Deo aliquid boni deesse. Iustitia autem cum omnibus bona est, tum vero ijs quibus principatus aliquis, sine qua nullis potestatis imperium complectitur. Imprimis autem Deus regnat, & maximum ac absolutissimum imperium praeditum est. Nihil est quod ipse habeat, ut nemo sit in aliqua sui parte ad seruitutem trahat. Ipse igitur cum præsideat omnibus, & humana facta contemplans, iustitiam necessariò iuxta se retinebit, quæ & bonorum remunerationes & malorum supplicia definiat: quod solum iustitiæ munus est. Quòd si Deus est bonus, necesse est caris bonis coronas, ac impiis supplicia preparata esse: quæ nisi hic luant, necesse est ea illic post obitum restituere. Neque enim fieri potest, dignitatis & iustitiæ rationem non haberi.* Addendum porro obiter est, iustitiam hanc vindicatiuam, in Deo, æquissimam esse, & in neminem nisi iustissimis causis præsuppositis pœnas decernere. Quod naturali lumine cùm sit côspicuissimum, mirabile est, imò stuporem inferre, esse qui sentiant, Deum præcipiendo impossibilia, pro iisdem tamen non seruatis inferre posse mundũ æterna supplicia, quo nihil iniustius vel crudelius aut Deo indignius. Sed hoc cùm alij luculenter & copiosè confutauerint, ac ei quoque lumini quo natura nos instruxit, nec fidei tantum repugnare docuerint, quod diligenter præ-

stitit cæteros post Vega II. in Conc. cap. 14. ego paucis appositis ex nostre epistulæ de malis doctoribus, qui falsi traditur Sextus III. rem concludam. *Quid impius tam sententia dignum, quid tam pietati consentaneum esse credendum est, quàm Deum iustitiæ atque æquitatis parentem, nihil vel quod suspicari quidem iniquum atque iniustum debeat, opertum videri? Imò vero quam procul ab eo omnibus abesse suspicio debeat, quæ nec hominem ipsum, cùm in eo præsentatio quod fuerit, diligit enimque, regno suo præmia, & gehenna ignibus mancipat, si iniquitatis aliquid in illo permaneat. Iustus si illum iustum apparet esse, qui factor est, qualis ille credendum est qui facit: & si etiam æquitatis debet esse, qui iudicandus est, qualis putandus est ille, qui iudicat? Calumniantur Deo aliquid impossibile præcepisse, si vel hominis committantur si etiam humanæ conditionis impositæ pœnas, contra possibilitatem cuiquam aliquid imperare, quod perversitas est, hoc vel sentire de Deo, quod nec mortalium quidam natura suscipiat? Estne aliquis tam imprudens, tam iniustus tam totius æquitatis ignarus, qui aut famulo, aut cuique subdito id imperare audeat, quod eum implere non posse cognoscat? Verbi gratia, præcipiatur seruo suo, ut non quotidianum iter, nullius alius labore conficiat, aut spatiosissimum fluuium natando petat: quæ in naui quidem transmittat, aut vt montes dabrica apta remote, inaccessibilésque conscendat, & quæcunque alia quæ sunt naturæ contraria faciat? Quid si iubere præsumpserit, quem non hanc non modo iniquum, sed etiam & iniustum putat, quam illa imperare homini videat, quæ sine vllo modo quæat natura suppleri? Et si de huiusmodi homine tale potest haberi iudicium, quid de Deo sentiant, qui eum aliquid naturæ contrarium* (imò impossibile) *præcepisse existimant, prudentia sua iudicio derelinquens.* Sic ille.

Tandem

Tandem materia sensibilis quæ liberalitati & magnificentiæ assignabatur, nimis angusta est, per eam tamen vt piùs familiariorem & notiorem. Aristoteles liberalitatem & magnificentiam exposuit, non exclusa aliâ quacumque materia in qua honestas obiectiua virtutum illarum cerni possit. Sanè Auicenna quem impugnat S. Tho. 1. contra gent. cap. 93. ait Deum esse maximè propriè liberalem, eo quòd bona sua elargiatur non vt aliquid sibi commodi adueniat, quæ est piscatorum erga pisces liberalitas, vt attigit Philo lib. de Plant. Noë ad illud *quando ingressi fueritis terram, &c.* Sed propter solam gratuitæ largitionis bonitatem, & decentiam, vnde liberalitatem maximè commendat Aristoteles 4. Ethic. cap. 1.

Et ita pulcherrimè Seneca 4. de Benefic. cap. 3. *Si ut prodigissimus, sola nos inuitaret vtilitas, minimè beneficia distribuere deberent, qui facillimè possent, locupletes, & potentes, & reges, aliena ope non indigentes. Dij verò tot munera, quæ sine intermissione diebus ac noctibus fundunt, non darent. In omnia enim illis natura sua sufficit, plenosque & tutos & inuiolabiles præstat. Nulli ergo beneficium dabunt, si vna dandi causa est, se intueri ac commodum suum. Istud non est beneficium, sed fœnus: circumspicere, non vbi optimè ponas, sed vbi quæstuosissimè habeas, vnde facillimè tollas. Quod cùm longè à dijs remotum sit, sequitur vt illiberales sint. Nam si vna beneficij dandi causa sit vtilitas, nulla autem ex nobis vtilitas Deo speranda est, nulla Deo dandi beneficij causa est.* Et pulcherrimè capite 25. *Dij quæcumque faciunt, in eo nihil præter ipsam faciendi rationem sequuntur: nisi fortè existimas illos fructum operum suorum ex fumis extorum, & thuris odore percipere. Vide quanta quotidie moliantur, quanta distribuant, quantis terras fructibus impleant, quàm opportunis & in omnes oras ferentibus ventis maria permoueant, quantis imbribus repentè deiectis solum molliant, venasque fontium arentes redintegrent, & infuso per occulta nutrimento renouent. Omnia ista sine mercede, sine vllo ad ipsos perueniente commodo faciunt. Hoc quoque nostra ratio, si ab exemplari suo non aberrat, seruet, ne ad res honestas conducta veniat: Pudeat vllum venale esse beneficium. Gratuitos habemus Deos. Si Deos*, inquit, *imitaris, da & ingratis beneficia. Nam & sceleratis sol oritur, & piratis patent maria.* Sed hæc ad institutum plus satis.

98. Obiter tantum addo præter has virtutes ad alium, alias quoque Deo competere, vt charitatem, misericordiam, mansuetudinem, & similes, ac nominatim veracitatem. De mansuetudine diuina, ac vt S. Chrysostom. in Psalm. 9. appellat *ineffabili tolerantiæ pelago*, sub patientiæ nomine illustrissimè philosophatur Tertull. libro de patientia capite 2. *Nobis*, inquit, *exercendæ patientiæ authoritatem non affectatio humana caninæ æquanimitatis stupore formata, sed viuæ ac cælestis disciplinæ diuina dispositio delegat, Deum ipsum ostendens patientiæ exemplum iam primum qui florem lucis huius super iustos & iniustos æqualiter spargit, qui temporum officia, elementorum seruitia, totius geniture tributa, dignis simul & indignis patitur simul occurrere, sustinens ingratissimas nationes, ludibria artium & opera manuum suarum adorantes, nomen cum familia ipsius persequentes, luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatem, quotidie insolescentem vt sua sibi patientia detrahat. Plures enim*

Dñm

Dominum iratum non credant quia se-mele iratum tamdiu sustinent. Hæc il-le quæ vt alia eiusdem permulta, ex-pressit S. Cyprianus lib. de bono pa-tient. cap. 2. Scitè item Themistius orat. 16. *quam verum Dei fulmen & quam in paucos? Lumen contra, & ubique & in omnes.*

Veracitatis diuinæ specialiter me-mini propter insaniam Armenorum apud Prat. v. Armeni hæres. 9. (si tamen ita senserunt, nam eos pur-gat Castro v. Deus hæres. 4.) & con-tra Maximum Tyrium cuius illa sunt Philosopho indignissima, in dissert. 2. num. 17. *Nihil vt tibi videtur quæ-rere aliquis possit de quo non verum ipsum respondere possit Deus, siue id è re sit [illegible], siue con-tra, &c. Et quidem [illegible] nihil potius narrat quàm Deum, vtrique [illegible] ac vanitati, similem mendi-cis illis qui in triuiis [illegible] & duobus [illegible] cuique [illegible] producunt. Ego verò non Deo tan-tùm, sed & viro bono indignum es-se puto, vt [illegible] quælibet verum dicat. Nec enim res per se præclara est verum dicere, nisi id [illegible] sit eius qui audit. Ita sæpe medi-cus ægrot, dux exercitum, gubernator [illegible], nec hos iccirco reprehen-dimus. Quid quod mendacia sæpe pro-sunt hominibus, veris contra veritas?* Hæc ille de Dei mendacitate men-dacissimè. Nam vt rectè dixit August. serm. 162. de tempore, *veritas men-tiri non potest, aliquin veritas non est sententia potest.* Adde ex sancto Dio-nysio cap. 8. diuin. nom. rationi Elymæ Magi respondente, casurum Deum à veritate si mentiretur, ac proinde etiam à suo esse, quod est infinita perfectio. Adde etiam casu-rum à sanctitate. Nam esse in men-dacio intrinsecam & omnino insepa-rabilem malitiam, testimonio ipso-rummet Ethnicorum compertum est in Morali. Quare tam abest Deus à mendacio, quàm à malitia. Et præ-terea sanè Tyrius ex suo Platone 2. de Republ. in fine, didicisse, Deo naturam esse à mendacio penitus a-lienam, esseque Deum & verbis & operibus veracissimum, neque alios decipere vlla ratione. Id quod [illegible] Plato tamquam vnum ex Reipubli-cæ legibus, statuendum decreuit, mandans insuper exsibilandos Poë-tas qui contra senserunt, & indi-gnandum, cum audimus talia de Deo, nec permittendum vt ea pue-ri à Magistris audiant. Expendit la-tè eum locum Euseb. 14. præparat. cap. 3. Meliùs itaque ex eadem Scho-la Iamblichus § 15. libri de myster. *Sicut lumen naturaliter & [illegible] [illegible] sequitur, sic veritas Deum, [illegible] [illegible].* Et paulò pòst addit, *Deum ac superos, veritatem in omni-bus exhibere. Non enim est talenti [illegible], vel homini [illegible] atque [illegible], vel vllum per [illegible] aliquid facientis, aliquando contraria fa-cere.* Lauda hunc locum Clem. 6. Stro-mat. c. 6. sub finem.

99 Tantùm videtur opponi posse iuramentum, quod Deo non modò Ethnici passim, sed & Scripturæ non semel tribuunt. At iuramen-tum arguere videtur aliquam men-dacij possibilitatem, est enim *defi-cientis probationis supplementum*, vt dixit Aristote-les in Rhetorica ad Alexandrum cap. 18. quia præsciuntur fides enim di-ctionis simplicis, interponitur iura-mentū quo illa roboretur. Ergo si Deus iurare potest, non videtur esse om-nino elongatus à potestate mentiendi, nec habere voluntatem omnia firma-tam in stabili semper assertione veri, sed capacem prolapsionis in eo genere.

Sentit

Sensit hanc difficultatem & egregiè dissoluit Philo lib. de sacrif. Abelis & Caïni, tractans illud: *Et erit cùm introduxerit. Dum dicit Deum iurare* (inquit) *dispiciendum an verè hoc ei conuenienter praedicetur: quoniam plerisque videtur non esse proprium. Iusiurandum enim intelligitur testimonium Dei de re ambigua. Deo autem nihil est incertum aut dubium, qui etiam alios in cognitionem veritatis dignatur introducere. Ipsi verò nullo teste opus est, nec enim est alius Deus huic honore par: ut quid dicam de teste, quod in quantum testimonium exhibet, maior est eo cui datur testimonium. Alter enim opis indiget, alter opem fert: at quod opem fert, fide dignius est, eo quod hac indiget, sed nihil est praestantius summo illo rerum auctore, quia ne confirmandum quidem quicquam, imò neque paulò deterius, sed toto genere demissum infra Deum inuenitur quicquid est: & homines ut fides ipsis habeatur, ad iusiurandum confugiunt. Deus vel simpliciter loquens fide dignus est. Itaque verba eius, quantum ad certitudinem, nil à iuramento differunt. Ita fit ut sententiae nostrae, fides ex iureiurando accedat, ipsi verò iuramento, ex Deo: non enim propter hoc Deo creditur, sed hoc per Deum confirmatur. Cur igitur vati nostro visum est iurantem eum introducere? ut infirmitatem creaturae coarguat, & consolatam consoletur.* Similia pulcherrimè lib. 2. allegor. ad illud *per me ipsum iuraui*, vbi fusius prosequitur cur Deus seruans modum & formam iurandi iuret per seipsum, nempe quia quis alius possit ei esse testis, aut quomodo aliunde firmamentum accipiet dictio illius? vt ridiculi planè fuerint Ethnici (quod vrget Lactant. 1. diuin. cap. 11.) inducentes ipsum quoque summum Deum iurantem, vt ille in Thyeste dixit, *per desformem vndam, quae facit caelo fidem*: propter antiquitatem atque adeò honorabilitatem aquae, vt interpretantur Alexander 1. Metaph. cap. 3. vel potiùs vt dicit Minutius num. 64. ideò apud Ethnicos *etiam ipse Rex Iupiter, per torrentes ripas & atram voraginem religiosè iurabat, quia destinatam sibi cum suis cultoribus poenam, praescius perhorrescebat.* Sed mirum non est huiusmodi Diuinitatem tali firmamento dictorum suorum indiguisse, cùm etiam periurio obnoxia fingeretur, vt indicant poenae criminis periurii indictae, priuatio scilicet nectaris & ambrosiae per nouennium & exilium à consortio Deorum. De quibus Apollonij Scholiastes Argonaut. 2. sed omittamus figmenta. Iurat itaque interdum Deus expressè, & in actu signato non ad conciliandam assertioni suae firmitatem, sed vt nos certos reddat quòd omnino sit facturus quod asserit, vt attigit S. Hieron. Isaiae 14. & D. Thomas in cap. 6. ad Hebraeos lect. 4. ad illud *in quo abundantius*, pleniusque exponit Suar. lib. 1. de iuram. cap. 14. Absolutè autem loquendo & in actu exercito omnes eius sermones sunt iuramenta, vt rectè dixit Philo loco postremò allegato, & satè declarat idem Suar. relect. de libert. diu. disp. 2. sect. 2. num. 5. & 27. *ac sequentibus*. In omni siquidem Dei loquentis assertione, adhibetur Diuinum testimonium quo veritas asserta confirmatur; quae est formalis ratio iuramenti, quamuis quia respectu Dei iuramentum caret iis imperfectionibus quas in nobis habet, nullum inde Diuinae veracitati praeiudicium infertur. Quòd si seruemus accipiamúsque iuramentum dignè Deo, *nullam fore à Sophistica impugnatione periculum*, asserit Philo suprà, vbi proximè.

Cum Diuina veritate in loquendo, iungenda est Diuina fidelitas in promittendo. Imò fidelitas non est spe-

cialis aliqua virtus distincta à veritate si propriè & sub speciali ratione sumatur, nec aliud importet quàm virtutem qua quis se præcisè obligat vt reddat verum quod dixit. Iuxta illud Augustini de fidelitate seu fide hac morali agentis, libro de mendacio, cap. 20. *fides appellata est, quia fit quod dicitur.* Talis inquam fidelitas est ipsamet virtus veritatis moralis restricta ad hanc materiam seu ad promissa, vt tradunt Caiet. 2. 2 q. 115. ad 2. Vasq. 1. p. d. 85. num. 42. ac Suar. relect. de libert. Dei, disp. 3. sect. 4. num. 26. & 31. tametsi aliud tradit Sotus à Vasque suprà reiectus, & Molina tract. 2. de Iust. d. 262. Hæc igitur fidelitas Deo competit in summo, sicut de veritate morali dictum est. Nec sanè licet imaginari Deum in promissis suis fallentem, nisi vel quia cùm promisit, fictè promisit, & contra mentem, quo pacto apertè ruit Diuina veritas in loquendo, incurritque mendacium: vel quia quamuis initio ex animo promisisset, posteà tamen mutata mente nollet exequi promissum, & verum reddere anterius dictum: quo pacto contra fidelitatem fieret, qua ruente & veritas Diuina euerteretur, (eiusdem enim est honestatis, vt bene suprà notat Caiet. proferre dicta vera & efficere, vt per facta subsequentia verificentur, cùm ex eis pendeat dictorum veritas,) & Diuina etiam immutabilitas rueret, ob propositi ante habiti mutationem. Nec cadetent in Deum illa excusationum capita, quibus nos sæpè cum laude resilimus à promissis, aut saltem ea absque culpa non exequimur. Nempe impotentia executionis, vel noui consilij susceptio, ratione euentuum non præcogitatorum. Omnia siquidem potest Deus, & omnia simul prænouit. Et verò vi anterioris illius Diuini propositi non ficti, sed verè suscepti, res promissa supponebatur futura, quomodo igitur posteà supponi potest non futura ob mutationem consilij & propositi?

100 QVARTÒ, attigi virtutes morales quæ sunt ad ipsum operantem. Ita nominant virtutes illas quæ in frænandis passionibus occupantur, nempe Fortitudinem ac Temperantiam, & earum partes. Has ergo virtutes si propriè sumantur, sine prauæ incumbunt in refrænationem passionum subiecti proprij, manifestum est non posse cadere in Deum qui passionibus caret. *Si omnia percurramus* (inquit Aristoteles 10. Ethic. cap. 8.) *quæ ad actiones attinent* (ita designantur materiæ harum virtutum) *parua & indigna Diis esse videntur.* Præmiserat autem molestam atque inuidiosam laudem fore, si eis tribuamus quod Temperantiæ interitum prauas cupiditates non habeant, & ridiculum si dicamus eos esse periculis obnoxios in quibus eorum fortitudo se prodat. Similia multa ad remouendas à Deo huiusmodi virtutes, disputantur apud Sextum Empyricum lib. 8. aduersus Mathematicos cap. *an sint Dij*, & apud Plotinum Ennea. 1. lib. 2. cap. 1. Quòd autem Plato vt est apud Proclum in 1. Alcibiadem. 2. dixit Temperantiæ non minùs quàm iustitiæ exemplaria præcedere penes Deum, aliò spectat.

Sed difficultas superest ex Scoto in 3. d. 33. quæst. vnica litera K, quia quamuis Deus non possit velle sibi bonum Temperantiæ & Fortitudinis, potest tamen illud velle nobis, non minùs intendendo honestatem propriam harum virtutum, quàm facit cùm elicit actum iustitiæ, vel liberalitatis, aut misericordiæ, non exclusa tamen vltima earum ordinatione

natione ad seipsum. Huiusmodi autem volitio videtur esse eiusdem rationis cuius est volitio honestatis illius in subiecto proprio; quia virtutes non diuersificantur ex subiecto, sed ex obiecto. Ergo Deus videtur capax virtutum Moralium quæ sunt circa passiones. Et ita asserit ibi Scotus, negans repugnare Aristotelem loco allegato, quia tantum remouit à Deo virtutes spectatas quoad accidentalitatem. Et commodè addi posset, remouisse eas tantum per ordinem ad ipsummet Deum, qui cum passionibus careat non eget fræno huiusmodi perfectionum. Et sanè hoc vnum videtur esse plusquàm sufficiens ad reiiciendum modum illum loquendi, quòd Deus sit castus, temperans, fortis. Hæ siquidem denominationes sonant exercitium virtutis à qua petuntur, circa passiones proprias illius qui tali virtute præditus dicitur. Et idcirco in humanis si (quod non rarò contingit) pater intemperans filium temperantem velit, non proptereà denominatur temperans.

Tametsi video esse in hoc exemplo aliquid quod non cernitur in casu nostro: Nam quia virtutes nostræ morales sunt habilitates quædam, & hæ, iuxta probabilem sententiam, non specificantur aut constituuntur penes honestatem obiectiuam nudam, sed penes eandem prout difficilem, idcirco in exemplo illo humano facilè est assignare causam, cur volitio illa alienæ Temperantiæ in patre, non spectet ad eandem virtutem ad quam spectat volitio eiusdemmet Temperantiæ à filio elicita. Nam in volitione illa alienæ Temperantiæ vix est difficultas per se pertinens ad Temperantiam; in solo autem filio qui per Temperantiam passiones suas cohibitum it, viget difficultas. Si tamē spectaremus virtutem filij inadæquatè, seu præcisè vt est respectiua honestatis Temperantiæ, seponendo difficultatem illi honestati adiunctam, tunc actus filij & patris videtur esse eiusdem rationis & pertinere ad eandem perfectionem. At Diuinæ virtutes non sunt habilitates, neque correspondent habilitatibus, quia si tales essent, supponerent segnitiem potentiæ cui aduenire conciperentur, quod diceret imperfectionem. Constituuntur ergo à nobis, penes nudam honestatem obiectiuam, quæ vt dicebat Scotus suprà, litera I, non variatur per *mihi*, & *tibi*, siue pro diuersitate subiecti à quo & in quo intenditur, contra Conradum 1.2. quæst. 67. art. 1. *circa ad* 1. Ergo sicut Deus iustus est & misericors, quia respicit alicubi honestatem iustitiæ & misericordiæ, ita etiam videtur quòd sit ad eum modum fortis & temperans, esto non sit ita denominandus. Contra sic temperatam Scoti sententiam, nihil occurrit quod obiiciam.

QVÆSTIO III.

De Diuina prouidentia vniuersè.

101 HÆc quæstio erit velut appendix ad duas præcedentes. Diuina siquidem prouidentia ex actibus intellectus & voluntatis de quibus in duabus illis quæstionibus actum est, vel directè vel connotatiuè in ea inclusis, coalescit, vt paulò post manifestum erit. Meritò ergo explicanda nunc suscipitur, quod eò diligentiùs præstan-

dum est, quò vtilior est & ad vitæ vsum accommodatior prouidentiæ certa persuasio vt propterea Boëtius 4. de consol. prosa 6. dicat, *rem hanc esse omnium quæsitu maximam.* Tantæ verò difficultatis esse addit, vt *vna dubitatione succisa, innumerabiles aliæ velut hydræ capita succrescant, nec vllus fuerit modus nisi quis eas viuacissimo mentis igne coërceat.* Nos tamen quia prouidentiam supernaturalem ex qua præcipuè seges illa dubitationum exstitit, intactam volumus, breuiores esse poterimus, & minoribus tenebris distineri.

ARTICVLVS I.

Dari in Deo prouidentiam de Philosophorum etiam sententia.

PRæmissa igitur notione & ratione prouidentiæ, vt intelligatur de quo possit esse controuersia, inquiremus, an detur, & quibus maximè argumentis euincatur, cuius inquisitionis necessitatem inicit ferrei huius æui, prouidentiæ inficiatoribus fœcundi deplorandus status. Cæteroqui enim pœnâ dignum esse quærere probationes an sit prouidentia, rectè censuit Clemens Alex. 5. Strom. cap. 1. Plotinus quoque Ennead. 2. l. 9. cap. 16. *dubitare an detur vniuersi & singulorum prouidentia, ait non esse prudentis, sed cæci cuiusdam potius, & omnino neque sensum habentis, neque mentem, præsertim ab ipsis intelligibilis mundi cognitione semoti quippe cùm hunc mundum minimè videat, nisi quia si mundum videret, ad Dei prouidentiam suspiciendam assurgeret, non minùs quàm ad Deum ipsum agnoscendum. Deum enim interim negans confitetur & prouidū* vt rectè dixit Tertull. 2. in Marc. cap. 24. Tandem Himerius Sophista in declamatione contra Epicurum, quæ habetur apud Photium cod. 243. iratus Epicuro Diuinam prouidentiam abneganti, quomodo non concussi montes, nō fulmina in impium caput vibrata, scelestum illum cum sua academia hominum oculis eripuerint: Tanta est impietatis huius atrocitas, nec posse illi parem esse vllum suppliciorum immanitate affirmat Chrysost. orat. 2. de prouid. mun. Sed quia, vt dixi, fines hi sæculorum, feraces sunt huiusmodi monstrorum, conandum est obstruere os loquentium iniqua, ad quod præstandum quàm multis titulis astringamur optimè tradit Theodoretus serm. 1. de prouid. mun.

ASSERTIO.

Naturalem Dei prouidentiam, qua res quascunque à se conditas ad proportionatos fines perducit, consentaneè ad earum naturam; nouerunt etiam inter Ethnicos sapientiæ laude celebres, ac in ijs Aristoteles & Peripatetici agnouerunt, & naturale lumen rationis ex creatione ductæ apertè docet.

102 Primò ago de naturali prouidentia Dei; quia ad supernaturalem non pertingit naturæ lumen ex quo nunc procedimus.

Quid sit naturalis prouidentia & quotuplex.

Vt autem naturalis prouidentiæ notionem ad eius probationem supponamus, intelligimus hoc nomine, actus illos Dei immanentes quibus administrat in tempore naturalem gubernationem rerum à se conditarum;

rum; ad quam gubernationē, & prudentiæ dictamina, & voluntatis electio, ac vsus actiuus interueniunt: quo pacto conciliantur lites de nomine quæ in hac re apud multos vigent. Mentionem feci tantùm rerum à Deo conditarum, quia peccata non fieri ex Dei prouidentia, nec ad eam directè pertinere, rectè contra Celsum statuit Origenes l. 7. *fere in fine* & l. 4. *post medium*, & Gulielmus Parisiensis 3. 1. de vniuerso, cap. 1. Quanquam fateor ipsa quoque peccata ad Dei prouidentiam indirectè pertinere vt aduertit Suares 2. de angel. c. 7. n. 20. quatenus Deus vt plenius infrà prosequar & bonum ex illis eruit, & ea punit, quamuis non intendat illa, aut procuret. Item memini solius gubernationis, quia vt rectè notat Nemes. l. de homine cap. 42. creatio & productio rerum non pertinet ad prouidentiam. Nam prouidentia ita se habet ad rem futuram, sicut temporalis executio prouidentiæ seu gubernatio, ad rem existentem: Atqui gubernatio non facit rem, sed eam creatione factam, dirigit ad finem, & ad hoc media procurat. Ergo prouidentia, tametsi æterna, præsupponit rem ordine rationis sibi antecedere: præsupponit quoque eius ordinationem ad finem suum, quæ ordinatio cum creatione coniungitur, quia res non creatur à Deo nisi ob talem finem. Et ideo prouidentia supponit hæc omnia, vt bene aduertit Durand. in 1. d. 35. quæst. 5. num. 6.

Pro duplici autem genere naturarum & earum proportionatis finibus naturalibus, duplex distinguenda est naturalis prouidētia. Altera est quam Physicā appellant; nempe quia Deus in ea habet tantum rationem causæ Physicæ, nec respicit nisi Physicum esse rerum quod vult conseruare, & consentaneo ad connaturales eius operationes concursu, semper instruere, (nisi si rarò per altiorem prouidentiam aliud decernat,) quod ad naturalem prouidentiam pertinere agnoscit Prosper sentent. 277. & Photius in quæstion. ad Amphilochium apud Turrianum in deca. 8. Const. cap. 4. *habetur in Paralipomenis*. Hanc prouidentiam quatenus inferiora homine respicit, dirigi ad ipsum hominem docet S. Chrysost. in Psal. 8. ad illud, *quid est homo*, & omnino optime Nemes. cap. 1. de hom. spectatque eandem quæ attigimus disput. 1. n. 21. Altera huius ordinis prouidentia, respicit creaturas intellectuales, in quarum gubernatione Deus se habet vt causa moralis, hortando, consulendo, præcipiendo, comminandō, &c. Et quamuis nunc Deus de facto has creaturas euexerit ad finem supernaturalem, easque ad eum dirigat per moralem prouidentiam supernaturalem, tamen non desijt quoque perinde se gerere in procurandis medijs homini idoneis ad consequendum finem qui ei esset naturalis, ac si eum non extulisset ad finem illum altiorem. Nam actiones & media quibus acquireretur finis ille naturalis, nempe Deus vt beatitudo nostra naturalis, eo modo quem in morali explicuimus, forent vtiles ad finem supernaturalem consequendum, si accedat extrinsecum imperium, & honestatio per gratiam, vt Christiani Theologi explicant.

Consensus sapientum in admittenda prouidentia.

103 SECVNDŌ, Dari hanc prouidentiam ordinis naturæ, admitti à quibusdam etiā inter Ethnicos sapientiæ laude claris; consultans enim vi-

dicitur ut (quod generatim tradit Aug. 2. de ord. cap. 9.) *aperiat nobis authoritas ianuam*, ad hanc tam necessariam veritatem; atque vt idem subdit *post authoritatis ianuam, simul & ideam rationum sapiamus & comprehendamus*. Quid ergo Ethnicorum sapientissimi quique Diuinam prouidentiâ agnouerint, ostendendum est; & quidem eò sollicitiùs quod Medina 2. parte, c. 1. pronunciauit nullû Ethnicum Philosophum de prouidentia disputantem contra eam non peccasse, aut simpliciter, aut ex parte aliqua eam negando. Sed contrarium testantur innumera Ethnicorum loca, quibus Deum, omnibus, etiam minutis quibusque prouidere, & omnia ad fines debitos per idonea media deducere, praesse item omnibus, ac nihil eius curâ effugere, affirmatur. Et fuisse hanc sententiam Paganorum, affirmat sine limitatione S. Aug. 22. contra Faustum c. 19. Idem ex professo tradit Saluianus lib. 1. de prouid. ferè initio. *Probamus* (inquit) *nullos paenè de incuriositate* (Dei) *& negligentia ita sensisse, qui vere religionis expertes nequaquam vtique Deum nosse potuerunt, quia legê per quam Deus agnoscitur nescierunt. Pythagoras Philosophus, quem quasi magistrum suum Philosophia suspexit, de natura ac beneficiis Dei disserens, sic locutus est: Animus per omnes mundi partes commeans atque diffusus, ex quo omnia quae nascuntur animalia, vitam capiunt. Quomodo igitur mundum negligere Deus dicitur? quem hoc ipso suum facit diligit, quod ipsum se per totum mundi corpus intendit? Plato & omnes Platonicorum scholae, moderatorem rerum omnium confitentur Deum. Stoici eum gubernatoris vice intra id quod regat, semper manere testantur. Quid potest esse de affectu ac diligentia Dei verius, quam quod ipsi scribunt, quia et eum gubernatori similem esse dixerunt.* Et paulò post cùm alia in hanc sententiam ex Marone & Tullio allegasset, subdit. *Cum ergo omnes etiam religionis expertes, & quadam monstra rei compulsi, & sentire omnia à Deo, & moueri & regi dicant, quomodo nunc eam ... quidam ac negligentiae putant, qui & sentiat omnia per subtilitatem, & moueat per firmitudinem, & regat per potestatem, & custodiat per benignitatem? Deus quid de maiestate ac moderamine summi Dei, princeps & Philosophiae simul, & eloquentiae, iudicauerit. Ideo autem nobilissimos vtriusque artis magistros protuli, quia facilius vel omnes alios idem sensisse, vel certè sine authoritate aliqua dissensisse monstrarem. Et inuenire aliquos, qui ab horum iudicio discrepauerint, praeter Epicureos vel quorundam Epicuri sectatorum deliramenta, qui sicut voluptatem cum virtute, sic Deum cum inertia ac torpore iunxerunt, vt appareat eis qui ita sentiunt, sicut sensum Epicureorum atque sententiam, ita etiam vitia sectari*. Sic Saluianus.

Quin etiam Picus ad suum hymnum 1. *sub finem*, scribere non est veritus, nullum se legisse boni numinis auctorem, non modò Philosophum & Oratorem, sed nec Poëtam, qui Dei prouidentiam ad res inferiores etiam minutas non praedicauerit, quod sane est perfectè de naturali prouidentia sensisse. Adducit autem in eam rem loca ex Orpheo, Hesiodo, Homero, Epicharmo, Diphilo, Pindaro, quibus alios omnium penè nationum sapientes, addit, parte 1. libri de prouid. cap. 1. Sed & Socrates in Philebo *circa medium* agnoscit absolutam omnibus numeris prouidentiam, apud maiores suos & anteriores sapientes, exploratam & certam fuisse. Et sanè prouidentiam ante Socratem latè tradiderat Hermes cap. 12. Pimandri,

illo

Illustrissima item ex Pythagora dabit Clemens in protrept. pag. 54. & S. Cyrill. 1. in Iulian. *sub finem*, vt mitter Theophilum Antiochenum 3. ad Autoly. *sub initium* ei tribuere negationem prouidentiæ. Pythagoream secutus est Archytas, cuius illa sunt pulcherrima apud Stobæum sermone 1. *Deus præstantissimus ac princeps est, huiusque causa reliqua præstò sunt bona. Etenim exercitui præest Imperator, nauis gubernator, mundo Deus, animo mens, vitæ humanæ beatitati prudentia.*

104 Stoïcos negasse prouidentiam scribit Theoph. Antioch. 2. ad Autol. *circa initium* (tametsi non loquitur de omnibus) & S. Hieron. in cap. 9. Ezechielis, & Nemes. cap. 44. de homine. Sed melius Salutanus suprà, & latè Lipsius 1. Physiol. dissert. 1. eos facit prouidentiæ assertores. Imò eam acerrimè tutatus esse ait Lactant. 1. instit. c. 2. Et verò an non Stoïci, Seneca, & Epictetus eam perpetuò celebrantes? S. Cyrill. l. 5. in Iulian. ad tex. 4. Chrysippum inter Stoicos celeberrimum, & l. 2. ad 2. 5. Zenonem, & alios Stoïcos, prouidentiæ assertores refert. Sed nimirum vt optimè tradit Nemesius suprà & cap. 35. Stoïci ac præsertim Chrysippus & Philopater, quos adducit, verbo quidem admittebant libertatem nostram & Dei de ea prouidentiam, sed quia simul fatum ponebant, vtramque destruebant, vt rectè expendit idem Nemesius, & Eusèb. 6. præpar. cap. 5. nosque infrà ostendemus.

Iam de Platone & Academicis frustrà laborarem ostendendo eos agnouisse prouidentiam. Videndus Plato in Epinomide *circa medium* & 10. de legibus *sub medium*, itemque in Theæteto & Philebo. Et quamuis in Politico dicatur, *Deum aliquando abiecisse mundi gubernacula*, tamen cùm id ex antiqua quadam fabula referatur, non debet in perpetuæ prouidentiæ præiudicium trahi. Multa in rem nostram ex Platone videri possunt apud Steuchum 4. de fato à c. 10. ac ex antiquis apud Tertull. cap. 47. apolog. & apud Euseb. 11. præpar. cap. 18. Videndus item ex Platonicis Philo apud eundem Eusebium l. 8. cap. 5. & ipse Philo libro de somniis & l. de specialibus legibus *sub finem*, Plotinus latè Ennead. 3. l. 2. & 3. & pulcherrimè Ennead. 2. l. 9. cap. 16. (vbi contra asserentes Deum solius hominis prouidentiam habere:) ex innumeris autem quæ ex eo decerpi possent, placet illud vnum annotare, quod meritò suspexit August. 10. Ciuit. cap. 14. *De prouidentia* (inquit) *Plotinus Platonicus disputat, eamque à summo Deo cuius est intelligibilis ac ineffabilis pulchritudo, vsque ad hæc terrena & ima peruingere, flosculorum atque foliorum pulchritudine comprobat, quæ omnia quasi abiecta & velocissimè pereuntia decentissimos formarum suarum numeros habere non posse confirmat, nisi inde formentur, vbi forma intelligibilis & incommutabilis, habens simul omnia perseuerat.* Attingit denuo hanc Plotini & Platonicorum argumentationē c. 17. Denique ex Platonicis, suffragatur prouidentiæ auctor libri de causis prop. 19. vbi D. Thom. ex Proclo ostēdit quomodo prouidentia Dei non pugnet cum eius vniformitate, id est quomodo in varia eum non distrahat. Extra Stoam & Academiam, latè quoque pro prouidentia Diuina pugnat Hierocles in opere de prouidentia, apud Photium cod. 251. & alij cùm Poëtæ tùm Philosophi, quos latè referunt Picus libro allegato, Steuchus 4. de fato, cap. 9. & Eugubinus 7. perennis Philos. cap. 6. Denique sanctus Irenæus l. 3. cap. 41. ait Ethnicos illos qui minùs illecebris

ac

ac vulgaribus seruierunt, nec tamen tempore idololatriæ dediti fuerunt, Dei circa mundum & res omnes, prouidentiam agnouisse. Similitérque Minucius in Octauio à num. 21. Philosophus quamuis multiformes, ad vnitatem prouidentiæ omnes reuoluisse asserit. Et sanè vt rectè docuit Canus 12. de locis cap. 4. refellens Caietanum, cognitio naturalis prouidentiæ, est naturali lumine comparabilis, ac proinde mirum non est Ethnicos illam comparasse, vel quod præclarè tradit Clemens Alex. 5. Strom. cap. 7. *sub finem* [illegible], à natura insitam, exsuscitasse. Claudam hunc locum paucis ex longiore Clementis disputatione decerptis. *Nullam esse quam gentem (inquit) neque agricolarum, neque pastorum, neque etiam qui versantur in ciuitatibus, posse viuere, nisi eius quod est præstantius ac melius fide præoccupatione præuenta fuerit. Quapropter vniuersa quidem gens Orientalium, & vniuersa quæ pertinet ad Occidentem, Septentrionem & Austrum, vnam habet & eandem anticipationem ac præsumptionem de principatu eius qui constituit. Siquidem quæ sunt vniuersa & maximè generales eius operationes, omnia ex æquo persuaserunt. Longè autem magis qui apud Græcos fuere curiosi Philosophi, à barbara vero Philosophia, ex qua eis caelis sub* [illegible], *& est solus, & potentissimus, & artifex maximus, & eorum quæ sunt pulcherrima, auctor præcipuus, didicere prouidentiam.*

Varia placita de mente Aristotelis circa prouidentiam.

104 Porrò specialiter egi de Aristotele & Peripateticis, quia de eis circa hoc, ac præsertim de Aristotele, est controuersia. Negasse prouidentiam ait Canus 12. de locis cap. 4. post Theodoretum sermo quinto contra Græcos, vbi refert impugnationes Oenomai Cynici contra hanc Aristotelis sententiam; similitérque Attici contra Aristotelem impugnationes affert lib. 15. Præpar. cap. 4. Alios multos Aristotelem criminantes tanquam prouidentiæ inficiatorem, adducunt Henriquez cap. 4. de fine hominis num. 4. litera R, & Billius ad Nazianzeni carmen de virtute num. 1. videtúrque huc spectasse Lactant. lib. de ira Dei cap. 18. dicens *Aristotelem nec curasse omnino nec coluisse Deum*, ita enim solet Lactantius prouidentiæ inficiatores describere. Dubitasse Aristotelem ait Viperan. lib. 1. de prouid. cap. 4. addito Æliani lib. 4. in Philosophum elogio, quòd *Aristotelis Philosophia homini fuerat inepta*, nempe ob prouidentiam sublatam. Valde dubitasse, & imperfectè ac diminutè de prouidentia loquutum esse, ait Suar. 1. p. tract. 2. lib. 3. cap. 10. num. 7. Ex qua parte eam simpliciter prouidentiam non asseruisse, dixit Mol. 1. p. q. 22. art. 1. disp. 2. Cæterum conclusisse, dixerunt multi Patres vt Ambros. 1. offic. cap. 13. Theodoret. in epitome Diuinorum decretorum cap. de prouid. Athenag. orat. ad gentes *sub medium*. Tatianus orat. contra Græcos *initio*, Clemens Alexand. in protrept. Nazianz. *in fine* orationis primæ de Theolog. vbi Billius, & Elias Cretensis in 1. contra Iulian. num. 9. Nemesius cap. 44. de homine, Atticus apud Euseb. lib. contra Philosophos cap. 4. Sanctesius [illegible] lib. 9. cap. 2. Et quibusdam Philosophis tacito nomine idem tribuit Cyrillus Hierosolymit. catech. 8. & 5. Hieronym. in cap. 8. Ezech. ad illa verba *dereliquit Dominus terram*, & S. August. 5. de gen. ad liter. cap. 21. & in Psalm. 148. ad illud, *Ignis*

grando,

grandis, *etc*. &c. Nec multum hinc abest sententia, quam magnæ Philosophorum parti tribuit Iustinus, *contra Tryphonem*, nempe quòd sentirent Deum prouidere quidem vniuersitati huic, eiúsque speciebus & generibus, mihi verò, tibi, singulisque, non item. Id enim videtur Iustinus dixisse occasione Peripateticorum, quorum tunc magna erat auctoritas. Et hæc videtur causa cur Origenes 1. contra Celsum, dixerit, Aristotelem erga prouidentiam esse minùs impium quàm Epicurum, fortè quia cùm hic negaret omnino prouidentiam, ille à sublunaribus tantùm eam remouebat. Quo sensu accipienda quoque videntur quæ idem habet lib. 5. de Peripateticis, quos ait negasse prouidentiam, nempe quoad sublunaria. Tandem Sirenius 4. de fato à cap. 22. post longam disquisitionem, concludit Aristotelem tribuisse Deo generalem rerum prouidentiam in communi, sed non in particulari. Consentit Nemes. cap. 44. de homine, Medina 2. parænes. cap. 1. & Vasq. 1. p. d. 87. cap. 2. eandémque sententiam aliquorum fuisse refert & pulchrè refellit Nouat. l. de Trinit. cap. 8.

Sana Aristotelis sententia in hac parte.

106 Nihilominus Aristotelem agnouisse prouidentiam, etiam in singulari, & contrarium malè ei affingi docent S. Thom. 3. contra gent. cap. 75. & quæst. 5. de verit. art. 5. Henriquez supra, Salas tract. 1. d. 4. num. 83, Carpent. digress. 3. in Alcinoo, & digress. 11. *in fine*, Valent. 1. 2. d. 1. q. 12. punctio 2. & copiosissimè Franciscus Picus tota parte prima libri de prouid. contra Philosophastros, Steuchus ad 12. Metaph. *in fine*, Ficinus 2. de immortal. cap. 13. Granat. lib. 1. in symbo. cap. 36. Neouillæus 5. de animi pulchrit. cap. 14. ac denique Catharinus in annot. contra Caiet. pag. 116. & contra alios vt vocat *Philosophos humanos*. Illustrissimum in hanc rem Philosophi locum ex 12. Met. tex. 52. expendit sibi bene Vicomercatus, ostendens Aristotelem cùm de præstantissima Dei actione qua beatus est, & apud se manet, disseruisset, dubitationésque in ea exorientes dissoluisset: postmodum qua ratione mundum administret & regat, instituere docere, & ita quidem vt quodcunque bonum in eo esse conspicitur (quod quidem maximum est) id ipsi Deo referri acceptum velit. Ad id autem explicandum quæstionem hanc adducere vtrum causa propter quâ vniuersum bono & optimo fruitur, diuersa quædam substantia sit, per se consistens, quemadmodum Deus, an ordo potiùs quo dispositum est & digestum. Eam verò quæstionem mox diluere, ab vtroque affirmantem id proficisci, præcipuè tamen à causa separata, quæ ordinem illum in vniuerso constituit, non secus atque exercitus bonum, in ordine quidem & Imperatore consistit, sed longè præstantiùs in Imperatore, à quo omnis ordo, qui in exercitu est, proficiscitur. Siquidem ille omnia disponit, collocat, digerit, quo sine nullus esset ordo, imò verò totius exercitus magna perturbatio, quæ perniciem ei afferret. Obseruat denique Vicomercatus, Aristotelem, de eo ordine quem à prima causa proficisci docuerat, tradere nonnulla, quibus constat vt in magna domo varia sunt ministeria, quæ tamen omnia ad vnum scopum tendant, ita & in vniuerso contingere. Nec eo tantùm loco Diui-

nam in vniuerso œconomiam agnoscit Philosophus. Nam lib. 7. ad Eudemum cap. 14. apertè docet, ita Deum se habere ad orbem vniuersum disponendum regendúmque, vt mens ad corpus gubernandum se habet. Diuinum enim illud quod est in nobis, omnia quodammodo ait mouere, quemadmodum in vniuerso Deus, & vicissim cuncta in illo, quæ verba in libro etiam qui de bona fortuna inscriptus est, continentur; tametsi nonnihil interpolatæ quod mirum non videbitur, si attendamus (quod Picus suprà cap. 2. aduertit, & alibi notauimus,) librum illum de bona fortuna ex 2. magnorum Moralium, & 7. Moralium Eudemiorum consarcinatum esse, & quasi ex vtroque libro centonibus, compactum. Alia quamplurima ex Philosopho, diligentissimè in hanc rem expendit idem Picus. Quod si liber de mundo ad Alexandrum Philosophi est, vt Iustinus Martyr in parænet. & alij asserunt, clarum est eum agnouisse prouidentiam perfectam. Nam ibi cap. 7. dicitur, *Deum esse in mundo, id quod est in naui gubernator, in curru agitator, in choro Præcentor, Rex in ciuitate, dux in exercitu.* Et bene multa in hoc ipsum argumenta congeruntur, quæ suprà ex parte attulimus. Accedit graue Alexandri testimonium 2. cont. cap. 21. purgantis ab hac calumnia Aristotelem. Laudat in hac re Alexandrum S. Cyrillus 2. in Iulian. ad t. 5. & libro 3. ad t. 1. adductis illustris ex eo locis, quibus Alexandrum, prouidentiam Diuinam, & quidem perfectam adstruisse, constat: vt mirum sit cur Picus libro de prouidentia, parte 1, cap. 10. tam acerbè Alexandrum tanquam Aristotelicæ sententiæ prouidentiam abnuentis, euersorem, & prouidentiæ infitiatorem exagitet.

Quomodo prouidentiam ratione probare oporteat.

107 Tertiò dari prouidentiam ordinis naturæ, (posito tamen fine supernaturali pro creaturis intellectualibus, vt suprà tetigi,) multis rationibus probari potest, & quidem demonstratione contra Medinam 4. paræn. cap. 8. quem minus mirum est ita de prouidentia asserere, cùm existentiam quoque Dei neget demonstrari, etiam à posteriori. Quod quam falsum sit, alibi suo loco ostensum est. Nunc in solius prouidentiæ demonstratione sistendum est. Prouidentiam siquidem dari, & Dei in vniuersum causalitas euidenter ostendit, & clamat mundus ipse, & concentus ille creaturarum, quem attigimus probantes ex hoc capite Dei existentiam. *Nam esse prouidentiam in rebus nobis quis ostendat, quoniam Deum est*, vt ait suprà Nemesius. Quanquam monet plerosque labi in hac disputatione, qui loco prouidentiæ celebrant creationem, quam ait multum discrepare à prouidentia, *Creationem inquit, hæc prouidentiæ celebrant, quæ ducit quidem nos ad disputationem de prouidentia, sed multum tamen ab ea discrepat. Non enim idem est prouidentia, quod creatio. Nam creationis est, rectè efficere quæ fiunt. Prouidentiæ, consulere iis quæ effecta sunt. Neque hæc omnino coniuncta sunt, vt licet videre in hominibus quarumlibet artium & naturarum scientia conuenientibus. Horum enim alij, in hoc solum ponunt operam, vt rectè efficiant, neque quicquam curent amplius, vt qui in fabricando, pingendo, fingendóque arte occupantur. Alij solùm procurant & prouident, vt bubulci, & pecudum pastores. Quare etiam nos in disputatione de creatione,*

tiem, aptum sit demonstrare, rectè facta esse quae facta sunt. At in tractatione de prouidentia, esse procurationem, quae illis, postquam facta sunt, consulat, declarandum est. Quamuis quia ad prouidentiam manuducimur per creationem, habemus vnde possimus excusare Socratem cum Aristodemo pro prouidentia argumentantem apud Xenophontem lib. 1. de dictis & factis Socratis num. 425. & S. Athanasium initio libri de incarnatione Verbi, impugnantem Epicuraeos, & alios quosdam Patres; ex recentioribus verò Sirenium 4. de fato, qui per octo ferè prima capita, stabilit prouidentiam, rationibus spectantibus ad primam creationem. Nisi dicamus, quod ad antiquos illos spectat, eos cùm probant prouidentiam, intendere probare contra Idololatras & Polytheos vnum omnium rectorem & prouidentem vniuerso Deum. Nam tametsi non semper, tamen quandoque, & existentiam & prouidentiam vnius Dei, probare iisdem argumentis satagunt, eò quòd perinde sit Deum improuidum & nullum admittere vt dist. 5. diximus num. 162. Caeterùm vt probatio Diuinae prouidentiae ordinata sit, nunc quidem attingam tantùm rationem quasi à priori ex Diuina creaturarum notitia & amore ductam, posteà verò vrgebo effectus sensibiles, quibus se prodit prouidentia, eiúsque in illis effectibus quasi exercitium & praxim.

Demonstratio prouidentiae ex productione rerum.

108 Efficacissimam ergo prouidentiae confirmationem duxit Nazianz. carmine 5. ac Philo in fine Cosmopoeiae, laudatus ab Eusebio 8. praepar. cap. 5. & Philonem de more imitatus S. Ambrosius 1. offic. cap. 13. ex eo quòd res creatae sint Dei opus. *Ac quis operator* (vt Ambrosius praeclarè ait) *negligat opus suum curare? Cùm aliquid non fecisse nulla iniuria sit, non curare quod feceris, summa inclementia.* Similis est & de more elegans Theodoreti ratiocinatio in epitome Diuin. decret. cap. de prouidentia. *Ego* (inquit) *longè absurdissimum ducere quidem ipsum omnia fecisse, non quod ipse vllum eo opus haberet, sed sola sua benignitate & humanitate adductum: factorum autem quae fecit nullam curam gerere, & creaturam veluti cymbam aliquam & clauo & gubernatore destitutam, à contrariis ventis huc & illuc impelli, fluctibusque & rupibus allisam confringi.* Sic ille, qui in eadem Metaphora pulcherrimè insistit sermo. 1. de prouid. *circa medium*, & sermo 2. initio, & Saluia. initio. primi de prouid. Boetius 5. de consolat. prosa 12. & qui commendant bonam nauis remorem, vela, vectores, pulcherrimè adaptat Chrysost. hom. 10. ad pop. locum infrà dabo. Sed placet argumentum quod ex rerum creatione petebam, paulò expliatiùs proponere, ac etiam roborare ex Nemesio lib. de hom. c. 43. *Necesse est* (inquit) *eundem esse qui res efficiat & effectis prouideat. Neque enim rectum est, nec decet, alium efficere, alium ea quae effecta sunt, procurare. Nam hoc quidem certè imbecillitatis est. Multa sunt etiam in animalibus simulachra & imagines eorum quae dicimus. Quicquid enim gignit, idem quoque simul procurat. & homo etiam de ceteris artibus quae ad vitam degendam spectant, quoad eius fieri potest, prospicit. Quae verò non prouident, ob imbecillitatem non prouident. Quare ostensum est Deum esse qui prouideat.* Hactenus Nemesius, & planè similia Damasc. 2. fid. c. 29. breuitérque Auctor commentariorum in 1. ad Cor. ad c. 1. apud Ambros. ad

illud, *stultam fecit Dominus sapientiam. Esset (inquit) aliquid hac assertatione stultius, vt fecisse dicatur mundum, & curam eius non agere? & quid fecit si eius ad illum pertinet quod fecit?* Verùm neruosissimè quoque, ac etiam distinctiùs probationem illam prouidentiæ proponit Simplicius in c. 38. Enchiridij Epicteti q. 2. vbi fusè de hac re, & luculenter disputat. Ego, quia potens est eius ratiocinatio, & vndecunque aduersarium concludit, pauca ex eo decerpam. *Cùm* (inquit) *sit natura quale descriptum est, cognitione prudentiam exquisitissima & potentia firmissima & voluntate optima, & omnes res à seipso producat: Nec ignorat res à se conditas esse curandas (quippe super ne in stupidissimas quidem pecudes cadit, nam illæ quoque sunt curare fœtus) nec ob magnitudinem relinquat (qui enim maior erit res condita suo conditore?) neque vt voluntas quàm quæ curentur, affirmantem. Nam si tales erant cur omnino condebantur? At nec voluntas eius est accusanda quasi ob delicias & secordiam eas negligat: hominum enim ista affectus sunt, non omnium sed non proborum, cum ne pecudes quidem ita vel delicatæ vel ignauæ sint, vt fœtus negligant. Neque verò tanquam odiosas contemnunt, quas condere non est dedignatus. Sic nullo modo fieri potest, quin Deus consulat rebus à se conditis.* Hæc & alia Simplicius eo loco: præiuerat autem Simplicio, qui illud idem argumentum pulcherrimè prosequitur, Plato 10. de leg. cuius de hac re dissertationem laudant & neruosè proponunt Theodor. 6. contra Græcos *circa medium*, (eandem optimè de suo adhibens sub finem sermonis 2. de prouidentia,) Eusebius 12. præp. c. 18. Nemes. latè & optimè l. de homine, cap. 44. & Ammonius in librum de interpr. sect. 2. par. c. 7. Addendum verò est ex Ficino 2. de immort. c. 14. hanc primam rationem eò magis in Deo vrgere quò magis ipse amat sua opera, quippe qui solus & vt totius operis causa procreet, non autem accepta aliunde materia, vt alij opifices. Præterea quia sicut fœcunditas procliuitásque ad agendum agentibus omnibus ab agentis primi fœcunditate ingenita est: sic diligentia in custodiendis operibus, inserta est singulis à diligentia prima agentis primi, omnium tanquam filiorum procuratoris. In quo quantò maior fœcunditas est quàm in cæteris, tantò & diligentior prouidentia.

Ambitus prouidentiæ indidem colligitur.

109 Neque verò hæc prouidentiæ probatio quam hactenus vrgemus, qualemcunque tantùm prouidentiam probat, sed etiam perfectam & ad omnia omnino porrectam. Nam sicut omnia entia ab alio, omnésque eorum actiones à Deo sunt, eo modo qui propositus est dist. 1. ita necesse etiam est, & apertè vi prædictæ rationis concluditur, Deum omnibus illis rebus prouidere, vt benè vidit Simplicius suprà, qui propterea Diuinam prouidentiam ad quæuis minima extendit, quod diligentiùs etiam præstitit Gul. Paris. 1. 1. de vniuerso, c. 2. 30. & 34. Imò peccata quæ à Deo non fieri prædicto loco ostensum est, cadit suo modo in Diuinam prouidentiam. Vtrumque breuiter declaro initio ducto ab hoc posteriore, quia nulla circa illud est controuersia, & breuiùs expediri potest.

Præclarè igitur Ammonius loco allegato, contendit, peccata Diuinæ prouidentiæ subesse, & malos non posse Diuinam prouidentiam effugere, licèt ei subesse nolint, & eius beneficentiæ exsortes esse velint. Idem pulcherrimè exposuit S. Ansel. lib. 1. cur Deus homo c. 15. his verbis. *Si ea quæ cæli ambitu continentur, velint non esse*

sub

sub cælo, si elongantur à cælo, nullatenus possunt nisi sub cælo esse, nec fugere cælum, nisi appropinquando cælo. Nam & unde, & quà, & quò, & qua eunt sub cælo essent, & quantò magis à qualibet parte cæli elongarentur, tantò magis opposite parti appropinquarent; Ita quamuis homo, vel malus Angelus Diuinæ voluntati & ordinationi subiacere nolit, non tamen eam fugere valet, quia si vult fugere de sub voluntate iubente, currit sub voluntatem punientem. Et si quæris quà transit, non nisi sub voluntate permittente, & hoc ipsum, quod peruersè vult aut agit, in vniuersitatis præfatæ ordinem & pulchritudinem summa sapientia conuertit. Ipsa namque peruersitatis spontanea satisfactio, vel à non satisfaciente pœnæ exactio, excepto hoc, quòd Deus de malis multa bona facit, in eadem vniuersitate locum tenent suum, & ordinis pulchritudinem. Est item in hac peccatorum per nos admissorum ordinatione in bonum nostrum & gloriam suam, valdè admirandam & prædicandam sapientiam Dei, notauit Cassiod. lib. de Amicitia, cap. *de origine amicitiæ.* Astipulatus huic Dei circa mala & peccata prouidentiæ, Plotinus Ennead. 3. lib. 2. cap. 4. sed ita vt Apostolum Paulum sine dubio sugillet. Verba eius sunt. *Qui gerunt iniustè, pœnas luunt, tum quia ex actionibus prauitatis reportant animam deprauatam, tum quia certo quodam ordine in locum transmittuntur deteriorem: nihil enim potest unquam quod in vniuersi lege ordinatum est, effugere. Non est autem vt quidam putant, ordo propter præuaricationem ordinis institutus, neque lex propter legis transgressionem, quasi videlicet propter deteriora facta illa, nobisque apparerent: imò verò propterea quòd ordo hic est adventitius; & quoniam ordo est, transgressio ordinis habet locum, atque propter legem & rationem, & quia ratio sit ratio, accidit legis rationisque transgressio: non ita tamen vt quæ meliora sunt, deteriora fierent: sed quia quæ indigent, debitisque natura suscipere sæpe vel saepiù naturæ, vel fortunæ, vel impedimento aliunde aliter, accipere nequeunt. Quid enim ordinis contrarij aduentitio, id forsitan non assequitur, vel interim sitis, vel propter aliud quiddam ab alio accidens: multa quoque ab aliis patitur, alias quidem volentibus, aliasque nolentibus.* Vides esse in Apostolo quædam, vt Petrus dicit, difficilia intellectu, quæ deprauantur ab iis qui non peruident profundum Apostolicæ doctrinæ. Ait quidem Apostolus cap. 3. ad Galat. *legem propter transgressionem esse positam,* similiterque Rom. 7. ait *peccatum vt appareat peccatum per bonum operatum esse mortem, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.* Ad quæ loca Apostoli respexit Plotinus verbis allegatis. Tamen sensus Apostoli non est, quòd lex sit posita vt fierent peccata, (quem sensum videtur refellere Plotinus,) sed potiùs sensus est legem esse positam propter trāsgressionem, vt scilicet transgressio frænaretur & inhiberetur: Tametsi occasione legis, contigit, vt peccatum multiplicaretur & appareret multò magis, iuxta illud eiusdem Apostoli Rom. 5. *lex subintrauit vt abundaret delictum.* Quod S. Thomas in caput illud 3. Epist. ad Galatas lect. 7. rectè monet intelligendum esse, non causaliter, sed consecutiuè, quatenus concupiscentia nondum per gratiam sanata magis exarsit in id quod lege prohibebatur. Et eodem modo exponendum est quod dicebat Apostolus de apparitione peccati propter mandatum. Itaque malè Plotinus Apostolum momordit. Porrò cum non modò Mosem Platonis exemplo, sed etiam vt cum Theodoreto loquar, *piscatorū & sutoru*

[illegible] tecte notauit idem Theod. 6. contra Græcos *sub medium*, & ostendit hoc ipse Plotini locus quem adduximus.

110 Quod autem prætereà addebam circa prouidentiæ ambitum, nempe quod Diuina prouidentia ad omnia alia quantumuis minima pertigatur, indubitatum esse debet, & ex illa quam adhibuimus prouidentiæ probatione colligitur. Apponam locum Augustini ex quo constabit quæ essent de quorundam sententia aut potiùs errore, minima illa ad quæ Dei prouidentia non pertigatur. Ita ergo habet 5. de gen. ad lit. cap. 21. *Omnino audiendi non sunt, qui putant tantum sublimiores quidem mundi partes, id est à confinio caliginosioris aëris huius & supra, Diuina prouidentia gubernari: hanc autem imam partem terrenam & humidam, aërisque huius viciniorem, qui terrarum & aquarum exhalationibus humescit, in quo venti nubesque consurgunt, casibus potiùs, & fortuitis motibus agitari.* Hactenus delirum illud placitum referens Augustinus, qui illico subdit ex Scripturis confutationem quæ docet non solùm totam istam mundi partem rebus mortalibus & corruptibilibus deputata, verùm etiam vilissimas eius abiectissimasque particulas Diuinâ prouidentiâ regi.

Sed prætermissâ ea probatione, quippe naturalis Theologiæ fines excedente, addamus cum eodem D. Aug. cap. 22. *ut qui hanc mundi partem putant fortuitis motibus perturbari potiùs, quàm sapientia Diuinæ summitatis regi, & vt hoc quasi probent, geminis abutuntur argumentis, vel de inconstantia tempestatum, vel de felicitatibus atque infelicitatibus hominum, quòd non pro vitæ meritis accidunt; si viderent tantum ordinem, quantus in membris carnis cuiuslibet animantis apparet, non dico Medicis, qui hæc propter suæ artis necessitatem diligenter patefacta & dinumerata rimati sunt; sed cuilibet mediocris cordis & cogitationis homini: nonne clamarent ne puncto quidem temporis Deum, à quo est omnis mensurarum modus, omnis parilitas numerorum, omnis ordo ponderum, ab eius gubernatione cessare? Quid ergo absurdius, quid insulsius sentiri potest, quàm eam totam esse nutu & regimine destitutam prouidentiæ, cuius extrema & exigua videas tanta dispositione formari, vt aliquanto attentius cogitata, ineffabilem incutiant admirationis horrorem? Et cùm animæ natura, corporis antecellat, quid est dementius quàm putare nullum esse Diuinæ prouidentiæ iudicium de moribus hominum, cùm in eorum carne tanta eius solertiæ clareant & demonstrentur indicia? Sed quia hæc minima in promptu sunt sensibus nostris, & ea facile inuestigamus, illa verò in eis ordo rerum: ea illa quorum ordinem videre non possumus, inordinata arbitrantur, qui esse non putant, nisi quod videre possunt: aut si putant, tale aliquid putant, quale videre consueuerunt.* Ita D. August. contra prædictos Diuinæ prouidentiæ fautores, quos non placet nunc exagitare pluribus, quia in sequentibus tractando prouidentiam Dei circa aërem, & quæ in eo fiunt, patebit quanta inanitate improbetur prouidentia ob constantiam tempestatum, vt latè etiam prosequitur idem S. August. in Psalm. 148. ad illud, *ignis, grando, nix*, &c. & idem de inæqualitate sortis inter homines, ac non pro meritis obtingente fœlicitate vel infœlicitate, infrà ostendemus. Est enim ille præcipuus veluti aries quo prouidentia impeti videtur, ideòque latiùs de eo infrà agemus.

111 Nunc fixum esto, prouidentiam, vt primaria illa probatio quam proposuimus euincit, ad omnia quantumuis

tamen mutabilia & vilia putaui, nullo excluso, tametsi minimo, aut ad hæc inferiora pertinente. Imò vt optimè aduertit Ammonius loco suprà citato, si Diuina prouidentia ex parte neganda esset, rationabilius concedenda foret pro inferioribus rebus, quippe mutabilibus & maiorem curam postulantibus, quàm pro superioribus & locatis supra Lunam, *quæ mortalitatis, & immortalitatis isthmus est*, vt Ocellus dixit in libro de vniuerso. Nam vt rectè Seneca epist. 58. *Manent cuncta hæc inferiora, non quia æterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis. Immortalia tutore non egent, hæc conseruat artifex, fragilitatem materiæ vi sua vincens.* Et sicut inter homines maior cura indigent homines paruorum dierum (liceat ita loqui cum Prospero l. de vocat. gent. cap. 25.) & eis præficitur pædagogus, non ad ætatem grandem prouectis, ita minùs rationabile est inficiari Dei prouidentiam circa sublunaria curæ indigentiora, quàm circa alia quæ constantiam habent, nec tantæ mutabilitati sunt obnoxia. Quæ Ammonij ratiocinatio apertè reuincit paucos illos quos suprà memoraui Philosophos, prouidentiam cœlo concludentes. Neque verò vt rectè censuit Theodoretus in epitome diuin. decret. cap. de prouidentia, potest contraria opinatio defendi, nisi vel Deum impotentem vel socordem admittamus. In quem etiam sensum aptanda est argumentatio Aphrodisei pro prouidentia, sic enim argumentatur libro de prouidentia. *Dicere, nolle Deum rebus quæ hic sunt prospicere, omnino est à Deo alienum. Inuidia enim & prorsus iniqua naturæ est, meliora cùm possis, facere nolle. Et quoniam vtrumque alienum est à Deo, neque vtrumque sit in eo neque alterum. Quod si vult & potest, vtique rerum prospicit.* Hæc ille, quæ dicta aptanda ad rationem ex Theodoreto adductam, nam alioqui non teneatur Deus meliora velle. Ex mirabilibus effectibus naturalibus quæ in his inferioribus cernuntur eandem impietatem refellit eloquentissimè Chrys. aliquoties in Psalm. 144. quod pluribus nos quoque præstabimus: placet enim ad confirmationem rationis proximè propositæ, & eius quasi complementum, animaduertere praxim Diuinæ illius curæ & prospicientiæ erga res sensibiles, quam productio earum à Deo, persuasit. Et quanquam illustrissima sint Diuinæ prouidentiæ argumenta in Intelligentias corpore destitutas, tamen ea hic omittemus, eodem consilio quo probantes Diuinam existentiam, de Intelligentiis siluimus, & quo etiam Moses in Cosmopœia eas reticuit, nempe quia sensum non feriunt, & à mente rebus tantùm corporeis assueta (cuiusmodi sunt mentes eorum qui Dei existentiam vel prouidentiam inficiantur) ægriùs perciperentur, & facilè negarentur, vt notauit Chrysost. in Psalm. 9. & 144. ac Iobius libro 3. de verbo incarnato c. 19. apud Photium cod. 222.

ARTICVLVS II.

Mare prouidentiæ in sensibilibus, ex Patribus ferè ac Philosophis.

122 V*Astum & immensum prouidentiæ mare, in sensibilibus apparere*, ait S. Chrysostomus in Psal. 4. Sicut ergo vt Diuinam existentiam probaremus, præter rationem ductam ex purissima Dei actualitate totius potentialium & passiuorum entium ordinã

ordinã

ordini essentialiter præsupponenda, exhibuimus palpabiles (vt ita dicam) Diuinæ existentiæ probationes, ex sensibilibus effectibus quos nemo inficiari potest, & qui, si modò supponantur, dici non possunt aliunde proficisci, quàm à causa summè perfecta & sapientissima quæ Deus est, vt latè tractauimus dist. 5. Ita nunc iisdem insistentes vestigiis, post primariam illam rationem quam creatio rerum suppeditat, & hactenus exposuimus, subdemus alias rationes ductas ex effectibus in quibus in actu exercito, & quodammodo sensibiliter, se prodit prouidentia. Rectè enim in hanc rem scriptum est à Plotino Enneade 2. l. 9. cap. 17. *Multa esse adeò pulchra in rebus, etiam quæ sentiuntur, particularésque sunt, velut in ordine dæmonum, vt horum auctorem sæpe bene admodum admiremur, facilèque hæc ab eo facta credamus, atque huius auctoris inæstimabilem pulchritudinem laudare possimus, si modò his quidem nequaquam inhæreamus, sed ab his ad illa tollamur.* Possunt autem hæ rationes peti, primùm ex mundo ipso generatim, tum ex cælis & rebus superioribus, deinde ex elementis, tandémque ex omni mixtorum genere, ac præsertim ex homine. Quæ omnia argumentorum capita similiter prosecuti suprà sumus, cùm Diuinam existentiam probaremus. Itaque poterimus in hac parte parciores esse, quia omnia ferè quæ prædicto loco attulimus, si spectentur non vt primùm producta, sed vt constanter perseuerantia, pertinent ad prouidentiæ confirmationem, vt iam notaui, & docet Nemes. l. de hom. cap. 42. Sicut autem quæ citato loco adducta sunt ex vberioribus Philosophorum aut Patrum disputationibus translata sunt, ita hoc loco idem consilium tenere placet, & Nyssenum imitari, qui initio Hexaëmeri laudat hanc industriam aliorum velut germinum ac surculorum in summum truncum inserendi.

Mundus vniuersè.

113 In primis verò quod ad ipsum mundum generatim spectatum attinet, luculenter planè elucet in eo prouidentia, siue mundi perseuerantiam attendamus, siue causarum perennem motionem ob initio latam à Deo legem. *Si nauigium sine gubernatore non persisteret* (ait Chrysost. hom. 10. ad pop.) *sed facilè submergeretur: quomodo subsisteret mundus tantum temporis gubernatore remoto? Et ne quid plus dicam, nauigium, mundum esse puta; fundamentum suppositum terram; velum, cælum; vectores, homines; mare, subiectam abyssum, quomodo igitur tanto naufragium tempore non esse factum? Dimitte enim nauigium per diem vnum absque gubernatore & nautis, statim submersum videbis. Sed mundus tale nihil passus est, quinque millia, & plus iam habens annorum. Et quid dico nauigium? Casulam quis paruam in vineis compegit, & fructu ablato, desertam reliquit, & neque duos sæpe dies permanet, sed soluitur, & breui cadit. Igitur tuguriolum quidem absque prouidentia non staret; creatura verò tanta, tam pulchra, tam mirabilis, & leges noctis, & diei, alternarúmque horarum choreæ, & naturæ cursus, varietásque & multitudo in terra, & mari, & aëre, & cælo, & plantis, & animalibus volantibus, natantibus, gradientibus, serpentibus, & in hominum genere omnibus illis validiore, quomodo tantum temporis absque aliqua prouidentia stabilis permansisset? Præterea nunc mihi prata percurre, hortos, florum genera, herbas omnes, vsus & earum fraudulentiam, figuras, situm,*

nomina

marinas pariter, arbores fructiferas & infructiferas, metallorum naturam, animalium terrestrium, marinorum, natantium, per aerem meantium, montes, saltus, lucos, inferius pratum, superius pratum (sic enim in terra pratum, & in cœlo pratum,) siderum varij flores, inferius rosæ, superius iris. Vis & in auibus tibi pratum demonstrem? Considera pauonis corpus varium, & omnem tincturam [illegible], purpureas animalia. Cogita mihi cœli pulchritudinem, quantum temporis agit, nec [illegible] est, sed velut hodie fabricatum, ita est nitens & splendidum: terra etiam tantum temporis parturit, quomodo non debilitauit virtutem suam? Cogita mihi fontes, quomodo scaturiunt, & non defecerunt, ex quo facti sunt, iugiter manantes diebus & noctibus. Cogita mare, quæ flumina suscipiens, mensuram non excessit. Sed quousque incomprehensibilia scrutamur? Hactenus os aureum, à quo vides tam varios & illustres effectus proferri, quatenus perseuerantes ab initio creaturæ, qua ratione efficacem prouidentiæ probationem suppeditant tamquam moderatoris ad mundanæ huius nauis clauum sedentis, & se perenni hoc mundi statu perspicuè prodentis, vt meritò dixisse videatur Theodor. serm. 2. de prouid. *mirer, qui prouidentia habenis fidem habere nolunt, & mundum hunc, qui cœlo & terra constat, sine auriga gubernatore tanta cum consonantia & ordine ferri, nimium imprudenter sibi persuaserunt, perinde mihi facere videntur, ac si quis in naui sedens, pontumque traiiciens, gubernatorem quidem clauum tenere & gubernacula prora opus est mouere, & nunc quidem in dextram, nunc verò in sinistram latus declinare, nauimque ad quemcunque velit portum appellere videat, interim tamen manifestè mendax, veritatem oppugnare studens, gubernatorem puppi insistere negat, nauim ipsam nauim nec [illegible] instructam esse, nec claui motu dirigi, sed sua sponte ferri & per se fluctuum procellas superare, cumque ventorum incursionibus decertare dicat, cum nec nautarum auxilio, nec consilio, qui et [illegible] consilium, nautis quæ facienda sunt imperet, opus esse contendat. Ita enim cum palam & luce clarius [illegible] Dominum, mundum quem condidit, gubernare, & omnia conuenienter & recto ordine deducere & mouere videant, similque in omnibus quæ fiunt conuenientem proportionem, ac tum in tota hac mundi machina pulchritudinem vsquequaque conuenientem, tum in singulis huius partibus, vtraque hæc euidenter apparere cernant; volentes tamen cæcutiunt, cum videntibus oculis impudentiam suam produnt.* Nempe tam perspicua visa est Theodoreto ex mundanæ molis & tot eius effectuum continua perseuerantia, vt censuerit non posse eam vllius quantumlibet hebetis oculos fugere. Et eam quoque Himerius in declamatione contra Epicurum, appellat, *manifestum prouidentiæ argumentum* quo etiam modo loquitur Alexander Aphrodisæus apud S. Cyrillum 3. in Julia. ad 1.1.

114 Insigniter verò præterea, vel etiam illustriùs, ostendit prouidentiam, mundi ipsius ex pugnantibus naturis & perpetuum inter se bellum gerentibus, constitutio, quod idem Chrysostomus eodem loco, quo solet eloquentiæ flumine, & mira pelluciditate proponit, argumento ducto ex corpore nostro. Sed præstat ipsummet audire, paucis tantum quæ ex Scriptura interiicit, resectis. *Dicimus quòd ex quatuor elementis hoc totum consistit inter se contrariis & pugnantibus, & alterum, alterum non consumpsit, & quidem cùm sint consumptiua alterum alterius. Vnde manifestum quòd virtus quædam inuisibilis hæc colligat, &*

mutabilem esse Dei voluntas: Vt autem mutabilem fuit manifestius, à corpore nostro demonstrationem horum faciam. Etenim corpus nostrum, breue hoc & paruum, è quatuor compositum est elementis, calido quidem sanguine, sicco verò bile flaua, humido pituita, frigido verò atra bile. Quid igitur prodest, ex quatuor hoc elementis corpus nobis compositum est, & si pars à cæte dissidet, ex hoc dissidio mors efficitur. Vt puta, bile superabundante producitur febris, & si vltra mensuram procedat, subitam affert interitum. Rursum frigida superabundante, paralysis, & tremores & apoplexia, & innumeri alij morbi pariuntur, & omnis quoque ægritudinum forma ab horum elementorum superabundantia nascitur, quando vnum ex ipsis proprios excedens terminos, contra alia insurgit, & omnem lædit symmetriam. Dicito igitur [illegible], quia per se data omnia, per se subsistant; Si breue hoc & modicum corpus, & medicamentis, & medicinali scientia vtens, & anima curam ipsius adhibente, & multa disciplina & innumerabilibus alijs auxilijs, non semper in bono statu permanere valet, sed perit & corrumpitur, sæpius turbatione ex ipso facta: quomodo tantus mundus, tantas habens corporum moles, & ex ijsdem compositus elementis, nisi multam prouidentia cepisset, tanto tempore imperturbatus manere perstitisset? Nec enim cum ratione fieri posset, vt prouidentiam quidem habens, internas & externas nostrum corpus, vix ad sui conseruationem sufficiat: Tantus verò mundus nulla vsus prouidentia, per tot annos nihil tale patiatur, quale corpus nostrum. Quomodo enim nullum horum elementorum, quasi propter transcendo terminos, & reliqua omnia consumpsit? Quis verò ipsa ab initio coniunxit? quis verò vsque in tantum tempus continet? Si enim simplex & vniforme fuisset mundi corpus, non tam difficile fuisset quod dicimus: Quando autem tanta elementorum pugna fuit ab initio, quis tam demens, vt putet sic ingenta hæc per se conuenisse, & commixta mansisse? Si enim non vna natura, sed contrarie omnia inter nos habentes simplices conuenimus, densi resistentes omnino, & segregati alter ad alterum non haberemus, sed alterum quæ nos coniungeret indigeremus, & postquam congregauit, constringeret & copulatè manere persuaderet, neque rursum resilire: quomodo elementa neque rationem, neque sensus vllam partem habentia & sibi per naturam inimica & aduersantia conuenissent & congressa fuissent, & alterum cum altero permansissent concordia, nisi potentia quædam esset insuperabilis, quæ congregaret, & congregata semper hoc vinculo contineret? Non enim quomodo corpus hoc, anima recedente desinit & tabescit, & perditur, & in suum quodque elementorum, resoluitur perniciem? Hoc ipsum profectò & in ipso fieret mundo, si ipsum ratione sit propria destitutum prouidentia gubernans ipsum contineat virtus. Satis de mundi perseuerantia prouidentiam perspicui prudentiæ, qua Deus tanquam mundanæ huius chori Magister, vt loquitur Auctor libri de mundo ad Alex. cap. 7. ex tam dissimilibus & repugnantibus naturis tanquam ex grauibus & acutis vocibus, suauissimum concentum, tot iam sæcula temperat.

115 Nunc expendenda insuper est quam initio proponebam, & idem libelli de mundo Auctor, iure suspicit, communiû & vniuersalium cælestium itemque inferiorum & particularium sub Dei ductu & ad eius edictum progressus, ac motio indeficiens, vnde fit vt mundus eandê quam primò factus habuit faciê, tot iam sæcula retineat, mirabili omnino & perspicua prouidentiæ omnia regentis testificatione, vt rectè expendit Auctor poëmatis de prouidentia, inter Prosperi opera, his inter cætera versibus.

Dic age, qui mollis Domini mala curis habetis,

Humanas

Humanas res sic gubernat, quid obuoluens ... cessat
Natura? quæ bella mouent elementa! quid vsquam
Dissidet a prisco diuisum fœdere rerum?
Sic ... redeuntur in orbem
Noctis discidium est Lunæ astrorumque recursu.
Et ... mutat ... tempora mutat.
Nec alitur venti spirant: ... vndare.
Laeta ... genus ... flores
Semine quæque suo manant ... ab origine rerum
Ordo manens, ... subsistunt omnia causis
Quæ nisi perpetui solers prudentia Regis
Astringeret, ... flecteret
Concideret subito in nihilum redigenda ruina.

Hanc considerationem cùm præmisisset Auctor libelli de mundo, ingeniumque illam prouide Deo tam variorum effectuum à tam variis causis diuinationem expendisset, verissimè concludit. *Itaque ille omnium princeps, parensque animo tantum sensu spectabilis, simul ac signum naturæ dedit inter cælum terramque volventibus, tantum vnaquæque in orbibus suis iugi motu cietur, atque inter suos limites, alterius condita atque apparens, ... illa formas eadem à principio exhibens rursumque subducens.* Subiicit autem peraccommodum exemplum quo declarat quomodo ad Dei edictum omnes causæ inferiores, munera sua obeunt, & eius ductu reguntur. *Quod verò (inquit) in hisce rebus agitur, magnopere simile est iis, quæ belli tempore inter homines factitantur. Nam cum signum vt classicum canendi in prœlium impetratum est, alios ipse videas scuta sibi aptantes, loricam alios induentes, alios ... vel galeam sumere, vel balteo se cingere festinantes. Rursus videas qua frenatis equis admittant, alios qui castra constituant, qui denique instructam per explicatam aciem prodant. Tum manipuli diuersi ad manipulum, centuriæ contra ad centuriam. Postremo equites ad turmam, pedites ad stationem quisque suam festinant. Cum interim sub vno duce omnia moueantur, qui imperia & ipsi signa sumit accepit ab eo, apud quem summa est imperij: eadem nos & ipsa mundi censere communi de vniuersa. Cum enim altiora vi imperatiua excitet omnia sic vtique, quod cuique commodum est & conueniens.* Sic ille, rectè statim occurrens primum referre quòd vis illa Diuina, eiusque consilio & prouidentia tam multa fieri diuersa per causas secundas, attingi à nullius visu nequeat: Cùm ne ipsa quidem anima nostra, qua viuimus, qua homines sumus, sub aspectum cadat, cùm tamen esse nemo ambigat, cùm sese superque tam illustribus operibus se prodat. Qualia sunt artium excogitatio, terræ cultura, legum vsus, ciuiles administrationes, aliaque huiusmodi. Similiter itaque munus sentiendum esse de Deo, quamuis eum oculis non conspiciamus. Quod de Deo non absolutè tantùm spectato, sed etiam quatenus prouido & administratore, verissimè ac sapientissimè dictum est.

118 Placet aliis quoque similitudinibus vti, quibus S. Athanasius sub finem orationis contra idola, hunc ipsum causarum secundarum, dirigente & prouidente Deo, perpetuum & nunquam deficientem tenorem, explicat: *Quemadmodum* (inquit) *si Musicus, qui lyram adaptauerit & grauia acuta & media extremis ex arte sua temperauerit, ... distinctumque modum absoluat: ita quoque Dei illa Sapientia, rerum vniuersitatem vt Lyram tenens,*

& aërem terrenis copulans, & cuncta astringens, vniuersaque cum singulis complectens, circumagitisque nutu suo ac voluntate, vnam eandemque vndique totam ordinem absolute rectè & congruenter, ipse quidem immobilis persistens apud Patrem, omnia tamen mouet constitutione sua, vt vnicuique ipsum, Patri placuerit. Nam mirabilem Diuinitatis in hoc consistit, quòd vno eodémque nutu omnia simul & non per interualla, sed vniuersim cuncta tum recta, tum circulata, tum superiora, tum media, tum inferiora, humida, frigida, calida, conspicua, inuisibilia circumfert ac gubernat secundum vniuscuiusque naturam. Pariter enim eodem nutu ipsius, quae recta sunt pro sua rectitudine, quae rotunda pro sua rotunditate circumaguntur, quae media pro loco suo ordinatum mouentur. Quod calidum est calefacit, quod siccum exsiccat, vniuersáque naturali modo ex ipso constant & viuificantur, & admirabilis quaedam & verè Diuina inde congruentia perficitur. Et vt exemplo res tanta intelligatur sumamus hoc verba, tanquam si illa dicerentur de imagine & similitudine ingentis chori. Vt igitur in choro qui constat ex diuersis hominibus, viris, pueris, faeminis, senibus iuuenibus sub vno praefecto & moderatore quisque (quantum potest) cantat pro sua natura, ille quidem vt vir, ille verò vt puer, alius vt senex, alius quemadmodum iuuenis, omnes tamen vnam & eandem absoluunt harmoniam: Vel vt nostra anima eodem tempore sensus nostros pro cuiusque officio exercet, & ad vnam rem oblatam simul omnes mouentur, adeo vt oculus videat, auris audiat, manus palpet, olfactus odores arripiat, gustus delibet, saepe quoque reliquae etiam aliae quidem corporis partes in actu sunt, adeo vt inter ista pedes quoque ambulent: Vel vt tertium exemplum, quod dicimus, exprimatur: Magna similitudo est istius rei vt magna ciuitas & populosa, & in ipsa qui tam condidit, conditorem ac Regem. Vt enim praesentiâ regis imperantis simul, & ad nutum eius intendentis, omnes sunt in officio suo, est qui agros colit, est qui ad aquaeductum aquatum properat, alius circa publicum laborem prosequitur, alius ad curiam pergit, alius ad concionem ingreditur, senex verò ad inuisendum prodit, iuuenis ad custodiendarum custodiendarum legum se confert, opifex statim ad opus vendit, nauta ad mare descendit, faber ad fabricam migrat, medicus ad curationes suas, architectus ad structuram domus procedit, rursus est qui rus contendit, est qui reuertitur, alij intra vrbem versantur, alij ex vrbe egrediuntur, alij eadem sese referunt, atque omnia ad praesentiam vnius moderatoris & disciplinam fiunt & constituuntur: ita quoque omnia in vniuersa rerum natura geruntur. Nam exemplum tametsi tenuius sit, maius tamen inde intellectu assequamur. Vno enim momento, ad vnum nutum verbi Dei, omnia simul dispensantur, & quae cuiusque sunt, propria fiunt & ab omnibus simul idem inde conficitur. Nutu enim & verbo praesidis moderatorisque omnium Diuini & paterni Verbi, caelum circumuoluitur, astra mouentur, Sol lumen diffundit, Luna circumambulat & aër ab eo illustratur, aether verò calidus efficitur, venti spirant, montes in altum exurgunt, mare vndis crispatur, quaeque in eo sunt animalia nutriuntur, terra immobilis permanens fructificat, homo fingitur, & rursus viuit ac moritur: in summa omnia animantur & mouentur, ignis vrit, aqua refrigerat, fontes scaturiunt, flumina inundant, tempora vicem & horas superueniunt, imbres descendunt, nubes implentur, grandines, stillae, nix & glacies in densitatem conficiuntur, aues volitant, reptilia serpunt, aquatilia natant, mare nauigationibus vexatur, terra seritur, & suis temporibus germinat, stirpes crescunt, & quaedam recentia sunt, quaedam matura fiunt, quaedam aucta ad senectutem perueniunt, quaedam deficiunt, nonnulla gignuntur & in lucem producuntur. Diuina illa

ium plura etiam illa (quæ tanta multitudine sunt, vt effari non liceat,) manifestum illud Dei Verbum illuminans & viuificans suo nutu mouet & disponit, omnem mundum absoluens. Hæc Athanasius, quibus affinia bene multa legere licet apud Eusebium oratione de laud. Constantini, *fere initio, & sub medium.*

117 Finio partem ex Simplicio additis, quibus ille ex hac mundi perseuerantia & causarum intra eum contentarum in tam mutabili statu, stabili constantia, infert principium immutabile, quod tantam stabilitatem rebus mutabilibus administratione sua conferat. Ita ille in c. 38. Enchiridij Epicteti quæst. 1. *Quæ fiunt aut casu & fortuitò fiunt omnia, aut ex antegressis causis oriuntur. Enimuerò quod casu & fortuitò fit, neque causam efficientem definitam, neque certum finem propositum habet, quò referatur. Nam aliqui non casu, sed ex antegressa causa existeret, atque ad finem aliquem referretur. Neque verò eorum quæ temerè ac fortuitò fiunt, certus, eorum ordinem & consecutionem perpetuam seruat. Ea verò quæ natura & consilio generantur, & ordinem seruant, & ad finem certum referuntur. Agricola certè quidem & serit, & plantat, vt fine vt aliquid nascatur, & animantium congressus procreationem sobolis spectat; & certa series, certus ordo ab initio ad finem vsque procreationis seruatur, aliis in initio, aliis in medio, aliis in fine pari ordine consequentibus. Nam in plantis quidem semen in terram coniectum & irrigatum aqua, radices agit, & germina promittit, mox culmum profert, aut ramos alit, cæteráque ordine vsque ad fructum & maturitatem. In animalibus autem semen menstruo sanguine perfusum extenditur & informatur, donec fœtus fiat, qui deinde alitur & perficitur, donec suo tempore in lucem edatur. Atque hic ortus ordo, ac progressio, perpetuò conseruatur. Quod si ea quæ natura consilióque fiunt, & causam definitam habent, & eorum actor certum sibi finem proponit, & progressum atque ordinem eundem perpetuò retinent: absolutè: vtique colligitur, ea quæ natura consilióque in mundo fiunt, ac præcipue spectantur, non casu & temerè fieri, sed causis antegressis. Oportet igitur causas eorum quæ oriuntur antegressas esse.* Posteà verò ostendit has causas non posse esse plures, sed vnicam perfectissimam, & omnibus ad tantam administrationem necessariis instructissimam. Rursus verò infrà. *Omnium autem certè id quod vtcunque mutatur, esse oportet id quod eodem modo manet, vt & id quod mutatur, mutabiliter mutetur. Maris enim atque mutatio & cœlestibus & sublunaribus inanimatis prædita est, immutatur autem prima. Quod verò semper eadem ratione eadémque modo, & circa eadem, & vna ratione vndique ordine fiunt, cœlestibus vnde contigit? Vnde autem sublunaribus etiam contingit, ab iisdem perpetuò ad eadem velut in orbem redire? Elementorum verò & animantium & stirpium, etiamsi numero non permaneant, eadem in orbem redeuntia tamquam cœlestia: specie tamen in eadem restituuntur. Nam ex igne aer, & ex aere aqua, & rursus ignis: post ver, æstas, & autumnus, & hyems, rursúsque ver: & è frumento culmus, & herba & spica, & rursus frumentum: & ab homine semen & menstruum & rursus homo. Vnde igitur ista ad idem reuersio? Nam ipsa mutatio, diuersitatem diuersitatemque efficit. Non dubium quin ab immobili aliqua & prorsus immutabili causa, cuius vna eademque ratio perpetua est. Nam et quod aliàs celeriter cogitat aut facit, aliàs diuturnius habet affectus, id antecedere necesse est, quod vna eadémque modo perpetuò se habeat, & sine dubitatione & mutatione ex parte agat omnia.* Meritò ergo ex hac mundanæ machinæ administratione, multis

Epictetus apud Arrianum l.1. cap. 14. *Ciuitas vel domus ne momento quidem aut paullo temporis consistere sine procuratione & gubernatione potest, & hunc tanta amplitudine & magnitudine præditum mundum, temerè ac fortuitò, tantoque ordine administrari poterit? Ergo est aliquis ipsius gubernator.*

Cælestia corpora.

218 Mundum vniuersè & generatim acceptum, prouidentiæ Diuinæ attestari, patefactum est: nunc ad singulas eius partes delabimur, idem in eis obseruaturi quod in ipso toto. Nam & in his quoque elucet prouidentia, vt propterea Himerius Sophista in declamatione contra Epicurum, cœlum, terram, & elementorum naturas, appellet *simulacra prouidentiæ*. Ac primùm vt à cœlis & astris initium fiat, *Nemo est tam rudis, tam feris moribus*, ait Lactantius 1. instit. cap. 2. *quin oculos suos in cælum tollens, tametsi nesciat cuius Dei prouidentia regatur hoc omne quod cernitur, aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, vtilitate, pulchritudine, temperatione, nec posse fieri quin id quod mirabili ratione constat, consilio maiori aliquo sit institutum.* Præiuerat Lactantio Cleanthes Stoicus apud Tullium 2. de Nat. *considerabat ille æquabilitatem motus, conuersionem cæli, Solis, Lunæ, siderumque omnium distinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem: quarum rerum aspectus ipse, satis indicaret non esse fortuita. Vt si quis in domum aliquam, aut in gymnasium, aut in forum venerit; cum videat omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri iudicare, sed esse aliquem intelligat, qui præsit & cui pareatur: multò magis in tantis motionibus, tantisque vicissitudinibus, tam multarum rerum, atque tantarum ordinibus, in quibus nihil unquam immensa & infinita vetustas mentita sit, statuat necesse est, ab aliqua mente tantos naturæ motus gubernari.*

219 Et sanè innumera propè sunt bona quæ à cœlis & astris in hæc inferiora iam tot sæculis deriuarunt, nullo vnquam interposito tempore quo cessarit ea tot bonorum communicatio. At incredibile est, nec ab vllo nisi prorsus insano admittendum, tantam varietatem quanta in cœlis cernitur, imperturbatam constantissimè tanto tempore gyrare, ac munera accommodatè ad vniuersi bonum, tanto artificio quantum vel cogitare valeamus maximum, & tamen temerè nullo auctore fieri. Annorum multa iam millia fluxerunt, ex quo vt ait idem Lactant. lib. de ira Dei, cap. 14. *Sol inæqualibus cursibus & spatiis inæqualibus, orbes annuos conficit, & aut oriens diem promit ad laborem, aut occidens noctem superducit ad requiem, & tum abscessu longius ad meridiem, tum accessu propius ad septentrionem, hyemis & æstatis vicissitudines facit: ut & hybernis humoribus ac pruinis in vbertatem terra pinguescat, & æstiuis caloribus vel herbidæ fruges maturitate durentur, vel quæ sunt in humidis, incocta, & feruefacta mitescant. Luna quoque nocturni temporis gubernatrix, & amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur, & cæcas tenebris horrentibus noctes, fulgore sui claritatis illustrat, vt æstiua itinera, & expeditiones, & opera sine labore ac molestia confici possint.* Siquidem,

Nocte leues melius stipulæ, nocte arida prata
Tondentur, noctes lentus non deficit humor.
Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferroque faces inspicat acuto.

Astra etiam cætera vel ortu, vel occasu suo,

certis

certis flaminibus opportunitates temporum plane submonstrans. Sed & remigij, quamuis errabundo cursu per immensum nauigetur, regimen præbent, cum ea vbi gubernator obseruans, ad portum destinati itineris prouehatur. Cùm igitur experiamur in omnibus illis quæ sectusa ratione fiunt, perturbationem breui contingere, & quæ casus incitat sæpe turbari, & citò arietare, vt dixit hoc ipsum argumentum vrgens Seneca lib. de prouid. c. 1. aut etiam tam multos obices interponi, vt abrumpatur quandoque operatio, præsertim multiplex aut multorum indigens: in cælis autem & astris nulla huiusmodi perturbatio noscetur, quamuis à tam longo tempore moueantur, & motu tam multiplici, omnésque eorumdem corporum effectus tenorem semper suum seruent; fateamur necesse est dari prouidentiam, cui hæc inanimatorum cæteroqui corporum administratio credita sit, *nec sine aliquo custode tantum opus stare. Nec hunc syderum cœtum discursumque fortuiti impetus esse, & hanc inoffensam velocitatem procedere æternæ legis imperio.* Quod superuacuum esse ostendere, censuit supra Seneca.

120 Iam verò constans tempestatum vicissitudo, cœlestium corporum motum ordinatè & perpetuò consequens, argumentum suppeditat potentissimum ad prouidentiam astruendam. Perpetua item diei ac noctis vicissitudo, tam apertè testificatur Diuinam prouidentiam, vt dies tametsi res inanima & muta, tamen dici cõsequenti verbum quo Diuinam prouidentiam eloquatur quasi eructet, & nox nocti eiusdem scientiam indicet. Nec enim aliter res tam mutabilis, tam statis temporibus & ordine certo peragerentur. Scitè Cleobulus apud Laërtium lib. 1. annum exprimebat imagine patris duodecim filios habentis, quorum singulis sint triginta filiæ forma dissimili, nempe aliæ albæ, aliæ nigræ. Quæ omnes immortales sint, & tamen semper interreant. Quis verò, vt Tertulliani verbis dicam, diē in occidem morientē, tenebris vsquequaque sepulto mundani honoris funestationem, rursúsque diei cum cultu suo & dote restitutionem in integrum, non agnoscat ab intenta semper vigilis Dei administratione directam, constanti tenore procedere? Rectè igitur affirmauit S. Hilarius in Psalm. 118. ad illud *in æternum Domine verbum tuum permanet in cælo*, quomodo in cælo maneat Dei verbum ipsa veluti corporalis contemplationis fide cerni. *Non enim est illic transgressio, non demutatio, non infirmitas, non error. Contuetur Solis annuum cursum & menstruum Lunæ recursum, astrorum quoque aut stationes, aut conuersiones, aut demutationes: nunquid non finibus suis & constitutis terminis ac decretis vicissitudinibus continentur? Nihil illic demutatur, nihil differtur, nihil negligitur, sed in constitutionis suæ manet lege, & in indefessi obedientia ministerij perseuerat.* Vnde autem tanta in tanta vertigine firmitas, nisi ex eo, qui præceptum posuit ac continuè ponit, idque non præteribit?

Elementa.

121 Nunc percurramus elementa, quæ insignes prouidentiæ probationes suppeditabunt si attentè inspiciamus, eóque locupletiores quò magis necessaria eis est prouidentiæ cura. Nam vt rectè dixit Athenag. orat. pro Christ. *Sicut nullus est nauis vsus quamuis ab omnibus sit armamentis instructa, si gubernatorem non habeat; ita quoque nullus elementorum vsus est (quamtumuis mundo & instrumentis omnis exornatum.)*

alterum,) absque ista prouidentia. Nam & mare per se ipsum mare non subsideret, & elementa sine ipsius nō manerentur. Hoc est non eo quo consentaneum est modo & ordine munera sua exequentur, sed vel fines suos prætergressa, excidium sibi inuicem parabunt, vel inutilia fient, aut etiam incommoda humano generi in cuius gratiam constituta sunt. Rectè igitur sapientissimi quique, etiam hanc vniuersi partem, prouidentiæ subiecerunt.

Et circa ignem quidem luculenter proditur prouidentia in tanta eius præsentanea ad Lunæ concauum absque pabulo, vel vt de hoc nostrate igne agamus, in tam variis viis tam necessarium elementum excitandi, & tā solerti cura prouidendi ei fomēta, vnde alatur & duret tanto nostro cōmodo, vt fusè expendimus dist. 5.

122 Circa aërem proditur prouidentia, inprimis, indeficienter, & vbique vbertim, tanti, vt verè Nazianzenus nominat, diuitiarum copia. Accedunt tam varia quæ in hac veluti officina perfici aut existere suprà declarauimus, cùm ex hoc opere, Dei opificis existentiam probauimus. Nubes dico, pluuias, fulmina, ventos, quæ prouidentia destitui valdè ineptè censuerunt aliqui, eò etiam ineptiores ac detestabiliores quòd ex prouidentiæ circa ista defectu, nullam omnino dari prouidentiam intulerunt, vt suprà iam notaui ex D. Augustino 5. de gen. ad liter. cap. 21. & 22. Sed non erit difficile malè sanum placitum conuellere, eiúsque fundamenta diruere, quod infrà præstabo. Contrarium ipsi quoque Ethnici agnouerunt, nominatim Seneca lib. de prouid. cap. 1. *Ne illa quidem* (inquit) *quæ videntur confusa & incerta, pluuias dico, nubésque, & elisorum fulminum iactus & incendia, rupta montium verticibus effusa, tremores labantis soli, & alia quæ tumultuosa pars rerum circa terras mouet, sine ratione, quamuis subita sint, accidunt.* Itaque non est ferenda Philonis circa hoc dubitatio. Ambigit enim an pruinæ, niues, fulgura & tonitrua, iris & alia huiusmodi, ex prouidentia sint, vt constat ex fragmento operis de prouidentia, quod ex eo refert Euseb. 8. de præpar. cap. 7. sed profectò ista esse ex prouidētia dubitare poterit, qui prouenientia inde cōmoda, & opportunitatem non attenderit. Et quidni niues & pruinæ & tonitrua aliáque huiusmodi ex prouidentia sint, si & nubes & venti, (quod ibidem Philo non negat,) prouidentia reguntur? Porrò egregiè & appositè ad hunc locum Clem. 8. recogn. inter ea quæ Deum non modò opificem, sed & prouidum euincunt, recenset. *Quòd ad aëris temperiem non modica detur indicia conspirans, vt abundans aquis imbrium fundatur, ne morbus habitantibus generetur humida existente aëre, si calor rapidè sequatur, aërem corruptum & pestiferum reddens. Sed & terra calidum imbrem suscipiens, non nutrimenta segetibus, sed perniciem præbet. Denique Ægyptus, quia ab Æthiopiis è vicino flagrat ardoribus, ne insanabiles corruptelas aëris, imbrium necessitate susciperet, tempore eius non pluuiarum imbribus munificatur, sed terrenam quodammodo imbrē Nilo inundante suscipit.* Pauca quæ prouidentiæ in hoc genere aduersari videntur, diluam infrà.

123 In aqua prouidentiam notat Seneca lib. de prouid. cap. 1. quòd infusa vallibus maria molliant terras, nec vllum incrementum fluminum sentiant. Idē obseruat Clemens Rom. 8. recognit. inducēnsque respondentem prouidentiæ aduersariū, quòd illa maris perduratio in eadem mensura, tot licèt fluuiis ad illud appellentibus, ex eo proficiscatur,

quod

quòd humor dulcis ſalſo infuſus, naturaliter à ſalſo abſumatur, & hoc ipſum ait Clemens eſſe prouidentiæ opus, feciſſe ſalſum mare in quod omnes fluuij deriuandi erant, ne fortè per tanta temporum ſpatia repletus maris alueus, inundationem perniciosiſſimam terris & hominibus efficeret. Sed veriùs, & ad prouidentiæ operum declamandum commodiùs philoſophabimur, ſi dicamus prouidentiæ eſſe quòd appulſu fluminum aquâ non exundet mare; tum quia non parum illius dulcis humoris, (quippe leuioris & tenuioris humore ſalſo,) effertur ſyderum ac præſertim Solis actione, tenuiorem illum humorem magis adhuc tenuante, & ſurſum ſubuehente in nubium & pluuiarum materiam. Tum etiam quia quantum aquarum influit in mare, tantum effluit per canales ac tubos terræ immiſſos, & inter ſe connexos, quorum ſoliditas & cõſeruatio inſigne eſt diuinæ prouidentiæ opus, vt habeat terra vnde rigetur, ſuppeditante ei mari aqua, & quidem per eam percolationem dulci ac potulenta, qualem tellus vt ferax eſſet, & plantæ, ac animantia poſtulabant. *Iam verò addit ſuper Seneca. Si quis obſeruauerit nudari litora pelago in ſe recedente, eadémque intra certum tempus operiri credet, certa quadam volutatione mundi contrahi undas & introrſum agi, modò erumpere & magno curſu repetere ſedem ſuam, cùm illæ interim portionibus creſcunt & ad horam ac diem ſubeunt, ampliores minoréſque prout illas lunare ſydus elicuit, ad cuius arbitrium Oceanus exundat.*

124 Tandem circa terram opus prouidentiæ eſſe notat Seneca lib. de prouid. cap. 1. quòd grauiſſimum eius pondus ſedeat immotum, & circa ſe properantis cæli fugam ſpectet. Non tribuit prouidentiæ quòd terra non cadat, id enim terræ connaturale eſt, cùm ſit omnium corporum grauiſſimum, & ſolum mundi teneat, ac proinde non ſit quo cadat: Sed prouidentiæ tribuit, quòd immota perſiſtat noſtræ habitationi idonea, nec aquarum vi, vel ignium ſubterraneorum aut ventorum qui plerumque eam concutiunt, violentiâ diſſipetur. Nam ſicut quibuſdam in locis mutauit terra, *legimus enim & Hierapolim & Delon & Rhodon & Con inſulas peſſum abiiſſe. Memorat & Plato maiorem Aſiæ & Africæ partem Atlantico mari ereptam. Sed & mare Corinthium terræ motus ebibit, & vis vndarum Lucaniam Italiæ abſciſſam in Siciliæ nomen relegauit*: Verba ſunt Tertulliani cap. 40. Apolog. qui alia etiam in eam rem addit lib. de pallio c. 2. ac memorat peregrinantes in montibus conchas vt Platoni probetur, ardua quandoque fluitaſſe. Et alia in hanc rem habent Ariſtoteles 1. Meteor. cap. 14. & lib. de mundo ad Alex. cap. 7. Seneca 6. natur. cap. 29. Philo lib. de mundi incorruptibil. *ſub finem*. Sicut inquam his in locis mutauit terra, ita & alibi, frequentiùs & notabiliùs, non ſine graui animalium incommodo mutaſſet, niſi prouida Dei manus intercesſiſſet, quæ firmauit eam in æternum, faciátque no inclinetur in ſæculũ ſæculi. Quid illud quod ad prouidentiam circa terram refert Philo lib. de prouid. apud Euſeb. 8. præpar. cap. 5. nempe quòd pretioſiſſima metalla, terræ alioqui ſterili & infrugiferæ innaſcantur? Eſſet enim graue incommodum ſi terra fœcunda eſſet metallifera. Et idcirco montes ſteriliores ſunt metallorum, vt oſtendit Agricola 1. de natiuis & veteribus metallis c. 14. & inter montes qui magis infrugiferi & aſperiores ſunt, metallis copioſius magis abundant, vt notat minera Indias tradit à Coſta 4. hiſtor. capite 3.

Mixta inanimata, plantæ, bruta.

125 Quoad mixta perfecta inanimata, inde providentiam licet suspicere cum Constantino Magno orat. ad Sanctorum cœtum c. 8. *quod Deus auri & argenti & reliquorum metallorum genus produxit, ea quidem copia, quæ ad vitam satis esset. Atque illa quorum multiplex & varius usus existeret, affatim suppeditari mandavit: alia vero, quæ ad hominum delectationem & delicias solum spectarent, sicut splendore magnifica, ita numero pauca esse voluit, quæ nec parcè nimis, nec nimis largè suppetere viderentur. Quod si eadem abundantia usitatarum rerum, quæ ad ornatum fabricata sunt, fuisset immissa, illi qui metalla è terra excidendis dant operam, usu illarum rerum, quæ ad agriculturam & ad extruendas ædes, & ad naves fabricandas aptæ sunt, ut ferri & æris propter nimiam superiorum rerum cupiditatem, neglecto, magnam harum numerum colligere pro nihilo putarent, & ad eas res comparandas, quæ ad delicias & inanem divitiarum affluentiam pertinent, omni cura & cogitatione incumberent. Quamobrem aurum & argentum eruere, plus ferunt habere, & difficultatis & laboris, quàm cætera metalla omnia, ut magnitudini cupiditatis, & laboris magnitudo opponeretur.* Rectè omnino id asseri, fatebitur quisquis attenderit ad ea quæ de incredibili labore in hujusmodi metallorum exceptione subeundo, scribunt Agatarchides apud Photium cod. 250. cap. 12. Tertull. de hab. mul. cap. 5. Cassiod. 9. var. epist. 3. à Cuspa 4. hist. cap. 4. Bello. 1. obser. cap. 50. & seqq. & ad ea quæ venustè scribit S. Cyprianus christianos damnatos ad hujusmodi fodinas epist. 25. 37. & 80. Sed pergit Constantinus. *Quæ enim alia divinæ providentiæ opera licet numerare, quàm omnibus rebus, quæ nobis tam copiosè largiuntur, cernuntur: quibus quidem hominum cupiditatem, tum ad modestiam, aliasque virtutes omnes eudiendas impellit, tum à sordida, importunaque avaritia revocat!* Hactenus ille maximus gregis nostri Zorobabel, sic enim Constantinum meritò appellat Theodor. in religios. histor. c. 1. Tractatum ab ea providentiæ argumentum generaliter urget Chrysostom. in psal. 8. ad versum ultimum. *Hoc ipsum est* (inquit) *Dei providentia, quæ hominis sapientiam excitans, & arrogantiam deprimens, & incompositionem etiam interrumpens, (si enim et omnia cum facilitate succederent, supinus & dissolutus evasisset,) comparandis rerum usui admiscuit quandam difficultatem, & nec omnibus cum labore, nec omnibus sine labore frui permisit: sed quæ ad usum quidem sunt sine labore & sudore habere permisit: quæ verò sunt ad delicias, cum labore & sudore: volens hinc quoque nobis commune præbendi facultatem.*

126 In plantis & vegetabilibus ad nos comparatis, mirabile providentiæ opus attingunt Chrysost. in psal. 144. ad illud *das illis escam in tempore opportuno*, & Nemesius lib. de hom. c. 42. & Isidorus Pelusiota cujus verba adscribo ex l. 4. epist. 170. *Vide quemadmodum non uno eodemque tempore frumentum & vinum & oleum & poma omnia fieri voluerit. Verum prata quidem antecedant, sequantur autem segetes, quas deinde vinea excipiat. Ac denique oleitatem ad ultimum extremum transmittat. Ante videlicet pratibus tanquam epinomum quendam clarum agitantibus, ac per temporis longinquitatem agricolam recreantibus. Nam si omnia confestim ad vigorem suum pervenirent, profecto agricolæ industria ob temporis brevitatem in angustias adduceretur, atque omnia corrumperentur & interirent, quod ille non valeret pro tempore colligendo*

colligendis & temperandis annalibus rebus minimè par esse. Hactenus Isidorus. Huc facit quod Pythagorei, Deum ipsum *opportunitatem* nominabant, à frugum per opportuna tempora prouiso prouentu, vt refert Proclus in Alcibiadem primum, pag. 121. quod optimè etiam tradidit Philo lib. de nom. mutat. in fine vbi ait quod *Deus tempus verè est. Oritur namque statim felicitas & opportunitas terra, cœli, naturarum quæ inter illa sunt, animantium simul & stirpium* [illegible]. *Vnde Moysi ausus est dicere iis qui diffidebant, & bellum per victum* [illegible] *aduersus bestias* [illegible]: *Recessit opportunitas ab ipsis: Dominus verò in nobis. Nam propemodum ferme fatetur opportunitatem temporum Deum esse, qui longè ab animi impiis refugit, sed animis virtuti incumbentibus* [illegible]. *Ambulabo enim inter vos* (inquit) *& ero Deus vester. At verò qui* [illegible] *anni, tempora opportuna esse dicunt, non propriè nominibus vtuntur, vt qui non planè & accuratè naturas rerum inquirunt, sed magnam adhibent imperitiam.* Idem ex Platone lam [illegible] n. 71. Fuisse quoque hominem de prouidentia malè sentientem scribit Sixtus 4. de fato c. 5. qui in fructuum consideratione, quærentem non bene à Deo constitutum, vt cucurbitæ, pepones, cucumeres, & id genus alij amplæ magnitudinis fructus, humi reperent, pyra verò, & mala, & amygdalæ, aliique fructus nullius ferè quantitatis, in excelsis arboribus procrearentur, cùm contrà potiùs parui fructus in humili loco, magni verò, sublimes editique collocandi fuisse viderentur: Hæc verò inter loquendum, praealgum pyrum impetuoso illi capiti allisum, vulnus modicum intulit, quod ille ad mentis sanitatem inde reuocatum, traxit ad agnitionem prouidentiæ in hac parte, eo quod si vnde pyrum deciderat, inde cucurbita aut pepo decidisset, longè grauius infli- periculum vulnus fuisset.

Tandem ad prouidentiam in plantis & vegetabilibus refert Clemens 8. recognit. quòd cùm semina vel perierint, seminibus aut particulis quæ fuerint ab ipsis suppeditatæ, reparentur. *Annon & in hoc plenissimè demonstratur opus diuinæ prouidentiæ, vbi ex terra & aqua, ad vsum hominum semina iacta reparentur? Quæ enim terra fuerint mandata, voluntate Dei humorem quem suscepit gleba, velut visceribus suis seminibus immulget: aquis enim inest quædam vis spiritus à Deo dati ex initio, cuius ope* [illegible] *futuri corporis, in ipso statim semine formari incipit, & per culmum speciemque restituit. Turgescit itaque ex humore seminum granum, per angulos quosdam venarum naturalium, vbi illa spiritus, quæ aquis data est, vt pote incorporea transcurrens, ad incrementum semina suscitat, & crescentium species format. Ministerio igitur huius elementi, cui vitalis ille spiritus insitus & infusus est, efficitur vt non solum reparetur, sed vt per omnia similis species & formas his quæ iacta fuerant seminibus, reddat. Quæ ratio, cui vel breuem sensum habenti, per irrationabilem naturam & non per diuinam sapientiam constare videbitur? Denique etiam hæc ad similitudinem humanæ naturæ conformata sunt: videtur enim terra vuluæ locum tenere, cui semen iniectum per aquam & spiritum vim, fieri seque diuinam, & formatur & alitur. Sed in hoc admiranda est diuina prouidentia, quod videre non* [illegible] *& agnoscere satis queamus: quomodo omnia & qualiter fiant, in secreto posita & in occulto, vt non indignis ad agnitionem subiaceant, sed dignis fidelibus cum miraculo patefiant.* Illustre & illud prouidentiæ in plantis documentum, quòd cùm perennitati aliis quoque multis rationibus prospexit, vt latè prosequitur Boetius 3. de consol. prosa 11. *Herbas* (inquit) *atque arbores in-*

riere primùm sibi occurrentibus immo[illegible] fierit, ubi quantum tamen natura queat, vitæ excercere atque enutrire non possunt. Nam alia quidē in campis, alia in montibus crescunt, alia ferunt paludes, alia saxis hærent, aliarum fœcunda sunt steriles arenæ, quas si in alia quispiam loca transferre conetur, arescunt. Sed dat cuique natura quod conuenit, & ut, dum manere possunt, interea [illegible], elaborat. Quid dicam, quod omnes veluti in terram ore demersa, trahunt alimenta radicibus, ac per medullas robur corticēmque diffundant? Quid quod mollissimum, quidque succi medulla est, interiore semper sede retruditur: extra verò quædam ligni firmitas tegitur, ultimus autem cortex aduersum cœli intemperiem, quasi mali patiens, defensor apponitur? Iam verò quanta est naturæ diligentia, ut cuncta semine multiplicata propagentur, quæ omnia non modò ad tempus manendi, verùm generatim quoque quasi in perpetuum permanendi, veluti quasdam machinas esse quis nesciat?

117 In brutis docet prouidentia siue spectentur cum comparatione ad nos, siue absolutè & in ordine ad se ipsa. Nam quod ad nos spectat, prouidentiæ esse statuit S. Chryso. in Psal. 8. aduersum [illegible], quòd nobis Deus aliquid de eo imperio quod in bruta habituri eramus, reliquit. Nec enim (inquit) homini in brutas animantes imperium sustulit, nec totum reliquit, sed quæcumque erant ei quidem ad alimentum & exercitium necessaria, subiecta esse permisit; quæ autem sunt efferatiora, non eadem, ut ex sui cum illis contentione, primi parentis illius veteris peccati admoneretur. Unde etiam ex eo quod non valdè nobis subiiciuntur, magnum lucrum accedit. Quid enim qui lucraret si leonem nostra potestati obnoxium & mansuefactum haberemus? Quid vobis prodessit si pardum haberemus mitem? Nihil, nisi ad arrogantiam nimiam & superbiam. Propterea hoc quidem permisit esse exempta ab imperio quæ sunt nobis utilia, effecit [illegible] [illegible] & [illegible] nostri [illegible], & [illegible] ad [illegible] possunt, [illegible] esse nobis [illegible] sa [illegible]. Quemadmodum enim [illegible] exhæredat filium, non prorsus eum amouet, sed parte aliqua, ut se corrigat, ita etiam Deus. Imo non sic, sed contra poena; Qui enim exhæredat, maiori parte priuat, minorem verò relinquit: Deus autem maiori relicta, cuiusnā priuauit portiunculā, quā ad eius utilitatem, ut alia omnia facile superaret. Quid verò ad ipsa secundum se bruta attinet, prouidentiam multipliciter ex eis confirmant Basil. hom. 9. hexaēm. & Guil. Parisiens. 1. 1. de uniuerso c. 2. ex brutorū ingenio, & [illegible] multiplici utrisque [illegible] industria, siue ad pabulum sibi ac fœtibus suis procurandum, siue ad depellendos morbos, siue ad aëris incommoda declinanda, siue ad mortem auertendam.

Illustre & illud ex quo prouidentiā in brutis commēdat Clemens Romanus [illegible], nempe quòd mira quadam dispensatione prouidentia, [illegible] [illegible], ut statim ut natum fuerit, nullo docente sciat ubi alimenta sua [illegible]. Gignuntur autem non solum mares sed & fœminæ, ut ex utrisque posset rursus constare posteritas. Sed ne, ut putant homines, viderentur hæc naturæ quodam ordine, & non dispensatione fieri contueri, pauca quædam ad indicium & documentum prouidentiæ suæ, mutato ordine genus seruare iussit in terris, [illegible] per os concipere Coruum, & per aurē Mustelam generare [illegible], sicut Gallinæ, interdum etiam vel vento vel puluere concepta parerent alia quædā animalia [illegible] alternis in fœmineos [illegible] & [illegible] per annos singulos [illegible], ut leporis & hyænæ, quas belluas vocant.

necant. *Alia etiam ex terra oriuntur, atque inde sumunt carnem, ut Talpa; alia ex ouis, ut Vipera; alia ex putrefactione corporum, ut Vespæ quidem equorum, Apes autem bubulorum; alia ex fimo boum, ut Scarabei; alia ex herbis, ut de ulmo* [illegible]*, & cursus herbæ ex animalibus, ut ex cornu cerui vel capræ, apium & asparagus. Et quod apertum est plura inueniuntur in quibus diuinæ prouidentiæ, nonnisi ordinem, qui a natura datus putatur, multimodis differentiis naturam animalium cumulare volunt, ex quibus non incommodis rerum cursus, sed ipsius dispensationis ratione docentur.* Vegeti denique potest in prouidentiæ argumentum circa animalia, quod eadem semper in eis seruetur corporum proportio, eidem colores, tametsi plerumque tanta arte intermisti: quæ omnia non posse sine prouidentiæ interuentu tam stabiliter contingere, annotat Nemesius supra.

Homo, mundi Dominus.

128 *Ego solum hominem* (ait recte Meletius libro de homine) *verum esse præter alia animalia præstitisse prouidentiæ video, eiusque curatissimam ipsius curam dignam censeo.* Et sane numquid de bobus cura est Deo, ut ompe pro homine? Ex innumeris autem quæ prouidentiam circa hominem docent, (innumera quippe sunt ea in nos prouidentiæ beneficia quibus diuinitas omnibus ubique machinis vsa ad se nos trahit, ut recte dixit Plotinus Ennea. 3. lib. 2. cap. 9.) pauca insigniora propono.

Primum ad corpus spectat, eamque varietatem quæ in vultu & facie tot hominum cernitur. *Paruum dictu,* ait Plin. 7. hist. cap. 1. *sed immensum æstimatione, in facie vultuque nostro cum sint decem aut paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies existere, quod ars nulla in paucis numero præstet affectando.* Miratur id quoque Naz. orat. 2. de Theolog. sub audium & esse luculentissimum prouidentiæ testimonium apparebit, si attendamus grauissima incommoda & damna quibus urgeremur si ea varietas deesset. Audi Nemesium cap. 42. libri de homine. *Quis cum videat sexcenta hominum millia pene nullam adinuicem differentiam, neque tamen prorsus eosdem esse, non admiretur. & si cum animo suo reputet, non assequatur, a prouidentia formas rerum singularum, esse distinctas? Quod hic modo licet intelligere. Si eandem retinerent sine ulla variatione figuram, quanta rerum confusio sequeretur? Quanta inscitia, quanta tenebræ hominum extiterint, qui neque familiarem, neque alienum cognoscerent, neque hostem, aut improbum, ab amico, aut probo non discernerent: Omnia verò simul essent, ut Anaxagoræ fuit opinio. Nam hoc si ita esset, nihil obstaret quominus cum fratribus & matribus corpus misceremus, aut prædaremur, aut aliud quippiam palam improbi faceremus, si id multo esset dictitatum, ne in ipso facinore deprehenderemur. Nam postea confessi, agnosci non possemus. Neque etiam lex aut respublica ulla constituta esset, neque patres & filij inter se cognoscerent, neque aliud quippiam quod sit ad hominis naturam cohærens. Cæcus enim esset homo, quantum quidem ad homines diiudicandos pertinet, neque ei oculorum sensus, multum adiumenti afferret. Præter enim aciem & magnitudinem nihil diiudicaret. Tantarum igitur commoditatum causa, nobis prouidentia est, quæ perpetuo & ubique gentium, hominum formas distinguere non intermittit. Quod maximum est argumentum, etiam rebus singulis, Dei prouidentiam consuli, si quidem vel figuras & lineamenta, & vires, quisque singu-*

scitur. Neque hæc præcisè reiicitur, perinde quasi forma sola sit. Nam velut tutelarij loci, etiam celerem differentiam providentiæ adiicit, ut naturæ humanæ imbecillitati multis modis succurreretur. Eadem etiam legimus apud Meletium libro de homine pag. 137.

129 Iam ipsius hominis fovendi, alendi, omnique ratione oblectandi & omnia ad id opportuna curandi sperantem fuisse Dei curam dicemus. Non habeo quo id exponam aptius aliquid, quam quod à Plutarcho scriptum est lib. de tranquillit. animi cap. 19. & 20. exponens enim & commendans illud Diogenis responsum, *omnem diem viro probo festum esse*, observat, mundum hunc esse veluti templum sacratissimū, in quod nos Deus per nativitatem induxerit, spectatores non statuas æreas vel argenteas, sed sydera & mundum vniversum, eiusque celebritates & ludos quorum nobis ipse autor, & ut sic dicamus præsultor est, oblectationes & iucunditate vndique affluente. Nec procul hinc abest quod luculenter nec rusticè, sed ingeniosè admodum, rusticus ille apud Dionem Chrysostomū oratione 30. excogitavit. *Ceterùm (inquit) & aliud canticum: Quod mundus domus sit valdè pulchra & diuina à diis instructa: quemadmodum ab appellant felicibus diuitibusque hominibus domus quasdam videmus porticus & columnas, auroque & picturis ornatas, fastigia quoque, & muros, lamdaque, fabricata. Similiter etiam factum esse mundum ad diversorium & lautitiam hominum, spectabilem & variam, astrisque & sole & luna, terraque marique & plantis, quæ ex Deorum diuitijs & arte liberali sunt comparata. Admittere verò homines in mundum hunc, tanquam ad diem festum à Deorum rege invitatos, ad convivia & dapes splendidas, omnibus fruituros bonis. Recumbere autem alios alibi, sicut in cœnis: siquidem hi meliorem regionem, illi autem viliorem sortiti. Esse autem omnia similia ijs quæ apud nos sunt in diversorijs, præterquam quod parvis & ignobilibus diuina & magna comparantur. Lucem enim apud nos à dijs præberi duplicem, per luminaria quædam, nunc quidem multam, nunc verò minorem: hanc noctu, illam interdiu. Appositas quoque esse mensas omnium bonorum plenas, & frumenti, & pomorum, partim sponte nascentium, partim ex cultura: præterea & carnium mansuetarum & ferarum, quinetiam animantium ex mari. Mensas autem fuisse valdè rusticè, & prata & campos & saltus & littora, in quibus hæc quidem nascerentur, illa autem pascerentur, alia verò venatu apprehenderentur. Alios porrò alijs plura suppetere, ut in quæ quisque mensa recubuissent. Hos enim ad mare, hos verò in campis, alios denique in montibus recumbere. Ministrare verò adhibitas horas, ut minimas natu deorum, lætè vestitas, affictasque pulchrè, non quidem auro circumdatas, sed omnium florum coronis. Distribuere eas autem & flores ipsos, atque alia curare, quæ ad convivium pertinent: hæc apponentes, illa auferentes opportunè. Habere autem & vinum, & aliam omnem iucunditatem.* Mitto cetera quæ in eandem rem ibi habentur.

130 Est præterea prorsus insignis testificatio diuinæ circa hominē providentiæ quam repensa plerumque virtuti præmia, aut culpis supplicia, exhibent. Sæpe enim etiam extraordinaria quadam ratione, ac supra naturæ vires, contingit esse effectus aliquos, ut virtuti suum præmium staret, aut sceleri sua pœna. Notum quod habetur lib. de mundo ad Alex. cap. 7. *Crateris Ætnæ abrupta terra patefacta, conflagrationem emiserunt grassatum*

satim

subeundum illis torrentis per terram. Quo tempore qui è mortalium genere pietate erant imbuti, ij à numine diuino, eximio honore ingentique affecti sunt. Ij quidem iuuenes & robore valentes, cum parentes suos ætate iam confectos humeris sustulissent, igneo flumine tum iam opprimendi, in eo erant ipsi vt interirent: cum tum flumen ipsum via se scidit, vt hac & illac diuersis fluctus digrederentur, iuuenesque illæsos cum senibus transmitterent. An non perspicuum id numinis prouidi testimonium: non enim ignis sponte sua scissus, intactos dimisisset iuuenes illos cum eo quod vehebant onere. Necessarium igitur est admittere prouidentem numinis vim ibi interuenisse, & supra naturæ ordinem eam ignis dispersionem in virtutis præmium effecisse, vt autor prædictus rectè vidit.

151 Nec minus potenter argumentari licet ex impiorum suppliciis. Vt enim sileam terrores continuos eorum qui graue aliquod scelus admiserint, illorumque domesticum tortorem, qui est velut naturalis testis prouidentiæ non permittentis scelera inulta abire, contingit plerumque debitas sceleribus pœnas tam opportunè, tam præter humanam expectationem peccatoribus rependi, vt indubitatum sit rem benè æstimanti euentum illum non fuisse fortuitum sed numinis consilio ita accidisse. *Pœna quæ pœnas insequitur,* ait Nemes. cap. 42. lib. de homine, *imò peccatorum ipsorum deuictio, quando, vt meta sit, quæ ea possit coarguere, quibusdam circumstantiis præfertur, esse prouidentiam declarat. Plena sunt huiusmodi historijs, & Hebræorum Scriptura, & Græcorum libri. Nam huiusmodi Susannæ casus literis facilis mandatum est, & apud Græcos poëta Ibyci. Hic enim, cum à quibusdam interficeretur, neque videret vel adiutorem, vel testem haberet iniuriæ, conspicatus grues, vos (inquit) mortem meam vindicate. Postea quæstoribus ciuibus, qui cædem fecissent, nec deprehendentibus actis diu, vt cum theatrum celebraretur, & populus spectandi causa consideret, grues prætervolarent. Quas cum vidissent, qui cædis erant autores, risêrunt, & sunt, inquiunt, Ibyci vindices. Quod cum quidam, qui proximè assidebat, audisset, detulit ad magistratum, illique comprehensi, de cæde confessi sunt. Multa huiusmodi à veteribus literis mandata sunt, quæ si quis velit colligere, infinita excrescat oratio. Quod si non omnium peccata ad eundem modum produntur, imò aliqui effugere videntur, nemo propterea neget esse etiam prouidentiam. Non enim vno tantum modo hominibus consulit, sed multis & differentibus.*

152 Illustre & aliud in eodem genere quod Philo apud Eusebium 8. præparat. cap. 5. commemorat, tametsi enim sacrilegium quod ibi admissum & diuinitus punitum refert, non erat verum sacrilegium, sed simplex furtum, tamen secundum peccantis conscientiam sacrilegium fuit, & tametsi furtum duntaxat fuisset, tamen & hoc quoque crimen graue est, & dignum quod Deus non sineret inultum. Verba Philonis sunt, *Multi pecuniæ cupiditate victi, manifesta dederunt supplicia. Quorum vel exempla & si quamplura videmus, vnum tamen ex priscis referre, operæ pretium ducimus. Dicunt igitur, qui Phocidis sacrum bellum conscripserunt, cum lex esset, aut præcipites ex alto deijci, aut in mari submergi, aut igne cremari sacrilegos, Crimine Philomelum, Onomarchum, & Phayllum, tres illos, Delphicum spoliantes templum, secundum legem diuinitus, supplicia dedisse. Alterum enim, cum per asperos scanderet loca, præcipitem decidisse, et ... Alterum, cum equus per littora ferre-*

ret.

tur, in profundo hausum, vnde cum equa fuisse à quo demersum: Physalam autem alij fuisse morbo consumptum, alij cum templum Iouis incenderetur, vna concrematum fuisse tradiderunt. Nemo profectò hæc casu, nisi amens, accidisse putabit. Omnes enim hi tres, eisdem temporibus, propter idem delictum, non alijs supplicijs quàm lex vetabat mori puniti, non à fortuna & casu, sed diuinitus credere debemus. Irrogata diuinitus, in violati numinis pœnam, supplicia, [illegible] refert Mithias 2. parænes. cap. 12.

133. In summa tanti sunt diuinæ erga nos prouidentiæ fructus tamque luculenta eius argumenta, vt cogatur quisquis ea attentè expenderit, exclamare cum Theodoreto serm. 1. de prouidentia. *O amorem erga homines ineffabilem. O sapientiam inenarrabilem. Quis diuinæ prouidentiæ benignitatem, potentiam, in dubijs copiam, in difficilibus facilitatem, operum magnitudinem, diuinæ pro dignitate admiretur?* Aut vt vniuersè concludam totam hanc argumentorum ex sensibilibus seriem, cum Plotino Ennea. 2. lib. 9. cap. 16. *Ille animo tam peruerso [illegible], neque ad aliquid vnquam aliud incitabitur, quisquis videns cuncta in hoc mundo præclara spectacula, absolutumque ordinem ex perfecta mensuratum proportione compositum, ac speciem in stellis quamuis longè remotis maximè resplendentem, hinc non admiratione maxima contempletur & videns quanta videntur à quali proficiscantur admiratur: Alioqui is qui hæc considerat, neque illa cognouit.*

ARTICVLVS III.

Aliæ efficaces diuinæ prouidentiæ probationes per Satyram. Vsus doctrinæ de prouidentia.

134. PROBATIONES diuinæ prouidentiæ quas proposuimus, sunt partim quasi à priori, nempe prima illa quam deduximus ex diuina vi res producente, partim à posteriori, vt quæ ex effectibus sensibilibus haustæ sunt, & ex illis prouidentiæ indicijs quæ suppetunt ex mundi eiusque partium & supellectilis ac hominis consideratione. Nunc placet insuper alias quasdam probationes adducere, partim ex alijs quibusdam indicijs, partim ex incommodis quæ inficiationem prouidentiæ consequuntur: quæ apud quemuis prudentem magni semper fuere ponderis. Non enim possumus in re tanta, & cuius valida confirmatio, ac in hominum mentibus stabilitas, tantum nostra interest, vel nimij esse, vel vereri ne fuisse videamur.

Prouidentiæ inficiatio, religionis euersio.

INPRIMIS Himerius Sophista in declamatione contra Epicurum cuius bonam partem refert Photius cod. 241. affirmat per Epicuri doctrinam, seu per prouidentiæ abnegationem, perire omnem virtutem, perire concilia & iudicia, (nempe præsumptis legibus quibus illa nituntur,) perire honestatis præmia, improbitatis supplicium, quinetiam supra cœlos euadere Epicuri impietatem, vt nullus sit locus quem impudentia & audacia Epicuri non violarit. Ingens profectò exaggeratio, & ipsa sententia placito quod refellimus, eiusque assertori [illegible], inuidiam conflet, quippe qui ea assertione, comminantur societatem humanam omnem conuellere, & homines ad ferinum statum traducere, ijs sublatis quibus vita verè humana continetur. Nec aliter contra Epicurum,

rum argumentatur Tullius 1. de nat. Sed expendamus hæc paulò pressiùs.

145. Cælum hac impietate violatum queritur Himerius, quia friget prorsus pietas & religio in Deum, nisi prouidentiæ persuasione incalescat. Quis enim inducat in animum, colere eum à quo nihil vnquam beneficij acceperit, vel accepturus sit, nihilóque item incommodi affici timeat? Talis autem est Deus erga nos, si prouidentia non datur. Nam si non prouidet nobis, rectè infertur quòd nos eum non colimus. Est enim contra naturalem inclinationem, facere aliquid, & illud illico à se abijcere, tametsi curæ indigum. Atque ita Epicurus negans prouidentiam negabat quoque rerum dependentiam à Deo, *sed ex suis mox*, vt ludit Seneca mox adducendus, *si conglobarentur* aiebat, hoc est ex concursu fortuito atomorum. Qua in re tametsi vt dixit Lactant. 3. Instit. cap. 17 *tam deliravit vigilans, quam nemo æger vnquam insaniat*, tamen consequenter locutus est, cum negata prouidentia negauit quoque rerum à Deo dependentiam. Vnum enim cum altero connecti, satis suprà probauimus, vrgentes primam prouidentiæ probationem: hoc autem asserere est omnem Dei cultum euertere. Ideòque subdit paulò post idem Himerius, non posse Epicurum effugere crimen exturbatorum omnium aratum, quandoquidem tametsi id verbis non doceret, reipsa tamen assereret, tollendo prouidentiam. Et aiebat quidem Epicurus Deum quamuis nullis eius in nos beneficijs extantibus, colendum esse propter naturæ eminentiam, vt testatur Seneca 4. de benef. cap. 19. Tamen quis ignorat quantus ille pietatis & in Deum obseruantiæ, sit, recordatio beneficiorũ, quámque ægrè & quàm pauci (quæ naturæ nostræ infirmitas est) inducti sint in animum, eo duntaxat nomine, tametsi sufficientissimo, colere Deum, quòd altior nobis sit, & eminentiorem nobis naturam habeat? Adde quòd vt rectè disputat Autor commentariorum in Paulum, apud Ambrosiũ ad illud 1. Cor. 1 *vbi est stultam fecit Deus*, necesse planè est eum qui facit Deum improuidum, facere iniustum aut inscium, quippe qui aut non videat actiones mercede supplicióve dignas, aut eis nolit iustam mercedem rependere: Quæ autem tanta eminentia est eius qui iniustitiæ aut ignorantiæ est obnoxius? Itaque euertuat planè ac succidit pietatem & cultum Dei, quisquis prouidentiam eius inficiatur, de quo ita Lactant. lib. de ira Dei, cap. 8. *Si Deus nihil vnquam boni tribuit, si colentis obsequio nullam gratiam refert, quid tam vanum, tam stultum, quam templa ædificare, sacrificia facere, dona conferre, rem familiarem minuere, vt nihil assequamur? At enim naturam excellentem honorari oportet. Quis honos deberi potest nihil curanti & ingrato? An aliqua ratione obstricti esse possumus ei, qui nihil habeat commune nobiscum? Deus (inquit Cicero) si talis est, vt nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat. Quid enim dicam, propitius sit? Esse enim propitius potest nemini. Quid contemptius dici potest in Deum? Valeat, inquit, id est abeat & recedat, quando prodesse nulli potest. Quòd si negotium Deus nec habet, nec exhibet, cur non ergo delinquamus, quoties hominum conscientiam fallere licebit, ac leges publicas circumscribere? Vbicunque nobis latendi occasio arriserit, consulamus rei, auferamus aliena vel sine cruore, vel etiam cum sanguine, si præter leges nihil est amplius, quod vereamur. Hæc dum sentit Epicurus, religionem funditus delet; qua sublata, confusio ac perturbatio vitæ sequitur.*

Et honestatis ac virtutis excidium.

136 APPARET quanto iure telum prouidentiæ inficiatione violatum quereretur Hierocles. Facilè verò præterea est ostendere, iure quoque questum de virtutis & legum excidio. Quemadmodum enim pietas & cultus in Deum, omnia hominibus bona conciliat, & potentissimum frænum est quo inhibentur peccata, ita hæc persuasio nullius prouidentiæ, excidium est totius virtutis & humanæ vitæ peruersio, ac quasi effractio repagulorum quibus omnium scelerum eluuio, totiúsque nequitiæ in genus humanum inundatio prohibebantur, quod iam ex parte paulo ante ostensum est, & nunc distinctius ostenditur. Ita quippe comparati sumus, vt bonum irremuneratum quale ferè est (si tollatur prouidentia) virtutis bonum, non nos admodum moueat, præsertim cùm eius causa reluctandum sit appetitui, & abdicandæ plerumque voluptates sensibiles, quarum in nobis tanta est sitis, & tam altè impressa cupiditas. Similiter pauci sunt qui peccare oderint solius virtutis amore, saltémque certissimum est homines potenter à culpa & scelere retrahi, si impendere certum supplicium non dubitent. Quod prouidentiæ persuasio ineuitabiliter obuenturum denuntiat, nisi crimine abstineatur, vel admissum eluatur. *Maximum enim refrænat hominem conscientia*, ait Lactant. lib. de ira Dei, cap. 8. *si credamus nos in conspectu Dei viuere, si non tantum quæ gerimus, videri desuper, sed etiam quæ cogitamus, aut loquimur, audiri à Deo putemus.* At inficiatores prouidentiæ humanis actionibus inuigilantis, eásque in tempore supplicium aut præmium retributuræ, carent huiusmodi fræno. Vnde fieri necesse est vt in omnia scelera præcipites ferantur, quando sibi persuadent impune fore quæcumlibet peccent, saltem si hominum effugiant oculos, quod facile est, & in plerisque sceleribus quæ sola animi destinatione admittuntur, necessarium. Quare rectè Iustinus initio Dialogi cum Tryphone cùm retulisset Philosophorum quorundam sententiam, asserentium Deum prouidere quidem toti mundo, & omnibus speciebus ac generibus, non tamen singularibus hominibus, subdit: *Quo ista tendant facilè deprehenditur. Nimirum hæc opinio securitatem sibi quærit atque licentiam faciendi quicquid collibuerit, dum nec pœna timetur, nec vllum à Deo speratur commodum.*

Simúlque legum ac politiæ eneruatio.

137 IAM verò leges quantumuis iustæ & ad hominum societatem in finem suum dirigendam congruentissimæ, sicut admodum prosunt si est prouidentia, ita ea sublata ait Hierocles 2. de prouid. non solùm nihil profuerint, sed nec tueri quidem Rempublicam, imperiúmque poterunt. Nempe facillimè continget eludi ac in nihilum recidere legis illius obseruationem, quam qui seruare debet, iniquo animo fert, nec nisi externi ciuilis iudicij & pœnæ per homines inferendæ, illæsam sinit. Inde enim continget vt quoties occultò ille peccare in eam poterit (poterit autem frequentissimè, & quoad animi destinationem semper & vbique,) peccaturus haud dubiè sit, & legem infracturus, quæ proinde nisi summa violentia interueniat, concidat necesse erit. At

nisi

nullum violentum diuturnum, *quæ cognatio* (vt Philonis verbis vtar lib. quòd Deus sit immutabilis ad illud inuenit Noë gratiam,) *in harum rerum Græcis nominibus apparet*, βίαιον & βαιόν. *Sic enim prisci* vocabant rem momentaneam, tam affini nomine, cum nomine violentum. Ergo leges quæ remota prouidentia & interno illo arbitro, cuius præsentiam quisquam peccans defugere non potest, non nisi summa violētia interposita perseuerare queũt, diuturnæ non erunt. Quo ex capite mihi semper visi sunt Nouatores, quãtumuis politiæ & debitæ erga principes obseruantiæ studium in speciem interdum præferant, reuerà tamen politiam funditus euertere. Nam secuti Caluinum 4. instit. c. 10. §. 5. negant leges humanas iustè latas, in cõscientia obligare. Hoc autem reuera est efficaciter infirmare, vel potiùs exscindere, id quo tota politia continetur, & vigorem legum, hoc est neruos illos quibus rem politicam firmari oportuerat, conterere, ac elidere. Sed nimirum quod vniuersè dixit Iren. lib. 4. cap. 60. *putatiuum est & non veritas, omne quod apud eos est*, longè verissimum cernitur in hoc ipso bene constitutæ monarchiæ & honoris principum prætenso zelo, quem externa horum labia non transcendere, facta docent, & nota ac velut characteristica quâ ab Apostolo insigniuntur manifestè ostendit, *Dominationem spernunt*. Similiter igitur si duntaxat in foro externo vigeant leges, nullusque se astringi legis obseruatione existimet, si desit qui denunciet, & supplicio inferendo obnoxium reddat, marcebunt leges. Quod nullo pacto timendum erit, si certa prouidentiæ persuasio, nullo vnquam tempore sopitum Dei oculum, inuigilantem actionibus quibusuis nostris, proponat. *Nam si præfectum tuum præsentem metuunt*, ait Cassiodor. lib. diu. lect. cap. 32. *si carpentum ipsius frementibus rotis transire noscamus, nonne omnes voluptates cordis abstinemus, dum conspectum ipsius reuerentiámque metuimus? Deus intonat per conuexa cœli, fulgura demonstrat in nubibus, frequenter commouet fundamenta terrarum, & proh dolor præsentia ipsius nō timetur, qui vbique totus & omnipotens esse cognoscitur? Quapropter absentem iudicem non credamus, & rei ad ipsius tribunalia non veniemus.* Rectè itaque querebatur Himerius perire iudicia & concilia, eneruatis sublatisve legibus, quibus illa niti necesse est.

Ac tandem euersio humanæ societatis.

138 Hinc autem vlterius efficitur inficiatione prouidentiæ conuelli humanam societatem, & ad barbarum ac ferinum statum redigi. Quantum enim sit ad rectam reipublicæ & humanæ societatis constitutionem, in legibus momenti, nemo ignorat, docetque Aristoteles 10. ethic. cap. 9. & 1. Polit. cap. 2. vbi ait sicut homo est optimum animal si secundum legem viuat & seipsum frenet, ita si à legibus abhorreat, pessimum animalium fore, quippe ratione instructum, quæ in omnem partem plurimum valet. Similitérque Plato 9. de leg. *sub finem* omnes sine legibus vitam traducentes nihil à feris atrocissimis discrepaturos affirmat. Optimè sanctus Cyrillus 2. in Iulia. ad textum 1. docet oportuisse in tot illicibus malorum, quibus vndique obsepimur, & ad malum sollicitamur, apponi legum retinacula. *Nam quemadmodum equis conducunt frena vt bene currant, & sicut nauibus sunt gubernacula per quæ ad re-*

tiam scriptis commendant, ita & hominibus lex utilis est. Neque lex quæ plus quàm æquitatem lex sit, nec summæ nomen legis præferat. Ostensum autem est inficiatione providentiæ leges everti, & in eum ferè statum redigi quo non plus prosint, quàm si positæ non essent: Igitur providentiæ inficiatione civilis societas evertitur, & eius loco barbaries ac vivendi ratio planè belluina inducitur, dum quisque ad sibi tantùm & suis cupiditatibus indulgendum, pronuncetur, nullo si secus facit, supplicij, nisi humani, multipliciter facilèque declinabilis, metu, nulla mercedis expectatione proposita; statimque frigebit studium honorum operum & beneficentiæ erga alios. Nam vt argumentatur Nemesius libro de hom. cap. 42. *Providentiam confirmat studium benigne faciendi quod ab hominibus eius distortio, & depravatio naturalium colitur. Non retributionem eius in posterum tempus expectantes, etiam in eos qui rependere non possunt, beneficium conferimus. Quod si tolleretur providentia, perimi videtur industria ipsi, qui eam inferre possunt; tollitur erogatio in pauperes, Deique metus, & simul cum istis verus religióque eueritur. Si enim Deus non providet, neque punit, neque verè bonis præmia tribuit, neque propulsat iniuriam; ab iis qui iniustè lædantur, quis Deum veneretur, qui nulla in re quicquam nobis sit adiumento?* Eodem spectant quæ ex Lactantio supra retuli. Nec potest id efficacius confirmari, suaderi quàm experimento quod id quotidie velut palpamus, & verissimum esse deprehendimus.

* *
*

Colligitur primò immanitas erroris contra providentiam

144 NVLLI equidem dubium esse potest quin homini bene in humanam genus animato, omnino detestanda sit ea doctrina, quæ tot ac tantorum malorum fontes aperit, eósque fructus edit, qui arboris vires prodant. Vt autem malorum sit tam parens, ista est vt Lactantius ait lib. de ira Dei, cap. 10. *dixi*, *mi rei*, vel certè vt Franc. Picus lib. de providentia parte 1. cap. 3. affirmat, *ad summam paratur aut quisque*, nullius nisi in malum nominis, qui pleraque temerè sparserunt, multa delirè, omnia uscitanter, eosdem efferre ac tueri ausos nullam dari providentiam. Qui non in Deum pluis quàm in seipsos iniquij fuerunt, simul enim animum quoque nostrum mortalem fecere. Nam Epicurum & Epicuræos, sicut providentiam, ita & animæ immortalitatem inficiatos constat, de ipso quidem Epicuro ex Arnobio libro secundo numero 24. de Epicuræis verò ex Lucretio libro 3. Apud Iudæos quoque Sadducæi hæretici, providentiam, vtrique animæ immortalitatem negabant, teste Clemente Romano 6. Constitut. cap. 6. & ferè idem sentiunt quotquot in corde suo providentiam abnegant, ex quo viam sibi faciens ad Atheismum & omnem vitæ inquinationem sternunt, vt rectè vidit sanctus Chrysostom. serm. 4. de provident. Ceteri autem qui animæ immortalitatem agnoscunt, hoc est vt Isidor. Pelusiota rectè pronunciat libro 1. epistola 235. Omnes antiqui Poetæ, Oratores, & Philosophi eo aliquo nomine, ac vno verbo omnes Scriptores sapientiæ laude clari, providentiam

dentiam quoque professi sunt, vt nu. 1. ostendimus. Et quamuis aliqui non aduerterent se fatum asserendo, aliam prouidentiam inducere quàm oporteret, & reipsa in legitimam prouidentiam iniurios esse, tamen omnes vno ore suffragati sunt prouidentiæ. Vt autem de diuina existentia agentes argumentabamur, magnum veritatis indicium est ita omnibus sapientibus videri, licetque cum Lactantio c. illo 10. concludere in hunc modum. *Exceptis igitur duobus, tribusue calumniatoribus vanis, cùm constet diuina prouidentia mundum regi, sicut & factus est, nec sit quisquam, qui Diagoræ, Theodorique sententiam vel Leucippi inane commentum, vel Democriti, Epicurique leuitatem præferre audeat auctoritati vel illorum septem priscorum, qui sunt appellati sapientes, vel Pythagoræ, vel Socratis, vel Platonis, cæterorumque summorum Philosophorum, qui esse prouidentiam iudicauerunt; falsa igitur est & illa sententia, qua putant terroris ac metus gratia religionem à sapientibus institutam, quo se homines imperiti à peccatis abstinerent. Quod si verum sit, ergo derisi ab antiquis sapientibus sumus. Quod si fallendi nostri, atque adeò totius generis humani causa, commenti sunt religionem, sapientes igitur non fuerunt, quia in sapientem non cadit mendacium. Sed vt fuerint sapientes, quæ tanta felicitas mentiendi, vt non tantùm imperitos, sed Platonem quoque ac Socratem fallerent, & Pythagoram, Zenonem, Aristotelem, maximarum sectarum principes tam facilè deluderent? Est igitur diuina prouidentia, vt senserunt ij homines, quos nominaui, cuius vi ac potestate, omnia quæ videmus, & facta sunt, & reguntur.*

142 Imò hanc esse ipsius naturæ quasi vocem, confirmare licet ex eo quòd non sapientes tantùm, sed omnes omnino homines cùm periculum aliquod impendet, naturali instinctu illico manus supplices tendant ad cœlum quasi prouidentiam ad se & suum auxilium tracturi. Quod argumentum perpolito verbis Maximi tenetur, 5. ex variis cap. 77. *Naturâ nobis insitam esse prouidentiæ notitiam, ipsa natura non paruum dat argumentum: quando nullo docente vel impellente nos ad Deum preces, tempore repentinarum afflictionum, unde quærere salutem instituit. Nam necessitate subitanea correpti, nulla cum deliberatione, priusquam quicquam perscrutemur, Deum ipsum inuocamus. Tanquam ipsa prouidentia nos sine ullis ratiocinationibus ad seipsam trahat, & celeritatem vincentis in nobis intellectus facultatis præmonstret, præstantioremque omnibus operam diuinam. Nunquam verò inconsultò natura nos adduceret ad id quod natura fieri non possit. At quicquid aliud quidem naturaliter sequitur, & omnibus est notum, validam & inexpugnabilem vim habet in demonstranda veritate.*

Itaque vides quanta sit immanitas erroris negantium prouidentiam, & quàm illi non in Deum modò, sed & in seipsos, & in omnes homines iniurij sint, quàmque proinde pœnas & supplicia tantum scelus exigat: quod iam attigi suprà numer. 101. & rursus art. seq. attingam.

Alia illatio ex assertione prouidentiæ.

143 Sic stabilita vndecunque diuinæ erga nos prouidentia, etiam in singulari, meritò rursus infertur, quantum securitatis, bonæ cuiuis mentis accedere debeat, cùm cogitat se semper esse Deo curæ, quæcunque nostra intersit diuinum ductum sequi, nec velle Dei de nobis prouidentiam inuertere, aut detorquere, sed ei humillimè subiici.

Quod ne videar deprompsisse ex Euangelio vel aliis sacris literis aut Patribus, tam necessariam veritatem crebro inculcantibus, apponam ipsa verba Ethnicorum, ex naturali diuinæ prouidentiæ persuasione ita colligentium. Porphyrius apud S. Cyrillū 3. in Iulia. ad c. 3. ita ex Chrysippo loquitur: *Chrysippus qui Socratem sequebatur, solebat ad ea quæ fiebant dici: quid fiunt? Sed hoc omnino erat melius. Nam cùm neque ... melius dispensari, quàm ut Deus dispensat: docet omnino, ut in his quæ fiunt, existimare, quod sic erat melius habere, ut habet. Non enim illa quidem sortito & regi, ut præsides partem aliquam principatus humani, ad utilitatem reipublicæ abundantia legibus: aliter licuisset solidam rempublicam constituere, quàm ut hi quidem priuatim agant & subditi sint, alij verò publicis officiis fungantur, alij verò occidantur, ut & omnibus vita seruetur, quia neque omnibus hoc prodest. Ea autem quæ sic dispensat, non permittemus quæ sua sunt absque reprehensione dispensare, quod bene habeant omnia et castificata sunt, & per mortes ac vicissitudines, & per alterum incertitudines?* Alium & quidem perillustrem ex eodem Porphyrio locum dedi supra n. 91. Similia Psellus in orac. Chaldaica pag. 104.

142 Epictetus apud Arrianum totus propè est in hac ad Deum eiusque prouidentiam subiectione inculcanda. Pauca tantùm appono. lib. 1. c. 9. *Quicunque intelligentia assecutus est gubernationem mundi, eamque cognouit esse maximam, præstantissimam, capacissimamque fabricam, congregationem ex hominibus & Deo, à quo vniuersum profecta sunt primordia ac semina, non solùm ea quibus pater meus me procreauit, & patrem meum, verumetiam ut res omnes è terra nascentes, at præcipuè in ratione prædita, quòd nimirum hæc sola communicare possunt cum Deo, commercio intelligentiæ connexa illi, ingenuo, causa permotus quispiam, non meritò se mundanum nominet? Quidni etiam filium Dei? Deinde quidnam in rebus humanis & casibus ei formidandum occurret? Si quis attingat propinquitate Cæsarem, aut aliam quempiam potentiorum Romæ, satis ad tutò viuendum, & ut ne despiciatur, præsidij habebit, nec sibi ab aliquo timebit. Deum verò quū habeamus conditorem, & Patrē & curatorem, is nō tristitia & metu nos liberabit?* Et sub finem capitis collaudans Socratē quod se Deo curæ esse agnosceret, nihil timeret intentatas minas & supplicia, subdit nos secus facere, quia tanquam si essemus ventres aut intestina & pudenda de nobis ipsis deliberamus, nec nos vt par est Deo committimus. lib. 2. cap. 7. *Quemadmodum viator ex obuio sciscitatur quænam via sibi sit ingrediendum, non quæ ad dextram est, non magis appetens, quàm quæ ad læuam dirigitur, neque enim vult alterutra illarum ingredi, sed eam tantùm quæ possit perducere ad destinatum locum. Ita sanè conuenisset nos quoque accedere ad Deum, vt solent facere viatores, & eodem etiam modo quo vti solemus oculis, quos nihilominus non vt certius nobis demonstrent aliquid, sed vt iis apprehendamus visa, & phantasias rerum nobis propositarum. At nunc tremebundi rimamur augurium, & Deum implorantes, rogamus ipsum suppliciter: Miserere mei Domine, da vt possim euadere. Ignauissime homo, aliudne expetis, quàm id quod melius est? num aliud quidpiam melius, quàm quod visum Deo fuerit?*

143 Latè quoque l. 1. cap. 10. instruit quomodo sapiens morbos & corporis ægritudines tranquillo animo excipere debeat. Et vniuersaliter ibid. c. 16. ostendit huc reduci Sapientem posse, ad statum illum in quo nihil præter voluntatem accidat. Locus est insignis: *Ego prohiberi aut impediri ne fas quidem, cum velim aliquid: nec vi co-*

ctum,

Etiam altero recusarim. Sed fieri istud qui potuit? Quia subieci voluntatem meam Deo. Si vult me febricitare, & ego volo: si aggredi quidpiam, non defugiam: si appetere quid præcipiat, non recusem: si adipisci, nec ego recusabo: sin vero nolit, detrectabo ego quoque. Et paulò post. *Infestari viam latrociniis si quis viatorum paulo cautiorum audierit, iter solus non ingreditur: sed vel comites operitur, vel legatis se adiungit, aut Quæstoris cuiuspiam, aut Proconsulis, quorum cum comitatu incedens, tuto carpit iter. Haud dissimile, quod facit in hoc mundo prudens. Multa passim loca obsidentur à latronibus, multi sunt Tyranni, multæ & variæ tempestates, ac difficultates, interitusque amicissimorum. His vitandis malis, quodnam tandem est perfugium? qua ratione ut non incidas in latronum manus? Quem comitatum expectabis, quo tutus transeas? Cuinam te adiunges? num opulento cuidam & pecunioso, num consulari viro? Quid inde mihi est commodi? Si spoliatur ipse, plorat, lugetque: aut si ipsemet, cui me adiunxero, adoriatur tanquam latro, quid faciam? Dabine operam ut amicus fiam Cæsaris? Ita nimirum consequemur ne iniuria afficiat nemo. Sed ut illustris ut fiam, quanta pati & sufferre me oportebit? Quoties & à quam multis spoliari? Deinde si fiam, & ipse utique mortalis est, aut si qua de causa inimicus mihi fiat? Discedere aliquo, nonne melius est? In solitudinem scilicet. Age, dic mihi, num illo febris non pervenit? Quid ergo restat? securam comitationem, fidelem, firmam, non insidiosam reperire ne potueris nullamne? Ille quidem vafer perpendit secum atque intelligit quod Deo si sese adiunxerit, tuto sit transiturus. Quid vero est quod appellat sese Deo adiungere? Ut quod ille velit, ipse quoque velit: & quod nolit, ab eodem ipse etiam abhorreat. Istud qui poterit fieri? Nam sicut quidem si consideret quispiam voluntatem Dei & gubernationem? Quid mihi dedit quod meum esset, ac meæ potestatis? Quid vero sibi ipsi reliquit solius? Ea quæ cadunt sub arbitrium, mihi permisit concessit, effecit ut mea essent quæ impediri aut prohiberi non possent. At corpus ex luto formatum, qui potuit efficere ut non impediretur? Itaque subiecit ipsum dispensationi universitatis rerum, fortunas etiam & instrumenta & domum, liberos, uxorem. Quam ob causam ego pugnarem cum Deo? Quare expeterem non expetenda? Aut quæ etiam si darentur semper habere tamen non possem? Sed ut ego hæc accipiam? Ita ut dantur, & quoad possum accipere. Proinde qui dederat, idem aufert quoque, quamobrem ego repugnarem* (Suspicio non iniquum esse queat, perlectam ab Epicteto Iobi historiam, tam apertè illius ut Chrysostomus quinta de eo homilia loquitur, ad amātis, & minimè mutantis viri patientiæ, verba repræsentavit.) *Certè non dico me fore stultum qui robustiori me opponam, sed potius iniustum. A quo enim accipiam hæc, nunc hæc? Pater scilicet meus ista mihi reliquit? Sed huic quis dedit? Solem quis fecit? Quis fructus procreavit? Vices tempestatum quis instituit? Quis naturali contagione atque cohærentia connexuit atque devinxit universa? Deinde cum omnia ab alio acceperis, & temetipsum quoque, indignè feres atque irasceris danti, si quid tibi ademerit? Quis vero es tu, aut unde venisti, aut quare? Nonne is te introduxit in mundum? Nonne is te lumen conspicere, illud contexit? Nonne dedit adminicula & adiutores? Nonne sensus, nonne rationem largitus est? At quonam ut esses te introduxit? Nonne ut mortalem, nonne ut paucilla cum carne victurum terra? Observatorem vero suæ gubernationis, sique ei adversum concionem in hoc mundo gerentem & simul paucales dies festos celebrares? Ergo quoad tibi fuerit datum interesse, & circensium spectandi locum, pompam ludorum, celebremque conventum illum, nolis acquiescere?*

ac

ac non paulo ante si edocueris te bene sponte abire aliquando, & gratias agentem pro his quae audisti & vidisti?

144 Non piget locum tametsi prolixiorem exscripsisse, tantus in hac hominis Ethnici, & statu servi, disputatione, liberalis animi & Dei providentiam humillime agnoscentis, splendor emicat. Eandem porrò distributionem qua usum vidisti Epictetum, & quae nostrae non subsunt potestati Deo permittenda, luculenter tradit Ruffus lib. de amicitia apud Stobaeum in Eclog. Ethic. c. 7. itemque Themistius orat. 5. ... Addit verò insuper Epictetus eodem capite, hanc Diogeni libertatis originem fuisse. *Omnia (inquit) fuerunt ei soluta, habuitque apta ex sese universa. Si quis arreptis fortunis trahere conaretur ipsam, relinquere facilius patiebatur, quam sequi, & liberum esse propter eas. Si crus arreptum, si corpus totum prehendebat, totum relinquebat, familiares etiam, amicos, patriam. At perinde sciebat unde haec et esset libertas, & à quo eam accepisset, & in quibus eius sui esset rebus. Etenim maiores ille fuit, qui rursus erant, Deus scilicet, suamque patriam deserturus nunquam, nec in animum inducere ut se à quoquam obedientia & obsequio vinci pateretur, nec pro patria tam prompta morte quisquam obiisset. Nec enim solitus fuit aucupari famã, qua plerisque pro republica fecisse aliquid videretur, opinionis potius causa quam virtutis: sed memoria tenebat, quicquid eveniret, id sibi ex patria superna profectum, & fieri gubernatione ipsius universi, nec non à moderatore eius Deo, administrari omnia.* Praeclara item sunt quae habet in Enchiridio cap. 77. & 78. & 79. quae ibi Simplicius multis illustrat. Illorum capitum extremo refertur & laudatur sententia Socratis ex Critone Platonis: *O Crito si diis ita visum fuerit, ita fiat.* Ipse quoque Plato innumeris locis hanc ad Dei providentiam hominis subiectionem commendabat, & nominatim in Alcibiade 2. ubi eam cautionem praecipit ut summa cum animi subiectione à Deo petamus quae petimus, parati ad Dei nutum abdicare petita, vel voto excidere, quod certe Deo sciente, utrumque quid nobis sit conducibilius: Alioqui evenire, ut Phaethontis exemplo, aliquid in noxium exitium petamus.

145 Ex Seneca frustra loca multa conquirerem, cùm totus prope sit in hac re. Luculenter lib. de provid. c. 5. *Hanc animosam Demetrii fortissimi viri vocem audisse me memini. Hoc unum (inquit) Dii immortales, de vobis queri possum, quod non ante mihi voluntatem vestram notam fecistis. Prior enim ad ista venissem, ad quae nunc vocatus adsum. Vultis liberos sumere? Illos vobis sustuli. Vultis aliquam partem corporis? sumite. Non magnam rem promitto, cito totum relinquam. Vultis spiritum? Quidni? Nullam moram faciam, quominus recipiatis quod dedistis. A volente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo est? Maluissem offerre quam tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuistis. Sed ne nunc quidem auferetis: quia nihil eripitur, nisi retinenti. Nihil cogor, nihil patior invitus: Nec servio Deo, sed assentior.* Optimum & illud ex Epictet. Enchiridio 77. *Verum bonum contendas nosse est summae pietatis erga Deos esse: itaque quicquid tibi acciderit, aequo animo sustineto. Scito enim id accidisse lege divina, qua universa procedunt.*

146 Plutarchus in hoc quoque aemulatus est in plerisque opusculis, ac nominatim in Consolatione ad uxorem num. 6. hinc infert quam moderatum esse deceat luctum pro nostris quos è vita excedere contigerit, de quo rursus pulcherrime disputat idem Plutarchus in Consolat. ad Apollonium num. 15. & 24. ex quo pulcherrime item

paucula

ex laudat qui ipsum bonum illud esse asse-ruerunt, quod omnia expetunt. Qui dum inquit bene id eos asserere, manifeste declarat se quoque primum omnium maximéque vniversale bonum quoddam fateri. Id quod ex eo facile cognosci potest, quòd inquit, ipsum bonum, esse quod omnia expetunt: nam & conformiter loquentes figuratum est cum dicimus ipsum bonum id est [illegible] *à Platone eiusque sectatoribus* [illegible] *de primo & vniversali bono est* [illegible]. *Et* [illegible] *quod omnia expetunt, nihil aliud significat quàm longè primum omnium, maximéque vniversale. Id enim illud omnia expetunt supra omnia id sit necesse est. Omnia enim* [illegible]*, nihil ex his quæ sunt, quæcumque modo fuerint,* [illegible]*. Si omnia igitur illud expetunt, supra omnia necessario est & primum & causa & vniversale omnium* [illegible]*, post hoc nihil, neque secundum ab ipso* [illegible]*: qui enim fieri posset,* [illegible] *secundum* [illegible] *appetere* [illegible] *quod longè primum, quod ipse est supra omnia, expetunt. Quapropter* [illegible] *hoc* [illegible] *Aristotelis impugnatio adversus eos qui vniversale bonum statuunt,* [illegible] *per ipsa statuunt.* Hactenus Eustratius de Platonis mente in hoc negotio: ex quibus apparet vniversalitatem illam & communicationem Diuinæ bonitatis à Platone tributam, tantùm designare, quòd Deus ex sibi ipsi bonus ac perfectus cætera verò omnia non nisi per illum. Eodem consilio S. Dionys. cap. 4. Diuinorum nominum, vocat Deum bonitatem substantialem ex qua cæterorum accidentaria bonitas promanat. Spectantque eodem verba illa Cyrilli 4. contra Julian. [illegible] *qui verè & natura Deus est* [illegible] *perfectissima, & ad omnia sua* [illegible]*, sunt omnis boni.* Eodem denique sensu dicimus, Deum solum esse bonum per essentiam, vt luculenter tractant Aug. epist. 54. & 8. Trinit. cap. 3. Boëtius in fine opusculi, *an omne quod est, bonum sit,* seu, vt vulgò allegatur, de hebdomadibus.

125 Vocabat præterea Alcinous, Deũ *semper perfectum*, ob essentialẽ immutabilitatẽ, quod ex independentiā nũc tractata oritur, vt docet Aug. epist. 54. verbis illis. *Deus ergo singulariter bonus est, & hoc amittere non potest. Nullius enim boni participatione bonus est, quoniam bonum quo bonus est, ipse sibi est. Homo autem cùm bonus est, ab illo bonus est, quod à se ipso esse non potest. Illius enim spiritu boni fiunt, cuius capax creata est natura nostra per propriam voluntatem. Pertinet ergo ad nos, vt boni simus, accipere & habere quod dat, qui de suo bonus est.* Addebat Alcinous Deum esse omni ex parte perfectum, quia vt rectè dixit Eucherius hom. 1. de symbolo. *Deum quem constat esse perfectum, nihil in se recipit* [illegible]. Pulchrè Ambros. 1. de fide cap. 2. *non potest bonus non esse, qui Deus est, cum in natura Dei plenitudo bonitatis sit.* Optimè item Plotinus Ennea. 6. lib. 7. cap. 23. *Si illud à quo sunt omnia, nihil si* [illegible]*,* [illegible] *verò bona sunt omnia,* [illegible] *ipsum omnium optimum, bonum ipsum existere. Quomodo etiam si oportet ipsum boni naturam per se solo sufficientissimum esse, atque indigum nullius* [illegible] *alius ipsum quæ esse reperiet, præter hunc quo ante alia est?* [illegible] *ipsum quod existit,* [illegible] *est* [illegible]*? Quis etiam ipsum* [illegible] *quod* [illegible] *bonum sit quod bonum sui est, atque principaliter?* Hæc ille.

126 Eandem Diuinæ perfectionis vndecunque [illegible] absolutionem, expresserunt antiqui, vocantes absolutè Deum nomine boni. De qua appellatione ita Trismeg. in Pi-

at non potiùs docet si eduxerit te hinc, sponte abire adorantem, & gratias agentem pro his quæ audisti & vidisti?

144 Non piget locum tametsi prolixiorem exscripsisse, tantus in hac hominis Ethnici, & olim servi, disputatione, liberalis animi & Dei providentiam humillimè agnoscentis, splendor emicat. Eandem porrò distributionem quam usum vidisti Epictetum, & quæ nostræ non subsint potestati Deo permittenda, luculenter tradit Russus lib. de amicitia apud Stobæum in Eclog. Eth. c. 7. itémque Themistius orat. 5. initio. Addit verò insuper Epictetus eodem capite, hanc Diogeni libertatis originem fuisse. *Omnia (inquit) facilia et solutissima, habebatque apta ex sese universa. Si quis arreptis fortunis trahere conaretur, ipsas relinquere facilius putabat, quàm sequi & obnoxium esse propter eas. Si membrum, si corpus totum prehenderet, etiam relinquebat, familiares etiam, amicos, patriam. Ac perinde sciebat unde hæc et esset libertas & à quibus accepisset, & in quibus ea usui esset relicta. Etenim maiores illi sui, quibus erant Dii similes, suámque patriam deseruisset unquam, nec eò animum induxit ut sit à quoquam obedientia & obsequio cuncti præstaretur, nec pro patria tam prompta morte quisquam obiisset. Non enim solitus fuit aucupari famam, qua plerisque pro republica fecisse aliquid videretur, opinionis potiùs causa quàm veritatis: sed memoria tenebat, quicquid eveniret, id omne ex patria superna profectum esse & fieri gubernatione ipsius universa, sic nec à moderatore eius Deo, administrari omnia.* Præclara item sunt quæ habet in Enchiridio cap. 77. & 78. & 79. quæ ibi Simplicius multis illustrat. Illorum capitum extremo refertur & laudatur sententia Socratis ex Critone Platonis. *O Crito si diis ita visum fuerit, ita fiat.* Ipse quoque Plato innumeris locis hanc ad Dei providentiam hominis subiectionem commendat, & nominatim in Alcibiade 1. ob eam causam præcipit ut summa nostri animi subiectione à Deo petamus quæ petimus, parati ad Dei nutum obtinere petita, vel votis excidere, quod curæ Deo simus, norítque quid nobis sit conducibilius. Alioqui timere fore, ut Phædræ exemplo, aliquid in nostrum exitium petamus.

145 Et Seneca frustra loca multa congesserim, cùm totus propè sit in hac re. Luculentè lib. de provid. c. 5. *Hanc animosam Demetrii fortissimi viri vocem audisse me memini. Hoc unum (inquit) Dii immortales, de vobis queri possum, quod non ante mihi voluntatem vestram notam fecistis. Prior enim ad ista venissem, ad quæ nunc vocatus adsum. Vultis liberos sumere? Illos vobis sustuli. Vultis aliquam partem corporis? sumite. Non magnam rem promitto, cito totum relinquam. Vultis spiritum? Quidni? Nullam moram faciam, quominus recipiatis quod dedistis. A volente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo est? Maluissem offerre quàm tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuistis. Sed ne nunc quidem auferetis, quia nihil eripitur, nisi retinenti. Nihil cogor, nihil patior invitus: Nec servio Deo, sed assentior.* Optimum & illud ex Epist. 76. aliàs 77. *Verum bonum concutiatur necesse est, summa pietate erga Deos esse: Æquo quicquid illi acciderit, æquo animo sustinebit. Sciet enim id accidisse lege divina, qua universa procedunt.*

146 Plutarchus in hac quoque re multus est in plerisque opusculis, ac nominatim in Consolatione ad uxorem suam, & hinc infert quàm moderatum esse deceat luctum pro nostris quod vitam excedere contigerit, de quo multis pulcherrimè disputat idem Plutarchus in Consolat. ad Apollonium num. 13. & 24. ex quo posteriore locum

proponam

paucula appono. *Obliuiscentium similes simus. Neque enim solum vt inquit Euripides pecunias homines peculiares possident mortales, verùm & cætera omnia. Quocirca in omnibus diuina opera; Nos Deorum res habentes, eas curamus, cum autem volunt ipsi rursus auferunt. Itaque minimè ægrè ferre decet, si qua nobis ad breue tempus mutuo dederunt, eadem exigant. Nec enim improbis eam ob causam similem dispositionem reperimus, redditionis causa indignantur, si quidem grati & humani fuerint. Aduersus enim eos qui non facilè reddunt, meritò quispiam diceret. Mandastine obliuioni te propterea hæc accepisse vt redderes? Hoc vtique omnibus contingit mortalibus, Habemus enim vitam vt pote necessarium Dei depositum, & huius redditionis nullum est determinatum tempus, vt ne nummularij quidem depositi sed minimè constat quando qui dedit repetet.* Hæc ibi Plutarchus, vt inferat, (quod item in superioribus aliquoties præmiseras,) pendendum esse vnicuique nostrum ex nutu diuinæ prouidentiæ, omnia prudentissimè, & ex qua par est ratione administrantis, tametsi nos interdum ea ratio lateat. Tandem hic dicente Dio Chrysost. orat. 30. *Nihil quod à Deo fit, durum existimandum, neque grauiter ferendum est; vt & alij sapientes admonent, & maximè Homerus, dicens, non reiicienda esse hominibus Deorum dona. Rectè Deorum opera, dona nominans, quòd omnia sint bona, benique alicuius gratia fiant.*

ARTICVLVS IV.

Obstruitur os loquentium iniqua.

147 QVæ enim alio mitiore nomine appellem illa generis nostri probra, quæ iam olim, (vtinam ne nunc etiam,) iniquitatem in excelso locuta sunt, Deique prouidentiam, per summum scelus, contra sapientum omnium consensum, contra lumen naturalis rationis, contra pelagus (vt cum Chrysostomo loquar in Psal. 45.) & vastum ac immensum abyssum sensibilium beneficiorum, ab ea in nos dimanantium, sustulerunt? Sed non placet, tantam obiter initio articuli primi, & rursum art. 3. expensam, tanti criminis atrocitatem exaggerare dicendo, quando nec illam oratione assequi valeam, nec necesse est, cùm res ipsa loquatur. Breuiterque multa complexus est Saluia. 4. de prouid. *ante medium*, cùm dicit, *nullum esse hoc crimine Deum prouidentem negandi, vel irrationabilius, vel insanius.* S. quoque August. 1. de ordine c. 1. *imperitissimam, & periculosissimam sententiam appellat*, & 3. de lib. arbit. c. 2. ait *esse opinionem plenam insanissimi & damnosissimi erroris: eius assertores interdum tamen sine augere peccare*, quod ex Iustino iã monui suprà. & verò fræna per eã blasphemiã laxari peccantis, rectè notauit Atticus apud Euseb. 15. præpar. c. 4 & apud Theod. 6. aduersus Græcos, & grauiter quoque Gul. Paris. 3. 1. de vniuerso c. 14. Quare quia permagni interest hoc humani generis dedecus, prospectũ haberi, & stirpitus euelli, breuiter, qui prouidentiæ aduersarij sint exponam, & quibus nisi argumentis attingã. Tum eis satisfaciã.

Hostes prouidentiæ.

148 Paucos aliquos quibus iniuriã, prouidentiæ, (saltem perfectæ,) inficiatio à nonnullis tributa est, ac nominatim Stoicos & Peripateticos purgauimus artic. 1. cùm de sapientum circa prouidentiam consensu sermo esset. Nunc igitur indubitatos tantùm prouidentiæ hostes recensebimus, quorum signifer fuit Epicurus. Quamuis enim aliqui vt dist. 6. retulimus, censuerint Epicurum potius negasse dari Deum,

tamen vt ibidem monuimus, iuxta communem scriptorum sententiam, *Epicurus*. verba sunt Theodoreti in epito. diu. decret. c. de homine, *Deum quidem esse concessit, sed eum ad se conuersum esse dixit, & nihil eorum quæ fiunt in creaturis sentire*. Proptereàque Tertull. libro contra Valentinia. c. 7. ait Deum Valentinianorum, *esse iam infinitis retro æuis in maxima & altissima quiete, in otio plurimo, placidæ & supinæ diuinitatis, qualem maluit Epicurus*. Et c. 47. apolog. ait, *Epicureus Deum statuit otiosum & inexercitum, ac neminem humanis rebus*. Idem de Epicuro docent Orig. 1. contra Celsum, Epiphanius initio Panarij, & sæpissimè Lactantius qui 1. instit. c. 2. docet autorem erroris prouidentiam negantis, fuisse Democritum: Epicurum autem non nisi confirmatorem fuisse. Quia tamen Deus otiosus non est re vera Deus, inde occasionem sumpsere nonnulli criminandi Epicurum tanquam prorsus Atheum. Accessitque Epicureorum quorundam ex ea Epicuri doctrina in peius proficientiũ, præcipitatio in Atheismum. Quàm enim Epicuro addictus fuerit Lucretius, docet non minus ridiculum, quàm falsò conscriptum elogium quod habet lib. 5. & ridet meritò Lactant. 3. instit. c. 17. & tamen ex eodem libro 5. liquet Lucretium omnino Atheum fuisse. Ob errorem ergo sequacium cui Epicuri doctrinã occasionem præbuit, potuit ipse quoque Epicurus audire Atheus, quamuis non nisi improuidum Deum asseruerit. Quod etiam fecisse Heraclitum, asserit Nemes. l. de hom. c. 44. Sed cùm supponat id Heraclito cõtigisse eo quod negaret mũdum à Deo conditum, quod falsò impingi Heraclito alibi diximus, proptereà in hac quoque parte purgandus videtur Heraclitus. Apertè imbocitur error ille Plinio cuius illa sunt 2. hist. cap. 7. *Irridendum, agere curam rerum humanarum illud quicquid est summum.* Similis illud Sophocli, *ambiguo prouidentia nil certo videtur, sed quodlibet passim euenire*. Ita Sophocles apud Theoph. 2. ad Autolycum [illegible] qui etiam sibi ipsi contradixisse ostendit. Eiusdẽ impietatis [illegible] Euripides apud Euseb. 14. præpar. c. 6. [illegible]

149 Præter Epicurũ, & Epicureos qui diuinam prouidentiam prorsus sustulerunt, alij quidem humanarum duntaxat rerum prouidentiam inficiati sunt. Nempe veriti libertatis humanæ excidium, quod imminere existimabant, si daretur prouidentia, cui putabant adstringi debere ineluctabile fatum. Vt igitur homines facerent liberos, fecere sacrilegos, vt in simili dixit August. 5. Ciuit. c. 9. contra Tullium, quem verè oportuit si consequenter loqui & sentire voluit, abrogasse prouidentiam rerum humanarum, cùm negaret præscientiã, sine qua constare nequit prouidentia æterna & perfecta, qualẽ esse oportet Dei prouidentiam. Eodẽ prætextu prouidentiã specialẽ singulorum hominum, Deo negasse magnã partem sui temporis Philosophorũ, testatur Iustinus initio Tryphonis. Aiebant enim si Deus singulis hominibus prouideret, inanes fore preces fundere. Quæ illatio caret penitus colore verisimilitudinis nisi ea supponatur Deum singulis hominibus prouidentem, fataliter immutabiliter & per decretum absolutum & robustissimum, libertatis destructiuum, quod cuique contingere deberet.

150 Alij è contra hominum duntaxat curã esse Deo asseruerunt. Ita Gnosticis tribuit, & impingit Plotinus Enneade 2. lib. 9. c. 16. quanquam quia Gnosticorũ nomine vt ex Origene, Irenæo, Eusebio, aliisque antiquis sæpe constat, [illegible] anno Christi [illegible] pessimo planè Satanæ consilio, vt [illegible] nomine tenus [illegible]

Christia

Christianorum scelera, in omnes Christianos deriuarentur, omnes Christiani intellecti quandoque sunt: suspicio est aliqua, Plotinum eo libro Christianos veros cum spuriis illis inuoluere, & specialiter eo capite quod allegaui, carpere dogma Christianorũ de prouidentia. Potuerat enim de Christianis audiuisse, nullos esse quales ipsi fingebant vniuersi & coelorum animas diuinas, quibus diuinus cultus deberetur, idque eodem illo capite à Gnosticis negatum queritur. Potuit etiã de Christianis accepisse quamuis sint aliorum corporum praesides Intelligentiae, eam tamen totam curam in hominis bonum referri, eiusque tantùm gratia institutã esse, ideoque ei peculiariter adesse Angelum, vel vt ipsi loquebantur de Deorum numero vnũ. Quia ergo haec forsitan de Christianis audierat Plotinus, (& quid si etiam apud Apostolum legerat, nunquid de bobus cura est Deo? Nam Apostolum ab eo quoque sugillatum suprà notauimus;) Contingere potuit, vt hoc de prouidentia ad hominem restricta, generatim dogma, Christianorum sententiam esse censeret, caeteroqui enim nullum antiquorum legere memini qui errorem illum Gnosticis tribuat, quamuis eorum delira accuratissimè prosecuti sint bene multi, ac praesertim Irenaeus, Origenes, Tertullianus, Epiphanius & omnes haereseologi. Denique alij, & hominum & rerum quarumcunque prouidentiam Deo concesserunt, sed tantùm in vniuersum. Refert quarto loco hanc sententiam Epictetus apud Arrianum l. 1. cap. 12. sic enim distribuit errores circa Deum exortos. *De Diis quidam dissentiunt, non esse omnino numen asserentes. Alij esse quidem, sed otiosum, & nihil procurans, nihil prouidens. Tertij sunt, qui esse & prouidere, sed magna duntaxat & coelestia, terrena verò nil nullis. Quarti, qui & terrenarum & coelestium rerum procurationem penes ipsum esse dicunt, communiter tamen ad omnia pertinentem, & non priuatim ad singula. Quinti (ex quorum numero Vlysses est & Socrates,) sic loquuntur numen: Haud te lateo, etiam quando me commoueo.* Huic sententiae nõ modò Epictetus ipse, sed omnes sapientes vt ostendimus assensũ sunt. Alias ergo praeter primã suo loco discussam, expediamus. Nam quae praeterea videtur addi posse quinta classis, nempe incipiẽtiũ, nõ est reuera quinta. Abnegat enim diuinam prouidentiã qui de ea verè dubitat, iuxta illud: *dubius in fide infidelis est*; nec alia sunt horũ dubitantium merita quàm expressè & formaliter negantium. Inter hos refertur apud Athenagorã legat. pro Christianis *sub medium* Euripides, quẽ ab Atheismo purgauerat idem Athenagoras initio orationis praedictae. Et in eandem classem refertur Claudianus à Pico l. de prouid. parte 2, c. 17. propter illa eius verba:

Saepe mihi dubiã traxit sententia mentẽ,
Curarent superi terras &c.

Quod si ille verè ex animi sententia scripsit, nec tantùm ad exprimendum Euripidis dictũ, cessat dubitatio quaenã fuerit eius religio. Constatq; enim non modò inter Paganos, quibus eũ accensuit Aug. 5. Ciuit. c. 26. & quidẽ peruicacissimos vt addit Oros. 7 histor. c. 35. (malè repugnantibus nonnullis qui eũ Christianum esse crediderunt, propter quaedã de Christo carmina Claudiano Mamerto Viennẽsi Presbytero tribuẽda) sed inter prouidentiae hostes, & de Atheismo suspectos esse numerandum.

Quae prouidentiae hostium acies.

151 Horum contra prouidentiã errorum, varia fuere fundamẽta. Demissa verò sententia Gnosticis à Plotino tributa, quia nullum est vel in speciẽ verisimile illius fundamentũ. Duo alij quos retuli errores duobus ferè fundamẽtis niti videntur. Primum spectat ad diui-

nas perfectiones, quibus si diceretur perfecta prouidentia, qualem admittimus, inferretur præiudiciũ, rebus in se habentibus vt experimur eas se habere, in hoc rerum statu & ordine. Alterum spectat ad humanam libertatem, & tranquillitatem, quæ videtur assertione eiusdem prouidentiæ labefactari.

ACIES I.

Assertio Prouidentiæ in hoc rerum ordine, diuino in creaturas amori præiudicare videtur.

ET in primis videtur prouidẽtiæ assertio nõ posse cõsistere in præsenti rerum ordine cum amore erga creaturas, sanctitate, prudẽtia, felicitate, immutabilitate & præsertim iustitia Dei. Qui enim amor erga creaturas, posset tamẽ illam sortis inæqualitatem, quæ inter homines cernitur, cùm adultos, tùm infantes? Inter adultos siquidẽ aliqui pauperes, & serui, & vndecũq; miseri, alij diuites, florẽtesq; opibus, & vndecũq; felices, nullo suo præ illis aliis merito. Inter infantes plerique immatura morte abripiuntur, cùm alij hominũ nequissimi ad annorũ multas decades, vitã inquinatissimã protrahunt. Et tamẽ omnes æquè sunt Dei opus, pen[illegible]q; si Deus operi à se producto inuigilaret, nec illud iam productum à se abijceret, committeretur tanta vt videtur inordinatio. Deinde Deus summè sanctus est, cur ergo non excluderet peccata, si rebus humanis inuigilaret? Quod argumentum latè refert Prudẽtius in Hamartigenia, illudque etiam ex Epicuro his verbis refert Lactãt. lib. de ira Dei cap. 13. *Deus aut vult tollere mala, & non potest: aut potest, & non vult: aut neque vult, neque potest: aut & vult & potest. Si vult, & non potest, imbecillis est, quod in Deum non cadit. Si potest & non vult, inuidus: quod æquè alienum à Deo. Si neque vult neque potest, & inuidus & imbecillis est, ideoq; neque Deus. Si vult & potest, quod solum Deo conuenit, vnde ergo sunt mala? Aut cur illa non tollit?* Quod argumentum, formidabile sibi vocat Lactãtius atque plerosque Philosophorum prouidentiã defendentiũ, eo argumento perturbari & inuitos penè adigi solitos, vt Deum nihil curare faterẽtur, quod maximè quærit Epicurus.

Itémque diuinæ prudentiæ.

152 Iam quæ prudẽtia ferret vt pluat in mari, vbi nulla aquæ pluuiæ necessitas, in Getulia verò vbi omnia [illegible] torrentur, non pluat. Ita enim argumentum aliquos habemus ex S. Aug. in Ps. 148. ad illud, *ignis, grando, nix, glacies. Multi stulti* (inquit Augustinus) *non valentes contemplari & discernere creaturas, locis suis & ordine suo, sub nutu & iussu Dei agentes motus suos, visum est illis quod superiora omnia Deus gubernat, inferiora verò despicit, abijcit, deserit, et nec curet ista, nec regat, sed casibus regatur, quomodo possunt, quod possunt. Et mouent illos qui dicunt aliquando sibi, sed non dicant tibi, ad ipsos, in audiendo tu consentias quando illi dicũt. Blasphema enim sunt, & execrabilia Dicũt: Si Deus pluret, numquid plueret in mari? Qualis, inquiunt prouidentia? Getulia sitit, & mare compluitur. Acutè sibi videntur tractare.* Et simile omninò argumentum refert . . . de gen. ad liter. c. 11. . . ex inconstantia tempestatum, & fortuitis ventorum & omnium aëriarum impressionum exortu: *Nam arbusta frugifera*, ait Cæcilius apud Minutium . . . *cum iam seges cana, iam temulenta vindemia, imbre corrumpitur, grandine cæditur. adeo incerta nobis veritas occultatur & premitur, aut quod magis credendum est, variis & lubricis casibus soluta legibus fortuna dominatur.*

Et diuinæ fælicitati ac immutabilitati.

153 Præterea fælicitas diuina non parum minuenda aut quasi inficienda sollicitudinis administratione videtur.

ex continua ac longa tam multorū cura & administratione, quod ex Ethnicorū sensu obiicit Cæcilius apud Minutiū n. 13. Sed & immutabilitati numinis videtur excidere. Si enim Deus prouidet rebus nostris, ab æterno prouidere debuit, nec tamē ab æterno exercuit prouidentiam illam, vnde igitur illi noua mēs, & noua prouidendi volitio? Placet duo hæc argumenta ex Euripide proponere iisdē verbis quibus ea Eus. 14. præpar. c. 6. ex Plutar. 1. de placitis, c. 7. citatis. Ita habet. *Nonnulli Philosophorum, veluti Diagoras Milesius, & Theodorus Cyrenaicus, & Euemerus Egiata, & Callimachus, nullo modo Deos esse dicebant. Euripides etiam tragicus, quamuis Areopagitarum formidine non omnino se aperuerit, Sisyphum tamen induxit, quasi huius opinionis patronum: & quibuscunque potuit rationibus, sententiam eius tutatus est, & Anaxagoram qui initio stetisse corpora confusè primò affirmauit, deinde à Deo in ordinem distincta, & Platonem qui non stetisse, sed inordinatè mota fuisse primò dixit, deinde à Deo in ordinem redacta, reprehendit, quia dixerunt, Deo de his inferioribus curam esse. Beatum enim illud animal, atque incorruptibile, inquit, omni bono repletum, & omnis mali expers ad beatitudinem suam conuersum, res humanas non animaduertit: miserum enim esse, si fabri aut operarij more ad huiusmodi fabricam se conuerteret. Præterea Deus, quem dicunt, ante ordinationem totius, aut dormiebat inquit, aut vigilabat, aut si neutrum verum est, nec erat omnino. Si ergo dormiebat, à sæculo mortuum fuisse necesse est. Sempiternus enim somnus, mors est: Deus autem nec somni nec mortis particeps est. Sin verò vigilabat, aut perfectam beatitudinem habuit, aut mancam atque imperfectam. Si perfectam, nullius rei indigebat, quare nec ad nouam rerum prouidentiam descendisse ipsum* [illegible] *sit. Sin autem mancam beatitudinem asseras, quomodo vera dici Deus potest, cui quicquam abfuisse contendas?* Atque præterea Atheus ille aliud quoddam argumentum his verbis. *Atqui quomodo si diuinitus humana gubernantur, & boni vexantur, & mali feliciter viuunt?* Sic ille.

Tandemque iustitiæ in tantis bonorum calamitatibus, & felicitate impiorum.

154 Postremum hoc argumentum videtur fuisse quasi aries impietatis, valdéque exaggeratur apud Platonem 10. de legib. *post medium*, & apud Minutium n. 6. Multa paucis complexus est Lact. 3. inst. c. 17. hoc argumentum ex Epicuro & Lucretio proponens his verbis. *Videbat Epicurus bonis aduersa semper accidere, paupertatem, labores, exilia, charorum amissiones: malos contrà, beatos esse, augeri potentia, honoribus affici: videbat innocentiam minimè tutam, scelera impunè committi: videbat sine delectu morum, sine ordine, ac discrimine annorum, sæuire mortem, & alios ad senectutem peruenire, alios infantes rapi, alios iam robustos interire, alios in prima adolescentia fere immaturis funeribus extingui: in bellis, meliores potius & vinci & perire. Maximè autem commouebat, homines in primis religiosos grauioribus malis affici: iis autem qui aut Deos omnino neglexerunt, aut non piè coluerunt, vel minora incommoda euenire, vel nulla: ipsa etiam sæpe templa fulminibus conflagrare. Quod Lucretius queritur, cùm* [illegible] *de Deo*

——Tum fulmina [illegible] *& ædes*
Ipse suas disturbet, & in deserta recedens
Sæuiat exercens telū quod sæpe nocentes
Præterit, exanimátque indignos, inque merentes.

Et paulò pòst, interiectis nonnullis confirmationibus talium de cælo sacratorum locorum, sic concludit. *Cum hæc igitur cogitaret Epicurus, tamen veri-*

velut iniquitate induitur, (sic enim causam rationémque ignorantes videbantur,) existimant nullam esse providentiam. Quod cum sibi persuasisset, suscepit etiam defendendum; sic in errores inextricabiles se ipse inclusit. Nempe vt fusius postmodùm enumerat Lactantius quòd nulla sit mundi dispositio, multaque facta sint aliter quàm fieri debuerunt, quòd nihil in animalium procreatione moliatur providentia, & absque ea à singulis membris sua officia consequantur, quòd sine providentia imbres cadant, fruges oriantur, arbusta frondescant, ac denique quòd quæ nascuntur & fiunt, non sint providentiæ opera, sed gignantur conglobatis inter se seminibus temerè per inane volitantibus, quæ non videantur nec sentiantur à nobis, quia careant omnibus sensibilibus qualitatibus, & tam minuta sint vt secari nequeant. *Sic ergo* (concludit Lactantius) *quia in principio falsum susceperat, consequentium rerum necessitas ad deliramenta perduxit.* Eodē quoque argumento inducti Stoici vt fato inhærerent, autor est Iustinus in paraenesi.

Ac præcoci morte bonorum, impiorum autem longævitate.

155. EADEM denique ex causa grave omnium scandalum, vt ait Anastasius q. 95. in Scripturam, (habetur ea quæstio in auctiore editione Biblioth. PP.) exoritur cogitantibus, (verba ipsa appendo) *cur multi qui improbi sunt, & sæpe etiam adulteri, impostores, & hæretici, magi [illegible] & Magistri sunt, & manifestè propemodum mundi [illegible] afferunt, et plurimũ ad vsque annos tempus protrahunt, quorum longævitas ad plurimorum perniciē redundat, alij autē pietate & religionis præstantes, florente ætate moriuntur.* Cui dubitationi quòd frequenter à condito mundo motum sit, ita respōdet Anastasius, vt Manichæorum esse dicat asserere nullũ à Deo procedere mortē, impijs verò tardè obtingere, sed ex Clemente quē priorem patrē, *& sanctum ac Apostolicum [illegible]* nominat, serm. 1. de prouidentia & iusto iudicio Dei, affirmat corporum interitũ naturali quadã serie & consecutione, elementorum mutationi permissum, & commissum à Deo fuisse, quod etiam extendit, vt post longã disputationem concludat his verbis. *Hoc itaque valde necessarium est, vt quandocunque videris impios ad multos annos vitã producere, hunc [illegible], illũ in ipsa familiari collocatione [illegible], hunc [illegible] bonos & pios liberos autem in infantia à morte abripi, alterius sceleratos filios adolescere, hunc Deo gratum & charũ plurimis doloribus cum [illegible], & [illegible] recta fide alienum, quietè & absque perturbatione animi esse, hunc multorum [illegible] illũ irreligiosum [illegible], multa prole exhilarari [illegible] in hac Dei dilecta regione, [illegible] perditum, nullis [illegible]. Hæc verba. cum hæc tam singula & admiranda videris, ne obstupescas, neque contra Deum [illegible] quod, aut blasphemiam animo concipias, attende et [illegible], hæc nihil non sine quidem absque cumulatione providentia & iustitia, sed tamen non alio modo quàm per elementorum primitus à Deo constitutam gubernationem, ordinem, naturalem administrationem.*

156. Hæc illi, quæ subdit et [illegible] tantum [illegible] à se [illegible], vt defectum suppleat & melius [illegible] corrigatur. Nẽpe sum [illegible] non posse [illegible], nō modò prædictionem euentuũ [illegible] quod perspicuum est, sed neq; diuersitatis illius in [illegible]. Quid enim confert [illegible] illa elementorum conditio ad longæuã vel

vel breuem vitā illinc, qui lapsu suffocationéve in aquis, vel incendio perit, fallitve alio casu? Vt taceā in eis etiā quos elementorū siue externa siue intestina pugna abripit, interuenire sæpe diuinā manum, multa quæ natura sunt commutantem, vt rectè notauit Euseb. 6. præp. c. 3. à qua etiā reguntur, qui ab ea pugna intacti seruantur. Atq; ita Hierocles tractans Platonis dictum in extremo Timeo quo asseritur præfinitū esse à natura singulis tempus aliquod mortis, quod transilire non possimus, addit, sed neq; omnes ad suū illū naturalē terminum pertingere, impediente extrinsecus casu aliquo violento, quē Dei erga nos prouidentia ordinat. Ita ille 3. de prouid. apud Photiū cod. 251. Quare videtur magna tota scandali occasio proposita, nec parum aggrauari difficultas inde ducta contra prouidentiam, quod breuē plerūq; vitæ terminū iis qui futuri commodiores orbi videbantur, assignet, & in longa tēpora protrahat, impiorum verò. Hæc igitur sunt primæ classis initio propositæ argumenta, quæ hoc loco tractāda sunt. Nā alia quædam eodē spectantia, ducta ex eo quòd Deus nihil extra se sciat, quod fuit quartum fundamentū apud D. Th. opusc. 15. c. 13. reiecta iam sunt alibi cùm de scientia Dei sermo esset, & latè ibidem à D. Thom. c. 13. & 15. refelluntur.

Altera prouidentiæ hostium aries, ex incommodis quæ prouidentiæ assertio, homini infert.

137 Alterum caput argumentorū quibus diuina prouidentia impetitur spectat ad incommoda quæ perfectæ illius prouidentiæ assertio in genus humanū inuehere videtur. Quod argumentum maximè mouisse Epicureos, legimus apud Plutarch. opusc. contra Colotem. & idcirco etiā ex suo & cæterorū Ethnicorum sensu, Cæcil. apud Minut. n. 14. criminatur Christianos, quòd dicant *Deum illum suum quē nec ostēdere possunt, nec videre, in omniū mores, actus omniū, verba denique & occultas cogitationes, diligenter inquirere, discurrentē scilicet, atq; vbiq; præsentem, molestū illū volunt, inquietum, impudenter etiā curiosum. Siquidē astat factis omnibus, locis omnibus intererrat, cū nec singulis inseruire possit per vniuersa distractus, nec vniuersis sufficere in singulis occupatus.* Sed longè difficillimū plerisq; visum est argumentū quod ex libertatis excidio ducitur. Cum enim prouidētia ex diuini intellectus & volūtatis actibus constituatur, & vtriq; certissimi & infallibiles sint, tantóq; antecedāt spatio actus nostros liberos, nulla videtur nostris illis actibus indifferētia superesse, si diuinorū illorum actuum antecedētiū certissima est præsuppositio, vt sanè est certissima. Nā si in nostra potestate maneat aliud facere, quā Deus ab æterno statuerit vel præuiderit, quibus actibus constituitur diuina prouidentia, posset quoq; in nostra potestate esse, efficere vt actus diuinus falsus reddatur & irritus. Cui argumentationi non aliter tutò, ac legitimè respōderi posse censet Mirandul. l. 28. curs. singularis certam. sect. 1. quàm si verè concedamus cohærere quidē prouidentiā & libertatem creatam, quomodo tamen cohæreant, ignorari.

138 Hæc sunt argumenta quibus diuina prouidentia à quibusdā sublata, ab aliis restricta, aut in dubiū reuocata est. Verū S. Chrys. in Psal. 4. propositis plerisq; ex his argumentis ait, *qui hæc dicunt, perinde faciunt, ac si quis naturam quærat solē videns, & dubitet de luce.* Dicamus tamen pauca distinctiùs.

Ad argumenta primæ classis.

Pleraque ex argumentis in prima classe propositis diluta iam sunt disp. 1. 2. vlt. cùm Dei existentiā stabilire-

mus

mus contra mentem Atheorū. Plerique enim ex illis qui prouidentiam impugnarunt, iisdem argumentis usi sunt, quibus Athei ut Atheismū persuaderent, quod citato loco iam monuimus. Itaque non est quòd quæ ibi per occasionē Atheorū iam dicta sunt, hic repetamus. Sed illis suppositis alia proponemus, per quæ, difficultatibus [illegible] cōtra prouidentiā propositis, fiat satis.

De sortis inter homines inæqualitate.

159 Vacillatvr itaque primò inæqualitas sortis quæ inter homines cernitur, quasi inde videatur cōmunis amor quo Deus omnia sua opera prosequi ex æquo debeat. Verùm tantum abest ut ea graduū inter homines inæqualitas prouidentiam labefactet, ut potiùs stabiliat, quod pulchrè tradidit Plotinus, ex quo bene multa in hanc rem collegit Theodoret. 6. cōtra Græcos sub finē. Ego pauca seligā ex Ennea. 3. l. 2. c. 11. *Quemadmodū* (inquit) *artifex non omnia quæ in animali sunt, efficit oculos, ita neque ratio* (diuina) *fecit omnia Deos, verū alia quidē Deos ipsi statuit, alia verò Dæmones sequenti natura, post hæc autem homines, animaliaque deinceps; neque id quidem inuidiâ, sed ratione intellectuali habente varietatem. Nos autē sic affecti sumus sicut imperiti picturæ, qui pictorem damnant quòd non ubique pulchros apposuerit colores; pictor autē unicuique parti quod eū decebat attribuit. Ciuitates quoque bene institutæ non æqualiter in omnibus dispensantur. Præterea quisnam tragœdiā [illegible], quòd omnes in ea non sint heroes, sed seruus & rusticus, & [illegible] loquitur aliquis, vulgari voce pronuntians? Poema tamen non erit pulchrū, si quis inde velit detrahere, quæ ei [illegible] impletur.* Ita Plotinus, qui etiā eadē ex causa Deum, mundi totius Poëtā nominat ibid. c. 17. quo eodem modo, Deū, Philo nominat, lib. quod deterius potiori insidietur, expendens illud, *ipsum sunt nobis Dominum*, addens consequenter, mundum & creaturas omnes esse Dei poëmata. Rectè porrò philosophatum Plotinum dicerē, nisi hanc eodem c. 17. fundasset, recursu præterea ad præteritos & futuros circuitus & commutationes sortitas per Metempsychosin, ut in omnibus appareat æqualitas. Ego nunc quidem non persequar hos circuitus, *impios [illegible] circuitu ambulantium commentum*, ut S. Aug. loquitur 12. Ciu. c. 17. *magnaque [illegible] deliramenta Deliramenta*, ut idem ait serm. 143. de temp. & potenter refellit Irenæus Adim c. 32. & 16. Cont. c. 40. & lib. de Gen. ad lit. c. 9. post Minut. [illegible] & Iren. lib. 2. c. 59. ac Tertull. lib. de anima c. 28.

160 Ad confirmationem tamen argumenti à Plotino ducentis adductū, de non æquali [illegible] in ciuitatibus dispositione, addendum est, cùm ex Tullio in opere de Republica, cuius fragmentum huc pertinēs habet Aug. 2. Ciuit. c. 21. ex hac inæqualitate, bene attendentibus, iucundissimum concentū existere. Tum etiam ex Chrysost. Serm. 34. in 1. ad Cor. hoc id versante, nullā fore infeliciorem ciuitatem, quàm eā in qua omnes æquales, omnes diuites, omnes honorati essent, quia enim incommodis premi omnes necesse esset, dum omnes seruiendi & artium exercendarum laborem, defugerent, ob æqualitatem. *Non solum* (inquit) *[illegible] sed [illegible], & hi quidē magis, quod ut dilucidius cernas, consideremus si lubet, urbes duas, hanc diuitum solum, illam solum pauperum esse, porro in illa pauper nullus, in hac diues nullus, [illegible] vtramque diligenter videamus utrā magis sufficere sibi possit. Si posse pauperes deprehenderimus, certum est diuites magis egere. Igitur si quidem in illa felicium nullus erit, nec opifex, nec ædificator, nec faber, nec calceator, nec pistor, nec arator, nec fabricator, nec talium quicquam*

quicquam tamen quis cibire dixit ista volet? quando illi ipsi qui hac vrbe habitant, simul ac rem auxerunt, ob ista laborum molestiam, statim recedunt. Quomodo igitur ista nobis ciuitas constabit si nemo remanserit, inquit, diuitiis comparatis à pauperibus ista liber. Non sufficiunt igitur sibi, siquidem illi habent opus. Iam verò qui domos ædificabunt? Numerent fabri tamen non pretiosam extrahit domum, manibus opus est, necesse igitur artifices illuc venire, legem principio positam abroges, quo nisi vt quis ini sit pauper. Ea igitur ipsa necessitas nobis inuitos pauperes vocat pauperes inducit. Vide sequit, constare sine pauperibus ciuitatem nō posse. Si perget enim nemini hominem ad se recipere quempiam, iam deinde vt ciuitas quidem sed vanus erit. Non sufficit igitur illa quidem sibi, nisi pauperes velut auxiliaria quadam ad se nomina vocet. Pauperum igitur vrbem inspiciamus, quia ipsa quoque manca est, diuitibus destituta. Et primò quidem diuitias omnes oratione detrahamus, manifestiusque clarè quæ res tandem diuitiæ sint. Quid sunt igitur aurum, argentum, gemmæ pretiosa, vestes sericæ, purpureæ, auratæ, & quæquid sunt eiusmodi istæ, ex republica ista vniuersa exigamus, quando ipsi pauperes solam aperiet, & vt per somnium quidem vel aurum, vel vestes huiusmodi cernit, & si ita lubet, nec argentum, nec vasa argentea. Opibus igitur solis exceptis, quæ te prætereà diu vrbi ciuitati ista egebit? Nullas domos extruere oportet, non auro, non argento, non margaritis opus est sed manibus & arte, & manibus non quibuslibet, sed callosis labore redditis, robore lignis, saxis. Texere vestes oportet, rursus non auro, non argento, sed manibus, sed arte negotium obitur laborantium feminarum. Ad agricolandum porrò, ad fodiendum diu absistere omnium opera quæritur manu. diuitiæ autem pauperum est istac quidem nomini obscurum. Ferrum verò, & cætera id genus instrumenta nunquid efficere ciues vulgi operam possunt? Quæ igitur ad rem locupletibus istis fuerit opus? nullam credo, nisi si exuerint Rempublicam istam velit. Nam si crassis istis indulsit, quorū gēmas vtunque vix expeditas homines rudes & Philosophos (Philosophos verò necessitatem nihil experientes voco) demandit, vtilique & voluptatibus se dent, ferire dixisse omnia se nouisse. Sic ille & rectiusculè simul, & de more eloquentissimè.

161 Eleganter etiam quoque id persecutus est Theodoretus Serm. 6. de prouid. qui insuper ibidem demonstrat cōmunia omnibus esse præcipua quæque, & æqualem in conditionibus (vt videbatur) inæqualibus, omnium sortem esse. De quo argumento plura leguntur apud Auctorem libelli de diuitiis, perperam Sixto Papæ III. quondam adscripti. Ego pauca appono. *Considera* (inquit) *quæ inter illa humano generi elementa differunt, quæ non hominum iudicio, sed Dei arbitrio dispensantur, & vel ex pluribus pauca intellige, vel ex maioribus minora cognosce. Vide, si aëris huius beneficiis plus diues quàm pauper vtitur, si Solis calorem amplius minusve præstitum vel quando terris pluuia datur, si maiores guttæ super agrum diuitis, quàm super agrum pauperis distillent: si lunæ vel stellarum micantia lumina, diuitibus magis, quàm pauperibus ministrantur. Videbis ergo illa omnia, quæ in nostra potestate non sunt, sed Dei dispensatione consistunt, nos æqualiter habere cum cæteris. Ea ea tamen, quæ pro arbitrii libertate commissa ad iudicium probationem in nostram ditionem redacta sunt, iniustè nimis & inæqualiter possidemus. Sed ne de istis tantum, ad ipsa mysteriorum sacramenta veniamus, & consideremus, si vel illic erga humani generis conditionem, aliqua possit inæqualitas reperiri. Videamus si alia lex diuitibus, alia est lata pauperibus, si alio illi, alio isti baptismate renascuntur, si non eandem peccatorū*

[illegible], sanctificationemque iustitia consequuntur, si non vna omnes spiritu renascantur, si non eiusdem alterius communione vniuntur, & etiam [illegible] sanctificatione potiuntur. Quod si tam in corporalibus, quam in spiritualibus, dispensatio Dei erga humanum genus aequalissima indulgentia inuenitur, cur clarescere incipit inaequalitatem illam, quae in parte diuitiarum est, non diuinae gratiae [illegible], sed humanae [illegible] esse [illegible]. Sic ille malum, vt vides consequens ex vero antecedente deducens. Non enim, vt hoc obiter addã, si inaequalitas est inter homines in diuitiis & fortunae bonis, quae non est quoad illa principaliora bona quae omnibus ex aequo proposita sunt, rectè infertur, diuitias & fortunae bona à malo esse, iuxta illud Pelagianum dogma quod narrarat Hilarius apud August. epist. 88. & ipse Aug. l. de gestis Pelag. c. 35. quod dogma, autor cuius sequimur verba, non vtcunque Pelagiana fuligine oblitum, sed omnino deformatum, confirmare nititur.

152. Placet denique nõ praetermittere quae in rursum illud argumentũ de quo agebamus, praeclarè scripta sunt à Theophylacto Simocata, in epistola conscripta nomine Hermagorae ad Sopatrum. *Persas indutos* (inquit) *audiui te paupertatem lugere, & diuitias probris afficere, quasi impare apud mortales, quòd alij [illegible], alij inaccessa sui possessionem [illegible], quasi [illegible] in hominibus naturam. Si enim Solis splendores mortalibus ex aequo, & ignis copia vniuersis est promptissima, & fluminum fluenta, [illegible] ac perpetuorum, omnibus sunt acquisitu facilia; quid tandem [illegible], [illegible] natura [illegible], & [illegible] hominibus dedit, & [illegible] diuitum ijs qui sub luna sunt, distribuit, per quod maxima damna hominibus contingant. Ego verò vastissimum risum tantis tuis dogmata effundo. Ipsam enim [illegible] argumentum [illegible], [illegible] quod [illegible]. Nam illa [illegible] in videndo [illegible] claros ac lucidos Solis fulgores, [illegible] rit autem humana gens à [illegible] & artes [illegible] sunt, & vrbes conditae, & [illegible] facultas. Et si breuiter atque comprehensiue dicendum est, omnis [illegible] terrestribus, cum [illegible] hominis [illegible] fuisset. Non enim [illegible] prosperitatem, [illegible] possideremus. Non regij imperij sceptra ferremus. Non magistratibus [illegible] sub his [illegible]. Non duci [illegible] re. Quod si etiam [illegible] [illegible] dita, & [illegible], & Caelum [illegible] est. Etenim [illegible] explorationem.* Tandem omnium qui depressiores videntur, aptabiliorem & iucundiorem sortem esse, praeclarè omnino demonstrat idem Theodoretus, sermone illo 6. de prouid. & 6. contra Graecos in medio. Et haec quidem perspicua videantur cùm generatim, tum quoad inaequalem sortem adultorum.

153 Quoad inaequalitatẽ verò inter paruulos quae in ratione dubitandi proposita, attingebatur postremo loco, dimissis pluribus quae peti possent ex Nysseni opinione de hoc argumento quorum aliqua infra attingemus, breuiter respondeo August. verbis epist. 28. *relinquenda haec esse illius [illegible] [illegible] omnibus temporalibus [illegible] rebus, vbi sunt etiam [illegible] & obitus, [illegible] atque ordinatissimum dare, sed nos ista sentire non posse, quae si sentiremus [illegible]. Non enim frustra per Prophetam qui haec dicenda [illegible]-*

ra diceretur, dictum est de Deo, Qui profert numerosè saeculum. Unde Musica, id est scientia, sensusve bene modulandi, ad admonitionem magnae rei, etiam mortalibus rationales habentibus animas, Dei largitate concessa est. Unde si homo faciendi carminis artifex, novit, quas, quibus moras vocibus tribuat, ut illud quod canitur, decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrimè currat ac transeat: quanto magis Deus cuius sapientia per quam fecit omnia, longè omnibus artibus praeferenda est, nulla in naturis nascentibus & occidentibus temporum spatia, quae tanquã syllabae ac verba ad particulas huius saeculi pertinent, in hac labentium rerum tanquã mirabili cantico, vel brevius, vel productius, quàm modulatio praecognita & praefinita deposcit, praeterire permittit? Hoc enim cùm dicam de arboris folio, & de nostrorum numero capillorum, quanto magis de hominis ortu & occasu, cuius temporalis vita brevius productiusve non tenditur, quàm Deus dispositor temporum novit universitatis moderamini consonare?

164 CAETERUM ex omnibus quae ad primae huius difficultatis dissolutionem adduximus, manifestum est nullum à providentia inferri praeiudiciũ iniquè illis quos Deus creaturas suas tãquam carum patris & opifex prosequitur. Amare enim est velle bonum: vult autem Deus omnibus bona quãplurima, etiam illis qui deteriori sorte frui videntur: imò ut diximus aequa lance pensando rationem boni, deprehendemus aliquando plura bona iis voluisse Deum, quibus per eã deteriorẽ sortem, verorum malorum fomentum subtraxit. Et quamvis vera & simpliciter dicta bona essent ea quorum inaequalitas in deteriori sorte aliquos locasse videtur, tamen Deus cùm sit suorum bonorum Dominus, & nemini quicquam debeat, nemini iniuriã facit plus alicui volendo quàm alteri. Unde tantes divinae perfectiones integerrimae manent in eo ordine & statu rerũ, in quo providentia mundum de facto administrat. Infert verò etiam inde Epictetus apud Arrianum lib. 1. cap. 13. quanta benignitate qui potiore sorte fruũtur & aliis subiacentibus praesunt, erga eos uti debeant. Cùm enim Arrianus retulisset Epicteti respõsum ad candidam interrogationem quaerentis qua ratione etiam cibum capere possit diis placite, respondissetque Epictetus placiturum Deo si modestè & gratè comedent, si postulanto calidã, seruũq; vel non auscultante, vel tepidiorẽ porrigente, non propterea excãdescerent: illo autem subdente id fieri non posse, respondet Epictetus id obiurgans: *Mancipium, non feres sustinere fratrem tuum, qui Iovem habet parentẽ? tanquam filius ex eadem stirpe generatus, & ex eadem de superiore satu. Proinde si huiusmodi extitisti in loco conspicuo statim, quamobrem tibi usurpabis tyrannidem? Non meministi qui sis, & quibus imperes? Nempe cognatis, itemque fratribus naturalibus, nec non iis qui progeniti sunt à Iove. At emptitij mei sunt ipsi, verò nullo me emerunt pretio! Vides quò respicis? nempe in terram, ad barathrum, ad aerumnosas istas leges mortuorum, Deorum autem leges non consideras.*

Cur providentia non excludat mala.

165 OBIICIEBANTUR deinde mala quae videtur providentia excludere debere, si datur. Sed facili distinctione potest tota ea difficultas tolli. Vel enim in argumẽto proposito quaeritur de malis poenae, vel de malis culpae. Priora cur non excludat Deus, ratio est in promptu: non enim sunt vera mala, imò plerumque multis optimisque de causis, ducuntur à Deo in-

ferri, quod ex parte paulò ante tactum est, & fusius infrà tradetur. Posteriora verò seu mali culpæ, Deus non infert, neque inferre potest. Quod cùm dist. 1 rationibus ex naturali lumine petitis & Ethnicorum testimoniis, contra Calvinum & Melanchthonem constitutum sufficienter sit, hic uno Hieroclis testimonio contenti erimus. Sic autem ille loquitur apud Stobæum lib. 2. Eclog. Ethic. in fine. *Multum ad rectam Deorum usum conducere [illegible], si quis intelligat nullius unquam mali Deum esse auctorem, sed bonorum [illegible] præpositi. Deus autem per se bonorum [illegible] auctor est, [illegible] nec ipsorum [illegible] mala [illegible].* Atque hoc loco poetarum illud aptè [illegible]:

Qualia de Diis [illegible]
[illegible]
quasi ab iis mala denique [illegible]
——sed & ipsi
Sponte sua partim fato [illegible]
[illegible].

Etenim nullius unquam mali Deum esse auctorem, ac multis probari possit, ita nunc solius Platonis contenti erimus argumento. Quemadmodum, inquit, haud calidum frigefacit, sed contrarium, nec frigidum calefacit, sed contrarium: sic nec beneficum malefacit, sed contrarium. Deus autem cùm bonus sit, omniq; virtute plenus, non est maleficus, nec mali cuiusquam auctor, sed contra & bona omnibus [illegible] suppeditat, & cum bonis media quoque natura [illegible] impertitur. Una porrò tantùm est malorum causa. Nempe voluntas nostra, præstantiaque [illegible] defecit, quàm Deum audire talia per nos, qualia ab istis Deum mali auctorem criminantibus audiuit, dixit Chrysost. hom. 15 in Acta. Quinimo Prudentius in Hamartigenia, proposita hac ipsa obiectione in qua versamur, surditatem potiùs deposcit quàm ut hæc audiat.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quis ferat hæc [illegible] Deo [illegible]? Audiat pusillus Grex, qui mavult Deo conuiciari cum Calvino, quàm sentire dignè Deo de peccati origine. *Non* vult ergo Deus peccata [illegible] & ab eis tam acriter deterremur, ut rectè Nazian. c. 4. de Trinit. & alij quos [illegible] adduximus.

166 Iustè tamen & sapientissimè ea permittit, ob multas & graves causas quas collegit Damasc. lib. 2. c. [illegible] que S. Thom. 3. contra gent. c. 71. [illegible] nominatim ad exercitium humanæ libertatis & suæ patientiæ, ac bonitatis ostensionem in sustinenda [illegible] suæ contemptu. Sed & divinæ iustitiæ splendor, illustris est, cùm Deus peccatis [illegible] dependet [illegible] pœnam. Denique rectè S. Aug. 22. Civ. c. 1. *Multa fiunt à malis contra voluntatem Dei, sed tanta est illius sapientia tantaque virtutis, ut in eos exitus sive fines quos bonos & iustos esse præscivit, tendant omnia quæ voluntati eius videntur adversa.* Plenius etiam & optimè de eo [illegible] Enchir. quem locum [illegible] etiam Anselmus lib. de voluntate Dei sub finem. *Hæc sunt magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius: & tam sapienter exquisita, ut cum Angelica & humana creatura peccasset, id est, non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creaturæ voluntatem, qua factum est quod creator noluit,*

impleret

implerent ipse quod voluit: bene utens & malis, tanquam summè bonus, ad eorum damnationem quos iustè praedestinavit ad poenam, & ad eorum salutem quos benignè praedestinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt: quantum verò ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra voluntatem Dei fecerunt, de ipsis facta est voluntas eius. Propterea namque magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius, ut miro & ineffabili modo non fiat praeter eius voluntatem, quod etiam contra eius fit voluntatem: quia non fieret, si non sineret; nec utique nolens sinit, sed volens. Nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotens etiam de malo facere posset bene. Idem ante Augustinum tradiderat Clem. Alex. illustri planè loco qui habetur 1. Stromat. c. 8. *Errata* (inquit) *quae desperantur consilia & operationes, eorum sunt singularis, sicut quidem et mala affectionis, sicut morbi corporis; ab universali autem ac generali providentia administrantur ad finem salubrem, etiamsi causa sit morbi efficiens. Est itaque maximum divinae providentiae argumentum, non sinere ut vitium quod ex voluntaria defectione ortum est, inconditum & inutile, sed nec sit omnino noxium. Divinae enim sapientiae & virtutis & potentiae est efficere, non solùm bona facere, (hoc est enim, ut semel dicam, Dei natura, ut ignis calefacere, & lucis illuminare) sed illud quoque maximè, ut id quod per mala aliquorum excogitatum est, ad bonum aliquem finem & utilem deducat, & utiliter iis quae videntur mala, utatur.*

167 Itaque iustissimè Deus mala culpae permittit non obstante perfecta providentia quam de rebus humanis habet; nec ulla inde macula divinae sanctitati infertur, ut falsò praetendebatur in argumento. Non enim qui permittit, vult absolutè rem quam permittit, (ut garriunt Novatores, hinc quaerentes absconditum impietati suae, qui Deum peccati auctorem statuunt) Sed qui permittit, vult non impeditionem rei permissae, quam tamen impedire posset si liberet: Eam porro esse permissionis rationem, rectè et communi loquendi modo tradunt Scotus in 1. d. 47. q. 1. dist. B. & Durand. ibidem d. 47. q. 1. n. 8. Eam ergo non impeditionem peccati, quod homo deligit patrare, Deus iustissimè ac sine ulla laesione suae aequitatis & sanctitatis imminutione, vult, supposita creaturae liberae volitione. Falsum enim est quod ait Ethnicus ille qui apud Iustinum respondet primae quaestioni Christianae, nempe quod *qui inhibere potest atque id desinit, sed permittit, ipsum rerum est auctor.* Hoc inquam universaliter loquendo est falsum. Quamvis enim ei qui prohibere potest & non prohibet, actio reddatur quasi physicè voluntaria, tamen nisi teneatur impedire, nullo modo est ei voluntaria moraliter. Deus autem non tenetur impedire peccatum, sed potius cùm sit prima causa, generatim velle non impedire: quamvis nullo modo ipsum peccatum velit, ac ne sub conditione quidem volitionis humanae in illud tendentis, sed semper illud detestetur & odio habeat, tantumque velit ad entitatem malitiae morali substratam cooperationem suam adiungere, si homo decernat actionem illam exequi. Nam ea volitio adiungendae cooperationis suae, involvitur in ea quam admisi volitione non impediendi peccatum, in quod homo arbitratu suo ferri praevidetur. Quare ea praevisione supposita, vult Deus cooperationem suam ad omni operationi nostrae, & hanc suam cooperationem quae eadem est cum actu nostro, entitativè & materialiter spectato, vult Deus & amat supposita operatione nostra, cui

ea comparatio, vt munus causæ primæ & vniuersalis saluum maneat, adiungi debet. Volitio autem & amor comparationis illius competunt Deo, non simpliciter & ex se, sed ex nobis & occasione voluntatis nostræ, cui Deus quippe prima causa deesse non potest, non est vllomodo, ac ne indirectè quidem, volitio malitiæ, actum prout à creatura est consequentis in illis circumstantiis; sed respectu Dei est tantùm malitiæ permissio, & ipsius non impeditionis volitio, quia creaturam iniustè rapientem conuersam diuinam, vt elegantissimè dixit Ansel. l. de casu diab. c. 28. tolerat in multa patientia, expensurum in tempore. Quod mirificè ex Iustino verbis ostendo, & concludo. Ita habet in confutatione responsionis Ethnicæ ad primam Christianorum quæstionem. *Permittit Deus quæ fiunt nostra deligentia vt faciamus mala, non per potestatis suæ imbecillitatem, sed vt tum arbitrij nostri libertas, tum bonitas sua & longanimitas elucidatur, sine quibus neque nos homines, neque ipsi bonum esse possit in præsenti rerum statu.* Vide quæ prætereà in hanc rem diximus dist. 1. n. 39.

Prouidentiæ & prudentiæ cohæsio.

108 Vrgebatur insuper defectus prudentiæ in præsenti rerum ordine, ex quo inferebatur mundum per prouidentiam non administrari, cuius improbitatis totum firmamentum proponebatur, pluuia in mari non in Getulia, itemque pluuia aut ventus, quo maximè tempore siccitas & tranquillitas opportuna & necessaria esset.

Sed quod spectat ad pluuiam in mare cadentem, dicere facilè possemus, cum Philone 1. allegor. legis, esse id argumentum diuinæ liberalitatis & munificentiæ, quæ tantam disseminans etiam quæ læta minùs vtilis aut necessarius videtur, liberaliter impertit. Instabit tamen aduersarius, cur Getulia sitit? Et cur non etiam erga Getuliam diuina liberalitas & beneficentia se pandit? Respondet S. Augustinus in Psal. 148. ad illud: *Ignis, grando, nix, glacies,* illi qui ita opponunt, dicendum esse, *Getulia sitit & eo ne sitiret. Ideo enim sitit vt dicat Deo: Anima mea sicut terra sine aqua tibi; quod alio aperte dicitur, Sitiuit tibi anima mea, quàm multipliciter tibi & caro mea; & Dominus in Euangelio, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Ille autem non saturatur qui talia desiderat, & putat sibi deesse videtur, nec vult desiderare, ideo non sitit. Nam si sitiret, vellet desiderare, & intelligeret, quia Dei prouidentia sit in terra, & vnicuique distribuit bene possit.* Subiicit S. Augustinus insignem mirabilium Dei, in corpore pulchro. Tum subdit: *Quis ergo dispensat membra nostra, non gubernat nubes? Et quare in mare pluit? Quasi non sint in mari quæ alantur pluuia, quasi non ibi fiant pisces, quasi ibi non sint animalia. Attendite quomodo concurrunt pisces ad aquam dulcem. Et quare, inquit, pluit ibi & mihi non pluit aliquando? Vt cognosceres te in regione esse deserta, & in peregrinatione vitæ, vt amarescat tibi vita præsens, & futuram desideres; aut vt flagelleris & corripiaris & corrigaris. Quomodo autem distribuat propria regionibus? Ecce quia de Getulia loquuti sumus, illinc propè omni anno, & mari venit frumentum. Seruatur hic frumentum non pauci, citò corrumpitur: quia omni anno datur. Ibi quia rarò, & multum datur, & diu seruatur. Sed fortè putas, quia ibi deserat Deus homines, aut non illi seruandum fœcunditatem suam & laudem*

&

& glorificant Deum? Appellando eum Grandinem, puto inter illas arbores animantes, fugere hanc vult, & redire ad vada Grandis. Omnibus ergo locis Deus, regionibus, temporibus, sua quæque distribuit, & ordinauit. Et longum est commemorare diligenterque commemorata omnium rerum. Quis illam explicat? Homines qui oculos habent, multa ibi vident; cum viderint placent, cum placuerint laudantur, non tanquam ipsa, sed ille qui fecit, ita omnia laudabunt Dominum. Hoc considerans spiritus in propheta, cum dixisset, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quæ omnia turbata videntur quibusdam stultis, & quasi casibus agitari, addidit, quæ faciunt verbum eius. Non ideo ergo videantur casibus moueri, quæ verbo Dei in omni motu sua deferuntur. Quo vult Deus, illuc fertur ignis, illuc fertur nubes, fiunt pluuiam, fiunt niuem, fiunt grandinem portet. Et rursus infra: *Si intrares in officinam forte fabri ferrarij, non auderes reprehendere folles, incudes, malleos. Fac imperitum hominem nescientem quid quare sit, & omnia reprehendit. Sed si non habeat peritiam artificis, & habeat saltem considerationem hominis, quid sibi dicit? Non sine causa hic loco folles positi sunt. Artifex nouit quare, etsi ego non noui. In officina non audet reprehendere fabrum, & audet reprehendere in hoc mundo Deum? Ergo quemadmodum ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quæ faciunt verbum eius: sic omnia quæ putantur in rerum natura temerè fieri, non faciunt nisi verbum eius, quia non fiunt nisi iussu eius.*

169. Iam quod pertinet ad pluuiæ & tempestatum inopportunitatem seu ad incommodum quibusdam talem rerum dispositionem, bene Simplic. in cap. 38. Enchiridij Epicteti, ostendit omnes has querelas ex eo tantum oriri, quod vnusquisque nimium intentum est in illud quod sibi vtilius esse falsò iudicat. Philo libro de prouid. cuius fragmentum habet Euseb. 8. præparat. cap. 5. ostendit istiusmodi dispositionem esse prudentissimam respectu totius vniuersi, licet aliquibus sit incommoda. Locus est perelegans: *Ventorum impetus & pluuiæ vis, non ad perniciem nauigantium, aut agricolarum, sed ad vtilitatem humani generis diuinitus mittitur. Aquis enim terram, ventis verò regionem quæ sub Luna est, mundare solet: & vtrisque animalia & plantas alit, auget, perficit. Quod si nauigantes aut agricolas nonnunquam perdit, mirari non debes: minima enim quædam ista particula sunt, cura verò totius humani generis Deo est. Vt ergo in ciuitatis ludorum atque certaminum ædilis propter aliquam reipublicæ vsum die certaminis mutato, sæpe erant nonnulli spectatorum vim passi: sic & Deus quasi magnæ cuiusdam ciuitatis, totius orbis curam gerens, calidam æstatem, & vernalem hiemem, ad vtilitatem totius efficit, quamuis nonnulli hac temperiem inæqualitate magna damna patiantur. Elementorum igitur inter se transmutationes, ex quibus mundus constat, & quibus conseruatur, tanquam necessaria ipse instituit [illegible] & [illegible], terræque huiusmodi ad frigiditatem aëris consequuntur, sicuti ad contrusionem nubium fulgura & tonitrua; quorum nihil forsan ex prouidentia sit.* Hanc dubitationem nullomodo esse admittendam suprà iam monuimus, & quæ nunc diximus, euincunt. *Pluuia verò ac venti, cum vitæ, alimenti, incrementique causa plantarum atque animalium sint, prouidentia certè fiunt, & ex vsu illa consequuntur, vt si ædilis munerum liberalitate atque magnificentia magna vnguentorum copia præparatur, vnde guttis quibusdam in terram defluxit, lubricus valde locus effectus sit, nemo non insanus, prouidentia ædilis munerum, lubricitatem factam esse contenderet,*

deret, *sed ad magnificentiam abundantiámque corporeorum, constructam crederet.* Sané ea situs dispositio quæ vni alicui est incommoda, alteri est opportunissima, etiam in eadem regione & plaga. Et quamuis omnibus æqué inopportuna esset, posset tamen prudentissime prouideri à Deo, siue eo supplicio plectente præuias culpas, siue his incommodis abstrahente nos ad bona altiora. Atque ita omnibus prudentis manifestum est, rectè Deum à sapientissima & prudentissima administratione, dictum esse, *prudentiam mundi* ab Ecphante Pythagorico libro de regno apud Stobæum serm. 46. Quo item nomine Musonius Græcus Poëta præantiquus, Deum, eadem ex causa insigniuit. Cæterum quod prudentiam hîc in Deo concessi, caue accipias de prudentia humanæ simili, hoc est præsupponente deliberationem, cúmque ei accedente, sed quod circa omnia Deo à nobis attributa seruandum esse sæpe monui, resecandæ sunt hîc fæces potentialitatis, & non nisi pura prudentiæ perfectio Deo assignanda, quod item monuit Siren. 5. de fato c. 10.

Prouidentia diuinam fœlicitatem non temerat.

170 Hoc maximè prætendebat Euripides vt vidimus, cum ex tanta cura administrandi vniuersi, turbandam fore diuinam fœlicitatem, in tam multa distractio, ac velut dissipato intellectu diuino, & voluntate non modicam anxietatem ex tam multis quibus tam variè prouidendum est, subeunte. Ita penitus contingit philosophari crassa ingenia, dum diuina humano modulo æstimant; vt ad sequentem difficultatem dicam ex Iamblicho, & pulchrè Aurei poëmatis de prouidentia inter Prospe-

ri opera, hæc inter alia:

Est igitur Deus, & bonus est, & quicquid ab illo
Effectum est, [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] querela
Omnem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] credidit, ipse
Et [illegible] [illegible], nihil non rerum [illegible] ab illo.
Sic nihil est quod fiat quod [illegible] [illegible].
Nam [illegible] Dei [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]
Ne [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] liberet
Confusam, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].
O [illegible] in tenebris [illegible] [illegible] [illegible].
Et [illegible] corporeis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Qui nostra [illegible] [illegible] & [illegible]
Audetis [illegible] Deum [illegible] [illegible] [illegible]
In laudem [illegible] [illegible], [illegible] beatum
Creditis esse [illegible] [illegible] [illegible] ferre.
Anquia [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] tenetis.
Sub [illegible] [illegible], [illegible] est in [illegible] [illegible]
Partiri [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Cúmque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Non fert [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Et si [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible].
Blanda [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].
De Domino hæc sentire [illegible] est, [illegible] semper eundem
Nil grauat, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Alia

Alia multa in hanc rem disserit Simplic. in cap. 38. Enchiridij Epicteti quæst. 2.

171 Longè itaque consultiùs & Deo digniùs Auctor libri de mundo ad Alexand. cap. 7. proposita Diuina prouidentia & numinis vi per vniuersum mundum pertinente, subdit quasi præoccupans eam quam aduersarij prætendunt Diuinæ beatitatis ex tanta rerum & negotiorum mole violationem: *Neque verò illi ipsi itidem vt principibus mortalium, opus est aut artificiosa molitione, aut alieno ministerio: quando ij propria infirmitate propter operarum decernere rebus conficiendis, & multorum manus adhibent. Illud autem Diuinitati maximè consentaneum, vt formas rerum eventiumque citra difficultatem simplicique motu absoluat: non secus atque illi machinatores solent, qui instrumenti vna demittendo, multos & varios effectus edunt: aut vt illi præstigiatores faciunt neurospasta sub id appellant, quod imaguncular animatas esse fidiculis distrahendis commouentur. Qui cum funiculum ipsi aut neruum adduxerint, cerni ceruicem & manum, quasi animantis simulatri, humerumque vident, & oculum faciunt, interdum etiam omnia membra, idque quadam cum venustate atque æquabilitate motus. Hoc igitur modo natura Diuina ab vno eodemque simplici motu primo, vim suam transmittit in ea, quæ sunt primo continentia, ab illisque subinde in ea quæ longius atque longius absunt, quoad peruagetur per vniuersa.* Hæc & alia in hanc rem Auctor ille, quæ minùs bene percepit Marsilius Ficinus 2. de immortal. cap. 13. cùm dixit comparari eo loco mundi administrationem cum eo tractu quo mouentur corporis membra, ab eo qui neruum quemdam circa nucam positum mouet: simul enim cuncta animalis membra ita mouet, vt singula propriis motibus moueantur. Verùm non de neruo & motu animalis, sed de motu neurospasti, vt vocant, id est imaguncula adhibito fune aut neruo, tam non nisi æquiuocè neruo, loqui eo loco Auctorem libelli de mundo, perspicuum est. Elegantissimum tamen est & perappositum Diuinæ in res creatas omnes administrandas prouidentiæ patefaciendæ, exemplum artificiosi machinamenti, quod adhibet idem Ficinus. Memorat enim visum à se Florentiæ Germani opificis tabernaculum, in quo diuersorum animalium statuæ ad pilam vnam connexæ atque libratæ, pilæ ipsius motu simul diuersis motibus agebantur: aliæ ad dextram currebant, aliæ ad sinistram, sursum atque deorsum: aliæ sedentes assurgebant, aliæ stantes inclinabantur, hæ illas coronabant, illæ alias vulnerabant. Tubarum quoque & cornuum sonitus, & humanus cantus audiebantur: aliáque simul illic fiebant, & similia succedebat quàm plurima, vno tantum eius pilæ momento. Similiter itaque Deus iuxta Ficinum, per ipsummet esse suum tanquam simplicissimum quoddam omnium centrum à quo reliqua quasi lineæ deducuntur, facillimo nutu vibrat, quicquid inde dependet.

Prouidentia, Diuinam immutabilitatem non lædit.

172 Violatio immutabilitatis quæ postea obiiciebatur non tam timenda est occasione prouidentiæ, quàm occasione primæ productionis, vt constabit expendenti argumentum ex Euripide suprà propositum, quod tenerà potiùs impegnat existentiam Dei, quàm prouidentiam. Quia tamen hoc telum ab Atheo, illo & contra Dei existentiam, & dato quòd

Dei omnimoda inficiatio persuaderi non possit, contra eius providentiam insurgentes, ei quoque retundendo est incumbendum: quod difficile non erit suppositis illis quae latè diximus distinct. 7. art. 5. stabilientes Divinam immutabilitatem. Ibi enim perspicuè ostensum est posse Deum ab aeterno velle rem de novo existentem in tempore, nullam novam voluntatem suscipiendo, sed aeternam & antiquam retinendo. Unde in re praesenti concludimus, Deum ab aeterno providisse rebus, praevidendo & statuendo apud se quomodo singula administrari deberent: effectum tamen actuum illorum Deo semper & ab aeterno immanentium, esse temporalem, salva immutabilitate illorum actuum. Pulchrè & accommodatè ad rem praesentem id tradit Iamblicus lib. de mysteriis c. 25. agens enim de Divina providentia vaticiniis docente homines, ut satisfaciat Porphyrio, miranti Deum tam variis modis inservire hominibus, quot sunt vaticiniorum genera, respondet Iamblicus *Deum* (apage enim Ethnicismum & Polytheismum, quo responsionem hanc suam fœdat Iamblicus) *non obsignatio id praestare suo, sed excessu potestatis & bonitatis, & causa omnia in se continentis, dum in seipso manet absque conversione ad subdita, eis pro gradu praeparationis dona & signa largiri, sicut Sol diaphanis, oculisque lumen, atque hoc caeteris. Quia videmus homines fabricata curare, convertere quaedam ad opera, & distrahi ad diversa, & distrahi à seipsis & laborare: ideo similiter suspicamur providere Deum, qui contra, quatenus ad se convertitur, ordinesque sui formarum, quae est inferiorum causa, potenter agit, movet, regit omnia, non distractus per diversa, sed ab uno principio, nutuque simplici vibratus unica; similiter quandam independentiam: neque ipse ad subdita pellitur, sed stans, & plurissime sua reddit sibi cuncta similia. Deus diversa suppeditat variis modis, non quidem distractus ipse, sed indivisibiliter unus, summaque simplicis suggerit omnia, & diversis temporibus suggerit diversa, non ipse per tempora varius, sed aeternus, reddensque mentis & voluntatis illis, motus ac signa, quamvis hi temporalium varietate compleantur, neque in ipsis commutatur, aut distrahitur, sed in una sua forma complectens omnia signa, ut ea exprimat in seipso conspiciens, dum vero voluntatis alia omnia producit. Tanta est exuberantia providentiae, ad ostendenda valde signa.* Et paulò post. *Deus per infinitas quasque congeries catenas, perficit quaedam congeries superarum, ubi ostendit se longè superemmere naturam. Quandam dum sua porrigit signa, non vertitur in eis, neque per illa distrahitur, sed stans in una concludendaque sua forma, comprehendit omnia signa, & illa quasi simplicissima explicat omnia, praebetque nobis argumenta passim praeteritorum, praesentium, futurorum.*

173 Quae Iamblicus de providentia in hoc genere tradidit, facilè poterimus ad universalem providentiae ambitum accommodare cum S. Dionysio epistola 9. ubi tractans quid sit crater quem sapientia propinare dicitur, haec verba habet. *Crater rotundus et patulus cum sit, providentiae omnium (quae initio & fine caret, patensque & amplissima, omnia ambit, & continet.) signum propositus est. Verum quamvis & ad omnia prodeat, in seipsa manet subsistitque in immobili identitate sua, neque prorsus à seipsa discedit, stabiliter firmiterque locata, esse quoque crater stare memoratur. Aedificare autem sibi domum sapientia dicitur, & in ipsa solidos cibos & pocula, craterémque praeparare: ut omni-*

bus

hæc Diuina dignè contemplantibus perspicuum sit, illam esse perfectam prouidentiam, quæ omnibus vt sint, ac benè sint, auctor & causa est: & procedit ad omnia, & in omnibus est, & continet omnia. Atque eadem rursus in seipsa, per eminentem excellentiam, nihil in nobis secundum nihilum est: sed excipitur ab omnibus, ipsa in seipsa identidem ac sempiternè subsistens, stans & permanens, semperque similiter eadem & eodem modo se habens: & nequaquam extra se fit, atque à sede propria, & immobili mansione, atque stabilitate deficit. Verùm & in ipsa prouidentia sua integra perfectaque bonitate, cunctis dispensat, & procedit ad omnia, in seipsa nihilominus permanens, stansque semper & mouens, & neque stat neque mouetur: sed prouidentia (vt ita dixerim) efficacia & actiones, dum stat mobilis peragit: atque dum prouidet, in sua illa stabilitate, Diuina ratione natura, omnino mirabiliter manet. Hactenus Magnus Dionysius.

Optimè cohærere prouidentiam cum Iustitia.

174 Tandem vrgebatur contra Diuinam prouidentiam vexatio piorum, & è contra impiorum fœlicitas, impunitas scelerum, ac fæuientia indiscriminatim fulmina, etiam in res & ædes sacras, quinetiam plerumque vt queruntur aliqui apud S. Augustinum, *percutiens fulmina non modò montem, sed & iustum ac sanctum hominem* (quod contigisse legimus apud Sophro. in prato, cap. 57.) *& non percutiens latronem.* Vt appareat minus aptum esse responsum Lactantij 3. instit. cap. 17. cùm ait, Deum, quod Lucretius querebatur, non disturbasse ædes suas, tametsi sæpe conflagrante tactum de cœlo Capitolium, quod erat Romanæ vrbis & Ethnicæ superstitionis caput summum: sed ideò à Deo disturbatas fuisse ædes illas, quia non erant ipsius. Hæc inquam responsio non potest satisfacere, cùm constet ex dictis, etiam quæ verè sancta sunt, & Deo chara, tangi interdum de cœlo. Apollo apud Euseb. 6. præpar. cap. 4. causatur hac in parte fatum, quâ responsione nemo sanè vti queat, nisi si prouidentiam exscindat. Itaque magna sine dubio & frequenter pusillos vexans, difficultas exoritur, quomodo Diuina iustitia, cum præsenti prouidentiæ ordine cohæreat.

175 Sed hæc obiectio quamuis grauis, vt expendit Boët. 4. de consol. prosa 1. & Isid. Pelus. lib. 2. epist. 137. & August. 2. de ordin. cap. 1. peruersi iudicij partus est: ex eo enim oritur (vt aduertunt & latè refellunt Philo lib. de prouid. cuius fragmentum habet Euseb. 8. præpar. cap. 5. S. Chrysost. orat. 1. de prouid. ac pulcherrimè in Psal. 4. ad ver. 6. & in Psal. 141. *in fine*, ac etiam in Psal. 7. ad ver. 10. & Psal. 114. *non multum ab initio*, & latè Plato apud Theodoret. 6. contra Græcos *ante medium*, & Anaxagoras apud Aristotelem 10. Ethic. cap. 8.) ex eo inquam oritur difficultas illa, quòd sola bona sensibilia iudicantur bona, & sola mala sensibilia censentur mala, et eo quòd in eis lugeatur & eiuletur, *quasi non etiam pueri, in rebus non malis, fleant & lamententur*, inquit Plotinus Ennea. 3. lib. 2. cap. 15. Audi & Senecam lib. de prouid. cap. 6. *Quare tamen bonis viris patitur aliquid mali Deus fieri? Ille verò non patitur. Omnia mala ab illis remouet, scelera & flagitia & cogitationes improbas, & auida consilia, & libidinem cæcam, & alieno imminentem auaritiam. Ipsos tuetur ac vindicat. Numquid hoc quoque à Deo aliquis exigit, vt bonorum virorum etiam*

sarcinas ferunt? Remittunt ipsi hanc Deo curam: externa contemnunt. Democritus divitias proiecit, onus illas bonæ mentis existimans. Quid ergo miraris, si id Deus bono accidere patitur, quod vir bonus aliquando vult sibi accidere? Filios amittunt viri boni. Quidni, cùm aliquando & ipsi occidant? In exilium mittuntur. Quidni, cùm aliquando ipsi patriam non repetituri relinquant? Occiduntur. Quidni, cùm aliquando ipsi sibi manus afferant? Quare quædam dura patiuntur? ut etiam alios pati doceant. Nati sunt in exemplar. Puta itaque Deum dicere, Quid habetis quod de me queri possitis vos, quibus recta placuerunt? Aliis bona falsa circumdedi; & animos inanes, velut longo fallacique somnio lusi. Auro illos, argento & ebore ornavi; intus boni nihil est. Isti quos pro felicibus aspicitis, si non quà occurrunt, sed quà latent, videritis, miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est ista solida & sincera felicitas: crusta est & quidem tenuis. Itaque dum illis licet stare, & ad arbitrium suum ostendi, nitent & imponunt: cùm aliquid incidit, quod disturbet ac detegat, tunc apparet quantum altæ ac veræ fœditatis, alienus splendor absconderit. Vobis dedi bona certa, mansura: quanto magis versaveritis & undique inspexeritis, meliora maioráque permisi vobis, metuenda contemnere, cupiditates fastidire. Non fulgetis extrinsecus; bona vestra introrsus obversa sunt. Sic mundus exteriora contempsit spectaculo sui lætus. Intus omne posui bonum. Non egere felicitate, felicitas vestra est.

Præterea ex eo oritur prædicta difficultas, quòd non attendatur, non modò in hac vita apud quoscumque bona malis tanquam eiusdem catenæ annulos implicari, prout elegantissimè traditur apud Dionem Chrysost. orat. 60. sed etiam quæ bona exceptura tandem sint has ærumnas, & quod homines falsò putantur aliunde lædi quàm à propria malitia; falsò (inquam) ut elegantissimè tradit idem Chrysostomus in homilia eiusdem argumenti, & optimè quoque Plato apud Theodoret. 6. aduersus Græcorum morbum.

176 Aliam responsionem ad præsentem difficultatem, eiusdem omnino farinæ, cum ea responsione quæ ex Plotino ad superiorem difficultatem adducta est, suppeditat Iamblicus §. 11. libri de mysteriis, ubi illata à Diis incommoda vult semper esse supplicia iusta, *et quòd Dij (ut ait præter cætera) non pœnam quandam huius unius tantùm sed totam, uti hanc solam, sed universam ab ante in alterum transeuntis animæ vitam; ac propterea pro meritis in antecedente vita contractis sæpe puniunt in sequenti, sive rogati, sive non rogati. Interea nos qui nihil videmus extra præsens, opinamur absurdè nobis quam nihil contingere præter meritum, dum tamen sæpe in hac vita patimur quæ in alia non intulimus, & quæ nunc facimus, aliquando patiemur.* Ita Iamblicus, ex cuius postremis verbis colligi videtur eum de præcompositione illa agere, de qua Plotinus supra adductus agebat. Quanquam non verisimilius philosopharetur si ageret de demeritis contractis ab inductis à Platone (ut est apud Tertullianum cap. 23. de anima) rationibus præexistentium corporibus animarum. Verba sunt Nysseni lib. de opif. hominis, cap. 28. & 29. id refellentis, quod diligenter etiam fecit Cyrillus Alexandr. in Ioan. cap. 9. & ex recentioribus Crispus distribut. 1. lib. 4. 5. & de Eugub. 9. perenn. Philosophiæ, cap. 28. & 29. Suar. 2. de prædestinat. cap. 4. Bellarm. 4. de amissione gratiæ, cap. 11. & alii, cum quibus nos alibi plenè. Hæc igitur

Ethnica

Ethnica fuligine detersa, non displicet quæ ibidē Iamblichus addit de occultis, sed Deum non latentibus multorum peccatis: vnde contingit videri nobis interdum bonos esse, qui multa patiuntur, cùm tamen non pauca nec leuia peccarint. Quod dictis monui ex Saluiano, & simile dabimus [illegible]tum. Rectè item addit Iamblichus pro ea certa scientia, quam omnium etiam barbarorum pectoribus natura insevit, de bonitate Dei atque iustitia, existimandum nobis semper esse, inæqualitatem illam de qua agimus, nec iniustam nec irrationabilem esse, etiamsi nos viæ omnes, æquitatem eius perspiciendi deficerent.

177 Sed quoniam plenissimè, tametsi non ita multis verbis, huic difficultati satisfecit S. Chrysost. in Psalm. 117. ad v. 4 non grauabor eum adscribere. *Si multi eam* (Diuinam prouidentiam) *non cernunt, propter suarum rationum imbecillitatem non cernunt. Nam ij etiam quorum ægri sunt oculi, ne meridie quidem Solem non vident. Quemadmodum nec qui sani sunt, semper possunt eum oculis fixis intueri, propter summum splendorem: ita nec vniuersa Dei prouidentia perfectè sciri potest, quod omnem humanam rationem longè superet tum prudentiæ & sapientiæ magnitudo. Sunt etiam quædam affectiones, quæ stultis sæpe tenebras offendunt, & efficiunt vt eam omnino videre nequeant. Primum quidem libido & amor voluptatis: auaritia ea etiam quæ sunt omnibus manifesta, prætereunt. Cum ij secundum est ignorantia, & nimia peruersitas. Quomodo ergo non est absurdum, si videas quidem patrem filium verberantem, id probare, & laudare, & vel eo maximè nomine patrem existimare: si Deum autem videas ij qui falsa sunt, pœnas sumere, indignari & ægrè ferre? Quid autem possit esse hac peruersitate deterius, cùm ea etiam quæ sunt inter se contraria, ægrè ferant; nunc quidem dolentes quòd supplicia non exigat: nunc autem quòd exigat? Quando enim viderint aliquos improbos, & in bona aliorum irruentes, dolent eum non dare pœnas: quando [illegible] quod quidem est depravati & corrupti animi. Accedit huic tertium, quòd nesciant quid sit bonum, quid sit malum, sed in rerum iudicio labantur, quòd male doleant, & sint propensi ad iram. Quartū quòd futurum peccatorum rationem non nouerint. Quintum, quòd incertum est & ineffabile, id quod inter Deum & homines intercedit. Sextum, quòd non vult Deus omnia vbique ostendere, neque quòd sufficiant quæ fiunt singulatim. Non oportet ergo nimium contendere, vt in omnibus discas Dei administrationem. De rebus enim [illegible] contendimus, & quæ creatam omnem naturam longè superant. Eos autem qui eam vel aliqua ex parte sunt cognituri, oportet esse liberos ab ijs quas iam diximus affectionibus, & eam videbunt Sole clariùs, licet non omnem: & cùm eam didicerint, pro vniuersa agent gratias.* Hactenus os aureum, quæ opportunissima videntur, ad diruendam potentem illam, & pusillis dirimendis aptissimā machinam, ex bonorum in hac vita miseriis, & malorum rebus secundis constructam.

178 Iungamus huic Chrysostomi disputationi illustrem & multis fertum rationibus Nemesij locum lib. de hom. cap. 44. ad concludendam potentissimæ in speciem difficultatis solutionem. Refert in primis sententiam aliquorum qui *Dei curæ esse aiunt eorum quæ sunt permanentium, et nihil eorum quæ nata sunt accidat, & hanc tamen in Deo esse prouidentiam. Singula verò fortuitò, [illegible], eamque ob causam multa iniqua fieri, [illegible] talis, & vt dicam summatim, [illegible]*

improbos interim inter homines versari, & bonos alios fortunâ pœnâ vexari, alios etiam puniri; quippe cùm, quæ ad rectam rationem & ex lege fiunt, nos omnino contrariam. Vbi autem iniqua ratio, neque lex dominatur, quomodo dicetur quis Deum esse qui procuret? Hactenus illi. Sequitur Nemesij responsio, quæ eadem, difficultatis in qua versamur, dissolutio erit. *Et quidem ferè usuvenit, ut viri boni lædantur iniuria, & deprimantur, & innumerabilibus malis affligantur, improbi contrà & importuni homines augeantur potentia, opibus, honoribus in Republica, cæterisque bonis, quæ ad vitam commodè degendam pertinent. Mihi verò videntur qui hæc loquuntur, quam alia multa ignorare præcepta providentiæ, tum maximè animæ immortalitatem. Nam cùm mortalem esse arbitrantur, hanc vitæ terminis res humanas definiunt: deinde prava, & perversa habent de bonis iudicia. Eos enim qui opibus circumfluunt, & dignitatibus insigniuntur, & cæteris fluxis, caducisque bonis gloriantur, felices esse, & beatos iudicant. Animi autem bona, pro nihilo ducunt, quæ multis corporis, & externa bona antecellũt. Præstantiora enim bona sunt, quæ verum sunt præstantiorum. Itaque tantò virtutes, divitias, sanitatẽ, & cætera excellunt, quantò anima corpus antecit. Quare cùm solæ tum cum alijs coniunctæ hominem beatum reddunt. Cum alijs in latitudine, solæ, & per se in circumscriptione. Nam virtutis quæ sunt, partim circumscriptè intelliguntur, ut habitum; partim latè, ut actiones: nam de actione si dicas modicè demas, quod relinquitur actionis est. Item beatitudini in latitudine intellecta, si detraxeris corporis & externa bona, solasque virtutes reliqueris, nihilominus beatitudo manet, ipsáque sola virtus seipsa ad beatè vivendum contenta est. Omnis ergo bonus, beatus, & omnis improbus miser, etiamsi omnibus prosperis fortunæ bonis quæ dicuntur, abundet. Quæ tiam multitudo ignorat, solos beatos dicens, qui & corpore probè sunt affecti, & externis. Quare providentiam reprehendunt, qua providentia res humanas, non solùm ex his quæ sensibus notantur, sed etiam ex fine, & propria præcognitione administrat. Nam etiam Deus non nescit bonis viris expedire paupertatem esse, eosque sensum opes, si dentur, depravaturas, multis tamen ea importare sine nocere. At qui opulentos & sæpe importunissimos fore videt, si opes (ad luxuriandum enim, aut ad adiuvandos homines, aut ad alia quædam prava facinora animum adiungerent.) paucis illis amplas permittit. Itaque & ad suscipiendos liberos, & ad vitandos famulos, sæpe nobis utilis paupertas fuit. Esset enim etiam solus intemperans, si & liberos impudens, & famulos prædives haberemus. Non enim nihil etiam venientium præsentimus, & ea quæ instantem actionem spectant, non solùm de ijs quæ in rebus humanis eveniunt, iudicamus. At Deo etiam futura, tanquam præsentia sunt. Sed hæc quidem contra eos, qui providentiam damnant, disputata sunt.*

179 Præter hos subruunt latissimè fundamentum illud impietatis Gulielm. Paris. 1.2. de vniuerso, c.5 & 6. Author poëmatis de prouidentia falsò creditus Prosper, *versa fuerit*, cùm disputat cõtra Epicurum, Chrysost. in Psalm. 8. *sub finem*, Ambros. 2. de Cain & Abel cap. vlt. Philo l. de prouid. apud Euseb. 8. præpar. cap. 5. Saluianus præsertim *sub initium* libri tertij, Æneas Gazæus in Theophrasto, Lupus Abbas epist. 2. & 54. Synesius l. de prouid. Boëtius toto l. 4. de consol. August. 1. Ciuit. cap. 8. Dolendum est intercidisse librum, quem de hoc argumento à se contra Ethnicos editum, testatur Isidor. Pelus. suprà. Ex externis optimè idem præstat Epictetus apud Arrianum l. 1. cap. 17. Plutarch. de sera Numinis vindicta

&c

& sub finem opusculi *quid non possit quis iucundè viuere iuxta Epicurum*. Seneca opusc. de prouid. & 2. de benef. cap. 4. 5. & 6. & 28. Iamblicus l. de myster. 5. 31. Himerius Sophista apud Photium cod. 243. in declamat. de hac re contra Epicurum. Denique excurrunt etiam in hoc campo ex recentioribus Muretus in prælectione præfixa libro Senecæ de prouid. Sirenus 5. de fato cap. 19. 20. & 21. Medina 1. parænes. cap. 4. *num agit de sacra* [illegible] Viperanus toto l. 3. de prouid. Viues 1. de veritate fidei cap. 9. Viualdus in opere regali, tractatu de pugna sensus & intellectus, & alij allegati refellendo errorem Atheorum, inter quos non postremi qui prouidentiam inficiantur, vt Saluian. 4. de prouid. notat.

180 Itaque argumenta quibus Epicurus prouidentiam impugnabat sunt omnino inania, & ex corollariis quæ ex eius sententia cum Lactantio suprà intulimus, manifestè habetur rectè ab eodem Lactantio pronunciatum fuisse, nullum ægrum ineptiùs delirasse Epicuro sano & vigente. Ille verò modus quo vt ad calcem obiectionis tactum est, affirmabat omnia coaluisse ex concursu atomorum, prorsus ridiculus est & non nisi mentis expertem auctorem habere potuit, vt euincunt quæ disputat Minut. num. 14. Lactant. suprà & lib. de ira Dei cap. 10. latè Clem. Rom. 8. recognit. Plotin. Ennead. 3. l. 1. cap. 1. & pulcherrimè August. epist. 56. annotans illud præcipuè in his deliramentis, & vt etiam paulò post addit, sententiarum portentis, dolendum esse, quod non sufficiat ea enarrari, vt nulla cuiusquam disputatione aduersante respuantur. Quod autē præterea ex Lucretio Epicuræo & aliis addebatur de fulmine res sacras tangente multis quoque interdum Christianos, vt olim Cassiopium Presbyterum, cui respondit Isidor. Pelus. l. 1. epist. 73. Deum hæc non impedire *ut dum fiat aliis* (addit & personis sibi dilectis,) *minorem partem*, [illegible] *peccant eximat*, [illegible] *expectantibus. Flagellis enim alios, quia* [illegible]. Patitur verò Deus percuti iustum, aut certè tuppam & montem, non latronem, quia adhuc latronis resipiscentiam quærit, & perinde bonis est hac aut illac vita excedere, vt rectè disputat huic ipsi difficultati contra prouidentiam à nonnullis motæ, respondens D. August. in Psalm. 148. ad illud *Ignis, grando*, &c.

181 Tandem quod spectat ad vitæ terminos ex quibus postremò ducebatur argumentum, rectè in ipsa difficultatis propositione assumptum est, diuinam manum in ea vitæ prorogatione vel intercisione interuenire. Eam enim ob causam constitutos à Deo vitæ nostræ terminos legimus, & apud eum esse numerum mensium nostrorum, ideóque etiam aliquos præmaturè rapi, alios autem mori in tempore non suo, & Deo præcidente vitæ telam, non dimidiare dies suos. Ad quæ loca præter similia multa quæ addit, respexisse videtur sanct. Athanasius in Apolog. de fuga sua circa medium dicens, *vnicuique mortalium tempus vitæ dimensum esse, non fortuito casu vt nonnulli Ethnicorum fabulantur, sed prout ipse conditor pater tradidit vnicuique definitum esse. Id enim scriptum est, & apud omnes constat: tametsi ignotum habeatur, & lateat omnem mortalem, quando aut quantum vnicuique temporis admensum est; sed tamen quisque terminum habet & vitæ, & ætatis, autumni & hyemis sunt certa tempora, ita quo*

quoque vt scriptum est, tempus viuendi & moriendi esse. Idem luculenter tradit Prosper 2. de vocat. gent. cap. 22. vitæ metas multiformiter inæquales, ad Deum vitæ & mortis arbitrum reuocans, quem secundùm altissimam scientiam suam decreuisse docet ortum atque discessum quo quisque in hunc mundum venit, aut ab eo discedit. Et idem expressissimè tradit Iulianus in Catena Græca in Iobum ad illa verba capitis 14. *constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt.* Vbi consentiunt passim alij, præter Caietanum, qui Hebræum textum secutus, negat eo loco quicquam asseri, nisi sub conditione. Sed vt ab imis radicibus euellamus difficultatem propositam, quæ hinc augeri potiùs quàm tolli videtur, duo breuiter exponenda sunt. Primum quomodo Deus terminos vitæ mortalibus statuat, quandoquidē quòd aliquo tandem modo eos statuat, extra controuersiam est iuxta proximè dicta. Alterum quod directius ad difficultatis dissolutionē pertinet, quomodò Diuina prouidentia in ea impiorum longæuitate, & breui piorum, aut minùs malorum, vel innocentium duratione, salua maneat.

182 De primo enim qui simpliciter statuant Deum antecedenti & absoluta voluntate, vitæ diēs & mortis indeclinabile punctum, cuique hominum sanxisse. Ita enim sonare videntur loca suprà indicata, nec alia fuit Platonis sententia si Nemesio credimus cap. 38. de homine. Dixit enim Plato (Paulini verba do ex epistola ad Ioniā.) *Diuina decreta siue fata, vitas hominum vere de calathis, aut trutinare de lancibus. In gremio enim pensum necessitatis exponunt, & tres ei filias addunt connectentes & versantes fusum, & per fila labentes, hoc finibus lanificæ constituere vel consilio tuo terminum, & tempora eius finem decreuere.* Sed vt Platonis mentem prætermittamus, Sanè Ethnici, vt est apud Iustinum quæst. 55. ad orthod. videntur passim ita vsurpasse fati nomen, vt constabit expendenti interrogationem illam, & eam cum responsione conferenti.

Nec verò potest huiusmodi placitum conuelli ex eo, quòd plerique vita excedant non sine scelere suo, (nempe qui sibi vim inferunt, aut morti imprudenter ac cum culpa se exponunt;) vel alieno (vt quibus iniustè vita eripitur.) Non patiatur enim Diuina sanctitas quæ malum culpæ abominatur, vt dicamus, Deum, mortem illam atque adeò etiam coniunctum ei scelus decreuisse. Quasi in his & his circumstantiis in quibus aliunde mors non impenderet, & tamen subeunda omnino esset ex Diuini decreti immutabilis, necessariū sit, ne Diuinum decretum reddatur cassum, homicidam vrgeri à Deo ad facinus. Non potest inquam hoc conuelli placitum illud; facilè enim responderi posset, Deum sanxisse antecedenter, mortem tunc subeundam; modum autem nōn item: sed cum Diuinum decretum possit variis modis mandari executioni, etiā absque culpa, (vt si ipse Deus immediatè spoliet hominem vita, per abruptionem continuationis, vel si per nimium humorum appulsum suffocet calorem internum,) quorum modorum aliquem Deus omnino vsurpaturus fuisset ad sui illius decreti executionem; peracta mala homicidæ voluntate nihil vltra sanxisse circa medium causandæ mortis, & medium suum illud decretum antecedens perficiendi.

183 Quare argumentandum potiùs videtur cum Nemesio c. illo 38.

ex

ex indeclinabilitate mortis in tali puncto, & ex frustrà adhibendis precationibus ad Deum, ac pharmacis pro vita proroganda, si placitum quod excutimus admittatur. Nam si fixum est vt eam horam vel momentum non excedamus, idque Deus antecedenter & absolutè sanxit, quis poterit contra Deum niti, & tentare robustam illius manum impedire? Quódve pharmacum Dei ineluctabili voluntate potentius esse poterit, vt vitam proroget, quam Deus omnino velit sublatam eo momento? Quòd si quis prætendat adhiberi à nobis preces & pharmaca, quia nescimus an Diuina voluntas absoluta, ferat vt eo tempore de vitæ statione excedamus: vrgebitur tamen, quia iuxta aduersarios si Dei voluntas alium nobis vitæ finem præfixit, frustrà adhiberentur remedia declinãdæ nunc morti, nec enim nunc moriemur. Si autem Deus voluit hoc esse punctum vitæ vltimum, moriendum omnino est sine comperendinatione. Itaque frustrà quoque preces & pharmaca, ob illam mortis, Diuinitus pro vno aliquo momento præfinitæ, ineuitabilitatem. Tetigit hoc argumentum Iustinus q. 55. ad orthod. negans definitum esse vitæ cuiusque tempus quia, vt ait, quod à Deo definitum est, id inuiolabile & ineluctabile est.

184 Itaque aliter exponenda est constitutio terminorum humanæ vitæ facta Diuinitus, si sermo sit de morte quam Deus causis naturalibus permittat. Nam si contingat aliquos subitò, v. g. in scelerũ pœnam subduci, & Diuinitus è vita tolli, mutato supra naturam cursu causarum, non est dubium quin Deus eos vitæ terminos posuerit, nec possit homo eos excedere, positâ liberè culpâ ob quam mors decernitur. Supponimus enim triumphatorem nolle parcere, sed velle pœnas sumere, ideóque non apposuisse conditionem de proroganda vita si rogetur, aut homo redeat ad cor. De his tamen extraordinariis casibus non est quæstio, sed de illis qui ex hostili naturalium causarum dispositione vitam finiunt, cuiusmodi vt plurimum sunt, etiam illi quibus Diuinitus in scelerum admissorum pœnam mors obtingit; quoniam respectu illorum Deus causas illas vitæ ereptrices, aut ita disponat vt mors sequatur: (si peccatum non inuoluant,) aut aliter disponendas, ipse supra naturalem cursum aliter aptet, & immutet: aut permittat disponi vt necesse est ad vitæ ereptionem, si inuoluant peccatum. Vniuersè autem rem hanc exponere commodè possumus, dicendo quòd cum Deo de mundi dispositione & causarũ totius vniuersi apta serie, apud se deliberanti, (vt more nostro rem explicem,) variæ causarum, superiorum & inferiorum, necessariarum & liberarum, combinationes occurrerent, secundùm quas homini sic vel sic affecto, & tali ac tali casu eueniente, moriendum hoc vel illo tempore fuisset; Deus pro variis causarum illarum institutione aut permissione, delegerit hanc potiùs causarum à se prouisarum, hoc est vel instituendarum vel permissarum, & euentuum illas consequentium, seriem, ex qua contingeret, vt homo hoc potiùs tempore vi prædictarum causarum & euentuum, quàm vllo alio moriatur. Non quòd mors sit homini in vllo aliquo puncto simpliciter indeclinabilis, & vel ab ipso Deo immediatè inferenda, si alia causa desit, ne Diuinum decretum antecedens reddatur cassum, quod primi placiti auctores asserere coguntur: sed quòd hæ causæ à Deo

intentæ aut permissæ, quibus mors spectata vi naturali ipsarum absolutè declinabili euenitur, non vincantur vi pharmacorum, aut naturalis industriæ & sedulitatis: Nec Deo visum fuerit, precibus, quas fortè fundendas prænoscebat, adduci, vt naturalem illum causarum cursum ex quo mors secutura est, extraordinariè immutaret, sicut interdum immutat, quia iam inde ab æterno statuit misericorditer flecti precibus ad hoc fundendis, vt rectè docet S. Gregor. 12. mor. cap. 1. Quod seclusa voluntate omnino absoluta mortis tali puncto ab homine subeundæ, ex ipsomet Deo concepta, & nullam homini liberam conditionem innuente, facilè intelligitur.

185 Sic igitur Diuina voluntas de morte hominis in nostro casu, non est antecedens, sed subsequens talem causarum & euentuum ordinem, hominis studio ac diligentia non impeditum, vt plerunque impediri potest: & cùm non potest impediri, artem vincente morbo, inimpedibilitas illa, non ex antecedente aliqua Dei voluntate, mortem in hoc puncto, & vitæ terminum absolutè decernente, proficiscitur; sed ex eo quòd naturalia agentia applicata, non habeant proportionem maioris inæqualitatis ad vim hostilem, qua temperies vitæ tuendæ necessaria, euertitur. Docuit apertè hanc sententiam Elias Cretensis in 1. Nazianzeni orationem ad §. *Id porrò hæc demum*; expendens enim quod dixerat Theologus nempe *laborem artis medicæ circa corpora versari* [illegible] *materiam omnino eandem* [illegible] *que fere* [illegible] *perpessuram* [illegible] *Nam enim aut morbi* [illegible] *aut* [illegible] *extinguunt, naturæ legi* [illegible] *tum, nec fines suos excedentem.* Hæc ergo cum Theologi verba expenderet Elias ita ait. *Hæc verba illud* [illegible] *quod post* [illegible] *Dei* [illegible] *corpusque in* [illegible] *Non tamen omnino* [illegible] *certa hora.* [illegible] *Medicina* [illegible] *perturbationem* [illegible] *inter corpus & animum est, solutionem* [illegible] *non tamen sine Diuina* [illegible] *voluntate.* [illegible] *Cum tamen alii* [illegible] *à Deo quidem* [illegible] *Cui* [illegible]. Hactenus Elias, Nazianzenum quoque in nostram sententiam adducens. Ex quo satisfactum abunde videtur priori illi quæsito, quod ad plenam difficultatis propositæ enodationem suscepimus exponendum, satisque manet Diuina circa humanæ vitæ finem prouidentia, vt patet ex eo quòd illum causarum ordinem eiusque euentus ex quibus mors consecuta est, non modò præuiderit, sed etiam sapientissimè, vel approbauerit, vel permiserit, & in finem consentaneum direxerit.

186 Posteriori autem quæsito supra proposito, scilicet cur Deo de humanæ vitæ fine curam gerente & prouidentiam habente, mors interdum præcox bonis obtingat, tarda impiis, late satisfacit Abul. 4. Reg. 21. q. 10. Dicendum autem est non semper bonis vitam abrumpi præmaturè, nec semper tardè impiis, sed pro Diuini consilij altitudine nunc his nunc illis

peccatorem

præcocem mortem accidere, ac plerumque in scelerum vindictam aliquos Diuinitus è vita eripi longè celeriùs quàm naturalis causarum ordo tulisset, vt elucet in illustri illo exemplo, adolescentis quem propter scelera patibulo appensum, statim à morte, barba & forma & canitie qualis esset nonagenarij, insolenti prorsus specie exhibitum suo tempore, in Hispaniæ oppido Sui propè Valentiam, memorat S. Bernardinus to. 2. serm. 17. ad dom. 2. quadrag. art. 3. cap. 1. Verùm inæqualitatis illius circa vitæ finem, causæ cùm à multis Patribus vberrimè tractentur, perpaucis ex S. Gregorio appositis, rem hanc conclusisse satis erit. Sic ergo ille habet 16. mor. cap. 6. *Creans & ordinans nos omnipotens Deus, iuxta singulorum merita dispensat & terminum, vt vel malus ille breuiter viuat, ne multis bene agentibus noceat, vel bonus iste diutiùs in hac vita subsistat, vt multis boni operis adiutor existat. Vel rursum malus longiùs differatur in vita, vt praua adhuc opera augeat,* (euentum intellige, nō Dei intentionem,) *ex quorum tentatione purgati iusti veriùs viuant, vel bonus citiùs subtrahatur, ne si hîc diu vixerit, eius innocentiam malitia corrumpat.*

187 Versatur diligenter in eodem argumento Nyssenus orat. de infantibus qui præmaturè abripiuntur, latèque ostendit Diuinam prouidentiam insigniter elucere, cùm in pueris qui præcoci morte subducuntur, innumeris peccatis quæ alioqui admissuri præcognoscuntur (en apertum suffragium tanti Patris pro Diuina futurorum conditionatorum cognitione, & quidem certa, cùm eam dicat æquè perfectam esse ac præteritorum, & idem in hac ipsa re tradunt, Nemesius adductus num. 178. & alij allegati num. 28.) Tum in iis qui in summa improbitate dierum malorum inueterati videntur, de quibus latè ostendit quid viuant vt corrigantur, aut vt per eos boni exerceantur. Et vt cum eo concludam. *Nihil fieri sine Deo, ex multis rebus didicimus, nec fortuitum esse, nec temerè currere ea quæ Diuinitus administrantur, nemo non confitebitur. Scimus quòd Deus virtus & sapientia est, & omnis virtus ac sapientia: nihil autem virtuti, rationi, neque sapientiæ aliquid, iniustum est. Neque tam virtus interueniat, administret atque subueniat, id quod cum virtute contrarium ac veritatis particeps non fuerit. Sunt igitur secundum iam dictas causas præmaturè & ante tempus aliqui abripiuntur,* (non item impubes Diu viuentes,) *siue quod etiam aliud præter ea quæ iam dicta sunt, est, assertio inuenerit, hac inuentione atque proposito consilio fieri voluerit.* Simili omnino modo permittes in his & huiusmodi aliis ambiguitatibus circa Diuina de nobis consilia, pusillorum mentes, firmat S. Chrysost. hom. 3. in 2. ad Tim.

Ad argumenta posterioris classis, ac primum ad præsensum tranquillitatis excidium ex prouidentia.

188 Dissoluimus argumenta aduersariorum, inde petita quòd viderentur Diuinis perfectionibus labes inferri, admissa prouidentia. Nunc diluenda supersunt quæ nonnulli prouidentiæ hostes ex eo petunt, quòd prouidentiæ assertione, humanæ conscientiæ tranquillitas eripi, & libertas excindi videatur. Et quidem metus turbandæ hilaritatis animi, in vita omni scelere inquinata, præcipuum, imò si rectè sentimus vnicum Epicuri argumentum fuit, quo adductus est vt prouidentiam inficiaretur.

Nam si datur prouidentia administrans mundum, necesse præsertim est prouideri ab ea hominibus, tum dirigendo eos ad omne bonum, tum rependendo pœnas aut præmia, pro ratione vitæ nequiter aut piè traductæ. Durissimum ergo illis visum est, hoc stimulo mentem perpetuò fodicari, & hac vltricis prouidentiæ recordatione, velut diluti lætitiam sensibilem, quam vndecunque captabant Epicuræi, *non homines*, (sed vt censuit Augustinus tract. de Epicureis & Stoicis,) *porci*; quippe qui de Epicuri sententia in eam solam rem intenti essent, vt se omni molestia eximerent, & voluptate perfunderent: vsque adeò, vt susceptam prolem, quod testatur Arrianus lib. 1. cap. 23. educari nollet Epicurus, declinandæ molestiæ gratia, & pomis ac oleribus victitari vellet, vitandæ sollicitudini condiendorum meliùs ciborum, vt testatur D. Hieron. lib. 2. contra Iouinia. Ipse verò eadem ex causa aqua & pane vesceretur, ex Stobæo serm. 17. & alienum thorum sollicitari nollet ob nimiam curam declinandi damnum inferendum, siue à coniuge cui iniuria inferretur, siue à legibus, vt testatur Orig. 7. contra Celsum *sub finem.* Similitérque vt est apud eundem Arrianum lib. 3. cap. 7. vetabat Epicurus furtum, non quòd censeret malum esse, sed tantùm ob incommoda subeunda cùm fur deprehenditur. Inde igitur factum, vt prouidentiam inficiaretur, eo præter cæteros prætextu, quòd eâ admissa viuendum sit homini in perpetuis angoribus, & carendum meracitate voluptatis, quæ apud eum est summum bonum.

189 Refellit potenter hunc errorem Plutar. lib. contra Colotem Epicuræum, & altero cui titulus est *quòd non possit quis iucundè viuere iuxta Epicurum*, & alibi non semel. Loté demonstrans veram animi iucunditatem non abnegatione prouidentiæ aut vitæ per qualescunque voluptates inquinatione, sed conformatione operum nostrorum ad virtutis & prouidentiæ regulas, contineri. Sed nominatim posteriore illo opusculo num. 23. prosequitur summam delectationem, quæ viro bono ex Diuinæ prouidentiæ consideratione obtingit, cuius iucunditatis defectum, esse condignum Epicureismi supplicium ostendit. Multum etiam in hoc errore conuellendo est Epictetus apud Arrianum variis locis, ac nominatim lib. 2. cap. 20. vbi aliquoties reprehendit Epicurum quòd se tot libris conscribendis conficeret, tantùm ne quis deciperetur opinione qua existimet Deum curare res humanas, vel ne quis aliam boni substantiam esse existimet quàm voluptatem. *Hæc* (inquit) *si ita se habent dormi potius, & ea facito quæ vermem similem quibus tu te ipse dignum iudicasti. Ede, bibe, indulge veneri, egere, sterte, ne cures quid alii sui de rebus statuerint*, &c. Seneca item non semel, ac nominatim libro de tranquillitate animi, & lib. de vita beata, longè aliis terminis circumscribit veræ iucunditatis rationem quàm fecerit Epicurus: & tantùm abest vt sentiat cogitatione inuigilantis nobis prouidentiæ minui tranquillitatem animi, vt potiùs inde maximè prosici syncerам mentis voluptatem, existimet. Quam in rem multa adduci possent si excurrere liberet in ea quæ sæpenumero de hac re Patres tradunt, ac nominatim Chrysost. in 1. ad Cor. serm. 22. & ibidem serm. 37. & serm. 2. in 2. ad Corinth. *in parte morali.* Sed consultò ea omitto quodque cæteroqui ex Patribus ad solatium iustorum ex

prouidentiæ

prouidentiæ in nos definitione peti possunt, ferè spectent ad prouidentiam supernaturalem, eiusque tenorem ac proposita per eam præmia, in quæ intendere non est præsentis instituti.

Libertas creata, rectè cum prouidentia cohæret.

190 Iam quod pertinet ad excidium libertati humanæ à prouidentia impendens, respondendum est, qui ita obiiciunt timuisse vbi nõ erat timor. Nam prouidentia Diuina si rectè explicetur, nullo modo temerat libertatem creatam, sed potiùs magis confirmant se inuicem libertas & prouidentia, vt dixit Hierocles apud Photium cod. 251. & dilucidè infra ostendam. Ago autem de prouidentia Diuina prout respicit actus merè naturales, quia memini me naturalē Theologum; prouidentiam verò supernaturalem quæ respicit actus nostros liberos supernaturales, certum quidem est nullatenus temerare libertatem, tamen quæ suprà nos, nihil ad nos.

Vt ergo perspicuum fiat prouidentiam Diuinam intra fines dumtaxat naturales spectatam, non temerare libertatem creatam; distinguendum imprimis est de actibus Diuinis prouidentiam quasi integrantibus. Alij enim ad intellectum, alij ad voluntatem pertinent. Priores, certum est cohærere cum libertate actuum nostrorum in quos tēdunt. Quod si aliqua difficultas esse potest circa præscientiam, non est quòd in ea hæreamus, quia perspicuè dissoluta iam suprà est cùm de Diuino intellectu disputaremus.

191 Tota ergo difficultas huius loci propria, spectat ad actum Diuinæ voluntatis in prouidentia inclusum, quem necesse est concipi efficacem, si voluntatis libertas lædenda per eum est; & quidem ita efficacem, vt vi eius demittatur aliquid in voluntatem creatam, quo ipsa ad agendum vrgeatur, siue quod demittitur sit vis aliqua & actus primus actionē quasi extorquens, siue sit ipsamet actio ad quam secum coëfficiendam nos abripiat Diuinus ille actus. Nam si neutro ex his modis, actus Diuinæ voluntatis potentiam nostram moueat, & ad agendum adigat, nullum poterit creatæ libertati imminere periculum à Diuino illo actu quantumuis potenti & efficaci. Si quidem voluntas supponebatur esse ex se libera, & domina sui actus: ita enim nunc supponimus, quia tantùm intendimus libertatem à prouidentia non lædi, quæ difficultas frustrà moueretur, nisi homo ex se liber esset. Quādiu ergo nihil ex iis quæ voluntas libera præhabebat ei auferetur, vel aliquid de nouo addetur, peribit in ea tale dominium. Vi autem Diuini actus nihil extra se operantis, seu purè immanentis, nihil voluntati adimitur, vt per se patet, & nihil etiam additur; ergo impossibile est, Diuinum actum quamdiu præcisè talis erit, seu quamdiu purè Deo immanebit, nec fiet aliquomodo transiens seu potius mouens ad extra, lædere libertatem exercitij actuum nostrorum, quantumuis robustus concipiatur.

192 Ago de libertate exercitij, quia libertas quoad speciem, posset lædi sola subtractione Diuini concursus ad alteram partem præparati. Vt enim voluntas sit libera ad speciem actus, siue ad duos actus diuersos specie, necesse est vt ad vtrumque illorum habeat Diuinum concursum præpara-

rum: quæ præparatio excluderetur per actum efficacem immanentem, quo Deus efficaciter decerneret non concurrere ad talem speciem actuum: tametsi actus ille Dei, esset purè immanens, quia qui talis est sufficit Deo ad non agendum ad extra. Atque ita implicat in adiecto præfinire immanenter vnam duntaxat speciem actuum, & manere liberum quoad speciem; Aliter verò res se habet quoad libertatem exercitij: potest enim dari præparatio concursus ad actum, facta vi actus Diuini purè immanentis, vnde instrueretur libertas creata, nec tamen poni quicquam ad extra, voluntate creata mobilem, quo posito non possit non poni actio à creatura. & tamen simul præfiniri actus immanenter. Atque ita libertas exercitij erit compossibilis simul cum præfinitione purè immanente, seu cum actu efficaci Diuinæ voluntatis habente se per modum puræ intentionis, nec quicquam ad extra causante. Quod declarari potest exemplo pueri, quem pater, potens etiam renitentem adigere, statueret omnino apud se vt aliquid faceret, ita tamen vt decerneret suasionibus primùm rem aggredi, postea tamen illis effectum non sortitis, adhibere vim externam. Quamdiu enim pater procederet tantùm blandiendo, non læditur libertas filij. Quòd si filius, nō adhibita per patrem externa cōpulsione exequatur quod pater intendit, nemo negabit filium liberè exequi, quia vi propositi illius paterni purè immanentis, nulla facta est extra patrem mutatio quæ filij libertatem læserit: quia mutatio illa à qua lædi potest libertas filij, debet esse extra patrem, qualis nulla ponitur vi talis actus purè immanentis. Similiter ergo, licèt Deus voluntates nostras etiam rebelles possit compellere, tamen quandoque non adhibet manum robustam qua adigamur, sed tantum blandè demulcet, aut nos nobis ipsis relinquit, si contingeret vt nos ipsi, sponte & secluso quauis determinatione ab extrinseco, feramur in partem cuius executionem ipse apud se statuerit, nullomodo vetabimur liberè agere. Sicut tamen voluntas patris in casu prædicto erat filio vim illatura, eoque libertatem læsura, posito quod filius non fuisset vltrò voliturus, ita actus Diuinus purè immanens, si homo non supponeretur ex se voliturus, deberet transire in mouentem. Atque ita actus Diuinus qui libertatem non lædebat quamdiu immanebat (quia quamdiu præcisè talis est non inuehit necessariò actionem, sed est talis vt cum eo si præcisè talis maneret, posset poni carentia actionis præfinitæ) transire necessariò deberet in actum illo alio modo efficacem & mouentem, vt contingeret Diuinum decretum efficax reddi cassum: atque ita læderet tunc libertatem, quam non lædit in casu nostro, quia non supponitur esse mouens. Quamuis ob eum transitum actus immanentis in mouentem, necessariò secuturum si homo nō deferret sese, vltrò ac spōte, rectè pronunciare liceat actum sic diuinitus præfinitum esse indefectibilem, tametsi liberum, vt alibi plenè expositum est, vbi etiam tractatū est an ea indefectibilitas aliunde quam ex suppositione futuritionis & determinationis nostræ proueniēs, pugnet cum eo quod de actuum liberorum indifferentia & contingentia asserendum est, proindeque an sint prorsus neganda aliquorum actuum liberorum præfinitiones purè immanentes, an concedendæ. Nunc enim ea illa excutere non placet, quia non

non spectant ad illud quod hic quærimus.

153 Itaque actus voluntatis Diuinæ in prouidentia inclusus per quem lædi posset libertas, non alius est quàm actus ille Diuinus antecedens qui esset efficax transeunter, & se haberet per modum decreti mouentis suo tempore voluntatem creatam, siue in ea aliquid efficiendo antecedenter, & ipsa inconsulta, ex quo voluntati indito, resultare deberet actio; siue potenter abripiendo voluntatem creatam, ad coefficiendum actum præfinitum. Quòd autem talis Diuinæ voluntatis actus, læderet libertatem creatam, supponunt omnes qui impugnant fatum Stoicum, quos proximè allegabo, & videtur per se manifestum: quia actio quæ non elicitur vi dominij quod voluntas habet in eam, seu quæ non ita elicitur vt posset non elici, sed elicitur vi principij extrinseci voluntatem antecedenter ipsa inconsultâ determinantis ad talem actionem, libera non est, vt constat ex notione actionis liberæ; atqui actio quæ ex tali Diuino actu mouente oritur, non oritur vi dominij voluntatis, ergo non est libera. Totus syllogismus quoad omnes propositiones latè confirmatus est agendo de facultate libera, eùmque etiam adhibere & roborare oportebit infrà agendo de actibus Diuinæ potentiæ nobiscum operantis quæst. 5. art. 5.

154 Nunc satis erit apponere luculentam ratiocinationem, qua Nemesius lib. de homine cap. 35. impugnat Chrysippum & Philopatorem aliósque Stoicos, qui ita libertatem humanæ voluntatis admittebant, vt tamen adderent dari fatum, hoc est actum Diuinum actus nostros liberos antecedenter siue per modum causæ præfinientem, atque adeò mouentem: sic enim ab eis vsurpatum fuisse fatum, postea ostendam. Tale ergo fatum nullomodo posse cum libertate cohærere, vt malè existimabant prædicti Philosophi, ita demonstrat Nemesius. *Si eisdem causis positis, vt aiunt ipsi, omnino necesse est eadem fieri, aut fieri posse, vt aliquando sic, aliquando aliter eueniat, quòd illa ex æterno tempore, præfinita fatoque sint, necesse est, & animalis appetitum omni modo & ex omni parte, eisdem causis positis, ita fieri. Quòd si verò etiam appetitum necessariò consequatur, vbi relinquitur quod in nostra potestate est? Debet enim esse liberum quod in nostra potestate est. Esset autem liberum, si eisdem positis causis, in nobis esset aliquando appetere, aliquando refugere: at si necessariò appetitus sequatur, certè etiam facta fiunt, quæ appetitum sequuntur, ergo à nobis fiunt, & natura nostra, & appetitu, & iudicio. Si enim fieri posset, vt appetitum non sequeretur, falsa esset hæc enunciatio. Eisdem causis positis, eadem fieri necesse est. In bestijs & inanimis idem reperietur. Si enim appetitum in nostra potestate ponunt, quoniam naturâ eum habemus, quid prohibet dicere etiam in ignis potestate situm esse, vrere: quoniam natura vrit ignis? Quod etiam aliunde ostendere videtur Philopator, in libro quem de fato conscripsit. Non ergo quod per nos fato efficitur, in nostra potestate est. Nam eadem ratione & in lyra & in tibiarum & ceterorum instrumentorum, animaliúmque ratione & anima expertium, potestate, aliquid erit positum, cùm aliquis [illegible] ad aliquid efficiendum vtuntur, quod prorsùs absurdum est.*

Vides, manifestè à Nemesio poni & probari vtramque nostram propositionem. Nam & affirmat actionem vt libera sit debere talem esse, vt pos-

sito

sito quouis non à nobis pendente, possit esse & non esse; alioqui ait fore vt actiones brutorum & rerum inanimatarum dici possent liberæ, quæ erat maior à nobis proposita. Et præterea (quod in minore assumpsimus,) addit actionem determinatam per fatum, siue (quod iuxta Stoicos quasi resultat idem est,) determinatam à Deo antecedenter non antecessione tantum temporali sed causali, seu per determinationem incumbentem positam nobis inconsultis, non fore liberè eliciendam, eò quòd per talem determinationem exscindatur potestas illa in qua omnes collocant rationem liberæ facultatis consentaneè ad illam libertatis definitionem, *non habent necessitatem, sed potestatem habent suæ voluntatis*. Geminam omnino huic Nemesij ratiocinationi, argumentationem, contra fatum illud Stoicum, ex Diogeniano refert Eusebius 6. præparat. c. 7. & similem quoque aut etiam illustriorem adhibet Plotinus Enneade 3. l. 1. cap. 7. & disertissimè Plutarchus, *sub finem opusculi* de contradictionibus Stoicorum, vbi cap. 40. impugnans Chrysippum, luculenter ostendit inuincibile Iouis decretum, seu fatum, quod Chrysippus inuehebat, vel prorsus tollere libertatem si antecedat eam, potentérque moueat, vel non esse potens ac robustum antecedenter, si libertatem illæsam sinat.

151 Eò ergo rem deduximus vt ad plenam dissolutionem difficultatis quæ in libertatis & prouidentiæ conciliatione reperiri potest, supersit duntaxat expendendum, an actus Diuinæ voluntatis præfiniens actum cuius libertati ex prouidentia timetur, sit actus efficax mouens, siue qui suo tempore sit innecturus effectum transeuntem, ac proinde qui sit antecedens antecessione vera & causali. Quod addo quia certum est Deum ab æterno decernere efficaciter concursum de facto exhibendum actibus illis quos in tempore liberè elicimus, sed quia illud Diuinum decretum, tempore quidem est præuium, cùm sit æternum, secundùm rationem autem subsequitur præuisionem exigentiæ nostræ, & determinationis quâ ipsimet in talem partem nos vertimus, propterea nullum inde periculum creatur libertati nostræ: nec talis actus Diuinus antecedit voluntatem nostram, vt se ad nostrum illum actum determinantem per determinationem virtualem æquiualentem actui elicito & formali, sed potiùs eam comitatur, & vt præuisam subsequitur secundùm rationem, vt in simili dicitur cùm de præscientia. Difficultas ergo nostra est de antecessione habente rationem causæ, mouentis ipsammet voluntatem ad operandum, seu secundùm quam actus Diuinæ voluntatis decernens actum nostrum, talis sit, vt nobis inconsultis ponatur, nullâque habita ratione exigentiæ nostræ, & nihilominus talis etiam sit, vt eo posito non possit actus noster non poni, voluntate per eum potenter mota ad operandum. Si enim talis aliquis actus Diuinæ voluntatis necessarius est ad integrandam Dei prouidentiam, videndum superest quomodo libertas nostra & prouidentia Diuina possint cohærere, qui est huic loco scopus noster. Si autem nullus talis actus necessarius est, eáque prouidentia sine vllo tali actu exprimitur, non vrgebimur difficultate proposita, perperámque hostes prouidentiæ causati fuerint prouidentiæ Diuinæ perfectissimæ, & creatæ libertatis incompossibilitatem.

Contra

Contra placitum Stoicorum, libertatem cum prouidentia ineluctabili coniungentium.

196 Igitur actum Diuinæ voluntatis quo prouidentia completur, esse efficacem antecedenter ad sensum suprà expositum, asseruerunt Pythagoras, Parmenides, Democritus, & Leucippus apud Stobæum in eclogis physicis cap. 8. sed præsertim Stoici ab eodem Stobæo adducti cap. 9. Nam Stoici censuerunt fatum pertinere ad prouidentiam & ad Deum decernentem, vt ex dicto Stobæi capite 9. patet, & ex definitione illa fati quam proponit Diogenianus ex Chrysippi lib. 1. de fatis, vt refert Euseb. 6. præpar. cap. 7. cùm ait fatum à Chrysippo dici, dictum aliquid determinatúmque esse Diuinitus, non exclusa quidem inferiorum causarum complicatione, sed subiecta determinationi Diuinæ potenti & antecedenti, ita vt non sit in potestate nostra sic vel sic agere, ob necessitatem illatam à principio illo extrinseco longè robustissimo. Talem enim à Stoicis assertam fuisse determinationem Diuinam, constat ex refutatione Diogeniani, quæ ibidem apud Eusebium subiicitur; itémque ex Plutarcho 1. de placit. cap. 27. & 28. & optimè lib. de contradictionibus Stoicorum ferè in fine. Agellio lib. 6. cap. 11. & vt videtur ex S. Thoma 3. contra gent. cap. 96. Perspicuè quoque idem de fato Stoico docet August. 5. Ciuit. cap. 8. & Theodoretus initio fati contra Græcos, tametsi ait, Zenonis successores, vocem Himarmenes transtulisse ad res, per prouidentiam, hoc est vt illi interpretabantur, per sempiternam & continuam ac dispositam motionem, à Deo determinatam, quod parum refert ad rem præsentem: Neque enim nouum est vt actus vitales extrinsecè denominantes obiecta, designent quandoque ipsa obiecta, vt docet ipsa vox *denominationis extrinsecæ, & secundæ vel primæ intentionis*. Nunc autem satis nobis est quòd Stoici posteriores, cum rerum creatarum denominationem desumebant à tali Diuinæ voluntatis actu in eas res tendente, nec distinguebant inter fatale, & necessarium seu libertate destitutum, ac proinde negabant se admittere, quod fato fit, fieri vi principij extrinseci, & consequenter absque libertate hominis in quem tale fatum dirigitur. Quæ causa est cur idem Diogenianus & Nemesius cap. 44. de hom. & S. Thom. 3. contra gent. cap. 73. damnent Stoicos quòd cùm libertatem humanam verbo tenus faterentur, reipsa negarent eo assertum fatum, quo posito quippe extrinseco & efficaci, ac (vt sic dicam,) irresistibili principio, inconsultis nobis posito, & tamen cum quo non posset non componi nostra actio, libertas nostra pessum iret. Denique multa pro ea fati Stoici expositione quam proposuimus legere licet apud Sixtum lib. 3. de fato præsertim cap. 6. & 7. & lib. 4. cap. 11. & lib. 6. cap. 3. & 8. & lib. 8. cap. 24. itémque apud Viuem 5. de Ciuit. Dei, cap. 10. litera A.

197 Negandum tamen omnino est Diuinam prouidentiam integrari ex vllo tali Diuinæ voluntatis actu: Quo sensu Plotinus Ennea. 3. lib. 2. cap. 5. negat *actiones nostras humanas fieri ex prouidentia, eò quòd nos ipsi liberè eas obimus*. Quibus verbis non diffitetur prouidentiam, quam toto illo libro, & altero præcedenti astruit, sed tantùm diffitetur prouidentiam constitutam tali aliquo

voluntatis actu, qualem Stoici posuerunt, nempe efficaciter mouente & præcedente determinationem nostram, ac proinde libertati nostræ præiudicante. Quo eodem modo simile dictum Gregorij Nysseni, (vel verà Nemesij,) interpretatur S.Tho. 3. contra gent. cap. 90. Eo autem actu admisso, ego quidem libertatis creatæ & prouidentiæ Diuinæ conciliationem iniri à me posse despero, Quia argumentum quo suprà vtebatur Nemesius non minus mihi videtur ineluctabile, quàm ipsum fatum seu præfinitio mouens, quam ea Nemesij ratiocinatio impugnat. Nec video quà possit patere effugium, cùm repugnare videatur voluntatem esse dominam actus sui, siue posse eum elicere & non elicere pro libito, (hoc enim est esse dominam,) & tamen adigi ab extrinseco ad eum eliciendum. Adigitur enim voluntas, si priusquàm ipsa intelligatur se ad agendum determinare, vrgetur ad operandum, siue indita forti motione ineluctabili, & quæ posita non possit non poni actio, siue per potentem abreptionem eius ad conficiendum actum, qualem abreptionem subit voluntas in actibus illis eliciendis quos Deus operatur in nobis sine nobis: Ideò enim non sunt liberi, licet vitaliter eliciantur. Ratio est quia iuxta D. Augustinum 1. retract. cap. 15. & lib. contra Secundinum cap. 15. *id tantùm est in nostra potestate, quod nostram sequitur libertatem.* Tales autem actus non sequuntur libertatem nostram, sed motionem illam vel abreptionem inconsulta voluntate nostra factam, prorsus quippe ratum & fixum est poni talem actionem, etiam antequam supponatur per nos vllus ponenda & vi talis Diuini decreti, quale ipsummet conscipitur, necesse omnino est poni eum actum, ita vt implicet non poni; ac proinde non apparet quomodo supersit libertas in actu, posita tali Dei circa eum prouidentia, meritoque Nemesius & alij auctores quos retulimus, censuerunt, Stoicos quorum sententiam impugnamus, talem Dei prouidentiam asserendo, simulque addendo hominem nihilominus manere liberum, pugnantia dixisse.

198 Nec dissimilia sunt aliorum Patrum & Philosophorum iudicia de fato illo Stoicorum, omnibus enim præterquàm ipsis Stoicis visum est, fatum illud immediatè Diuinum, seu Diuinam voluntatem homini ineluctabilem, pessundare libertatem, & nullumodò esse admittendum, quoad actiones creaturæ intellectualis: ne simul cogamur asserere omnia hominum scelera referri ad Deum tanquam ad auctorem, frustràque institui supplicationes & orationes. Ita latè August. 5. Ciuit. cap. 9. Arnob. lib. 7. num. 10. Iulianus in parænesi & in orat. ad Antoninum, Prudentius in Hamartig. & lib. 2. contra Symma. Hierocles lib. 1. de prouid. apud Photium cod. 251. Oenomaus apud Euseb. 6. præpar. cap. 6. & ibidem Diogenianus ac Aphrodisæus cap. 7. Plutarchus suprà & lib. de fato. Sed & Græcorum doctissimos quosque, ab hac Stoicorum fatalitate abhorruisse, & quamuis fatum quoad exitus nostrarum actionum admitterent, non tamen quoad optiones seu electiones nostras, sed illud quatenus nostras liberas volitiones respicit, præcisè consequens ad voluntates nostras, testatur Nemesius cap. 37. de homi. eò quòd alioqui perirent exercitium et libertatem, atque adeò à Stoicis ineluctabile

illud

illud Dei decretum intelligentibus, exscindi arbitrarentur. Tametsi Stoici non dicebant in actu signato suum illud fatum esse necessitatem, & destruere libertatem; imò contrarium disertè asserebant, contendebántque non obstante suo illo Diuino fato, attingente fortiter voluntatem, & tamen suauiter eam disponente, nec rationem perturbante, perseuerare in homine libertatem illibatam, vt suprà ostendimus; & nihilominus damnantur ab omnibus tanquam libertatis euersores, conuincunturque *iungere quae iungi est impossibile*, vt rectè contra eos dixit Boet. libro 5. Comment. editionis 2. in lib. de interpret. num. 17. Item probantur in actu exercito asserere, quod in actu signato negant, nempe quòd nulla sit in homine libertas, quandoquidem Diuinum decretum efficaciter mouens quod ipsi vocabant fatum, & dicebant poni inconsulto homine, tale erat vt eo posito non posset non poni actio hominis.

99 Talem ergo Dei circa homines prouidentiam, reiecerunt alij Philosophi suprà adducti, vt mirandum non fuerit eam quoque à Patribus passim reiici, non aliud fatum admittentibus, quàm vel ipsummet vniuscuiusque arbitrium, vt dixit Nyssenus *sub finem* orationis de fato, vel Diuinam volitionem de praestando nobis concursu ad exigentiam nostram, rependendóque praemio aut supplicio actionibus nostris debito. Quae Diuina volitio longè differt à Stoica illa volitione Diuina quam impugnamus, vt infrà perspicuum erit. Omne autem aliud fatum, reiectum est à Patribus, & gentibus quibusque antiquis scriptoribus, siue immediatè Diuinum esse assererentur, cuiusmodi est voluntas illa quam reiecimus, siue mediatè tantùm, cuiusmodi est fatum illud astronomicum, quo Deus, per virtutem coelestibus corporibus impressam, praemouere ineuitabiliter voluntates nostras ad alteram partem, asserebatur à sapientibus Aegyptiis, apud Nemes. cap. 36. de hom. Potenter autem hoc fatum reiecerunt August. 5. Ciuit. per octo prima capita, Nazianz. carmine 51. Nyssenus orat. de fato, Isido. Pelus. & Bardesanes apud Eusebium 6. praep. cap. 8. Plotin. Ennea. 3. lib. 1. cap. 5. Siren. 3. de fato à cap. 14 ad 20. Mirand. 4. contra Astrol. cap. 4. & Marsilius Ficinus in opusculo quod ei Plotini libro praefixit cap. 2. Sed cùm huius vanissimi refutatio alibi fusè adhibita sit, vnicum dumtaxat breuem Augustini locum contra hoc fatū dabo ex tract. 8. in Ioan. Ibi enim Augustinus refellens eos qui Christum fato subijciebant, ita loquitur. *Non solùm Christus non habuit quod appellas fatum, sed nec tu, nec ego, nec ille, nec quisquam hominum. Verumtamen seducti seducunt, & proponunt fallacias hominibus. Tendunt ad capiendos homines, & hoc in plateis. Nam qui tendunt ad capiendas feras, vel in syluis, vel in solitudine id agunt. Quàm infelices vani sunt homines, quibus capiendis in foro tenditur! Nummos accipiunt, cùm se hominibus vendunt; dant illi nummos, vt se vanitatibus vendant: Intrant enim ad Mathematicum, vt emant sibi dominos, quales Mathematicus dare placuerit, vel Saturnum, vel Iouem, vel Mercurium, vel si quid aliud sacrilegi nominis. Intrauit liber, vt nummis datis seruus exiret, imò verò non intraret si liber esset, sed intrauit quò eum dominus error & domina cupiditas traxit. Vnde & Veritas dicit: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.*

100 Neque verò difficile est euin-

cere perfectionem Diuinæ circa actus nostros liberos prouidentiæ, seclusa quauis sterea & antecedenti motione, aut determinatione extrinseca. Quod perfecero si ostendero nullum talem actum necessarium esse ad perfectionem Diuinæ prouidentiæ, sed potiùs hanc totam optimè intelligi alio modo. Quòd igitur nulla Himarmene, & nulla ineluctabilis præfinitio, exigatur ad Diuinam prouidentiam, facilè probatur. Siquidem ad Diuinam prouidentiam concurrunt duntaxat actus Diuini intellectus & voluntatis; actus verò potentiæ exequentis sunt potiùs ipsa executio Diuinæ prouidentiæ quàm ipsamet prouidentia. Propter nullum autem istorum, exigitur actus ille Stoicus quem impugnamus, vt constabit, expensis breuiter actibus Diuini intellectus, & Diuinæ voluntatis, prouidentiam integrantibus, & potentia exequentis per eos actus applicata.

Et quidem actus intellectus Diuini pertinentes ad prouidentiam vel spectant ad scientiam simplicis intelligentiæ & futurorum conditionatorum, vel ad scientiam rerum absolutè futurarum, quatenus aliquarum rerum absolutè futurarum prænotio, potest deseruire ad prouidentiam aliquarum alterius subsequentis. Ad nullum autem ex his actibus necessarius est actus ille voluntatis quem impugnamus: Nam actus simplicis intelligentiæ sunt absolutè necessarij, & omnino præuij ad actus liberos Diuinæ voluntatis, qualis esset ille quem impugnamus. Notitiæ verò quorumcunque futurorum necessariæ sunt posita veritate obiectorum: atque ita si ea veritas constare potest sine actu vllo tali qualem impugnamus, notitiæ prædictæ eum non postulant propter se, vel propter vllam suam perfectionem. Probandum ergo est, veritatem illam obiectiuam futurorum, constare posse per causas suas, absque vllo tali Diuinæ voluntatis actu ineluctabili, quod facilè ostenditur. Nam causæ illæ in casu nostro, seu respectu actus liberi cui Deus prouidet, tantùm sunt, voluntas nostra, & Diuina voluntas qua Deus efficaciter statuit nobiscum cooperari sine determinatione nostra ad agendum; ac denique Diuina potentia exequens suo tempore quod voluntas illa Diuina constituerat, seu eliciens nobiscum actionem, cùm eam exigimus eam efficere. Si enim has causas intelligimus, quantumuis seponamus omnia alia, sufficientissimè intelligimus actionem illam poni posse in rerum natura, & ab æterno verum fuisse actionem illam ponendam esse vi talium causarum tali tempore aut momento.

222 Imò si agatur de actu moraliter malo, non possumus vllum aliud Diuinum actum admittere. Nā actus Diuinæ voluntatis talem actum nostrum ineluctabiliter intendens, quamuis non terminaretur nisi ad physicam entitatem actus cui in talibus circumstantiis inseparabiliter annectitur malitia, nullomodo admitti potest nisi cum præiudicio summæ Diuinæ sanctitatis. Eo enim Diuino actu concepto, fatendum esset Deum ex se velle malū morale, & totius progressus malitiæ in Deum tandem refunderetur, tanquam in primum auctorem: habetque locum grauis accusatio Manichæorum quam refert Simplicius in Epictetum ad c.14. Aiebant enim perditi illi, Deum malum, esse principium ortus & interitus expers, in respectu actuum nostrorum peccaminosorum, robustum, vt loquitur

Simpli-

Simplicius, hoc est antecedenter determinans ad peccati materiale quam ad formale: et sic nulla potest dari determinatio, cum nemo intendens in malum operetur.) Hinc concludit Simplicius, & Deum peccati auctorem statui, & penitus everti libertatem. Tum subdit. *Enimvero ridiculum erat, si ab aliquo robustiore coacta anima eadem fecerint, aut adulterarent, aut id genus aliquid aliud perpetrarent, tum illa malorum quae dicuntur impetum passione, & non sponte delinquere. Nam quae vi & ab invitis fiunt, & a Deo & a legibus ignoscuntur, nec iam ullum peccatum reputantur. Neque enim quisquam id malum facit, nisi a robustioribus causis coactus, talia designavit.* Haec ille & alia in hanc sententiam multa. Tandem concludens, asserere Deum ex se esse talem mali moralis causam, absurdissimum esse, & Deo valde iniurium. Igitur materiale actus mali absque ullo tali Divino actu qualem impugnamus, elicitur per illas alias quas dicebam causas, & de eo prout per tales causas posito, habet Deus perfectam providentiam. Quidni igitur similiter universè affirmemus positis illis causis quas dicebam, & seclusa Himarmene, sufficienter obiici Divino intellectui veritatem actionum nostrorum liberorum quibus Deus providet, ac proinde nullos actus Divini intellectus ad providentiam intervenientes, postulare actum illum Divinae voluntatis quem Stoici invexerunt?

204 Quod autem de actibus intellectus dictum est, similiter dici debet de actu voluntatis providentiam constituente. Poterit enim actus ille intelligi ordinatissimus, & omni sui generis perfectione cumulatus, quamvis careat illa libertatis creatae antecessione causali quam impugnamus, nec ullam aliam imputet Divinae voluntatis actum rationis distinctum, in quo illa causalis antecessio fundetur. Unde habetur actum illum Divinae voluntatis, qui ad providentiam intervenit, eam firmitatem sive ineluctabilitatem & causalem antecessionem non postulare, sive qua est Divinus, sive qua est actus voluntatis Divinae, sive qua pertinet ad providentiam: ac proinde talis firmitas nullomodo est necessaria ad Divinae providentiae perfectionem. Extra sane videtur censuisse Damasc. 2. fidei, c. ult. & dialog. contra Manichaeos *sub finem*, quibus locis, conceptis verbis negat, Deum praefinire actus nostros liberos, tantumque concedit quod eos praesciat. Addidque orat. 1. de imag. Dionysium Areopagitam videri admittere Divinas praefinitiones, sed earum nomine intelligere Divinas ideas. Nemo tamen unquam dicam impegit Damasceno, non bene expositae providentiae.

205 Denique potentia exequutrix vi illius Divinae voluntatis quam admittimus ad providentiam intervenire, hoc est nullomodo causaliter antecedentis voluntatem liberam, potest intelligi suo tempore applicari ad opus, ut ostensum etiam est in praemisso exemplo de exhibitione concursus ad materiale peccati. Quare nullo ex capite Divina illa volitio ferrea & ineluctabilis, necessaria est, ut intelligamus Divinam de actibus nostris liberis providentiam, esse omnibus suis numeris absolutam, & undecumque perfectam, quod bene etiam vidit Siren. 8. de fato passim, ac nominatim cap. 14 & 21.

Vera libertatis & prouidentiæ fœderatio.

His ita positis superest vt exponamus legitimam rationem statuendæ inter Diuinam prouidentiam & libertatem nostram concordiæ, declarando cuiusmodi sit actus ille diuinæ voluntatis, qui ad prouidentiam constituendam interuenit, quandoquidem iam suprà ostendimus totam huius concordiæ difficultatem reduci ad istum actum. Erunt autem circa eum duo explicanda, nempe quandoquidem vi illius prouideri nobis debet concursus quo eliciatur actio nostra, quæ etiam vi illius ordinanda à Deo est in finem debitum cùm fuerit elicita, exponendum esset cuiusmodi sit actus ille quatenus concursum decernens & exhibens, & quatenus actum interueniente Diuino concursu elicitum, ordinans ad debitum illum finem.

102. De priori puncto dicturi plenius sumus infrà exponentes quomodo Deus nobiscum iungat cooperationem suam. Breuiter ergo nunc dico, legitimam huius concordiæ ineundæ rationem ex ea parte, in eo situm esse, quòd Deus nihil antecedenter sanciens circa humanam voluntatem, sed tantùm præsciens operationis futuræ à voluntate, in talibus dispositionibus & circumstantiis constituta, si ipsa per se solam posset agere; decernat applicare se ad eliciendam cum ea operationem, ad quam ipsa voluntas creata supponitur ex se ferri. Nam voluntas priusquàm actu operetur, obiicitur Diuino intuitui tanquam operabunda, siue vt ex se exigens concursum quoad speciem determinatum ad volendum, vel nolendum, hoc aut illud: exigentia autem illa nō fit per actionem actualiter exercitam, vel aliquem actum primum innatum, aut adcommititium. Nam quæ innata sunt perennia sunt, qualis certè non est hæc exigentia, quam constat non semper esse in voluntate. Actio autem de facto posita, & omnis actus primus adcommititius ipsa inexistens voluntati, supponit Diuinum concursum, sine quo nihil fieri potest à creatura. Ergo ea exigentia fit per actionem conditionaliter præuisam, vt à voluntate excudendam in talibus circumstantiis, si Diuina cooperatio non desit; seu si ipsa voluntas posset per seipsam sine Dei influxu agere. Cùm primùm itaque Deus eam dispositionem in voluntate aduerterit, & actionem ex ea orituram si per ipsam solam oriri posset, conditionaliter præuiderit, illico decernit applicare se ad agendum cum ea, & quidem tali numero concursus ex variis qui possunt à Deo nobiscum elici; decisus enim ille numerus concursus, cùm non intersit ad nostram libertatem, nec possit per nos fieri, qui gradus indiuiduales actionum nostrarum non præcognoscimus, Deo tribuendus est, iuxta sententiam probabiliorem. Vi ergo illius Diuini decreti sic formati, exprometur suo tempore actualis concursus, à potentia Diuina exequente, nobiscum cooperante. Nec plura de priori puncto, pro quo vides non exigi præuiam vllam motionem, vt magis loco citato intelligetur.

103. Actionem sic eliciendam, Deus deinde per alium voluntatis vlteriorem actum ratione distinctum, ordinat ad finem debitum, & statuit conuenienti præmio compensare, aut supplicio plectere. Quæ est consummatio Diuinæ de actibus nostris prouidentiæ. Pro hac autem ordinatio-

ne,

ne, nulla vel apparens ratio afferri potest, cur necessarius sit in Deo vllus talis actus voluntatis, qualem impugnamus; sed sufficit Diuina volitio secundùm rationem consequens ad præcognitionem actus nostri, eumque referēs ad scopum à Deo intentum. Atque ita vides admissa scientia illa conditionatorum, quam pro instituto satis confirmauimus agentes de Diuino intellectu, omne genus difficultatum in hac materia euanescere, & illæsam manere libertatem nostram, rectéque dixisse, qui affirmarunt Dei summam prouidentiam cum magna reuerentia nos disponere.

106 Existimo autem hanc sententiam intendisse, non modò Patres fatum Stoicum impugnantes, sed etiam omnes illos Philosophos qui abrogato fato necessitatem inducente (quale ostendi fore omne decretum Diuinum antecedens causaliter voluntates nostras & proinde efficax,) admittunt aliquod aliud fatum Diuinum, consistens in actu aliquo Diuinæ voluntatis, operationes nostras liberè elicitas ordinantis ad finē aliquem, aut eis præfigentis certum supplicium, si malæ fuerint, vel præmium si laudabiles. Quo pacto interpretari debere videmur sententiam Platonis, quam latè refert Nemesius cap. 38. libri de hom. viri quorumcunque doctissimorum & Græcis, vt idem præmiserat cap. 37. Ait enim Plato, & cum eo cæteri Græci, nostras actiones liberas non subiisse fato, sed tantùm quæ ad eas consequuntur, cuius dicti partem priorem admittit Nemesius, posteriorem verò reprehendit, quia existimat Platonem & Græcos illos, per euentus actionum liberarum intellexisse quæcunque ad illa consequuntur, & cum ea faceret fato obnoxia, concludit eos sic sentiendo reddidisse inutiles preces pro huiusmodi euentibus auertendis fusas. Sed verisimilius videtur hos Philosophos tantum intendisse, Deum ex quo semel præuidit actiones nostras liberas, inde sumpta occasione, statuisse quæ esse & inconsultis nobis qui essemus nobis non liberi, deberent consequi ad actiones vltrò a nobis delectas, & quæ præmia aut supplicia prædictis actionibus quas liberè eliciendi præuideremur, essent reponenda. Quod non reddit inutiles preces pro malis euentibus auertendis fusas, quia potuit Deus hoc ipsum et se statuere, vt interuenientibus precibus nostris, concederetur huiusmodi malorum depulsio: non enim decretum illud Diuinum de talis euentus consecutione, statuitur a Philosophis illis omnino absolutum, sed cum aliqua conditione Diuinitus apposita, cuiusmodi potest esse illa, si homo non orauerit. Quamuis ego quidem neque hoc decretum Diuinum circa hos euentus vllo modo ponendum esse, vt intelligantur perfectè subesse Diuinæ prouidentiæ, cùm optimè intelligatur perfecta Dei circa eos prouidentia, posito decreto de cooperando causis, ex quibus illi sunt consecuturi, & eorundem præcognitorum ordinatione ad debitum finem.

107 Cæterùm ad intelligendum quòd Philosophi prædicti illæsam seruent libertatem non obstante prouidentia, sufficeret nobis quòd illi distinctissimè & expressissimè remouent omnem Diuinæ voluntatis actū, mouentem antecedenter voluntates nostras, & earum determinationibus præuium causaliter; sed quòd voluntates nostras ponunt prouidentiam in sola earum, ex quo in actum eruperint, directione, & præmij vel suppli-

cij constitutione. Sanè Hierocles lib. 1. de prouid. apud Photium cod. 251. ita refert Platonis sententiam de prouidentia, vt dicat: *In vniuerso superiora semper dominari inferioribus, omnibus verò Deum, rerum architectum & Patrem; & hoc paternum eius imperium, prouidentiam esse, vnicuique generi conuenientia distribuentem: iustitiam verò subsequentem illam, fatum vocari. Non enim Gentilitiarum temerariam necessitatem, nec Stoicam violentiam, nec quam Alexander Aphrodisæus putat, eandem illi conditionem quam corporum naturæ attribuens, neque astronomicis & deuinationibus insuasificatam naturalem fidem, vt quidam sinunt, prouidentiæ legem esse, sed iudicialem Dei operationem, ordine ac serie iuxta causarum liberarum propositis, ut nostras atque consilia dirigentem.* Multa in eandem sententiam subdit idem Hierocles sub finem eiusdem primi libri, ex mente sua: Rursusque ex Platonis mente, initio libri secundi: vbi latè exponit quo sensu Plato diceret, Deum cumque fortunam, & occasionem, cuncta humana gubernare. Nostrum siquidem arbitrium, iuxta Platonem, est fortuna illa; hoc autem arbitrium, sic operando, præbet Deo occasionem rependendi hoc vel illud, iuxta meritum vniuscuiusque, vnde ait existere fatum. Tandemque lib. 3. concludit, fatum non tollere libertatem, eo quòd fatum nihil aliud sit quàm Diuinum decretum de iis quæ in nostra potestate non sunt, ad iustam mercedem eorum quæ sunt in nostra potestate. Non tollitur autem libertas arbitrij, si penes Deum sit, externa prout vult distribuere, ac singulis pro meritis præmia dare, quod Plato tribuit prouidentiæ, non autem antecedentem motionem voluntatum nostrarum ad actiones nostras liberas. Ita fere Hierocles, quem rectè Platonis de prouidentia sententiam exposuisse, constat ex illis quæ ex Nemesio adduximus, & ex iis quæ habet Alcin. cap. 15. & ex aliis quæ ex variis Platonis locis colligit Marsilius Ficinus ad Plotini quartam Enneadem, lib. 4. cap. 28. Fonius in 2. partem Timæi pag. 197. Viues 5. Ciuit. cap. 1. & 10. & Carpent. digress. 11. in Alcinoum. Vt proinde displiceat, commentans lib. de prouid. parte 2. cap. 25 valdè ambiguam, & de qua nihil sani possit Platonis sententiam asserens, non quoad an sit, sed quoad quid est prouidentiæ: Tum Plutarchus initio libri de fato & 1. de plac. cap. 27. & Apuleius lib. de dogmate Platonis, rectè à Pico supra cap. 14. quoad hoc reprehensi, & Smeltius 3. de fato, cap. 4. & 5. & 8. Iacobus Sanctelius tractatu 6. de Achilleis Caluini, tribuentes Platoni opinionem fati illius quod Stoicis tribuimus, siue quod immutabili & ineluctabili firmitate, vinciat animos & actiones hominum.

108 Et quia Plato æmulari solet Trismegistum, coniectura est, eodem modo accipiendum esse quod apud eum legitur cap. 14. Asclepij, cum ait *fatum esse efficientiam omnium quæ geruntur, semper sibi catenatis nexibus vincta, cuiusque vel ipse Deus vel à Deo*, nempe saltem mediatè & ordinatè. Quæ ferè verba habentur etiam in fine libri de mundo ad Alex. Sensus ergo esse potest, idem qui Platonis, nempe quòd Deus sit prouisor & præordinator omnium, actu entitatiuè immutabili, qui tamen ad nostros actus liberos non terminatur nisi nostras determinationes obiectiuè præsupponendo, vnde libertas nostra salua manet, nec inducitur fatalis necessitas. Et ita Trismegistum

megistum exponit Iamblichus lib. de myst. §. 40. & Ficinus in secundam partem Timaei pag. 158. Imò ipsemet Trismegistus perspicuè videtur ita tradere cap. 14. Pimandri, exponens ad quae pertineat fatum, & humanum animum fato superiorem asserens, quamuis fateatur eum fato decernente pati quae peccatis debentur. Imò eodem modo Stoicos exponunt Picus lib. de prouid. parte 2. cap. 14. & Lipsius 1. physiol. dissert. 14. sed frustra, cùm tam aperta sit mens Stoicorum, & tanto omnium antiquorum consensu intellecta semper fuerit eo modo quem retulimus. Qua etiam ex causa non placet quod Sanctesius tract. citato, Stoicis tribuit assertionem fati ineluctabilis, excluso Deo à serie causarum illarum, in quarum connexione dicebant suum illud fatum consistere. Vidimus enim eos ad primam causam reuocare totam illam fati firmitatem, & ineluctabilitatem.

209 Non existimo me tota hac tractatione longiùs excurrisse quàm fines nostri ferrent, aut rei grauitas postularet. Si cui tamen videbor fuisse paulò fusior, non aliud excusabo quàm quod Simplicius in cap. 38. Enchirid. Epicteti cùm occasione paucorum Epicteti verborum latè tradidisset & Deum esse, & rebus nostris prospicere, & bono fine prospicere. Digna est clausula qua hanc tractationem obsignem. *Longius fortasse quàm hic institutum postulat, explicandis his quaestionibus sum prouectus, eò quòd omnis honestae vitae & perfectionis animi principium, & finis, est ad Deum conuersio, quae & verè de eo sentimus, esse Deum, & consulere rebus humanis, & bene vnaquaeque omnia gubernare: & cùm patremus atque verè tradamus eis, quae ab ipso geruntur, tanquam ab optimo consilio profecta. Etsi enim & per sese audita est anima, & sui iuris, & in sese principia habet bonorum & malorum: tamen à Deo ita est condita, vt se ipsa moueat. Quapropter etiam suae causae tanquam radici adhaeret, & confirmatur, & suam habet perfectionem cum qua Deum cum condidit. Si verò sese inde auulserit & suam quasi radicem, (quantum in ipsa est) deseruerit, marcescit & contabescit, turpis & infirma facta, donec ab integro reuersa, & suae causae connexa, perfectionem suam recuperarit. Neque verò fieri potest, vt verè conuertatur, nisi tribuat his quaestionibus & mentis principiis, & ipsa rationem comprehendat. Quis enim aut ad id quod non sit, conuertatur? aut quod etiam sit, nihil tamen curet: aut quod tamen & sit, & curet, illum curam male fieri ac reddendi studio susceperit?*

QVÆSTIO IV.

Sigillatim de Diuina circa hominem prouidentia post hanc vitam, ex Philosophorum sententia.

210 LVCVLENTA illa Diuinae prouidentiae indicia quae proposuimus, & rationes quas in eiusdem confirmationem adduximus, eò tantùm spectant vt prouidentia Dei circa hoc vniuersum, & specialiter circa hominem in hac vita constitutum, stabiliatur. Nunc vt omnibus suis numeris absolutam Dei prouidentiam astruamus, exponenda est prouidentia, qua Deus circa hominem vita functum vsurus est, poenas debitas, cùm ita feret, irrogando, & praemia benefactis consentanea, rependendo. Nam

quamuis hæc præmij repensio, supposito pacto oneroso & promissione, ad iustitiam pertineat, tanquam actus eius, vt supra tactum est cùm de iustitia Dei ageretur; Tamen ille iustitiæ actus, imò generaliter quæuis præmij retributio, ac etiam pœnæ repensio, ad Diuinam prouidentiam gubernatiuam interueniunt, vt plenius prosequitur Suar. opusc. de iustitia Dei, sect. 3. à num. 16. & sect. 4. à num. 8. Itaque non possumus de hoc Diuinæ prouidentiæ munere, prorsus silere, præsertim cùm responsio ad obiectionem ex inæqualitate sortis bonorum & malorum suprà tractatam, hinc consummanda sit. Quinetiam Hierocles lib. 1. de prouid. & fato apud Photium cod. 251. ait ex huiusmodi pœnæ aut præmij repensione, maximè agnosci prouidentiam, quam tamen idem lib. 2. prout his muneribus distinetur, ait vocari à Platone *meritorum*, & *fortuna ac occasione rectricem*. Nempe *fortunâ*, ratione meriti & demeriti nostri liberi: *occasione* autem, quia ex eo merito vel demerito mouetur Deus, ad sic vel sic rependendum, vt eo loco explicat Hierocles. Cùm autem consulto Christianæ Fidei lumine, hæc præmiorum aut pœnarum post hanc vitam repensio, sit omnino perspicua, nos quid naturæ lumen hac in parte detegat, & quid eo instructi Philosophi attigerint, breuiter inuestigabimus.

ARTICVLVS I.

In exitu animæ à corpore institui de ea iudicium, eique pœnas aut præmia decerni, iuxta Philosophos.

111 IN primis diuinæ prouidentiæ partes esse vt de animabus in excessu è corpore feratur iudicium, communis sensus fert, vt annotauit Tertullianus lib. de resurrect. carnis cap. 3. *Vtar* (inquit) *consciencia populi, contestantis Deum Deorum. Vtar & reliquis communibus sensibus, qui Deum iudicem prædicant.* & lib. de anima c. 33. refert Mercurium Ægyptium dicentem, animam digressam à corpore nõ refundi in animam vniuersi, sed manere determinatam, vt rationem patri reddat, eorum quæ in corpore gesserit. Similis locus Mercurij habetur c. 10. Asclepij *sic* enim. *Cum fuerit (inquit) anima à corpore facta discessio, tunc arbitrium examenque meriti eius transibit in summi dæmonis potestatem, isque eam cùm piam iustámque prouiderit in suis competentibus locis manere permittit. Sin autem delictorum illam nonnaculis aspersam obliuitam viderit, desuper ad ima deturbans procellis turbinibúsque aëris, ignis, & aquæ, sæpe discordantibus tradit.* Idem agnoscit Epictetus apud Arrian. lib. 4. c. 10. inducit enim animam mox in exitu à corpore sic Deum alloquentem. *Quas à te accepi facultates, quibus perciperem possem tuam administrationem, eique me obsequentem exhibere, eius facti studia ego nullam non neglexi. Nunquam in me fuit, ignominia te non affeci. En adsis vt fuerim vsus sensibus meis, vt anticipationibus. Num aduersatus te fui aliquando, impatiens, num ægrè tuli quicquam quod mihi accidisset, aut secus*

ficum te fecerim, ipsum? Nam quo te supplicem efficiam non sum transgressus, ad quem in me genuisti! Pro his quæ dedisti mihi, gratias habeo, satis mihi est quod his usus sum, restituas rursus hæc [illegible], quæcunque usum fuerit loco reponas: Tua enim fuerunt commissa, quem [illegible] te dono te acceperam. Sic ille.

212 Quibus in verbis, ac etiam in iis quæ ex Trismegisto attuli, expendendum est, non tantùm quòd hi auctores iudicium admittunt de animabus instituï, sed etiam quòd statim post mortem, & tunc etiam illico noxias animas ad inferna demitti. Quod disertè etiam agnoscit Plato in Phædone, & ideò quoque Porphyrius apud Stobæum in Eclog. physicis cap. 40. *sub finem* monet curandum omnino cuiuis esse vt benè compositus affectibus de corpore excedat, eò quòd in ipso excessu à corpore subeundum sit examen: Vt appareat non nisi iure poëtico, vel ad pietatem erga mortuos conciliandum, aut leniendum superstitum mœrorem, confictum à Poëtis fuisse, insepultorum animas hic detineri, donec iusta persolverentur. Quod & ad animas Aβorum sine præcoci fato præreptorum, & Biæothanatorum extenderunt. Ita refert Tertull. cap. 56. de anima. *Creditum est (inquit) insepultos non antè ad inferos redigi quàm iusta perceperint, secundum Homericum Patroclum, funus in somnis de Achille flagitantem, quod non alias adire portas inferum posset, arcentibus eum longè animabus sepultorum. Nouimus autem præter poëtica iura, pietatis quoque Homericæ industriam. Tantò magis enim curam sepulturæ collocauit, quantò etiam moram eius iniuriosam animabus incusauit, simul & ne quis defunctum domi detinens, ipse amplius cum illo maceraretur, enormitate solatij doloris nutriti. Sic pietas ad animas insepultas, ad utrumque* consistunt, ut instantia fuerint & bonum corporum structura, & mater esse illi tam temporum.

213 Illustria item sunt quæ ex Philemone & Euripide in eandem sententiam profert Iustinus lib. de monar. *sub medium*: Quorum prior rectè monet si non esset futurum iudicium, & improbi moriendo numinis discussionem & æquitatis oculum omnia videntem effugerent, nihil fore ubilitatum quominus omnia scelera admitterentur. Quare concludit:

Errare noli est & apud inferos iudiciũ,
Quod faciet Deus omnium Dominus,
Cuius nomen formidabile, ne nominare quidem ausim.

Æschylum, & generatim Poëtas, ac Philosophos, in eandem sententiam allegat Theoph. 2. ad Autol. *versus*, & Orig. hom. 7. in Leuit. tametsi hom. 2. in Cantica ait iudicium futurum apud Gentiles Philosophos, incertum semper aut dubium mansisse. Imò fuisse prorsus incognitam Philosophis, hãc Diuinam post hominis morte in pœnis aut præmiis rependendis prouidẽtiam, censuit ex recentioribus Iulius Rugerius de vniuerso Dei verbo, c. 9. Melius Chrysost. orat. in secundum Domini aduentum, affirmat omnes Gẽtiles vno ore fateri iudicium futurum & retributionem, nempe maiori ex parte, & quoad saniores quosque. Nam quod pauci aliqui reclamarẽt, & occasione intemperantiarum fabularum (de quibus postea) iudiciũ post mortem fabulas ducerẽt, testatur & refellit Constant. Magnus orat. ad Sanctorum cœtum c. 10. Itaque consenserunt omnes Ethnici, id est sanior & maior pars, quo eodem modo accipio illud eiusdem Chrysost. hom. 3. in epist. ad Thessalo. *Et Poetæ, & Philosophi, & fabularum scriptores, & omnes in vniuersum homines, de retributione futura philosophati*

 sunt,

sunt, & in inferno complures partes dexerunt.

214 Ex Platone multa omnino luculenta adducit Theodor. 11. contra Græcos *affect. curandos* quibus & iudicij huius æquitas, & iudicum Æaci, Minois, ac Rhadamanti nulla ex parte seducibilium, constantia, & in id vnum intenta cura, describitur, vt agnoscant malúsne an probus fuerit in vita, qui iudicio sistitur, vt iis qui vitam cum laude traduxerint honorem rependant, iubeantque ad dexteram in superiorem cœli locum conscendere, appositis in anteriore parte monumentis rectè factorum, malis verò ignominiam & dedecus inferant, eósque præterea in Tartarum deturbent: nempe vt Erus Armenius 10. de Republ. *sub finem* referebat ad sinistram, in locum inferiorem, appensis post terga, omnium quæ in vita egerint monumentis, ac narrauit ipse Erus, quod ita refert Theodoretus *Signis appositis indicantes sanabilésne an insanabiles videantur.* Hoc etiam ex dictis patebit, an purgatorias tantùm pœnas sustinere debeat, an perpetuas, & qua acerbitate: dispares enim in iudicio illo pœnas decernendas, pro criminum varietate, rectè asseritur c. 10. Asclepij. Pro quolibet autem crimine decuplas pendi quàm hic subeundæ forent, æstimabat Erus supra. Cæterùm an existimarint Ethnici à iudicibus agnosci animarũ præterita opera ex notis & characteribus hinc exportatis, non liquet. Eas tamen notas fictitias esse, indubitatum est: nec qui eas admittit Nicetas 2. thes. c. 62. eas vlla ratione confirmat, nisi auctoritate Nysseni lib. de hom. opif. c. 27. admittentis inesse animæ notã qua possit internosci cuius corporis fuerit, quod tenuit etiam S. Irenæus lib. 2. c. 62. vbi Feuardentius parum aptè eam notã exponit de appetitu innato quo anima feratur ad corpus. Quia tamen hæc quoque nota commentitia est, ruit Nicetæ probatio.

215 Sed quod Minoëm, Æacum & Rhadamanthum delectos iudices, ex aliis Plato, consentaneè ad Poëtarum nugas, ita in Gorgia exponit, vt refert etiam Euseb. l. 12. præpar. c. 5. vt Æacus & Rhadamanthus baculum habentes iudicarent: Minos autem aureum sceptrum tenens, solus sederet, vtriusque iudicium considerans. At apud Lucianum libro de luctu, sententia vulgi Ethnicorum, ita refertur, vt Æacus Regis Plutonis patruelis, ad ipsam inferorum portam quæ est adamantina, custos sedeat, astante Cerbero; Minos verò & Rhadamanthus Iouis filij iudices sedeant. Quod parum abest ab illa Platonis narratione. Venia porrò dignum huiusmodi commentum pronunciat Theodoretus, quod quamuis Plato ex Diuinis scripturis iudicium fore intellexisset, non fuerit tamen particeps doctrinæ Apostolicæ: & vt facilius veritatem illam Græcis propinaret, existimauerit, hominibus inconcussæ æquitatis, quales illi apud Ethnicos habebantur, rem totam esse committendam. Quanquam fuisse homines non vsquequaque laudandos subdit idem Theodor. *sub finem* libri, addens esse etiam qui Minoëm multis criminibus accusent, quæ legi possunt apud Cyrillum 6. in Iulia. ad l. 1. Obseruat tamen Lactant. l. 7. c. 22. Poëtas & fabulones prædictos, non Iouis filios ex cœlestium & immortalium numero, vt Apollinem, Liberũ, Mercurium, sed qui iusti & mortales fuissent, iudices designasse, comminiscentes quod acceperant de iudiciariã omnem potestatem filio propter nos passo traditam, adulterantes.

216 Ad hos iudices deductas animas à Geniis præsidibus & ab iisdem pro

meritis

contrahis desidendi, vel redargui, tradi- tum iam supra est disp. 3. num. 129. cum sermo esset de bonitate respe- ctiua intelligentiarum, vbi allegati in hanc rem Plato, Proclus, & Apu- leius. Nunc tantum addo, videri Tus- culanum affirmare, eas seipsis abs- que ductore pergere in locum quem- libet suum. Ait enim, *Nec animas in eundem locum, nec semper illas sed in suum quamque descendere, vel ex iis quae contin- gant in corpore, patet, quandoquidem pro- pter suam quamque naturam: ac similitudi- nem hanc, Hic caussam, animaduerte. Etenim si in vnum idemque spatium con- tinuerentur homines, aquila, columba, cy- gni, accipitres, hirundines, passeres, mer- gi, cete, serpentes, leones, pardales, lupi, ce- te, lepores, boues, oues, nec non innumera quaedam animalia, et phoca, hydri, te- studines, mixtaque crocodili; ac omnis vbi simul in vnum locum [illegible], homines [illegible] in foro potius ac domi, aquila aetherem [illegible] familiarem, columba proximum aë- rem, accipitres superiorem, hirundines lo- cum domesticum, passeres arbores frugife- ras, cygni locum ad canendum, mergi ter- ram [illegible], cetacea ab illa remota, quate- nus [illegible] ad aërem possint euolare, (si quidem [illegible] hominum de- [illegible] ac locus valet, leones ac par- dales [illegible], lupi solitudines, canes homi- num vestigia, lepores arbusta, boues prata ac stabula, oues pascua, serpentes cauernas, phoca ac testudines cum similibus profun- dos fluuios, aut vel campestrem terram, vel [illegible] aquam desiderent, vnumquodque ad suam regionem [illegible] dulci ten- dunt. Eodem pacto anima quaelibet, siue in hominis degat corpore, siue alia de cau- sa terrenum corpus, locum suum [illegible], nisi quis ex Typhonijs [illegible] progressus [illegible] dicat, ne vel terras in mari, vel in aëre insulas constituat. Quod si ita se gerunt carni & sanguini inclusa, nihil ex- pressius [illegible] agunt, etiamsi puniantur* (si quidem illis pro supplicio est corporibus inclusi.) quanto magis carent de suppli- cio liberatae, & pristinae libertati restitutae? Neque enim verisimile: Nam impe- diri potuisse animas, integras vitae sceleribusque puras, ne locum suum adirent, credebant Ethnici, vt colligi- tur illa Arnobij lib. 2. num. 10. & 16. *[illegible] quas pergentes ad sua de- bita piacula, neque ad sedes remearunt patrias obstacula impedimenta [illegible].*

217 Demum verò Iam superius malorum animas mortuis generis in- cidere in malorum daemonum pote- statem, ex Hermete & Platone do- cet Ficinus 18. de immortalitate cap. 10. Hos enim esse viros illos igneos, qui torquent animas & in ignes ac caenosas voragines deiiciunt referun- tur 10. de Republ. affirmat Euseb. 13. praeparat. cap. 7. Bonorum verò ani- mabus easdem alas affuere, dicebant Ethnici, quibus ad sydera volarent, vt est apud Arnobium lib. 2. num. 26. ibi enim asserebant eas immutabi- libus potiri delicijs; sicut e contra animae improborum grauissimis pro delictorum exigentia supplicijs an- te actam vitam eluunt. Nec de veri- tate illarum deliciarum illi vnquam quantumuis Ethnico, qui quidem immortalem animam admiserit, at- que adeò retributionem aliquam poe- narum delictis debitarum agnouerit, venit in mentem dubitare.

218 Circa supplicia verò impiis apud inferos de Ethnicorum mente a[illegible] adnotandum est, ple- rosque ex Ethnicis videri inferorum poenas aut inficiari aut in dubium reuocare, qui tamen re vera sense- runt esse apud inferos reposita impiis supplicia. Itaque tantum inficiantur adiuncta quaedam suppliciorum, cuius- modi verò erant, [illegible] poetica, & anilia, omnibus ridicula ex 6. dodā

Poetæ, & alii passim. Quo fortassis modo exponere licet illud Iuvenalis Satyra 2.

Esse aliquos Manes, & subterranea regna,
Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras,
Atque una transire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur.

Itémque illud Arriani lib. 3. de Epicteti dictis cap. 13. *Nullus orcus est, nullus Acheron, nullus Cocytus, nullus Pyriphlegeton.* Et denique illud Senecæ Epist. 24. *Non sum tam ineptus ut Epicuream cantilenam hoc loco persequar, & dicam vanos esse inferorum metus, nec Ixionem rota volui, nec saxum humeris Sisyphi trudi in aduersum, nec ullius viscera & renasci quotidie & carpi. Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat, & larvarum habitum nudis ossibus cohærentium.* Similia habet in consolat. ad Marciam cap. 19. & epist. 82. & ita quoque Platonem ac Tullium Cocyti ac Tartari supplicia fabulis annumerantes, interpretatur Engub. 10. peren. Philos. cap. 12. quibus adde Plutarchum in fine libelli, *an bene lateat vivens.* Eandémque fuisse condiscipulis quibusuis mentem, quamuis metu eiusque non semper quid sentirent, palam exponerent, notauit Muretus 11. var. cap. 7. At quod reuera poenas impiorum absolute loquendo non existimarent fictitias, docent quæ addidimus: vt proinde liceret eis vsurpare verba D. Ambrosij libro de bono mortis c. 8. & omnia prædicta fabulis commendabili, non tamen propterea negare verè dari infernum. *Alioquin ipsi (inquit) quid pœnas reformidant* (Ethnici) *Poetarum videlicet fabulis territi, latratus canis infernalis Cerberi, & Cocyti fluminis visum horrescentem, & manium inferni gurgitis Charontem tristissimum, Furiarum agmina, aut præcipitia tartarea, in quibus Phlegethon semper sedem habeat? Tityi quoque viscera reparandis semper supplicijs, quæ vultur immanis sine vlla fine depascitur. Ixionis quoque orbis perpetuam sub pœna seruitute vertiginem, & saxa desuper imminentia, super capita accumbentium inter epulas impendentem ruinam. Hæc plena sunt fabularum: nec tamen negaverim pœnas esse post mortem.* Sic Ambrosius, & idem omnino censuerunt Ethnici prædicti: Senecam saltem & Arrianum non videtur dubitandum adhæsisse Zenoni, qui teste Lactantio l. 7. c. 7. esse inferos docuit, & sedes piorum ab impiis esse discretas, & illos quidem quietas ac delectabiles incolere regiones, hos verò luere pœnas in tenebrosis locis, atque in cœni voraginibus horrendis. Multus & frequens est in hisce describendis Homerus, vsque adeò vt eiectum illum à Platone è sua Republica meminerit Dio Chrysost. orat. 53. non tantum ob ea quæ de diis sacrilegis scripsit, sed etiam ne frequenti illa inferorum commemoratione exsigeret animos, & timidos ac perculsos redderet. Nemo tamen Platonem vnquam accusauit, quod inferorum pœnas negauerit, quamuis commenta illa Poetica non admiserit, saluis tamen veris supplicijs.

219 *Ergo* (vt cum Lactantio suprà inferam,) *errauit Epicurus, qui Poetarum id esse figmentum putauit, & illas inferorum pœnas quæ feruntur, in hac esse vita interpretatus est*, nempe reiectis omnibus alterius vitæ supplicijs. Diligenter & in particulari mentem Epicuri expressit Lucretius, de eius grege poeta lib. 3. cùm enim dixisset non fuisse nos æterno tempore antecedenti, subdit.

Hic

Hoc igitur speculum nobis natura futuri
Temporis exponit, post mortem denique nostram.
Nunquid ibi horribile apparet, num triste videtur
Quicquam? non omni somno securius extat?
Atque ea nimirum quaecunque Acherunte profundo
Prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis.

Confirmat id sigillatim, expositione variorum apud inferos suppliciorum. Vnum duntaxat aut alterum, tanquam specimen appono.

Nec miser impendens magnum timet aere saxum
Tantalus, (vt fama est,) cassa formidine torpens:
Sed magis in vita diuûm metus vrget inanis
Mortales: casumque timent, quem cuique ferat fors.
Nec Tityon volucres ineunt Acherunte iacentem,
Nec quod sub magno scrutentur pectore, quicquam
Perpetuam aetatem possunt reperire profecto,
Quamlibet immani proiectu corporis extet,
Qui non sola nouem dispessis iugera membris
Obtineat, sed qui terrai totius orbem:
Nec prabere cibum propria de corpore semper.
Sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor,
Aut alia quauis scindunt cuppedine curae.

Sed cùm de huiusmodi *suis fabulis suis figmentis veritatem imitantibus* vt ea nominat Nazianzenus oratione 4. *sub finem*, multa passim extent apud Mythologos, & apud Macrobium lib. 1. in Somnium Scipionis [illegible] apponere quae pro simili captorum apud inferos suppliciorum expositione pluribus modis idem Lucretius, qui tandem in haec verba concludit.

Cerberus, & Furiae, iam vero, & lucis egestas
Tartarus, horriferos eructans faucibus aestus,
Haec neque sunt vsquam, neque possunt esse profecto.
Sed metus in vita poenarum pro male factis
Est insignibus insignis, scelerisque luela,
Carcer, & horribilis de saxo iactu' deorsum:
Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, taedae:
Quae tamen etsi absunt, at mens sibi conscia factis
Praemetuens, adhibet stimulos, torretque flagellis:
Nec videt interea, qui terminus esse malorum
Possit, nec qui sit poenarum denique finis:
Atque eadem metuit magis haec ne in morte grauescant.
Hinc Acherusia fit stultorum denique vita.

220 Sic de Epicuri Magistri sui mente Lucretius. Ex quibus patet in haec non iam Philosophorum, sed & hominum propudia, non cadere interpretationem illam, quam in alios quosdam Philosophos cadere diximus. Sed homines profligatae conscientiae, dubium non est hoc quoque fraeno, ne in omnes libidines & scelera effraenes currere inluberentur, carere voluisse. Quod vt de Plinio, homine Atheo, admiremur, suadent illa ex cap. 63. libri 2. *Si vlli essent inferi, iam profectò illos auaritiae atque luxuriae cuniculi refodissent.* Et alia habet l. 7. capite 55. premenda potius quam

quàm promenda. Habes in eodem loco pauci, Iustini æquales Philosophi, Christianus, vt ille ad finem Parænæseos, criminatis, quòd de impiis in igne perpetuo torquendis, voces inanes & terriculamenta effunderent. Hanc verò omnino impiam securitatem, quæ vtinam non ad quosdam nomine tenus Christianos manasset, potenter impugnat Chrysost. hom. 2. de secundo Domini aduentu, & Author epistolæ de malis doctoribus (perperam creditur Sixtus III.) Apponit ex hac nouella. Stabiliverat contra quosdam perpetuitatem suppliciorum, impiis in altera vita repositorum, opponit postmodum sibi de eorum suppliciorum veritate dubitationem, quam sic diluit. *Sed hæc dicta & multa alia huiusmodi, terroris causa, dicta intelligenda sunt, non tamen ita se habere credenda. Tam ergo nec terror erit, si veritatis fides defuerit. Tamdiu enim vnusquisque formidabit rei cuiuslibet periculum, quamdiu pro certo credatur quod timetur; at vbi timoris fides defuerit, timorem quoque ipsum deficere necesse est. Quia nemo tam brutus est, qui id quod non credendum sciat, ipse tanquam perhorrescendum. Sed illud requiro, verum oportet, an non voluerit Dominus, quod hoc non tam veritatis, quàm solius dixisset, causa pauoris? Credo nescis. Namque fieri potest vt quod terroris causa, vt dicitur, fuererat, qua causa fuerit, scire velles, cùm tamdiu hoc timere possis, quamdiu, vt dicitur, [illegible] ipsi, scire non possis. Vnde ergo tibi huius rei scientia, quam [illegible] Deus voluit ignorari? Accipe & aliud. Certè ob bona beataque vitæ profectum, huius comminationis [illegible] formidare Deus voluit, & tamdiu erat profectus futurus, quamdiu non erit, quam timere decreuerat, veritatis insitum perdurasset, quia [illegible] esse & pauor. Pauoris verò de-*

fecerit ipsum etiam necesse erat, [illegible] profectum, etiam tam pauoris [illegible] fuerat, quam causa pauoris extitit. Quid [illegible] quæ ergo [illegible] comminationem, & nequaquam ob profectum humani generis [illegible], prodere se promulgare voluerit, tam contra Dei voluntatem, quàm contra [illegible] fuisse credendus est, & non [illegible] rebellis Dei habendus, [illegible] humanæ [illegible], qui & Deum [illegible] propalauerit, & [illegible] prodesse [illegible], quod vt prodesset, [illegible] (Nam & [illegible] cum Plinio tanquam generis humani prædone, expostulatum esse simili ex causa, vetula distinct. [illegible]) *Et vt manifestius quod dico faciam, [illegible] comparationis vtar exemplo. Rogamus parens aliquem [illegible] filium diligentem, & vt profectus [illegible] terribilia [illegible], vt [illegible] filium formidare [illegible], quæ [illegible] non patitur. Et si quispiam [illegible] erga [illegible] paternæ [illegible] affectus, ingrediatur & dicat [illegible] patris [illegible], & putas eum illum esse crudelitatis atque duritiæ, vt illa [illegible], quæ comminatur, inferre? Absit. Verum [illegible]. Hæc solum terroris causa loquitur, non quia [illegible] pietas [illegible], quod timere, non etiam perferre patitur. Nonne huiusmodi hominem, qui profectum [illegible], & [illegible] pariter auferat, & profectum, tam patri quàm filio obfuisse constituemus? Dum & [illegible] consilium prodidit, & [illegible] animum [illegible] pauoris reddidit [illegible]. Ita & [illegible] mihi videtur tam Deo, quàm hominibus aduersari, qui dicunt, hoc terroris tantum & profectus causa dictum esse. Quod cum qua ratione dictum sit, indicant, nec timeri iam faciunt, nec prodesse. Quia vt sæpius commemorauimus, tamdiu pro-*

fuit

illud proficiat, quamdiu timeatur. Tamdiu timetur, quamdiu ignoratur. At vbi ignorari desierit, desinet & timeri. Et vbi iam timeri desierit, etiam prodesse desistet. Et necesse est, ac si iam sceleri praeduxit, Dei habeatur inimicus, qui vanum atque inutile effecerit, quod ille ad commune constituisse videatur profectum. Hactenus ille, rectè postremò concludens, eum à quo praeterea haec truculatio excogitata sit, alium non posse esse, quàm Satanam.

221 Sed haec ad paucorum illorum confutationem; qui inania terriculamenta olim dixerant, quae nunc dolent esse vera supplicia, satis fuerint. Accuratè quoque eos refellit Chrysost. orat. 4. de prouid. gradúsque quibus in illud Barathrū praecipitarūt his verbis exponit. *Quasi malorum quorundam gradibus ad deteriorem semper opinionem protrusit diabolus, quem semel à veritate auerterit. Erat autem persuasit, temperantiam, aequitatem, reliquasque virtutes negligere, improbè viuere facit, ac tantam perpetuam habere lasam conscientiam, et praemium facinorum improbè admissorum in aliis diminuere, quam improbitatem ipsam penitus dimouerent: Sed hoc non faciens, & animam sibi falsam desiare & ... malorum plenam assingunt. Deinde in hoc reprehensi, & futuri tandem conscij, nullum esse momenti haec praesentia, futura tollunt, omnem de resurrectione sermonem excludunt.*

Demptis his paucis caeteri ad vnum Philosophi quotquot numē atque adeò etiam prouidentiam agnouerunt, ac etiam vt ait Theoph. in fine 2. ad Autolium, qui aliquando conuersi senserunt, tandem mente mutata in melius, reposita impiis post vitam istam supplicia grauissima, quaecunque tandem illa forent, confessi sunt. Haec ad stabiliendam generatim suppliciorum aliquorum in inferno veritatem, quae hoc loco quaerebatur, sufficiant. Posteà enim distinctiùs de iisdem suppliciis ac etiam qualia iuxta Ethnicos essent, inquirendum erit; itémque cuiusmodi iuxta eos essent deliciae repensae iis qui vita piè transacta è mundo excessissent, quae sigillatim posteà exsequemur. Nunc verò ipsos primùm varios status animae corpore solutae, de sententia Ethnicorum, ac praesertim Platonicorum, apud quos plura de iis leguntur, cōsideremus. Aristoteles enim, siue quia in his dubius fuit, vt ait Contar. 1. *de immortal. animae*, siue quia videt ex demonstratione pleraque huc spectantia tradere non posse, aut ne excepte viuendi vsui parum huic tractationi accommodato repugnaret, vt ait Abul. *in parad. de statu animarum post mortem*, intactam reliquit vniuersam hanc tractationem, quod ferè imitati sunt veteres Peripatetici.

ARTICVLVS II.

Triplex vita functorum ordo, anteactae vitae meritis respondens iuxta Philosophos: primùm verò de primo, siue de purgandis duntaxat.

222 IGitur cùm triplex cogitari possit status hominum ex hac vitae statione decedentium, nempe vt alij peccatis leuibus, & vt Plato in Phaedone loquitur, sanabilibus; alij grauibus & insanabilibus; tandem alij nulla peccati contagione foedati, excedant; Totidem quoque in altera vita hominum status agnouerunt Philosophi, secuti Homerum, vt Stobaeus in Eclogis Physicis *in fine capite 40.* haec tradit. Nempe primum eorū esse qui pro sanabilibus illis sceleribus ad tempus poenas dent; secundus eorum qui aeter-

nium plectantur ob graues culpas hic admissas, nec expiatas; tertium earum qui ob bene & ex virtute transactam vitam fœlicitate potiantur. Conformiter ad Catholicam veritatē, quæ adstruunt mortē functarum animas, partim igniū emundationi, partim æternis cruciatibus, partim cœlo & fœlicitati destinari. Quæ verò spectare possent ad earum animas qui in pueritia aut prematurè excessissent è vita, non sunt de Philosophis quærenda, eaque Plato 10. de Repub. *sub finem* sub Eri Armenij persona, inexplicata reliquit, non habens quid de eis statueret, vt notauit Nyssenus orat. de infantibus *ferè initio*. Coniectat tamen de eis nonnulla philosophicè, Ficinus 18. de immortal. cap. 11. notátque Tertull. c. 56. de anima, huiusmodi Aororum animas eousque creditas vagari illhic, donec reliquum compleatur ætatis, quam peruixissent, si non intempestiuè obiissent. His itaque dimissis, tres illas quas dixi classes percurramus.

223. De prima ita ex Platonicorum mente disputat August. 21. Ciuit. c. 13. *Platonici, quamuis impunita nulla velint esse peccata, tamen omnes pœnas emendationi adhiberi putant, vel humanis inflictas legibus, vel diuinis: siue in hac vita, siue post mortem, si aut parcatur hic cuiquam, aut ita plectatur, vt hic non corrigatur. Hinc est Maronis illa sententia, vbi cum dixisset de terrenis corporibus moribundisque membris, quod animæ,*

Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec auras
Suspiciunt, clausæ tenebris, & carcere cæco:

Secutus adiunxit, atque ait:

Quin & supremo cum lumine vita reliquit;

Id est, cum die nouissimo relinquit eas ista vita.

Non tamen (inquit) omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes, penitusque necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris:
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt, aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos, aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Qui hoc opinantur, nullas pœnas nisi purgatorias volunt esse post mortem, vt quoniam terris superiora sunt elementa, aqua, aer, ignis, ex aliquo istorum mundetur per expiatorias pœnas, quod terrena contagione contractum est. Aer quippe accipitur in eo quod ait, suspensæ ad ventos. Aqua in eo quod ait, sub gurgite vasto. Ignis autem suo nomine expressus est, cum dixit, aut exuritur igni. Hucusque Augustinus qui quod de Platonicorum sententia omnes alterius vitæ pœnas, temporarias & purgatorias pronunciat, intelligendus est indefinitè, non plerosque Platonicos, Magistro adhæsisse, & æternas quorundam pœnas admisisse, non dubitabit qui tam perspicuam Platonis de perpetuis quorundam suppliciis sententiam perspexerit in locis quæ ex eo produximus inferius, quamuis Iustinus sub initium quæst. ad Antioc. cruciatum damnatorum, iuxta Platonem, statuit ad mille duntaxat annos durantium.

224. Nunc purgatorias illas pœnas astruamus. In primis ex ipso Platone, non veritati Catholicæ in hac parte fidem ex Platone conciliamus, quod quandoque factitatum in aliis fidei vocitantibus arguit Photius cod. 170. vel quasi admissum hoc fidei placitum ex Platone haustū esse, vt impiè blaterant Nouatores quidam, recensitis ab Hen-

tio

rico Vico lib. de descensu Christi ad inferos num. 59. Sed ut ostendamus quid naturale lumen deduxerit Philosophorum sapientissimos, quamque ab ipso naturali lumine non dissonet dogma illud Catholicum de purgantibus poenis. Platonem ergo, nomine Tartari, locum quem Christiani infernum appellamus; nomine verò inferorum, locum quem vocamus Purgatorium, expressisse, annotarunt eruditi quidam, sed ex verbis parum consentanea ad Platonis mentem. Nam quamvis Plato, Tartarum appellet specialiter quendam inferorum locum, ubi acriora supplicia inferuntur, Homerum ea parte imitatus, qui Tartarum sub inferis locabat; & in inferis hominum animas plecti, in Tartaro autem Deorum qui peccassent, culpas expiari asserebat; & quidem graviore quam in inferis, supplicio, ut refert Stobaeus in Eclog. Physic. ante finem: annotatque quoad hanc Tartari suppliciorum acerbitatem, Nunnio in expositione fabularum inferarum orationi contra Maximum n. 38. Tamen Plato, Tartari poenas quibusdam temporaneas atque adeo dumtaxat purgatorias esse asserit. Quae omnia intelligere licet ex illustri Platonis loco in Phaedone, varia enim inferorum flumina latè describens, ita subiungit. *Hi ubi eo pervenerint, quo daemon unumquemque deducit; primùm quidem habita quaestione diiudicantur qui sanctè & iustè vitam traduxerunt, qui secus. Et qui medio quodam modo vixisse visi fuerint, ad Acherontem profecti, conscensis vehiculis sibi destinatis his vecti ad paludem perveniunt: & tum ibi habitant, tum abluendo expurgandique se, sceleribus poenas expendunt. Ita exsoluti, solvuntur: si qua etiam benè gesserunt, praemia consequuntur pro dignitate cuiusque. Quòd si propter peccatorum magnitudinem insanabiles esse videantur, propterea quòd aut sacrilegia multa & magna, aut caedibus iniustis & illegitimis, aut similibus huiusmodi commissis, hos conveniens sors proiicit in Tartarum, unde nunquam egrediuntur. Qui verò sanabilibus quidem, magnis tamen peccatis obnoxij esse deinde considerantur, ut qui adversus patrem aut matrem, violentum aliquid per iram perpetrarunt, & in reliqua vita egerint poenitentiam, aut homicidae quopiam alio modo fuerint: his quidem hoc imponitur necessitas, ut in Tartarum incidant: Postquam autem ibi annum fuerint commorati, eiicit inde fluctus homicidas quidem per Cocytum, parricidas autem & matricidas per Pyriphlegethontem. Ubi verò ad Acherusiadem paludem pervenerint, tunc vociferantur, atque clamant, alij eos quos interfecerunt, alij eos quos iniuria affecerunt, invocantque appellantes, orant atque obsecrantur, ut se ex illa palude egredi patiantur, seque excipiant. Quòd si exoraverint, tum egrediuntur, & ab aliis malis liberantur: sin minus, rursus feruntur in Tartarum, & inde rursus ad fluvios. Nec hoc prius pati desinunt, quàm eos quibus iniurij extiterant, exoraverint: haec enim poena a iudicibus decreta constituitur. Qui verò censentur singulari quadam atque eximia ratione, vitam instituisse sanctè, hi sunt qui terrenis illis locis liberantur, atque solvuntur tanquam carceribus, quibus illum in superiorem sortem illam puram deinque regionem quae terrae supereminet, in qua ad incolendum sedes sunt illis constitutae, perveniunt.*

225 Hactenus ex loco Plato, quem vides, aliquibus temporarias poenas in Tartaro statuere, inultis praedictis sceleratioribus. Refert hunc Platonis locum Tertull. cap. 54. de anima, relictoque quod interim Plato velut gremium terrae describit, quo omnes libri mundialium sordium, colluendo, & iisdem diluendo reddens, &

quasi carcere immundissimum [illegible] crassiorem haustum & pinguem illic aërem stipent. *Nobis infert* (addit Tertullianus) *non nuda cavositas, nec subdivalis aliqua mundi sentina creduntur, sed in fossa terrae & in alto vastitas, & in ipsis visceribus eius abstrusa profunditas.* Eundem Platonis locum refert Theodoretus l. 11. contra Graecos *sub initium*, & Euseb. 11. praepar. *in fine*, & Clemens Alexand. 4. strom. c. 6. & Arnob. l. 2. n. 10. Quem mirum est, dicam Platoni impingere, quòd cum animas dicat immortales, perpetuas & corporali solidit ate privatas, puniri eas dicat tamen, & doloribus afficiat, id quod ille mali putat impossibile, cùm sit verisimile: non vacat tamen hoc loco, vel hunc Arnobij de anima errorē refellere, vel veram Platonis sententiam, plenius stabilire & exponere: sed hoc secundum infrà praestabimus.

220 Quòd ergo Plato poenas purgatorias ijs tantùm irrogandas asserebat, qui peccatis sanabilibus, hoc est non ita gravibus obstricti in vita fuerint, vel qui gravia quidem peccarint, sed quae expiare postmodùm per poenitentiam satagerint, admodùm conforme est rationi, quae divina societate quam confert beatitudo, interdici iubet omnibus illis qui peccati fuligine quomodolibet obliti manēt quamdiu tales sunt, tametsi neque pariter ut aeternis supplicijs addicantur qui levia, aut gravia sed maiori ex parte expiata, admiserint. Eandem sententiam repetit idem Plato in Gorgia *sub finem*, & in Axiocho & lib. 10. de Repub. quem locum descripsit Iustinus in paraen. & Theodor. 11. contra Graecos. Expressit quoque Platonis sententiam Plutarchus lib. de sera numinis vindicta *sub finem*, in poetica imaginarij descensus Aridaei ad inferos, narratione. Quem Plutarchi Aridaeum, longè alium à Platonico illo esse, cuius quod inferni supplicium libro illo describitur, diversissimus vero atque aeternitatis circumstantia [illegible], ac omnium animarum in medium mortis, & Numinis animae in gremio inspectio, quam in Platonicum illum pridem fingebant [illegible] non tradunt. Purgant tum animas [illegible], & in excelsum duci à Mercurio, eumque dici [illegible] animarum quaestorem & [illegible] dictum, refert ex Pythagora Laërtius lib. 8.

ARTICVLVS III.

De altero vitae sanctorum ordine, aeternis supplicijs addictos complectente.

227 IAm et quod ad secundum suprà propositum animarum statum spectat, locum eis Plato non in coelo [illegible], ex commentis Abulensis cap. 25. Matth. quaest. [illegible] sed ut vidimus in imo Tartaro assignavit. Quod respexit Tertull. cap. 47. Apolog. *Item Tartarum* (inquit) *carcerem poenarum cum talibus asseveratis, illuc enim abstrudi soleat impios, quem et pro similes sunt [illegible] Dei vestri.* Nec aliena de loco illo esse Doctorum nostrorum sententiam pluribus docebit Thyraeus lib. de glor. Christi appar. in iudic. cap. 26. & Pelsantius lib. de Purgat. cap. 4. Nec tamen repugnant, sed de distincto & segrege à superiore hac terrae facie, loco, ait Chrysostomus quoad interrogationem [illegible] gehennam, ita respondet orat. in 2. Domini adventum. *Quaenam autem in loco erit gehenna* (inquiunt.) *Alicubi extra mundum hunc mundum, ut mea quidem fert opinio. Nam quemadmodum Regum carce-*

res,

eri, & miscella, longè distantes sic alicubi ex-tra hunc orbem terrarum esse gehenna. De qua etiam ergo ubinam sit, sed quo tandem posthac illam effugiamus. Sic ille, qui habet etiam hom. de præmijs Sanctorum. Sed, ut dixi, non aliud voluit, quàm quod reliqui. Olim quidem, Christianorum Doctorum nonnulli, locum illum inferiorem, in quem detruduntur impij, statuerunt infernum esse, tametsi illum non statuebant ad terræ centrum, sed cauernis ibi diuina arte excauatis, capacibus tantæ multitudinis quanta illuc confluxura est: sed locabant eum in superficie terræ nobis opposita, quam propterea vocabant *orbem [illegible]*. Ita refert Dur. in 4. dist. 44. q. 9. num. 7. qui id reijcit n. 8. ex eo quod terræ illi nobis oppositæ superfundatur aqua, quæ secundùm naturam circulariter ambit terram, nec nisi à nostro Hemisphærio, diuina vi seiuncta est in certos alueos, ad salutem animalium terrestrium, atque plantarum. Ego verò & huic placito, & eius confutationi à Durando adhibitæ, non aliud reposuerim, quàm quod in simili Seneca 4. natur. cap. 2. *Tunc erat mendacio locus, cum ignota essent externa. Licebat illis fabulas [illegible]. Nunc verò tota exterris [illegible], mercatorum nauibus stringitur.* Sanè nauigationibus quæ Durandi ætatem subsecutæ sunt, constat, in terræ superficie nobis opposita, neque aquas tantùm esse, neque infernum, aut orbem [illegible], sed regiones amœnissimas, & populosissimas, quæ non plus præ nobis [illegible] terræ rotunditate, dici possunt esse in infimo loco, vel inferno, quàm nostræ illæ regiones, præ illis. Quare infernus eo quo ab ipsis Ethnicis loco statuebatur, hoc est ad terræ centrum locandus est.

228 De suppliciorum verò illic irrogandorum magnitudine, adscribo pauca Platonis verba *sub finem Gorgiæ*. Agens enim de illis qui peccata insanabilia, dum viuerent, admiserunt: *Qui extrema* (inquit) *commiserint maleficia, [illegible] contaminati fuerint, illique ad [illegible] insanabiles [illegible], [illegible] exempla; ipsi verò nullum inde capiunt adiumentum, quippe qui insanabiles sunt, alij verò hoc videntes, utilitatem percipiunt, cum videlicet conspiciuntur hi propter sua peccata & maxima & horrendissima & infinita dolore cruciatus, & quidem sempiternas pœnas pati.* Sic Plato, ut sæpe alias consonanter ad Trismegistum, qui cap. 1. Pimandri & cap. 10. Asclepij, nominatim meminit *[illegible] flammarum, [illegible]*. Ab Ephesio, hoc est Heraclito, eam quoque exustionem malorum, quam postea Stoici *[illegible]* vocarint, fuisse agnitam, monet Clem. Alex. in protreptico & 5. Strom. cap. 1. additque cap. 6. Philosophiam Græcam, & Mutam Poëticam, surripuisse à barbara Philosophia, supplicia post mortem, & pœnas quæ igne luuntur. Idē tradit Tertull. cum. de iudicio, & Minut. num. 65. Eos patres qui legerit, agnoscet, compertum quoque Ethnicis fuisse, *quàm graue sit*, ut cum Prospero dicam 1. de vita contemplat. cap. 17. *non sentire in igne quod illuminat sentire quod cruciat; [illegible] terribiles [illegible] pati; [illegible]; profunda [illegible]; [illegible].* Vel cum Autore libri de oper. Christi Card. serm. de Ascens. *[illegible], [illegible] flammas, misera corpora cremare, nullo temporum refrigerio, nulla remissione, sententia irregressibili.*

249 His cruciatus, variis illis fluviis, quos in inferis locabant, expressos fuisse, legere licet apud Stobæum in Eclogis Physicis cap. 40. *in fine* ex Apollodoro. Nam Acherontem à doloribus dictum affirmat, Cocytum à ploratu, Pyriphlegetontem ab ardentibus animabus, Stygem à luctu. Varia autem quæ de Styge memorat, prætermissis, opportunum videtur coniicere apud inferos stygis occasionem referre ex Damascio apud Photium cod. 242. *Dicitur in eo loco aqua Stygia esse, in qua Arabia tempus est, qui ab urbe Solis, Diam usque deserta urbem extenditur. Deinde repente hiatus aperitur in immensam voraginem, saxis undique impendentibus, & aliquibus plantis sylvestribus, horridis & incultis, è petris nascentibus, opacatur. Descensus a fenestris ingredientibus angustus & scabrosus. Itaque stadii quandam, nisi quid non solum viri, sed etiam feminæ valde exercitæ illuc ingrediantur. Descendentibus, boves & agri plurimi, in sequenti valle occurrunt. Summa pars est angustissima habet rupem arduam, quo summo demum aqua Stygia influit, quæ quod ab altissimo loco fertur, in aëre spargitur, deinde iterum inferiori concurrit. Spectaculum hoc & natura quasi, religione plenum, & terribile est. Nemo est qui viderit, quem timore similiter repleatur. Quædam è donariis quæ aqua imponuntur, deferuntur in profundum, leuioraque licet, quibus ipsi Dii propitii: ex quibus vero exosi, ea licet grauissima supernatant, & expuuntur foris admirandi quodam modo.* Sic ille de styge, unde datam fabulæ occasionem verisimile est, translata, loci contrarium horrendi appellatione, ad paludes illas mortem diluentes, ut dixit Tertullianus cap. 50. libri de anima. Nisi si à Nonacride Arcadiæ aquis venenata, quæ item styx dicta, potiorem infernæ stygis appellationem mutuamus. Legesis de ea plura ex variis apud Pamelium, ad citatum caput Tertull.

250 Ex dictis vides meritò dixisse eundem Tertullianum cap. 48. Apolog. *Nouimus & Philosophi diversitatem arcani & publici ignis: Ita longe alius est qui usui humano, alius qui iudicio Dei apparet, siue de cælo fulmina stringens, siue de terra per vertices montium eructans. Non enim absumit quod exurit, sed dum erogat, reparat. Adeo manent montes semper ardentes, & qui de cælo tangitur, saluus est, ut nullo iam igni decinerescat. Et hoc erit testimonium ignis æterni, hoc exemplum iugis iudicii, pœnam nutrientis.* Quibus Tertulliani verbis, quantum sententiæ elegantissime exhibentur apud Minutium supra, & denuo apud ipsum Tertullianum lib. de pœnit. cap. 12. tacitè occurritur obiectioni, quæ contra perpetuitatem supplicii illius, ex eius scriptura corporum in quæ ignis sæuit dissolutione, fieri poterat. Et multa etiam in eandem rem habemus apud Aug. 21. Ciu. cap. 2. 3. & 4. & apud Lactant. lib. 7. cap. 21. qui notat Poëtas quod de igne pabulum sibi ministrante, & incorruptibilitate sentiente asserunt Scripturæ, in sermo Tytii confinxisse.

251 Sed de suppliciorum perpetuitate, controuersia apud aliquos Ethnicos fuit. Deum enim, vel etiam (ut apud Augustinum legimus epist. 49. quæst. 4. de sententia cuiusdam Ethnici qui quæstiones illas ex Porphyrio proposuerat,) ridiculum illis visum est, tantulæ moræ culpas, infinito supplicio castigari. Cum tamen pœnam apud quemlibet iustum iudicem, necesse sit proportionatam esse delicto, ne incurratur nota crudelitatis, plus supplicii inferendo, quam culpa commeruerit. Mouetur sæpe ac etiamnum mouent Ethnici hanc litem, quæ causa fuit, cur Sanctis Patribus frequenter quoque eam agitatam, no-

minatim

nim item August. suprà & lib. 21. Ciu. cap. 11. Chrysostom. hom. 17. in Ioan. & hom. 9. in 1. ad Corinth. Gregor. IV. dialog. cap. 44. Bern. epist. 254. aliique quorum ea est frequens ad propositam difficultatem responsio; *hoc dilatare Dei iustitiam*, (verba sunt S. Cypriani in fine sermonis de resurrect. Christi,) *vt qui semper habere cuperent iterare in malis, infinita plerique clauderentur in poenis*: id est, vt loquitur suprà Bernardus, *vt malorum, sine termino temporum recipiant vicem, qui nullo tempore mutare voluerint intentionem*, ita vt si nunquam morerentur, nunquam vellent peccare desinerent. Sed quia in plerisque affectus ille perpetuandi peccatum, non videtur vigere, cùm potiùs velint solùm exultare ad horam in luce peccati, cum proposito abstinendi in posterum, manet difficultas. Esto enim valeat ea ratio, pro illis quorum ita depravatus est affectus vt in perpetuationem illam feratur, pro illis tamen aliis non potest valere. Quanquam & pro illis quoque quos in eam perpetuationem ferri admittimus, videri posset poena excedere culpam, si pro malitia temporali, & simpliciter finita, (qualis reuerà est peccati malitia, vt aliàs euincitur,) supplicium duratione infinitum rependatur.

232 Nihilominus Ethnicorum sapientissimi, aeternitatem hanc suppliciorum agnouerunt, vt disertè Plato verbis suprà allegatis ex Gorgia *sub finem*, & ex Phaedone *sub medium*, vt notauit etiã Aeneas Gazaeus in Theophrasto *post medium*, & Euseb. 11. praepar. *in fine*. Nec officere transmigrationem animarum, ab eo, vt putatur, assertam, & regressum ad antiqua mala post multos annos eidem adscribi, infrà ostendam. Consentit cum Platone Timaeus Locrus lib. de natura *ferè in fine*, qui supplicia impiorum ideo eo vocat *implacabilia*, quòd nullos vnquam fines, implacato semper vindice numine, sint habitura. Similiter Eusebius ille Philosophus cuius fragmentum extat apud Stobaeum in Eclogis Ethicis, *ferè in fine*, inducit Mercurium animabus in terras demittendis denunciantem aeterna supplicia, *si malè viuant*. Denique disertè hanc poenarum aeternitatem, tradit Trismeg. cap. 10. Asclepij. Nam de anima quam Deus in exitu à corpore vitijs illitam viderit, affirmat, in diuersa semper aeternis poenis agitandam & rapiendam, vt in hoc obsit animae aeternitas, quod sit immortali sententia, aeterno iudicio subiugata. Lucianus item libro de luctu, sententiam communem de inferorum statu referens, ait, malos à Plutone vinculis ineffugibilibus retineri, ita vt nunquam eis exolui liceat.

233 Difficultas verò proposita, cùm multis aliis rationibus quas varij Doctores adhibent, expeditur, (Multas omnino adducit Gul. Paris. tract. de legib. cap. 21.) tum commodissimè, si dicamus extra vitae huius stadium, nullam esse quantumuis acris poenae subitionem tam diuturnam, quae aestimari meritò possit sufficiens, & iure acceptari debeat à vindice Deo, tanquam condigna culpae. Nam praeter indignitatem personae culpam contrahentis, & tantam numinis offensi maiestatem, ex quo capite aeternitatis huius rationem petit Chrysostom. loco allegato, rectè addit Scotus in 4. dist. 46. quaest. 4. in eum statum per mortem deuentum esse, vt quantalibet suppliciorum immanitate, nunquam sufficienter rependa poena personae semper exosae censeatur: Ideòque Origenis qui mollito tandem Deo censuit impiorum animas misericorditer cruciati-

bus

bus evoluendas, & *æstimanti abyssum quasi sinistrorum*, vt interpretatur S. Gregorius 49. mor. cap. 11. nullo modo est audiendus. Impugnat hic crudelem illam misericordiam August. 21. Ciuit. à cap. 17. Claudam cum Trismegisto supra. Tractans enim pœnis improborum & earum æternitate. *Ergo* (inquit) *ne his implicemur verendum, timendum, cauendumque. Incredibiles enim post delicta cogentur credere non verbis, sed exemplis, nec minis, sed ipsa passione pœnarum.* Hæc ille, & similia monet Plato sub finem 10. de Repub. adductus & laudatus à Theodoreto 11. contra Græcos *ante medium*, & Eusebio 12. præpar. cap. 4. nec dissimilia Iamblicus libro de secta Pythagorica. Locum refert & expendit Eugub. 10. perennis Philosophiæ c. 8.

ARTICVLVS IV.

De veritate supplicij, animabus separatis per res corporeas ante resumptionem corporum irrogandi, contra paucos Ethnicos, & Arabum nonnullos.

234 QVÆ præmisimus de suppliciis post hanc vitam rependendis, ita intelligi necesse est, vt etiam animæ separatæ ea sustineant ante resumptionem corporum. De hoc enim præsertim agunt Ethnici omnes hactenus adducti, quia quamuis plerique Ethnici futuram corporum resumptionem agnouerint, vt postea referam; tamen non negarunt, animas iam nunc, & ante resurrectionem, illis ipsis suppliciis torqueri, quibus postea, vna cum corpore resumpto, cruciabuntur. Atque adeò censuerunt eas absque corpore non solùm igne torqueri ab eis tantùm, sed & ab aliis corporibus afficiendas. Esse enim apud inferos ad spirituum & corporum supplicia, non ignem tantùm, sed & aquas gelidissimas, de Ethnicorum sententia, constat ex supra adductis. Et annuit de Christianis bene multi, apud Pinedam in cap. 24. Iobi in quæstione ad versum 19. denique Gulielmus Paris. p. 1. de vniuerso cap. vltimo, qui etiam id ad omnia elementa & creaturas extendit p. 2. de vniuerso c. 17. Existimat enim omnem corporalem creaturam, armandam esse ad vltionem inimicorum.

Reijciuntur falsa quædam placita circa capacitatem doloris in anima separata.

SED quia grauissima omnino difficultas est, nec vsquam satis exposita, quomodò res corporea possit spiritum corpore exutum affligere, cùm deesse videatur ratio disconuenientiæ, quæ est doloris formale; propterea Philosophorum Arabum nonnulli, vt Algazel 2. philosophiæ tract. 3. cap. 5. quem refert etiam S. Thom. 4. contra gent. cap. 145. & ab eodem D. Thoma relatus Auicenna in 4. dist. 44. quæst. 3. art. 2. *in corpore* negarunt animas separatas aliter affligi posse quàm per meram priuationem felicitatis, & amissionem finis vltimi, quam idcirco asserebant esse totum obiectum doloris quem animæ separatæ sustinent. Præiuerunt his Arabibus, vel illis coæui etiam fuere, pauci quidam Ethnici Philosophi apud Iustinum initio Dialogi cum Tryphone, qui cùm capere non possent quomodo animæ, quippe spirituales, deposito corpore possent à corporeis agentibus pati,

pati, negarunt vllas pœnas malefactis fore rependendas. Quod animaduertens animam quippe immortalem, eò ipsam habere futuræ dominum, mirandum est quòd animam prorsus impassibilem fecerint. Si tamen damnatis pœnas sensibilibus suppliciis proportionales, præter priuationem fœlicitatis rependendas esse animabus separatis negauerunt, idem quod prædicti Arabes censuerunt, eaque cum illis excidendi sunt. Repugnat enim rectæ rationi, vt malefactis, denegatio tantùm præmij rependatur: sicut non esset sufficiens vt bonis actionibus sola supplicij remotio tribueretur. Itaque quemadmodum bonis actionibus præmium positiuum debetur, supplicium & pœna, quam sensus vocant, rependi debet. Et ita omnes Ethnici suprà allegati, qui etiam supplicia illa per res corporeas inferenda censuerunt, vt præmisimus.

215. QVO supposito, nonnulli grauissimam illam de qua iam meminimus difficultatem, non aliter enodari posse censuerunt, quàm si dicerent animabus separatis durante statu separationis nullas pœnas fore inferendas, nec esse earum capaces quamdiu corpore carerent: patiendas tamen postea esse, etiam per res corporeas, resumpto corpore. Ita Tertull. cap. 48. Apolog. (licet id alibi contrarium, vt ostendit Pamel. parad. 8.) & multis Philosophis idem tribuit Caiet. tom. 1. opusc. tract. 7. quæst. 3. Saltemque non fore vllas pœnas animabus durante separationis statu inferendas ab igne, & aliis corporeis agentibus, censuerunt alij, quod asserit Nyssenus oratione de mortuis, vt fert, & Æneas Gazæus sub finem sui Theophrasti. Alij verò censuerunt, animas, etiam separatas, retinere corpus quoddam ac veluti simulachrum corporis, tamquam tenuius, vt refert Marsil. 2. theolog. 18. innuitque Plotinus Ennea. 4. lib. 3. cap. 26. agens enim de animabus separatis ait animas si corpus habeant, habere etiam vt tormenta corporea patiantur, & tale corpus negat esse in animabus omnino puris. Tandem alij, ad eiusdem difficultatis dissolutionem, censuerunt animas esse mediæ qualitatis, nec expertes corporeæ conditionis, ac suapte natura corruptibiles. In quo errore fuit Arnob. lib. 2. nu. 10. Ita enim Ethnicos sui temporis affatur. *Audetis ridere nos cum gehennas dicimus, & inextinguibiles quosdam ignes, in quos animas deiici ab earū hostibus, inimicisque cognouimus? Quid Plato idem vester in eo volumine, quod de animæ immortalitate conscripsit? Non Acheruntem, non Stygem, non Cocytum fluuios, & Pyriphlegetonta nominat, in quibus animas asseuerat volui, mergi, exuri? Et homo prudentiæ non prauæ, & examinis iudicij, perplexam, rem inenodabilem suscipit: vt cum animas dicat immortales, perpetuas & corporali soliditate priuatas, puniri eas dicat tamen, & doloribus afficiat sensum. Quis autem hominum non videt quod sit immortale, quod simplex, nullum posse dolorem admittere? quod autem sentiat dolorem, immortalitatem habere non posse? Nec tamen eius auctoritas plurimum à veritate distinat. Quamuis enim vir lenis, & beneuolæ voluntatis inhumanum esse crediderit, capitali animas sententia condemnari: non est tamen absone suspicatus, iaci eas in flumina torrentia flammarum globis, & cœnosis voraginibus tetra. Iaciuntur enim, & ad nihilum redactæ, interitionis perpetuæ frustratione vanescunt. Sunt enim mediæ qualitatis, sicut Christo auctore compertum est: & interire quæ possunt, Deum si ignorauerint vita, & ab exitio liberari, si ad eius se minas atque indulgentiam applicauerint. Et si quid*

ignotum est punire, hoc est homines totos interficere, nihil residuum futurum. Secunda illa quae sub oculis cernitur animarum est à corporibus disjunctio, non finis absolutus existentiae. Haec, inquam, est hominis mors vera, cum animae nescientes Deum perlongissimi temporis cruciatu consumuntur igneo, in quem illas iaciunt quidam crudeliter sani, et ante Christum incogniti, et ab solo sciuntur detecti. Quare nihil est quod nos fallat, nihil quod nobis polliceatur spes cassas, quod à novis quibusdam dicitur viris, et immoderata sui opinione sublatis, animas immortales esse, Deo rerum, ac principi, gradu proximas dignitatis, genitore illo ac patre prolatas, divinas, sapientes, doctas, neque ulla corporis attrectatione contiguas. Satis perspicuè cum his, ille quem dicebam Arnobius ex [illegible] prodidit. Sed non minus luculenter, vel etiam apertius idem tradit rursus infrà num. 19. *Arbitramur quod est unum, quod immortale, quod simplex, quocumque in re fuerit, necessario semper suam retinere naturam: nec debere, aut posse aliquid perpeti, si modo esse perpetuum cogitur, et in finibus propriae immortalitatis haerere. Omnis enim passio, labes atque interitus [illegible] est, ad mortem ducens viam, et [illegible] rebus afferens [illegible]: quam si sentiunt animae, et tactus eius [illegible] sentiunt, vivis et illis est vita, [illegible] mancipio tradita, quamvis aliter quidam infirmant, et rei tantae fidem [illegible] argumentationibus ponant.* Postquam verò dum ostendisset praesentia haec (ut existimat) animarum immortalitate, incidisse peccandi impunitatem, metumque divini iudicij [illegible] hominibus, concludit paratas esse [illegible] [illegible] quo [illegible], si anima immortalis est. *Ex quo (inquit) sunt omnibus et vera [illegible], qui animas immortales credunt, aut [illegible] tartareis posse aliquid nocere, aut igneis flu-*

minis, aut caenosis voraginibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] flammis [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] est [illegible] et [illegible], neque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] possumus [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] esse longè [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] longius. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

2[illegible] VIDENTUR etiam Stoici ex parte esse eadem proposita [illegible] [illegible] [illegible] non multum dissimili, ut intelligere [illegible] ex [illegible] Lactantii [illegible] [illegible] cap. 20. *[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est immortalis natura, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Si enim est mortalis [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], atque [illegible] [illegible] [illegible]. Si mortis non est [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non est. Hoc [illegible] [illegible] argumenta, à Stoicis [illegible] [illegible]. Animas quidem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mortis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuerint [illegible] [illegible] [illegible], ad sedem [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], mediam quandam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible].*

rebus

reddit omnino, ut si non corruptibiles in totum, quoniam & Dii sunt, tamen cruciabiles fiant per ea quae maculam, quae ex vitiis traxere, sentiunt doloris acerbitate.
Quam sententiam Poeta sic explicavit:

Quin & supremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeae excedunt pestes, penitusque necesse est
Multa diu concreta, modis inolescere miris.
Ergo exercentur poenis, veterumque malorum
Supplicia expendunt.

Concludit porro Lactantius haec propemodum vera esse. At enim quia quod propemodum verum est, re ipsa verum non est, non possumus, sive hanc Stoicorum, sive illam Arnobij, aut etiam antiquiorum illorum corpoream aliquatenus animam asserentium sententiam, & rationem ad propositam difficultatem respondendi, probare. Certissimum enim est, nec hoc loco probandum, animas rationales separatas permanere, & penitus incorporeas esse, suapteque natura immortales, quamvis sint divinitus annihilabiles; & nihilominus pati posse, etiam à corporeis agentibus, ut ignibus, non modò iuxta Christianae fidei placita, sed etiam iuxta communem Ethnicorum sententiam suprà propositam.

Quid sit dolor, & quae eius inducendi ratio.

217. Sed hoc posito, urget grandis difficultas, cui sustinendae nonnullos Ethnicos, alios autem cùm Ethnicos, tùm Christianos, malè satisfecisse vidimus. Nempe quomodo anima [illegible] separata, possit ab igne aliove corporeo agente pati, & ab eius applicatione dolere, & ut appareat quomodo se tueri haec difficultas, & quid colligendum sit, nec quod plerique in simili circa Daemones difficultate faciunt, dicamus potius quàm dissolutionem dubitationem, supponendum breviter est ratio doloris, de qua multa in physicis, cùm de tactione, vel de sensibus agemus. Nunc dicendum breviter est, duplicem esse dolorem: alium qui affinitatem cum tactu habet, alium qui aliter procreatur, quia ex visu, aliave rei lamentabilis perceptione, facta aliter quàm per tactum. Ex priore tamen illo qui notior est, facile est verum cuiuscunque doloris notionem ponere. Est igitur dolor ille prior, ut S. August. 14. Civit. c. 15. dictum, *offensio animae ex carne, & quaedam ab eius passione dissensio.* Ubi nomine offensionis, & dissensionis animae à passione corporis, non est intelligenda fuga & aversio passionis illius; fuga enim illa, est potius odium, imo plerumque est in aliquo odium alicuius rei de qua tamen non dolet, ut boni oderunt peccatum, de quo tamen non tristantur, aut dolent. Itaque dolor est aversio seu fuga, in sensu causali, quia scilicet progenitur ex fuga, ut delectatio ex prosecutione, quaecunque tandem sit illa causatio. Res igitur ita procedit in hoc negotio ut advertit Rubio, in 4. de [illegible] c. 2. vnic. art. 1. Inducitur primùm laesio aliqua in corpus, sive per divisionem continui, sive per distemperiem (qualitas enim dolorifica, quam praeterea inducit Valo. 1. part. 443. n. 15. fictitia est, & Antonelli & omnibus Medicis incognita.) Eam laesionem illico percipit tactus, ab hoc sensus internus per sympathiam excitatur ad internam illius disconvenientiae obiectiva repraesentationem, hanc sequitur ex parte una, appetitus sensitivi aversio, & fuga, & huic subinde tristitia seu dolor ex altera verò parte internam sensationem sequitur in lunda-

ex intellectualis cognitio eiusdem obiecti, & voluntatis ab eodem auersio, & hinc subinnascitur dolor. Hinc vides dolorem propriè non esse in sensu externo, sed in appetitu tristitiam sustinente de præsentis obiecti disconuenientia, per tactum præcognitam præmunitam sensu interno sibi præluzente. Cùm autem dolor sensu externo renunciatus non fuerit excitatus, proportionalis, quod ad reliquum progressum attinet, necesse est, esse doloris causales. Itaque percipit facultas cognoscens obiectum disconueniens, quod ipsa proponit facultati appetenti, hæc illud auersatur, & de eo præsenti tristatur, qui est formalissimus dolor.

Status controuersiæ de cruciatu animarum separatarum.

158 Hinc constare patet qui sit verus status huius controuersiæ, de quâ intendendum sit, vt difficultati satisfiat. Nempe ostendendum est, quomodò corpora illa à quibus anima vexari dicitur, possint habere respectu animæ separatæ rationem obiecti nociui, siue immediatè seipsis, (vt contingit in obiecto horrifico, & propter solam disproportionem incutiente dolorem, quamuis nulli sensui externo sit incommodum, vt experimur contingere in recessu subito cuiuscunque cuniculi tamen si non sentientis) siue mediatè, seu ob immissam per huiusmodi corpora nociuam qualitatem, vel contrariam dispositionem, quæ sit immediatum tristitiæ ac doloris obiectum. Vtrumque autem videtur impossibile respectu animæ separatæ. Nam in anima corpori vnita facilè id intelligimus quia anima quandiu corpori alligatur, propter sympathiam, & quia est forma corporis, communicat eius passionibus, & appetitui sensitiuo dolenti, condolet per voluntatem. Et huc tantùm spectant omnes illæ molestiæ, quas posse animas à rebus corporeis subire, ostendit [illegible] Gul. Paris. 2. 2. de vniuerso c. 63. At in anima à corpore soluta, difficile omninò est exponere quomodò [illegible] aliave corporea obiecta causare queant dolorem, cùm huiusmodi res non possint habere rationem obiecti disconuenientis respectu animæ separatæ, quid tamen exponendum est, vt quæstioni satisfiat. Et quamuis hoc totum ostenderetur, tamen inde tantum haberetur, quomodò animæ possint dolere per [illegible] per huiusmodi corpora; non tamen haberetur, quòd doleant dolore corporibus illis conueniente, seu qualem per ea corpora [illegible] experimur [illegible] purè de igne agitur, ostendendum esset, quomodò animæ separatæ possint vi ignis percipere dolorem similem illi quem experimur cùm comburimur. Sensus enim omnium, vel saltem multorum est, animas talem dolorem pati [illegible], qualem nos ex combustione & congelatione percipimus. Et ideo ignes & aquas apud [illegible] locant, vt vidimus.

159 Ex quo vides quantopere à vera controuersiæ huius resolutione absint, qui putant sibi à se satisfactum si tantum dicant, ignem & huiusmodi alia obiecta corporea, torquere animas separatas, quia eleuantur à Deo per illam potentiam quam vocant obedientialem omnibus rebus insertam, vt faciant quicquid per eas Deus fieri voluerit. Vbi non expendo, verene sit sicut, ea obedientialis potentia admittatur. Ea enim admissâ, superest semper ostendendum, primò quidem quomodò ignis vel alia quælis res corporea eleuetur ad torquendas animas corpore exutas; deinde quomodo possit eleuari ad torquendum tali modo, seu ad ingenerandum talem dolorem qualis in combustione sentitur. Neutrum autem

tem præstatur à prædictis agentibus: non enim secundum ut per se patet: sed neque primum. Siquidem, ignis [illegible] gratis, non eleuatus ut habeat rationem obiecti disconuenientis quam ex se non habet. Quia talis eleuatio non habet locum, si obiectum maneat quale ante erat, sicut in nostro casu supponimus. Non item sufficit dicere quod eleuatur ad efficienter causandum, vel potius concausandum cum voluntate actum doloris. Fateor quidem supposita potentia obedientiali eam eleuationem esse possibilem, quia vitalitas unius principij satis est ut actus ab eo & altero comprincipio non vitali prodiens, sit vitalis: quod manifestum est ex productione multorum actuum vitalium, ad quos efficiendos, species & habitus, quæ non sunt principia vitalia, subseruiunt animæ & potentiæ vitali. Atque ita actus doloris prodiens à voluntate, simulque ab igne eleuato, posset esse vitalis. Hoc igitur non nego, cùm ideo non satisfieri difficultati dicendo, rem illam corpoream de qua agimus, non eleuari in genere causæ efficientis ad principiandũ actum doloris: Tandem itaque nego, actum doloris posse principiari per eam eleuationem, nisi simul adsit obiectum motiuum actus prædicti. Omnis siquidem actus doloris, ut pœnalis, & optimè tradit Dur. in 2. d. 44. q. vlt. n. 18, debet versari circa aliquod obiectum disconueniens, quod priùs natura sit tale quàm exurgat actus doloris. Ignis autem vel res alia corporea prout efficienter eleuata ad causandum actum doloris, non est obiectum disconueniens, quia ut sic non habet rationem obiecti, sed tantùm efficientis, posteaque ignis non aliter se habere, si aliquid [illegible] quod esset proximum doloris obiectum. Tunc enim ignis posset quoque eleuari ad coefficiendum dolorem, & tamen tunc non haberet rationem obiecti dolorifici. Ergo neque eam habet, si tantùm habeat se merè efficienter ad concausandum cum potentia actum doloris. Ergo superest semper ostendendum, quomodo in tali casu, seu tali eleuatione supposita, ignis vel alia quævis res corporea, possit torquere animam separatam, cui nullomodo est nociua, seu respectu cuius nullomodo videtur habere rationem obiecti disconuenientis. Et propterea dicebam, ad plenam huius controuersiæ dissolutionem, exponendum esse quomodo ignis vel res alia corporea cruciatu animam separatam, sit ei verè nociua, vel verè dissona & disconueniens.

240 *Verè cruciatus*, cum sicut dolor supponitur esse verus, non duntaxat imaginarius, ita necesse est obiectum eius esse verè disconueniens. Alioqui ut rectè argumentatur Pelbartus lib. de purgat. c. 1 [illegible] damnatæ non tam infelices dicendæ essent, quàm mentis impotes: nec earum punitio solida & vera esset, sed phantastica tantùm, & ex falso iudicio proueniens. Cuius tamen falsi iudicij circa disconuenientiam illam, capaces non sunt animæ corpore exutæ, quibus connaturale est interiori naturam rerum corporearum quasi qui distinctè & quidditatiuè intueri, eique apprehendit, non esse spiritui separato nociuas. Itaque non placet quod antiqui quidam tradiderunt, apud quos Guil. Paris. 1. de vniuerso c. 63. nempe quòd animæ separatæ sola apprehensione & imaginatione cruciantur ab igne, aliisque substantiis corporeis: id quod Guilielmus quibusdam experientiis & exemplis confirmat. Nam somniantes plerumque valde cruciantur, aut è contra valdè delectantur, imaginantes se in igne aut aqua gelida esse, quamuis nihil tunc ea ibi sit, nisi de-

[illegible] imaginationis. Addit Gulielmus, quendam sibi, notum noluisse ad ludos [illegible] tantum [illegible] proficisci, quòd diceret se longe amplius eorum imaginatione quàm conspectu delectari. Quemdam item sibi quoque notum, solo pharmaci conspectu, corpus expurgari, & humoribus noxiis leuare solitum, non minùs quàm si reipsa pharmacum sumpsisset. Tandémque aliquos nuptias [illegible] [illegible] non [illegible] quàm si [illegible] reipsa [illegible]. Vnde è contra infert Gulielmus, posse aliquos sola imaginatione grauiter torqueri, & ita reipsa contingere in animabus separatis, cùm dicuntur torqueri ab igne, aliisue rebus corporeis. Sed hæc omnia facilè [illegible], dicendo, obiectum iudicio falsò propositum tanquam nocivum cùm reuerà non sit nociuum, vel tanquam delectabile, cùm reuerà non sit tale, posse [illegible] vel delectare eum qui iudicij illius falsi capax sit, non tamen animam separatam, quæ vt dixi non est capax illius falsi iudicij; nec debet, ac etiam non potest à Deo, prima veritate, ad iudicium illud falsum adigi.

241 Posset quidem [illegible] [illegible] errore apprehendere per simplicem apprehensionem obiectum aliquod quasi disconueniens, quod reuera non sit tale, quia actus primæ apprehensionis non est capax falsitatis. Tamè actus ille simplicis apprehensionis, non potest sufficere ad cruciatum & dolorem, contra Albertinum principio 1 compl. consil. 4. n. 10. quia ex Aristotele [illegible] dolor [illegible] iudicium de [illegible] [illegible] ubi Aristoteles si absit opinio & iudicium de malo, interueniátque sola imaginatio, seu simplex apprehensio, perinde nos affici ac si malum apprehensum spectaremus in pictura, quod constat non sufficere ad cruciatum, & dolorem, præsertim notabilem, qualis est qui in [illegible] [illegible] pro delictorum mensura [illegible]. Et hoc [illegible] videtur voluisse Henricus apud Carthus. in 4. d. 50. q. [illegible] tamen [illegible] [illegible] id exprimat, [illegible] ad dolorem exigi non modò actus apprehensionis secundum se, sed etiam perceptionem apprehensionis importantem rationem disconuenientiæ. Quod intellige de iudicio [illegible] apprehensiones [illegible], & pronunciante de [illegible] & disconuenientia obiecti [illegible] doloris [illegible] [illegible] tale iudicium dici perceptionem actuum simplicium, cùm non sit [illegible] reflexus supra simplices [illegible] [illegible] ad eas percipiendas, sed directè tendens in obiectum [illegible], [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], seu rationes obiectiuas, conceptionibus illis subsistentes [illegible] [illegible].

Variæ in ea controuersia sententiæ.

242 Illi [illegible] itaque [illegible] quicunque [illegible] difficultatem penitius perscrutarunt, conati sunt assignare [illegible] [illegible] aliquam, sub qua ignis vel alia corpora [illegible] rationem verè nociui & disconuenientis respectu motorum separatarum, ita vt sine errore & falsitate posset de animabus illis ferri iudicium de tali disconuenientia. Et quidem aliqui, quibus vt ex Lactantio supra retulimus, præiuisse ex parte videntur Stoici, dixerunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] huius doloris esse qualemdam [illegible], ab igne, aliisue simili [illegible] [illegible] [illegible] immissam. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gestum [illegible] [illegible]. Alij [illegible] [illegible] esse speciem [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Guliel. Paris. [illegible] de vniuerso [illegible] [illegible] ita enim [illegible] [illegible] [illegible]

de dolore per solam imaginationem. Alij censuere ipsummet corpus, verbi gratia ignem, per modum carceris seu cinguli [illegible] eui perpetuò animæ alligatur [illegible] hanc molestiam. Ita D. Tho. q. vnica de anima art. 21. & q. 26. de verit. art. 1. Turrecr. quæst. 1. ad Euang. Dominicæ 1. post Trinit. Sylvester in rosa aurea tract. 2. ad [illegible] Euang. Schundius [illegible] Caietano, [illegible] Volaius [illegible] de igne inferni. De hac quæst. [illegible] communiter ita asseri [illegible], testatur Henriquez c. 4. [illegible]

241 Tandem [illegible] ipsummet corpus [illegible] determinatione illi, & incarcerationi in eo, censuerunt esse obiectum doloris animæ separatæ. Quod tripliciter exponi potest. Id enim primò aliqui ita intelligunt, vt ignis, vel quod perinde est, aliud quodlibet corpus animam cruciant, idcirco cruciet, quia ad id diuinitus eleuatur, supplente Deo determinationem illam voluntatis à sensibus, ex qua per sympathiam oritur dolor in anima corpori iuncta. Ita Mol. 1. p. q. 43. art. 5. d. 1. & Vasq. d. 245. num. 26. Alij secundò ita exponunt, quod cùm anima sit essentialiter forma corporis & radix facultatum sensitiuarum, non minus (& quidem naturaliter,) tristatur de obiectis disconuenientibus sensui, quàm si sensus ipse adesset. Ita Zacharias Boucrius [illegible] demonstr. [illegible] lib. 1. demonstr. 5. generat. art. 20. concl. 2. quæ sententia [illegible] nota est, vt melius percipiatur, expendendum eius fundamentum, quod ducitur ex natura animæ separatæ, eiusque [illegible] ordine ad corpus. Nam quia est corporis forma, propterea retinet eandem naturam, etiam corpore extra, fit scilicet easdem sensuum potentias & radices, quibus corporeos sensus in corpore [illegible] quod idem Autor hac ratiocinatione confirmat, Non est [illegible] in anima vis illa quæ per [illegible] posse, si exuitur corpori [illegible] eam semper retinet, & [illegible] post [illegible] illa eadem vt [illegible] per sensus, ergo etiam separata [illegible] naturæ vires sensitiuam [illegible] intellectiuam. In [illegible] sensum idem Autor [illegible], quod [illegible] Gennadius libro de Ecclesiasticis dogmatibus, & Hugo Victorinus lib. de spiritu & anima, cap. 11. videlicet, *animam corpore solutam videre, audire, gaudere, & omnes sensus atque experimenta [illegible] tenere.* Putat enim his verbis non asseri quidem sensus corporeos esse in anima separata, sed tamen asseri vim sensitiuam quam prius anima in sensibus corporis exercebat, eandem illi remanere post dissolutionem, atque ita animas beatorum, percipere eas delicias, quas ex sensibus in corpore perciperent, & è contra animas damnatorum eodem modo cruciari ac si corporeos sensus haberent. Quo pacto interpretatur quod de [illegible] lingua, & ceteris sensibus animæ, diuitis in inferno sepulti prodit Scriptura. Id enim eò pertinere vult, vt insinuetur vim sensitiuam remanere in anima separata. Ob hanc igitur vim sensitiuam perseuerantem, animam [illegible] non minùs per ignem cruciatur, quàm si corporis sensibus vteretur, cùm diuersa non sit anima, separata & corpori coniuncta natura, sed vtrobique sit forma corporis, ac proinde quod illi pœnale in priore statu est ratione sensuum, non minus pœnale ei remanet ratione virtutis illius sensitiuæ perseuerantis, ad quam naturaliter & seclusa quauis diuina eleuatione, consequitur in anima separata dolor ab igne, non minùs quàm cùm in corpore erat: indeque in intellectum refunditur iudicium de

ex disconuenientia talis obiecti, & in voluntatem superiorem dolor de eo tanquam de obiecto quo vis sensitiua affligitur, vt experimur fieri in anima iuncta corpori. Itaque quod diuinæ virtuti hac in parte tribuendum esse censet auctor prædictus, non est immissio doloris qualem homo ex combustione perciperet: eum enim naturaliter excitari vult: sed quidam alio, ac [illegible] quòd ignis intellectum in pœnæ illius considerationem defixum semper teneat, quòd animæ vniatur, quòd eam alliget, quòd eam sine corpore ac si in corpore esset adurat. Qui diuinæ in hoc negotio virtutis effectus, declarat idem auctor, subdendo, & latè contra Bannem confirmando, calorem posse diuinitus animæ separatæ imprimi, non quòd calor sit inhæsurus animæ tanquam accidens, eamque informaturus, id enim tacitè concedit implicare: Sed quod possit Deus suspendere inhærentiam ab accidente, ita vt in tali subiecto maneat, & tamen subiecto non inhæreat, vt fieri ait in Eucharistia. Similiter igitur existimat, saluo caloris accidente, inhærentiam posse ab eo separari, & nihilominus calorem applicari posse animæ diuina virtute, quo interueniente confertur igni, vt contactu aliquo virtuali ita animam contingat, vt comburere possit. Non enim credibile esse putat, Deum, qui & ignis & spiritus naturam condidit, priuare se ea potestate voluisse, vt nunquam ea inter se vniri posse per modum agentis & passi, si ita voluntatis ferat. Igitur Deo iubente, ignis, agit per calorem, spiritus, patitur ab eodem calore, naturam statim induit. Quod fide intellectum in obsequium captiuante persuademur posse fieri, præsertim cùm non magis repugnet corpoream qualitatem in incorpoream substantiam recipi, quam incorporeum in corpore, [illegible] videmus per animam varias qualitates corporeas communicari, sicut è contra corpus in animam per corporeas qualitates agit. Hæc autem prædictus quæ refert summatim opinio, vt [illegible] eius perciperetur, & secundus ille modus explicandi cruciatum animæ separatæ per res corporeas, intelligeretur.

244 Denique tertiò alij affligi animam à tali corpore asserunt, quia est in anima quidam quasi sensus spiritualis, quo ipsa per cognitionem experimentalem similem sensationi, deprehendit qualitates sensibiles, sicut in corpore percipere. Vel saltem quia diuinitus potest anima separata alligari sine vnione alicui corpori, quod ipsa à se nullo modo separare possit, & cum quo eandem sympathiam habeat, quam prius habuerat cum corpore quod informabat; vt mirum non sit si similiter affligenda sit per qualitates sensibiles, ac cum corpori erat sibi vnito iuncta fuerit. Qui modus magis [illegible] quam à viris doctissimis approbatur, & diuinis oraculis ac Sanctis Patribus consonus, & qui nec videtur refutari posse, nec illi alij qui superiori quæst. traduntur probabiliores. Tradit hunc modum huius difficultatis enodandæ Ægidius Coninc 3. parte disput. de Purgat. à numero 52.

Multis tamen ex prædictis multis difficultatem ea [illegible], vt animum expleat, vel penitus satisfaciat. Quid possem multiplicare ac prolixè ostendi, nisi & in simili circa Dæmonum pœnas difficultate, diligenter alibi præstitum esset, quibus plerasque prædictorum modorum, qui & in anima separata, & in Dæmonibus locum

cum habent. Brevissimè igitur attingam, primò quæ spectant ad modum dicendi Dæmonibus & animabus communes, tum illos qui aliquid afferunt animæ separatæ peculiare, ostendendo per eos nec explicari quomodo animæ separatæ à rebus corporeis patiantur, nec quomodo talem dolorem: quæ duo in hac controversia esse discutienda, præmonuimus.

Contra cruciatum animæ, ex quacumque impressione, aut detentione per rem corpoream.

245 IMPRIMIS igitur qualitatem illam deformantem non eximit ea ratione qua contra quamcumque ab igne factam impressionem utitur Durand. in 4. distinct. 44. quæst. ult. numero 16. nempe quòd impossibile sit ignem agere in animam separatam, nec posse ad id elevari. Verò enim nunc damus possibilitatem potentiæ obedientialis, quamvis eius examen alio pertineat. Argumentandum ergo potius est cum eodem Durand. num. 18. ex eo quòd qualitas illa quæ est proximum doloris obiectum, debet esse disconvenientia naturæ quã affligit: atqui ignis, vel res corporea, quantumvis elevetur, nullam potest imprimere qualitatem animæ separatæ disconvenientem. Constat enim eam qualitatem, si daretur, non fore corpoream, quia qualitas corporea nullomodo disconveniret animæ separatæ, cùm neque eam spoliet ulla connaturali eius dispositione & ornamento, neque ullo alio modo eam malè afficiat: sed neque etiam esset spiritualis. Nam qualitas spiritualis, non potest non ornare subiectum spirituale in quo recipitur, cùm sit entitas valdè nobilis, & eiusdem ordinis cum substantia cui adhæret. Suppono enim fore qualitatem naturalem & alicui subiecto spirituali creato connaturalem, tum quia illud quod Caietan. in librum de ente & essentia post quæst. 17. latè contendit, annuente Ferrar. 3. contra gent. capite 7. nempe quòd omne accidens sit alicui naturæ connaturale & proprium, ne malè natura providerit productionem alicuius entis per se, nullam ei certam & stabilem causam assignando. Atque ita ea qualitas, quandoquidem esset connaturalis alicui spirituali creaturæ, non posset non ornare animam. Quod multò magis præstaret si diceretur esse qualitas supernaturalis secundum essentiam, quod tamen liquet dici non posse. Dantur quidem naturales aliquæ qualitates spirituales animam deformantes; nempe illæ quæ vel ad errorem actualem intellectus, vel ad actus voluntatis moraliter malos principiandos, ordinantur. Sed non licet adversarijs ad huiusmodi qualitates confugere. Nam aut nequirunt, aut saltem nullomodo decet, eas à Deo, vel immediatè, vel mediante instrumento per ipsum principaliter causantem elevato, produci intra animam. Nulla igitur qualitas per ignem elevatum producibilis, turparet animam, sed potius ornaret. Præsertim cùm non possit in anima separata intelligi ulla qualitas, quæ naturalem animæ pulchritudinem ulla ex parte subducat. Qua ratione atramentum vestem maculat, quia occultat pristinam albedinem vestis: at naturalis pulchritudo animæ, idem substantia animæ & accidentarijs qualitatibus, ex quibus pulchritudo illa consurgit, perseverat illæsa.

246 NEQUE verò cum aliquibus quos refert Franc. Georgius in Harmonia Cantico 3. tono 7. capite 18. recurri potest ad solam talis obiecti disproportionem, vel ad praeternaturalitatem qualitatis praedictae. Nam dolor, praesertim vehementissimus cuiusmodi est iste, debet oriri à qualitate contra naturam, atque adeò quae sit violenta. Nam qualitas quae duntaxat non sit propria naturae, seu quae non sit apta produci ex subiecto tanquam ex causa efficiente, sed ei sit indebita, non potest ei inferre dolorem si nullomodo eius connaturalem dispositionem excedat, vel continuitatem turbet, sed tantùm eam ea sit ordinis, vel etiam intra eundem ordinem ad superiorem gradum spectet, sicut oportere hic contingere. Nam cum anima sit infima in ordine substantiarum intellectualium, si ea qualitas naturalis, quae et dici deberet esse propria alicuius naturae creatae, non est propria animae, oportebit eam esse propriam intelligentiarum, adeò ut sit qualitas spiritualis. Atqui ita cum aliqui nullomodo incommodet animae, ornabit eam potius quàm turpet. Contingit quidem ut ad occursum subitum cadaveris canini aut humani, nasum non ferentem, cohorrescamus & doleamus; hoc tamen non oritur ex sola disproportione illius obiecti ob eius praeternaturalitatem, sed ex eius repugnantia cum natura nostra. Naturali enim propensione ob tenui tali obiectu abhorremus, tanquam repugnanti naturae saltem ob foeditatem quam spectandam praebet. Item oritur in voluntate dolor ex sola monstrositate alicuius membri, licèt nullus inde inferatur dolor sensus. Sed nimirum superfluitas illa, violenta est naturae, hoc ipso quòd tollit naturalem concinnitatem & harmoniam partium, impeditque, vel saltem minuit, bonum ipsius quo tale membrum in commercio suo illam sortiretur, quod naturae violentum est, ut habetur ex D. Thom. 1. parte quaestione 5. articulo 3. ad 2. In nostro autem casu qualitas à corpore elevato immissa spiritui separato nullam talem cum animo repugnantiam haberet. Atque ita non posset eam contristare. Praeterea ergo exponendum superest quibuslibet qualitatis deformitatis aut praeternaturalis affectionibus, quomodo ex ea proveniat talis dolor, verbi gratia, combustioni correspondens, scilicet frustrà indebiti, praeluceat voluntati tristitiam concipienti.

247 IAM verò quod addebatur qualitatem ab igne elevato immissam esse speciem impressam, nullo modo est ad rem. Nam quodcunque est proximum doloris obiectum, debet esse aliquod incommodum & nocivum, quod constat non competere speciei impressae, respectu animae separatae. Nam species impressa, tantùm hoc praestat animae, ut instructa eo comprincipio, possit prodire in actum speciei illi conformem, puta apprehensionis vel iudicij de obiecto. Non ergo obiectum in se nocivum, atque ita de se verè proximum non movebit voluntatem ad dolorem. Possit enim ad vehementissimum dolorem sensum talis ea respensio, si daretur obiectum doloris in casu nostro. Sic ignem ... intellectus ex speciei immissae aliquid propensio ad cogitandum de Deo, invita voluntate, quae vellet importunam illam non necessarij ob odij motum excitare. Sed hic & modicam tristitiam inferret, quia proptereà animae non impediretur cogitare de aliis rebus

ribus, & non talem qualem ignis in nobis infert, quod tamen ostendendum fuerat.

248 QVOD ideo rursus impugnant quod postea addebamus de cruciatione per solam detentionem in igne, aliove quouis corpore. Si enim corpora, verbi gratia ignis, eo tantum modo dicamus cruciare animas separatas, sequendum erit eas modicè puniri, sicut apud nos, poena carceris censetur minima. Immo in nobis poena illa posset videri acerba, quia eripit multa solatia, quibus carcere detenti frui non possunt: at anima separata quantumcumque alligata vni loco, potest percipere omnia solatia sibi connaturalia obuenientia ex vsu actuum internorum, cum eius cognitio pertingat æquè bene ad quamcumque distantiam, non minùs quàm cognitio intelligentiarum. Deinde constat nihil fore causæ, cur dolorem ex detentione in igne, vocemus dolorem similem ei, qui ex combustione percipitur. si ignis præcisè sit incommodus, quia animæ in eo detinentur. Alioqui si similiter animæ detinerentur in aqua, dici similiter possent comburi. Non igitur ad eum quem quærimus dolorem, sufficit, vt ignis sit quomodocumque obiectum eius, sed necesse est vt ea proportionali ratione sit incommodus, qua illis qui cremantur, quod non habet ignis quatenus præcisè detinens animam separatam; & idem est de aqua respectu doloris conuenienti aquæ, & vniuersè de quouis alio corpore certi cuiusdam doloris illatiuo.

Et hactenus de modis dicendi, animæ separatæ & Dæmoni communibus. Qui verò sequentur, tametsi ex parte ad Dæmonem quoque extenduntur, tamen primariò dantur de anima, immò ii quem secundo loco referemus, pro sola anima valet, nec nisi pro ea excogitatus est. Non est autem minùs facile, hos quoque diuersi modos, quàm anteriores illos quos hactenus vidimus, expugnare.

Anima nequit cruciari à re corporea, ob diuinitus factum supplementum sympathiæ.

249 ET imprimis nullomodo satisfacit, quod corpus noxium dicebatur cruciare animam separatam, æquè ac cruciasset corpori suo coniunctam, eo quod Deus suppleat defectum sympathiæ illius quæ inter voluntatem & sensum intercedit. Sed vt planius sit refutatio, supponamus quid sit ea sympathia. Quod non potest meliùs exponi quàm in exemplo. Ignis verbi gratia cruciat hominem corpore & anima constitutum, quia lædit corpus, expugnando connaturalem eius dispositionem. Hanc læsionem cùm primum percepit tactus, dicitur determinare sensum internum per sympathiam: hoc est, non aliquid in eum imprimendo, sed tantùm eliciendo suum met actum: vnde fit vt anima in qua ambæ illæ potentiæ radicantur, & quæ est principium primum cooperans illi vtrique facultati, hoc ipso quod cooperatur vni potentiæ, naturaliter quoque & per quamdam consecutionem, feratur ad operandum per alteram cum ea connexam. Sic determinatus à tactu sensus internus, determinat eodem modo appetitum sensitiuum, qui illico refugit incommodum, doletque de eo præsente & lædente. Ea autem vniti-

 tia,

tia, ab appetitu sensitiuo, rursus per sympathiam redundat in voluntatem, seu appetitum superiorem, quae est vltima in homine doloris perfectio & consummatio. Si igitur probauerimus eam sympathiam ne diuinitus quidem ei suppleri posse in anima separata, sufficienter diluentur quicquid sympathiae illi, & possibili eius supplementi superstruebatur. Facile autem probatur eam sympathiam suppleri non posse, quia vt optimè argumentatur Duc. in 4. dist. 44 quaest. 11. numer. 13. quamuis Deus possit supplere causas purè externas, (quamquam id quoque in causis vitalibus non est sine controuersia, & verius est eas suppleri non posse;) tamen causas internas nullo modo potest supplere, idque quod omnes fatentur est; alioqui posset Deus facere hominem sine anima, aut sine corpore, quod manifestè repugnat. Atqui obiectum quatenus determinatiuum est, habet rationem causae internae respectu actuum vitalium: ergo est insupplebile, etiam diuinitus. Et tamen qui dicunt Deum posse supplere sympathiam illam quae est inter potentias, reipsa dicunt Deum supplere obiectum. Nam propterea facultas superior, siue voluntas in casu nostro, excitatur per sympathiam ad operandum & formandum actum doloris, quia sensus exhibuit obiectum illud quale reuera est, nempe prout nociuum corporis. Et adeo voluntas cùm sit facultas animae, spectans ad ipsum totum cuius bono consulit, habet illud obiectum pro nociuo, illudque refugit, non quidem tanquam nociuum sibi immediatè, sed tanquam nociuum toti, ad quod sensus quoque & ipsa voluntas pertinet. Si igitur anima non sit vnita corpori, sicut non habet vllam dispositionem ac temperiem, quam qualitas per ignem immissa possit expugnare, aliave laedere, ita non habet vltrà pro nociuo, obiectum, quod ei in corpore constitutae habitum fuisset tanquam nociuum, ratione corporis cum quo ipsa colligabatur. Itaque dicere Deum posse supplere sympathiam illam inter sensum & voluntatem, ac proinde animam quamuis corpore carentem posse dolere de iisdem obiectis de quibus doleret coniuncta corpori, perinde est ac si diceretur, Deum posse supplere disconuenientiam obiecti, & facere vt obiectum quod reuerâ non est disconueniens, sit reuerà disconueniens, & [illegible] tale, quamuis nullo modo in se mutetur, nec aliquid acquirat propter quod induat rationem disconuenientis, sed potius dicatur illud extrinsecum, ratione [illegible] disconueniens.

250. Tametsi enim non potest Deus supplere hic sympathiam, quàm non potest supplere eam in actione intellectus, exhibente voluntati obiectum, iuxta longè communiorem sententiam, qua negatur, voluntatem, etiam diuina vi, posse ferri in incognitum, & appetere rem quam intellectus voluntati praeluxerit non proposuerit vt appetibilem & conuenientem. Tam enim in eo casu quàm in casu praesenti controuersia, est eadem ratio cur Deus id non possit. Nempe quia non potest Deus supplere obiectum, quatenus terminatiuum & specificatiuum. Quod semper addo, quia obiectum quatenus motiuum, seu impressiuum specierum, posse facilè suppleri, & ita contingit cùm Deus [illegible] oculo speciebus obiecti absentis, causat in sensu externo visionem eius, perinde

perinde ac si obiectum adesset, ut de quibusdam miraculosis apparitionibus passim philosophantur Doctores. Quod enim ibi suppletur, est pars actionis obiecti, respectu specierum quas connaturaliter emitteret tanquam causa earum efficiens, si adesset: facile autem est Deo, species illas se solo producere, vel etiam absque eis exprimere actum secundum, interveniente solius potentiae vitalis. At ratio obiectiva quae spectat ad causam formalem talis actus, suppleri non potest, cùm sit intrinseca causa talis actus, & revocetur ad causam formalem: licet ad distinctionem eius causae formalis quae spectat ad ipsam intrinsecam talis actus entitatem & intrinsecam constitutionem, dici soleat, obiectum actus spectare ad causam eius formalem extrinsecam. Satis de primo illo dicendi modo.

Contra cruciatum animae à rebus corporeis, ob perseverantes in ea sensuum radices.

251 Longe verò minus probari potest modus dicendi qui secundo loco proponebatur; nempe quòd anima separata ideo dolorem ab igne aliisque corporibus sustineat, quòd cùm sit forma corporis, & radix facultatum sensitivarum, non minus per eas radicaliter refugiat corpora nociva, ut ignem, ac similia, quàm refugisset dum corpori inerat, ideoque doleat si vitare non possit. Explicandum enim prius foret, quomodo ignis & alia huiusmodi, possint animae separatae disconvenire, & eam laedere. Tota siquidem ratio ob quam anima dum in corpore erat, refugiebat nimium calorem, & nisi eum vitare posset, dolebat, ex eo ducitur quòd nimius ille calor evertat debitam corporis temperiem. Propterea enim sensus externus, cùm primùm eam temperamenti corporei immutationem percepit, renunciavit animae damnum corporis, quod appetitus à sensu interno per phantasiam excitato, persensum, ex officio coepit refugere, & voluntas quoque tanquam facultas eiusdem animae, coepit abhorrere, non de suo, sed de corporis & totius per corpus illud constituti, ad quod ipsa pertinet, nocumento sollicita, ut iam suprà disputatione dictum est. Ostendendum ergo foret, parem esse animae separatae dolendi causam, si ignis & calor appropinquet. Quod certè non assequetur, cùm tantùm dicatur animam retinere sensuum radices, hoc est gradum sensitivum & rationem formae corporis, ac essentialem habitudinem & inclinationem ad illud. Potest enim anima separata retinere omnia illa, (sicut reverà retinet,) nec tamen perinde affici ad obiecta corpori nocia, atque cùm de facto corpori alligabatur, quia tunc erat de facto pars eiusdem totius ad quod spectat corpus, ac proinde facultates animae, tanquam facultates ad idem totum pertinentes, corporis quoque incommoda renunciare & refugere debebant, atque eis tristari si vitari non possent. At ex quo dissolutus est animae & corporis nexus, quamvis anima eadem spirituales potentias, nempe intellectum & voluntatem ac vim motricem inorganicam, & eundem substantialem gradum vitae sensitivae principiorum, retineat, tamen sicut ulterius non est actus corporis, ita nec ulterius refugit incommoda corporis quae sibi neque ratione substantiae aut accidentium, ut per se patet, neque ratione suae compartis, disconvenientia apprehendit. Quae omnia satis sufficere mihi videntur ad fundamentum praecipuum totius illius sententiae diluendum.

232 Quòd si præterea placeat, reliqua quæ in eundem commentationem adducuntur, expendere, non dubium quin pleraque improbanda meritò videantur. Imprimis verò quod dicebant, in anima separata præter vim intellectiuam remanere vim sensitiuam, qua anima per sensus agere posset, si rursus corpori copularetur; hoc inquam, vt sit ad rem, debet accipi de vi sensitiua operante quatenus sensitiua est. Nam vis sensitiua quomodolibet aliter operans, non agit quatenus vis sensitiua, nec plus interfuisset meminisse gradus illius, quàm gradus vegetatiui, qui item inest animæ separatæ si tantùm sumeretur gradus radicalis & substantialis. Siquidem gradus sensitiuus non plus confert ad quamuis aliam animæ operationem à sensatione distinctam, quàm vegetatiuus. Ergo vt non extra rem mentio fiat virtutis sensitiuæ in hoc negotio, necesse est vt mens auctoris cum quo agimus, sit, quòd anima separata per suum illum substantialem gradum sensitiuum quem retinet, operetur actiones sensitiuas, quamuis non actu agendo per sensus corporis, seu per accidentarias illas facultates quæ sunt connaturale facillimum animæ quatenus sentientis, & ei in corpore constitutæ ad sensationes eliciendas subseruiunt. Tales enim facultates cùm sint corporeæ, iuxta veriorem sententiam quam hic quoque auctor supponit, & corpori implantentur, pereunt vnà cum corpore, nec possunt animæ separatæ famulari. Sicut ergo multi existimant operationes quæ prodeunt ab accidente connaturali simul & à forma substantiali, cuius illud accidens est instrumentum, posse à sola forma pendere, si præcisè spectemus vim actiuam formæ efficacem, volitreque non nisi ad sublimationem suprmæ quæ est [illegible] earum operationum principium, [illegible] instrumentum à natura; vt [illegible] eminente [illegible], eò quòd sit principalis sine actionibus extrinsecis [illegible] aliis actiones impendendum: ita [illegible] stimare potuit præfatus auctor, [illegible] ipsa existimare debet, si ad [illegible] & consequenter loqui velit, [illegible] mam separatam per suum substantialem gradum sensitiuum, elicere sensationes, quibus obiecta quæ [illegible] sensus nocitiua pronunciaret, & per operationem sensitiuam refugeret, [illegible] quæ pronunciet noxius, & atque [illegible] fugiat post separationem à corpore.

233 Sed imprimis Bannes 1. p. quæst. 77. art. 8. refert quendam sensitiuarum in anima separata operationum assertorem, damnatum tamen [illegible]: nec refert quòd ille potentias quoque sensitiuas in anima remanere diceret post separationem, nam non distinguebat potentias ab anima, sed Gregorij sententiam vt Bannes ibi memorat, sequebatur: atque ita tantùm damnatus est, quia actiones sensitiuas tribuebat animæ separatæ. Deinde interrogo cuiusmodi sint sensationes illæ. Vel enim sunt spirituales actiones, vel corporeæ. Si sint corporeæ, non poterunt subiectari in anima separata: (quamuis iuxta sententiam philosophicam paulò ante memoratam, possint illi ea sola principiari effectiuè) nam accidens corporeum, non potest naturaliter afficere subiectum spirituale. Malè ergo auctor cum quo agimus, diceret, animam separatam concipere naturaliter eundem dolorem in vi sensitiua, quem conciperet iuncta corpori, frustràque recurrit ad vim diuinam vt anima eum dolorem actum eliciat, cùm anima per sensuum

suum radices possit cum dicere, & formalem eius effectum subire. Idem-que est de aliis actibus, quos ex eo-dem fundamento posset erit posse similiter elici ab anima separata, eam-que denominare, nempe de visio-ne, auditione, gustatione, & simili-bus. Siquidem hi actus non possint naturaliter in anima recipi, quae ta-men receptio praemittenda est ad hoc vt illi actus intelligantur conferre animae suum effectum formalem, & eam constituere videntem, audien-tem, &c. Si autem actiones illae sint spirituales, non erunt aliud quam vel intellectiones, vel volitiones quae-dam: atque ita non spectabunt ad animam quatenus substantialiter sen-sitiua est, sed quatenus est intelle-ctiua, quod tamen hic autor non videtur intendere, cum tam studiosè faciat vim intellectiuam à sensiti-ua, & praeter eas quae intellectiuae virtuti correspondent, alias quoque sensitiuae virtuti correspondentes ope-rationes assignet.

254. Quibus ita constitutis, com-muneque addiscimus de functioni-bus virtutis illius sensitiuae in beato-rum & damnatorum animabus: quas certè non nisi per metaphoram dici gustare, audire, videre, similesque sensitiuas operationes exercere, cla-rius videtur quam vt probatione e-geat. Nec alii Patres aut interpretes, hactenus ita intellexerunt quod in Scripturis legitur, de lingua, ore, au-ribus, & palmo, similibusque mem-bris animarum separatarum, vt ali-quas propriè dictas operationes non intellectiuae vel volitiuae, sed sensi-tiuae virtuti tribuendas, adscribi pu-tarent animabus separatis. Quamuis quia & ipsi eas ei tribuerent, aut dicerent, in corpore erant, & cum hominibus in corpore constitutis age-bant, subeant vel [illegible], qui-bus apud nos huiusmodi vires sen-sitiuae, easdemque actus exprimimus, aliquo transferre ad designandas vires ac functiones intellectiuas ani-marum separatarum, vt tradidit Ri-chard. in 4. distinct. 50. artic. 1. quaest. 1. exponens dictum Cassiodori lib. de anima cap. 1. de [illegible] spi-ritus & animae, quas aduersarius [illegible]. Eodemque modo Gennadium, quod idem aduersarius tribuit, ex-ponit Scotus eadem distinct. q. vnica artic. 2. concl. 1. E contra verò ple-rique, frequenter denegant anima-bus separatis omnes functiones ani-mae sentientis. Ita Autor libri de co-gnit. verae vitae (quem aliqui vete-res volunt esse Anselmum) cap. 10. Pulchrè Maximus centur. 1. ex va-riis cap. 57. ait enim, *Ad animam im-passam ad proprium sibi cum spiritibus intellectualibus regionem, non appellare legem [illegible], quia sensum [illegible] non habet, [illegible] ipsam ad animam. [illegible] enim [illegible] est sensus, secundum habitudinem quam habet erga animam, & in hac [illegible] [illegible], quorum habitudi-nem ad naturam cum transferendum ani-mae, [illegible] non [illegible].* Nec refragan-tur quidam Patres Platonem [illegible] qui corpus vocant idolum animae, & huic separatae quoddam quasi cor-poris simulachrum assignant, quos secutus videtur Hugo Etherianus lib. de regressu animarum ab inferis cap. 11. Rectè enim Nicetas 2. thesau. cap. 18. & 80. ait *corpus idolum animae dici, quia quod illa [illegible], hoc [illegible], quod illa [illegible], hoc [illegible] est quae re-*rum veritas exprimitur. Vt videas quo-modo intelligenda sint membra & functiones sensitiuae, quas interdum verbo tenus tribuunt animabus se-paratis, in quibus vsum actionum sensiti

sensitiuarum siue à sensibus, siue à sensuum radicibus ortum, negarunt semper Christiani Philosophi, vt refert idem Nicetas 1. de[illegible] cap. [illegible] enimque similitudinarium & metaphoricum concesserunt. Nec Patres tantum vel Christiani Theologi, sed & Philosophi Ethnici, omnem prorsus sensitiuæ partis vsum, ab anima separata remouerunt; ac nominatim Plotinus Ennea. 4. lib. 4. cap. 13. & Philolaus Pythagoricus quem refert Claudianus Mamertus lib. 2. de statu animæ c. 7.

45 Iam verò paucis consequenter idem auctor Deo tribuendum esse censet in hoc negotio, quòd ignis, animam separatam corpore cruciatum perinde exurat, ac si in corpore esset. Nam nomine exustionis aliud non intelligit quàm vel applicationem caloris ad animam non per inhæsionem, sed per indistantiam, vel afflictionem & dolorem ex ea applicatione ortum. Hoc secundum dici non potest. Si enim dolor ille naturaliter concipitur, frustraque ad eum explicandum recurritur ab aliis ad diuinam virtutem, cùm naturaliter consequatur ob perfectionem radicis sensuum, vt auctor præmiserat, quomodo iam subderet id esse tribuendum diuinæ virtuti ac miraculo? Primum quoque dici non potest: Applicatio enim ignis & caloris ad animam separatam facta per solam indistantiam & seclusa caloris inhæsione, non est aliquid quod excedat vires naturæ, sed & ab ipsa anima naturaliter, & ab Angelo fieri potest. Si quidem sistendo localiter, & indistantes reddendo substantias animæ & ignis, (quod naturaliter fieri potest,) illico exhibebitur ea applicatio. Solum verò caloris applicatio ad animam, excederet quidem vires naturæ, quæ non potest accidens à subiecto suo diuellere; tamen neque ea caloris applicatio in præsenti negotio necessaria est, neque sufficiens. Non quidem necessaria, quia calor per solam applicationem ad animam absque inhæsione est eius afflictiuus: atque id probabit siue desit miraculum auulsionis caloris à subiecto, siue non desit. Vtroque enim modo existit calor, qui poterit applicari animæ. Quorsum ergo illud miraculum separationis caloris? Sane alibi probauimus ad passionem sufficere solam indistantis appositionem absque inhæsione: Atque ita nonnulli, vt ex Henrico refert Carthus. in 4. dist. 44. quæst. 11. siue initio [illegible] Caietano 2. 3. opusc. tract. 1. resp. 3. punctio 2. censuerunt, corporibus damnatorum, à calore ignis duntaxat apposito, sine inhæsione dolorem, sicut experimur gustum affici à sapore non gustui inhærente, sed tantùm apposito. Sicut ergo hic non indiget potentia, naturaliter completum per solum accidentis alteri subiecto [illegible] applicationem, nec necesse est tale accidens diuelli à subiecto suo, vt sic afficiat; ita dicendum esset in casu nostro si calor applicatus absque inhæsione possit affligere animam separatam. Itaque ea caloris separatio non est, vt credebam, necessaria. Sed neque sufficiens; quia ad affligendam animam per calorem, necesse est eum imprimi animæ, & in ea recipi: propterea enim [illegible] laborat vt [illegible] probet calorem posse [illegible] recipi; atqui calor ex eo quòd auulsus esset ab igne, & indistaret ab anima, non propterea deberet recipi seu impressus animæ. Sicut accidentia panis & vini, (quod est aliud [illegible] exemplum,)

exemplum,) destructis substantiis quibus inerant, non imprimuntur corpori Christi indolenti, nec ei insunt vel inhærenter, alioqui denominarent illud, quod constat dici non posse: ergo inclusio illa caloris, & applicatio localis ad animam separatam, non sufficeret ad animam affligendam.

216 Omnino quàm parum aptè alter consuerit Bannes circa accidentium corporeorum subiectationem ab anima. Siquidem non intelligenda per subiectationem nisi applicationem illam localem caloris à subiectu avulsi, certum est neque Bannem, neque vllum Catholicum Theologum, eam negare posse, cùm perspicuè eruatur ex mysterio Eucharistiæ, et latè prosequatur, & ex ipsa quoque Philosophia confirmet Vald. t. 2. doctr. cap. 76. & 77. & Gabr. lect. 42. in Cano, nec oppugnauit Aristoteles, vt malè ei affingunt Ægid. opusc. de error. Philosophorum, & Bacon. in 1. distinct. 18. quæst. 1. art. 1. cùm tamen ex eo proferunt loca quibus ille naturalem accidentis à subiecto inseparabilitatem asserit, non autem supernaturaliter factibilem separabilitatem negauit, quam potius supponit 4. phys. t. 58. Non igitur de tali caloris subiectatione agendum cum Banne fuerat, sed de vera subiectatione importante inhæsionem caloris ad animam, quam posse diuinitus dari, negauerunt cum Banneso S. Thomas quodlib. 7. quæst. 4. art. 1. ad 5. Ocham in 4. quæstione 1. *litera F.* Syluest. 1. p. quæst. 14. art. 1. aliique multi. Quos non sequor, quia nullam video repugnantiam in tali accidentis naturalis vnione cum substantia spirituali, & ita tenet Gabr. in 2. distinct. 18. quæst. vnica lit. F. Sicut neque è contra, vt idem rectè affirmat, vlla est repugnantia in vnione spiritualis accidentis cum re corporea. Quod affirmant quoque Capreolus in 4. distinct. 1. ad 1. *Dur. contra* 4. citans Paludanum, & Albertinus 2. princ. compl. coroll. 2. multis repugnantibus Rubionio in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 2. Suare t. 1. 3. p. disp. 51. s. 6. Vasque 1. p. disp. 42. cap. 2. Sala tract. 1. distinct. 5. num. 5. & aliis. Imo Arnu cum quo agimus, videtur existimare vtrumque illud, quod de potentia absoluta admisimus fieri posse, esse naturaliter possibile. Ita enim significat in illis quæ dicit de communicatione vitalium qualitatum facta corpori, & de naturali actione corporis in animam sibi coniunctam. Sed hallucinatur, si vel aliquam spiritualem formam corpori ab anima in nobis imprimi, vel in animam corpoream aliquid à corpore deriuari arbitratur. Tantum ergo abest vt aduersarius Bannem impugnet in eo sensu in quo oportebat, vt potiùs primùm quidem cum eo consentiat, negétque informabilitatem animæ per calorem, & alia huiusmodi accidentia corporea. Deinde verò & Banni, & sibi, contrarius esse videatur.

217 Tandem quòd alligationem, & vnionem animæ separatæ ad ignem, Deo tribuit, non potest intelligi nisi de alligatione & vnione per meram coexistentiam localem. Omnis enim alia vnio animæ ad ignem, commentitia esset in hac re [illegible], quamuis non censeam quòd implicet, quia existimo formam diuinitus posse vniri materiæ quantumuis indispositæ, & alia forma iam instructæ coniungi. Sed vt patet, omnis talis vnio in hac re frustrà fingeretur, cùm nulli vsui esse possit ad elucidandam difficultatem. Contactus verò virtualis, quem

item aduersarius ait diuina virtute fieri inter calorem agentem & animam separatam patientem, probandus & declarandus fuerat ex ipsa natura talis contactus, non autem ex eo quòd non sit verisimile Deum se voluisse priuare potestate eum causandi. Siquidem Deus non plus potestatem suam circa aliquid abdicare potest, quàm seipsum. Videndum ergo fuerat, an contactus ille virtualis importaret vel implicaret in se contradictionem, vt inde pronunciari posset essétne concedendus aut negandus Deo. Quòd autem tota controuersia in qua versamur tandem ab aduersario non aliter dissoluitur quàm per hunc contactum virtualem, parum appositè factum videtur. Nomine enim contactus virtualis nihil aliud intelligit quàm passiuitatem (vt sic dicam) animæ separatæ ab igne. Itaque totus ille apparatus ad nouam resolutionem tradendam præmissus, eò tandem pertinet, vt habeamus, animam separatam ab igne cruciari, quia Deus vult eam à tali agente affligi: quod tamen nos de vera nec imaginaria afflictione agendo, ostendimus fieri non posse nisi aliud addatur. Nec si deueniendum eò fuerat, tam multæ non necessariæ & difficiles suppositiones præmittendæ, & huic resolutioni intermiscendæ erant.

Expenditur sensibilium perceptio experimentalis, sensationi correspondens.

158 Tertius ac postremus dicendi modus, nihilo magis rem hanc elucidat, aut satisfacit quàm superiores. Imò nihil supra ea quæ ex Molina & aliis in primo dicendi modo attulimus & reiecimus, contineri videtur in hoc tertio modo, nisi quædam ex secundo potissimè collecta adiuncta, quibus ille tertius, difficilior, & improbabilior redditur. Illa enim potentia percipiendi qualitates sensibiles per experientiam, si ab intellectu differt, non potest esse nisi sensus, vt patet ex potentiarum vitalium origine ex substantialibus vitæ gradibus. At nec sensus, (si ab anima differunt,) nec sensationem vllam insunt animæ separatæ, vt contra superiorem modum probauimus: si autem ea potentia sit idem quod intellectus, imò etiamsi esset sensus quidam spiritualis, dissoluendus semper superesset nodus ille, quomodo in tali statu non decipiatur anima iudicans ignem aliúdve quoduis simile corpus sibi esse nociuum, cùm reuerà non sit nociuum. Supplementum verò illud sympathiæ quò postea recurritur ab iis cum quibus agimus, tam suprà euersum est, nec vlla verisimilitudine ab iisdem pro cruciatu quoque dæmonum explicando assignatur, cùm Dæmones, vt diximus quidem, possint esse formæ corporum.

Cùm igitur tam variæ quas retulimus propositæ controuersiæ resolutiones, nequaquam satisfaciant, enitendum est alia ratione eam exponere. Tametsi tanta est in hac re difficultas, vt cùm aliis impugnare, & in quo deficiant ostendere, facillimum sit, aliquid tamen deinde afferre quod simili reprehensioni non sit obnoxium, longè difficillimum sit. Nec pauci & quidem summo ingenio homines, vt August. 21. Ciuit. c. 10. Hugo 1. de Sacram. fidei parte 16. cap. 3. Dur. in 4. distinct. 44. quæst. vltim. num. 19 aliique, plenam, & vsquequaque satisfacientem, vel etiam distinctè assignabilem hu-

ius

nt commorantis dissolutionem, desperatam. Principium tamen huius discursus ... proponamus, quid ad ea dicta quae diximus huius difficultatis capita, respondendum occurrat: Nempe quomodo animae separatae, & à corporibus, verbi gratia ab igne, subitò dolorem possint, tanquam à ratione obiectivi disconvenientis; & dolorem illum, qui sit proportionalis ei dolori quem ex combustione percipimus.

Difficultatis resolutio.

259 Existimo igitur cruciari posse animam separatam à re corporea, verbi gratia ab igne, tanquam ab obiecto disconveniente, si ignis aut res illa corporea, non consideretur secundum se, aut secundum suam naturam, quo pacto non habet rationem obiecti, quod tamen est praecipuum in hoc negotio; Sed consideretur in ratione signi deputati à Deo ad exhibitionem ipsiusmet Dei, vt peccatis in vita admissis, nec expiatis offensi, & ideirco inferni ac odio habentis, & omnia mala & damna quae anima patitur, inferentis; vel (quod semel monuisse sufficiat,) si de animis loquimur quae ... tantum ... reatu obstrictae sint ... ad tempus succensentis, ... privantis summi boni concupita fruitione, & sic excruciantis & purgantis vasa quae aliquando diligit.

Vbi in primis dubium non est, quin Deus, sicut olim instituit signum foederis & benignitatis suae, testem in caelo fidelem, ita possit quoque signum irae suae instituere creaturam aliquam corpoream, ad quam perpetuò commorandam necessitentur animae, quibus illa deputatio à primo migrationis à corpore innotescit. Haec autem creatura corporea, convenientissimè fuit ignis, qui & naturaliter activissimus est, & in suo genere & ordine est causativus summi doloris, vt propterea non nisi crimina palmaria, vivicomburiis plectantur. Inde enim facile fuit ... ducere homines qui de illo igne & dolore per eum inurendo acciperent aliquid, vt intelligerent, saevissimum & acerbissimum fore doloris illius sensum: Quod Deus maximè intendit, vt homines à facie eius fugiant, & iram venturam declinent. Et quamvis aliae quoque creaturae, animabus, eas post hanc vitam intuitivè conspicientibus, ingeratit Deum, à quo omnia creata intuitivè visa, cognoscuntur dependere, tamen aliae praeter ignem creaturae, (exempli gratia loquor, non excludendo qualibet alias corporeas substantias afflictivas animarum, & ad id quoque deputatas;) non exhibent Deum vt iratum. Est quidem perfacile ob affinitatem, vt haec Dei irati repraesentatio, exoriatur ex quacunque Dei exhibitione. Qui enim certam personam cogitat quam habitualiter scit esse inimicam, facile ex personae consideratione fertur etiam in considerationem inimicitiarum sibi cum ea intercedentium: Tamen hoc plus habet ignis, quòd directè Deum vt hostem vel iratum repraesentat, tanquam specialiter ad id deputatum; quodque praecipuum est, ignis perpetuò & indeclinabiliter cognoscitur ab anima separata, quod non habent illae aliae creaturae corporeae non deputatae ad poenam animae. Cessat enim anima ab earum intuitu, cùm lubet, per se loquendo.

Quomodo verus dolor, animae separatae adveniat ex re corporea.

260 Igitur ignis perpetuò ani-

malus obuersans, ingerit tanquam signum ad id diuinitus deputatum, exhibet eis horrificum vultum Dei vel irati vel odio habentis, quem amicum aut non infensum habere, summa fœlicitas est, in eius verò succensentis, ac iusto furore percitti iram incurrere, etiã nulla ab eo incommoda timerentur longè infœlicissimum, & quauis gehennæ peius, ait Chrysost. in Psal. 5. ad illud, *odisti omnes.* Quanto ergo hunc deteriorem esse oportet exhibitionem eius, in cuius manus se incidisse videns anima, tam multa & tam grauia subeunda cognoscit, cuiusmodi sunt, æterna aut temporalis summorum bonorum priuatio, Dæmonum conspectus & conuictus, teterrimus carcer, iugis afflictissimorum societas, aliaque huiusmodi incommoda grauissima, & nominatim quod spectat ad ea quæ sibi ex supplicio æternũm sufferenda præuidens, corporis quandoque resumendi mente præcepta incendia, [illegible] impiorum perpetuus in eodẽ quasi stabulo more pecorum, æterna vincula, & in vno loco defixio, pedũ ac manuũ in exterioribus tenebris ligatione signata, & cæterorũ omnium status illius incommodorum fixa & indeclinabilis, & quod Chrysostomus valdè exaggerat in Psal. 49. ad illud *in die tribulationis* æternùm duratura perpessio, cum desperatione & incredibilissima rabie. Quin etiã dolor ex his omnibus conceptus, dum reflexè præcognitur, & sine vlla remissione sentiendus attingitur, habet rationem valdè horrifici mali, & Deus prout ad eum necessitans, ac pro demeritorum qualitate ac magnitudine ad eius intensionem determinans, occurrit animo vt inferens ingens quoddam supplicium. Quæ Dei velut facies, per ignem tanquam per signum ad id institutũ exhibetur, vnde dolor immanissimus exhibe-

106 Accedit ad dolorem cumulum quòd eius bonorum priuatio, & sui diuinorum irrogatio, [illegible] quàm quod lenicula [illegible] & illa dulcedula per summam dementiam postposita est [illegible] rum, & omnimoda [illegible]. Vnde ingens continuus exoritur, qui [illegible] currit ad eorum [illegible] cum illo alio dolore ex Dei iræ apprehensione concepto: quippe qui per tenebras illas noctis cernunt tanquam originem, & occasionẽ, ex qua omne illud damnorũ agmen effluxit. Ex parte est nequitiæ fœditas, & carnalis voluptatis esca, tanto [illegible] & corporalium, [illegible], vt qui mentis oculus bene affectus habet, & fascino [illegible] cans, [illegible], vltrà nõ [illegible] ditur, agnoscat nullum se [illegible] in illis in quibus erubescere vel [illegible] & apud semetipsum [illegible]. Quod si plerosque acceperimus, non ex virtutis amore, vel aliarum pœnarum metu, sed ex nobilitate illius horrore, & ex angustia per peccata admissa [illegible] immanente, solatium ex tali [illegible] metũ profectò [illegible] se [illegible] ille carnifex, cùm oculus mentis purior & liberior, & in eam fœditatẽ sine honestatis mixtura apparentem perpetuo intentus, nullas inducias [illegible] dabit. Exinde igitur inde sumus qualis dolor, vt pulcherrimè præter cæteros expendunt Basil. in Psal. 33. ad illud, *[illegible] confundentur*, & Euchet. hom. 8. ad Monachos & hom. 1. de Epiph. sub finẽ, qui item parentẽ nunc omnibus [illegible] simorũ nunc scelerũ fœditatẽ, exaggerationem, [illegible] quod pulcherrime etiã expẽdit Basil. lib. de virginitate *sub medium*, collata anima cũ pictore, nunc quidẽ in occulto & intra corporis spatiũ pingente, quam deinde coram omnibus inspiciẽda proponãt picturæ,

quarum

quatenus plerumque prorsus incenditae & obscurae ac monstrosae apparebunt. Cumulabit insuper eorundem inde dolorem, faelicitas aliorum, quos centies se malis eripuisse conspiciet, cùm tamen non maiora eis ad faelicitatem praesidia, non vberior, sed plerumque parcior, diuinae in eos beneficentiae imber defluxerit. quod expendit luculenter Chrysost. serm. 8. in 1. ad Thessal.

262 Haec igitur aliaque incommoda per se acerbissima, & alia quae numerat Caietanus in c. 16. Lucae ad illud *iam esse in tormentis*, & qui eum exscripsit Iansenius c. 97. concord. in vnum veluti adunantur, ex eo quòd ignis ad id specialiter à Deo deputatus, commotum Dei hostis, vel patris ad tempus succensentis, animum exhibet, ob hanc quam proximè dixi occasionem, omnia illa infelicissimi status incommoda, iustissimè inferentem, & omnibus faelicissimi proborum status commodis, priuantem praesentemque ipso summo bono ad cuius possessionem se factam nouit anima, ita vt quae sibi semper futura est, videatur se cecidisse fine suo, & frustrà factum, acin tantum acceptam, quod cum nullis tormentis conferri posse dicit August. in Psal. 49. & luculenter Chrys. paraen. 1. ad Theod. lapsum & hom. 23. & 47. ad popul. & 24. in Matth. referente & approbante haec Chrysost. dicta, Dorotheo doctr. 12.

263 Ex quo secundo capite videri alicui poterit, poenam, (vt vocant,) sensus, quae in mali disconuenientis & tormenti perpessione consistit, estque proportionalis malis sensibilibus quae affligunt alios quales per peccatum, confundi hic à nobis cum illa alia poena, quam vocant damni, consistitque in priuatione summi boni, & aliorum commodorum, eius possessionem consequentium, de qua nunc non agimus, quia à Philosophis quos insequendos suscepimus negata non est, sed prior tantùm quam sensus vocant. Videri igitur poterit, nos, quas ex parte cruciatum per ignem inferendum, retorquemus ad ingestam per ignem memoriam Dei tot bonis priuantis, miseriae quae seiungenda fuerant, cùm ea priuatio, & dolor de ea, spectet ad poenam damni. Nec enim verisimile est, quod non nemo asseruit, & malè Scoto affingitur, nempe quòd poena sensus & damni, eo tantùm distinguantur, quòd cum vtraque poena sit malum, poena damni sit malum ob culpam inflictum praecisa eius cognitione, atque adeò etiam tristitia de eo, & idcirco possit esse in pueris & amentibus: Poena autem sensus sit malum quod cognoscitur disconueniens, & idcirco tristitiam inferat; ita vt eadem sit poena sensus, quod poena consequens cognitionem, latè vsurpata voce *sensus*, prout ad quamuis notitiam, etiam intellectualem, extendi potest. Haec inquam poenarum illarum distinctio, non est verisimilis: siquidem quocumque casu mali, includitur semper dolor malum illud concomitans, nec censentur duae poenae, priuatio pecuniae, & dolor inde consequens sicut non sunt duo praemia, possessio boni, & delectatio eam consequens ad modum proprietatis. Haec enim accessoria, adiunguntur principali, & vnum cum eo faciunt, nec comparantur tanquam distincta, vt satis innuit D. Th. in 4. d. 44. q. vnica art. 2. in corp. & Scotus in 4. d. 50. q. 6. supra N. & d. 46. q. 4. lit. B.

264 Quia ergo poenae illae distinguendae sunt eo modo quem suprà indicaui, non illo quem nunc reieci, vrgere videtur difficultas quae adducebatur contra doctrinam propositam, tanquam poenam sensus ab

qua sola agimus, misceantur ex parte cum pœna damni, de qua non est hic sermo. Facile tamen est saluis illis quæ constituta sunt, pœnas illas secernere. Aliud quippe est dolere de priuatione alicuius boni, vndecumque ea fiat, qui dolor pertinet ad pœnam damni, aliud verò dolere de eadem vt illata per hostem nobis infensum, vel per patrem iustè iratum, quem quomodocumque offendisse, & sic tractari promeruisse, in [illegible] indicatur. Dolor enim inde conceptus, non pertinet ad pœnam damni, quæ præcisè est carentia boni, & dolor de ea carentia vndecumque ea obuenerit: Pertinet ergo ad pœnam sensus, cùm terminus eius, siue vltimatus, nempe Deus odio habens vel iratus, siue proximus, nempe ignis ad modum signi eū exhibens, à priuatione boni quomodocumque, intensè differat. Siuè causa illa pœnam inferens, non sumitur hîc à nobis in ratione causæ purè efficientis, & penitus extrinsecæ, sed in ratione obiectiuè, consequenter inde non parum aggrauari posse dolorem.

Quomodo certus aliquis dolor indidem pullulet, verbi gratia, proportionalis dolori ex combustione corporis.

265 Nunc plura de primo propositorum capitum, seu quomodo anima separata possit interuentu substantiæ corporeæ, tanquam alicuius disconuenientis, affligi. Cùm enim ostensum sit harum substantiarum disconuenientiam purè effectiuam, non sufficere ad inferendum dolorem, sed exigi insuper vt habeant obiectiuam aliquam rationem disconuenientem, hæc autē in talibus substantiis respectu animæ separatæ non videatur posse intelligi, non confictam, sed veram, ob repugnantiam cum dispositione aliqua aut connatu aliaue qualitate animæ [illegible] necessaria, vt expensum est circa [illegible] ex aliis modis dicendi, non videtur superesse alia ratio explicandi disconuenientiam obiectiuam nisi considerando eas substantias in ratione signi aliquid ex ipsa incommodum repræsentantis, quæ est vera aliqua disconuenientia vera doloris ingeneratiua, potissimum tam vigore & claritate, siue signum illud & anima indistent localiter, siue procul distent. Si enim habeat se merè vt signum, facilè est vt anima separata, cuius notitia non pendet à loco, nec minuitur per distantiam, aut per propinquitatem augetur, feratur in tale signum localiter distans, atque ita cruciatur: Si autem insuper habeat rationem causæ efficientis, obedientialiter coefficientis actum doloris, (quod in hac re parum curandum est,) facile quoque erit Deo, signum illud eleuare, ad coefficiendum in loco distanti dolorem simul cum voluntate: atque ita verum semper erit quòd anima, vbicumque sit, patitur suum ignem, tametsi cùm ex dispensatione apud nos est, nec calorē ignis illius, quippe distiti & in solam animam agentis, nec calorem sed dolorem causantis, non deprehendamus, ex quo nō circumscribi verè ab eo ignem colligit Argent. in 4 d. 44 art. 4. Superest ergo vt ostendamus non modò animam separatam posse affligi ab igne, & huiusmodi corporibus ad id deputatis, sed etiā posse affligi procreatione doloris, ei similis, quem ex combustione percipimus cum exurimur, quod erat alterum caput suprà propositum.

266 Ad secundum igitur est, Deū hostem vel iratum, & idcirco priuantem bonis, & incōmoda positiua suprà memorata inferentem, & se talem [illegible]

[illegible]

mæ separatæ exhibitum, per ignẽ tanquam per signum posse animæ multiplicem dolorem inferre. Nẽpe si pereciſè attendamus dolorem qui quasi connaturaliter ex eo obiecto exsisteret, & qualem non ipsi ex simili talis obiecti consideratione percipimus, constat eum dolorem fore longè alterius rationis quàm sit dolor quem ex cõbustione percipimus. Dolores enim pro diversitate læsionum, seu causarũ, variantur specie, vt rectè ex obiectorũ diversitate, & ex diverso modo afficiẽdi potentiam colligit Suar. t. 2. 3. p. d. 53. sect. 2. Atque ita sicut in nobis, ex obiecto illo de quo agimus, non pullulat dolor similis ei quem ex combustione haurimus, sic in anima separata eventurum videtur. Nihilominus pro ea summa potestate quam Deus habet in potentiam appetitiuam, æquè ac in omnes aliàs res creatas, facile Deo est efficere, vt ex tali obiecto disconvenienti alia doloris species, tali obiecto veluti extranea, & non connaturalis hauriatur à voluntate, determinando eam ad talem doloris speciem concipiendam ex obiecto illo, (cùm vltimato, nempe Deo irato, tam pro irato, nẽpe igne, divinitus ad Deũ in affectum exhibendum deputato,) quæ sit eiusdẽ rationis cum illo dolore quo afficitur anima corpori inexistens, cùm corpus comburitur. Similitérque ex alijs corporeis afflictiuis Deum per modũ signi exhibentibus, species doloris hauriri videtur, quæ sit consentanea & proportionata signo vltimum doloris obiectũ exhibenti, ita scilicet vt ex glacie aliove corpore perfrigido existat dolor similis ei quem ex corporum illorum applicatione sentimus. In hac autem voluntatis determinatione ad illam obiecto disconvenienti non connaturalem doloris speciem, nulla repugnantia potest assignari. Nec est verum talem dolorem fore fictum & imporaturum deceptionẽ: est enim dolor omnino verus, cũ oriatur obiecto verè nociuo, quod anima sine errore indicat esse nociuum & disconveniẽs, & agnoscit qualem secundum naturã suam est. Ac ne in tali quidem specie doloris, censenda tunc est intervenire deceptio. Quando enim obiectum cõtristans, verè est disconveniens, parum refert quòd hanc vel illã doloris speciem ingeneret. Nam & plerumque ex quibusdam obiectis extraneis, propter certam corporis affectionem, exurgit in nobis dolor, alijs potiùs obiectis cõsentaneus, vt stupor quidam dentium, & horror ex quorundam corporum collisione, & alia experimento cõperta, in quibus casibus nemo propereà dicit, fictitium duntaxat dolorem intervenire.

Et hactenus de gravissima difficultate, in qua si aliorum animum non explevero, vsurpabo Timæi verba, cum Socrate disputantis *in 2. parte Timæi*, & quæ ille vniversè, de quantis divinarũ rerum tractatione affirmat, in hac difficultate divinæ iustitiæ & providentiæ in torquendis impiis vim attingẽtem, respondebo: *meminisse oportet & me qui disseram, & vos qui iudicatis, homines esse, vt si probabilia dicta sint, nihil vlterius requiratis.*

Porro inter corporea doloris animarum obiecta, omisi immissionem animæ in corpus bruti, vnde aliqui existimant animas post vitam in humano corpore impiè transactam, affligi iuxta Platonem, & habetur etiam cap. 10. Pimandri. Sed quid de eo obiecto hi autores senserint, infrà exponam.

ARTICVLVS V.

De tertio vita functorum ordine, vbi quid Ethnici de futura proborum faelicitate habuerint.

267 VENIO ad tertium initio propositum hominum vita functorum statum, eorum videlicet, qui vita laudabiliter transacta corpore excesserint, de quo multa variis locis Plato. sed illud praeclarum in Phaedone circa medium, quod allegat Clem. Alex. IV. Strom. cap. 8. *Si puram animam abstraxerit, nihil a corporis contagione secum trahens, ut quae cum nihil omnino ei in praesenti vita volens, communicarit, sed illud aversata semper fugerit, ipsaque in sese collecta* [illegible] *quod quidem nihil aliud est quam recte philosophari, & vere mortem facile cogitare, an non illud erit commentatio mortis? Omnino. Nonne igitur sic comparata anima ad divinum quoddam sibi simile proficiscitur, Divinum inquam, & immortale, & sapiens; quo cum pervenerit contingit felicem esse, ab errore, ignorantia, terroribus, foedis amoribus, aliisq. humanis liberatam malis, & quemadmodum de initiatis dicitur, cum Diis vere reliquum temporis tempus degit.* Laudat hunc in parte Platonem, Constantinus Magnus orat. ad Sanctorum coetum cap. 9. *atque hunc eius sermonem non modo permultam admirationem, sed* [illegible]. *Quis enim est qui huic sermoni fidem habens, huiusque expectans felicitatem, vitam non optime instituere, non iustitiam & temperantiam colere, non pravitatem sedulo vitare, vellet?* Similia habet Plato in Axiocho, & lib. 10. de leg. & in Phaedro [illegible] Plotinus Ennea. 1. lib. [illegible] Zenonem apud Lactant. lib. [illegible] Plutarch. lib. de sera numinis vindicta, & alibi frequentissime, item Heraclitum dicentem bonos vita functos ea sperare praemia, quae ne in cogitationem quidem mortalium umquam inciderint. Quod ex eo refert Clem. Alex. IV. Strom. c. [illegible] vbi refert quoque ex Pythagoreis [illegible] bonam spem annunciasse recte sic degentibus & philosophantibus, contra vero a Philosophia deficientibus, vt est apud Origenem 2. contra Celsum extruebant cenotaphia tanquam qui vere hic vivere & aeternae felicis vitae praeludere desiissent.

268 PRAEIVERAT illis Hermes c. 1. Pimandri, expositis [illegible], quae statim a morte ad Deum contendenti accidunt, tandem concludit sub finem capitis. *Tunc animus ad propriam naturam transit, vim propriam habens, tum cum illis qui ibi sunt patrem laudat,* [illegible] *praesentiam* [illegible] *patris; Deo fruuntur: atque id summum bonum est,* [illegible] *quibus cognoscendi sors contigerit, Deum fieri.* Similia habet c. 4. Asclepij. Nec puto omittenda quae de Plotini iam vita functi beatitate, mendacites, siue ab Apolline, siue a Porphyrio, tanquam Apollinis, conficta leguntur in ipsius Plotini vita. Recte enim exprimunt, quis esset Ethnicorum sensus de eorum beatitate qui vita pie transacta obierint, qualem fuisse Plotinum (mendacissime licet) persuadere conatur Porphyrius in ea Plotini vita. Hac ergo de Plotino vita iam functo Apollinis oraculum refert capite 17. *Genie, qui prius, ac nunc Genij consortia divinitus accedens, felicius habitas iam* [illegible] *& ex* [illegible] *ad* [illegible] *nunc* [illegible]

nare, procul à vulgi miserorum turba; ut in- stellas animi pars velocissima eam. Ubi Dei [illegible] fulgor: ubi sit pura lu- [illegible], procul à [illegible] squalore. Et olim quidem [illegible] ut amicum [illegible] dum [illegible] vitae, tristisque [illegible] in medio: [illegible] frequenter à [illegible] apparuit [illegible] frequenter [illegible], aliquando [illegible] ad recti- [illegible], [illegible] etiam [illegible] hominum [illegible] Nec oculis planè tam fallax [illegible] sed à pulchris [illegible] caligine, dum [illegible], multa oculis & [illegible] con- templatus es, quae nemo [illegible] vidit [illegible] rum hominum, qui sapientia fuerunt [illegible]. At nunc ubi [illegible] & animo [illegible] ad convivium geniale [illegible] quod [illegible] spirat auri: ubi [illegible] ubi cupido [illegible] & semper [illegible] a Deo: unde sunt [illegible] & [illegible] arbor [illegible] magni [illegible]: ubi agitant Minos & Rhadamanthus fratres: ubi iustus Aeacus: ubi Plato [illegible] ubi pulcher Pythagoras, & quicunque chorum [illegible] immortalis, quicunque genus [illegible] cum beatis- [illegible] semper [illegible]. Ab- [illegible] laborabant [illegible] ad [illegible] vitam stabilissimam [illegible]. Sileamus [illegible], & [illegible] Musae gaudeant. At aurea [illegible] hoc habuit quae diceret, [illegible] genus.

269 INFINITA sunt quae [illegible] congregari licet: circa excellen- tissimam bonorum [illegible] & sum- mam beatitatem quae illis obtinget ex coniunctione cum Deo. Naturaliter enim evidens esse, quod Deus homi- nem rectè & in vita gerentem bea- turus sit, saltem beatitudine natu- rali, rectè contra Caietanum proba- tur Canus 12. de locis cap. 4. Eam por- rò naturalem bonorum felicitatem non alia ratione exponi posse quàm per coniunctionem cum Deo, tradi- tum alibi est, & copiosè multis Pla- tonicis mysteriis expositis tradit Fi- cinus 18. de immortal. cap. 8. At non omittendum quod ex Platone re- fert Eusebius 12. praepar. cap. 1. & lib. 15. cap. 7. videlicet animam bea- tam quantumvis deliciis redunden- tem, tamen res humanas curare, & auxiliari hominibus, prout eis opus est. Sed non est hic de his rebus mul- ta dicendi opportunus locus. Obi- ter tantum attexo de Dei per beatam animam coniunctione pauca testimo- nia, inprimisque pulcherrimum Se- necae locum ex epistol. 102. *sub finem. Veniet (inquit) qui te revelet dies, & ex contubernio foedi atque olidi ventris edu- cat.* Corpus velamento comparatur, & statum vitae praesentis, statui pueri materno utero conclusi, quam postremam comparationem optimè quoque prosequitur Vives 1. de ve- rit. fidei cap. 7. & Nyssenus orat. de mortuis, & ex parte Macar. hom. 45. Sed pergit Seneca. *Hinc nunc quoque tu quantum potes sublevare, ab aliis tibi [illegible] quae etiam necessariis superfluis, alienus. Iam nunc animo aliquid sublimiusque cogitare. Aliquando tibi naturae arcana retegentur, discutietur illa caligo, & lux undique clara percutiet. Imaginare tecum quantus ille sit fulgor, tot sideribus inter se lumen miscentibus. Nulla serenum um- bra turbabit. Aequaliter splendebit omne caeli latus. Dies & nox, aeris infimi vices sunt. Tunc in tenebris vixisse dices,*

cùm totam lucem totus aspexeris, quam nunc per angustissimas oculorum vias obscurè intueris, & tamen admiraris tam procul. Quid tibi videbitur diuina lux cùm illam suo loco videris? Hæc cogitatio nihil sordidum animo subsidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos omnium rerum esse testes ait. Illis nos approbari, illis in futurum parari iubet, & æternitatem proponere. Hæc ille, vt Tertullianus rectè censuit, sæpe noster, qui etiam videndus in consol. ad Marciam cap. vlt. Appono & mantissam ex Metrodoro qui etiã fuit Epicuræus, hæc tamen diuinè dixit, vt rectè iudicauit Clem. V. Strom. *ferè in fine. Memento Menestrate, quoniam es mortalis, & vitam accepisti terminatam, animo ascendere, donec sæculum & rerum videris infinitatem, tam quæ futura sunt, quàm quæ fuerunt: quando cum beato choro, vt Platonis sententia, felicem visionem spectaculumque contemplabimur, nos quidem cum Ioue sequentes, alij autem cum dijs alijs, & beatissima, si fas est dicere, mysteria peragemus ac celebrabimus, ipsi quidem integri & malis malorum perpessioni obnoxij, quæ in posteriori tempore nos manserunt: integra autem & quieta visa aspicientes, & contemplantes in luce pura, puri & nequaquam hoc obsignati, quod nunc corpus circumferentes nominamus, ut instar ostrei alligati.*

270 CLAVDAT agmen Plotinus Ennea. 1. lib. 6. c. 7. vbi collustrationem, & gaudium animi conuersi ad Deum, illúmque contuentis, luculenter exponit. Cùm enim dixisset, Deum esse ipsum bonum & pulchrum, omnibúsque appetibile, subdit. *Sequuntur autem ipsum qui ad superiora conscendunt, conuersique ad ipsum, quatenus exuunt quæ induerant descendendo. Quemadmodum qui in sancta sacrorum penetrant, purgantur prius, exuuntque vestes, nudique procedunt, quousque progrediens aliquis dimissis omnibus alienis à Deo, seipso tantùm diuinum ipsum inspiciat solum, sincerum & simplex atque purum: à quo cuncta dependent: ad quod respiciunt, quo sunt, & viuunt, atque intelligunt. Causa enim est vitæ, & mentis, atque essendi. Id igitur quisquis videt, quanto, precor, ardet amore, quanto desiderio flagrat in vnum congredi vehementer affectans: quam mirabiliter voluptate cum stupore commouetur! Sic profectò natura comparatum est, vt qui nondum videt, ipsum appetat tanquam bonum. Qui verò iam videt, oblectatur velut pulchro, admirationéque cum voluptate pariter impletur: salubri quodam stupore percutitur: vero feruenóque afficitur amore: veros affectus, aliosque amores irridet: quæ prius habebantur pulchra, contemnit. Quod quidem ferme his quoque contingit, qui cùm obuias habuerint Deorum vel Dæmonum formas, cæterarum deinde corporum formas, nihili pendunt. Quidnam igitur affuturum putamus eum, qui pulchrũ ipsum fuerit contemplatus? Ipsum inquã in seipso purum, neq; carnibus neq; hoc corpore prægrauatum: neque terra, neque cælo comprehensum: vt videlicet existat purum: etenim aduentitia sunt hæc omnia atque mista, idcóque nec prima, sed ab ipso procedunt. Si quis ergo illud, quod præbet quidem omnibus munera, manétque interim in seipso dum tradit, nec quicquam ab alio recipit, quandoque intueatur in eius intuitu permanens, adeóque fruatur, vt similis ipsi fiat, quonam pulchro vlterius indigebit? Id namque, cùm potissimum primúmque ipsa sit pulchritudo, amatores suos pulchros efficit, & amabiles.* Hactenus ille, qui statim subiicit dignam Christiano sententiam, nempe *certandum omnino esse, vt hanc tandem felicitatem adipiscamur.*

271 Locum

271 LOCUM in quem recipiuntur felices piorum animæ, non vnum assignarunt Philosophi. Quæ de re ita Tertullian. capite 54. de anima. *Omnes ferme Philosophi qui immortalitatem animæ, qualiter volunt tamen vindicant, vt Pythagoras, vt Empedocles, vt Plato, quiq; aliquod illi tempus indulgent ab excessu vsque in conflagrationem vniuersitatis, vt Stoici, suas solas, id est sapientum animas, in supernis mansionibus collocant.* Et paulò post. *Itaque apud Platonem in æthera sublimantur animæ sapientes, apud Arium in aërem, apud Stoicos sub lunam. Quos quidem miror quòd imprudentes animas circa terram prosternant, cùm illas à sapientibus multò superioribus erudiri affirment. Vbi erit scholæ regio in tanta distantia diuersoriorum, qua ratione discipuli ad magistros conuentabunt tanto discrimine inuicem abstinentes?* Et rursus infrà. *Sed in æthere dormitio nostra, cum pueris Platonis, aut in aëre cum Ario, aut circa lunam cum Endymionibus Stoicorum.* Sic ille: at Lactant. libr. 7. capite 20. sedem proborum iuxta Stoicos, ait esse sedem cœlestem, vel campos quosdam fortunatos, vbi fruantur miris voluptatibus. Et apud Clementem IV. Strom. *in fine* iidem Stoici ideo dicunt cœlum propriè esse ciuitatem, quæ autem sunt hic in terra non item; dici enim, sed non esse. Eandem beatorum sedem agnoscunt ibidem paulò ante adducti, Epicharmus, Pindarus & Euripides. *Sed & aureas super nudos cælos, Sanctorum domos, & aulas gemmis intermicantibus expolitas, ac immortalium metallorum fulgore perfusas, lucem sibimetipsam illustrantem, penitus semper splendore radiantem, beatitudinem ineffabilibus bonis diuitem, lætam cum sæculis suis perennitatem, communem cum Deo vitam* (Verba sunt Saluiani 2. ad Eccles. c. 3.) legere licet apud Poëtas, ac etiam Philosophos. Nam cœlum Empyreum, fuisse à Philosophis cognitum dixi distinct. 3. numer. 68. Displicet ergo quod Petauius libro de Purgator. *capite* 4. ait hoc cœlum omnibus Philosophis fuisse incognitum.

272 SED vt ad Platonem redeam, locus eius ad quem respexit Tertullianus ante adductus habetur in Phædone *post medium*, & alia quinque in eam sententiam habentur apud eundem in Phædro & Timæo. Eundem Phædonis locum allegat Celsus his verbis, quæ ex eo refert Origen. libr. 7. *ante medium. Proditum est à diuinis hominibus priscis, beatas animas vitam beatam degere. Locum autem eum, quidam beatorum insulas nominant, alij campum Elysium, etymologia Græca vocis inde deducta quòd soluti sint malis omnibus, de quo Homerus sic canit.*

In campum Elysium posthæc sedesque beatas
Ab Ioue mitteris, in quo suauissima vita est.

Plato item immortalem credens animam, locum quò mittitur, apertè terram nominat, dicens eam patere latissimè, & nos habitare à Phaside vsque ad Herculeas columnas, in parua quadam portiuncula, mare accolentes; quemadmodum formicæ ranæque degunt circa paludes, esseque circa eam terram, passim concauitates varias, differentes inter se tam specie quàm amplitudine, in quas & aquam confluere, & caliginem atque aërem, ipsam verò terram puram in puro sitam esse æthere. Hæc Celsus, quem reprehendit Origenes, quòd existimaret quæ Christiani de regno cœlorum, & terra quam inhabitaturi essent post mortem, ex sacris oraculis referebant,

ex Platonis Phædone & aliis Ethnicis; de terra pura in cælo puro sita philosophantibus, fuisse depromptam: cum tamen & Plato, & Græci reliqui, non solùm à Mose, sed & ab aliis Prophetis mutuati sint, quicquid de sua illa terra scriptis tradiderunt, & [illegible] quæ de illius terræ gemmis, & lapidibus pretiosis, latè traduntur à Platone loco allegato Phædonis, ex Isaiæ 54. ubi civitas Dei describitur, ab eo fuisse sumpta, censet Origenes ac Eusebius 12. præparat. cap. 59. quod generatim quoque tradit Nazianz. orat. 20. numer. 44. verbis illis: *Qui ignavia ipsum periculum fecerunt, Minoem illum ac Rhadamanthum pro nugis habent, quos prisci assidentes [illegible], & campi Elysii Græci denominabant: paradisi scilicet nostri speciem quandam antea intuentes, atque ex Mosaicis, ut opinor, nostrisque libris, tametsi in omnem mundum dissiparentur, aliis tamen vocabulis hoc ipsum indicantes.* Ex simili item Hieremiæ loco, adductos fuisse Pythagoreos, ut cælum appellarent ἀντίχθονα, hoc est *terram ex adverso sitam*, notat Clem. Alex. *in fine* quinti Strom. qui etiam in fine quarti, alias ex Poëtis, cælestis civitatis imagines affert, Hyperboreas & Arimaspias civitates, campósque Elysios, & Platonis Rempublicam ait in cælo sitam ut in exemplo.

173 Cæterum ut omnigenam loci beati excipiendis destinati amœnitatem, quam Plato loco allegato, & *sub finem* 10. de Republ. latè describit, legere præterea licet, cùm apud Poëtas passim, & pulchrè apud Pindarum, ex quo Eugub. 10. perenn. Philosophiæ cap. 27. tum apud Dionem Chrysostomum orat. 35. & Plutarchum in consolat. ad Apollon. & in Sertorio, & Tyrium dissert. 27. *sub finem*, Tertullianum libr. [illegible] Domini cap. 8. & [illegible] cœlestium Elysiorum opinionem referentem, Muretum [illegible] ac Vivem. 21. Civit. cap. [illegible]. Videtur Plato in Phædro, mirari numquam eum locum, Poëtarum ullum satis laudasse pro dignitate, aut laudaturum: quod ex Phædone à Hierocle ex Platone [illegible]atum, refertur apud Photium cod. 251. At Euseb. 12. præpar. *in fine*, [illegible] expressa his verbis à Platone illa [illegible], &c. *quæ præparavit Deus diligentibus se.* Additur autem apud Photium ex Hierocle, Platonem non locutum de proprio loco qui corporum est capax, sed per locum intellexisse talem essentiam qualis est cælestis, quæque intellectu percipitur. Quod additamentum [illegible] apponatur, constabit ex dicendis de resurrectione. Nam si nudæ animæ præmiis illis quæ exposuimus fruuntur, frustrà corporei loci amœnitas quæritur, sin minus, non frustrà. Postea verò [illegible] corporum, perperam à Tullio 3. de Republ. negatum esse, quòd corpora piorum possint in cælum subvehi, rectè tradit Augustin. 22. Civit. capite 4. & [illegible] contra Platonicos, Iulianus Toletanus 3. prognost. c. 11.

174 Ad extremum placet cum Platonici Phædri locum illustrare iis quæ in eum commentatur Plotinus Ennea. 5. lib. 9. c. 4. *[illegible] (inquit) quæ à Platone in Phædro traduntur: [illegible] illic superis vitam agere, veritatémque ipsam eorum genitricem esse, atque nutricem, & essentiam & nutrimentum; item illos omnia cernere, non illa quidem quæ generationi subiecta sunt, sed quæ sunt in essentia; videre quoque se ipsos in aliis. Omnia enim illic perspicua sunt. Nihil ibi tenebrosum.*

sunt, nihil obscurum, sed omnis illic omnibus est manifestus, intrinsecus atque atque per omnia. Lumen namque lumini occurrit ubique. Quodlibet in se habet omnia, & omnia rursus in alio conspicit. Omnia igitur ubique sunt. Omne illic omne, Et quodlibet est universum. Splendor ibi extat immensus. Quodlibet enim ibi magnum est: quandoquidem & parvum, illic est magnum. Ibi sol stellaeque omnes. Unaquaeque stella, sol est, & stella similiter omnes. Praecellit autem in quolibet aliud, sed interim in quolibet cuncta conspiciuntur. Est ibi motus procul dubio purus: non enim motum procedentem confundit motor, motore alienus a motu. Status etiam illic nullo modo motu turbatur: non enim instabili natura miscetur. Pulchrum praeterea, ipsum pulchrum est, quoniam non extat in pulchro. Permanet vero quodlibet, non quasi in alieno pavimento quodam, sed uniuscuiusque fundamentum est, id ipsum quod unumquodque est: cumque ipse concurrit quasi surgenti ad ipsum unde extat: neque ipsum quidem aliud est, sedes vero eius est aliud: nam & subiectum intellectus est, & ipsum est intellectus: velut si quis cogitet, coelum hoc visibile manifestissimum atque lucidum, per lumen hoc suum germinare, undique atque in stellas. In rebus quidem corporeis non prodit ex alia parte utraque pars alia, sed unaquaeque pars sola ipsa est. Illic autem ex toto quodlibet ubique prodit, simulque extat quodlibet atque omnia. Apparet quidem pars singulis, inspicitur quoque ab eo qui acute cernat & totum, tanquam si quis talis sit visu qualis fertur fuisse Lynceus, qui etiam intima terrae traditur radiis oculorum penetrare consuevisse. Hanc equidem fabulam supernorum oculorum perspicaciam significasse arbitror. T[illegible] ad Plotino est, ut quae fabulose ab aliis narrata circumferuntur, ad aliquem oculorum arcanae philosophiae sensum trahat, ingeniosus ipse quidem verum. Sed pergit. *Eos laboriosum praeterea visio illa videtur, nunquam in videndo defatigari, neque satietas ulla unquam adducat, ut videre desistant. Neque enim vacuitas erat in aliquo, ut deinde impletum & saturum sit satiatum, neque hoc quidem aliud, illud vero sit aliud, ut alteri ea quae sunt in eo illi quae sunt alterius minime placeant. Praeterea indefessa illic & indissoluta sunt omnia. Quidam ibi dicitur inexplebile, propterea tale dicitur, quod plenitudo eius nunquam efficit, ut spernat implentem: videndo namque magis atque magis cernit, atque perspiciens infinitum seipsum, & quae videntur, naturam suam ducens sequitur. Iam vero nullius vita laboriosa est, quando est vita pura. Quid ergo optime vivat, laborem?* Quantacumque tamen sint quae de coelestibus deliciis balbutire possumus fatendum est vere dixisse Trismegistum cap. 11. Asclepii. *Contingit nobis hominibus, ut quasi per caliginem ea, quae in coelo sunt, videamus, quantum possibile est per conditionem sensus humani. Haec autem intentio praecludendi tantum boni angustissima est: largissima vero cum viderit felicitate conscientiae.*

273 Caeterum rursum est quod felicitatem illam à Platone traditam, magnopere labefactare & prope nullam reddere videtur, ut August. late disputat 12. Civit. capite 14. & 20. nempe quod perpetua nequaquam sit, iuxta Platonem, vel Platonicos, sed amittenda quandoque à beatis & hoc iterum atque iterum, sine ullo fine priorum & posteriorum certis intervallis & dimensionibus saeculorum, falsum & futurum. *Et hoc propterea* (inquit August. cap. 20.) *ut possint Deo immortalibus dimittis cantibus semper atque redeuntibus,*

per nostras falsas beatitudines & veras miserias, alternatim quidem, sed reuolutionibus incessabilibus sempiternis, ista esse opera sua, quoniam neque à faciendo quiescere, neque sciendo possit ea quæ infinita sunt indagare. Exponit latiùs hoc Philosophorum, seu vt cap. 13. loquitur, *impiorum in circuitu ambulantium*, argumentum, idem August. ibidem cap. 17. Pythagoricorum verò & Stoicorum, migrationes quasque animarum & transitus admittentium, argumentum fuisse, docet Lactantius 3. Instit. cap. 18. quòd timerent immortalitati animæ, nisi dicerent eam fuisse ante corpora, ac proinde etiam sicut ante, ita & post, rursus insinuari in corpora. Sed hoc errore nunc dimisso, tandem concludit suprà Augustinus. *Has argumentationes quibus impij nostram simplicem pietatem, vt cum illis in circuitu ambulemus, de via recta conantur auertere, si ratio refutare non posset, fides irridere deberet. Huc accedit, quod in adiutorio Domini Dei nostri, hos volubiles circulos, quos opinio confingit, ratio manifesta confringit. Hinc enim maximè isti errant, vt in circuitu falso ambulare, quàm vero & recto itinere malint, quòd mentem diuinam omnino immutabilem, cuiuslibet infinitatis capacem, & innumera omnia sine cogitationis alternatione numerantem, de sua humana, mutabili, angustaque, metiuntur.* Hæc Augustinus quibus plusquàm sufficienter argumento illi siue Platonis siue Platonicorum, satisfactum manet.

276 Loquor sub distinctione, quia vt annotauit etiam Viues ad cap. illud 13. non modica inter Platonicos rixa est de mente Platonis circa hunc beatitudinis terminum; quibusdam eum negantibus, vt Iamblicho & Porphyrio quem refert August. 10. Ciuit. cap. 30. & lib. 12. cap. 20. vbi & eum noluisse suorum opinionem sequi hac in parte, siue ipsius rei vanitate permotum, siue iam temporibus Christianis reuerentem: Aliis admittentibus, vt Plotino lib. de proprio cuiusq. Dæmone, & 1. de prouidentia c. 13. & Proclo, qui loca Platonis, æternitatem beatitudinis sonantia, exponunt, nō de propriè dicta æternitate, sed de spatio anni magni quod ad multa quidem sæcula extenditur, sed tamen est finitum, vt videre est apud Censorinū de die natali c. 18. Magium lib. 3. de mundi causis cap. 16. & Carpentarium in caput 12. Alcinoi num. 8. quique contra eum animum latè disputat, Gulielmum Parisiensem 2. 1. de vniuerso cap. 16. & 17. & 18. Præstare autem videtur, Platonem erroris non plenè probati, nusquam insimulare, cum aliunde habeamus expressa loca quibus ille sempiternam beatitudinem astruit, quæ gratis ad impropriam significationem longæ duntaxat durationis, id non ferente (vt apud Hebræos,) vsu frequenti Græci idiomatis, transferuntur.

277 Fateor in Phædro *ante medium*, referri Adrastiæ decretum quo circuitus illi approbantur. *Ea enim edicto fertur*, (verba sunt Platonis eo loco) *vt quæcunque anima Deum secuta aliquid veri conspexerit, ea sine vlla pœna ad circuitum alterum permaneat. Quid si & in illo idem fecerit, erit quoque beata; semper beata, si semper sic fuerit: quòd si verum non fuerit consecuta, & casu pressa pœnas obtinuerit, in corpus abeat. His gradibus, vt quæ plurima viderit, Philosophum induat: huic proxima, legitimum regem, aut Imperatorem, ac strenuum virum ex tertio ordine sub magistratus in Republica, & patres familias: ex quarto athleta & medicos: ex quinto vates & mysta: de sexto poeta de*

[illegible]

septimo opifices, & agricolæ: ex octauo sophistæ & auarij: ex nono Tyranni. Sic præstituuntur animæ in vitam: quam qui rectè transegerit, is ad meliorem conditionem remigrabit: qui iniquè, ad peiorem. In eum enim locum, vnde quæque anima discesserat, annis decem millibus non redit: nam alas confractas ante id tempus non recuperat, præter illius animam qui simpliciter & sine dolo philosophatus est: nam huic, si ter ad eum vixerit modum, ter mille sufficiunt anni. Ex aliis animabus, vbi de eis pronunciatum est, hæ quidem sub terram ad supplicia conijciuntur, illæ in cælum sublatæ vitam agunt beatam, pro ratione eius quam in terris egerant. Post mille autem annos, vtræque ad secundam redeunt vitam optione vnicuique proposita, vt quod velit, eligat. Itaque aliæ quæ priùs fuerant hominum, in bestias descendunt: aliæ priùs bestiarum, in homines, si modò humanæ quoque aliquando fuerant. Nam quæ veritatem nunquam est intuita, in humanam formam non transibit.

Ita Plato eo loco, & in Timæo, ac vlt. de Republ. & sæpe alibi. Imò animas transire etiam in arbores iuxta Platonem & Pythagoram, nec in belluas tantùm, dixit Theodor. in epito. Diuin. Decret. cap. de iudicio. Quanquam hoc de arboribus, non ita solet Platoni vitio verti, ac illud de belluis, quod apud eum frequenter legitur. Quæ causa est cur passim ea animarum transmigratio, iuxta verborum corticem, à Plotino, Harpocratione, Numenio, & Boëtho apud Gazæū *sub initium sui Theophrasti*, sit intellecta, Platonique tributa, & à plerisque eodem sensu impugnata, præsertim ab Augustino suprà, & l. contra Adimantum cap. 12. & serm. 143. de temp. Minutio num. 61. Nazianz. orat. 33. *in fine*, Sancto Ambrosio libro de fide resurr. *in fine*, Irenæo lib. 2. cap. 59. Greg. Nysseno dialo. cum Macrina *sub medium*, Theodor. 11. contra Græcos, Tertull. cap. 28. de anima & sequentibus, vbi Pamelius num. 382. & 384. alios multos adducit, & multos item Crispus distrib. 3. lib. 1. & Carpent. digr. 5. in Alcino. Quanquam aliqui, eam tantùm transanimationem tribuunt Platoni, qua animæ ex vno humano corpore, in alia humana migrant, non autem in belluina. Quod approbauit Porphyrius apud August. 10. Ciuit. cap. 30. & lib. 12. cap. 20. & ea Platonis mente Iamblichus apud Nemes. l. de homine, cap. 2. idemque Hierocles 1. de prouid. apud Photium cod. 251. verba tamen Platonis, apertè admittunt transmigrationem in corpora belluina, saltem ita vt belluina & humana anima cohabitent, vt Syrianus & Proclus voluerunt, referente suprà Gazæo.

278 Igitur inficiari non possumus Platonem tradidisse videri prædictos circuitus, vt latè euincit Marcellus suo 6. de anima cap. 62. nec illos tantùm, sed & animarum transitus in noua corpora, etiam belluina. Tamen sicut Porphyrio, & Iamblicho, ac Hierocli, licuit contra verborum corticem, Platonis sententiam ad solam transmigrationem in humana corpora arctare; migrationem verò in belluina corpora metaphoricè tantùm & allegoricè accipere; referente hanc expositionem & approbante Augustino 7. de gen. ad lit. cap. 9. Ita quantum ad Platonem attinet, totam hanc animarū transmigrationis, & fundatorum in ea circuituum suprà memoratorum narrationem, allegoricè esse accipiendam censuerim, quod frequentissimum fuerit antiquis Philosophis per hæc fabellarum & ænigmatum inuolucra, hortari homines ad virtutem, & à vitiis deterrere. Et verò

Timæus

Timæus Locrus, cuius opus de natura, Plato in suo Timæo expressit, perspicuè in suo etiam opere, monet pœnas illas quæ inferis finguntur per migrationem animarum humanarum in varia bruta pro admissorum criminum, qualitate, esse fabulosas. Addit tamen vtiliter narrari populis, sequi ea in re Ionici Poëtæ, qui eas infinitas pœnas vulgauerat, consilium probare, quòd expediat animos falsis sermonibus coërcere, si veris non ducantur. Idem ergo Platonis consilium esse potuit, nisi (quod censuit loco allegato Theodoret. & Eusebius 14. præpar. capit. 10.) velimus eum apertissimè sibi contradicere in aliis locis, quibus eam deserere animas impiorum apud inferos puniri asserit. At vt hæc de animarum migratione in brutorum corpora, pro vitæ malè transactæ qualitate, non omnino fabulosa statim appareant, quis non iudicet ridiculum, existimare tantum virum seriò voluisse, vt animæ proborum qui virtutes politicas exercuerunt, postmodùm in præmium, cùm humano corpore excesserint, apum, & vesparum & formicarum corpora subeant, quod non minùs ferunt Platonis verba: & tamen sunt perridicula, & quod notauit etiam Theodoretus, contraria iis quæ suprà ex eo attulimus de fœlicitate & amœnis sedibus beatorum: vt nullomodo probabile sit, fuisse à Platone intellecta, prout sonant. Et ita vniuersè hanc de transmigratione animarum opinionem, intellexit Philopon. 1. animæ ad t. 53. & copiosè Ficinus 17. de immortal. cap. 4. multaque Platonis adducens in hanc sententiam: quæ constituta saltem habemus fœlicitatem perpetuam à Platone iis qui rectè in vita se gesserint, assignatam; similìque expulsiū manère reos alii hominum è vita decedentium statim quibus præmia ac pœnas à prouidentia constitui, & reponi, de Ethnicorum sententia proposuimus ostendendum.

ARTICVLVS VI.

Quid Ethnici de noua animarum ad eadem corpora, consortione, & resurrectione censuerint.

270 SEd superest quæstio omnibus illis statibus communis, an scilicet sine prudentia, vt pœnæ illæ vel præmia non nudis animabus, sed cum corpore rursus consortis, rependantur de Ethnicorum sententia. Quod est quærere, an Ethnici resurrectionem admiserint. Vbi non est dubium, quin plerique Ethnici resurrectionem vel purè ignorauerint, vel per errorem contrarium sustinuerint, vt testatur Epiph. in ancor. Tertulliani etiam verba sunt lib. de præscript. cap. 7. *vt carnis restitutio negetur, de munium Philosophorum scholis sumitur.* Inde etiam sarcasmi Ethnicorum in Christianos, occasione resurrectionis memoratum, vt videre est apud Tertullianum & Athenagoram in libris de eo argumento, ita vsque apud Tertullianum cap. 48. apolo. & apud Minutium num. 16. Nec tamen illis temporibus defuerunt Ethnici, documentque Eusebius Presbyter scribit ad Isidorum Pelusiotam, & eiusdem Isidori responsio quæ est epist. 43. lib. 2. Sapientum verò clarissimi Pythagoram & Platonem, (ait Minutius num. 61. & confirmat Tertull. l. de resurrect. car. cap. 1. ac Lactant. l. 7. cap. 23.) conditionem renascendi corrupta & dissoluta

dimidiata fide tradiderunt, animarum in corpora, sed diuersa, reditum inuehentes. Quò etiam spectare potest illud Arnobij lib. 2. contra gentes, qui eludentibus Christianos Ethnicis, quòd resurrectionem futuram dicerent, respondet, *resurrectionem nos dicere confitemur, sed à vobis aliter quàm sentiamus audiri. Quid in Politico Plato? Nonne cum mundus coeperit ab occiduis partibus exoriri, & in cardinem vergere, qui orientis est solis, cursus contrarios homines telluris è gremio feribit, senes, canos, decrepitos, & cum anni coeperint accedere longiores, per eosdem gradus quibus fuere prouecti, ad incunabula infantiae deuenire?* Similem sententiam Stoicis tribuit Nemes. lib. de homi. cap. 38. aliisque Ethnicis quosdam, imaginatos esse, Christianos ex eo Stoicorum placito hausisse suam de resurrectione sententiam. Denique aliqui apud Abulen. caput 3. epistolae S. Hieronimi ad Paulinum, dixerunt, resurrectionem esse possibilem secundum Theologiam, non autem secundum Philosophiam.

280 Nihilominus statuendum est congruitatem resurrectionis corporum, naturali lumine innotescere potuisse & verò etiam innotuisse. Quod pulchrè traditur apud Tertull. lib. de testim. animae c. 4. Intellige autem resurrectionem non modò vt Deo possibilem (quod indubitatum est, cum impossibile sit vel vmbram contradictionis in ea ostendere, & cohaerentia iteratae corporum productionis perspicuè ostendatur,) sed etiam vt futuram. Quod Mayro in 4. distinct. 43. quaest. 2. *in fine* negat esse demonstrabile, eamúmque concedit & hic confirmat possibilitatem resurrectionis, argumento praesertim ducto ex naturali animae inclinatione ad corpus, quam non decet in aeternum esse frustra. Quod argumentum infringit Aquilanus dist. 43. quaest. 2. nec certè est euidens & conuincens. Itaque possibilitatem resurrectionis, ex defectu repugnantiae confirmasse sufficit. Eiusdem verò futuritionem, Patres passim, naturali argumento congruè astruunt, eo quòd naturale lumen, vt ipsi obseruant, dictat, non quidem resurrectionem esse naturae viribus futuram, vt fabulati sunt aliqui, quos refert S. Thom. 1. Cont. 15. lect. 3. Sed aequum esse vt Deus ad prouidentiae suae cautionem vndecumque absolutam, corporibus animas denuò conferat, vt quibus suis peccati vel laudabilium actionum fuerant, sint etiam praemij vel poenae communio. Ita Nyssenus de hom. opif. cap. 21. & seqq. Theodoretus ser. 9. de prouidentia. Similiter Isidor. Pelus. lib. 2. epist. 43. existimat se contra Ethnicos demonstrare futuram resurrectionem, argumentatur tamen duntaxat ex potentia Dei solùm vt argumentum vigeat, iungenda prouidentia. Idcirco etiam Nilus orat. 2. de Pasch. apud Photium cod. 276. vocat resurrectionem corporum, *aequo prouidentiae Domini*, & Athenago. lib. de resurr. sub finem, ac Hugo Eterianus libro de regressu ab inferis cap. 26. ex eo quòd Deus sit prouidus, nec plerumque hic bonis praemia, malis poenae rependantur, intelligi volunt, resurrectionem esse concedendam. Quam rationem pulcherrimè & fusè prosequitur Athenagoras, putátque conuincere Ethnicum, si modò prouidentiam admittat. Deus tamen quia naturalis haec ratio futuritionem resurrectionis, congruè suadet potius quàm euidenter & irrefragabiliter persuadeat, ac ne vlla ex parte ob difficultatem operis, labaret assensus, opportunissimè, vt in plerisque aliis naturaliter cognoscibilibus, prouidit infirmitati

nostræ, reposita hac veritate, inter fidei articulos. Vtuntur eodem argumento Patres passim, cùm Ethnicos resurrectionē negantes, impugnant, & optimè Tertull. lib. de resurr. car. c. 14. & sequentibus, breuiùs c. 48. apolog.

281 Cætera verò argumenta naturalia quibus iidem hanc veritatem confirmant, sunt potiùs plebis manuductiones, ad rei aliqualem declarationem accommodatæ. Quò spectant illa quæ pulchrè amplificantur à Tertull. lib. de resurrect. car. c. 12. & à Gregorio Magno 14. moral. cap. 30. & à Cyrillo Catech. 18. paucis autem ea maiori ex parte complexus est Minutius in Oct. *Vide adeò* (inquit) *quàm in solatium nostri, resurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol demergit & nascitur, astra labuntur & redeunt, flores occidunt & reuiuiscunt, post senium arbusta frondescunt, semina non nisi corrupta reuirescunt. Ita corpus in sepulchro, vt arbores in hyberno, occultant virorem ariditate mentita.* Sic ille, addens expectandum esse ver corporum seu resurrectionem, vt idem in corporibus nostris appareat. Quòd pulcherrimè prosequitur Macar. hom. 5. de resurrect. Elegantissimè quoque resurrectionis quasi præludium, in fructu ex semine corrupto, declarant Nilus orat. 1. de pasch. apud Photium cod. 276. Theodor. ser. 9 de prouid. & Chrysologus serm. 118. & 185. Ambros. lib. de fide resurrectionis, Cyrillus catech. 18. Gregor. 14. mor. c. 30. Nyssenus in fine dialogi cum Macrina, & Prudent. lib. 2. contra Symmachum.

282 Phœnicis reuiuiscentis exemplum quod omisit suprà Minutius, & pulcherrimè expressit Tertull. sup. c. 13. post Clem. Rom. aliósque Patres quos latè adducit Pineda Iob. 29. v. 18. n. 16. suppeditauit Patribus argumentum ad hominem. Quomodo enim Ethnicus admittens Phœnicem naturaliter resurgentem, negare poterat diuinæ potentiæ, hominem à mortuis suscitari? Non sunt tamen audiendi Patres, neutrà phœnicem resurgere, cùm constet quæ de ea hoc narrantur, aut omnino falsa esse, vt sensit iam olim S. Maximus, & alij quos refert And. Schottus ad cod. 126. Photij, aut magna saltem ex parte, ac [illegible] reuiuiscentiam ad fabulas pertinere, vt plenius tradunt Delrio c. 1. adag. elogio 16. Perer. lib. 11. in Genes. [illegible] Cordub. in didasc. multip. [illegible] licet viro eruditissimo ad lib. Tertulliani de resurrect. n. 114. Certè Origenes *in ipso fine* libri quarti contra Celsum adducit hæc ex Celso, quibus longè aliter ea narratio exponitur; & ita vt nihil ad resurrectionem conferat. *Prudentes aliorum* (inquit) *Arabicam phœnicem in medium post multorum annorum interualla in Ægyptum deuolantem, eáque deferentem patrem suum defunctum, in globo myrrhæ sepeliendum, in fano solis.* Ita Celsus [illegible] laude pietatis bruta anteferret hominibus, non modò exemplo ciconiæ, sed etiam phœnicis. Subdit verò Origenes. *Id narratur quidem, sed naturale potest esse, si tamen verum est; & forsan diuina prouidentia largitatem suam hominibus commendare voluit, cum varietate animalium, quibus ornauit mundum hunc, adeò vt non desit quod in suo genere sit vnicum, non vt ipsum autem miremur, sed eius conditorē.* Itaque neque Celsus, neque Origenes, vulgari de phœnice narrationi astipulantur.

283 Prædictis igitur & alijs, quà rationibus, quà manuductionibus, & exemplis, induci potuerunt Ethnicorum plerique, vt corporum resurrectionem diuinitus futuram admitterent. Quod de Democrito testatur Plin. lib. 7. histor. cap. 55. & de non paucis

prantissessarur Iustinus in paran. post medium. Adducto enim loco Platonis ex 10. de Republ. quo inferorum supplicia ab Ero Armenio redivivo narrata, referuntur, subiungit Iustinus. *Hic mihi videtur Plato nō solum de extremo iudicio. Prophetarū didicisse oracula, sed & de eo quod Græci non credunt resurrectione: dum enim ait animā iudicari cum corpore, satis indicat se resurrectionem credidisse. Aliqui quomodo Aridæus & cæteri rediisse super terram corpore, cuius sunt partes, caput, manus, pedes, cætisque, tales pœnas luebant apud inferos? non enim dubiurū sunt, caput, manus, pedes, cuiusque habere animam. Sed etiam in Ægypto audisset Plato Prophetarum testimonia, & percepisset doctrinam de resurrectione corporis, docet nos cum corpore iudicari animam. Nec Plato solus, sed & Homerus similiter in Ægypto edoctus, Tityum similes pœnas ait pendere: sic enim in Necyomantia facit Vlyssem narrantem Alcinoo:*

Necnon & Tityum terra conspexi omnis
alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera
corpus
Porrigitur, rostroque immanis vultur
adunco
Immortale iecur tondet.

Iecur enim non animæ, sed corporis iudicat. Ad eundem modum & Sisyphum & Tantalum cum corpore puniri scribit. Peregrinatum autem Homerum in Ægyptum, multa quæ ibi didicerat transtulisse in suum poema, sicut nos docet Diodorus historicorum celeberrimus. Vides quosnam ex Ethnicis, resurrectioni suffragatos, affirmet Iustinus. Illustre & illud Phocylidis.

Terram impartire insepultis cadaueribus,
Nec tumulum mortuorum effodias,
neque aspellabilia
Soli monstres, diuinamque iram excitas.
Indecensque est hominis compagem resoluere.
Et enim è terra speramus in lucem prodituras
Defunctorum reliquias: postea vero
Dij erunt:
Animæ namque manent interruptæ
in mortuis.
Spiritus enim, Dei est imago, & vsus
mortalibus.
Corpus verò ex terra habemus, & omnes in eam
Resoluti puluis sumus: cælum verò spiritum recipit.

Perspicuissimus Trismegisti locus habetur cap. 1. Pimandri. Sed & Lactant. l. 7. c. 23. Chrysippi testimonium in eam rem adducit, & subdit vates & Poëtas & Philosophos, anastasin mortuorum futuram esse consensisse. Hanc quoque fuisse multorum Philosophorum sententiam, affirmat Athenago. in fine orationis pro Christianis, & nominatim Pythagoræ & Platonis. Et quidem absque eo nævo quem in eorum de resurrectione placitis, Minutius & alij supra adducti, notabant, nempe distinctionis corporis collapsi & resurgentis. Idem enim corpus de eorum sententia surrecturum, constat ex loco quo exceptum est Pythagoricus quidam apud Senecam 7. de benef. c. 21. affirmatque Athenagoras & confirmat Ficinus 18. de immortal. cap. 9. & quoad Platonem Eusebius 11. prep. c. 18. vt iam non secundum Theologiam tantùm, sed etiam secundum Philosophiam, resurrectionis veritatem debeamus admittere. Sed illum impium æqualium quorundam sectorum loquendi modum, bene reiicit supra Abulensis, ex eo quòd verum semper vero consonet. Quam item ratiocinationem in simili, contra alios eiusdem farinæ philosophastros adhibuit Concilium Lateran. sub Leone X.

284 Denique consentiunt in assertionem resurrectionis, Zoroaster apud Magium 5. de mundi creatione c. 1. ac Genethliaci quidam apud Varronem allegatum à D. August. 22. Ciuit. c. 28. quo libro non semel cauillis Ethnicorum, veram resurrectionem omnibus credentibus nondum credentium, satisfacit. Refert eos cauillos Cyrillus catechesi 18. *antior.* *Dicunt* (inquit) *ad nos iam Græci quam Samaritæ: Occidit homo mortuus est & computruit, & totus in vermes resolutus est, atque ij vermes quoque interierunt. Putrefactio tanta & corruptio corpus excepit: quomodo igitur resurget? Nauigatores à piscibus deuorati sunt, & ipsi quoque consumpti sunt: eos qui cum bestiis pugnarunt, vrsi & leones, vnà cum ossibus comminuerunt. Vultures & corui mortuorum iacentium carnes corpora comederunt, & in vniuersum mundum dispersi sunt. Vnde congregabitur corpus? Nam auium quæ illud comederunt, aliam quidem in India mori contigit, aliam in Perside, aliam in Gothia ignis cremauit, & ipsum cinerem ventus dispersit. Vnde id corpus congregabitur?*

Sic illi, magarum cauillationes, vt ait, qui eosdem Ethnicorum contra resurrectionem cauillos, latè refert. Chrysostomus homil. 7. in epist. ad Thessalo. quibus sanctissimi vno verbo pereuntiam reuertendo ad diuinam potentiam totius huius negotij administratam, vt optimè illis obiectionibus respondent. Prosper in dimidio temporis c. 18. Origenes dialo. 2. & Tatianus orat. contra Græcos eiusque post Magistrum suum Iustinum in responsionibus ad quæstiones Gentilium de resurrectione, & in Apologia ad Antoninum, vbi insuper vrget, & perspicuè explicat, potentiam Dei in efformando homine ex tam modicis principiis, ex quibus (ergo hominem nisi experientia ita duceret) nunquam in animum induxisset, qui Deo possibilem resurrectionem corporum diffitentur. Atque ergo in hæc fallacias iis etiam ridiculum negando resurrectionem, quarum huius exempla nulla præcessisse. Hic alter philosophorum Athenag. lib. de resurrect. *post medium*, & Gazæus sub forma Theophrasti sui. At elegantissimè Nilus orat. 2. de pascha apud Photium cod. 276.

285 Ego ad omnes illas obiectiones, repono pauca verba ex longiore Tertulliani disputatione cap. 48. apologet. sic enim Ethnicum alloquitur: *Sed quo modo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera temetipsum homo, & fidem rei inuenies. Recogita quid fueris, antequam esses; vtique nihil: meminisses enim si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras, priusquam esses, idem nihil factus, cum esse desieris, cur non possis esse rursus de nihilo, eiusdem ipsius auctoris voluntate, qui te voluit esse ex nihilo? Quid noui tibi eueniet? qui non eras, factus es; cum iterum non eris, fies. Redde si potes rationem qua factus es, & tunc require qua fies. Et tamen facilius vtique fies, quod fuisti aliquando, quia æquè non difficilè factus es, quod nunquam fuisti aliquando. Dubitabitur credo de Dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi, de eo quod non fuerat, non minus quàm de morte vacationis & inanitatis impressione animantium spiritu omnium animantium animauit, signatum & ipsum humanæ resurrectionis exemplum in testimonium vobis. Lux quotidie interfecta resplendet, & tenebræ pari vice decedendo succedunt, sidera defuncta viuescunt, tempora vbi finiuntur incipiunt, fructus consummantur & redeunt. Certè semina non nisi corrupta & dissoluta, fecundius surgunt; omnia pereundo seruantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo, tantum nomen, si intelligas te, vel de titulo Pythiæ discens, Dominus*

omnium

veritatem morientium & resurgentium, ad hos mortuos, ut certus sis, quodcumque te resolutum fuerit, quæcumque te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet te. Eius est nihilum ipsum, cuius & totum. Hæc & alia ibi Tertullianus.

286 CÆTERVM quamvis naturale lumen, & Scripturarum lectio, ac antiquæ traditionis superstites reculæ, aliquam notitiam iudicii & resurrectionis, ac retributionis præmiorum & pœnarum in altera vita, ingenerare potuerint apud Ethnicos: tamen artificium ac versutias dæmonum, immiscentium in eas veritates plerisque fabulis, observant Patres, ut fieret propter eam mixturam, apud plerosque veritates illæ ducerentur loco fabulæ, vel non ita saltem magni fierent: ita cum pura veritas adveniente Christo denunciaretur, non maioris haberetur in pretio, quàm illæ fabulæ. Ita sapienter monet Iustinus Apolog. 2. Cyrillus catech. 15. Lactant. lib. 7. c. 22. & 24. Omnium instar erit Tertull. cap. 47. Apolog. *Omnia adversus veritatem de ipsa veritate constructa sunt, operantibus æmulationem istam spiritibus erroris. Ab iis adulteria huiusmodi salutaris disciplinæ subornata, ab his quædam etiam fabulæ immissæ, quæ de similitudine fidem infirmarent veritatis, vel eam, si possent, evincerent sibi: ut quis ideo non putet Christianis credendum, quia nec Poëtis, & Philosophis. Vel ideo magis Poëtis & Philosophis existimet credendum, quia non Christianis. Itaque & ridemur, Deum prædicantes iudicaturum. Sic enim & Poëtæ & Philosophi, tribunal apud inferos ponunt. Si gehennam comminemur, quæ est ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus, proinde decachinnamur. Sic enim & Pyriphlegeton, apud mortuos amnis est. Et si paradisum nominemus, locum divinæ amœnitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneæ illius Zonæ, a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt.* Hactenus ille. Meritò ergo liceat concludere hunc locum universum, verbis Theodoreti l. contra Græcos sub finem. *Quod si parvas illas semitas (de iudicio, inferis, cælesti gloria, resurrectione,) quasi quasdam scintillas admixtas, videas mendaciis in suis valdè refulgere, ac lucem in tenebris lucere, facilè lucem illam cognoscere, quàm admirandè sint sacra lumina. Videmus siquidem interdum terram unde sternatur in terra, ut postea in corona, resplendeat.*

QVÆSTIO V

De potentia Dei exequente.

287 HÆc est postrema ex divinis operis facultatibus, quam inesse Deo, effectus ab ea procedentes, & summa eius potentiæ perfectio, testatissimum faciunt. Vt non immeritò dixerit S. Aug. q. 82. ex 83. *Fateri Deum, & ipsum omnipotentem esse, quin omnipotentis imaginem esse dubitare?* Accedit ratio, quam Trismegistus c. 11. Pimandri his verbis attulit. *Si enim nihil in rerum natura consistere, cui non insit naturalis quidam agendi vigor, si in aliqua rerum operis exercitio, quanto magis assiduam operam est Dei, cum diversa possibilitate omnium, & assiduum. Nam quidquid otiosum, imperfectum, & imperfectum dicere Deum nefas est, cum sit omnia, Deus.* Sic ille. Otiosi nomine, non id quod ab agendo cessat, sed quod vi agendi caret, intelligendum: sola enim tali otiositate, imperfectio Deo tribuitur. Similem argumentationem elegantissimè proponit Plotinus enn. 2.

lib.4.cap.1. Nec aliter accipienda est quædam Tertulliani argumentatio lib. 1. in Marcio. c. 11. Quod autem contra potentiæ actiuæ in Deo assertorem, mussat Nouator Zanchius lib. 3. *de natura Dei*, c. 1. q. 1. nu. 1. puerile omnino est: Ait enim, cum in Deo non sit ab eo distincta actio, non esse ei tribuendam potentiam actiuam propriè dictam. Sed ignorant et, actionem externam & transeuntem, confundit cum immanente: de hac enim valet quod ait actionem Dei ob simplicitatem diuinam esse ipsam essentiam; transiens autem Dei actio, vt vel ipsum nomen docet, Deo non inest. Quare firmum manet esse in Deo potentiam actiuam, & quidem propriè dictam; abstrahit enim ab omni imperfectione, nec pugnat cum ratione actus puri, vt benè notauit Bellouisius in explicatione terminorum tract. 2. c. 6.

ARTICVLVS I.

Obiectum diuinæ potentiæ, operatiuæ transeunter.

288 QVIA etiam in hac potentia, necesse est, obiectũ circa quod illa versatura est, præponi illi aliquo modo, vt contra Gabrielem in 1. d. 43. q. 2. *litera B.* postea ostendam, propterea ab obiecto eius ordiar.

ASSERTIO.

OBIECTVM *potentiæ diuinæ exequutiuæ, perperam statuitur id, à quo percipere, tametsi nulla repugnantia occurrente, resilit intellectus noster. Est igitur illud quod est possibile, non formaliter, sed fundamentaliter; siue quod non implicat contradictionem: implicantium autem neque potentia est, neque impotentia.*

PRIMÒ reiicio rationem quandam exponendi obiectum diuinæ potentiæ à Scoto insinuatam 3. phys. q. 4. *ferè initio corporis*: vbi existimat multa quæ non sonant duas contradictorias, implicare tamen contradictionem, quatenus includunt repugnantiam respectu intellectus, qui ab eis quamprimum proponuntur, resilit naturali suo lumine, neque adhærere illis potest. Hoc autem duntaxat sensu admittit verum esse illud quasi effatum, *Deus potest quidquid non implicat contradictionem*, id est, vt ipse glossat, *quidquid non repugnat intellectui*. Sicque etiam interpretatur illud Angeli Lucæ 1. *non erit impossibile apud Deum omne verbum*. Nomine quippe *verbi* intelligi vult, quod potest mente concipi, tale factibile; cætera verò quibus auditis intellectus statim dissentit, negat esse propriè verba, quia non concipiuntur quietè, (vt ita dicam) & cum assensu intellectus. Eandem doctrinam tradidit Victorin. apud Palacium in 1. d. 42. disp. 1. eamque auidè arripiunt Nouatores tanquam speciosissimũ firmamentum præfractæ superbiæ, qua de sensu suo excientes omnia, quod palato mentis minimè sapit, illicò respuunt, vt impossibile, & ita nominatim quidam Theodorus Dorschius apud Coccium tom. 1. lib. 1. art. 3.

Contra Scotum negantem Deo ea à quibus intellectus resilit, quamuis non implicent contradictionem.

289 Sed hanc rubricam esse fallacissimam, neque ex eiusmodi repugnantia respectu intellectus, posse colligi impossibilitatem, certissimum est. Nam vt bene aduertit Petrus Emotte lib. 2. professionis Catholicæ c. 10. si hæc regula admitteretur, actum haud dubiè esset de summis religionis nostræ capitibus; & ita (vt Nouatores solent) Albo Iudæus, *ferè*

omnia

tinis libri contra Christianos Genebrardo interprete; ex huiusmodi distorta & peruersa regula, collegit impossibilitatem mysteriorum Trinitatis & Eucharistiæ. Et sanè quid difficilius concoquit intellectus, quàm naturæ vnitatem in tribus personis, & distinctionem inter se realiter, identitatem cum tertio? quid ægriùs persuaderetur humano intellectui quàm Verbum in duabus naturis subsistens passum & mortuum fuisse? Vt propterea mysterium Crucis, insipientiam iudicarent Ethnici, teste Apostolo. Bene itaque in prædictam Soti regulam cadunt, quæ à SS. Patribus in tale Ethnicorum illorum iudicium sæpe repetita legimus. Paucos de multis dabo. S. Hilarius lib. 5. de Trinitate in fine. *Non est ita rerum considerandarum prudentia humana, vt perfectum se quis putet sapere quod sapiat, & in eo arbitretur absolutæ rationis summam contineri, quod ipsa mente pertractat, æquabili vndique apud se existimet veritatis opinione constare.* Et paulò post. *Omnis itaque infidelitas, stultitia est, quia imperfecti sensus sui vsa sapientia, dum omnia infirmitatis suæ opinione moderatur, putat effici non posse, quod non sapit. Causa enim infidelitatis, de sententia est infirmitatis, dum gestum esse quod non putat, quod geri non posse definiat.* Et idcirco *Apostolus sciens naturæ humanæ imperfectam cognitionem, hoc solum putare eo veri rationem esse quod saperet,* ait &c. Arnobius lib. 2. nu. 27. *numquid nostris ex dimensionibus colligemus, quid aut fieri possit, aut non possit, nec rationes considerabimus nostras, tam esse mortales quàm sumus nos ipsi?* S. Basilius lib. 2. contra Eunomium sub finem, *si cuncta intelligentia nostra mensurare voluerimus, & quod mente non capimus, id nihil omnino esse putauerimus, amittetur perfectio fidei, amittetur etiam spei remuneratio. Quomodò autem erimus amplius beatitudine digni, quæ in rerum inuisibilium fide posita est, si solis ijs assentimur, quæ intellectus dilucida putamus? Vnde errauerunt gentes & obscuratum est insipiens cor eorum? Nonne quia dum ea sectati, quæ cogitando vera similia putant, prædicationem scientiæ incredibilem duxerunt, &c.* Optimum quoque illud Chrysostomi hom. 17. in primam ad Corinthios: *Non tam pauper est Deus, vt ea tantum faciat, quæ imbecillitatis rationum nostrarum comprehendi possunt.* Et illud Tertulliani lib. de resurrectione carnis c. 58. *Malè Deum norunt, qui non putant illum posse quod non putant.* Denique fusissimè contra hoc pugnant Sanctesius repetit. 4. de Eucharistia cap. 4. Maldonatus in opere posthumo de Eucharistia q. 1. secundæ partis generalis & Bellarminus lib. 3. de Eucharistia c. 2.

Ad Soti rationes.

190 NVNC argumenta Soti diluamus, quæ certè ad nouandum in re tanta, parui momenti sunt. Ait enim innumera esse quæ Deus non potest facere, quæ non fundant duas contradictorias, seu non implicant contradictionem iuxta vulgarem sensum huiusmodi loquendi. Exempla affert, filij, qui in diuinis non potest generare alium filium, quamuis ex eo non sequatur implicatio contradictionis. Sicut neque ex eo quòd Deus possit facere hominem equum, vel ex eo quòd possit facere chimæram, aut ens infinitè essentialiter, & tamē hæc passim censentur impossibilia, etiā respectu Dei.

Verum quòd attinet ad primum exemplum, facile est cum Theologis Christianis respondere contradictionem in eo esse, quòd Verbum sit adæquatus terminus diuinæ intellectionis

Repe

Repugnat ergo vt detur aliud Verbũ. sic enim illud non esset terminus adæquatus diuinæ intellectionis. Similis est responsio adhibenda ad alterum exemplum à Victoria adductum, referente supra Palatio; nempe quòd Spiritus sanctus, non possit spirare alium paracletum. Est enim ea in re contradictio, quia Spiritus sanctus est terminus adæquatus diuinæ operationis per voluntatem. Est verò si Soti & Victoriæ regula vsurpanda esset, non video cur hæc impossibilia censeri deberent. Nã enim intellectus tantoperè ab his abhorreret nisi fide doceretur hæc falsa esse. Omitto quòd extra rem in hac quæstione de diuina omnipotentia versatur mentio processionum diuinarum, & actuum notionalium. Vt enim rectè probat Dur. in 1. d.20. q.1. n. 14. & 16. diuina omnipotentia non respicit prædictos actus, (vt perperam senserunt aliqui antiqui, inter quos Argentina in 1.d.20. & aliqui recentiores, vt Torres 1.p.q.41. art.6. fortèque idem senserunt Victoria & Sotus) sed respicit tantùm operationes Dei transeuntes, ac proinde malè in tractatione omnipotentiæ, petuntur argumenta ex potentia notionali. Reliqua exẽpla minùs aliena cum nihil expressius contradictionem implicet, quàm hominẽ esse equum: esset enim homo & non homo, rationalis & ratione destitutus, vt tradit D. Thom. quodlibeto 9. art.1. *in corpore*, & 2. sent. d.45. art.3. & est per se euidens. Chimæra quoque si fieret, qualis fingitur, esset essentia vna, & nõ vna, essétque, & non esset ens per se. Tandem ens infinitum essentialiter, idem est quod Deus. Quare si tale ens posset à Deo fieri, posset Deus facere Deum; & ens factũ, seu creatura, esset Deus. Fallacissima est igitur, vt dicebã, Soti regula statuens modulum intellectus pro norma possibilitatis rerum dignoscendæ. Fatemur tamen interdum ex tantis signis repugnantiæ, & difficultate intellectus in re comprehenda, probabiliter coniectari, esse contradictionem, quæ explicitè non aduertitur, vt notauit Bannez 1. p. q.25. art.3. & ita accipienda benignè sunt verba quædam Marsilij 1. [illegible] *distinct.* art. 2. *ad primum*, quibus videtur fauere Soti sententiæ.

Obiectum diuinæ potentiæ, est, quicquid non implicat contradictionem.

241 Secundò dico, obiectũ diuinæ potentiæ esse illud quod est fundamentaliter possibile, seu vt benè docet Rubionis in 1.d.42. q.2. art.2. quod non importat formaliter vel virtualiter contradictionẽ. Ita enim exponendum est illud, *possibile*, quod similiter, vt obiectũ diuinæ omnipotẽtiæ. Nã si possibile sumeretur formaliter, quatenus scilicet est denominatio desumpta à potentia extrinseca vt plerumque accipitur, committeretur circulus vitiosus, dũ potẽtia per obiectum possibile formaliter, hoc autẽ per potentiam exponeretur. Quare distinguenda est duplex possibilitas cũ Dur. in 1.d.42. q.1. n.8. & Capreo. in 1.d.42. q.3. *ad argumenta Aureoli contra secundã*, qui ex mente D. Th. hanc vtrãque tradunt: Vna est possibilitas absoluta & fundamentalis, altera verò respectiua & formalis. Capreol. primã vocat possibilitatẽ rei secundũ seipsã, vel ratione cohærentiæ terminorũ: posteriorẽ verò vocat, possibilitatẽ secundũ aliquã potentiã, & rectè. Prior enim idem est quòd nõ repugnãtia seu talis habitudo terminorũ rei essentiã cõstituentiũ, vt nulla per eã importetur contradictio. Posterior est denominatio desumpta à potentia actiua potente attingere rem, in qua ex se & præcisè spectata, nulla importatur repugnantia terminorum.

Hæc

292 Hæc posterior possibilitas non importatur in obiecto Diuinæ potentiæ, vt obiectum est, sed prior tantùm; quæ propterea præiacet in re, & præsupponitur Diuinæ potentiæ circa rem versaturæ, contra Ochamum in 1. dist. 43. q. 2. *litera F*, cui videtur fauere Anselmus lib. de casu Diaboli cap. 12. negans mundum potuisse esse, antequam esset, addensque contrarium vulgarem loquendi modum eatenus tantùm valere, quatenus sensus est Deum potuisse facere mundum, quamuis non prius esse potuerit mundus, quàm reuerà factus sit. Cuius rei gratia obseruat, (quod alibi etiam confirmat, vt referam infrà num. 297.) sæpissimè dici rem posse, non quòd illa possit, sed quoniam res alia potest, & rem quæ non potest non posse, quoniam alia res non potest, vt cùm dico, *liber potest à me scribi*, sensus est, me posse scribere librum, quamuis liber ipse nihil possit: & cùm dicimus, *iste non potest vinci ab illo*, sensus est, quòd ille non potest eum vincere. Ex quo tandem infert Anselmus, quicquid non est, quamdiu non est, non habere in se, vt possit esse nisi respectu potestatis alienæ, per quam produci potest, quod videtur etiam voluisse Ochamus. Cæterùm longè alia est mens Anselmi, qui tantùm contendit, rem quæ non est nullam habere potestatem actiuam vt sit: non tamen ei denegat non repugnantiam illam quam diximus: nec diffitetur, huiusmodi non repugnantiam, antecedere exercitium Diuinæ in rem potestatis. Item non asserit talem essendi possibilitatem passiuam, esse in re aliunde: Competit enim rei ex propriis principiis, sicut neque impossibilitas ei opposita, deforis aduenit rei impossibili. Sed id tantum valet de possibilitate vel impossibilitate extrinseca, de qua intelligenda sunt illa Anselmi 2. cur Deus homo cap. 17. *Nihil est impossibile aut necessarium nisi quia ipse ita vult.* Et paulò post. *Nulla necessitas vel impossibilitas præcedit eius velle aut nolle.* Eadem habet lib. de meditatione redemptionis generis humani cap. 3. Vtrobique agit de Deo, & apertè etiam agit de impossibilitate & necessitate in sensu composito, quæ ex Dei decreto iam lato rei obueniunt, quo sensu quæ futura, asseruntur non posse non esse facta.

293 Hæc ergo non implicatio contradictionis, quæ positiua quædam ratio est, vt patet ex negatione negationis importata verbis illis, estque idem quod possibilitas fundamentalis; illa est penes quam exponi volo obiectum Diuinæ potentiæ, ita vt quidquid eam possibilitatem includit, sub hanc potentiam cadat. Hoc ipso enim quòd res est talis, habet rationem entis veri, & non conficti; cùmque supponatur non esse ens à se, habet rationem entis ab alio, siue entis creati & factibilis per primam causam, quæ vnica est, nempe Deus. Et huiusmodi rem designauit Angelus cùm dixit, *non est impossibile apud Deum omne verbum.* Non enim nomine verbi, vt perperam sæpè exponebat Socin., intelligitur res conceptibilis absque resultu intellectus, sed iuxta phrasim scripturæ nomine verborum res siue opera significantur. Sic enim verba iniquorum, hoc est facta peruersa, præualuisse dicuntur super bonos, & pastores hortabantur se vt viserent verbum quod factum erat, & alibi infinities nomen verbi in sacris literis sumitur pro opere, cuiusmodi est omne illud, quod contradictionem non implicat; quia solùm tale est, vt possit verbum esse

& concipi. Quæ est doctrina Diui Thomæ 1.p.q.25.art.3. *in fine corporis*, non quòd impossibile non possit simplici conceptione apprehendi, sed quòd non possit concipi per intellectum iudicantem id esse verum, vt tradidit idem D. Tho. doctrinam illam de verbo repetens quodlib. 9. art.6. *in fine* & q. 1. de potentia, art. 5. *ad primum*, ac pulchrè Aug. Anconita. lect. 17. super Missus est, q.5.

194 Quidquid igitur mente concipi ita potest atque adeò interiùs quasi pingi & delineari sine repugnantia, factibile est à Deo, qui est antiquissimus canon in hac materia, non modò apud Scholasticos omnes in 1. dist. 42. aut 1. p. q. 25. sed etiam apud SS. Patres, ac etiam vt videtur apud Trismegistum cap. 14. Pimandri, quem locum laudat S. Cyrillus *in fine* secundi in Iulianum; ibi enim Hermes vult *Deum posse facere, quæcunque potest ipse pingere, cœlum, terram, mare, Deos, siue* Intelligentias, *homines bruta, arbores, ac vitam non habentia*, idest vno verbo, *omnia omnino*. Nam nihil est positiuum, quod ad aliquod ex illis membris non pertineat: quæ verò positiua non sunt, nomine *omnium* non veniunt, iuxta illud Damiani epist. 4. cap. 10. *Nihil præiudicat si dicamus Deum omnia posse, licèt mala omnia non posse* (idem dicamus de quibuscunque contradictionem importantibus) *cùm mala non intra omnia, sed extra omnia potius debeant supputari*. Ita Damianus & benè, quamuis voce (*omnia,*) etiam implicantia complexum esse Augustinum, ideóque dixisse *Deum non posse omnia*, notauerit Magister in 1. dist. 42. Optimè item hanc sententiam videtur tradidisse Iustinus in responsione 7. ad qq. Gentilium de resurrectione, distinguit enim illud quod est omnino impossibile, seu vt patet ex exemplo quod subdit, illud quod est impossibile, quia implicat contradictionem, ab eo quod est impossibile alicui vires sufficientes non habenti. Prioris exemplum adhibet diametri & costæ commensurabilitatem, & hanc fatetur non cadere sub Diuinam potentiam: posterioris verò exemplum affert productionem hominis absque semine & similia, quæ ait Deo non posse denegari. Origenes quoque libro 5. contra Celsum, multa in hanc rem disputat; Cùm enim nequam ille, calumniatus esset Christianos, quod ad astruendam carnis resurrectionem, confugerent ad hoc, vt aiebat, absurdissimum præsidium, *omnia sunt Deo possibilia*. Respondet Origenes, *nos certè non ad absurdissimum refugium confugimus, dum omnia Deo possibilia dicimus. Scimus enim hanc vocem (omnia,) intelligendam, non de non existentibus nec de ratione carentibus &c.* Vbi quod ait Deum non posse facere *contra rationem*, sensus est Deum non posse contra rationem & iniustè operari, vt latiùs statim exponit Origenes. Quod autem ait Deum non posse *non existentia*, manifestè accipiendum est de repugnantibus & idcirco non entibus, quia implicant & important in sua ratione negationem entis. Nam quòd non existentia positiua, seu possibilia fundamentaliter, possit Deus re ipsa producere, nimis notum erat Origeni: Alios Patres dabo in sequentibus.

Deus non potest quæ contradictionem implicant.

195 TERTIÒ, dixi eorum quæ contradictionem implicant, neque esse potentiam neque impotentiam. Quod est contra varias in hac re opiniones, nempe eorum qui Dei potentiæ, vel omnia contradictionem inuoluen

insolentia, vel ex eis aliqua, concedenda voluerunt: & alii qui ex eo quòd Deus ista non posset, defectum aliquem in Dei omnipotentia concesserunt.

Ad primam classem pertinere videtur Magnetes, Græcus scriptor ante tempora Constantini magni lib. 4. ad Theosthenem contra quendam noui Testamenti reprehensorem. *Nihil, inquit, est quod non possit facere Diuina natura, vt idem esse Solem & noctem, item quæ præterierunt non esse præterita, & facta infecta. Quomodo autem & quando, neque explicari neque comprehendi potest.* Refert eum locum Turrianus in apologetico de residentia pastorum pagina 74. Videri posset Synesius fauere eidem placito, epist. 11. Sic scribens *Deo, vt aiunt omnia possibilia etiam quæ fieri non possunt.* Hoc ipsum Mosi impegit Galen. 11. de vsu partium. Accessit ex parte ad eam classem Claudius Sanctesius repet. 4. de Eucharistia, cap. 4. Quædam enim repugnantia & contradictoria à Dei potestate eximi vult: nempe illa ex quibus defectus & impotentia in Deo argueretur, cuiusmodi sunt posse mentiri, posse peccare, posse mori, posse facere vt quæ fuerunt non fuerint, vnde sequeretur Deum scire ea non fuisse, atque adeò mutari, cùm sciat contrarium: Alia verò quantumuis contradictoria & repugnantia in creaturis, modò non repugnent ob imperfectionem Deo inde aduenturam, contendit esse à Deo factibilia; Auctores verò qui ea quæ contradictionem implicant, Dei potentiæ subducunt, de priori tantùm contradictione intelligit.

296 Sed hæc sententia dum sine causa timet Diuinæ potentiæ fines ponere, parum probabiliter procedit. Nam vt rectè affirmat D. Tho. quæst. 1. de potentia art. 7. *ad primum* obiectum Diuinæ potentiæ exequentis, ita ad eam comparatur, vt obiectum intellectus & scientiæ ad intellectum. Sicut ergo cognitio ex Augustino 4. de Genesi ad lit. cap. 32. *fieri non potest, nisi cognoscenda præcedant,* id est, nisi res sit cognoscibilis, ita potentia factiua non potest exire in actum, nisi illud quod per eam effici debet, præsupponatur factibile. Atqui quidquid implicat contradictionem, quomodocumque implicet, & siue inde arguatur defectus aut mutatio in Deo, siue non arguatur, tale est, vt non præsupponatur factibile: nam factibile quodcunque, est ens, tametsi nondum actuale, sed possibile tantùm. In eo autem quod implicat quomodolibet contradictionem, inuenitur ratio non entis: implicat enim seu inuoluit in conceptu suo, esse & non esse simul: Esse quidem ex suppositione intellectus id ita sibi fingentis, non esse autem re ipsa. Ergo nihil quod tale sit, est factibile, aut sub potentiam cadere potest, & vt tale cognoscitur ab intellectu verè concipiente. Ex quo fit vt Diuinus intellectus maximè omnium id penetret, ac proindè, vt optimè aduertit S. August. 26. contra Faustum cap. 5. si simul iudicaret, quòd huiusmodi ens esset Diuinitus factibile, falsò iudicaret, fieretque imperfectioni obnoxius. Hinc apparet distinctionem duplicis repugnantiæ à Sanctesio adhibitam, futilem esse: Sicut enim ipse ex eo quod facta fierent non facta, intulit Deum fore mutandum, & propterea huiusmodi contradictionem reposuit in primo illo suo membro, quamuis directè non pugnet cum Dei perfectionibus, sicuti faciant aliquæ aliæ contradictiones, puta posse & non posse mori,

mentiri, fallere, &c. ita omnes aliæ repugnantiæ & contradictiones in creaturis repertæ, ad primum illud membrum æquè erunt referendæ, quo ipsu, vt fatetur ipse aduersarius, à Dei potestate eximentur.

297 Quanquam hic loquendi modus, vt rectè aduertit D. Tho. 1. p. q. 25. art. 3. & alij apud eundem q. 1. de potentia art. 3. *in fine corporis*, si vsus pateretur, minus probandus esset, quàm ille quo hæc dicantur non posse fieri, tametsi Deus vt illi alij à D. Thoma adducti addunt, possit facere. Quorum verborum sensus non est, quod in Deo sit potentia respectu talium obiectorum: Hoc ipso enim obiecta illa essent factibilia ac possibilia contra suppositionem; sed sensus est quòd sit in Deo vis ac potestas, per quam si illa essent ex se factibilia, possent accipere à Deo esse. Hoc ergo loquendi modo significatur non stare per Deum aut per defectum Diuinæ potestatis, quominus obiecta hæc sint capacia existentiæ, sed rationem defectus illius, ex rei impossibilitate & non factibilitate ipsi rei ex se conuenientе, deriuari, quod est verissimum. Sicut (quod est in hanc rem exemplum Bellouisij in explicat. termi. tract. 2. cap. 9.) cùm aliquis dicitur posse docere Philosophiam, propositio non redditur falsa, ex eo quod non possit docere asinum, quia hic non est defectus potentiæ in magistro, sed capacitatis in asino. Sed & vulgato loquendi modo, quo Deus dicitur hæc non posse, nihil tamen præiudicatur Dei potentiæ. *Quoties namque* (inquit S. Anselmus 2. cur Deus homo cap. 17.) *dicitur Deus non posse, nulla negatur in eo potestas, sed insuperabilis significatur potentia & fortitudo; non enim aliud intelligitur, nisi quia nulla res potest efficere, vt agat ille quod negatur posse. Nam vsitata est huiusmodi locutio, vt dicatur res aliqua posse, non quia in illa, sed quoniam in alia re est potestas: Non posse autem, non quoniam in illa, sed quia in alia re est impotentia: dicimus namque, iste homo potest vinci pro aliquis potest eum vincere, & ille non potest vinci, pro nullus eum vincere potest. Non enim potestas est, posse vinci, sed impotentia; nec vinci non posse, impotentia est, sed potestas. Sic est in alia impotentia quando dicitur Deus non posse.* Hæc S. Anselmus, significans obiecti implicantis incapacitatem vt dixi. Rectè igitur asserebamus eorum quæ contradictionem implicant non esse potentiam.

Ea impotentia, non importat imperfectionem.

298 Sed neque impotentiam esse, ea non posse facere, (vt addebam) inibidem habetur; nam non posse facere quod fieri ex se non potest, cùm non stet per defectum virtutis actiuæ, nullam eius imminutionem aut imperfectionem arguit. Imò verò illa posse, imperfectionem potius argueret, vt supra deducebamus. Atque ita SS. Patres, ex eo quòd Deus dicatur quædam non posse, dicunt inde potius haberi Diuinæ potentiæ excellentiam. Ita Iobius apud Photium codice 222. cap. 13. Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 117. & lib. 5. epist. 153. sed præclarè S. Ambrosius epist. 37. ad Chromatium expendens illud Hebr. 6. *Impossibile est Deum mentiri. Impossibile*, inquit, *istud numquid non infirmitatis est? Non vtique. Nam quomodo omnia potest, si aliquid efficere non potest? Quid ergo est ei impossibile? Non quod virtuti arduum, sed quod naturæ eius contrarium. Impossibile istud, non infirmitatis est, sed virtutis & maiestatis.* Similia omnino Chrysost. ho. 57. in Ioannem

ad

ad illud. *Non potest fallere.* Subdit paulò post idem Ambrosius. *Ex quo colligitur impossibile Deo esse potentissimum. Quid enim potentius, quàm nescire quidquid infirmitatis est?* Similia S. Anselmus cap. 7. proslogij & in caput 2. 2. ad Timotheum ad illa verba, *Deus negare se ipsum nō potest.* Denique S. August. lib. 1. de symbolo ad catechumenos cap. 1. *Quàm multa (inquit) non potest Deus, & omnipotens est, & ideo omnipotens est, quia ista non potest.*

His gemina sunt, quae habemus 5. ciuit. cap. 10. & 15. Trinit. cap. 15. sed breuiter & pulchrè lib. de natura & gratia cap. 49. *absit à nobis ut Deum peccare posse dicamus, non enim ut stulti putant, ideo non erit omnipotens quia nec mori potest, & negare se ipsum non potest.* Eodem recidit solutio quam S. Dionysius cap. 8. Diuinorum nominum dat Elymae Mago, qui ex eo quòd Deus se ipsum dicatur negare non posse, inferebat Deum non esse omnipotentem, quod aequè impiè intulit Plinius, 2. hist. cap. 7. & Marcion apud Tertull. de resurrect. & Nouatores apud Sanctesium contra atheismum primum Caluini; Respondet, inquam S. Dionysius, Deum haec non posse, ut possit non posse. Id est, non ideo Deus haec non potest, quòd ipse potentia careat, sed quòd haec sint talia, ut fieri non possint. Non est autem potentia, facere id quod fieri nequit. *Omnia potest Deus,* inquit Richardus 1. de Trinit. c. 21. *quaecumque posse potentia est: nam multa dicuntur posse, quae multo verius esset, non potuisse quàm posse. Posse decrescere, posse deficere, posse destrui & in nihil redigi, & quaelibet huiusmodi* (nempe quaelibet contradictoria, ut deduximus supra) *maius est omnino non posse, quàm posse. Magis enim sunt infirmitatis indicia, quàm maiestatis insignia. Omnia itaque illa, & sola utique illa, potest, quae posse, ut iam diximus, potentia aliqua est. Et eo verius atque veracius eum omnipotentem esse dicimus quia nulla impotentiae siue infirmitatis argumenta deprehendimus.* Ita Richardus cum praeeunte Augustino 5. Ciuit. cap. 10.

299 Ex quibus abundè satisfit calumniis Celsi apud Origenem lib. 3. contra eum *fere in fine,* & lib. 5. *non multum ab initio,* Criminabatur enim Christianos quòd Deum omnipotentem vocarent, & omnia esse ei possibilia profiterentur, *non intelligentes* (inquit Origenes priori loco) *quaenam sint illa omnia & quomodo illa possit Deus. Potest sane Deus iuxta nostram opinionem omnia, per quae potentiam a Deitate sua, bonitate atque sapientia non excludit, at Celsus velut non intelligens quemadmodum Deus dicatur posse omnia, negat eum velle quidquam, quod sit iniustum, concedens quòd Deus possit etiam iniusta, nolit tamen.* Haec Origenes, quae statim reiicit, ex eo quòd huiusmodi actus sint contra naturam Dei, qui est summa rectitudo & bonitas, ideòque non magis possint ab eo pullulare, quàm à dulci amaror, aut à lucido obscuritas. Et ipsemet Celsus parùm sibi constans, videtur annuere. Nam posteriore loco allegato, haec ex eo refert Origenes, *confugiunt* (Christiani) *ad absurdissimum praesidium, omnia esse Deo possibilia: & certè turpia Deus non potest, neque naturae contraria; nec si tu aliquid pro tua miseria concupieris turpe, illud Deus id poterit, statimque id fore credendum est. Nec enim inordinatae cupiditatis, sed rectae iustaeque naturae, Deus est praeses. Potest animae vitam aeternam largiri. Caeterum carnem, sempiternam praeter rationem reddere, Deus nec vult unquam, nec poterit. Ipse est enim ratio omnium quae in rerum natura sunt, & proinde tam nihil potest sine ratione, quàm sine*

si ipse faceret. Hactenus Celsi verba quæ Origenes post paucas paginas ex parte approbat; nempe quatenus dicitur à Celso, Deum rectæ iustæque naturæ, atque omnis honestatis esse præsidem, & præter rationem, aut præter se ipsum nihil posse facere, & non posse turpia, id est iniusta facere, quia si posset aliquid turpiter facere, non esset Deus, quod nobis nunc sufficit, ad Celsum, falsitatis, quoad illud prius dictum, ex semetipso redarguendum.

ARTICVLVS II.

Specialium quarundam circa prædicta difficultatum, resolutio ex dictis.

300 EX iactis articulo superiore fundamentis, generatim liquet, rectè pronunciasse Tertullianum lib. de resurrect. cap. 11. *Deum non aliter credendum esse, quàm ut omnia posse credatur.* Ex iisdem verò principijs diiudicanda sunt, quæcumque in speciali, de Diuina potentia, circa peculiares quosuis casus interrogari possunt. Nam si occurrat contradictio, negandum erit rem esse à Deo factibilem, si non interueniat, fatendum erit eam esse Deo possibilem. Et quamquam quandiu non probatur positiuè quòd desit contradictio, tantùmque nulla nobis occurrit, non adsit sufficiens fundamentum absolutè pronunciandi rem esse possibilem, quia potest contradictio latere & subesse quamuis non appareat; tamen tunc non habemus unde eam negemus possibilem; & ex anticipato Diuinæ perfectionis & potentiæ, nostræ autem in rerum natura penetranda imbecillitatis, præiudicio, simpliciter licet affirmare rem esse possibilem; non quòd talis eo ipso probetur euidenter, sed quòd verisimiliter talis censeatur, cum nulla repugnantia occurrit examine præmisso. Et hæc quidem generaliter prolata, sufficere deberent, hoc loco. Tulit tamen usus, ut ad aliqua quoque specialia descendatur, inquirendo, an sub Dei potentiam cadant.

Variæ speciales quæstiunculæ circa Diuinæ potentiæ obiectum.

301 Talia sunt an possit Deus facere, ut præterita nō fuerint. An possit simul facere omnia, quæ potest. An possit nouas semper & nouas species rerum procreare. An possit [illegible] ipsam creare. An possit aliquid præter vel supra rerum naturam agere. Breuissimè aliquid circa singula annotabo.

Ad primam de præteritis, possitne non præteriisse.

An possint præterita non fuisse & an possit Deus facere, ut quæ facta sunt, non fuerint facta, vetus lis est; quibusdam ut Cleanthe apud [illegible] de fato, cap. 17. & Magnete supra allegato & Arriano apud auctorem quæstionum veteris & noui testamenti in q. 7. *subinde* id affirmantibus; & in speciem annuentibus Nominalibus, aliisque qui Deo concedunt potentiam ad præteritum. Negantibus aliis, inter quos Hugo Etherianus lib. 1. contra Græcos c. 11. his verbis, *Deo non est possibile peccare, sicut neque quod factum est, ut non sit factum est, ut non sit factum facere. Deus potest. Verax enim Deus est, factum autem facere non factum, mendacium est. Potest enim hoc si facit, à se ipso differre, [illegible] id est dicere quid possit non esse Deus, quod*

tali

ridiculum prorsus & inanis. Propterea ut Aristoteles dicit, nulla possibilitas præteriti est, sed præsentis aut futuri. Nullo enim modo est possibile præteritum tempus existere nunc, sed neque in præterito verum erat dicere: quoniam nunc est illa quæ fuit temporis particula. Si præteritum tempus relabi non potest ad præsens vel ad futurum, nihil eorum quæ sicut nunc vel futura sunt, in tempore præterito existentiam habere possibile. A quocunque autem omnis aufertur existendi aptitudo, ei nulla potest attribui potentia. Quare nulla est præteriti possibilitas, sed præsentis vel futuri. Quod certo præteritum est, necessarium dicitur, non possibile, neque contingens. Hactenus Hugo, cui hac in parte præiuerat Isidorus Pelus. lib. 2. epist. 117. & quidam apud Petrum Damianum epist. 4. cap. 4. & ipsemet Damianus cap. 8. Ex eo enim quod nihil possit simul esse & non esse, infert perperam existimari ab illis quos ibi refellit, spectare ad Dei omnipotentiam ut præterita possit reddere non facta; essent quippe præterita, & non essent. Additque cap. 12. non præiudicari propterea Diuinæ omnipotentiæ, eò quòd hic sit tantum defectus ex parte obiecti, non ex parte potentiæ Diuinæ. Imò ait ex parte ipsius obiecti, non esse impossibilitatem simpliciter & absolutè, sed tantum ex suppositione, quòd res fuerit, quam ille appellat *impossibilitatem iuxta verborum conditionem*, absolutè autem & seclusa suppositione illa, ait potuisse Deum omnia, imò etiam nunc posse; quia idemmet posse quo Deus ante suppositionem rei factæ poterat eam non facere, perseuerat in Deo immutatum ex parte Dei, vt latè idem persequitur cap. 14. tametsi ob suppositionem factam, nequeat exeri in vtramlibet partem.

302. Quæ mihi videtur germana conciliatio dissidentium hac in parte sententiarum. Qui enim aiunt Deum posse facta infecta reddere, si rectè sentiunt, tantum attendunt ad illa obiecta in sensu diuiso, seu antequam supponantur facta. Et ita expressè Gregor. sententiæ affirmantis præcipuus assertor in 1. dist. 42. quæst. 1. art. 2. circa tertiam, & Altissiodorensis ab eodem Gregorio adductus; Nec Syluester qui 1. p. quæst. 25. art. 9. negat, præteritum etiam materialiter acceptum, posse in sensu diuiso fieri non factum, facit contra sensum diuisum, sed semper relinquit suppositionem præteritionis, cùm idcirco dicat ne in sensu quidem diuiso præteritum posse esse non præteritum, quia non pendet amplius in futurum, quod certè est supponi præteritum, non autem diuisum à præteritione, vt faciunt qui in hac re affirmant. Qui verò negant Deum id posse, attendunt sensum compositum; iuxta quem sententia negans est verissima, traditurque in Græco versiculo qui Pythagoræ fuisse creditur, & lib. 11. de legibus à Platone allegatur. Traditur item ab Aristotele 6. ethic. c. 2. his verbis; *Quod factum est, quin factum sit, fieri nullo modo potest, idcirco rectè Agatho inquit, eo namque sola hac ipse priuatur Deus, vt facta minimè infecta possit reddere.* Hæc Philosophus, quem miror à Gregorio in 1. distinct. 42. quæst. 1. art. 2. *circa tertiam conclusionem*, sacrilegij in ea sententia argui, cuius profectò arguendus quoque fuisset Anselmus cap. 4. concordiæ, & cap. 7. proslogij, qui idem prorsus asserit; Et quamquam lib. 2. cur Deus homo cap. 17. contrarium loquendi modum approbet, tamen sententiam illam retinet, tantumque vult Deo nullatenus deesse vim, tametsi obiectum redditum sit impossibile.

303 In

303 In eadem sententia est S. August. 26. contra Faustum verbis illis: *Quisquis dicit, si Deus omnipotens est, faciat vt quæ facta sunt, non facta sint, non videt hoc se dicere, si omnipotens est, faciat vt ea quæ vera sunt, eo ipso quod vera sunt, falsa sint.* Hoc autem euidentissimum est, impossibile esse, tametsi Arriani, vt legimus apud Auctorem quæstionum veteris & noui testamenti in q. 7. mixt., potentiæ Dei subesse dicerent, vt falsa faceret vera; quod intelligebant in sensu composito, vt patet ex illis quæ idem auctor *sub medium* quæstionis prædictæ adducit. *Solent* (inquit) *Arriani sic interpretari de filio Dei dicentes, ideo verum Dei filium Christum dicitur, quia sic illum fecit, vt verus sit. Tantum enim datum est (inquiunt) potentiæ Dei, vt possit facere quæ non sunt, tanquam quæ sunt.* Sed rectè addit idem auctor hanc propositionem quantum ad sensum pertinet, nullius esse momenti, & potentiam Dei in falso vero reddendo, falsò prædicari, vt quod verè verum est illudatur. Certè tam manifesta in huiusmodi placito est contradictionis implicatio, vt deductione non egeat. Quare sicut Deus non potest quæ contradictionem implicant, vt suprà probauimus, ita non potest vera in sensu composito falsa reddere aut contra, vt rectè concedit S. Anselmus cap. 7. proslogij, atque S. August. ad hoc tanquam ad manifestissimum absurdum, deducit eos, qui existimabant, Deum posse facere, vt facta in sensu composito non essent facta, vel vt præterita non essent præterita. Ad aliam repugnantiam eos deducit Eustratius 6. ethic. cap. 2. nempe, vt necesse sit, vel Deum non fuisse causam omnium, vel facere posse vt non fuerit causa eorum, quorum causa fuit. Vtrumque autem per se apparet absurdissimum.

Ad secundam quæstiunculam, de ijs quæ simul Deus potest.

304 An possit Deus simul facere omnia quæ potest, de quo quærebatur secundo loco, difficultas est, in qua aliqui partem negantem vniuersaliter sequuntur, quia putant exhauriendam alioquin esse Diuinam potentiam v. g. si Deus faceret totam quantitatem factibilem, potentia Dei nihil vltra posset in quantitatem, atque ita exhausta esset respectu talis effectus. Sed huiusmodi probatio inefficax est. Nam vt rectè argumentatur Vasq. 1. p. disp. 26. n. 47. tam absurdum est potentiam Dei restringi, quàm exhauriri. Ergo si posita tota quantitate creabili, potentia Dei exhausta diceretur, quia nihil eius vltra posset ponere extra se, deberet quoque nunc potentia Dei dici exhausta, vel saltem restricta respectu indiuidui quod produxit; quia iam non potest amplius illud ponere extra se. Quod si dicant aduersarij, ideo non esse exhaustam diuinam potentiam, quia potest illud indiuiduum destruere & reproducere, vel quia illud conseruat, quod æqualis potentiæ est ac creare de nouo; idem quoque dicemus nos in casu nostro. Si verò dicant Diuinam potentiam non dici exhaustam circa aliquid, quia modò effectus ex se non est factibilis & ita contingere circa indiuiduum illud quod amplius non est producibile, cùm tamen si non implicaret ex parte eius, planè futurum esset vt posset à Deo produci, idem quoque dicemus nos in casu nostro. Ideo enim nihil amplius poterit quantitatis produci, quia supponitur contradictio ex parte effectus, cùm supponatur facta tota quantitas possibilis. Potentia autē Dei tantùm est circa illa quæ non implicant.

305 Itaque

305 Itaque cùm quæritur an Deus possit simul facere totum ens creabile in vna specie, non est negandum ex inde sequuturam exhaustionem Diuinæ potentiæ; sed attendendum est an in ipso effectu sit peculiaris ratio pugnans cum illa simultanea producibilitate, qualis est in successiuis & in continuis diuisionibus, & iis quæ sunt talia. Ex quo patet, ad quæstionem vniuersaliter propositam, respondendum esse negatiuè, ita tamen vt negationis huius ratio non sit danda, recurrendo ad Diuinæ potentiæ exhaustionem, vt fecit Capr. in 1. distinct. 42. quæst. vnica ad 1. contra 6. Soto 3. phys. q. 4. coroll. 1. & Suarez disp. 30. Metaph. sect. 17. num. 16. Certè Diuina potentia non censetur exhausta in Incarnatione, licèt non possit facere vnionem altiorem, quia ipsa non est facibilis. Item Diuina sapientia non dicitur exhausta, quia cognoscit omnia; nec vis generatiua Patris æterni, quia generauit omne generabile ad intra. Ergo neque potentia creatiua, dicenda esset exhausta, etiamsi totum ens creabile simul fecisset, præsertim quia illud perpetuò conseruaret.

Ad tertiam, de nouis semper ac nouis speciebus.

306 An possit Deus nouas semper & nouas rerum species, sine vllo termino producere, quæ erat tertia interrogatio proposita, variant sententiæ. Negat Dur. in 1. dist. 44. q. 2. & 3. & Aureolus. Quod parum tutum & periculosum iudicat Henriquez de fine hominis cap. 10. num. 5. *littera* K, imò hæreseos videtur damnare Hantera 1. p. q. 25. art. 6. multisque refellitur à Capreolo in 1. d. 44. q. 1. concl. 6. Argentinate ibidem dist. 44. art. 3. Albertino 2. principio incomplexo d. 4. q. 7. à numero 15. Vasquez 1. p. disp. 106. cap. 4. qui negatiuam sententiam contrariam dignam esse nota aliqua, quod etiam significat Conimbricensis art. 2. q. 14. *littera* T, late ibi disputans excessum perfectionis in speciebus, desumi penes maiorem accessum & similitudinem ad Deum. Cùm ergo Deus absque repugnantia sit infinitè participabilis, poterunt eique semper dari nouæ perfectiores species versùs summum, in quibus ea participatio crescat. Dixi versùs summum, quia Vasquez supra, ait non constare an sint possibiles species infinitæ versùs infimum, idque negat Argentina supra ad 3. & Maior in 1. dist. 43. q. 2. vbi disputans de quadruplici processu in infinitum in speciebus, scilicet, versus summum, infimum, medium, & ad latus, quod mea parum refert, quia potentia Dei non minus est infinita, siue dicatur id posse, siue non, quandoquidem supponitur posse, quod minus est: Nam species infima, seu imperfectissima quæ nunc est, excedit illas alias infinitas minores, siue possibiles sint, siue singantur.

Sed his dimissis argumentum propositum quo progressus infinitus in speciebus passim stabilitur, non concludit efficaciter propositum, nisi magis explicetur vel aliquid addatur. Facile enim diceret aduersarius Deum esse tantum finitè participabilem, non ex defectu Dei, sed quia creaturarum species Deum participantes, non sunt possibiles nisi in numero certo. Præterquam quod plerique vt infinitam Dei participabilitatem probent, assumunt infinitam multitudinem specierum possibilium, vt iam probatam ex eo quòd Deus sit infinitè potens: Cùm tamen hoc probandum est, assumunt species infinitas possibiles,

 quod

quod est manifestè circulum committere; nam sic potentiam Dei infinitam, probant per effectus illos possibiles, hanc verò possibilitatem probant per potentiam infinitam.

307 Quare vt rectè in hoc negotio procedatur, ordiendum est ab effectus possibilitate fundamentali, ostendendo infinitam illam specierum multitudinem, non repugnare in se, eo enim ostenso, liquidò apparebit potentiam Dei infinitam esse, vt postea prosequemur. Quod si effectus illi in se possibiles non sunt, potentia Dei erit nihilominus infinita, quia tanta erit, vt si effectus illi essent possibiles, non staret per eius perfectionem, quominus eos causare posset, quod non tantùm ex fide & reuelatione constat, sed etiam colligitur ex ipso modo essendi & operandi Dei, seu ex independentia & creatione, vt paulò post attingam. Nunc tantùm addo hinc haberi, futile prorsus esse argumentum illud, quo Bannes suprà tam acerbè notauit sententiam negantem processum infinitum in speciebus. *Sequeretur enim,* (inquit) *Deum non esse omnipotentem, & potentiam eius non esse infinitam*, quia limitaretur ad effectus perfectissimos, vltra quos non posset assurgere. Sed vtrumque illatum, vt ex dictis patet, falsum est, nec sequitur ex contraria sententia, iuxta quam Deus & esset omnipotens, quia posset omnia fundamentaliter possibilia, & infinitè potens, quia si per impossibile essent possibiles infinitæ illæ species, quæ in ea sententia negantur, posset Deus vi illiusmet perfectionis quam de facto habet, eas producere.

308 Iam ergo probemus possibilitatem fundamentalem, infinitarum illarum specierum, perfectiorum semper & perfectiorum. Sanè si multitudo specierum illarum certo numero comprehenderetur, deberet ab aliquo limitari ac restringi ad certum illum numerum. Vel igitur restringeretur ab aliis speciebus iam factis, nullum vltra se progressum admittentibus, vel ab ipsismet speciebus factibilitate carentibus, vel à Deo non valente producere post certam summam specierum perfectiorum. Non enim potest occurrere aliud quod obstet: Atqui ex nullo horum capitum repugnat infinitus ille progressus. Et vt à postremo ordiar, clarum est non posse stare per Deum, quippe qui semper excedet quoscunque effectus quantumlibet perfectus, vtpote vnicum ens independens, & à se, in quo necesse est omne ens aliud (cuiusmodi essent omnes illæ species) contineri eminenter, & habere necessitatem essendi, vt suo loco diximus. Adde quòd modus operandi qui posset ad speciem quantumlibet perfectam producendam exigi, nempe creatiuus, non potest esse alius, quàm is quem nunc Deus de facto exhibet in multarum creaturarum productione, putà materiæ, animæ rationalis, & Intelligentiarum, vnde deprehendere licet, potentiam cui modus ille operandi omnibus sublimior, & in effectus quantumuis eleuatos eadem, est consentaneus & de facto competens, esse infinitè perfectam, ac per eam stare non posse, quominus vlterius semper procedatur in effectibus & speciebus, quantacunque progressio antecesserit.

309 Secundum quoque caput non obstat: Nam contradictio si quæ esset in speciebus illis, deberet vel ex primo vel ex tertio capite adducto proficisci; à neutro autem proficiscitur. Itaque cùm data certa aliqua specie quæ fingatur summa, non habeatur

esse

esse & non esse, ex eo quòd alia vlterior species fingatur, & destructa suppositione, quòd prima illa certa, sit summa, addatur species alia & ita sine termino; manifestum est ex speciebus ipsis secundùm se non posse oriri impedimentum infiniti processus in speciebus. Tandem quòd neque oriatur ex primo capite seu ex aliis speciebus anterioribus, manifestè patet, quia omnis species determinata, est finitæ perfectionis, ergo addita perfectione aliqua item finita, nullum sequetur infinitum essentiale, quod est incommodum quo Aureolus & alij nos vrgent. Sed immeritò, quia finitum finito additum, non procreat infinitum, & hoc ipso quòd illa species prætacta est finita, manifestum videtur, eam non obstare productioni superioris & perfectioris speciei, sicut quia quilibet numerus finitus est, nihil obstat quominus suprà quemcunque numerum existat alius perfectior continens inferiorem, & se habens ad eum eodem proportionali modo quo species superior ad inferiorem, quod non est opus hîc interuenire, cùm possit sufficere vt perfectior species sit ordinis altioris, tametsi nullomodo contineat inferiorem; sicut homo est altior musca, quam tamen non continet. Nihilominus nos, vt difficultas habeat summam vim, admittimus paritatem inter numerum & species, etiam quoad continentiam inferioris in superiori.

310 Estque exemplum illud diligenter notandum, quia ex eo dilui ferè poterunt quæ Aureolus & Durandus suprà adducti, ac Scotus in 3. distinct. 13. *litera C*, & alij obiiciunt. Vt quòd si possibilis esset processus infinitus in speciebus perfectioribus, deberet in intellectu Diuino reperiri creatura aliqua ab aliis infinitè distans, atque adeò infinitè perfecta, excederet enim creaturam quamcunque signatam excessu infinito, contineretque intra se perfectiones omnes inferiorum specierum infinitarum. Cui argumento Argentina suprà ad 1. concedit talem creaturam obiici Diuino intellectui, quamuis non possit poni extra causas, Caietanus autem 1. p. q. 25. art. 6. concedit eam posse poni in rerum natura: Vterque malè, nam quòd nulla talis species Deo occurrat, manifestum est ex simili exemplo numerorum, quorum nullus est vltimus etiam in intuitu Dei, sed quocunque viso apparet alius vlterior, sicut etiam de partibus continui minoribus dici solet. Quòd verò illa species poni extra causas nequeat, probat Sonc. 12. Met. q. 5. & manifestum est ex eodem exemplo, sicut enim destrueretur ratio numeri, si supponeretur multitudinem aliquam infinitè distare ab aliquo numero signato, quia hoc ipso multitudo illa innumera, numerus esset, ita ratio creaturæ cuius est esse ens finitum & limitatum habens certum perfectionis modulum, destrueretur, si supponeremus dari creaturam habentem perfectionem specierum inferiorum infinitarum. Hoc ipso enim creatura illa esset illimitata, quippe carens termino in ratione entis finiti, vt Caietanus concedit, atque adeò etiam absolutè, quia terminus nulli potest accidere nisi enti finito. Ex carentia autem termini arguitur infinitas, vt suprà diximus.

311 Item quod opponit Aureolus, totam creaturarum vniuersitatem esse essentialiter finitam, proindéque non posse in illa admitti processum in infinitum quoad perfectiones specificas, refellitur ex eodem

numerorum exemplo. Numeri enim essentia finita est, & tamen nusquam licet pedem figere, cum de numeris specie perfectioribus agitur; Vbi enim? Tandem quod idem Aureolus opponit, vt probet dari aliquam speciem supremam, qua non possit dari perfectior, eò quòd si detur processus in infinitum, tunc in descensu à Deo ad ens creatum, nulla prima species sit occursura, facillimè infringitur ex eodem exemplo, si fingamus infinitam multitudinem numerorum certorum, maiorum semper & maiorum; Ac ita quidem vt non tantùm vnitas concipiatur in vno extremo locali illius multitudinis penetratiuè locatæ, sed etiam in altero, sicut punctum concipitur in vtroque lineæ termino. Certè tunc descendendo à puncto vertici, vt sic dicam, nullus primus ac perfectissimus numerus occurreret, sicut post punctum terminans, nulla occurrit pars prima, sed ante quamcumque signatam, intercedunt infinitæ ob perpetuam continui sectilitatem. Similiter itaque in casu nostro cùm à Deo descenditur ad ens creatum, nullum occurrere potest ens possibile quod sit supremum, sed quocumque dato, aliud perfectius dari potest. Re ipsa tamen semper datur aliquid primum, perfectius aliis entibus factis, non habens perfectionem nisi finitam, vt rectè notauit Caietanus dicto articulo 6. ad 5. Aureoli.

Ad quæstiunculam quartam, de reparabilitate corruptæ.

512. An possit virgo lapsa reparari de quo quærebatur quarto loco, disputat latè Petrus Damianus epist. 4. occasione dicti cuiusdam quod habetur apud S. Hieronymum epist. ad Eustochium de custodia virginitatis cap. 2. & refertur 32. quæst. 5. cap. Si Paulus, his verbis: *Audacter loquor, cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pœna, sed non valet coronare corruptam.* Eademque ferè habet S. Basilius lib. de vera virginitate ad Letojum circa finem. Et quidem Damianus loco allegato cap. 3. fatetur nunquam potuisse sibi placere hanc sententiam. *Non enim, inquit, à quo dicatur, sed quid dicatur attendo.* Adducitque Desiderij Cassinensis Abbatis responsionem, quòd scilicet Deus iuxta S. Hieronymum dicatur non posse suscitare corruptam, quia non vult. Cæterùm hoc refellit idem Damianus, quia sic cum Deus non velit facere quæcunque non facit, dici posset Deum non posse facere nisi quod facit de facto, quod meritò ait esse ridiculum & absurdum. Itaque concludit cap. 4. *Fateor planè, fateor, & nullam timens cauillationis contentionem [illegible], [illegible], quia potest omnipotens Deus, multinubam quamlibet, corruptam reddere, incorruptionisque signaculum in ipsa eius carne, sicut ex materno egressa est utero, reparare. Hæc autem dico, non ut beatum Hieronymum, qui pro studio laborum elucubrauit, sed ut eos qui de auctoritate illius male sentiunt, Deum asserunt impotentem, inuictâ Fidei ratione refellam.* Ita ibi Damianus, qui ad horum confirmationem præmiserat Dei in languoribus sanandis, & infirmitatibus solidandis potentiam, item vim in corpore primum formando. Quidni ergo vim quoque habeat eam, si velit, reparandi? Addit cap. 12. *Si potuit Deus singulari priuilegio Deiparam Virginem seruare intactam post partum, quanto magis potest quod natura est, corrupto corpore reparare post lapsum, quia & maius est aliquem [illegible] ingredi, quam eas quæ fuerunt*

[illegible]

veras clarifica potentiæ denique Diuinæ immensam vim, eloquentissime excurrit cap. 11, in magnis [illegible] & mirabilibus Dei effectionibus quibus [illegible] quoque effectus possibilitas perstringitur.

313 Hæc Damiani argumenta, de defectu contradictionis in reparatione illa, satis evincunt eius sententiam veram esse. Non tamen placet, quod sanctum Hieronymum damnet, eumque pro damnata statuit, id est, celsi castitatis in Eustochij antimata indocendæ, ita locutum existimet. Germanus enim sancti Hieronymi sensus, ab Augustino Anconitano lect. 7. super Missus est, apte ab aliis traditus, verissimus est, nempe non posse Deum suscitare virginem corruptam ita vt sit virgo & quod postremis verbis ea [illegible] admissis aperte innuitur, virginum coronam obtineat, seu ita vt non fuerit experta quandoque dispendium integritatis. Cùm enim virginitas duo importet, vnum in recto, nempe carnis integritatem, alterum in obliquo, videlicet quòd persona non sit voluntarie experta violationem integritatis illius, potest quidem Deus restituere integritatem amissam, vt tamen ea integritas non fuerit amissa, quod virginitas connotat, facere non potest. Quia non potest amplius supponi de facto, quod præteritum non fuerit. Ad præteritum autem in sensu composito, non datur potentia, vt admittit ibi Damianus à c. 3. Et hoc voluerunt etiam illi quos cap. 11. in fine, refert respondere solitos, *posse quidem corruptam, sanam esse quæ fuit, nunquam tamen ad virtutis gloriam sanam* [illegible]. Quod ille malè reijcit, existimans ad integritatis dumtaxat restitutionem pertinere.

Ad quintam de operibus præter aut supra naturam.

314 An possit Deus aliquid, præter, vel supra naturam agere, quod postremò quærebatur, ita tradit Origenes lib. 5. contra Celsum satis manifeste. *Quoniam* (inquit) *Celsus addit, quod præter naturam nihil Deus vult, hanc propositionem dilucidemus. Aut enim* [illegible] *& sic fatemur Deum nihil præter naturam velle,* [illegible]. *Quod si quodcunque ratione & voluntate Dei fit,* [illegible] *quatur id non præter naturam fieri, nihil præter naturam fit a Deo, etiamsi videatur aliquibus incredibile. Quod si* [illegible] *est nomen* [illegible], *dicemus quod* [illegible] *natura* [illegible], *vt nonnulli intelligunt, quædam sunt supra naturam quæ facit Deus interdum, supra humanam naturam attollendo hominem.* Hæc ille, voluntatem in verbis primo loco relatis vsurpans pro potentia, vt quadret refutatio aut responsio cum Celsi verbis, relatis ante aliquot paginas. Dixerat enim Celsus, *neque Deus* [illegible] *potest, neque natura contraria*, quibus postremis verbis, per distinctionem nunc propositam, respondet Origenes, *nihil posse Deum contra naturam*, id est, Deum nihil posse innaturali sibi æquitati & rationi contrarium (quod confirmat, & Deum potestati non officere, præclarè affirmat Isidorus Pelus. lib. 2. epist. 193) posse tamen aliqua supra caussarum inferiorum vim & ordinarium cursum, qui est *vsitatus naturæ quam* [illegible] *humana comprehendit*, vt loquitur S. August. 21. ciuit. c. 8. & 26. contra Faustum cap. 3. addens, *quoniam humanæ mens* [illegible]. *Deus dicatur interdum facere aliqua contra* [illegible] *naturam, quæ vocantur magna & mirabilia,* [illegible]

luti, Deum nihil facere contra naturam, quia cùm ipse sit conditor naturarum omnium, id cuique est naturale, quod ille fecerit, à quo est omnis ordo naturæ. Nec dissimili sensu lib. 6. de Genesi ad lit. cap. 13. & habetur apud Prosperum sect. 281. *Naturarum* (inquit) *conditor Deus, nihil in miraculis contra naturam facit; nec quod notum est consuetudine, repugnans est rationi. Nobis ergo videntur contra naturam insolita, quibus aliter naturæ cursus innotuit, non autem Deo, cui hoc est natura, quod fecerit.*

315 Quæ verba ita accipit Diuus Thomas 3. p. quæst. 44. art. 2. ad 1. vt concedat naturale esse cuilibet creaturæ vt transmutetur à Deo secundùm eius voluntatem. Quod admitti poterit, si sensus tantùm sit creaturam ratione potentiæ obedientialis, quam habet, posse secundùm illam sibi innatam potentiam suscipere à Deo quidquid ipse in ea operari voluerit, quam *naturæ naturam* vocat Damianus infrà. Nullo tamen modo cum Caiet. 1. p. quæst. 82. art. 2. & Aluarez disp. 52. de aux. concl. 2. negari potest, quin quælibet res & natura particularis, habeat quædam sibi connaturalia, quibus si priuetur, aut contrariis vel disparatis afficiatur, contrà vel præter naturam sit se habitura; siue huiusmodi affectio à Deo proueniat, siue aliunde. Parum enim refert qualenam sit agens extrinsecum, cum intrinseca naturæ exigentia violari supponatur, & eadem sit forma, quæ ab agente extrinseco immissa constitueret violentiam, vt bene vrget Durand. in 2. dist. 25. quæst. 4. num. 5. consentientibus bene multis apud Salam tract. 3. disp. 2. sect. 5. & ita Patres passim contrà contendunt Deum posse suprà naturam agere, nec alligari eius legibus, sed *eam ad suæ voluntatis nutum rapere*, vt loquitur Theodotus tomo 6. conc. Ephes. [illegible] 18. quo ipso fatentur hos effectus non esse rebus connaturales, non obstante inclinatione obedientiali quam habent, vt quomodolibet assumantur à Deo, ad Diuinæ bonitatis manifestationem.

316 Optimè de hac re Petrus Damianus epist. sæpe citata cap. 2. verbis istis. *Qui naturæ dedit originem, facilè cum vult, naturæ tollit necessitatem. Nam qui rebus præsidet conditor, legibus non subiacet conditoris, & qui naturam condidit, naturalem ordinem ad suæ diuinæ arbitrium vertit. Quæque enim quælibet dominanti naturæ iussit constituit, sine dominatori semper, natura subsequenter obedientiam conseruauit. Considerantes planè liquidò patet quòniam ab ipsis nascentis mundi exordiis rerum conditor ea quæ voluit natura nova mutauit, ut ipsam naturam, ut ita dixerim, quodammodo mutauit contra naturam &c.* quæ latè in eandem sententiam prosequitur, & similia habet Paschas. Corbeiensis lib. de Euch. cap. 1. quæ videri possunt fauere Gabrieli in 4. d. 1. quæst. 1. *littera E*, significanti potuisse Deum contrarias proprietates facere rebus connaturales, vt igni frigus, aquæ calorem, quod latè reiicit Victoria relect. de homic. num. 5. sed neque Damianus, aut Paschasius locis allegatis, nec Alliacensis ex quo Gabriel ibidem *littera K*, sententiam illam refert, agunt de proprietatibus vel actionibus connaturalibus. Est enim id per se absurdum, & pugnans cum ratione proprietatis & actionis connaturalis. Tantùm ergo volunt, Deum posse assumere creaturas ad obedientialiter causandū quod connaturaliter non causarent, de qua non est hîc plura dicendi locus. Addo duntaxat ad prædicta, illustre Chrysostomi testimonium in Psalm. 148.

ad

ad illud, *Sicut tenebræ eius. Contraria siquidem contraria fiunt & apparent quando vult Deus. An non vidisti & fornacem ardentem, & rorem sibilantem, & neque illam extingui nec hunc exsiccari, & grandinem simul & flammam? Videbam ergo, dic mihi, hoc falsum est? Quomodo autem factum est, volo scire. Iam verò nec volo quidem scire modum; neque enim potest fieri, sed factum credo. Eum autem qui fecit adora. Plurima enim eius facta sunt occulta & arcana. Non vidisti quod cum dixisset, perinde ac in tenebris palpabant Ægyptij, & cum omnia occuparent tenebræ, videbant Israëlitæ, & cum essent rursus in principio tenebrarum, hic eis silentio in medio. Natura enim rerum semper est dominus qui fecit naturam, non vt producat quæ non sunt, sed vt manentem ea manentem solùm, sed vt manentia in natura, aliter apparere efficiat.* Et paulò post. *Quando Deus voluerit, operatio elementorum traducitur in contraria, adeò vt quasi perfectè contraria, quàm sunt propria quæ ab initio attributa fuerant. Si tu enim volueris, ita erit vox, & ita habebit locum sibi attributum quemadmodum tenebræ. Quapropter hic quoque significans subinnuit, sicut tenebræ eius ita & lumen eius.*

517 Quòd autem Deus possit supra naturam agere, producendo res, in se quidem naturales, sed spectato modo quo fiunt vim naturæ superantes, naturali lumine notum est, quatenus naturale lumen detegendo nobis virtutis Diuinæ infinitatem & potentiam, creatas qualescumque vires longè excedentem, simul detegit Deum posse ad eum sensum aliqua supernaturaliter facere, vt pluribus disputat Suares t. 2. 3. p. disp. 44. sect. 8. Et auctor libri de mundo, cap. 7. apertè agnoscit, partes ignis diuinitus contra suam naturam diuulsas à se inuicem fuisse, vt pietati in parentes, iustum præmium constitueret; ex quo loco rectè infert Eugubinus 4. peren. Philoso. cap. 6. auctorem illum nouisse, Deum posse operari, quæ vim creatam excedunt. Idque ipse Deus vt demonstraret, quædam interdum supra naturæ totius creatæ vires operatus est, vt notauit Nemesius lib. de hom. cap. 38. An verò possit Deus entia aliqua supra naturam producere, quæ ob reciprocationem cum ipso Deo, supereminceant cuiuis naturæ, seu essentiæ creatæ, vt plenè tradunt Christiani Theologi, nemini ex nudo naturæ lumine philosophanti venisse in mentem. Itaque quamuis indubitatum sit Deum & posse, & re ipsa facere talia entia, aliorum tamen est subsellij de eis pronunciare & inquirere.

ARTICVLVS III.

De Diuinæ potentiæ operatione generatim.

518 EXposito Diuinæ potentiæ exequentis obiecto, ad eiusdem potentiæ actionem exponendam veniendū est. Quod si speciatim tradere animus esset, pateret ingens campus excurrendi in actiones Dei, tum quas se solo elicit, vt creationem, & fere conseruationem; tum ad quas cum cæteris agentibus concurrit, cuiusmodi sunt cæteræ omnes, quatenus entia physica sunt. Sed quia hæc omnia tametsi huic loco non incongrua, supponuntur alibi tradita, idcirco aliqua tantum huic loco necessaria, sigillatim attingemus, præmissa communi consideratione, qua statuemus quid sit actio huius potentiæ. Quidam enim ac nominatim multi Thomistæ, actionem

hanc

hanc putant esse aliquid Deo immanens; alij verò propter intimam entis participati dependentiam à Deo, volunt actionem illam tametsi creaturæ insit, ab ea tamen non distingui. Quid sentiendum sit, breuiter exponam, suppositis multis quæ in Physicis de actionis quidditate, & entitate tradi solent.

ASSERTIO.

Actio quam potentia Dei exequens elicit, longè à Deo differt; quippe quæ ens creatum est, & inexistens creaturæ, à qua etiam tanquam vera eius à Deo causante egressio, minori realitate differt, vt actiones cæteræ à suis terminis.

PRIMÒ, dico actionem huius potentiæ distingui à Deo, atque adeò negari eam inesse Deo, quod non potest efficaciùs probari, quàm ostendendo eam actionē esse ens creatum.

Actio Diuinæ omnipotentiæ, non inest Deo, estque creatura.

319. Hoc autem breuiter declaratur ex ratione essentiali actionis, quæ vt in Physicis diximus, consistit in egressione effectus ab agente, seu in effectus dependentia ab agente, sumpto nomine *dependentiæ* non pro prædicamentali relatione effectus ad causam à qua pēdet, quæ relatio est actione posterior, sed pro fundamento aut conditione necessaria talis relationis. Quo sensu S. Thom. actionem vocauit dependentiam 2. contra gentes cap. 18. quia enim agens ita dat esse effectui, vt manente eodem effectu & immutato intrinsecè agente, possint variari denominationes quas effectus subit, quatenus pendens. Propterea necesse est, egressionem illam esse aliquid effectui intrinsecum, penes quod illa variatio denominationum desumatur. Verbi gratia, eadem lux quæ nunc à Deo simul ac Sole pendet, posset à Deo solo postea pendere, nec vltra denominari pendens à Sole, in quo casu nulla potest fingi mutatio in Sole, ac multo minus in Deo, cùm tamē mutationem aliquam intercessisse oporteat, propter quam non persistente amplius denominatione antecedēte, nec dicatur vltra lux pendere à Sole. Interuenit ergo aliquid ex parte effectus, penes quod illa denominationum variatio desumitur, & hoc est quod vocamus effectus egressionem.

Et sanè vox ipsa *egressionis* & *dependentiæ*, sufficienter exprimit actionis coniunctionem cum effectu dependente & egrediente. Vix enim intelligi potest, quomodo egressio sit rei egredientis & dependentia rei dependentis, ac non potius illi à quo egreditur: Cùm tamen vt rectè aduertit Argentina in 2. d. 37. art. 1. illud quod est egrediens ab aliquo, nequeat illud denominare vt egredientem. Quis enim denominat parietem album, dicens quòd albedo ex eo egreditur? Tandem vt ait idem Argentina, si actio Dei transiens, putà creatio, inesset Deo, & non creaturæ, oporteret Deum creando mutari. Acquireret enim illa nouam entitatem quam non habuisset ab æterno, quandoquidem effectus non fuisset pendens ab æterno: *susceptio* autem talis entitatis sufficeret ad veram Dei mutationem, quæ tamen abest vt Deo tribui possit, vt ne aliis quidem agentibus cæteroqui mutabilibus tribui valeat, cùm agens, vt sic, nunquam mutetur agendo, ex 3. Phys. cap. 3. Dices et *sic*, quia nihil vetat agens inter agendum mutari, qua-

tenus

tenus patiens, (vt in actione immanenti,) vel quatenus repatiens, aut ob aliquam praeuiam vel concomitantem & per accidens adiunctam mutationem; sed praecisè vi actionis non mutatur, vt Aristoteles asseruit, & meritò. Nam alioquin implicaret dari mouens immotum, quia hoc ipso quòd ageret, moueret, quo ipso etiam mutaretur.

320 Ab hac sententia non dissidentit reipsa multi Thomistarum, quamuis dicant actionem Dei esse tum in effectu propter argumenta facta, tum etiam in Deo: Quod generaliter de omni quoque causa efficiente asserit Caietanus relectus à Mol. 1.p.q.25.art.1.d.2.numero 2, *sub finem*. Sed nimirum vt patet ex Sylvestro, qui eandem duplicis actionis distinctionem adhibet 1.p.q.25.art.1.& q.34.art.5.& q.37.art.4. non existimant, hi auctores, eam actionem quam ponunt in agente, esse veram actionem, sed impropriam tantum, nempe relationem ipsam agentis ad effectum, quae in Deo iuxta illos est tantum relatio rationis. Vel certè principium per quod agens agit, prout relationi illi subest, vocant actionem agenti intrinsecam, quam esse Sancti Thomae mentem, cum ait actionem inesse agenti, testantur Capr. in 2. dist. 1. q. 2. ad 6. *Aureoli contra secundam*, & Ferrar. 2. contra gentes cap. 1. & 9. Qui addit posse quoque D. Thomam intelligi de actione immanente. Et quamuis in hac sententia sic exposita, nihil falsi asseratur, abusus tamen iste nominum, meritò displicuit Aureolo, Gregorio, & aliis apud Capr. ibidem art. 2. impugnantibus vulgatam apud Thomistas distinctionem creationis in actiuam & passiuam. Creatio enim actiua apud eos, est vis vel relatio agenti inexistens, aut vtramque; vide Aquarium in Controuersiis V. *alias* §.7.

Eadem actio, differt realitate minori à re producta.

321 Secundò, dixi actionem externam Dei, à termino suo interno, seu ab effectu per eam dependente, differre minori realitate. Quod facilè probatur; tametsi enim ex alibi fusè disputatis contra Gregorium in 2. d. 1. q. 5. concl. 5. & Rubionio ibidem quaest. 1. supponamus tanquam certum, actiones alias differre à suis terminis à parte rei, idque nobis videatur euincere, tum aliis, tum maximè argumento Aureoli, ducto ex variatione denominationum, quod suprà attigimus num. 319. & cui tenerè Greg. suprà, *ad 2. contra tertium* non satisfacit: Tamen in actione externa Dei, visum est aliquibus esse peculiarem rationem, cur ipsa non debeat ab effectu distingui. Est enim dependentia à Creatore, quam constat esse essentialem creaturae, ac proinde ab ea indistinctam. Hoc argumentum latè versat Baconus in 2.d.36.q. vnica, agens cum aliquibus ex eo colligentibus, creationem idem prorsus esse cum creatura. Sed vt patet, idem argumentum posset generaliter fieri de quacumque actione qua effectus creatus à Deo accipiat esse. Omnis enim talis actio, tametsi plerúmque eductiua, est dependentia creaturae à creatore; Atque ita si eo argumento euinceretur creationem esse creaturae essentialem, & ab ea indistinctam, idem euinceret de aliis creaturae à Deo dependentiis. Accedunt pro indistinctione creationis à creatura vulgatae probationes ex defectu separabilitatis, & aliae, quibus vtitur Vasquez 1.p.d.175.cap.2.& 3. concludens

cum multis antiquis quos allegat, creationem esse puram relationem, cæteras alias actiones, quia sunt mutationes, differre ab effectibus suis minori realitate concedit ibidem d. 176. *num.* 12.

Nec est excipienda creatio.

322 Sed ut quod asserimus stabiliamus, & vniuersaliter valere etiam in creatione ostendamus; aduertendum est, antiquos doctores quos Vasquez cap. illo 2. ait communiter dicere, creationem esse puram relationem, non intelligere hoc de relatione prædicamentali, quæ sola propriè est purus respectus, sed de transcendentali, ut idem auctor tradit in simili 3. p. disp. 75. cap. 5. & videtur etiam agnoscere, vbi supra num. 5. Admittimus autem modum illum in quo constituimus actionem, esse transcendentaliter respectiuum, tum effectus, tum agentis, quod non pugnat cum modali eius distinctione ab effectu. Cæterùm non posse creationem consistere in puro respectu effectus ad agens, siue respectus ille sit categoricus, siue transcendentalis nullo modo à re distinctus; probatur, quia relatio illa producti in creatura est posterior illo per quod formaliter talis relatio exurgit; atqui exurgit per actionem; ideo enim exurgit relatio producti in creatura, quia fit creatura; fit autem per actionem; ergo creatura prius habet creationem seu actionem, quàm illam relationem. Neque valet quod Vasq. respondet cap. 4. nempe creaturam primò intelligi quasi in via & in fieri & hanc esse creationem respectu Dei, & productionem respectu creaturæ productæ; deinde intelligi ipsam iam productam, & tandem relationem productam in facto esse, sine illa realitate dicat durationis aut naturæ, sed solius rationis: Hoc, inquam, non valet. Primò, quia sic creatio prout est actio, distinguitur ratione à pura relatione: Quomodo ergo dici poterit, (quod vult aduersarius) creationem esse puram relationem? hoc enim formaliter falsum erit. Secundo cum conceptus ille obiectiuus quem ipse dicit esse creationem, sit quid absolutum; ergo vis erit quid absolutum, quod tamen ipse capite illo 2. tanta assoueratione negat. Deinde illud absolutum seu creationem distinguit modaliter à re creata, cum militant quæ de actione in communi supra diximus. Peculiariter autem in hanc rem Suar. to. 3. tertiæ partis disp. 50. sect. 5. *sub finem*, affert exemplum dependentiæ transsubstantiatiuæ, quam ipse supponit consistere in reproductione Christi, proindéque includere partiales creationes animæ & corporis Christi, & tamen anima & corpus Christi iam præerant in cœlo per aliam creationem; ergo creatio illa noua non potest esse ipsum corpus & anima.

323 Verùm quia hoc exemplum dubium est, nec suppetunt ex mero naturali lumine tam firma argumenta, suppetias conquiramus à Fide, quæ in his disputationibus de distinctione rerum, subministrat plerumque argumenta, sine quibus nemo vnquam de reali distinctione cogitasset, aut eam firmiter probare potuisset. Vt constat ex exemplo distinctionis subsistentiæ à substantia, & quantitatis à re quanta, quæ distinctiones non nisi suppositis Fidei mysteriis euinci possunt. Sumamus ergo in re præsenti exemplum quantitatis, quæ in Eucharistia ante consecrationem educebatur ex materia; post consecrationem verò creatur: producitur enim

enim absque concursu subiecti, postea verò corruptis speciebus panis & vini, quantitas illa denuo educitur ex materia Diuinitus substituta. Quæro ergo quomodo quantitas illa tunc ab initio non habuerit esse per creationem, si verum est creationem nullo modo differre à quantitate? Quia sicut hæc quantitas ante consecrationem, habuit entitatem suam, atque adeò omne id quod est à parte rei idem cum entitate ipsius, debuerit saltem tunc habere creationem, si ea idem sit cum entitate effectus qui creatur. Quæro etiam cur in secunda eductione illius quantitatis, quæ fit corruptis speciebus, Deus desinat denominari creans quantitatem, & ipsa non denominetur amplius creata, sicut antea denominabatur. Certè & Deus & quantitas se habent eodem modo. Suppono enim manere eandem quantitatem, nihilque ad rem afferri potest, cur quantitas desinat denominari creata, præter cessationem actionis creatiuæ. Nam quod modò adsit causa materialis, quæ ante deerat, parum refert, quia effectus causæ formalis non potest impediri si adsit forma, hic autem adest forma illa, quæ dicitur creatio, nempe ipsamet rei entitas vt aduersarij volunt. Ergo res æquè debet denominari creata atque ante: idcirco ergo non denominatur vltra creatura propriè, nec dicitur creari, quia cessauit actio creatiua, quæ proinde à quantitate differt, atque adeò etiam ab omni alia re creata: Est enim omnimoda paritas: Imò etiamsi nullum haberem exemplum, quo de facto ostenderem modalem hanc distinctionem creationis à re quæ creatur, nihilominus eam assererem, propter proportionem ad alias actiones quæ modaliter distinguntur. Quòd si argumentum hoc ex proportione desumptum infirmum alicui videatur, is attendere debebit, nos in multis aliis non posse aliter philosophari. v. g. si quis negaret, quantitatem cæli, aut aliam quamuis quantitatem præter quantitatem panis & vini, distingui à substantia quam afficit, is non posset aliter conuinci, quàm argumento ducto ex proportione; quòd videlicet quantitas eodem modo debeat distingui ab aliis substantiis, quo à substantia panis & vini, à quibus realiter distingui quantitatem, constat ex separatione, quam ex Mysterio Eucharistiæ deducimus. Similiter ergo ex eo quod probatum sit, alias actiones non creatiuas, modaliter differre ab effectibus quorum sunt actiones, concluderem, dicendum idem esse de creatione, quæ est actio, etiamsi non haberem in ea instantiam vel exemplum non mutuæ separabilitatis à parte rei.

Ad rationes in contrarium.

124 Mirum verò est quod Vasquez supra ad suæ sententiæ confirmationem trahat mysterium Trinitatis, in quo omnia præter ipsas inter se personas indistincta sunt secundùm rem, quasi rectè inferatur creationem esse idem à parte rei cum creatura, ex eo quòd productiones actiuæ Diuinarum personarum, nihil sint aliud quàm relationes ipsæ personarum: actiuæ quidem in personis producentibus, passiuæ verò in personis productis. Sed est summa disparitas inter hæc exempla, quia creatura per productionem aliter se habet, & aliquid accipit supra suam entitatem, vt ostendimus ex variabilitate productionis & effectus; non ita Deus. Sic respondere videtur huic argumento Argentina in 2. dist. 17. quæst. 1. art. 1.

ad 4. & art. 2. ad 11. Et verò si argumentum ex Diuinis productionibus petitum concluderet quod intendit aduersarius, æquè contra ipsum probaret, omnem planè actionem extra Deum, esse puram relationem.

325 Paulò plus apparentiæ habet ratio quam subiicit, nempe quòd creatio, si à parte rei ab effectu suo distinguatur, erit accidens, cuius esse est inesse; atque adeò subiectum habebit, in eo priori in quo intelligitur, antequam intelligatur terminus, qui ea posterior est. Variè respondetur ad hoc argumentum, vt videre est apud Salam tract. 1. disp. 2. num. 12. & apud Suar. tom. 5. 3. partis, disp. 50. sect. 6. *ex fine.* In primis verò dico, hoc argumentum æquè vigere contra omnes alias actiones, & contra omnes causalitates, quæ sunt modi quidam accidentales, ideóque ex vna parte, videntur debere intelligi post effectus, quibus tanquam modificatis suis adhærescunt: ex altera verò parte, cùm sint viæ quædam ad sua modificata, seu ad effectus, debent præintelligi modificatis suis, sicut causæ ipsæ eis præintelliguntur. Ego ad eam vno verbo respondeo, creationem quatenus præintelligitur termino seu effectui, non præintelligi in subiecto, sed velut in se, ac purè vt viam ac dependentiam ab alio, quod non est incommodum: quia in eodem instanti temporis illa actio adhæret creaturæ, seu rei factæ, & ita de aliis actionibus Argentina in 2. dist. 37. q. 1. art. 1. ad 3.

Ea porrò adhæsio non importat causalitatem modificati seu termini in actionem, nam ea causalitas in hoc negotio, non posset esse nisi subiectiua, & materialis, quæ neque potest interuenire in creatione, vt patet, neque in aliis actionibus; haberent enim duplex subiectum nempe primò modificatum siue terminum cui adhærent, & qui per eas dependet: secundò subiectum siue materiam ex qua educitur forma: siquidem actio eductiua pendet essentialiter à subiecto, non aliter quàm vt subiectum est siue in genere causæ materialis; ac proinde duplex causa subiectiua assignanda esset illi actioni, si terminus seu modificatum haberet rationem causæ respectu eius. Ex quo intelligitur aliud esse modificatum, & modificare siue adhærere per modum entitatis infirmæ; aliud verò subiectum, & informare aliquid se habens ad modum causæ materialis. Indéque ratio confirmatur quòd subiectum, quippe causa, debet esse prius natura, quàm id quod in eo recipitur: modificatum autem seu terminus non debet esse prius natura, quàm modus; sed quamuis debeant esse simul tempore, quia modus cùm sit entitas infirma postulat adhærere alteri, eique inniti tanquam fulcro, tamen non oportet vt sit prius natura: Vt manifestissimum est ex modis de quibus agimus, ad quos modificatum seu terminus, non supponitur existens, (quod ad omnem causalitatem exigitur,) cùm ipsi potius constituant modificatis vt existant. In illis autem modis qui verè subiectantur in suis modificatis, cuiusmodi est figura & extensio respectu quantitatis, concurrit per accidens vtraque ratio, nempe & modi siue entitatis infirmæ postulantis adhærere; & formæ subiectatæ: ac proinde non est mirum si ex parte quoque termini, interuenit ratio & modificati, & subiecti.

326 Tandem argumentum de dependentia à Deo quidditatiua & intima creaturæ, ideóque ab ea inseparabili,

rabili, quod num. 521. adducebatur, laborat æquiuocatione. Dependentia enim aptitudinalis à Creatore siue debitum & necessitas à Deo dependendi, est quidem essentialis creaturæ, potest tamen illi necessitati satisfieri per quemcumque modum creatiuum, atque adeo nulla creatio, in particulari est essentialis creaturæ, sed quiuis modus creatiuus assignabilis, est separabilis à creatura; ita tamen vt vno ablato, debeat loco eius substitui alius modus, siue creatiuus siue eductiuus, quo res à Deo pendeat quandiu erit. Ita Suar. tom. 4. tertiæ partis, disp. 9. sect. 1. sub finem qui sententiam hanc de distinctione creationis à termino seu effectu suo, fusè prosequitur in Metaph. disp. 20. sect. 5. & bene Molina 1. p. q. 45. art. 5. & haud dubiè consentiunt S. Basilius, Nyssenus, & Maximus, adducti à Torriano in procemio defensionũ pro constitutionibus Apostolicis. Asserunt enim prædicti Patres, Filium Dei non fuisse creatum, quia alioqui non fuisset à Patre sine medio, ob interiectam inter vtrumque creationem, ab vtroque distinctã à parte rei.

ARTICVLVS IV.

De externis actionibus sine causa creatæ consortio, à Diuina potentia prodeuntibus.

517 NVnc sigillatim attingam pauca de Diuinis actionibus transeuntibus quas in duas classes distribuo. Alteram earum quas Deus elicit se solo; alteram earum quas elicit nobiscum. Illis autem quæ de priori serie Diuinarum actionum alibi tractari solent, fere prætermissis, expendam duntaxat quod hîc præcipuè omitti nequit; nempe an huiusmodi actiones, per lumen naturæ cognoscantur possibiles.

ASSERTIO.

Actio externa à Deo solo plerumque prodiens siue prima ex subiecto, aut absque subiecto productio sit, siue rei iam præexistentis conseruatio, naturæ lumine, citra repugnantia deprehenditur.

PRIMÒ distribuo, & leuiter expono actionem externam Dei absque consortio causæ secundæ operantis. Igitur ea actio, vel creatiua est, vel conseruatiua. Nam quamuis Deus interdum in primò producendis rebus, iisdémque conseruandis, admittat cooperatrices causas secundas, tamen plerúmque etiam se solo per modum causæ efficientis concurrente, eas actiones exequitur. Quòd si absit materialis causa tunc actio dicitur creatio propriè & rigorosè, siue sit prima productio, siue conseruatio. Si verò non absit materia, dicitur actio eductiua. Ea enim est & legitima & vera creationis rigorosæ & eductionis differentia, quod hæc fiat concurrente subiecto, illa verò subiectum excludat, vt declarat S. Anselm. c. 8. monolog. & optimè S. August. lib. ad Orol. cap. 2. habetur tom. 6. Exponens enim quid sit animam rationalem factam esse ex nihilo, & impugnãs aliquos censentes asserere animam rationalem esse ex nihilo; eò quòd facta sit de voluntate Dei, quæ vtique non est nihil: subdit S. Pater. *Dum quæritur vnde creaturam suam fecerit Deus, quædam materies quæritur, sicuti est fabro lignum, vel quodlibet corpus, quod nisi haberet, ea fieret quæ ab eius arte exprimuntur, omnino non posset;*

Cùm ergo respondetur ex nihilo, quid aliud respondetur, nisi nullam ei subiectam fuisse materiam, quam ipsi non fecerit, ut haberet unde faceret si quid vellet, & quam nisi haberet, facere non valeret? Et paulò post. *Propterea creari aliquid de nihilo potest, quia voluntas creantis, etiam sine materia sibi sufficit.*

528 Itaque illud *ex nihilo* per quod creatio ab eductione distinguitur, nihil aliud est iuxta S. Augustinum quàm *ex non subiecto.* Quo decidit illa aliorum expositio, asserentium significari ea voce, nihilum rei producendæ. Cùm enim quod producitur sit totum siue compositum siue simplex; partes autem in compositis non tam fiant quàm consistant; sani si res sit ex nihilo sui, seu si nulla rei pars essentialis præiacet ad rei effectionem, & ad eam concurrit, oportebit abesse materiam, cuius est ea antecessio in compositis naturaliter extractis de non esse per eductionem. Recidit ergo haec interpretatio particulæ illius *ex nihilo* in eam interpretationẽ quam ex Augustino attulimus.

Non moror in refellendo Vvicleffo, qui apud Vvaldensem tom. 1. lib. 1. cap. 17. de more insanit, negans rem fieri posse de nihilo, cùm non possit fieri ex nihilo illius esse intellecti, quod res habet in mente Dei. At poterat insulsus ille, nisi peponem pro corde habuisset, animaduertere, illud esse intellectum à Deo, non esse aliud quàm illud ipsum quod creatura pro tunc nondum habet: præuidetur autem conferendum ea Diuina liberalitate: ac proinde cùm confertur, non de aliquo illiusmet esse, quod supponitur nondum esse, sed de nihilo creatur, & ex nihilo fit; non existentiæ tantùm, ut concedit Capr. in 2. d. 1. q. 2. *ad quartum primo loco contra primam*, sed etiam quidditatis & essentiæ, quia hæc quoque ante extractionem ex nihilo per creationem & collationem existentiæ est purum nihil, ut nunc suppono; nec potest, nisi de nomine *litigando*, (ut multi ca in controuersia faciunt,) absque errore negari. Legitimam hanc creationis notionem supponere oportuit, ut appareret, an in illa actione Dei transeunte, quam creationem vocamus, inuolueretur repugnantia; quod nunc inquirimus. Conseruationis verò ratio formalis, non est obscura, quicquid sit de eius entitate & distinctione à prima productione, quam distinctionem nunc non expendo. Est igitur collatio esse iam præhabiti, siue productio rei, connotata antecessione non interrupta, vel continua antecedenti productione eiusdem rei.

529 SECVNDO, negant actiones prædictas inuoluere repugnantiam. Quod de conseruatione ut sic, nemo negat; Creationem verò possibilem esse negarunt Proclus argumento 9. pro mundi æternitate & argumentis 11. et 12. Simplicius 8. Phys. in digressione contra Philoponũ quæ habetur post textũ 9. Auerroes 8. Phys. ad t. 4. ut nesciam qua fide Pomponatius lib. de reactione sect. 2. cap. 2. ei tribuat, quòd dixerit nullam productionem egere subiecto, & hanc esse opinionem trium legum, Christi scilicet, Mosis, & Mahumeti, quo asserto nihil excogitari potest insulsius. Præterea Galenus 2. de vsu partium, impugnat Mosem ob assertam rerum productionem ex nihilo, quam etiam negarũt plerique antiqui, quibus illud erat receptissimum & certissimum *ex nihilo nihil fieri.* Negarunt item Zeno lib. de essentia, Cleanthes lib. de atomis, & Chrysippus 1. Phys. in fine, quos refert Laërtius lib. 7. asserentes duo esse rerum omnium

prin

principia, agens scilicet, & patiens, seu Deum & materiam; per quam Deus singula creet. Inter hos Platonem recensent Patres ac scriptores bene multi, quos postea adducam, cum tamen purgat Theodoretus 4. contra Græcos *in medium*, ac Nicetas 1. thesauri, cap. 3. & S. Thom. 8. Phys. lect. 2.

330 Aristotelem quoque creationem inficiatum esse censuerunt, Camerac. in 4. quæst. 1. *litera H*, Magius lib. 1. de mundi condit. cap. 1. Perer. 5. Phys. cap. 7. & Valesius controuers. 8. *in fine*, qui addit, *putare Aristotelem somniasse creationē, tamen hominē esse, qui quæ nesciunt fatetur*: Alij dicunt Aristotelem in hac re dubiū fuisse, ita Molina 1. p. quæst. 45. art. 1. aut perperam eam nouisse, ita Suarez disp. 20. Metaph. sect. 1. num. 26. Quod mihi quidem falsum videtur, cùm Aristoteles non ignorauerit, animam rationalem esse ens factum, & tamen 2. de gener. anim. c. 3. agnoscat eam de foris venire, id est, non educi de subiecti potentia, eò quòd habeat actionem non communicantem cum materia, vt ibidem ait: ergo agnouit creationem. Quod item D. Thomas supra, probat ex 2. Metaph. t. 4. vbi dicitur *omne ens esse ab eo quod est maximè ens*; vnde infert D. Thom. materiam iuxta Aristotelem esse factam à Deo; non potuit autem fieri aliter quàm per creationem, vt per se patet. Argentina in 2. d. 1. quæst. *in fine*, allegat pro recta hac in parte Aristotelis sententia, libellos ab ipso in senectute conscriptos, in quibus ait id euidentiùs quàm alibi asseri, nempe *librum de pomo*, & *secreta secretorum ad Alexandrum*. Hæc tamen non esse Aristotelica opera, indubitatum est. Cæterùm circa exemplum animæ iam adductum, aduertere præterea oportet, Aristotelem voluisse animam non præextitisse corpori, vt constat ex 12. Metaph. t. 16. ergo non modò agnouit creationem, sed etiam, quod multò plus est, cum creationē agnouit, quæ est cum nouitate essendi. Quod item agnouit Theophrastus libro de sapientibus, & grauissimi quique Ethnici, apud Genebrardum lib. 1. chronol. in fine. §. *mundum esse creatum*.

331 Sed quicumque tandem illi sunt qui creationem à nobis expositam, naturali lumini repugnare censuerunt, nullo modo audiendi sunt, & eorum deceptio vt rectè de Auerroë dixit D. Thom. 8. Phys. lect. illa 2. ex eo contigit, quòd nō attenderunt, quantoperè Deus summus artifex, debeat artificibus particularibus precellere. Quia enim agens particulare præsupponit materiā, quam agens vniuersalius operatur, intulerunt de ratione cuiuscunque actionis esse, vt præsupponat materiam, ac proindè sit mutatio. At hæc ratiocinatio est omnino inanis. Non enim oportet vt imbecillitas inferiorum agentium sit modulus agentis primi. Imò ex hoc ipso quòd agentia naturalia & creata præexigūt minus quàm ars (ars quippe præexigit compositum totale vt lignum, æs, natura verò solam materiam,) inferre potius oportuerat, Deum qui multò altior est quàm natura creata, minus ad agendum præexigere debuisse quàm naturam; atque adeò ne materiam quidem præexigere, quàm sola præexigit natura creata.

332 Placet hoc argumentum ex Philopono depromere ad 9. Procli c. 9. pulcherrimè enim & neruosè illud prosequitur. *Quis* (inquit) *non videt rem tollere Deum qui dicat Deū procreare non posse, nisi quid prius esset erat, in* *natu*

naturam rerum producit nisi eo modo quo singularum rerum unumquodque natura producit. Nam si efficiat ars, efficit & natura non tamen utriusque eadem est & similis efficiendi ratio. Verum ars quidem ut v. g. fabrilis, nullam illa quidem rei substantiam extrinsecus procreat, sola lignorum compositione abaci aut lecti figuram effingit. Natura autem non solum temperamentum & elementorum ipsorum compositionem, verum etiam ipsas quoque rerum substantias & species quae prius non erant, in naturam producit, nempe carnis formam & ossium, nervi, & reliquarum animalis partium, & vitae in ipsis effectricem facultatem: deinde nutricem, auctricem, sensricem ac motricem, & reliquas facultates quae in elementorum certa compositione & temperatione consistunt: & stirpium praeterea sexcentas species, colorum, saporum, metallorum, infinitas differentias & varietates. Cum igitur tantam artem superet natura, quo fieri potest, ut non sit necesse Dei effectionem incomparabili excessu naturam superare? Quare si natura formas, quae prius non essent in naturam producit, materiam nulla ex iis quae iam sunt, ex qua formas ipsa procreet; quia non possit nisi re aliqua subiecta sibi efficiendi vim exercere, sed re aliqua subiecta omnino indigeat, in quam ipsa agat, ut quae in subiecto consistat, sine quo nec existere nec agere possit, omnino est necesse, si Deus rerum effector, & rei quae sunt in naturam producit, rationem eius efficiendi aliquid supra naturam obtinere. Sed nulla in re naturam superabit, nisi ex eo quod nondum omnino nullum sit, res possit in naturam procreare: sed perinde atque ars & natura ipse antecedente re aliqua subiecta indigeat, in quam suam exprimat efficientiam. Neque tamen superet naturam, quanto artem superat natura. Si igitur quod dico, nimirum absoluto excessu Deus naturam superare oportet, natura autem ex iis quae iam sunt, subiectum & materiam nacta, solas rerum formas & species efficiens, quae ex iis in materiam, modis omnibus est necesse, ut si quid Deus ex eo, quod non sit, in naturam producit, non solum formas rerum quas efficiamus, verum & subiectum ipsum quod prius nullomodo esset, in naturam producat: alioqui nulla in re naturam superabit. Efficitur igitur ut nullomodo sit necesse, quemadmodum in rebus singulis ex iis, quae iam sunt, unaquaeque efficitur, sic & universum, si a Deo procreetur ex aliquo procreari, quod prius constiterit. Hactenus Philoponus.

333 Recte itaque concludere possumus cum S. Bernardo 5. de consid. cap. 6. *Quaerunt Philosophi materiam quaerunt, non eguit materia Deus, non eguit effectivam quaesitam, non artificem, Ipse per se, in se, omnia fecit. Vnde de nihilo, si ex aliquo fecit, illud non fuit, ac per hoc, ait omnia.* Atque de argumentum potentissimum, luminis non pietate magis quam argumentandi subtilitate, cum res fere suspicaldi, ut in eo ipso libello facile est deprehendere. Ex eo ergo quod Deus sit omnium efficiens causa, quod notum est naturae lumine, ait S. Bernardus inferri materiam quoque factam esse, ac proinde Deum in quacumque affectione a se prodeunte non eguisse materia. Similem argumentationem aliaque multa in hanc rem petere licet ex multis Patribus, ac Scriptoribus, copiose ostendentibus materiam non praeiacuisse Divinae omnis operationi, nec esse a se factam. Multos id probantes refert Euseb. 7. praep. c. 8. quibus addendi Tertullian. lib. contra Hermog. Irenaeus lib. 2. c. 19. Iustin. in paraen. Theophilus Antiochen. 2. ad Autolicum, Aeneas Gazaeus in suo Theophrasto, Zacharias Mitylenaeus lib. contra materiae & mundi aeternitatem. Lactantius 2. Institut. cap. 9. Nyssenus lib. de hominis generatio-

ne

ne cap. 25. Athan. de incarn. Verbi initio Aug. ad Orosium cap. 2. (20.6.) Ambrosius initio Hexaemeri, S. Methodius lib. de libero arbitrio apud Phot. codice 236. & apud eundem cod. 251. Hierocles lib. de prouidentia diuina, Philop. supra, & ad argumentum 11. cap. 10. & ad 12. cap. 2.

334 Rationes quibus Auerroës & alij creationem impugnant, debiles sunt. Auerroës enim supponit omne fieri, esse quoddam mutari: Mutatio autem supponit subiectum, vt probat Aristoteles 5. phys. t. 4. & per se patet ex eo quòd vterque terminus mutationis exigat commune subiectum, quod idcirco dici possit mutari, quia aliter se habet nunc quàm prius. Ex quo tandem concludit omne fieri supponere subiectum. Item cùm dicitur nigrum fieri ex albo, hoc non dicitur per se, quasi scilicet ipsum album conuertatur in nigrum, sed dicitur per accidens, quia recedente albo, succedit nigrũ; omne autẽ quod est per accidens, reducitur ad id quod est per se. Atqui illud ex quo res per se fit, est subiectum; ergo non potest res aliqua fieri de non ente simpliciter. Eodem recidunt argumenta quibus Aureolus apud Capreolum in 2. d. 1. q. 2. *in argumentis contra quartam*, partem foeliciter ingenium exercuit, vt probaret creationem esse impossibilem. Et addi denique potest, actionẽ illam qua res creatur absque materia, accidentalem esse, & tamen ei repugnare subiectum, quod repugnat cũ ratione accidentis: Esset igitur & nõ esset accidens. Neque verò respõderi potest, actionem creatiuam habere pro subiecto ipsummet terminum seu effectum quem extrahit de non esse. Quamuis enim creatio adhaerescat illi termino, tamen sicut eductio, quae termino item suo adhaerescit, non habet illud pro subiecto, sed materiam primam, ita non potest dici, quòd creatio habeat pro subiecto effectum suum. Item non potest responderi creationem esse actionem substantialem creatiuè, nam licèt id verum sit de creatione substantiae, tamen saltem sequeretur creationem accidentium esse impossibilem.

335 Sed haec non sunt tanti. Et quidem quae adducebat Auerroës, merae nugae sunt. Gratis enim supponit creationem & omne fieri, esse motum aut mutationem, quod negant quicunque admittunt creationem, ac proinde nõ debuit hoc contra eos assumi quasi per se notũ. Similiter quod Auerroës ait, quidquid fit fieri per se ex subiecto, non debuit asseri tantùm, sed probari. Vniuersaliter namque loquendo, est falsũ. Itaque Auerroës in toto suo processu petit principium. Quod addebatur de accidentalitate modi creationis, diluitur in simili ab Albertino 2. principio completo coroll. 1. dubio 8. *sub finem*, dicendo aliquid esse posse, & dici accidens, tametsi desit concursus subiectiuus, modò Deus per concursum suum in genere causae efficiẽtis, suppleat concursum materiae: ita vt de ratione accidentis, sit tantùm indigentia concursus sustentatiui siue materialiter exhibiti, siue efficienter: quo secundo modo exhibetur accidenti illi, de quo hîc agimus. Potentia enim Diuina maior, qua res absque subiecto accipit esse, exercitur primò circa ipsam actionem, qua rei confertur esse. Quae responsio videtur opportuna pro instantia postremo loco adducta, seu pro creatione accidentis: Nam quoad creationem substantiarũ, facilè diceretur, cum esse accidẽs verbale tantùm, vt vocant, seu duntaxat nomine tenus, & per comparationem ad agẽs, quamuis ei non insit tãquam

subiecto: Sic enim cæteræ quoque actiones transeuntes denominantur accidentia agentium, quæ extrinsecè tantum per eas afficiuntur.

556 Itaque ratum maneat, actionē Dei creatiuam, siue sit prima productio, siue conseruatio, non repugnare, sed naturæ lumine cognosci vt possibilem ac re ipsa existentem in rerum natura, vt manifestissimum est ex productione materiæ primæ. Quod verò actio Dei eductiua nullam repugnantiam importet, frustra probarem; hanc enim actionem esse possibilē in creaturis, negabunt tantùm qui negant ignem calefacere, aut Solem de meridie lucere. Ex eo autem quòd huiusmodi eductio à solo Deo prodeat, quo pacto nunc eam consideramus, nihil illi aduenit, propter quod censenda sit repugnare, vt per se notum est. Quare vterque ille modus operandi, quem Deo per se solum producenti concessimus, legitimus est, & admittendus.

ARTICVLVS V.

De externis actionibus Diuinæ potentiæ cum creatura operantis.

557 VEnio ad alterum modū operandi transeuntem, Deo item suprà concessum. Nempe quo Deus cooperatur & concurrit cum creaturis, qua in re non placet quæ fusè aliis locis tractata sunt iterare, sed illa tantum breuiter excutiam, quæ ad huius concursus quidditatem spectant, considerando quid sit Deum cum creatura operante concurrere; quidque concursus ille importet; quid item creatura ex parte sua exhibeat, vt Deus cum concurrat, quid verò Deus ex parte sua & quomodo exhibeat. Quod autem reipsa detur talis aliquis concursus, quicquid tandem ille sit, & quomodolibet præbeatur, suppono potius quàm probabo.

ASSERTIO.

Causam primam cum secunda concurrere, nō importat causæ secundæ præmotionem à causa prima per receptionem actus vllius primi, vel secundi, vel medij inter secundum & primū; siue actus ille dicatur esse qualitas intentionalis, incompleta ac fluens, siue complementum, aut excitatio, aut vigor virtutis actiuæ in causa secunda præexistentis, siue eiusdem virtutis motio, aut determinatio, aut applicatio. Externè igitur Deus cum creatura concurrit, quatenus simul naturâ cum ea, influit in actionem indiuisibiliter eandem, ad cuius speciem ipsa creatura determinat, ad indiuiduationem & singularitatem, Deus.

PRIMÒ, expono quid nomine Diuini concursus importetur. Qua in re considerandum est, nomen *concursus* designare plures causas, collatis quasi studiis incumbentes in aliquam actionem, propterea que ad plenam concursus expositionem, necessarium esse illum considerare per ordinem ad omnes illas causas. Nos tamen qui in hoc casu tantùm intendimus exponere concursum Diuinum, non oportet vt extendamus in considerationem concursus creaturæ, nisi in quantum iuuare, aut necessaria esse potest ad plenam intelligentiam concursus Diuini, de quo videndum est in primis quid importet.

Supponi

Supponitur Deum cum secundis causis concurrere.

338 Quod enim aliquis Dei cum creatura agente concursus detur, quicquid concursus ille sit, supponendum potius est, vt praemonui, quia nō libet excurrere in eos qui concursum illum inficiantur vt Durandum in 2.d.1.q.5. & Theodorum Abucaram opusc. 35. & 37. & Lutherum, vt refert Camerarius 1. de gratia & lib. arbit. c. 10. §. 3. Vel in eos qui admittunt Deum concurrere nobiscum posse, si velit, nihil tamen esse necesse vt concurrat nisi velit, quia scilicet absolutè loquendo possumus absque eo operari; quod sensit Bonet. 7. Theol. cap. 3. haec enim omnia suppono alibi excisa, & ex illis quae disp. 1. dicta sunt, satis cōstat haec omnia pugnare cum naturali lumine. Vt omittam rationes petitas ex lumine altiori. Illam quippe sententiam esse Manichaei dixit Capr. in 4. dist. 12. q. 1. ad 1. *Scoti contra secundam.* Pelagianam esse, habemus ex S. Hieronymo epist. ad Ctesiphontem & lib. 1. cōtra Pelagianos: Nam priore loco affirmat S. Hieronymus, Pelagium sensisse Deum collato semel libero arbitrio non esse vltra nobis necessarium ad operandū, nec debere vltrà se ingerere; nec item nos per singula opera eius auxilio indigere; loquitur de naturalibus operibus, nempe de curvatione digiti, motu manus, ambulatione, &c. Posteriore verò loco idem repetens S. Hieronymus, extendit hoc quoque ad opera moraliter mala, negans, Deum, iuxta Pelagium, cooperari hominibus, & iuuare eos per singula talia opera quatenus opera sunt, ne suum postea plectere debeat auxiliū. Itaque catenus refert admitti à Pelagio adiutoriū Dei ad actiones nostras, quatenus in semel dati liberi arbitrij gratia, nos conseruat. Quod etiam de Pelagio significat Paulus Orosius in apol. de lib. arbit. *circa medium.* Et ita etiā affirmant Suarez 2. de praedest. cap. 17. n. 7. Bellarm. 4. de grat. & lib. arbit. c. 4. & Lessius disp. de gratia, cap. 13. n. 8. qui malè inter huiusmodi inficiatores Diuinae nobiscum cooperationis Aristotelem recenset ibid. c. 18. n. 8. & 1. cuius tamen vera mens, & rectius in hac parte sensus, habetur ex dictis disp. illa 1, & ex multis locis ipsius Aristotelis, ac nominatim ex 1. caeli c. 9. *in fine* & ex 2. Metaph. t. 10. 4. Idem quoque affirmatur propos. 4. de causis.

339 Supponendum item hoc loco, potius quàm probandum, concursum hunc Diuinum actualem de quo agimus, esse eandemmet realem entitatē cum concursu actuali creaturae: quod nouum non est in causis subordinatis, & in causa instrumentali collata ad causam principalem. Manat enim ab vtraque, communi opera & quasi impensa idem actus, vt videre est in habitu & potentia, & in potētia & anima, in calore & igne: & in hoc casu res videtur perspicua. Necesse enim est vt actio creaturae, cùm sit ens participatum, pendeat à Deo: actio autem non pendet per aliam actionem, alioqui non sisteremus in primo quo, & progrediemur in infinitum; ergo se ipsa pendet à Deo, vt à principio superioris ordinis, & à creatura, vt à principio proximo & subordinato. Sunt ergo vna & eadem entitas. Quamuis enim posset aliquis dicere actionem causae secundae elici à Deo per actionem distinctam, atque ita vitari progressum illum quem dicebā, salua distinctione reali vtriusque actionis, tamen saltem superfluum est illam actionis dependentiam per aliam actionem *commēniscitur*; proinde vnica actio à Deo simul & creatura elicitur. Falsum autē

est quod aliqui existimant, concursum Dei esse causam concursus creaturæ, nisi si concursum Dei in actu primo, seu Deum causantem, conferant cum concursu actuali causæ secundæ. Cōparando autē concursum Dei in actu primo prout respectiuū actionis eliciendæ, cum concursu causæ secundæ item in actu primo, vel comparādo ad inuicem vtrumque concursum in actu secundo, neuter est causa alterius, licèt interdum aliqui ita loquantur, vt designent actionem non dimanaturam à causa secunda, nisi simul manaret à prima, quod verum voluisse Capreolū in 2. d. 1. q. 2. *Ad septimum primo loco contra sextam* cùm ait actionem causæ primæ causare actionem causæ secundæ, patet ex solutione quam mox ibidem subdit ad 1. Durandi. An verò illius vnicæ actionis à duobus prædictis principiis subordinatis oriundæ, sint propterea duæ causæ totales, an partiales, quæstio est de nomine, vt rectè notauit Rubionius in 2. d. 34. q. 1. docens Deum & creaturam posse vocari causas totales, quatenus à qualibet earum est tota actio; & posse etiā dici partiales, quatenus actio à neutra causa est, absque alia, quod duntaxat voluit Greg. in 2. d. 45. q. 1. art. 1 *ad tertium & quartum contra quintam*. Ob diuersitatem tamen ordinis ad quē pertinent prædictæ causæ, consultiùs est vtramque causam vocare totalem in suo ordine. Quamquam parum refert in hac re quomodolibet loquamur, dū constet non esse in re discrepantiam.

An Diuinus concursus naturalis, impertiet præmotionem aliquam in causam secundam.

340 Quod ergo nūc his suppositis excutere breuiter placet, illud est, rectè ne aliqui recentiores contendant Diuinum hunc concursum non esse concursum tantùm, vel cooperationē, sed etiam præcursum & præoperationem, quatenus iuxta eos nō importat nudam entitatem actionis, quæ eadē est Dei & nostra actio, sed aliquid præterea anterius, causam secundam vegetans, & mouens ad operandum. Quod ex prædictis auctoribus aliqui dicunt esse qualitatem intentionalem ac fluentem, alij excitationem, aut vigorem, siue complementum virtutis actiuæ in causa secunda præexistētis, alij eiusdem causæ secūdæ virtuosam motionem, determinationē, & applicationem. Legi etiā vnum qui diceret præimmitti causæ secundæ ipsammet actionem quam ipsa causa secūda elicitura postmodum est in secundo instanti naturæ. Huius complementi & auctarij necessitatem, stabiliūt aduersarij partim auctoritate, partim ratione. Nam Philosophus 8. phys. & sæpè alibi, asserit vnicum dari motorem immobilem, cætera verò ait mouere vt mota. Idem significari videtur propos. prima de causis. Sed præsertim censetur id astruere D. Tho. q. 3. de potentia art. 7. ad 7. & 1 p. q. 105. art. 3 & 4. & 5. vbi admittit motionem illā & applicationem causarum secundarū per primam, & huius intentionalem quēdam effectum in rem quæ actualiter agit. Ratio verò potissima ducitur ex essentiali ordine inter causam primam & secundam, qui vt non sit fortuitus, ac veluti per accidens, sed per se, oportet vt prima causa secundam præmoueat, & ad operandum sollicitet, vel applicet, ac in actionem prius naturâ influat quàm causa secunda.

Eligitur pars negans.

341 Hæc sententia, attendendo tantùm principia naturalia ex quibus solis nunc procedimus, nititur debilibus fundamentis, quod dico de priori

prioribus illis eam exponendi modis. Postremum enim illam non minus ineptam quàm singularem philosophandi rationem, non tantum debiliter fundatam sed prorsus absonam existimo, cùm constet migrationem accidentis ab vno subiecto in aliud, nō posse naturaliter dari. At hæc sententia imaginatur actionē ignis v.g. recipi primùm in igne, Deo illam imprimente, tum ab igne trāsire in passum, in quo debet inesse actio causæ secundæ. Præterea iuxta hoc figmentum, potentiæ vitales se haberent passiuè ad suos actus saltē in quodam priori naturæ, quod iuxta veram de actibus vitalibus sententiam, impossibile est, cùm actus vitales connotēt essentialiter principiū creatum effectiuum, quod in eo priori instanti naturæ non cōnotaretur ab actione Diuinitus impressa. Quare dimissa hac opinione quæ non est cōmmunis inter aduersarios, sed ab vno aliquo extra chorum saltante parum consentaneè ad alios excogitata est; venio ad anteriores illos modos aduersariorum sententiam explicandi.

542 Motio ergo illa, aut quomodolibet aliter præmotio illa Dei in causam secundā immissio nominetur, & antiquioribus omnibus ignota fuit, & non paucis difficultatibus premitur, vt latiùs prosequitur Bellarm. 4. de gratia & lib. arbit. c. 14. ad 16. & in recognitione eiusdem capitis, Mol. 1. p. q. 14. art. 13. disp. 6. 7. 8. 9. 10. Suar. lib. 1. de auxil. ferè toto, & in Met. d. 22. sect. 2. Salas tract. 5. d. 5. à n. 24. Mascaregnas disp. 1. de gratia p. 1. n. 7. & disp. 2. p. 1. à n. 11. & p. 2. à n. 7. & p. 4. passim, Diocalbenias parte 1. opusculi Theologici c. 7. qui citant innumeros recentiores & antiquos, inter quos non est omittēdus Scotus in 4. d. q. 1. 1. *fortè in fine*, vbi dicit causam secundam non dici agere in virtute primæ, quod nūc aliquid recipiat ab illa, sed quia habet ordinem inferioris ad illam & subdit. *Ex hoc patet quod causa prima in causam secundam non est influentia noua, quæ sit productio alicuius inhærentis in causa secunda, sed influentia illa est determinatio ordo illarum causarum in agendo effectum communem.* Similia habet in 2. dist. 1. q. 2. *ad primum principale*, & dist. 3. q. 8. *litera E*, & in 4. dist. 45 q. 3 *§. tertia opinio, litera D*. Idem totidem penè verbis dicit Gabr. in 2. dist. 37. quæst. vnica art. 1. *litera F*, & D. Bonauent. eadem dist. n. 47. Consentiunt etiam Ruiadus art. 7. propos. 7. *ex primo loco posito* & propos. 3. *ex secundo loco posito*, Conradus 1. 2. q. 79. art. 2. Almainus tract. 1. mor. cap. 1. Caiet. 1. p. q. 19. art. 8. Capr. in 2. d. 28. q. 1. art. 3. *ad 12. contra 2.* Siren. 8. de fato cap. 21. & Sotus 3. Phys. q. 1. art. 2. concl. 5. quos auctores adduxi vt videas quàm verè Cabrera 3. parte quæst. 17. art. 4. disp. 2. num. 13. dicat sententiam quam refutamus esse omnium Philosophorum.

543 Sed vt rationem quoque breuiter vrgeamus, displicet in primis sententia aduersariorum, quia gratis comminiscitur omnes causas secundas esse in actu primo mutilas & imperfectas; quippe quæ agere nequeūt nisi suscepto illo auctario, quod tamē est aliquid creatum & tale, vt ex eius adiunctione ad innatam vim agentis, non sit exoriturum ens infinitū. Vnde ergo ostendent aduersarij nō potuisse Deum facere, atque adeò non fecisse, vnum aliquod agens, cui auctarium illud esset natiuum? Quod autem dicunt omnem vim actiuā creatam esse actum potentialem, atque adeò non habere tam perfectā actualitatem, quantam habet actio quæ est actus secundus; hoc inquam parui

mouenti est. Nam illa quoque motio aut vis, vel virtutis accessio, causæ prævindita, esset enim potentialis & incompleta, atque adeò non haberet tã perfectam actualitatem quàm actio nostra ergo communicaretur. Nisi si cum Durando asserere placeat, causam secundam recepta hac præimmissione, agere sine prima, quod debere in hac sententia asseri tradidit Scotus in 4. d. 43. q. 5. *littera D. § tertia opinio.* Constat tamen aduersarios ab eo Durandi placito abhorrere.

544 Deinde præimmissio illius auctarij, eo modo quo ab aduersarijs defenditur, non videtur cohærere cũ libertate creata: Nã iuxta ipsos præimmissio fit independenter à libertate nostra: siquidem seclusa scientia illa media, quam aduersarij non admittunt, si ea præimmissio fieret dependenter à nobis, fieri deberet dependenter à nobis, non vt recipientibus (circa quod nõ est libertas, vt latè probat Durandus in 2. d. 24. q. 2. à n. 19) sed vt agentibus, ad quam actionem præexigeretur ea præimmissio, quæ rursus cùm non potuerit haberi ex anteriori dispositione, ne procedamus in infinitũ, necesse erit fateri eam tandem conferri ad aliquẽ actũ independenter à nobis. Sicut quia intellectio ad omnẽ volitionem præexigitur, impossibile est omnẽ intellectionẽ dependere à volitione. Est autem par ratio de quibuslibet actibus. Ergo verè ea præimmissio confertur à solo Deo, independenter à nobis, & tamen ea posita nõ potest non sequi actio. Quomodò ergo manet in potestate voluntatis creatæ suspendere actũ suum, sicut ad libertatem exigitur? Et quidem qui diceret illud auctarium omnibus libertatem proximã habentibus esse ad manũ, nec tamen immitti nisi ad exigentiã voluntatis, vel qui diceret eo posito posse effectum non sequi, si ita voluntati placeret, tolerabilius philosopharetur, continuóque à probanda superesset necessitas illius auctarij, ne frustra poneretur. & hoc sensu Ruardus suprà sub finẽ § [illegible], dixit in vtramque partẽ disputari posse, an aliquid præimmittatur voluntati vel agentibus naturalibus prius naturã quàm agant. Eo tamen modo quem tuentur aduersarij nõ caret difficultate, quomodò libertas illæsa seruetur, quod præter cæteros latè vrget Veñonus lib. 4. de triplici hominis officio c. 10. Item iuxta hæc principia difficile est exponere, quomodò qui non operantur possint agere quod exigitur ad libertatẽ tum contrarietatis, tum cõtradictionis, respectiuè ad sumendum. Nã præimmissio ista dicitur esse simpliciter necessaria ad operandũ; ergo quisquis eam non recipit, nõ potest operari, cum supponatur non habere eam ad manum, nec esse in potestate eius facere vt sibi conferatur, sed aliunde sit conferenda independenter ab ipso: Atqui nemo eorum qui desistũt ab agendo, recipit præimmissionem ad illum, quia si eam reciperet ageret; ergo nemo eorũ potest agere. Ergo non desistit liberè ab agendo, nec si fortè eliciat suum aliquem actum, liber est ad eliciendum actum oppositũ, sic enim posset coniungere negationem actus, quem præimmissio illa respicit, cum tali præimmissione ad actũ: Vel cum præimmissione ad illum actũ, reciperet præimmissionẽ ad oppositum, easque posset cõiungere, & per eas ipsos simul actus.

545 Laborãt quoque aduersarij vt explicent quomodò Deus nõ prædeterminet ad materiale peccati, quod nõ videtur vllo modo dicendum. De quo illustris plura Suar. libello 2. cap. 2. Thotallenius supra c. 7. § contra [illegible] Fonf. 6. Met. c. 2. q. 5. à sect. 8. Et addi-

etiam

enim determinatione, vt idē plenius prosequuntur, sequitur necessariò ipsum formale peccati, & propterea Deus non tā nobis interdicit formali peccati, quàm materiale, eò quod ex hoc in certis circumstantiis, illud sequatur inseparabiliter v.g. dū iubet *me furaberis* non est sensus, caue ne te exerceas actionem acceptionis rei alienæ inuito Domino, ex qua pet. priuatio rectitudinis aut moralitas malitiæ eam enim malitiæ sequelam impedire nō est in nostra potestate; Sensus ergo est, caue ne elicias actum illum positiuum cum tali aduertētia & libertate, ex quo tā necessariò fiet, vt actus ille contrahat malitiam, quā ex essētia triāguli sequitur vt habeat tres angulos pares duobus rectis. At quomodò dicere potest Deus, caue ne actum illum materialē in talibus circūstantiis elicias, si ad illū me efficaciter prædeterminas, antecedēter ad quamcumque meam volitionē, & prorsus independenter à mea libertate? Denique nullo authoritatis vel rationis pondere vrgemur ad has & alias difficultates, quas citati supra recētiores huic sententiæ opponūt, deuorandas, vt patebit diluendo quæ supra allegabantur.

Ad argumenta in contrarium, primùm verò ad ea quæ ab authoritate ducebantur.

346 Quod enim ad Philosophū attinet, legitima eius mēs in illo effato, *Omne quod mouetur ab alio mouetur*, fusissimè declarata est agendo de Dei existentia, & ex ibi dictis patet Philosophum longissimè abesse ab aduersariorū sensu, nec esse necesse effatū illud Aristotelicū negare, si vniuersaliter sumatur in sensu Aristotelis, licèt illud negauerit Argent. in 2. d. 25. q. vnica, art. 2. Opponebatur deinde author libri de causis qui idem voluit quod Aristoteles: Nempe mens eius tantum fuit patefacere subordinationē causarū secundarū ad primam, vt rectè exposuit Sotus 1. de natura & gratia c. 16. & Scotus in 4. d. 14. q. 2. art. 3. contra CC. quæ subordinatio sine præmotione illa optimè saluatur, vt mox dicā. De D. Thoma præclarè dicit Sotus 3. Phys. q. 1. art. 2. concl. 4. cū Thomistas qui perscrutantur authoritates S. Thomæ, quibus has entitates ad actionē præuias multiplicēt, nihil aliud facere quàm sanctū Thomā ubiq; non & insulsum reddere, seque certò scire S. Thomam nihil tale velle: & similia habet idē Sotus in 4. d. 1. q. 3. art. 4. Et reuera S. Thomas per omnia illa quæ ex eo citantur, nihil aliud voluit, quàm significare subordinationē & dependentiam secundæ causæ à prima in operando, quod etiā notauit Conradus 1. 2. q. 79. art. 1. vbi ait *rationem repugnare Philosophiæ ac Aristoteli*; & Caiet. 1. 2. q. 14. a. 13. §. *me scilicet*, & q. 19. art. 8. §. *ad primum*, vbi dicit *communē sensum esse paruitatem*, Auor t. 1. l. 2. c. 21. q. 8. Ime contendit mentē S. Thomæ esse quòd Deus mouet & applicet causas secundas non aliquid eis præimmittēdo, sed faciendo vt faciant. Quod atque S. Thomæ cōsonat, qui tantùm voluit quod dixi, neque veritati vniuersaliter loquēdo. Nam quāuis in operibus gratiæ Deus faciat vt faciamus, idque pariter aliquid præimmittendo, seu præueniēdo intellectū & voluntatē, tamē de actibus malis id dici nullomodo potest. In actibus autē bonis, periclitabitur libertas, si ita præueniatur voluntas et ea inconsulta abripiatur ad congrendū. De actibus etiā causarū nō liberarum nihil tale fingi potest, nā per ipsā talium causarū conditionē & æternū decretū de cooperando cū eis, manēt determinatæ vt operētur, neq; est necessariū aliud

nouum

nunnum Dei decretum quo intelligatur sanciri ut agat, eatenúsque eas ad agendum applicare atque mouere, quare supra adducta mentis D. Thomæ interpretatio, legitima est, quam ipsemet satis insinuat 3. contra gentes cap. 70. ubi ait *idem esse causam secundam agere per virtutem primæ, atque agere per virtutem ab ea participatam & dependentem ab illa.*

Subordinatio causarum, non iuvat prædeterminatores causæ secundæ.

347 Subordinatio essentialis causarum non iuvat aduersarios. Nam ut optimè attigit Scotus in 4.d.43. q.3. *litera D*, latéque expensum est agendo de Diuina existentia, consistit tantùm in eo quòd causa secunda essentialiter præsupponat primã, nec possit sine ea accipere esse, vel illud conferre alteri. Ubi nulla fit mentio præuij illius influxus in causam secundam Deo cooperante agentem. Possumus etiam id confirmare distinguẽdo duo in prædicta subordinatione, alterũ quòd sit subordinatio, alterũ quòd sit subordinatio essentialis. Quatenus subordinatio est, non potest dici importare præimmissionem aliquam: Nã appetitus sensitiuus subordinatur phantasiæ, quæ tamen nihil transmittit ad eum. Quia enim fingit phantasiam cerebro insidentẽ, producere aliquid in appetitu, qui cordi insidet, atque adeò dissociatur ab eo interiecto tãto spatio, quod non est capax actionis ullius ab interno sensu deriuatæ ad appetitum? Præterquàm quòd ea operatio non posset esse cognitio, cuius ne ipse quidem appetitus capax est. Nulla autem alia operatio in sensu cernitur. Idem argumentum fieri potest de intellectu & voluntate, & uniuersaliter de quouis instrumento cõparato ad causam suam principalem. Siquidẽ instrumentum subordinatur causæ principali, à qua eleuari debet, ut attingat effectum, ad cuius productionẽ non assurgeret, nisi causa principalis surgeret cooperationẽ suam cum concursu instrumenti, ut ex ea consociatione virtutis instrumenti, quæ in instrumento est, cum virtute causæ principalis, instrumentum reddatur idoneum ad producendum effectum, ad quem ex natura sua est improportionatum. Sic enim rectè de ratione instrumẽti philosophati sunt iam olim aliqui apud Durandum in 1. d.3. p.2. quæst.2. num. 13. quamuis autem præimmissio causæ principalis in instrumentum, est omnino fictitia, ut idem Dur. ibidem [illegible] conuincit. Itaque ratio subordinationis non postulat præimmissionem illam causæ superioris, in eam quæ ipsi subordinatur. Sed neque subordinatio ex eo quòd sit essentialis, postulat aliquid tale. Subordinatio enim essentialis, non potest dici cõsistere nisi vel in eo quòd aliquid, ad hoc ut sit, supponat essentialiter aliud, cui idcirco subordinari dicitur: vel in eo quòd supponat illud essentialiter ad hoc ut agat. Ad priorẽ subordinationẽ sufficit essentialis exigẽtia productionis & acceptionis existentiæ. Ad posteriorem sufficit essentialis exigentia simultaneæ cooperationis. His autẽ exigentiis interuenientibus sufficienter exponuntur prædictæ subordinationes, frustrà ergo præimmissio.

Quomodo causa prima coniungat concursum suum, cum concursu secundæ.

348 Nõ istẽ iuuat aduersarios quod adducebatur de fortuita coniunctione causæ primæ cum secunda ad operandũ. Nam causæ secũdæ, vel necessariæ sunt, vel liberæ: Quoad necessarias, nulla

nulla est difficultas. Nam id ad quod Deus attēdit, vt hoc potius quàm illo tēpore coniungat cū illis concursum suū, seque applicet ad cooperandū illis, est natura & determinatio talium causarū ex se ad hoc vel illud determinatarū, in his vel illis circumstātiis. Quod verò attinet ad causas liberas, est aliqua difficultas in eo consistens, quòd necesse sit, Deo concursum suū cum causa secunda coniuncturo, sui applicanti se ad coefficiendam actionem liberam cum voluntate creata, occurrere aliquid, quo posito videat exigi ab ipsa coniunctionē illam concursus, ita vt ipse voluntatē nō adigat ad agendum, quod fieret si ipsa inconsulta, & absque vllius exigentia voluntatis, decerneret actionem sibi & voluntati communem, à se manare, sed cum ea coefficiat eundem actū, saluo dominio voluntatis in eum, eò quòd voluntas nūc deposcat eam cooperationem. Hoc igitur quòd voluntas cooperationē illam deposcat, non videt Deus in ipsa entitate voluntatis, quæ semper est eadem; nec in vllis eius adiunctis aut circumstantiis, quia nullæ sunt circunstātię aut adiuncta, ex quibus certò cognosci possit eam in hoc vel illud inclinare, & ad hanc potius partem quàm ad alteram, concursum deposcere, quandoquidem voluntas positis quibusuis circumstātiis indifferens adhuc est ad vtramque partē, nec implicat quòd ad alterutram inflectatur. Necesse autem est fundamentum Diuinæ notitiæ dirigentis Deū in exhibitione concursus, & applicatione ad coefficiēdum, esse ita infallibile vt implicet contradictionem Diuinam scientiam ei fundamento nixā, labare. Ita enim postulat summa perfectio Diuinæ notitiæ, vt dictum est, cùm de Diuina sciētia. Manet ergo difficultas illa, quam dicebam, nempe quòd Deus cum cooperaturum videat, propter quod cognoscat, exhibendum sibi nunc esse concursum, non ante vel post. Negari enim nō potest quin Deus, qui non se applicat cæco modo ad concurrendū, debeat ab aliquo obiectiuè excitari ad præstandum, nunc potius, quàm ante, vel post concursum suum. In quo est aperta disparitas inter habitum voluntati cooperantem & Deum. Habitus enim cum non sit aliquid cognitione praeditū, coefficit cum voluntate actū, cui coefficiēdo suapte natura destinatus est, absque eo quòd obiectiuè excitetur, tantùm quia inest potentiæ efficienti, eique intimè coniungitur tanquam adiumentum eius pondus in actum; hoc autem non potest de Deo dici, vt per se constat.

349 Verū ex dictis de scientia quā Deus habet de futuris conditionatis, facilè exponimus, quomodo Deus cōcursum suum cum concursu creaturæ, non cæco modo, sed ex certa scientia cōiungat, nec eā præueniat, sed ad illā concomitanter se habeat, & vt dixit S. Hieronymus dial. 1. contra Pelag. *potentiam suam nostro arbitrio derelinquat*. Quia enim Deus, priusquàm quidquā absolutè videat, agnoscit quid liberè euenturū esset, si hæc vel illa conditio poneretur, propterea cū primum decreuit aut permisit, atque adeò absolutè vidit cōditiones illas, quibus positis, causa, si se sola posset agere, operaretur liberè hoc vel illud, statim quoque decernit exhiberi concursum illum determinatū, quem videt à voluntate in has circumstantiis exposci, seu qui sit consentaneus actioni sub conditione præuisæ, tanquam secuturæ in talibus conditionibus, si nō staret per decretum & scientiam Dei practicam, ac potentiam exequentem ab eo decreto applicatam. Eam enim actionē esse conditionaliter secuturā,

est aliquid verum: & posito, quòd ea actio sit conditionaliter secutura, implicat contradictionē quòd nō sit futura; vnde cognitio tendens in eā, certissima est, ac digna Deo. Quare Deus actionem sub ea cōditione prænoscit, aut quod eodem recidit, prænoscit voluntatem vt operabundam & omnino in procinctu ad agendum, si se sola posset agere, nec stet per Deum. Ipse verò non vult stare per se, quominus creatura libera agat: quia vt causa prima & vniuersalis, tenetur prospicere indigentiæ causarum secundarum, subsidium eius postulantium. Propterea ergo cùm primùm absolutè videt positas fuisse conditiones illas prænuncias effectus infallibiliter secuturi si per Deum non stet; vel potius cùm primùm absolutè visis conditionibus illis prænoscit conditionaliter actionem quoque à causa secunda manaturam, si ipse ex parte sua exhibeat concursum: Cùm primum inquam hoc conditionaliter videt, decernit absolutè exhibere concursum suum per potentiā suam exequentem à Diuina scientia practica directam. Quia enim posita fuit conditio, sub qua decreuerat exhibere concursum, volitio quæ ante erat conditionata, trāsiit hoc ipso in absolutā, & reddita est efficax, applicauitque actu potentiam exequentem ad coëfficiendam cum voluntate actionem, seu ad exhibendā ei cōcursum. Hac ergo ratione commodissimè intelligitur, quomodo Deus nō iungat cæco modo concursum suum cum concursu creaturæ.

Neutra propriè prius natura concurrit.

352 Intelligitur quoque ex dictis, quomodo Deus non prius natura influat in actionem, quàm causa secūda, sed vtraque causa simul natura agat, contra quam in aduersariorum rationibus postremò asserebatur. Idque intellige non modò de causis liberis, sed etiam de necessariis, quæ agentia necessaria non plus subordinantur Deo in suis actionibus, quàm agentia libera in suis; ergo par est ratio quarumcumque causarum secundarum quoad simultatem naturæ in exhibitione concursus. In causis autem liberis, cum non exhiberi prius natura, probatum manet ex dictis, ac præsertim ex dominio voluntatis in actionem suam, cui dominio præiudicaretur, si non *ipsa sola determinaret quid tenendum sit* vt in concordia dixit S. Anselmus. Optimè autem quod dico tradiderunt Ochamus in 1. dist. 42. q. vnica *littera F*, Gabr. in 2. dist. 1. q. 2. *littera F, & M.* Scotus in 4. dist. 1. q. 1. & in 2. d. 37. q. vnica *littera F*. Caiet. in 4. d. 12. *ad primum Sancti contra secundam*. Maior in 2. d. 37. dubio vltimo, & multos adducens Ricardus art. 7. prop. 3 *ex sub fine*, Sed præclarè Gregor. in 2. dist. 34. q. 1. art. 3. ad 8. qui aduertit deesse veram prioritatem naturæ inter actum Dei & actum creaturæ, quia sunt vnus & idem actus. Quod Palatius in 1. d. 46. disp. 1. & in 2. d. 1. disp. 1. non considerauit, cum admissa identitate vtriusque concursus, voluit tamen actionē Dei esse natura priorem. Addit autem Gregorius, quamuis prioritas illa naturæ desit, tamen idcirco Deum concurrere ad actionē illā, quia voluntas id postulat, non contra, & propterea magis propriè dici Deum cooperari voluntati, quàm voluntatem Deo.

351 Quem locum non attenderunt qui contrarium affingunt Gregorio in 2. d. 28. q. 1. art. 3. ad 12. dicuntque eum applicationem quandam Diuinam, cuius actioni nostræ præuiam, inuenisse, quam ex eo probari ab illo dicat, quòd concursus Dei sit naturā prior concursu

concursu voluntatis. Ibi tamen nulla talis ratio habetur, & ex quæstionis decursu constat, Gregorium duntaxat conari astruere necessitatem auxilij gratuiti ad opera quæcumque moraliter bona, & auxilij illius interuentu referantur in Deum, sintque bona nō tantū ex obiecto (vel vt ille loquitur) ex *officio*, sed etiam ex circumstantia finis. Itaque auxiliū illud gratiæ, vocat applicationem. Quod tametsi falsū contendat exigi ad quodlibet opus moraliter & Philosophicè, non autem Theologicè bonum, tamē nihil interest ad hoc negotium, præsertim cùm Gregorius addat, ad opera quæ gratia non indigent, & tamen Diuino concursu egēt, nihil tale interuenire; pro bonis verò quibusuis actibus, ad quos applicationem illam à Deo solo, voluntate nō coefficiente effectam, exigit, facilè exponi potest de applicatione non quæ sit impulsus quidam non vitalis voluntatem abripiens, sed quæ sit cognitio quædam non libera aut amor necessarius, de quibus actibus iuxta phrasim Augustini, qua Gregorij placitum nititur, affirmari rectè solet quòd fiunt in nobis sine nobis coefficientibus, nempe non simpliciter, sed quatenus homines & liberi sumus. Constat autem actibus illis non abripi voluntatem. Et quicquid tandem sit motio illa & applicatio Gregorij, certum est eam non determinare omnino voluntatem iuxta Gregorij mentem, cùm expressè dicat voluntatem in tali motione esse instrumentum liberum, in cuius potestate est, sequi motionem illam, quæ proinde non est præmotio simpliciter prædeterminans, vt Gregorio impingitur.

432 Cæterùm per prioritatē naturæ, quā Deo nobiscum concurrenti assignamus, intelligenda est vera & propria prioritas naturæ, ita scilicet vt Deus prius dicatur influere in actionē quā creatura, & prius quoad causalitatem, (tametsi non quoad durationem) prodeat actio à Deo quàm à causa secunda. Quod supposita indiuisibilitate & omnimoda identitate vtriusque concursus impossibile est intelligere, nisi quatenus Deus causam secundam vrget & impellit ad operandum. Neque enim addi potest alius modus quo scilicet illa sit actio, quæ postea in secundo instanti naturæ à creatura pendeat, sit à Deo solo in primo instanti naturæ; nam hic modus nulla propria ratione tribuit prioritatē naturæ ex parte Dei, ad causam secundā comparati, quod tamen intendunt illi cum quibus agimus. Nam si actio prodit à Deo, & eo nihil in causam secundam operante, aliterve eam ad actionem illam causandam disponente vel excipiente, ea actio prodit à creatura, quocirca dicemus causam primam prius naturā influxisse in actionem illam? Siquidem prioritas naturæ propriè dicta, ea est quòd prioritas causalitatis seu prioritas influxus & dependentiæ causatiuæ, vt rectè docet Gregorius 1.d.45.q.1. art.1. & Mauritius cap.5. formalitatum D. Thomæ, ac Sectius in formalitatibus Scoti art.2. principali, & quarto partiali, ac Dur. in 2.d.1.q.2.n.24. quod alij aliter exprimunt cùm dicunt prioritatem naturæ non esse explicandam, per *prius in quo*, sed *à quo*. Si igitur Deus nihil influit in causam secundam, siue aliquid ei immittendo quod dicat ordinē ad actionē eliciendā, siue eam ad agendū abripiendo, intelligi quidē poterit Deū esse priorē naturā quā concursum suū, (quod clarū est, & à nemine negatur, cum Deus sit causa prædicti concursus, seu actionis ab ipso manantis) nō tamē intelligi poterit Deū prius naturā concurrere quā causā secundā, de quo est

quæstio, quia sic Deus nihil causabit in causa secundâ quatenus operantê, ex quo possimus eû denominare concurrentem prius naturâ proprio illo modo naturalis prioritatis, de quo agimus. Si tamen per prioritatem naturæ intelligeretur independentia in essendo, aut quoad actû primû agêdi, vel supereminêtia, sic facilè côcederemus, Deû concurrere prius naturâ, & ita dicerêt Capr. in 4. d. 12. q. vnica *ad 1. Scoti contra secundã.* Verè enim Deus habet vim activã independentê, qua carent causæ secundæ, estque eis superior, quia non modò confert eis esse, sed etiã habet eas essentialiter subordinatas in causando, quatenus creaturæ nihil prorsus sine eo causare possunt; ipse verò sine causis secundis (per aliam tamen actionem) causare potest, demptis paucis, quæ essentialem ordinê ad causas secundas importãt. Sed hi modi prioritatis naturæ nô sunt ad rem, vt patet ex scopo adversariorum, & ex iis quæ confirmare intendunt per hanc prioritatem.

553 Nihil ergo ex naturæ lumine habêt adversarij, ex quo Divinû illum præcursum & præoperationê stabiliãt. Quòd verò ex superiori lumine nihil itê eis suppetat validum, demonstrant sæpè sæpiùs citati recentiores: estque alibi tractãdû; lumê enim ex quo procedimus, illuc vsque non pertingit.

De variis Divini concursus determinationibus.

SECUNDÒ, exposui vndenã côcursus Divinus accipiat determinationê. Vbi aliter philosophandum est quoad varias determinationes concursus, & quoad concursû variis secundis causis exhibitû. Ex causis namque secundis aliquæ sunt necessariæ, aliquæ verò libertate præditæ, de quibus omnibus nô est similiter sentiêdû in hoc negotio. Item determinatio concursus vel est quoad speciê & quidditatem eius, vel quoad singularitatem, vel quoad exercitium. Concursus enim est actus quidã secundus, in quo tres illæ determinationes, (de quarum distinctione quædã tradidimus d. 4.) possunt habere locum. Et inter eas, ratione prior est determinatio quoad speciem, cum spectet ipsam actus secundi quidditatem, quæ eiusdem actus singularitati & exercitio præit, propterèaque de ea primo loco est agendum.

Vnde quoad speciem determinetur.

554 Determinatio ergo concursus Divini quoad speciem, siue causa cum qua Deus concurrere debet, sit necessaria, siue libera, proficiscitur à creatura, obiectiuè determinante Deum, vt hunc potiùs speciei concursum præbeat, quàm aliû alterius speciei quam alteri causæ confert. Nam ratio cur Deus velit creaturæ impendere concursum talis naturæ & non alterius, ea duntaxat est, quòd Deus nolit illi conferre concursum, nisi côsentaneû virtuti eius activæ naturali, quæ in causis necessariis est determinata ad vnû. Atque ita Deus, cû igne, non vult frigefacere, quod perinde Deo esset, sed calefacere quod à natura ignis exigitur. In causis verò liberis, quæ sunt activæ indifferêtes, & habêt potestatê ad actus specie diversos; ratio cur Deus talis naturæ côcursum exhibeat, & nô alterius, ducêda similiter est ex eo quòd Deus intuês ad voluntatis geniû, & prænoscês speciem actus, in quê voluntas in tali casu cûperet se sola, si posset se sola agere, vult ferre eû specie concursû, quê à voluntate tûc exigi animadvertit. Itaq; creatura Deû determinat quoad speciem concursus exhibendi, non inferendo ei necessitatem cooperandi, vt per se constat,

cessat, vtrâque adiecerit extra, 3. contra gent. c. 66. sed obtinendo ei suam exigentiam, ad cuius [illegible] Deus liberè cooperans, & conferens concursum exigentiæ illi consentaneum, dicitur determinari à causa secunda quoad speciem concursus in quo nulla est Dei imperfectio, vel dependentia imperfectionem arguens, vt clarius [illegible] exposui circa determinationem quoad exercitium, constátque ex eo quod facile esset Deo, creaturā assumere ad obedientialiter coefficiendam actionem quamcumque, impendendo illi concursum ad actiones naturali eius exigentiæ repugnantes vel disparatas, iuxta sententiam satis receptam, qua potentia obedientialis actiua admittitur. Quare in huiusmodi determinatione Dei per causam secundā, cernitur tantum benigna & suauis primæ causæ accommodatio, cum secundis, quia suos motus agere sinit, & in eo modo operandi quē naturaliter deposcunt, adiuuat; non inuertendo naturalem eorum geniū, (de potentia ordinaria loquor,) sed cooperando congruenter ad eum, quamuis ipsi quidem Deo, perinde esset, hunc specie concursum, vel alium specie distinctum exhibere, vt patet ex eo quòd variis causis varios illis concursus exhibet: vt cōcursum ad frigefactionem, quem igni non confert, quia is non est ei consentaneus, confert aquæ cui est consentaneus; Et è contra concursum quem aquæ impendit, non impendit igni, tametsi (vt dicebam,) quantū est ex se, æquè posset vtrumque, si id ferret genius causæ secundæ, & eius exigentia.

Cur dicatur generalis.

311 Quæ causa est cur passim concursus Dei vocetur *generalis*. Si quidem concursus Dei, non potest dici generalis quasi Deus attingat tātùm gradum genericum actionis. Id enim impossibile est, quia gradus Metaphysici non differunt à parte rei, sed sunt vna materialis ac Physica entitas, ratione tantum secabilis, proindéque vel omnes attingendi sunt ab eo qui ad eam concursum impendit, vel nullus omnino. Nā actio Physica, cuiusmodi est concursus, nō facit præcisiones illas quas intellectus potest facere, attingendo aliquid in obiecto, & non attingendo aliud. Præterquàm quòd quiuis gradus actionis cum sit ens participatū, æquè deposcit Diuinum concursum, ac alius quilibet, in entitate Physica similiter fundatus. Non igitur concursus Diuinus appellatur generalis, eò quòd duntaxat attingat genericum gradū actionis; sed idcirco quòd Deus, quantùm est ex se, non limitat concursum suum ad vnā speciem actus, sed paratus est conferre concursum ad eam actionis speciem, quam causa secunda exiget, siue pro sua natura, siue pro sua libertate. Ac si causa secunda sit libera, offert concursum ad vtrámque actus speciem. Atque ita *actio primi agentis* (verba sunt D. Thomæ in 3. d. 1. q. 3. art. 1. in corpore) est vna, *communiter omnes formans* [illegible] *specificatur autem effectiuo suo, in hoc & in illo secundum illius exigentiā.* Vnam vocat S. D. actionem agentis primi, propter illam, quam dixi generalitatē concursus Diuini, si spectetur quatenus Deus, qui eum profundit, nō limitat eum ad certam speciē, quantùm est ex se, sed tantùm id facit intuitu causæ secundæ. Influxus enim manat à Deo in aliqua certa specie, cum sit influxus singularis & existens, ac proinde necessariò debeat esse in aliqua specie infima. Ea tamen limitatio ac veluti modificatio concursus Diuini, prouenit à creatura, hoc est, fit à Deo

ipso, intuitu creaturæ cum qua efficit eam actionem. Quo sensu idem S. Thom. 3. contra gent. c. 66. cùm dixisset, quòd ipsum esse est effectus proprius primi agentis, subdit, *causas secundas esse quasi particulantes & determinantes actionem agentis primi, habentque pro effectu proprio, alias perfectiones quæ sunt determinationes ipsius esse.* Quo loco & aliis plerisque adductis à Capreolo in 2. d. 1. q. 2. *ad tertium Aureoli contra secundam*, non asseritur Deum facere solum gradum entis, causas autē secundas facere reliquos rerum productarum gradus, (quē sensum sancto Thomæ perperā affingunt, & facilè refellunt, Aureolus ibi à Capreolo allegatus & Scotus in 4. d. 1. q. 1. *[illegible]*) sed tantum asseritur quòd esse sit proprius effectus Dei, quatenus nullum agens secundum, est indifferens ad conferendum quodcumque esse, ita ut si ab alio sibi subordinato determinetur, possit æquè ad aliam quamvis speciem actionis concurrere, atque ad unam aliquam. Id enim est solius Dei proprium, cuius propterea concursus vocatur generalis, ut dicebam.

456 Non tamen præiudico aliis probabilibus modis exponendi illam generalitatem Divini concursus, cuiusmodi est is quem tradit Sotus 1. de natura & gratia c. 2. Nēpe quòd concursus Dei dicatur generalis, quia debetur & exigitur ex generali ratione entis & agentis participati. Vel certè quia concursus Dei per se ac formaliter tendit ad gradū entis, qui est gradus generalis & inclusus in quavis inferiori ratione. Solus enim Deus per se confert gradū entis, sive esse, ut ex variis D. Thomæ locis declarat Capr. in 2. d. 1. q. 2. *in fine responsionis ad argumenta Durandi contra primam*, & præclarè q. 2. *ad 2. Aureoli contra 1.* & *ad 3. Durandi contra eandem*, Sylvest. q. 8. confirmat art. 3. 2. & Ferrar. 2. contra gent. c. 21. & lib. 3. c. 66. Neque iuxta sententiam Aristotelis aliud exposcimus, secundùm quam gradus ille effectus, qui præextitit in re secundùm aliquē eius; nec ita tollitur ab agente ut non præhaberetur, dicitur non fieri per se, sed tantùm per accidēs. Sic enim Aristoteles, cum animal ex animali putrefacto, ut vespæ ex bove gignitur, non censet gradum animalis fieri per se, sed tantùm per accidens, quia gradus ille animalis præextiterit in materia: Gradus autē vespæ, quatenus animalis, qui nō præextiterit, dicitur fieri per se. Atque ita quia omnis res quæ à causis secundis producitur, præsupponit rationē ipsam esse, præhabitam in aliquo ad ipsam pertinente, nempe in materia, quæ nō potest fieri ab agēte secundo, cùm fiat per creationem: rectè dicitur Deum per se facere rationem entis & *esse*, assignaturque [illegible] Dei pro effectu, redditque etiā eodem sensu, concursus Dei per se tendens in generalissimā illam rationē, quibusvis effectibus & eorum gradibus inclusā, appellatur generalis. Porrò ipsa hæc ratio prædictæ appellationis reduci ad primam illam à nobis positā, nēpe quòd concursus Dei dicatur generalis, quia quantum est ex Deo, potest exhiberi in quavis specie. Idcirco enim potest ab eo ita conferri, quia cum ob infinitam vim suam activam, per se faciat rationē entis, ad nullam eius speciem restringitur. Sicut quia intellectus per se ac formaliter tendit in ens, ad nullam certā entis speciem arctatur. Modus tamē exponendi eam generalitatem Divini cōcursus, qui à nobis positus est, videtur facillimus & minus obnoxius ambiguitati.

Cur item dicatur indifferens.

457 Pensius verò eodē titulo quod

Moli

Molina concursum Diuinum sit ex se esse indifferentem. Tametsi ab aliquibus indicatis d. 1. n. 32. ita exponitur ea Molinę locutio, vt sensus sit actionem quatenus pendet à Deo non esse in vna aliqua specie, sed tantum in genere, ac proinde gradum eius genericum non esse à causa secunda, sed duntaxat specificum, qui non sit à Deo. Quod Molinæ eadem aut fide, aut incogitantia impingitur, qua pleraque alia de quibus sup. locuti: eadem fide, qua paulò ante retulimus, ab Aureolo & Scoto tribui diuo Thomæ quod senserit solum gradum entis à Deo effici, à causis verò secundis, & quidem solis, effici alios eius gradus, quod D. Thom. nõ somniauit. Similiterque Molina nũquã cogitauit, quòd solus gradus genericus actionis, sit à Deo, specificus verò à sola creatura, quin potius ad nauseã inculcat totam actionẽ secundum totũ esse physicum fluere à Deo simul & creatura; ita vt & gradus genericus, & specificus, & numericus & tota denique actionis entitas, ab vtraque causa pendeat, vt conceptissimis verbis tradit 1. p. q. 19. art. 6. d. 3. §. *de eodem consensu* & §. *cum qui aduersus* & in concor. q. 14. art. 13. disp. 5. *sub finem*, & disp. 6. §. *simili prorsus*, & disp. 51. ad 2. alibi; frequentissimè; adstipulanturque Bellarminus lib. 2. de amiss. gratiæ & statu peccati c. 5. & 18. Becanus 1. 2. tract. 2. c. 6. q. 5. à n. 8. & Lessius c. 4. de gratia ad 8. qui adducit etiã Caietanũ & Conradum.

358 Sensus ergo & Molinę & omnium prædictorum auctorum, est ille ipse quẽ tradidimus, exponẽtes quomodo cõcursus Dei, quatenus ex Deo est, sit generalis & communis: Nempe quòd concursus possit à Deo, quantum est ex Diuina vi & potestate, exhiberi in quacunque specie, eliciatur autem à Deo in tali specie, intuitu causæ secundæ, cui Deus se accõmodat. Hoc enim sensu concursus Diuinus rectè dicitur indifferens, & determinatio eius quoad speciem dicitur esse à causa secunda, nõ à Deo, quãuis à Deo proficiscatur in illa ipsa specie vltima quam habet. Itaque si rectè rẽ expendimus, generalitas illa & communitas & indifferentia, primariò ac radicaliter, attendẽda est in ipso concursu Diuino sumpto in actu primo, hoc est in Deo prout parato concurrere; & ex ea Dei, ad speciem à creatura exigendam, præparatione, ipse Diuinus cõcursus in actu secundo, quatenus Diuinus est, denominatur communis, & indifferens, & generalis, quãuis non prodeat reuera à Deo nisi in illa certa specie infima, in qua eum exposcit causa secunda.

Vnde Diuinus concursus determinetur ad singularitatem.

359 Sequitur determinatio concursus Diuini quoad indiuiduum, quam diximus esse secundã determinationem in Diuino concursu considerandã. Hæc igitur cùm in Diuino concursu actuali, tum in concursu creaturæ est à Deo solo, atq; adeò ratio physicę singularitatis, actionis à Deo simul & creatura elicitæ, petenda est à Deo. Non quòd causa secunda non influat quoque in actionem quatenus singularẽ; id enim falsum est, quia vt supra diximus influxus physicus non fit cum præcisione illa, quę propria est potentiæ cognoscentis, sed adæquatè & quoad totum esse physicum rei quæ fluit; Dicitur ergo singularitas actus esse à Deo solo, quia ratio cur à Deo & à creatura hic numero actus eliciatur, non aliunde oritur quàm ex eo quòd ita decernat prima causa. Itaque actio quam Deus cum creatura elicit, secernitur per mentem in duas veluti partes pro duplici respectu & habitudine ad vtrũque illud principiũ suũ,

quæ

quas veluti partes, vocamus concursus, & in vtraque rursus varios quasi gradus Metaphysicos per mentem fabricamus, nempe generici, specificum, & individualem. Tamē re ipsa & Physicè, actio illa importat in sua entitate nō modò vtramque illā habitudinem, sed etiā omnes vtriusque illius habitudinis gradus. Et propterea illæ quidē habitudines, quia tantùm sunt ipsa actio cum cōnotatione principij, non sunt nisi ab eo principio cui correspōdent, puta concursus quatenus à Deo exhibitus, non fit nisi à Deo, & quatenus creatus, nō fit nisi à creatura; (cōnotationes enim illæ nō sunt aliquid quod peculiariter fiat, cùm tātùm sint respectus ad principium à quo manat actio, proindeque nō terminant influxum vllum:) Tamen illud totū quod se tenet ex parte ipsius formæ fluentis, quia est aliquid ad quod influxus terminatur, atque adeò singularitas & quidditas tum generica tum specifica formæ prædictæ, siue actionis, debet necessariò effici ab vtraque causa.

360 Restat igitur vt propterea eiusdem actionis, seu vtriusque concursus individuatio dicatur à Deo determinari, ob eandē proportionaliter rationē, ob quam supra dicebamus speciem vtriusq; cōcursus determinari à creatura. Nempe quia cum & Deo & causæ secundæ perinde sit, hanc vel illā numericā actionem & numericum concursum elicere, ex innumeris qui adhiberi possunt, Causa autem secunda nequeat hanc potius influxū aut concursum, quàm aliū vnum ex infinitis illis deligere, nullaque alia talis determinationis causa suppetat, necessariū est recurrere ad causam primam concurrentem, in qua cessat defectus ille propter quē causa secunda nō potest determinare actionē suam quoad individuationem. Nam causa secūda, vel nō cognoscit actiones individuales elicibiles, vt possit eas determinatè intendere, vel nō est libera vt possit ita deligere. Et quamuis aliquæ causæ secundæ sint liberæ, ac etiā pertingant ad notitiā singularitatis actionum elicibiliū, saltem aliquorum, non tamen propterea necesse est eis adscribere delectū numericæ huius actionis potius quàm alterius ab ea numero tantùm differentis, vt id dixi d.4. n.18. Nec verò in hoc delectu cernitur vsus vllus libertatis, quia totū dominium voluntatis in operando, æquè se prodit, siue actus sit iste numero, siue diuersus. Sed quidquid sit de Intelligentiis, de quibus dictū est loco allegato, constat in aliis causis secundis determinationem quoad individuum non posse oriri ex ipsa causa secunda, defectu vel notitiæ vel libertatis.

361 Nec iuuat cū Vasque 1.p.d.74. n.52. & Suare t.2.3.p.d.44.sect.6.(qui tamen id postea retractauit d.19. Metaph.sect.9.n.7.) asserere determinationē hanc oriri ex ipsa causa ex se determinata ad talem numero effectū in hoc tēpore & subiecto, id quod nō iuuat; quia causa ex se ad plures effectus indifferens, & habēs æqualē vim ad omnes, nō potest se ipsam restringere ad vnū potiùs quàm ad alterū, si desit indifferētia actiua siue libertas, & cognitio ad eam determinationem actiuā circa talē numero actum prærequisita, quam supponimus deesse, & homini & cuiuis eo inferiori causæ; atqui omnes tales causæ sunt indifferētes ad infinitos effectus & ad actiones infinitas. Quamuis enim virtus earum finita sit, tamen non exigitur plus virtutis ad infinitas actiones successiuè eliciendas, (quo duntaxat modo tribuimus hanc indifferentiā causis secundis,) quàm ad eliciendam vnicam tantùm. Eadem quippe virtus immutata sufficere poterit ad infinitas actiones successiuè eliciendas,

æquè

æquè ac ad vnicam. Quòd si potest eas successiuè elicere manens eadē, posset quoq; loco vnius quā nūc elicit, æquè elicere aliā, vel certè aliā quamcunque ex infinitis illis successiuè elicibilibus. Non potest ergo ipsa virtus ad plures illos effectus indifferens, restringere seipsā, & arctare suapte natura ad hoc potius indiuiduum quàm ad alterum, ad quod nunc æquè potēs est. Et quod dictū est de vi actiua, dicēdū similiter est de vi subiectiua, quæ proinde non potest quoque dici determinare ad indiuiduationē actionis. Locus autē & tempus sunt aliquid prorsus extrinsecum, potéstque eodem & loco & tempore multiplex actio vel à diuersis simul agentibus elici, vel etiā ab eodē: Vt proinde neque ab his circumstātiis, causæ effectiuæ & subiectiuæ iunctis, peti possit determinatio actionis quoad indiuiduū, vt asserebat Vasq. supra, & Sotus in 4. dist. 41. q. 1. art. 1 neque ab iisdem separatim sumptis, vt censuit Valen. 3. p. d. 11. q. 3. p. 1. & p. 5. *ad finē. cū Durando*, Sed necessariò recurrendum sit ad extrinsecam causam liberā, cui id tribui possit, quæ alia non est, quàm Deus, vt inductione constat.

Quomodo fiat ea determinatio singularitatis concursus.

362 Deus autem commodissimè, & omnino saluo causarū secundarū iure, id potest exequi, non per vllā inclinationē vel inflexionē voluntatis creatæ: Ea enim vel inflexio vel inclinatio, si esset localis, esset impertinens ad hoc negotium. Nō potest ergo esse, nisi per habitus aut actus alicuius primi immissionem: quæ quantumuis si fieret ad nutum voluntatis non temeraret libertatem eius, tamen non apparet qualis esse possit, vt potentiam ex se indifferentem respectu plurium similium actionum, ad vnicam ex illis quasi coarctet. Et frustrà sanè ea Diuina permissio fieret, cùm æquè bene id absque ea præstare possit Deus: Nempe quia cum debeat causis secundis cooperari, facile illi est deligere quem singularem concursum ex innumeris similibus exprimere potius debeat: Et quia concursus Dei actualis identificatur reipsa cum concursu creaturæ, hoc ipso quod statuit nunc in hoc puncto profundi à se hunc numero concursum, non alium vllum, numero duntaxat diuersum, statuit quoque, vt idemmet vnicus concursus, à causa secunda exprimatur.

363 In quo Vasquez suprà immeritò timuit libertati agentis secundi liberi. Existimauit enim lædi ea fore eius libertatē, nisi concursus liber sit, nō modò quoad speciē actus, sed etiā quoad singularitatē, quandoquidē non tantū liberū est voluntati amare vel odisse, sed etiam amare actu amoris, ita remisso, vel intenso, quod pertinet ad indiuiduationē actio. Sed negandū est vllum hinc præiudicium inferri libertati; quia determinatio Dei, vt hæc potius numero actio quàm illa à se ipso atque adeò etiam à causa secunda promanet, supponit præcognitam causæ secundæ determinationē quoad exercitium. Deus enim applicans se ad causandum cum causa secunda talem numericum actum, potiùs quàm aliū similem, præsupponit conditionaliter præuisam applicationem creaturæ ad coëfficiendū, vt exercendā in tali actu si ipse Deus ad eum determinet, vel in alio (videt autem id Deus conditionaliter quidem sed tamen determinatè, sicut determinatè prænoscit decretū liberū determinās quod tunc ferret:) nec nisi ad creaturæ liberæ nutum exoritur Diuina illa applicatio in procinctu posita & præstolans determinationē creaturæ, tū quoad specif.

tum quoad exercitium. Atque ita cùm libertas quoad speciem actus sit salua, maneatq; etiã libertas quoad exercitiũ actus, nihil desideratur ad integrã libertatem perseuerantiã, quia libertas, vt omnes hactenus fassi sunt, cõpleatur, & adæquatè constituatur per duo illa membra: nempe per libertatẽ quoad speciẽ & quoad exercitiũ actus. Porrò intensio tanta vel tãta, licèt in moralibus cẽseatur pertinere ad indiuiduationẽ actus, quia non variat eius speciẽ, in hoc tamen negotio pertinet ad speciẽ, ideòque ab eodẽ determinatur gradualis intẽsio actus, à quo determinatur species. Sicut autem est omnino impertinens ad prosecutionẽ vel fugã obiecti voliti, vel noliti, quòd ea prosecutio vel fuga sit hic aut ille actus numericus, cùm quilibet similis actus eodẽ modo præstet effectũ illũ formalẽ, ad quẽ vnus quilibet intra eã speciẽ conferret; ita impertinẽs est ad libertatem, quòd causa secunda libera, hoc vel illo actu secundo, amet aut fugiat obiectũ, vt rectè aduertit Rubionius in 1. d. 38. q. 1. concl. 3. & in 2. d. 34 q. 1. *sub finem* qui sententiã hic à nobis positã vtrobique astruit. Quod itẽ fecit Greg. in 1. d. 17. q. 4. art. 2. ad 7. & d. 35. q. 1. art. 1. Adamus apud Camerac. in 4. q. 1. *litera M.* & ex recẽtioribus Salas tract. 5. d. 3. n. 14. Rauius 2. phys. tract. 4. q. 8. *in fine* Toletus, Fonseca, & Conimbricenses, quos allegat & sequitur Suar. disp. 19. Metaph. sect. 9. n. 7.

Vnde determinetur quoad exercitium.

364 Postrema determinatio cõcursus, quã initio proposui, respicit exercitiũ actus, de qua aliter sentiendũ est quoad concursum causis secundis necessariis exhibitũ, aliter quoad concursum exhibitum causis secũdis liberis. Supposita enim lege Diuina vniuersali qua statuit cum omnibus secũdis causis concurrere, cùm id feret earum exigẽtia, necesse est, cùm primùm ponuntur quæ ad operationẽ præexigũtur, exprimi actionem à causa secunda non libera, quæ tanto impetu præcipitat in actũ, vt frænare se ipsam nequeat, cùm careat indifferentia actiua & dominio in actum suum. Atque ita Deus cùm primùm agnoscit illa ad operandũ necessaria interuenisse, illico exerit cõcursum suum, nihil aliud attendens, posito quòd non exceperit particularem aliquẽ casum à lege vniuersali quam tulit de conferenda cooperatione & cõcursu causæ secundæ. Ex quo fit vt posita illa lege, & supposito etiam quòd casus de quo agitur, non excipiatur ab ea, dicere liceat Diuinum concursum determinari quoad exercitium à natura causæ secundæ necessariæ. Non quòd tunc actio quæ causæ secũdæ est necessaria, non sit libera respectu Dei; sed quòd Deus vltro se alligauerit ad cooperãdum causæ illi secũdæ, natura sua determinatæ ad exercitium actus sui.

365 Sed cùm in causis secundis necessariis hæc determinatio sit perspicua, tamẽ grauis difficultas est quoad causas secundas liberas. Quã difficultatem Pomponatius in lib. de fato, referente Sirenio 8. de fato cap. 11. tanti fecit, vt assereret, si diceremus voluntates nostras aliquomodo determinari à Deo, induci ineuitabilem necessitatem in operibus nostris, & excindi contingentiam. Ideòque addebat, omnem Diuinam operationẽ remouendam esse à voluntatis determinatione, eò quòd Deus, cùm sit prima causa, quoties & vbicũque cõcurrit, nõ concurrat nisi vt causa principalis, cui effectus potissimũ debeatur. Ex quibus apparet Pomponatium nõ modò negasse omnem præuiã Dei operationẽ

actione

actione libera anteriorem, per quam voluntas prædeterminaretur, sed etiam negasse cooperationem Diuinam, nē actionem voluntatis liberè operantis; quòd alioqui putaret libertatem esse euertendā, propter Diuinā in operādo principalitatē, & inde oriendā causæ secundæ determinationē ab extrinseco, quæ videtur pugnare cū indifferētia actiua intrinseca, & interno dominio in actū cōstituendo libertatis. Verùm cū negatio illa Diuinæ cooperationis sit exploratus error, vt initio dictum est, eo acriùs vrget difficultas prædicta. Et ideirco Argentina c. 1. moraliū textu 2. notabili 1. cū definiuisset causā liberā eā quæ positis omnibus ad actū præequisitis potest agere & non agere, subdit differque, instari posse contra hanc definitionē: eò quòd cōcursus causæ primæ sit aliquid de præequisitis ad operandū, & tamē eo posito voluntas non possit nō agere: addit, *in hac replica, doctores contremiscunt.* Nempe, quia ex vna parte vident imminere periculum tollendi causæ secundæ liberæ, dominium in actum suum. Ex altera verò parte, vident negari non posse cooperationem causæ primæ in omnem actum positiuum, quoad suam entitatem spectatum.

Determinatio per voluntatem creatam cohæret cum cooperatione Dei ad primum eius actum.

366 Nihilominus dicendū est, causam secundam liberam salua cooperatione causæ primæ, determinare se ipsam quoad exercitium actionis, vt disertè tradit Capreolus in 2. d. 25. q. vnica, *ad quartum Scoti contra primam.* Heruæus eadem dist. q. 2. Scotus ibidē q. vnica *litera* S. Marsilius in 2. q. 16. art. 4. Sirenius supra, & illustrissimè Greg. in 2. d. 25. q. 1. art. 3. Quòd enim volūtas creata, quippe libera, debeat determinari à se ipsa, rectè probat Scotus supra, quia si determinaretur ab alio, quod necessariò determinaret, & cuius determinationē ipsa necessariò sequeretur, nulla remaneret potestas in actū. Non potest autē determinari ab alio, quod contingenter & (vt Scotus loquitur) contingenter determinet: quia tandē deueniendū erit ad causam quæ quia libera est, se ipsam determinet, ne detur progressus in infinitū in determinātibus: & cū libertas sit vbiq; explicāda eodē modo, sicut causa illa determinat se, quia libera est, ita etiā voluntas creata id habebit. Præterquam quòd determinatio ab extrinseco pugnare videtur cū dominio, quod volūtas libera debet habere in actū, iuxta illud *possessorē habēt suæ voluntatis.* Et certè quod determinatur, quatenus determinatur, passiuū est: At passiuū quâ passiuū, nō est dominātiuum; quia vel agens agit, & sic patiens necessariò patitur; vel nō agit, & sic necessariò non patitur, nec potest merè passiuè se habēdo, sollicitare vel adigere agens vt agat.

367 Itaque voluntas determinat se ipsā, per potestatē agendi vel nō agēdi qua pollet. Displicet enim Argentina in 2. d. 25. q. vnica, art. 1. concl. 2. qui Ægidiū secutus, affirmat voluntatem determinare se, nō actiuè aliquid agēdo, sed ab actu desistēdo, eò quòd voluntas oblato vno aliquo obiecto quod v.g. delectabile sit & inhonestum, vel asperū & honestū, possit pro suo beneplacito desistere ab actu, prout mouetur ab vna illarū rationū obiecto inexistentiū, quo facto altera in mora suo vigoratur. Sicut si duo æquè fortiter me traherent, vnus dextrorsùm, alter sinistrorsùm, quandiu nulli eorum resisterem, tāndiu ad neutram partem declinarem: cùm primùm verò vni resisterem, alterius tractus vigoraretur. Similiter ergo putant Ægidius & Ar-

gentiua, voluntatem dici determinare se ipsam, quia resistendo vni rationi propositæ in obiecto, tractio alterius rationis obiecto inexistentis, efficitur vehementior; quod tantum asserūt, ne cogantur asserere voluntatem differre realiter à se ipsa, & idē simul esse actu & potentia, quod putant inferri ex agentis & passi indistinctione. Hæc inquam sententia displicet, quia vt omittam bene multa quæ contra illorum doctorū dicta afferri possunt, tantúmque vrgeā aliquid ad rem nostram maximè pertinens; Voluntas libera non potest merè passiuè se habere, quoad actus respectu quorum libera est; ergo debet se habere ad eos actiuè. Quòd si ea actiuitas non sit in potestate voluntatis, sed pendeat ex alieno arbitrio, peribit dominiū actū, atque adeò libertas: Ergo necesse est vt voluntas determinet se actiuè, sicut ad hoc vt libera sit, debet esse indifferens actiuè, vt alibi plenè probatū est. Et mouetur quidem metaphoricè ab obiecto, variisve eius rationibus, *sola tamen voluntas determinat quod teneat*, vt optimè dixit S. Anselmus c. 1. concordiæ *sub finem*. Vnde non infertur voluntatem differre à se ipsa, nā saltē in actione perfectiua, verissimū est idem posse agere in se ipsum, & posse simul esse in actu virtuali & in potentia formali, respectu alicuius entitatis in se ipso, per ipsummet profundendæ, vt in physicis latè traditur.

368 Vt ergo intelligatur quomodo voluntas per potestatem suā actiuam determinetur, nec tamen excludatur Diuina cooperatio, recolenda sunt quæ diximus n. 85. & 86. exponentes quomodo volūtas creata determinet se ad profusionem sui primi actus eliciti, qui est eius determinatio formalis, vt ibidem ex Scoto diximus. Quia enim ille ipse voluntatis actus, omnium elicitorum primus, libertate præditus est, qua careret nisi voluntas se ad eum prius naturā determinasset, vt ibidem est expositum; propterea volūtas in priori naturā quam actum illum profundat, determinat se ad eum, non aliquid noui suscipiendo, sed iure & priuilegio causæ liberæ in his circumstantiis, vergendo, seu inflectendo se, hoc est terminando vim suam actiuam ad eum actum potius quàm ad oppositum, quem æquè elicere poterat, vel ab vtroque cessare. Itaque prima hæc determinatio non est aliquid à parte rei distinctum à natura voluntatis, sed est ipsamet voluntas quæ in his circumstantiis manens eadem & immutata, fertur vltrò in hanc partem in quam ante non ferebatur. Deus autem hanc voluntatis determinationem optimè præcognoscit, quia peruadit latebras voluntatis creatæ, eiúsque geniū habet perspectissimū; nec ignorat quā determinationē formalē tunc eliceret voluntas, si progressus in infinitū, qui alioqui admittendus esset, pateretur, vt ipsa se per aliquē actum determinaret ad illum actū elicitū primum. Quin etiam cùm cognoscat determinatè & distinctissimè, quid voluntas creata factura esset in his & his circumstantiis, si se sola posset agere, ipsámque actionem sub conditione percipiat, vt supra penitratū est, cū de Diuino intellectu sermo esset; manifestum est non posse ab eo ignorari determinationē hanc primā, quæ est causa determinationis formalis; atque adeò est naturâ prior illâ, eámque cōtinet vt effectū indistinctabiliter contentum. Hæc determinatio, tota est à voluntate: consistit enim in ipsa voluntate prout sponte sua inflectente se ad hanc partem, nec in ea inflexione, vlla Diuina præoperatio, naturali operationi de qua agimus, præ-

uia,

uis, interueniat, quæ quidem pertineat ad hoc negotium, possitque libertati creatæ & dominio voluntatis in actū suū præiudicare. Nam productio voluntatis & eius conseruatio facta Diuinitus, non temerat vllo modo illud dominium, vt est per se euidens.

569 Itaque facilè est videre, quomodò hac prima determinatione præmissa, verum sit voluntatem creatam determinare se ipsam, & tamen Deum in secūdo quodam signo, vnà cum ipsa voluntate cōefficere determinationem illam formalem, quæ est primus actus elicitus. Verè enim voluntas determinat se, quandoquidem antecedenter ad quamcunque Diuinam actionem, pertinentem ad hoc negotium, inflectit se ipsam ad vnam partē, fitque causa determinationis illius formalis, quæ in posteriori instanti naturæ in ea cernitur. Deus autem in illo ipso pūcto in quo conditionaliter præcognoscit voluntatem inflectere se in eam partem, applicat quoque se ad eam, atque ita simul & semel &(quantū spectat ad physicam efficientiam,) cōcomitanter efficiunt primum actum elicitum, à quo vlteriores actus voluntatis denominantur liberi. Quātum tamē spectat ad simultatem rationis, verum est causam secundam liberam prius ratione efficere determinationem illam formalem quàm Deum, quia ratio propter quam hæc actio exerceatur hic & nunc, non petitur ex parte Dei, sed ex parte causæ liberæ. Omnino luculenter id tradit Greg. in 2. d. 35. q. 2. art. 3. ad 8. quod ex Aureolo in 2. d. 37. q. 1. in hunc modum fuerat propositum. *Si Deus coagit voluntati in suo actu, aut hoc est, quia sequitur determinationem voluntatis in illo actu, sic quòd voluntas prius natura se determinat, & ex hoc Deus coagit illi, vel è cōuerso Deus prius determinat se ad agendum & voluntas nullibi sequitur determinationē eius, aut casu concurrit ad aliquam istarum. Primum non potest dari, quia tunc Deus voluntariè coageret ad peccatū, & in illo* (hoc est in ea determinatione) *non determinatè coageret sibi Deus; nec secundum, quia tunc voluntas determinaretur à Deo ad peccandum, & sic nō peccaret, quia non esset libera quippe determinata ab extrinseco. Nec tertium, quia talis concursus esset casualis, & sequeretur Deum voluntariè coagere ad peccatum.* En argumentum Aureoli, inde inferentis Deum non coëfficere materiale peccati. Respondet ergo Gregorius in hunc modum. *Ad 8. dico incidendo modū loquendi argumenti, quòd Deus sequitur determinationem voluntatis. Non quòd determinatio voluntatis sit aliqua entitas distincta à volitione & actu eius qua priorò fiat à voluntate sicut imaginari videtur argumentū. Nec etiam intelligendo quòd prius naturâ, voluntas agat actum illum quàm Deus; propriè loquendo de priori naturæ, quoniā tunc sequeretur quòd posset illum agere Deo non coagente sicut patet ex definitione prioris secundùm naturam. Sed ad hunc sensum dico Deum sequi determinationem voluntatis, quoniam ideo Deus agit illum actum, quia etiam voluntas agit, & non ideo quia Deus agit, ideò voluntas agit. Et ideo magis propriè dicitur Deus coagere voluntati in tali actum causandi, quàm voluntas dicatur coagere Deo. Et cùm arguitur contra hoc, inferendo quòd Deus voluntariè coageret ad peccatum si peccatum accipiatur propriè* (hoc est pro actu quatenus difformi regulæ, vt patet ex initio articuli secundi, eiusdem quæstionis,) *neganda est consequentia, quia actus ille non est peccatum. Si autem impropriè sumitur pro actu malo* (id est pro materiali, cui per ordinem ad talem causam, & spectato modo operādi illius, adnascitur malitia, qua caret per ordinem ad alteram causam, cuius alius est modus operandi, vt dictū est. dist. 1.) *consequentia est concedenda. Quod verò vltra additur iā exclusum est.*

Nēpe quia tū dixerat Gregorius eam determinationem, anteriorem primo actu elicito, non esse aliquid quod debeat à Deo coëffici per actionē, distinctam à prima productione, & cōseruatione voluntatis: Vnde eliditur quod dixerat Aureolus, si voluntas se determinet, Deum non concursurum ad eius determinationem.

370 Concurrit tamē Deus ad formalem voluntatis determinationem, quæ est primus actus elicitus: Cōcurrit autem, quia voluntas id deposcit, & ex sua parte, prius ratione quàm Deus, (licèt non prius tēpore, vel naturā,) concurrit ad eam operationēm. In quo perperam aliqui obiiciūt certā dependentiam Dei à creatura, de quo iam egi supra n. 354. Et quamuis Serenius c. 21. citato latè contendat interuenire in hac re aliquam (vt ipse loquitur) subdependentiam vel contradependentiam Diuinæ voluntatis ab humana, & humanæ à Diuina, similē illi qua Princeps quoad aliqua obsequia à coquo suo sibi exhibita, pēdet ab eo, vicissimque ipse coquus multis titulis lōgè aliter pendet à Principe: licèt, inquam, id cōtendat auctor ille, & sententia non displiceat, si rectè intelligatur, tamen consultiùs videtur cū Bellarm. 4. de gratia & lib. arb. c. 15. ad 2. vocis illius inuidiā declinare, & benignā illam primæ nostræ determinationis præstolationem, non vocare dependentiam, sed suauem Dei dispositionem, & accommodationē ad naturam causæ secundæ, quæ cùm sit libera, postulat non exhiberi sibi concursū priusquā ipsa eo primo modo, se ad eum determinare cognoscatur.

Ad rationes num. 365. propositas.

371 Sic exposita determinatione voluntatis per se ipsam, & cooperatione Dei ad effectū primæ illius determinationis, seu ad primum actum elicitum, qui proficiscitur à determinatione illa anteriore tanquā à causa sua, perspicuè intelligitur quàm immeritò Pōponatius initio huius puncti adductus, contenderet negandam esse cooperationem Dei ad actū primum voluntatis, ne determinatio voluntatis fiat ab extrinseco, contra libertatis rationem. Hoc enim incommodum sufficiēter declinatur, distinguendo duas illas quas dixi determinationes, quarum prima, quæ concursu nouo non eget, est omnino ab intrinseco. Posterior autem quæ est tantùm determinatio ad vlteriores actus est quidē ex parte ab extrinseco, nempe à Deo cooperante; tamē quia non est ab eo vt quomodocūque præoperante talem actum, sine ex se & ex modo suo motu abripiendo potētiam ad eum coëfficiendum, sine præmittendo aliquid ad quod actio illa non possit nō sequi; ita tamen que quia coëffectio quam Deus ad actum illum impendit, nō exhibetur nisi post præuisam anteriorem illam à sola voluntate profectam determinationem; propterea libertas manet illibata. Nec refert quòd Deus in productione formalis illius determinationis, sit causa principalis, physicè loquendo. Homo enim nihilominus & physicè loquendo est etiā causa principalis, (ago de actu merè naturali) & moraliter quoque, quod vnū in hoc negotio est attēdendū, est etiam Dominus sui actus, nec Deus in eius comproductionem se immisceret, nisi ad hominis nutū.

372 Apparet quoq; doctores quos Angelus referebat, tremuisse vbi nō erat tremor. Quamuis enim definitio causæ liberæ, *est potentia quæ positis omnibus prærequisitis ad agendū potest agere & non agere*, legitima sit, & communis doctorū, vt significat ibi Angelus, & alibi latè confirmauimus, tamen inter illa prærequisita ad agendū, de quibus

in

in ea definitione sit mentio, nõ est recensenda causa prima prout actu profundens actionẽ vnà cum causa secũda, sed tantùm causa prima vt parata coëfficere, si causa secunda id exigat. Quòd breuiter ibidem attigit Augustinus, & manifestè conuincitur, quia præ-requisita illa ad agendũ de quibus fit mentio in definitione libertatis, talia esse debent, vt cum eis possit cõponi, seu simul poni actio & non actio, si facultas sit libera libertate contradictionis, vel actio & actio contraria, si facultas sit libera quoad specif. & cõtrarietatẽ, vt loquuntur. Ea enim compositio & simul positio, præ-requisitorum illorum & actionis vel nõ actionis, expressè admittitur in ea definitione, indéque facultas libera optimè secernitur à nõ libera: Ac proinde necesse est, præ-requisita illa de quibus in ea definitione fit mentio, talia esse, vt spectent ad causam secundam quatenus potentem agere si libeat; non autem quatenus actu agentem, sintque præ-requisita respectu actionis vt ponendæ si voluntati placeat, nõ autem vt re ipsa ab ea pendentis, siue positæ actu, quo pacto causa nõ maneret indifferens ad ponendum vel non ponendũ actum, qualem in ea ipsa vulgata & legitima liberæ potentiæ definitione asseritur esse potentiã liberã. At cùm Deo vt actu causante nõ potest iungi actio vel non iungi, quamuis verum sit, Deũ vt sic esse priorem natura actione, quippe concausã eius simul natura cum homine. Ergo Deus spectat tantùm ad præ-requisita illa quatenus paratus est coëfficere determinationem formalem si voluntas id postulet, & prima illa causæ liberæ determinatio antecedat. Ergo libertas causæ secũdæ integra manet non obstante actuali influxu causæ primæ, qui secundum rationẽ subsequitur determinationem illam primam causæ secũdæ, supra expositam. Causa enim secunda positis omnibus ad agendum præ-requisitis, atque adeò etiam Deo vt parato coëfficere, potest pro libito exprimere hanc actionem, vel eam nõ exprimere, aut etiam contrariam pro gradu & genere libertatis de qua poterit esse quæstio. Atque ita definitio illa libertatis rectè intellecta, cohæret cum Diuina cooperatione ad formalem voluntatis determinationem, quæ est primus actus elicitus.

ARTICVLVS VI.
De Diuina ipsa omnipotentia.

ASSERTIO.

Est in Deo peculiaris quasi facultas transeunter operatiua, extensiuè & intensiuè infinita, intellectui ac voluntati subordinata, creaturarum quarumcunque absque transcendentali ad eas ordine, principiatiua.

573 PRIMÒ, admitto in Deo potentiam exequentem tam ab essentia, tũ ab intellectu & voluntate, ratione explicita distinctã. Et quidem Argentina in 2.d.8.q.vnica, art.1. *ad argumenta contra secundã* & plerique recentiores ad q.25. primæ partis, & Fonseca 5. Metaph. c.15. q.8. sect.4. nolunt eam esse peculiarem potentiam; intellectu & voluntate ratione posteriorẽ, sed immediatum principium actionis transeuntis à Deo elicitæ, asserunt esse voluntatem, quippe quæ efficax sit & possit seipsa principiare actionẽ. Adstipulari videntur huic sententiæ, Clem. Alexandr. & Fulgentius, quorum ille in protreptr. *sub medium* ita loquitur: *Quanta est Dei potentia! Ipsius Dei solum voluntas est mũdi creatio, & sola voluntate operatur & eius solũ velle, factũ esse consequitur.* Fulgẽtius autẽ l.1. ad Monimũ

c.11. hæc verba habet. *Idéo in Dei promissis nulla est falsitas, quia in faciendo, nulla est omnipotentiæ difficultas, & propterea nunquam deest voluntatis effectus, quia voluntas ipsa, non aliud nunquam quàm potentia.* Et paulò post: *Ideo dicimus tantam esse ibi potentiam voluntatis, quanta est voluntas ipsa potentiæ, quia ibi semper subest cùm velit posse, non aliud est in illo, velle, quàm posse.* Quæ verba videntur disertè continere sententiam Molinæ 1.p.q.25.art.1.disp.2. & aliorum quorundam, asserentium Diuinam volũtatem spectatam per modum actus secundi immanentis, esse Diuinam ipsam potentiam exequentem.

374 Occurrit alia sententia quam amplectitur Suares 1.p.tract.1.l.3.c.9. n.1. & tradiderat etiam auctor Theologiæ Ægyp.lib.4.c.6.& lib.5. c. item 6. vt nimirum potentia exequens Dei, nihil aliud sit, quàm ipsamet Diuina essentia, quatenus per intellectũ dirigitur & per voluntatem applicatur ad operãdum, seclusō principio quouis, secũdum nostrũ concipiendi modum accidentario & additio. Non enim sicut essentiis nostris, ob finitatẽ, opportuna & necessaria sunt huiusmodi accidentaria virtutis primariæ & substantialis, ita & in Deo sentiendum esse putant etiam quoad nostrum concipiendi modũ. Cui placito non repugnãt verba illa sancti Basilij lib.1. cõtra Eunomium. *Quoniam palla non deriuasdus, creandi virtutem, substantiã esse dicat.* Agit enim ibi Basilius, cõtra Eunomium, ex cuius dictis infert essentiam & attributa Diuina v. g. potentiã fore tãtum distinguenda nominè [...]quod meritò reiicit, sed nõ as[...]ientibus eo quo dixi mo[...]antibus de potẽtia Dei. [...]tia exequentis, est [...]attributam.

[...] sententia quam tradidi videtur legitima, eamque tradidit S. Thomas. Nam q.1. de potentia art.1. ad 14. distinguit ratione potentiam Dei exequentem ab essentia. Et 1.p.q.25.art.4. eam ratione distinguit ab intellectu & voluntate. Et quamquam ibi addatur alia responsio negans potentiam exequentem differre à voluntate & scientia, tamen Ferra. 2. contra gent. c.1. *ad fine* testatus in multis vetustis exẽplaribus, haberi solam primam respõsionem, ideóque existimat secundam illam nobis repugnantem, esse addititiam. Eandem sententiam supponit Hugo Victorinus t. 3. opusculo *Vtra maior sit, potentia Dei an voluntas.* Nec Patres qui allegabantur, dissentiunt. Tantùm enim volunt declarare, quàm facile sit Deo exequi quod destinauerit, id est, posse Deum exequi, quidquid libuerit, & mensuram qua metiri debemus Diuinã potestatem, esse voluntatẽ. Idem est sensus Chrysost. hom. 87. in Ioannem. *Ita facile est (inquit) nobis loqui, aut & illi, imò longe facilius facere quæ vult, voluntas solū sufficit, & omnia ei parēt.* Tertullianus quoque lib. cõtra Prax. c. 10. *hac ratione* (inquit) *erit aliquid difficile Deo, id scilicet quodcunque non fecerit, non quia non potuerit, sed quia noluerit. Dei enim posse, velle est, & non posse, nolle.* Tandem Cassiod. c.9. de anima eodem sensu ait, *hoc esse Deo posse, quod viuere, velle quod facere.*

376 Hunc autem esse horum Patrũ sensum constare videtur ex Nysseno, qui & eodem quo isti Patres modo locutus est, & in eo sensu quem nos retulimus se exposuit. Ita enim loquitur ferè initio Hexaëmeri. *Illud nobis positum constitutúmque sit, vt natura Diuina cum voluntate sua concurrere potestatem, vt Dei potestatis mensura, sit ipsa voluntas. Voluntas autem est sapientia. Sapientiæ verò proprium est non ignorare, quomodo vnumquodque fiat. Porrò cognitionem potestas sequitur. Quapropter simul*

simul & facilè cogitatur, & nulla interposita mora contrarij rerum effectiuè tur, quæ cogitata perficeret, & sine vllis internallis tam voluntas conuinctam opus, continuatur effectum est. Quam siquidem potentia, voluntas est, eodemque momento prospicit, quemadmodo res fiant & occasiones gerbit, vt cogitata sint facta. Quamobrem omnia, quæ in Deo sunt, ad rerum procreationem pertinentia, simul cogitantur, voluntas, sapientia, potestas, & rerum effectrix natura. Vides quomodò nunc dicat potentiam in Deo esse voluntatem, nunc verò dicat potentiam mensurari per voluntatem; similiter & voluntatem esse sapientiam & ista omnia simul cogitari, & tamen voluntatem ac potestatem dicat sequi cognitionem. Itaque non curant sancti Patres, an voluntas diuina secundum conceptum nostrum explicitum, sit principium immediatum actionis externæ Dei, an verò id competat alteri alicui perfectioni ratione explicita distinctæ, tum ab essentia, quatenus concipitur correspondens, non modò principio nostro operatiuo primario, sed etiam secundario, & vtriusque partes optimè sustinet; tum etiam ab intellectu & voluntate. Deus enim est principium transiens operationum, quatenus eminenter continet quæ causanda sunt ad extra, quod non habet ratione intellectus aut voluntatis, sed propter suam infinitam vim. Neque si formaliter loqui volumus, ideo potest omnia facere, quia scit omnia, vel potest velle omnia, sed quia subest illi, cum voluerit posse. Plura Mayro in 1. d. 43. q. 1. Tametsi verum etiã est, dicere Deum posse ad actũ reducere suam illam potentiam, quia habet perfectam scientiã rerum faciendarũ, qua in eis causandis dirigatur, & voluntatem, quæ executionem seu applicationem potentiæ exequendam, elicat.

Est infinita extensiuè.

577 SECVNDÒ dixi hanc diuinam potentiam esse infinitam extensiuè & intensiuè. Et quidem extensiuam infinitatem huius potentiæ seu porrectionem ad omne possibile, à nemine quantumuis Ethnico fuisse negatam affirmat Petrus Damianus epist. 4. cap. 5. & Gulielmus Parisiens. 1. 2. de vniuerso cap. 17. nempe quia nemo negauit Deo omnipotentiam nomine tenus, & supposito quod obiectum aliquod sit factibile sine imperfectione. Cæteroqui enim & Ethnici, & Heretici non pauci, prætexentes obiecti impossibilitatem, multa Deo negarunt, quæ neganda non fuerant, & exiguus Dei potentiam astruunt, & omnipotentiam inficiati sunt. Quo pacto intelligo illud Alexandri Monachi hom. de Crucis inuent. apud Gretserum t. 2. de Cruce. *Veteres Origenes, diuinam potentiam certis limitibus circumscriptam, ausus est dicere.* Admissa tamen obiecti factibilitate sine imperfectione, nemo qui Deum admiserit, omnipotentiam eius inficiatus est, aut etiam inficiari potuit, quantumuis Ethnicus, vt Augustinus notat serm. 119. de tempore, & constare potest de Ethnicis ipsis, Deo in omnibus potentiam tribuentibus, apud Clementem V. Stromat. cap. 6. Tamen aliqui ex hæreticis rectoribus quinti & sexti Euangelij, omnipotentiam Dei, (quod nemonem quantumuis Ethnicum hactenus ausum retulimus,) etiam in actu signato (vt sic dicam,) inficiati sunt. Quod de Petro Martyre, & Theodoro Beza refertur apud Lindanum cap. 7. de dubitan. ij, addéque Lindanus eos id probasse ex eo quod non possit Deus facere omnia, cum non possit, facta reddere infecta, aut corrupta resti-

tuere in integrum, faceretque ut sit virgo; ac denique cum nequeat DEUS facere ut bis tria sint septem. Digna sanè Evangelio reformato subtilitas & blasphemia, ut constat ex dictis art. 2. Sed extendi ad omnia potentiam Dei nemo sanus negat. Et verò per quam aliam potentiam accipere posset esse, illud possibile fundamentale, quod divinam potentiam subterfugeret? Nam ut per aliquam potentiam sit possibile, est omnino necessarium, cum sit ens ab alio, potentiæ correlativum, ut bene vidit author Theologiæ Ægypt. libr. 10. cap. 12. Item ubinam tale ens haberet essendi necessitatem, sicut necessarium est ad hoc, ut aliquid sit possibile, cùm unicum sit ens necessitatem essendi habens, nempe Deus? Itaque potentia Dei potest attingere omne fundamentaliter possibile, atque adeo est infinita extensivè.

Et intensivè.

378 Et quod inde sequitur, intensivè etiam infinita est. *Cum divina natura sit prima natura*, (inquit) Plotinus enn. 6. lib. 5 cap. 11. *Neque mensurata neque determinata quanta debeat esse; hæc enim natura potius altera mensuratur: nimirum universa potestas existit, nullo modo tanta vel tanta.* Ex divini esse interceptione, idem colligitur prop. 16. de causis. Zoroaster & Ægyptij apud Euseb. 1. præpar. cap. ult. in fine notabant summam hanc potentiæ divinæ activitatem, dicendo, Deum habere caput accipitris, quæ symbolicè dici ob summam accipitris activitatem patet, quia ibidem Zoroaster negat Deum partes habere. Illustria sunt quæ de eiusdem potentiæ infinitate intensiva leguntur apud Proclum in Theologia Platonica his verbis, quæ Augustinus lib. 3. perennis philos. cap. 14. exponit. *Quum semper descendatur, descendendoque ad spatium, quod interiacet, æternitas in eodem statu permanet, & durat, plusque est æterna virtute, quam tempus quod in media videtur tendere. Est æternitatis natura non modo infinita, quia semper est, sed & virtute. Oportet itaque ad hanc infinitatem virtutis, æqualem & certissimam durationem ex ea producentem statuere naturam. Adest igitur et una vita. Neque enim usque ad præscriptum, & certum in vita. Hæc vita semper habet virtutem eandem, infinitam, intimè in penetralibus naturæ suæ; si accipere potentiam in ea infinitatem, naturam inconsumptibilem, & indefatigabilem nusquam desinentem, sed vitam superfluentem. In illam autem nobis respicienti & omnis terra & omne cœlum ubique in ipso manentia & habentia ex ipso essentiam & ea, quæ verè subsistunt usque ad ardentem & ultimam inhærentia, & in unitatem infinitam entia, infinitate sive magnitudine.* Pulcherrimè item Trismeg. cap. 11. Potestatem eandem Deo agendi & operandi quæcumque voluerit celeritatem & facilitatem tribuit, quam animæ ea concipiendi. Unde vis & immensitas divinæ potestatis elucet. *Cogita* (inquit) *nihil esse incorporali natura capacius, nihil velocius, nihil validius, ipsumque omnium capacissimum, velocissimum, potentissimum. Sic iterum à te ipso incipiens meditare, atque animæ tuæ præcipito, quo vis, quam præcipies evolabit. Iubeto inquam, ut transeat in Oceanum, illa prius quam iusseris, ibi erit, inde, ubi nunc est, nequaquam discedens. Iubeto iterum ut in cœlum volet, nullis pennis egebit, nihil eius obstabit cursui, non solis incendium, non ætheris amplitudo, non vertigo cœlorum, non siderum reliquorum corpora; quin penetrans omnia ad supremum corpus usque transcendet,*

dat. Quin etiam si velocitati globi omnes transire volueris, quodque superius est, inuestigare, id quoque tibi licebit. Admente quanta sit animae tuae potestas quanta celeritas. Tanta potest illa, Deus non possit?

Eandem diuinae potentiae magnitudinem expendit Hugo 7. erudit. didasc. cap. 1. & 2. Sed instar omnium erunt verba S. Dionysij cap. 8. diuinorum nominum. *Infinita* (inquit) *potentia Dei, non eo solum quod omnem potentiam, producit, sed quod est supra omnem potentiam, & ipsa per se potentia. Et quod est supra quam potens ad producendas alias infinitas potentias: Et quod nunquam possunt infinitae potentiae in infinitum productae effectiuam supra quam infinitam, potentiam eius potentificam hebetare atque retundere.* Haec ex Dionysio, prout ea vertit Turrianus apud Cyparis. decade 3. cap. 4. quorum sapor in vulgata Dionysij versione ferè obtunditur.

179 Sed maximè arguit potentiae Dei infinitatē summa eius in quibusuis operandis facilitas, quam elegantissimè tradidit autor libri de mūdo ad Alexand. cap. 7. vbi cum tradidisset Deum omnia perficere & eius vim ad omnia peruadere, subdit. *Neque verò illi ipsi itidem vt principibus mortalium opus est aut artificiosa molitione aut aliena ministerio; quando ij propria infirmitate praediti operarum docendas rebus conficiendis & numerosas manus adhibent. Illud autem diuinitati maximè consentaneum, vt formas rerum omnium citra difficultatem simplicique motu absoluat.* Chrysostomus in hoc ipso campo excurrit de more ad illud Psalmi 134. *Omnia quaecumque voluit Deus fecit, in caelo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Vidisti* (inquit) *potentiam eius nihil omnino deesse: Vidisti sentem viam. Vidisti vires inexpugnabiles. Vidisti excellentiam omnino incomparabilem. Vidisti potestatem quae nullo modo prohibetur. Vidisti ei omnia expedita & facilia. Omnia quaecunque voluit fecit. Dic, vbinam? In caelo & in terra. Hic est non hic solum, sed etiam in caelo. Non in caelo solum sed etiam in terra. Non solum in terra, sed etiam in mari, & in omnibus abyssis. Per abyssum enim dicit quae sunt infra terram, quemadmodum dicendo in caelo, ea quae super caelos sunt. Vide cum tot & tanta sint, voluntati eius nequaquam impeditur, sed omnia peruadit, & quod est admirabile, in quibus ea facit non negotio vllo nec labore, non iussu, sed voluntate fecit. Solum enim voluit, & opus statim consecutum est. Vidisti quomodo ostenderit, quàm facilia, expedita, ac copiosa fuerint eius opera, & quomodo eius potestas prohiberi non poterat.* Ita ille, & similia de eadem Dei in operando facilitate alij adiecti num. 375. Quid Pythagorici? An non quod ex Iamblico refert Ficinus 14. de immort. cap. 4. quoties narrarentur diuina aliqua miracula haec Lini carmina in ore semper habebant: *Credenda sunt omnia, nihil enim est incredibile, facilia Deo omnia sunt, nihil est impossibile.* De eadem Dei in operando facilitate extat illud Hermetis cap. 4. Asclepij. *Platiam Dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus.* Et illud Philonis lib. de sacrif. Abelis, *dictum & factum idem est Deo.* Quod usurpauerat etiam Pythias apud Clem. Alex. VI. Strom. cap. 5. *circa medium*, vbi additur ex Aristophane, *In Deo tantùm valere mente agitare, atque agere.* Et ex Parmenide, *idem esse Deo, & intelligentia percipere, & esse.* Nempe intelligentia practica & proxime volitioni ac executioni, de eiusmodi intellectione agit Iren. cum simili

sensit dixit. *Vniuersorum Deus simul vt cogitauit, perficit id quod cogitauerit, & simul vt voluit, & cogitat hoc quod voluit; non cogitans cum vult, & tunc volens cum cogitat, cum sit totus cogitatio, & totus sensus, & totus oculus, & totus auditus, & totus fons omnium bonorum.* ita ille lib. 2. cap. 4. Idem volunt alij stomachantes in eos, qui cum de Dei operibus agitur, adhibent *quomodo* vt Cyrillus 4. in Ioannem cap. 13. & Isid. Pelus. lib. 1. epist. 476. Nec refert quaenam sint opera de quibus agitur. Nam effectus nobilissimi & immensae operae, summa facilitate à Deo editi sunt. Inde autem maximè illustrari diuinae potentiae magnitudinem ac infinitam vim rectè perpendit Chrysost. hom. 2. contra Anomaeos. Cum enim qua solet verborum maiestate exaggerasset, caeli immensam molem, & terrae vastitatem, à Deo quasi per ludum, & pernutu ac tum nihili produisse, subiungit: *Cum non satis rerum conditarum magnitudo & ornamenta potentiam facultatemque sui creatoris exprimerent, sed longè ab omni illius vi & excellentia iacerent inferius, modum prophetae excogitarunt alium, quo pro viribus possent aliquid plus nobis explicare de diuina potentia: qui magnitudinem non solum creaturarum, sed etiam modum creationis ostenderunt, vt vtraque ex parte, videlicet tum rerum magnitudine conditarum, tum facilitate condendi, possimus digniter quid, pro virili nostra, de Deo omnipotenti intelligere. Igitur non modo rerum magnitudinem spectare debemus, verum etiam qua facta sunt à Deo facilitatem.*

380. ILLVD quoque optimè dirigit intensiuam huius potentiae infinitatem, quòd omnes potentiae creatae, quantumlibet multiplicatae, vel in vnum compactae, non se habent ad diuinam potentiam sicut gutta ad mare, vt elegantissimè ratiocinatur Gul. Paris. 1. 2. de vniuerso c. 33. Quod sua similitudine expressit Homerus, describens magnum Deum ea vi ac potentia, vt solus Deus omnes caeteros aureae appensos catenae, quam contra nitentes, cum omnibus viribus fuerit attracturus; ipse verò ab omnibus detrahi nequeat. Ita enim figmentum illud catenae aureae, intellexerunt Aristides t. 1. orat. 1. Lucianus in Ioue confutato, *sive initio*, Iustinus in paraenesi *post medium*, & Naz. orat. 4. n. 56. Illud vel potentiae huius infinitatem manifestat, quod haec potentia sibi sola sufficit, quod nulla potentia creata habet, etiam ad creatam potentiam comparata, vt praeclarè ratiocinatur Theodor. 4. contra Graecos sub finem. Et denique illud, quòd sola haec potentia agit in non ens educendo è nihili visceribus, quod nullo modo praefuerat. Quod tametsi factu arduum & Deo dignum, non est tamen captu tam difficile quàm sibi fingit Scal. exercit. 365. n. 5.

381. Diuinae potentiae perfectionem intensiuam ex omnibus his capitibus pulchrè declarat Gulielm. Paris. 1. 1. de vniuerso cap. 21. Ego verò his perpensis superaccumulationem ultimam inferre, diuinam huiusmodi potestatem cuiuis alteri potestati supereminentem Trismegisti duntaxat monitu apponam ex c. 11. Pimandri. *Si quid quis cogitat, aut etiam cogitabit vnquam, id omne Deus agit. Alia Dei potestas insuperabilis, cum qua nec humanam nec diuinam vllam comparare quis audeat. Caue igitur à Mercuri, ne quid inferiorum, ne quid superiorum, Dei simile existimes; nam à veritate penitus aberrabis. Nihil quippe simile est ei, quod dissimile solum, & vnicum est. Neque cuipiam putes eandem, quam Deo virtutem adesse. Quid n. post illum vitale, & ad immortalitatem, & ad qualitatis transmutationem? Quid autem praeter hoc aliud Deus efficeret? Neque enim otiosus est Deus: nam cuncta forent*

ferent omnia; nulla siquidem plena sunt Deo. Quia verò in nullis mundi partibus reperitur. Nomen praefecti vacuum est otium, cum secundum id quod agit, cum etiam secundum id quod agitur. Vniuersa fieri necesse est, ac semper fieri secundum sibi cuiusque naturam. Agens non vnius praefectus est tantum, sed omnibus, nec omnium duntaxat, verum vniuersa producit, cum efficax existens in suipsa potestas, circa ea quae facta sunt, nomine sufficiens est: sub ipso enim sunt opera ab illo progenita.

Subordinatur diuinus intellectui, & Voluntati.

382 SECVNDO dixi potentiam Dei exequentem, subordinari intellectui & voluntati. Vt inde manifestè euincitur, quòd actiones huius potentiae versentur circa creaturas, hae autem non sunt bonum, simpliciter Deo necessarium, sed liberum; ergo actiones circa huiusmodi obiecta, non sunt necessariae Deo, sed liberae, proindeque supponunt applicationem potentiae à qua pendeant, factam à voluntate, & directionem intellectus volitati praelucentis, iuxta illud Augustini 1. de Genesi contra Manichaeos c. 2. quod de aliquibus diuinae potentiae effectibus dictum, potest transferri ad omnes alios. *Qui quaerit quare fecit Deus caelum & terram, respondendum est ei, quia voluit. Qui autem dicit, quare voluit facere caelum & terram, maius aliquid quaerit, quam est Dei voluntas: Nihil autem maius inueniri potest. Compescat ergo se humana temeritas, & id quod non est, ne quaerat, ne id quod est non inueniat.* Haec Augustinus, liberrimam potentiae diuinae ad operandum applicationem, tradens. Optima etiam in hanc rem sunt verba Magnetis lib. 4. ad Theosthenē adducta à Turria. in antapolog. *Cum omnia (inquit) possit Deus efficere, non tamen efficit, quaecunque potest, sed quantum vult. Vult autem quae conueniunt, conueniunt quae decent, decent verò quae apta sunt & cohaerentia.* Sic ille. Itaque quamuis entitas actionis, qua Deus cum causis secundis cooperatur, possit plerumque esse necessaria respectu creaturae, à Deo tamen liberè elicitur: Quippe qui si luberet, posset eam tanquam sibi non necessariam omittere. Non enim propterea vlla in eum imperfectio caderet, vt ridiculè colligebant aliqui apud August. 11. ciuit. c. 5. & apud Iustinum ad 1. & 2 q. Christia. ideircò affirmantes, Deum aliquid ab aeterno creasse, ne otiositatis ac per hoc imperfectionis argui posset. Quo posito vt benè vrget August. dicendum esset, Deum in infinitis illis spatiis negatiuis quae occupat vltra mundum, otiari, cum nihil ibi ad extrà producat. Causa ergo libera quae ad efficiendum aliquid non destinatur, nequaquam dicenda est otiari, si pro libertate cesset ab agendo. Quo pacto satisfit frequenti illi, Ethnicorum mundi aeternitatem astruere contendentium, interrogationi: *Quid faciebat Deus, antequam mundum faceret?* Cum enim supponerent (falsò) non potuisse eum aliquid non facere, inferebant fecisse mundum, quando nihil afferri potest aliud, quod posset ab aeterno factum asseri. Nazian. carmine 4. respondet, Deum antequam mundum conderet, impleuisse se ipsum & mundum parturiisse. Subiectam Dei responsionem ad interrogationem praedictam, dixit Irenaeus lib. 2. c. 47. Melius August. 11. confess. c. 12. adhibet responsionem quam dedimus, addens, elusisse quendam interrogationis illius violentiam, respondendo, *alta scrutantibus gehennas parabat.*

383 Ex eadem quoque doctrina colligitur, potentiam Dei non esse temporariam, & mutabilem, etiamsi

quandoque incipiat exprimere actum, quem ante non exprimebat. In quo deficit ratiocinatio illa Ethnici Christiano respondentis, apud Iustinum ad quaest. 1. Christianam, *sub finem* & ad initium secundae. Verba Ethnici posteriore illo loco sunt. *Negamus Deum vel fecisse quidquam, vel facere, vel facturum esse in tempore, nec magis enim fecit, quàm facit aut faciet, sed tam praeteritum in praesens apud Deum est quam futurum in praeteritum: quippe cum Deus nihil fluxum habeat, sed semper eadē faciat, propter perfectissimā ipsius atq; immutabilem vel efficaciam vel potentiam. Facit igitur mundum in hoc ipso quod est, dans ei motum indesinentem, vt in sempiternum vigeat, ac claret. Itaq; nec fecit quidquā nec facit: sed cùm sit semper idem, facit eadem, nullum habens creationis principium, ne finem quoque habeat. Quandoquidem si principium finemque haberent eius operationes, corruptibiles essent operationes Dei, quod est dictu absurdissimum. Alioqui mutabilis erit etiam ipsius potentia, vt quae aliàs magis, aliàs minus sit efficax: & essentia quoque periclitabitur mutabilitate, nunc has nunc illas vires proferens, nec in eisdem immanens. Itaque vt ipsa semper se habent ad eūdē modum, videbitur mutabilis essentia Dei, simul atque potentia efficaciāque. Quod absurdum igitur cum maneat nihil habet temporarium. Facit igitur mūdum ordinans eum semper, & mundus eius praesidio semper sit, cùmque semper sit idem, est ingenitus.* Sic ille malum consequens ex malo antecedente deducens. Nam vt rectè in huius responsionis confutatione subdit Iustinus, non sequitur potentiam mutari si ab agēdo cesset, cùm prius ageret, vel agat de nouo cum prius cessaret. Potest enim id totum fieri, per solam mutationem creaturae, cui immanet actio huius potentiae, quippe transiens. Tantum ergo sequitur hanc potentiam applicari per voluntatem liberam, quod in Deo fit sine vlla mutatione interna.

154 Posset item Deus eadem potestate qua cessare à condendo potest, destruere omnia, vt licet contra Wiclefium disputat Waldensis t. 1. lib. 1. c. 17. n. 3. quia scilicet posset cessare ab eis conseruandis, sicut eodem quoque causae liberae supremae priuilegio, poterat ab initio omnes externas actiones suas suspendere: contra Graecos illos qui apud Iustinum q. 2. Christiana, ad Graecos, dicebant, *non posse dari, Deum qui nihil fecerit, & qui semper non fecerit, & eodem modo.* Quibus verbis, duo praeter primum illum errorem, alij errores continentur. Nempe aeternae rerum effectionis, quam alibi reiecimus, & necessariae productionis rerum eo modo quo sunt factae. Quasi verò non potuerit Deus longè alio ordine & modo res producere, quàm fecerit, easque quamuis non essentialiter, (vt dixi cum de mundo,) tamen accidentariò meliores facere. Addo potuisse alia longè meliora, & essentialiter perfectiora, & numero plura producere, quàm quae produxit. Ringantur sanè Wiclefus apud Waldensem suprà, à cap. 10. & Caluinus apud Sanctesium contra Atheismum primum Caluini, qui blasphemarunt non potuisse à Deo fieri nisi quae fecit, quibus praeiuerat Auctor Theologiae Aegyp. l. 10. c. 12. Nempe non poterat Deus vnam muscam supra eas quae factae sunt producere, ne Caluinus qui eas in numerato habet, effracta quae ipse posuit, diuinae potentiae repagula, expostularet. Id verò Petrus Damianus epist. 4. cap. 1. ait esse tam ridiculum & absurdum, vt ne de homine quidem possit asseri, cum multa possit facere homo quae tamen non facit. Quod nominatim impetit Abelardus 3. in-

trod.

tral. c. 5. vbi errorem hunc latè tradit, sed eum in confessione fidei suæ, seu epist. 21. tetrastic.

Vt hinc videas quid obiter annotare iuuat, quàm non cautè, qui celebris sepulchri hunc quatriduanum loci reddiderunt, annotatione ante vndecimam inter eius epistolas, existimare videantur, quæ ille in ea confessione proponit, fuisse semper de eius mente: vsque adeo vt non vereantur significare D. Bernardum parum fideliter Abelardi placita retulisse, quòd alia habeantur in ea confessione, quàm quæ retulit sanctus Bernardus. Quibus dum Abelardo gratificari volunt, & in D. Bernardum iniurij sunt, eúmque singularis impudentiæ & calumniæ damnant, & se non satis peritos produnt genij Hæreticorum, qui per simulationem vt in Pelagio & aliis patuit, fucum sæpe fecerunt. Quod vt iste in ea confessione non tenuisset, sed verè quod tunc tenebat expromplisset, minimè sequeretur contrarium ab eo numquam fuisse assertum: alioqui Berengarius & quotquot palinodiam cantarunt, nunquam aliud sensissent quàm quod sani asseruerunt. Sed ad rē.

385 Optimè quoque errorem de quo agimus impugnat in Praxea Tertullianus c. 10. libri contra eum. Colligebat ille hæreticus, Patrem fuisse hominem & Crucifixum, ex eo quod nihil sit Deo difficile. Cui reponit Tertullianus. *Planè nihil Deo difficile. Sed si tam abruptè in præsumptionibus nostris hac sententia vtamur, quiduis de Deo confingere poterimus, quasi fecerit, quia facere potuerit. Non autem quia omnia potest facere, idcirco credendum est illum fecisse, etiam quod non fecerit; sed an fecerit requirendum. Potuit si voluisset, ita saluus sim, Deus pennis hominem ad volandum instruxisse, quod & miluis præstitit, non tamen quia potuit, statim & fecit. Potuit Praxeam & omnes pariter hæreticos statim extinxisse, non tamen quia potuit extinxit. Oportebat enim & miluos esse, & hæreticos.* Hactenus ille, Praxeanas hasce ineptias (vt cap. 1. propulsarat,) eradicans. Quod etiam egregiè præstitit Hugo Victorinus lib. 1. de Sacram. fidei c. 12. Sotellus supra ex variis patribus, & Gulielmus Wodefordus contra articulum 17. Wiclefi, vbi eum ex variis absurditatibus, & ex contradictionibus quibus se ipsum iugulat, impugnat & ex scripturis licet Castro V. *furorum extinguam*, post Aug. lib. de spiritu & litera c. 1. & 35. Cum autem huic errori quidam à diuina largitate præsidium quærerent, dicentes *apud largissimum datorem nihil inditum relinqui, ac proinde Deum dare esse, quibuscunque rebus possit*, bene respondet Gulielmus Paris. 2. 2. de vniuerso c. 29. hoc non fore largitatis, quæ prudentiæ & libertati subest, sed effusæ & vitiosæ prodigalitatis: Adde & imperfectæ necessitatis. Non repugnauit huic liberrimæ effectuū à diuina potentia promanationi, Trismegistus c. 11. Pimandri, cum ait, *Nefarium esse suspicari, Deū cessare à constructione rerū: Sic enim non fore Deum.* Locum retuli & exposui agens de diuina libertate.

Distinctio eius in absolutam & ordinatam.

386 Hinc porro facile habetur, retinendam esse vulgatam potentiæ Dei distinctionem in ordinariam (siue vt Vasq. 1. p. d. 106. c. 2. Fons. 9. met. c. 1. & alij malunt, ordinatam,) ac absolutam. Quidquid contra eam distinctionem blaterent iidem hæretici ac nominatim Caluinus, qui eam, *profanum ac meritò detestabile commentum, & execrabilem blasphemiam* nominat, vt videre est, tum 3. instit. c. 23. §. 2. tum apud Fenard.

Fruamentium licèt in hoc hæreticum obiiciunt dialogo 1 cap. vlt. Cum enim constet Deum posse facere etiam multa quæ decreuit non facere, si ea faceret, vteretur potentia sua absoluta. Quæ verò de facto decreuit consonanter ad leges vniuersales à se latas exequi, facit per potentiam ordinatam. Interdum tamen potentia absoluta vsurpatur pro diuina potentia prout exoluta generali decreto diuino tum ad aliquid determinante; & tunc potentia absoluta reducitur ad praxim, quamuis rarò & non nisi interueniente dispensatione. Vt cum fuerit lata à Deo lex vniuersalis de continuo & perpetuo motu Solis, remoratio eius tempore Iosue facta censetur spectare ad potentiam absolutam, tunc erumpentem, & in vsum reuocatam. Vt plurimum tamen, potentia absoluta respicit ea tantum quæ fieri possent à Deo, sed nunquam fient. A Gregorio 1. d. 42. quæst. 1. art. 2. ad primum contra secundum vocatur *posse de potentia*, sicut potentia ordinata vocatur, *posse de iustitia*. De potentia ergo absoluta, intellige, quod supra admisi, Deum per suam potentiam potuisse facere, & plura & meliora quàm fecerit.

Faciátne semper quod melius est.

587 SED quod attinet ad effectus illos meliores, nolim dictum meum ita accipias, quasi Deus non semper operetur valdè conuenienter, iuxta finem à sua sapientia intentum. Id enim negari absque insania non potest, vt monet S. Cyrillus 2. in Iulianum ad textum tertium, eodémque sensu S. Aug. 3. de libero arbit. c. 5. ait *Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, hoc scias fecisse Deum.* Similia habet lib. de quantitate animæ c. 33. & lib. 1. contra aduersarium legis cap. 14. Nec aliud voluit S. Ansel. lib. 2. cur Deus homo c. 16. cum ait, *Deum nihil facere quæ decentiora ingenij.* Lapsus autem in hac parte est Alphonsus decimus Rex Castellæ, cuius sunt Alphonsinæ tabulæ, blasphemare solitus, si tempore creationis mundi interfuisset ipse Dei consilio, futurum fuisse, vt nonnulla meliùs ordinatiúsque conderentur. Cuius blasphemiæ quantas pœnas luerit, refert Roderic. Sanctius p. 4. hist. c. 5. tom. 1. rerum Hispanicarũ. Itaque sic accipiendum est quod dixi, vt significetur Deũ neque semper, neque necessariò operari, quidquid creaturis melius est, vt malè asseruit Scal. exercit. 249. n. 4. post Abelardum 3. introduct. ad Theologiam c. 5. & Galenum 11. de vsu partium qui Mosem etiam circa hoc mordet.

Num respiciat transcendentaliter res creatas.

588 QVARTO negaui potentiam Dei esse transcendentaliter respectiuam creaturarum quas potest producere. Vbi attingitur difficultas, tùm in hoc diuino attributo, tum in aliis, agitata inter recentiores. Antiqui enim omnem à Deo relationem realem ad creaturas (demptis categoricis de quibus supra) videntur remouisse, quibus speciatim quoad transcendentales, adhæserunt, Vasq. 1. p. d. 104. c. 6. Suar. d. 47. met. S. 3. n. 6. & sect. 15. n. 15. & 1. p. tract. 1. lib. 3. c. 9. n. 12. Florentius 1. de Trinit. notatione 34. ad tertium, Albertinus coroll. 2. de relatione, quamuis contrarium docuisset, transcendentalem in Deo relationem ad creaturas admittens coroll. 5. ex primo principio complexo n. 6. & coroll. 4. n. 10. & 29. annuente Sala tract. 2. d. 4. n. 52. Mihi prior sententia verisimilior videtur,

videtur, quam videntur tradidisse Plotinus Ennead. 6. lib. 8. cap. 8. & 11. & 17. Zachar. Mitilen. libro contra materiæ & mundi æternitatem (c. 3. biblioth.) & S. Maximus apud Cypar. decad. 1. c. 8. & post Cyparissi. ibidem c. 4. in fine, concedentes omnino habitudinem ad creaturas à Deo removentes.

189 Sed hæc sententia non unum modo premitur. Vasquez & Albertinus, hoc argumentantur, quod Deus sit ens summe necessarium, cum qua summa necessitate, non videtur posse cohærere respectus ille essentialis ad creaturas. Nam hic respectus pendet essentialiter à terminis quos contingit, nec potest habere maiorem necessitatem, quàm sit necessitas terminorum illorum: Ergo necessitas Dei ut respectivi essentialiter, non esset maior quàm creaturarum necessitas, quæ certè non est summa. Sed hoc argumentum non videtur admodum urgere. Nam plerique ut Suarez lib. 1. de c. 5. n. 11. & lib. 9. de Trinit. c. 6. & alij, dant eandem necessitatem creaturis possibilibus, & Deo. Quod facilè admittendo, sensus tantum sit, quod æqualitatem possibilitatis, (ut ita loquar,) seu quod hoc quod est non esse ens factum, Deum & creaturam ex æquo se habere, quamuis ille Dei sit radicatius, & firmius fundatum, ut in simili dicitur, cùm duarum propositionum verarum una, dicitur verior altera; aut duarum falsarum una, magis falsa. Saltem verò contendunt iidem auctores tantam esse in creaturis possibilibus necessitatem, ut sufficiat ad necessariam connexionem cum diuina essentia, quod ad enervandum argumentum propositum, satis est.

190 Quare paulò aliter id ipsum urgeamus, nempe ex imperfectione importata in respectu illo transcendentali. Nam hic respectus, est aliquid essentiale cuicui inest, inde enim distinguitur à respectu categorico, & ideo si hic respectus tollatur, vel tolli fingatur, tollitur etiam & essentia, seu res, cui ille respectus competit. Tolleretur autem respectus ille, facta suppositione impossibili, quòd terminus eius sit impossibilis: Quia tamen suppositione facta, Deus quicquid Trinit. c. 14. Pimandri contra alteram, deberet manere idem qui nunc est, quoad scientiam, voluntatem, potentiam, & alia quæ videntur transcendentaliter respectiua; & quamuis suppositiones impossibiles non videantur admodum urgere, tamen utiles plerumque sunt ad investigandas rerum naturas; ut rectè monent Christiani Theologi, agitantes quæstionem hypotheticam, an si Spiritus sanctus non procederet à filio, distingueretur ab eo: Ex ea namque hypothesi, etiamsi impossibili, liquidò perspicitur Spiritum sanctum procedere à filio. Quia ergo admissa gratis suppositione illa impossibilitatis creaturarum, videmus non debere tolli quidquam essentiale Deo, quippe cuius esse sit longè fundatissimum, & à se, quomodocunque se habeat ens contingens, siue creatū, insuperque videmus oportere tolli aliquid essentiale Deo, atque adeo etiam Deum, si respectus ille tolleretur, sicut reuera tolleretur ablato termino: Propterea iure negamus potentiam aliudue quodcunque Dei attributum, esse transcendentaliter respectiuum creaturarum.

191 Nec tamen idcirco diffitemur diuinam potentiam ex summa sua perfectione habere, ut absque ullo ad res creatas ordine, sit earum productiua. Sicut scientia diuinæ visionis, ex summa sua perfectione hoc habet, ut sit perceptiua omnis omnino futuri, nec tamen ullum ad futura ordinem

dicit, & propterea eadem permanerent sublatis quibusuis futuris, ac supposito quod non essent futura, vt luculenter tradit Hugo Victor. lib. 1. de sacram. fidei p. 1. c. 18. Item principium, hoc habet, vt sit principiatiuum conclusionis, & tamen quamuis nullæ conclusiones essent deducibiles, principium perseueraret in eadem entitate & quasi substantia sua; quod euincit nullum esse in principio ordinem ad conclusiones. Nimirum in his ac similibus exemplis, spectat ad rei perfectionem, vt quamuis ipsa intrinsecè & essentialiter, aliò non referatur, possitque esse semotis aliis, tamen alia, postulent ab ea pendere, & de facto pendeant cùm sunt, qui non est ordo, sed supereminentia quædam rei, à qua alia possunt pendere: ex qua supereminentia oritur, vt inspecta perfectione illa, ligatur quoque aliquo modo mentis intuitus in res alias à re sic supereminente aptas pendere, tametsi (quod ad respectum transcendentalem amouendum sufficit,) posito quòd non essent ita aptæ, perseueraret nihilominus eadem rei essentia & entitas, vt de visione libera dicebamus, cuius in casu nostro est omnino par ratio ac potentiæ exequentis. Non enim curamus quòd hæc sit omnimodè necessaria, illa verò tandem aliqua ratione sit libera, sed eas tantum comparamus quoad intrinsecam vim scientiæ & omnipotentiæ, in qua est omnimoda paritas.

OPERIS



OPERIS CLAVSVLA, ET PRO EA EVCHARISTICON.

VSVRPABO in hac meta non inopportunè, Cyrilli Hierosolymitani verba Catechesi 6. *Dicimus non quæcunque oportet de Deo. Soli enim illi, hæc nota sunt, sed quæ capere potest humana natura & quanta nostra infirmitas potest sufferre. Neque enim quid sit Deus exponimus sed vt quod exactè de ipso nescimus, ingenuè profitemur. Nam in his quæ de Deo dicuntur, hæc maxima est scientia ignorantiam fateri.* Hæc ille, Naturali Theologo, qui illa quoque quæ ex fide didicimus, non tentat, & solis illis quæ naturaliter inuestigabilia sunt, contentus est, valde congrua. Nunc præmisso perutili ac prudentissimo Gregorij Nysseni monito, Oratione in suam ordinationem, *fere in fine* monentis cauendum esse ei qui Dei naturam & attributa sobriè scrutatus sit, ne quod malè sanus viator faceret meridianis æstuans ardoribus, de fonte limpidissimi, in quem fortè incurreret, natura & qualitatibus disputans potius, quàm sitim & interna incēdia extinguens; hoc ipse quoque faciat, contentus Deum speculari, non item sitim de fonte illo pellucidissimo restinguere & impleri diuinis bonis quę mens agnouerit: hac inquam tam sapienti tanti & Patris & Philosophi monitione præmissa, ad gratias quamuis beneficiis ac meritis longè impares semper futuras, *etiamsi omnes gentes & ora conuenirent*, (vt Cyrillus loco allegato elegantissimè prosequitur,) habendas tanto muneratori accingamur. Rectè enim Satyrum suum in monodia laudat Ambrosius, quòd diceret, *nullum referendæ Deo gratiæ, maius esse officium. Quòd si homini non referre*, vt ibidem addit Ambrosius, *simile homicidio iudicatum est, quantum crimen est non referre Deo*. Nec aliter sanè, suam de plerisque diuinis rebus tractationem concludit Hermes. *Dictum est* (inquit in Asclepij calce,) *de singulis, vt humanitas potuit, vt voluit permisitq; Diuinitas. Restat hoc solum nobis, vt benedicamus Deum; satis enim de diuinis rebus tractantes, mente velut animi pabulis saturati-*

num. Subdit que post pauca Eucharisticon quod verba præeuntem secutus, meum esse volo GRATIAS TIBI AGIMVS, Ô SVMME ET EXVPERANTISSIME. tua enim gratia tantum sumus cognitionis tuæ lumen consecuti. Nomen sanctum & honorandum, nomen vnum, quo solus Deus est benedicendus religione paterna. quoniam omnibus paternam pietatem & religionem & amorem, & quæcunque est dulcior efficacia præbere dignaris, cum donas nos sensu, ratione, intelligentia. Sensu, vt te cognoscamus; ratione, vt te suspicionibus indagemus, intelligentia, vt te cognitione cognoscentes, ac numine saluati tuo, gaudeamus quòd nobis te ostenderis totum. gaudeamus quòd nos in corporibus sitos æternitati fueris consecrare dignatus. HÆC EST ENIM SOLA HVMANA GRATVLATIO, COGNITIO MAIESTATIS TVÆ. cognouimus te lumen maximum, solo intellectu sensibile. Intellleximus te, ô VITÆ VERA VITA; Ô NATVRARVM OMNIVM FOECVNDA PRÆGNATIO. Cognouimus te ÆTERNA PERSEVERATIO. In omni enim ista oratione adorantes bonum bonitatis tuæ, hoc tantum deprecamur, VT NOS VELIS SERVARE PERSEVERANTES IN AMORE COGNITIONIS TVÆ, ET NVNQVAM AB HOC VITÆ SEPARARI GENERE. Sic ille, piè, & vt in illis tenebris splendidissimè. Non aliud certè explicatius dixerit Christianus, quàm quòd Augustissimæ Triadis personis singulis (quas ille seculi sapiens, nec prorsus ignorauit, nec distinctè percepit,) gratiam de numine haberet, & venerationem impenderet. Non patior desiderari in ista meta, hoc officium. Christianam illam clausulam ex Christiani Philosophi Æneæ Gazæi Theophrasto dialogo extremo, appono, & finio. *Iam quoniam istbuc venimus sacrificium gratiarum actionis Deo offeramus, non hecatomben, vt apud Athenienses Mineruæ, nec formicam, vt in isthmo Soli & Neptuno, sed perpurgata mente nos Deo similes euadamus. Impuris enim, quæ pura sunt, attingere, nefas existimatur.*

O REX, ET PATER, ET CONDITOR OMNIVM.
O PRIMA SAPIENTIA PATRIS, ET VERBVM PER QVOD IS OMNIA PRODVXIT.
O SPIRITVS SANCTE PER QVEM DEVS OMNIBVS ASPIRAT, OMNIA COMPREHENDIT, ET CONSERVAT, ET AD SVAM PERFECTIONEM ADDVXIT.
O DIVINA TRINITAS ET SANCTA VNITAS, *Dei nobis [illegible] memoriam, des [illegible] æternitatem.*

Domine Deus Vnus, Deus Trinus, quæcunque dixi hic de tuo, agnoscant & tui: si qua de meo, & tu [illegible] Amen.

MERCV

MERCVRII TRISMEGISTI

HYMNVS AD DEVM.

NVLLA unquam Dei pars gratia, vt paulo ante ex Cyrillo Hierosolymitano diximus. Itaque [illegible] à laude & gratiis habendis desistendum esse, [illegible] cum laudis & gratiarum materia semper nobis ac perpetua sit, & ipse DEVS solam dilectionem & laudem [illegible], (vt Paulus [illegible],) [illegible] Nihil sane Deo [illegible] à nobis praestari posse, [illegible] est, & Philo lib. de Plantatione Noe, [illegible] in Lia matre, quae ea quo peperit Iudam, (laudem interpretantur) [illegible] Quamuis [illegible] etiam ipse consului, quam hymnum elegantissimum quo diuinas laudes [illegible] Mercurius [illegible] Poeticam [illegible] huic de Deo tractatui [illegible]: Vt vel hinc discamus Christiani, DEVM & in seipso & in suis operibus inspicere, venerari, laudare, [illegible] Mercurius, [illegible].

VNIVERSA mundi natura hunc audiat hymnum,

NATVRA tuum sparsa per orbem,
Seu quae supera regnat in aula,
Secat aut celeri nubila tractu,
Seu quae liquidis viuit in vndis,
Seu nostrae habitat viscera terrae,
Quem mens gestit fundere cantum
Tota sitiens ebibat aure.

Audi terra,

HVC gleba suas flectat aristas,
Huc inclinet Pampinus vuas,
Huc demittat brachia pomus,
Huc ceruicem flora recuruet,
Huc terra parens incubet omnis.

Audite turbines imbrium.

LENI murmure decidat imber
Dulcique solum verberet ictu:
Ne permixti grandine nimbi,
Musam nimio turbine perdant.

O Sylua silete:

ET vos Zephyri parcite syluis,
Tutae vt peragant otia quercus,
Solo crepitent carmine frondes,
Solo resonent carmine syluae.

Cantaturus sum creatorem omnium & Vnum.

MENS namque nouâ percita flammis
In diuinos fertur amores:
Ardétque tuum dicere numen
O syderei conditor orbis,

Audite caeli.

TV stelliferi machina mundi,
Quae fers rapido sydera motu,
Tu sol rutilis inclite flammis,

Tu radianti Cynthia cornu,
Vos qui cœlo viuitis ignes,
Precor ô celeres sistite currus
Rapidísque rotis figite clauum,
Vobis carmen nobile porto.

Quiescite venti.

TV qui ventos carcere frænas
Vasti princeps Æole montis,
Fratres tumidos abde cauernis,
Insuper alta mole coerce,
Clausósque nouo comprime nodo:
Ne vaga proles murmure sæuo,
Insana meis obstrepat ausis,

Circulus immortalis Dei, orationem istam exaudiat.

QVAS insolito concitus œstro
Voces, animi parturit ardor,
Hauriat altæ circulus aulæ,
Ipsáque summi regia patris.

Cano iam creatorem omnium, terrarum distributorem.

IAM musa moras despuit omnes,
Opus ætherei dicere Regis
Incipit. Altas quòd firma gerit
Tellus gremio diuite fruges,
Quòd delicias explicat hortus,
Vernas Zephyrus temperat herbas,
Turget læto palmite Bacchus,
Flauásque Ceres tollit aristas.
Illic montes sydera tangunt,
Illic valles Tartara pulsant.

Cœlum æquilibrantem.

QVÒD libratur pondere iusto
Totáque nutat machina cæli,
Quòd diuersi legibus æquis
Parent motus, motibus ipsis
Seruare fidem sydera norunt,
Hæc imperio facta tonantis:

Iubentem ex Oceano vndique fluere dulcem, ad hominum alimentum.

QVOD per spumas salis innocuam
Nobis referant flumina Lympham
Quod non latices Doris amarus
Dulci Alphei miscent vndæ

Iubentem, ignem fulgere supernè ad actiones hominum.

TITAN roseis quod vectus equis
Toti præfert lampada mundo
Hominúmque acuit luce labores.
Quòd Nautarum Cymbas altis

Tenebris

Tenebris cursum dirigat ignis,
Hæc Imperio facta mouentur.

Agamus omnes illi vna voce gratias, creanti cœlos, Naturámque creanti.

HVIC, virtutis qui remigio
Propriæ vectus, syderis alti
Celeri penna diuidit orbes,
Huic qui terram diuite partu
Quidquid gremio natura fouet
Hoc in mundi protulit oras,
Vna grates voce canamus.

Hic mentis est oculus,

ESSET tenebris mersa profundis
Mens Cimmeriis cæcior antris
Sed diuinus discutit ardor
Cogitque suæ cedere Luci.

Hic potentiarum benedictionẽ libenter excipiet. O meæ vires laudate ipsum Vnum, & omne, consonate voluntati meæ omnes animi vires.

ERGO si quis sanguinis æstus
Micat in venis, aut salit ullo
Pectore feruor, si qua reclusas
In se retinent ossa medullas,
Animum si quis possidet ignis,
Si regnatis corpore vires,
Vna mecum iungite plausus,
Vna plenum fundite carmen,
Vnum dicite, dicite & omne,
Non renuenti perficite aure.

Cognitio sancta quæ tuo lumine fulges, per te lumen intelligibile cantans, gaudio mentis exulto.

O QVAE propio lumine fulges
Summi patris sacra cognitio,
Cuius radiant cætera flammis
Hanc dum pergit pangere lucem
Animata tuo Musa calore,
Tanta accendunt gaudia pectus,
Vt vix æstum mens ferre queat.

Omnes potentiæ mecum vna concinite.

MECVM mixtis viribus omnis
Animi proles gutture pleno
Has in laudes ducite versus

Constantia canta mecum.

CONSTANS Virtus sumito plectrũ
Dulcique feri pollice chordas

Iustitia mea, per me iustum canat.

ET Iustitiæ si qua relucet
Pars in nostro pectore clausa,
Iusto celebra carmine Iustum.

Communio mea totum ipsum laudet.

HVIC Virtutis concinat omnis
Chorus, huic cytharã dicat eburneã.

VERVM

Per me canat veritas veritatem, bonum nostrum, bonum denique canat.
O vita, ô lux, A vobis in nos benedictio currit.

VERVM veri quidquid habemus
Et si puri conscia cordis
Mens sit, puro reddat honorem.
NOSTRAE manibus stamina vitæ
Ducit, nostram commouet venam,
Si quid nobis stillet amomi,
Si qui veniant nectaris imbres,
Si quæ mixtæ melle procellæ,
Hæc de supero fonte redundant

Gratias ago tibi pater, actus omnium potestatum
Gratias ago tibi Deus omnium potestas actuum

QVAS mortalis mens ferre valet,
Has tibi toto pectore reddo
Grates, hominum superúmque pater,
Quo sine baccas mittere laurus
Vitisque suas trudere gemmas
Nequit, aut spicas fœcunda seges
Nec quos mittit Tmolus odores,
Nec quos halat nardus amores,
Nec quos spirant thura vapores,
Te sine possēt ducere iuris.
Nec quæ terram lilia pingunt,
Nec quæ cœlos astra coronant,
Nec quod manibus viuit Apellis,
Puro quisquam lumine cernat.

Verbum tuum per me te laudes, per me mundus verborum recipit sacrificium hoc.
Mea vires clamant, totum cantant, voluntatem tuam perficiunt: Tua voluntas abs te in te tum,

QVAS ergo tuis consecro templis,
Fronte serena suscipe voces,
Aliasque meis insere verbis
Totum vt volitent læta per orbem.
TE flammiferi Rector Olympi
Festo vires carmine tollunt
Facilémque animum clamant, nesciunt
Vllis munera claudere metis
Quæ dat toti prodigus orbi.

Sacrificium verborum, ab omnibus excipe.

LAVDE hâc igitur pars nulla vacet
Seu quæ rigidam prospicit arcton,
Seu quà Titan æquore surgit,
Seu quà fessus vergit in vndas,
Seu quà pluuias incutit Auster,
Totus resonet cantibus orbis.

INDEX



INDEX RERUM NOTABILIUM.

Litera P. designat quæ notantur haberi in eo Prologi numero qui literæ P. subiicitur. Litera verò D. designat distinctionem, quæ quota sit prior nota arithmetica ei literæ subiecta, indicat, posterior autem, numerum qui à distinctionis cuiuslibet initio ad finem usque continuatur.

A

B

E

Ens

Intellectu-

N

Passio-

P

Productio

Q

R

T

V

F I N I S.

Malè admissa, vel omissa currente prælo.

PAg.16.col 2 linea 24. adde notam arithmeticam, 36.pag.28.col 1.lin. 9.*Sanchoniat hum*, lege *Sanchoniaton* p 45.col.1.lin. 6 *quem* l. *quam* p.55.col.1. lin.27. *alia*, transponatur post numerum capitis subiecto ei numero, puncto claudente. p 90.col, 1.lin. 10. *fieri* l. *fidei* p 101 col.1.lin.12. *censerunt* l. *censuerunt*. p. 112.col.1 lin.31. *in Fausto* l. *infausto*. p.167. col. 1. lin 26. *ese* l. *esse*. p. 206.col 1.lin. 24. post illa verba *intentionaliter & intelligibiliter* omissa sunt hæc verba, *per vitalem illius expressionem quæ est ipsummet obiectum intentionaliter & intelligibiliter, quatenus*, &c. p.242.col.1.lin 35. *quæritur* l. *queritur* p.273. col.2. lin. 13. dele, *omnes*. p 380.col.1. lin.11. *partem* l. *patrem*. p.381. col.2 lin.1. *consecto* l. *confecto*. p 384.col.2. lin.7 post illa verba, *facile est ostendere* omissa sunt hæc verba. Supponimus enim morbum de quo agitur eum esse qui possit applicatione actiuorum naturalium idoneorum aut per localem humorum noxiorum abactionem depelli, difficiléque est ostendere, aliquem esse morbum qui talis non sit. Possumus ergo vti illustri, &c. p 392 col. 2. in ipso fine *vinumque verum* l. *vinúmque rubrum*. p.516. col.1. lin. 6. *fuisse* l. *fecisse*. p. 592. col. 1. lin. 1. post vocem *autem*, deest particula, *non* p. 801. col. 2. lin 43. *affectum* l. *effectum*,

Alia si quæ irrepserunt, per seipsum emendet & condonet benignus Lector.